






# BIBLIOTHECA
# VETERUM PATRUM
## ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
## ECCLESIASTICORUM,

POSTREMA LUGDUNENSI MULTO LOCUPLETIOR ATQUE ACCURATIOR.




*Cura & studio* ANDREÆ GALLANDII *Presbyteri*
CONGREGATIONIS ORATORII.



## TOMUS VIII.



VENETIIS CIϽIϽCCLXXII.



EX TYPOGRAPHIA
JOANNIS BAPTISTÆ ALBRITII HIERON. FIL.
*CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.*



# PROLEGOMENA.

## CAPUT I.

## DE S. MARCO MONACHO.

I. Inter celeberrimos Ægypti monachos sæculo IV. definente floruisse comperitur Marcus, Ἀσκητὴς sive *Exercitator* κατ' ἐξοχὴν appellatus, quem annos prope centum agentem se adiisse testatur Palladius [1]. De eo item Sozomenus [2] & Nicephorus [3]. Utrum vero hic idem fuerit cum Marco eremita, cujus nomine aliquot circumferuntur opuscula ascetica in bibliothecis Patrum, quæ heic primum sistimus, haud satis compertum existimant viri eruditi [4]. Id quidem in Basilii Menologio manifeste adstrui videtur [5]: ubi sanctus Marcus sive doctrina, sive miraculorum gratia præstans fuisse traditur; inter quæ illud enarratur, quod in catulo hyenæ patravit. Atqui prodigium idem memoriæ prodens Palladius [6], illud Marco monacho adscribit, si Græca respicias; ab re namque ad Macarium Alexandrinum refert interpres; quod probe advertit Tillemontius [7]: ut propterea unus & idem esse censeatur Marcus, de quo Palladius & Menologium; adeoque sub finem sæculi IV. floruerit opusculorum auctor, de quo heic sermo.

II. Atque in hanc sane sententiam aliquando descendimus: nunc vero demum, re penitius inspecta, in aliam abeundum existimamus. Primum enim antiquiores, Palladius inquam & Sozomenus, Marcum Macariis coævum ab ineunte quidem adolescentia sacræ Scripturæ libros memoria tenuisse perhibent: at ipsum in libellis conscribendis operam posuisse, aut aliqua litteris consignata post se reliquisse nuspiam produnt. Præterea, ut apposite vir doctus [8], Epiphanium quemdam nominat auctor [9], quem appellat *religiosissimum filium*: neque enim Marcus Palladianus, monachus in Celliis ut videtur degens [10], eo nomine compellasset Epiphanium Eleutheropolitanum; qui primum monasticam vitam in Palæstina professus, magno Hilarione magistro usus, deinceps anno CCCLXVIII. Salaminæ in Cypro episcopatum sortitus est [11]. Longe alius igitur a Constantiensi episcopo fuerit Epiphanius eo loci ab auctore memoratus; quem nimirum quum Ancyræ adiisset Nicolaus quidam, ut ibidem narratur, e sanctis locis Constantinopolim rediens, ab eo in disciplinam susceptus fuit atque in viam salutis deductus. Monachum enimvero agebat circa sæculi V. medium Epiphanius nescio quis, cui sancti Nili epistolam inscriptam habemus [12]: quem tamen eumdem esse cum eo cujus meminit noster auctor, affirmare non ausim. Utcumque autem se res habeat, cum laudato viro erudito existimaverim equidem, sub initium sæculi V. scriptorem de quo A loquimur claruisse, si fides habenda Nicephoro [13]; qui eum & sancti Joannis Chrysostomi discipulum fuisse, & eadem tempestate qua Isidorus Pelusiota, Nilus ac Theodoritus, floruisse tradit.

III. Multa porro sanctum Patrem nostrum litteris consignasse, memoriæ proditum. Octo ejus libellos asceticos se legisse testatur Photius [14]: quibus accesserat nonus adversus Melchisedecitas. Plura memorat Nicephorus [15]: quorum tamen pars maxima ætatem non tulit. Et priora quidem octo ascetica opuscula Photio perlecta, quamvis alio ac in editis ordine digesta, jam dudum ex interpretatione Joannis Pici Parisiis in vulgus exierunt; quæ B postea ibidem Græce simul & Latine in auctario Ducæano prodiere. At vero haud ita pridem fuerunt evulgata, quæ antea in editis desiderabantur: nimirum pars posterior opusculi VI. ubi auctor agit *de Jejunio*; cujus tamen versionem jam ab anno 1574. Venetiis ediderat Petrus Franciscus Zinus cum aliis sanctorum Ephremi, Nili & Esaiæ ascetæ scriptis, ut auctor est Fabricius [16]: nec non sermo *de Melchisedech* Photio laudatus. Hæc autem ex ms. codice Græco papyraceo qui omnia sancti Marci monachi opera Photio recensita complectitur, anno demum 1748. Romæ in lucem protulit notisque illustravit V. C. Balthassar Maria Remondini, Zacynthi ac Cephaleniæ episcopus: quæ qui- C dem omnia opusculis asceticis jam pridem vulgatis, in varias tamen sectiones pro more nostro distincta, subjicienda curavimus.

IV. Illud vero haud præterire licet: nimirum, præter sancti Patris nostri scripta hactenus memorata, circumferri adhuc in bibliothecis Patrum [17], ejusdem nomine inscriptæ *Epistolæ II. fragmentum*: quod quum nostra in paranda editione nos fugerit, heic saltem describendum putamus. Est autem hujusmodi:

### Ex S. P. N. Marci Epistola II.

D *Fragmentum*.

„ Auscultantium verbum Dei & fructum bo-„ num producentium signa sunt hæc: gemitus, fle-„ tus, attentio, silentium, demissio, perseveran-„ tia, quies, capitis motus, gravis luctus, do-„ lor cordis ex pio affectu procedens. Opera ve-„ ro, vigilia, continentia, jejunium, mansuetu-„ do, magnanimitas, assidua oratio, sacrarum lit-

1. *Pallad.* Hist. Lauf. cap. XXI.
2. *Sozom.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XXIX.
3. *Niceph.* Hist. eccl. lib. XI. cap. XXXV.
4. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pagg. 457. 801.
5. *Menol. Basil.* part. III. pag. 5.
6. *Pallad.* l. c. cap. XX. pag. 931.
7. *Tillem.* l. c. tom. VIII. pag. 811.
8. *Remond.* præfat. ad S. Marc. mon. Serm.
9. *Marc.* Opusc. V. §. VI. infr. pag. 59. c.
10. *Tillem.* l. c. tom. X. pag. 457.
11. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. pag. 1045.
12. *Nil.* epist. LIII. lib. VI. pag. 487. edit. Allat.
13. *Niceph.* Hist. eccl. lib. XIV. capp. XXX. & LIV.
14. *Phot.* Bibl. cod. CC. pag. 519.
15. *Niceph.* Hist. eccl. lib. XIV. cap. LIV.
16. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VIII. pag. 350. num. 6.
17. Bibl. PP. Paris. 1644. tom. II. pag. 76. & tom. V. pag. 821.

„ terarum cura, fides, humiliatio, fraterna dile- „ ctio, labor, adversitatis perpessio, caritas, sub- „ jectio, probitas, morum aptitudo & universo- „ rum lumen, qui est Dominus. Contra, eorum „ qui æternæ vitæ fructum non faciunt, indicia „ sunt hujusmodi: acedia, elatio, despectus, men- „ tis evagatio, murmur, levitas. Opera autem, „ edacitas, prodigalitas, ira, furor, detractio, „ fastus, arrogantia, incredulitas, importunitas lo- „ quendi, seditio, oblivio, turbatio, turpis quæ- „ stus, avaritia, invidia, rixa, fastidium, blate- „ ratio, risus, gloriæ libido, omnisque ebriositas, „ qui satanas est. „

Huc usque fragmentum. Ceterum an istud auctorem nostrum parentem agnoscat, ut censet Fabricius [1]; an vero ex aliquo ejusdem opusculorum quæ superant, excerptum fuerit, aliis dijudicandum relinquimus.

V. Nostri demum officii esse ducimus, nonnulla hoc loci advertere, quæ indubia sancti Patris scripta recipiunt. Et primum quidem, in vulgatis codicibus præmittitur auctoris nostri operibus, ipsius nomine inscripta Homilia *de paradiso & lege spirituali*, quam constat sancto Macario Ægyptio esse tributam, estque inter Macarianas XXXVII. ut post viros doctos alibi admonuimus [2]. Præterea ab optimo ac erudito sodali nostro Joanne Baptista Galliciolio accepimus, sancti Patris nostri opusculis varia ex modo laudatis Homiliis Macarianis fuisse intexta: neque enim ex Marci monachi opusculorum laciniis illas Macarii Homilias fuisse consutas, fas fuerit existimare. Sed, ut ut est, inde illud commodi accessit, ut collatione instituta lacunæ aliquot quæ in antea editis comparent, expletæ fuerint, locaque mutila sanitati restituta. Quod quidem ut compertum fiat: ex Homilia VIII. sancti Macarii §§. II. & VI. [3] desumta sunt κατὰ λέξιν quæ occurrunt §§. XXVI. & XXVII. opusculi VI. sancti Marci *de Temperantia*, ubi duo loca suppleta [4]: alterum in Interrogatione, sic: Εἰπὲ ἡμῖν, ἐν ποίοις εἶ μέτροις: alterum in Responsione, in qua hæc fuerant omissa, ἄλλῃ ὥρᾳ υἱὸς Βασιλέως, οὕτω θαῤῥεῖ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ ὡς πατρὶ, ob voces nimirum ὡς πατρὶ repetitas. In eodem quoque opusculo VI. sancti Marci, quæ habentur §. XXI. ab his verbis [5]: Τὰ δὲ πράγματα οὕτως ἐστὶν: *Res autem sic se habet*, exstant in sancti Macarii opusculo VI. *de Caritate* §. XII. [6]. Confer item, si lubet, quæ leguntur §. XXVIII. laudati opusculi VI. sancti Marci [7], cum iis quæ docet sanctus A Macarius in eodem opusculo VI. §. XXX. [8]. Cetera omittimus.

VI. Ante quam vero manum de tabula, superest admonendum cum viris doctis, Joanne Maria Brasichellano in Romano Indice anni 1607. Bellarmino, Labbeo & Combefisio in suis *recensitis auctoribus* [9], „ Marci monachi opuscula complures „ continere sententias a recta fidei regula exorbi- „ tantes, hæretica manu fortasse corrupta; adeo- „ que caute semper & acri judicio legenda, pro- „ pter sentes & vepres errorum, in quos nonnum- „ quam offendi possit „ ut alicubi notandum curavimus. Photius enimvero „ Quædam in auctore B „ nostro notat obscura [10], quo ferme vitio labo- „ rant qui ascetica ejusmodi scribunt, ipsa magis „ operibus quam verbis condiscenda. „ Quin & de opusculo nuper edito εἰς τὸν Μελχισεδὲκ, hæc habet: Ο δὲ θ.' (λόγος) κατὰ Μελχισεδεκιτῶν ἀγωνιζόμενος, οὐδὲν ἔλαττον τὸν γεννησάμενον αὐτὸν αἱρέσεως ἔνοχον οὐ μετριωτέρως στηλιτεύει. Quæ quidem verba ita reddenda censet apud Fabricium [11] Mathur. Veiss. la Croze: *Liber nonus decertans adversus Melchisedecitas, non minus* IPSUM LIBRI PARENTEM *haud levioris hæreseos reum peragit*. Aliter tamen visum viris doctis, qui Photiana verba modo recitata eo sensu passim acceperunt, quo Marcus monachus eo in Sermone adversus Melchi- C sedecitas depugnans, *in sui ipsius parentem* hæreseos hujus labe contaminatum invectus fuisse perhibetur. Ita sane Labbeus [12], Tillemontius [13] & Caveus [14], ut Schottum Photii interpretem aliosque omittamus. Quibus addere libet eruditissimum ejusdem Sermonis editorem, qui hujusmodi verba expendens §. XI. διὸ ἀναπολόγητος ὦ ἄνθρωπε, hæc habet [15]: „ Nullus dubito quin heic sanctus Pater „ aggrediatur alloqui genitorem suum, in quem „ cum Melchisedecitis sentientem nihilo minus „ quam in illos stilum acuisse sanctum Marcum, „ Photius memoriæ traditum reliquit. Profecto il- „ lud ὦ ἄνθρωπε, *o homo*, videtur esse compellan- „ tis hominem notum, & tantum non de nomine D „ inclamantis. „ Hactenus V. C. Qui & in præfatione, hujusmodi eodem de Sermone judicium tulit: „ Sermo *de Melchisedech*, inquit, cum am- „ plissimum illud de regno justitiæ & pacis & de „ sacerdotio Christi vaticinium, in persona Mel- „ chisedech editum, difficilis, ut ait D. Paullus, „ interpretationis, luculente explicat; tum vero „ etiam convellendis, si qui adhuc uspiam sunt, „ Melchisedecitarum argumentis usui esse potest. „

1. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VII. pag. 350.
2. Prolegom. ad tom. VII. Bibl. PP. cap. I. §. V. pag. IV.
3. Bibl. PP. tom. VII. pagg. 31. e. & 33. b.
4. Ibid. infr. tom. VIII. pagg. 71. & 72. a. lin. 4.
5. Ibid. tom. VIII. pag. 71. c.
6. Ibid. tom. VII. pag. 201. c.
7. Ibid. tom. VIII. pag. 72. c.
8. Ibid. tom. VII. pag. 207. c.
9. *Labb.* Dissert. de Script. eccl. tom. II. pag. 50.
10. *Phot.* Bibl. cod. CC. pag. 521.
11. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. IX. pag. 445.
12. *Labb.* Dissert. de script. eccl. tom. II. pag. 51.
13. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 801.
14. *Cav.* Hist. litt. tom. I. pag. 373.
15. Infra pag. 103. not. (p).

# CAPUT II.

## DE

# TICHONIO AFRO.

I. „TICHONIUS natione Afer, in divinis litteris eruditus juxta hiſtoriam ſufficienter, & in ſæcularibus non ignarus fuit: in eccleſiaſticis quoque negotiis ſtudioſus. „ Verba ſunt Gennadii [1]. De eo paſſim ſermonem habens ſanctus Auguſtinus, qui & ipſum probe noverat, & complura ejus ſcripta perlegerat, „ Hominem ait [2] fuiſſe & acri ingenio præditum & uberi eloquio, ſed tamen Donatiſtam. Qui aliquando ſanctarum paginarum vocibus circumfuſus, evigilavit; ut propterea adverſus ipſos ſuos calamum ſtrinxerit. Hoc ergo ſuſcepto, ſubdit ſanctus Doctor, Tichonius quum vehementer copioſeque differeret, & ora contradicentium multis & magnis ac manifeſtis ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis oppilaret, non vidit quod conſequenter videndum fuit. Nimirum, inquit [3], contra Donatiſtas invictiſſime ſcripſit, quum fuerit Donatiſta; & illic invenitur abſurdiſſimi cordis, ubi eos non omni ex parte relinquere voluit. „ Hæc ſanctus Doctor. Floruit auctor ætate qua Rufinus, teſte Gennadio [4], Theodoſio & filio ejus regnantibus. Qua de re accurate, ut fere ſemper, eruditiſſimus Tillemontius [5].

II. Ex iis quæ litteris conſignavit Tichonius, quæque ſatis diligenter enumerat Gennadius, unum ſupereſt opuſculum *de ſeptem Regulis* inſcriptum; „ quibus quaſi clavibus, ut inquit ſanctus Auguſtinus [6], divinarum ſcripturarum aperirentur occulta.... Quæ quidem conſideratæ, ſicut ab illo aperiuntur, non parum adjuvant ad penetranda quæ tecta ſunt divinorum eloquiorum: nec tamen omnia, quæ ita ſcripta ſunt ut non facile intelligantur, poſſunt his regulis inveniri, ſed aliis modis pluribus; quos hoc numero ſeptenario uſque adeo non eſt iſte complexus, ut idem ipſe multa exponat obſcura, in quibus harum regularum adhibet nullam; quoniam nec opus eſt. „ Nonnulliſque interjectis, deinceps hæc addit [7]: „ Quod ideo dicendum putavi, ut liber ipſe & legatur a ſtudioſis, quia plurimum adjuvat ad ſcripturas intelligendas, & non de illo ſperetur tantum quantum non habet. Caute ſane legendus eſt, non ſolum propter quædam in quibus ut homo erravit, ſed maxime propter illa quæ ſicut Donatiſta hæreticus loquitur. „ His vero ita enarratis, eaſdem Tichonii Regulas expendit ſanctus Pater: cujus propterea re-A cenſionem infra ſub hujus voluminis finem excudendam curavimus.

III. Ceterum alibi quoque operis Tichoniani mentionem injicit idem ſanctus Auguſtinus. Scribens enim ad Aurelium Carthaginienſem epiſcopum, hæc habet [8]: „ De Tichonii ſeptem regulis vel clavibus, ſicut ſæpe jam ſcripſi, cognoſcere quid tibi videatur, exſpecto. „ Quanti vero fecerit ejuſmodi opus ſanctus ille Doctor, ex eo compertum fit, quod locum Paullinum retractans *de vaſis aureis & argenteis in domo magna conſtitutis* [9], quum antea in eo exponendo ſancti Cypriani ſenſum fuiſſet ſecutus, mutata deinde ſententia, in Tichonii in-B terpretationem conceſſit [10]: „ Sed magis approbo, inquit, quod apud Tichonium poſtea reperi vel adverti, in utriſque intelligendum quædam in honorem, non ſola ſcilicet aurea vel argentea; & rurſus in utriſque quædam in contumeliam, non utique ſola lignea & fictilia. „ Hæc ille. Neque aliter cenſuere de Tichonii Regularum præſtantia Caſſiodorius ac ſanctus Iſidorus Hiſpalenſis. Et ille quidem *de introductoribus ſcripturæ divinæ* ſermonem habens [11], *qui modos elocutionum explanationis cauſſa formantes, per exemplorum diverſas ſimilitudines intelligi faciant quæ prius clauſa manſerunt*, Tichonio Donatiſtæ primum locum tribuit, eumque cum ſancto Auguſtino, Hadriano, Euche-C rio & Junilio conſociat. Atque alibi præterea monet, eumdem ſcriptorem *in libris Regularum latius diligenterque diſſeruiſſe*. Alter vero, id eſt, ſanctus Iſidorus, eaſdem ſeptem Regulas Tichonianas tanto in pretio habuiſſe comperitur, ut illas in compendium redactas ſuis intexuerit Sententiarum libris [12], earumque auctorem inter *Sapientes* retulerit.

IV. Quod ſupereſt, Tichonii liber Regularum primum prodiit Baſileæ anno 1569. in Orthodoxographis Grynæi. Poſtmodum vero in prima bibliothecæ Patrum Pariſienſis editione Bignæana anno 1575. Præterea idem opus Tichonianum ad mss. codices exactum evulgavit anno 1622. Andreas Schottus in D Supplemento ſeu Auctario bibliothecæ Patrum Colonienſis: atque ita recenſitum Lugdunenſi poſtremum intextum comparuit. Hanc autem Schotti editionem typis expreſſimus; ſacræ ſcripturæ loca diligentius ſubnotavimus; menda complura quibus antea ſcatebat exemplar, ſuſtulimus; nonnulliſque obſervationibus auximus.

1. *Gennad.* de Vir. illuſtr. cap. XVIII.
2. *Aug.* contr. Epiſt. Parmen. lib. I. cap. I. opp. tom. IX. pag. XI.
3. *Id.* de Doctr. Chriſt. lib. III. cap. XXX. num. 42. tom. III. pag. 57.
4. *Gennad.* l. c.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VI. pag. 718. not. XXXII. ſur les Donatiſtes.
6. *Aug.* de Doctr. Chriſt. l. c.
7. *Id.* ibid. num. 43.
8. *Id.* epiſt. XLI. num. 2. opp. tom. II. pag. 88.
9. II. *Tim.* II. 20.
10. *Aug.* Retract. lib. II. cap. XVIII.
11. *Caſſiod.* de Inſtit. divin. litter. cap. X.
12. *Iſid. Hiſp.* Sentent. lib. I. cap. XIX.

# CAPUT III.

## DE

# AURELIO

## EPISCOPO CARTHAGINIENSI.

I. Aurelius, totius Africæ Primas, inter illuſtres Eccleſiæ Patres & Doctores a ſancto Fulgentio recenſetur his verbis [1]: „ Quis neget „ beatos epiſcopos Innocentium Romanum, Athanaſium Alexandrinum, Euſtathium Antiochenum, Gregorium Nazianzenum, Baſilium Cæſarienſem, Ambroſium Mediolanenſem, Hilarium „ Pictavienſem, Conſtantinopolitanum Joannem, „ Aurelium Carthaginiensem, Auguſtinum „ Hipponenſem, ceteroſque pontifices qui eccleſias „ Dei vigilantiſſime gubernantes, aut naſcentibus „ aut jam natis hæreticis habitante in ſe ſancto „ Spiritu reſtiterunt, nec veteres lupos eccleſiaſtico gregi permittentes irrepere, nec novos perniciose intra ovile dominicum latitare; quis, inquam, iſtos neget vaſa miſericordiæ, quæ Deus „ præparavit in gloriam? „ Hæc ſanctus ille Ruſpenſis epiſcopus. Et jure quidem Aurelius Carthaginienſis tanto præconio dignatur. Primus enim omnium, inquit vir doctiſſimus [2], adhuc ſilente Auguſtino, Cæleſtium renuentem peccatum originis admittere condemnavit, ejuſque ſectatores pluribus deinceps ſynodis coactis ſacro anathemate percuſſit. Hinc ſanctus Proſper in Carmine *contra Ingratos* cecinit de Pelagianis in ſynodo ab eodem damnatis [3]:

*An alium in finem potuit procedere ſanctum*
*Concilium, cui dux Aurelius, ingeniumque*
*Auguſtinus erat?*

Donatiſtas præterea univerſa fere Africa excluſit; paganorum etiam templa in Chriſtianæ religionis uſum redegit; ac in decem & ſeptem plenariis ex tota Africa conciliis orthodoxam doctrinam ac diſciplinam egregiis legibus confirmavit. „

II. Porro de tempore quo ſedit Aurelius, illud primum conſtat, eum anno CCCXC. nondum fuiſſe ad cathedram epiſcopalem evectum: eo enim anno, concilio II. Carthaginienſi XIV. Kal. Junii coacto præfuit Genethlius ejus deceſſor, qui tamen poſtmodum vitam clauſiſſe comperitur: ut propterea inſequente anno CCCXCI. vel ut maxime CCCXCII. fuerit Aurelius epiſcopatum adeptus: quæ eſt Tillemontii ſententia [4]. Verum quo anno demum deceſſerit idem Aurelius, non eſt adeo exploratum, ut certum quidquam ſtatui poſſit. In vivis agebat anno CCCCXXVII. quo ſanctus Auguſtinus librum XXII. *de Civitate Dei* litteris conſignabat. Ibi enim verba faciens de diaconis Carthaginienſis eccleſiæ [5]: *In quibus erat*, inquit, *& ex quibus ſolus eſt nunc in rebus humanis, jam epiſcopus cum honore a nobis debito nominandus, Aurelius*. Idem evincitur ex ejuſdem libro II. *Retractationum*, eo ipſo anno exara-A to, ubi hæc habet [6]: *Propter hæc venerabilis ſenex Aurelius, eccleſiæ ipſius civitatis epiſcopus, ut hinc aliquid ſcriberem juſſit, & feci*. Præterea vivebat adhuc anno CCCCXXIX. quo ſcripta fuiſſe perhibetur ejuſdem Auguſtini epiſtola CCXXXI. ubi Darium monens de miſſis libris quos non petierat [7]: *Hos omnes*, inquit, *ſi dum es intra Africam legeris, judicium tuum mitte de illis, aut mitte nobis, aut quo nobis a domino fratre Aurelio mittatur, dimitte*. Ad hæc, ut advertit Norisius [8] & poſt ipſum Pagius [9] ac Tillemontius [10], ex Marii Mercatoris Commonitorio Theodoſio anno CCCCXXIX. oblato erudimur, Aurelium eo ipſo anno vitam adhuc egiſſe. Ibi enim dum meminit hic ſcriptor Ambroſii, B Innocentii, Zoſimi, Theodori, Prayli, eos *beatæ recordationis* appellat: ubi vero Aurelium nominat, non ita. Siquidem de Cæleſtio Carthagine accuſato: *De infraſcriptis capitulis*, inquit, *apud Aurelium epiſcopum memoratæ urbis, per libellum a quodam Paullino diacono ſanctæ memoriæ Ambroſii Mediolanenſis epiſcopi eſt accuſatus*. Quamobrem eo anno etiamnum ſuperſtes erat Aurelius: qui tamen paullo poſt e vivis exceſſerit; & quidem, ut videtur, inſequente anno CCCCXXX. Nam ante paſcha anni CCCCXXXI. ſedebat Carthagine Capreolus, ut ex ejus litteris in concilio Epheſino recitatis colligimus [11]. Quibus temporum rationibus ſubductis, poſtquam annos ferme XL. primatum Africæ tenuiſC ſet venerabilis ſenex, ſupremum diem obierit anno CCCCXXX. quo item ſanctus Auguſtinus ſpiritum Deo reddidit: ſed paullo ante, ſcilicet die XX. menſis Julii, qua colitur ejus memoria in vetuſtiſſimo Carthaginienſis eccleſiæ Kalendario a Mabillonio edito, atque his verbis notatur [12]: XIII. *Kal. Ag.* (ſic) *Depoſitio ſancti Aurili epiſcopi*.

III. Præter allocutiones ad patres Africanos in Codice eccleſiæ Africanæ relatas, varias ſcripſit epiſtolas noſter Carthaginienſis antiſtes, quas diligenter recenſet Tillemontius [13]. Ex his una exſtat encyclica ad omnes epiſcopos per Byzacenam & Arzugitanam provinciam conſtitutos, *de damnatione* D *Pelagii atque Cæleſtii hæreticorum*; quam ex collectione Creſconiana annalibus eccleſiaſticis intexuit magnus Baronius [14]. Nos vero exemplar ſecuti ſumus ab eruditiſſimo viro Joanne Garnerio variis lectionibus & notis illuſtratum, ex ejus Diſſertatione III. ad Marium Mercatorem *de Conſtitutionibus Imp. editis in cauſſa Pelagianorum* deſcriptum. Eſt autem Epiſtolæ ſubſcriptio hujuſmodi: *Dat. Kal. Auguſti Carthagine, Monaxio & Plinta coſs.* id eſt, anno CCCCXIX. Hinc ergo in noſtro edito ex eo anno retrahenda Epiſtola cui eſt illigata, & ſerius

E

1. *Fulgent.* de verit. prædeſt. & grat. lib. II. num. 42.
2. *Noriſ.* Hiſt. Pelag. lib. II. cap. VIII. ſub fin.
3. *Proſp.* Carm. de ingrat. ℣. 90.
4. *Tillem.* Mem. eccl. tom. VI. pag. 159. & tom. XII. pag. 555.
5. *Aug.* lib. XXII. de Civ. Dei cap. VIII. num. 3.
6. *Id.* lib. II. Retract. cap. XXI.
7. *Id.* epiſt. CCXXXI. num. 7.
8. *Noriſ.* l. c.
9. *Pagi* ad ann. 430. §. XXVI.
10. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XII. pag. 559.
11. Conc. Epheſ. part. II. act. I. pag. 1074. tom. III. edit. Ven. Labb.
12. *Mabill.* Analect. pag. 164. edit. nov.
13. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XII. pag. 556. ſeq.
14. *Baron.* ad ann. 419. §. LVIII.

collocanda ; iis vel maxime si animum adjicias, quæ modo de sede Aurelii episcopali edisseruimus. Ceterum ad ejusdem Epistolæ commendationem plurimum facit, quod observat laudatus Garnerius [1]: „ hanc nimirum fuisse ad episcopos scriptam ab eo, qui scientissimus foret canonum, sanctitate eximius, retinentissimus episcopalis dignitatis, Augustino in rebus agendis conjunctissimus, & fere unus: ut scientia, sanctitas, dignitatis studium, Augustini societas, tantam Aurelio auctoritatem tribuant hac in parte, quanta potest esse maxima, etiam ad præsulum exemplum. „ Huc usque vir doctus.

IV. Neque heic demum prætereundum, complures item epistolas ad eumdem Aurelium scripsisse viros sanctitate ac doctrina præstantes, Innocentium I. ejusque successorem Zosimum, Paullinum Nolanum, Augustinum, Alypium, Joannem Chrysostomum, alios [2]. Nostro quoque Aurelio idem sanctus Augustinus magnum illud opus *de Trinitate*, nec non librum *de gestis Pelagii*, aliumque *de opere monachorum*, honoris gratia inscripsit. Quid plura? Ut verbis tandem scriptoris eminentissimi orationem concludam [3]: „ Tantum ab universis illarum provinciarum episcopis uni Aurelio tributum est, ut in concilio Carthaginiensi, Honorio VII. & Theodosio II. celebrato, patres hæc eidem dixerint: *Placuit etiam petitu omnium, ut epistolis omnibus de concilio dandis* SANCTITAS TUA SOLA *subscribat*. „

## CAPUT IV.

## DE

# VICTORINO AFRO.

I. C. Fabius Marius Victorinus V. C. natione Afer, teste sancto Hieronymo [4], Romæ sub Constantio principe rhetoricam docuit, & in extrema senectute Christi fidem suscepit: quod quidem haud diu ante annum CCCLXII. quo Julianus apostata rerum potiebatur, contigisse videtur. Sanctus enim Augustinus Deum alloquens, de Victorino hæc habet [5]: „ Imperatoris Juliani temporibus lege data prohibiti sunt Christiani docere „ litteraturam & oratoriam: quam legem ille „ ( Victorinus ) amplexus, loquacem scholam deserere maluit, quam verbum tuum quo linguas „ infantium facis disertas. „ Magna porro eloquentiæ laude ac disciplinarum studio ipsum adeo claruisse, ut statuam in foro Trajani meruerit, testatur Doctor maximus [6]. Qua de re Deum iterum alloquentem Augustinum audire præstat [7]: „ Ille, „ inquit, doctissimus senex, & omnium doctrinarum liberalium peritissimus, quippe philosophorum tam multa legerat & dijudicaverat & dilucidaverat, doctor tot nobilium senatorum, qui „ etiam ob insigne præclari magisterii statuam in „ Romano foro meruerat & acceperat, usque ad „ illam ætatem venerator idolorum .... non erubuit esse puer Christi tui, & infans fontis tui, „ subjecto collo ad humilitatis jugum, & edomita „ fronte ad crucis opprobrium. „ Nonnullisque interjectis ista subdit sanctus Doctor: *Legebat sanctam scripturam, omnesque Christianas litteras investigabat studiosissime & perscrutabatur*. Qua demum sacra subactus lectione Christo nomen dedit: ut propterea mitius accipienda videantur ea sancti Hieronymi verba, quibus ait [8] quod Victorinus *occupatus eruditione sæcularium litterarum, scripturas omnino sanctas ignoraverit*.

II. Quamdiu vero post fidem susceptam circa annum Christi CCCLX. aut CCCLXI. superstes fuerit tantus vir, non est adeo exploratum, ut quidquam certi statui possit. Verum si attendantur ejus litterarum monimenta quæ superant, cum contra Manichæos tum adversus Arianos exarata, nec non commentarios in Apostolum quos memorat & legit sanctus Hieronymus [9], quosque etiamnum delitescere mss. in Herivallensi codice testatur Sirmondus [10]: hinc demum jure colligas, Victorinum, senem licet ad Christum conversum, neque vires neque ingenium defecisse, adeoque post annum CCCLX. aut insequentem diutius adhuc in vita fuisse, quo Christianis dogmatis addiscendis sedulo incumbens, pro fide ac religione tot ac tanta perscriberet. In hanc autem sententiam eo in primis adducor, quod idem sanctus Hieronymus apologiam contexens pro suis libris adversus Jovinianum quam Pammachio inscripsit, hæc habet: *Si id ipsum virgo putatur & nupta, cur piaculum vocis hujus Romæ Victorinus audire non potuit?* Haud equidem ignoro, locum istum Hieronymianum fuisse primum a Martianæo immutatum [11], qui omisso *Victorini* nomine, ita rescripsit: *Roma audire non potuit?* Neque aliter Vallarsius, editorem Benedictinum deinceps secutus [12]. Editi tamen priores, Erasmi præ ceteris [13] & Mariani Victorii [14], quibus adstipulantur mss. non pauci, lectionem constanter exhibent quæ *Victorini* nomen retinet, nobis modo prolatam: ut proinde non temere rejicienda videatur. Hac itaque vetere lectione semel admissa & mss. auctoritate firmata, in vivis adhuc egerit Victorinus anno CCCLXXXII. Constat namque inter eruditos, Jovinianum hæreticum quem Hieronymus eo loci perstringit, non ante eumdem annum Romæ substitisse. Sed quo demum exinde anno vitam clauserit, haud est plane compertum.

III. His ita de anno Victorini emortuali disputatis, jam quantum doctrina valuerit auctor, quove nomine inter Ecclesiæ scriptores locum sortiri meruerit, ex ejus quæ supersunt litterarum monimentis arguendum. Primum itaque in nostram ecclesiasticorum operum Victorini collectione libellos duos stitimus: quorum alter *ad Justinum Manichæum* ( quem *Justum* [15] appellat Labbeus, licet alibi [16] & ipse *Justinum* dicat ) *contra duo princi-*

1. *Garn.* in not. infra pag. 130. sub fin.
2. *Tillem.* l. c.
3. *Noris.* l. c.
4. *Hieron.* lib. de Vir. illustr. cap. CI.
5. *Aug.* Confess. lib. VIII. cap. V. num. 10.
6. *Hieron.* in Chron. ad ann. MMCCCLXX.
7. *Aug.* l. c. cap. II. num. 3. & 4.
8. *Hieron.* præfat. ad comment. in Epist. ad Gal.
9. *Hieron.* ll. cc.
10. *Sirm.* opp. tom. I. pag. 345. §. V.
11. *Martian.* edit. *Hieron.* opp. tom. IV. epist. XXX. p.229.
12. *Vallars. Hieron.* opp. tom. I. epist. XLVIII. pag. 210.
13. *Erasm. Hieron.* opp. tom. II. epist. L. pag. 102. a.
14. *Mar. Victor. Hieron.* opp. tom. II. epist. L. pag.388. b.
15. *Labb.* Bibl. nov. mss. pag. 24.
16. *Id.* Differt. de Script. eccl. tom. II. pag. 467.

*pia Manichæorum*, & *de vera carne Christi* inscribitur; alter *de verbis Scripturæ*: FACTUM EST VESPERE ET MANE, DIES UNUS. Eos vero ex Herivallensi codice descriptos anno 1630. Parisiis edidit Sirmondus, qui & simul monuit, se inscriptiones effinxisse, quibus in ms. libelli carebant. Utrum autem duo isthæc opuscula Victorinum Afrum scriptorem agnoscant dubitat propterea Launojus [1], quia eorum non meminit Hieronymus. Verum quam elumbe sit argumentum ex Hieronymi silentio ductum, quo nimirum huic vel illi auctori scripta nonnulla abjudicentur, alibi satis superque demonstravimus [2]. Præterea, si eorumdem opusculorum stilus asper, obscurus, implexus cum ea scribendi ratione conferatur qua utitur auctor in reliquis operibus quæ ab Hieronymo memorata supperant adhuc, eorum scriptor enimvero evincitur fuisse Victorinus, ut probe arguit Tillemontius [3]. His adde quæ memoriæ tradidit auctor Appendicis ad Isidorum & Ildefonsum [4]: *Victorinus episcopus*, inquit, *composuit & ipse versibus duo opuscula admodum brevia: unum adversus Manichæos, reprobantes veteris testamenti Deum, veramque Christi incarnationem contradicentes: aliud autem adversus Marcionistas, qui duo principia, id est, duos deos fingunt.* Ad quem locum recte Miræus: „ Opuscula duo, ait, adversus Manichæos & Marcionistas quæ heic recensentur, videntur esse *Victorini Afri rhetoris*, de quo Hieronymus cap. CI. Victorini porro hujus libellos duos Sirmondus Lutetiæ 1630. publicavit. — Garsias tamen Loaisa putat, duo illa opuscula quæ hoc capite memorantur, esse attribuenda *Victorino rhetori Massiliensi*, de quo Gennadius cap. LX. Ut ut sit, notet lector Victorinum nostrum hoc capite *episcopum* vocari: quem titulum nec suo Victorino Afro Hieronymus, nec suo Victorino Massiliensi Gennadius tribuit „. Hæc Miræus. Et quidem minus diligenter litteris consignavit anonymus ille auctor Appendicis, quæ de Victorino eo loci prodidit: at satis opportune aliqua saltem ex parte, ad id quod præcipue intendimus comprobandum.

IV. Opuscula duo modo laudata excipit alterum ejusdem Victorini *de generatione divini Verbi*, seu *Confutatorium Candidi Ariani ad eumdem*. Præmittitur ejusdem Candidi Ariani libellus *de generatione divina*; cui, ut innuimus, suum opposuit Victorinus. Utramque porro opellam anno 1548. Basileæ primus evulgavit cum suis in Genesim & Exodum conceptionibus Jacobus Zieglerus [5]. Exinde vero eadem in urbe anno 1555. inter Orthodoxographa reposuit Joannes Heroldus. Medio autem sæculo insequente duum Victorinorum scriptis intexuit Andreas Rivinus. Denique opuscula eadem velut adhuc inedita publici juris fecit Mabillonius [6]. Et Victorini quidem integrum edidit vir doctissimus: at Candidi acephalum, quin & magnam partem truncatum: neque enim aliter se habebat codex Augustanus sancti Udalrici, unde ille utrumque descripsit, mendis præterea quam plurimis obsitus. Ex hac tamen Mabilloniana editione illud commodi accessit, quod opusculi Victorini collatio-A ne instituta cum anterioribus editis, non solum haud pauca loca supplevimus, variasque olim corruptas lectiones integritati restituimus; sed, quod rei caput est, quum antea sive librariorum inscitia, sive potius male compactorum exemplarium vitio, luxata essent plurima, perperam transposita & fœde inversa; ex Mabilloniano edito ubi recte intercurrunt omnia, suis quæque locis digessimus, ut ex subjectis adnotationibus lector compertum habebit [7].

V. Illud vero animadvertere operæ pretium fuerit, sub finem prædicti libelli *de generatione divini Verbi* Victorinum suorum *de Trinitate* librorum B *adversus Arium* meminisse. Sic enim ille [8]: *Dictum est a nobis sufficienter, ut credo in aliis libris, a quo sit progressio & descensio; regressioque promissi sancti Spiritus declarata est: & de triplici unitate & unali trinitate.* Nonnullisque interjectis: *Sed de iis tribus*, inquit, *alia nobis oratio.* Verum ex his haud colligas velim, libros IV. *de Trinitate* ante hunc libellum absolvisse aut etiam evulgasse Victorinum: ut propterea iisdem IV. libris alter de quo loquimur, subjiciendus esset, adeoque auctoris opera ordine præpostero digesta heic esse, nobis objicias. Ipsemet enim Victorinus hunc scrupulum eximit statim ab initio libri I. ubi Candidum Arianum alloquens hæc habet [9]: *In primo sermone hu-* C *jus operis, & multa & fortiora quædam etiam horum, o amice* CANDIDE, *proposita atque tractata abs te sunt; quæ quamquam ut oportuit dissoluta sunt* cet. Audin? *In primo sermone*, inquit. Quibus sane verbis tum Candidi libellum *de generatione divina*, tum suum ejusdem libelli *Confutatorium* satis luculenter innuit auctor. Hinc itaque rite arguendum videtur, Victorinum dum superius ait, *Dictum est a nobis sufficienter* cet. suos IV. libros affectos quidem, sed non confectos indigitasse.

VI. Jure itaque modo laudatis opusculis libros IV. adversus Arium subjecimus, *more dialectico scriptos & valde obscuros*, judice Hieronymo [10], *qui* D *nisi ab eruditis non intelliguntur.* His præfixum est Candidi epistolium Victorino inscriptum, cui Arianus ille Arii epistolam ad Eusebium Nicomediencem intexuit, ab Epiphanio [11], Theodorito [12] & Nicephoro [13] recitatam. Id vero non agnovisse viros doctos qui veterum Patrum bibliothecas consarcinarunt, est quod miremur; eamdem scilicet epistolam libris IV. Victorini præmittentes quidem, sed nulla distinctione neque ulli certo auctori tribuentes. Hanc autem Arianam epistolam ab amico suo Candido postulasse ipsummet Victorinum, & quo consilio postulasse, ex eodem comperimus. Sic enim ille Candidum suum allocutus [14]: *Quæ proposita atque tractata abs te sunt (o amice Candide)* E *quamquam ut oportuit dissoluta sunt, tamen idcirco ista ex* EORUM EPISTOLIS *audire voluimus: ut dum hæc omni confutatione convincimus, illa quoque ex istorum confutatione vincamus.* Ceterum admonere nostra interest, in horum IV. librorum inscriptione ac in præcedentis *Confutatorii* titulo, secutos nos fuisse veteres editos, in quibus Victorinus *Vir Consularis*, ab re tamen, dicitur; quum mss. siglæ

1. *Laun.* de Victor. opp. tom. II. part. I. pag. 648.
2. Prolegom. ad tom. I. Bibl. PP. cap. I. §. XII. pag. XXII.
3. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 405.
4. Cap. VII. apud *Fabric.* Bibl. eccl. pag. 69.
5. *Ziegl.* Conc. in Gen. & Exod. pagg. 232. 237.
6. *Mabill.* Anal. tom. IV. pag. 155. & pag. 1. edit. nov.
7. Vid. infr. pag. 144. not. 6. pag. 145. not. 12. pag. 146. not. 1.
8. *Victor.* de gener. div. Verb. §. XXXI. infr. pag. 150.
9. *Id.* lib. I. adv. Ar. §. I. infr. pag. 152.
10. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. CI.
11. *Epiph.* Hær. LXIX. §. VI.
12. *Theodor.* Hist. eccl. lib. I. cap. V.
13. *Niceph.* Hist. eccl. lib. VIII. cap. IX.
14. *Victor.* lib. I. adv. Ar. §. I. infra pag. 152.

*V. C.* reddendæ agnoſcantur *Vir Clariſſimus*, neutiquam vero *Conſularis*, ut recte advertit Tillemontius [1]. Atque ita ſane cum in fronte collectionis operum ejuſdem auctoris, tum etiam alibi noſmet ipſi reſcripſimus. Neque vero heic omittendum quod admonuit Braſichellenſis [2], caute nimirum hoſce libros eſſe legendos, in quibus nonnulla duriuſcula minuſque ad catholicam regulam expenſa reperire eſt, quorumque auctorem, ut ait Petavius [3], σκοτικὸν non minori jure, quam Heraclitum illum, cognominare poſſis. Verum in hanc ſententiam legas maxime velim, quæ ad Marium Victorinum ab ejuſdem Petavii cenſura vindicandum litteris tradiderunt viri docti, qui S. Zenonis Veronenſis epiſcopi Sermones eruditis diſſertationibus illuſtrarunt [4]. Ceterum nemo infitias ierit, exemplaria edita mendis paſſim fœdata circumferri, nonniſi alicujus vetuſtioris codicis tollenda, cujuſmodi eſt ille Claromontanus ſeptingentorum annorum, cujus meminit Simonius [5]: cui tamen malo mederi ſtudens qui primus eos libros evulgavit, aliquot emendationes margini adlevit, quas ad limbum pro more noſtro ſubjecimus, pauculis etiam noſtris intextis. De potioribus vero novi Fœderis locis a Victorino excitatis, præter laudatum Simonium, plura dabit Joannes Millius [6].

VII. Jam vero de tempore quo ſcripti fuere iidem libri adverſus Arium, ab ipſo Victorino erudimur. In iis enim loquens de concilio Nicæno [7]: *Probatum* illud, ait, *ab imperatore* ( Conſtantino ) *imperatoris noſtri* ( Conſtantii ) *patre*. Eos itaque libros ſcribebat auctor, dum etiamnum rerum potiebatur Conſtantius; ſub quo item principe ipſum adhuc ethnicum claruiſſe, ſuperius ex Hieronymo intelleximus. Quin & aliam temporis notationem ſignat ibidem Victorinus, ubi rurſus concilii Nicæni mentionem injiciens, illud *ante* XL. *annos* celebratum tradit [8]. Quum autem idem concilium habitum fuerit anno CCCXXV. hæc igitur litteris conſignabat auctor anno CCCLXV. imperante Valentiniano, ſi rectam annorum rationem inierit. Utrumque porro Victorini locum probe animadvertit Baronius, qui de poſteriore verba faciens [9]: „ Annorum XL. numerum, inquit, ſi quis velit ad „ exactum referre calculum, dicendum eſſet Victo„ rinum nonniſi Domini anno ſexageſimo quinto „ poſt treceteſimum eos libros ſcripſiſſe, quo ex„ pletur numerus ille quadragenarius a dicto Ni„ cæno concilio. Quamobrem ſic ipſe expreſſiſſe „ numerum illum intelligi poſſe videtur, non ut „ ea obiter tractans certum voluerit annorum nu„ merum conſignaſſe, ſed quod poſt tertium anno„ rum denarium quartus jam volveretur. „ Hæc vir ſummus. Aliter tamen cenſet Gothofredus [10];

A qui Victorini verba, *ante* XL. *annos*, tantum abeſſe putat, deductiorem, ſeu *minorem quadrageſimo* numerum ſignificent, ut contra etiam ulteriorem ſuadeant. Qua de re nonnulla obſervat Tillemontius [11]: qui tamen laboris impatiens, Victorini locum a Baronio excitatum conſulere haud ſuſtinuit. Sic enim ait: „ Pour le premier livre ſur la Trinité „ d'où Baronius le cite, il eſt trop long pour les „ y chercher ( ces 40. ans. ) „ Ceterum monendus heic eſt lector, probam Victorini lectionem, *ante* XL. *annos* exſtare in una *Hæreſeologia* Joannis Heroldi [12], ubi occurrunt libri IV. ejuſdem auctoris adverſus Arium; qua ex editione illam hauſerit Baronius: nam ceteræ quæ inſecutæ ſunt in duabus B veterum Patrum bibliothecis Pariſienſibus [13] mendoſe legitur *ante* II. *annos*; quem quidem numerum litteris ſic expreſſum *undecim*, exhibet quoque poſtrema Lugdunenſis [14]; quemadmodum & noſtra [15], ad eas videlicet editiones exacta, quod tum *Hæreſeologia* Heroldi ad manus non eſſet: ubi propterea reſtituendus numerus XL. qui caligantibus oculis facili lapſu in XI. perverti potuit; ex quo deinceps manavit numerus ille arabicus II. & alter *undecim* ſyllabatim exaratus. Sed ut in viam regrediamur, illud præterea de hoc Victorini opere animadvertendum fuerit, librum I. fortaſſe deſinere cum profeſſione fidei quæ exſtat cap. XLVII. clauditurque his verbis: *Gratia & pax a Deo patre & filio ejus* C *Jeſu Chriſto Domino noſtro, ſic iſta confitenti in omnia ſæcula ſæculorum*. Atque hujuſmodi conjectura ex iis confirmari poſſe videtur, quæ habet auctor ſub initium cap. LIV. ejuſdem libri I. ubi ſic: *Dictum*, inquit, *de iſtis eſt in* LIBRO QUI ANTE ISTUM. Verum ab editis non diſceſſimus, id tantum adnotaſſe contenti.

VIII. Libris IV. adverſus Arium ſubjicimus opuſculum *de ὁμοουσίῳ recipiendo*, quod jure optimo videtur exiſtimaſſe laudatus Gothofredus, nihil aliud eſſe quam Epitomen prædictorum IV. librorum, poſterius proinde ab auctore ſcriptum; quod tamen in antea vulgatis poſt Hymnum I. perperam col- D locatur. Sequuntur Hymni III. *de Trinitate* ametri & anarythmi: caute quidem legendi; in nonnullis enim, judice Launojo [16], interpretem benignum exigunt, ut videre eſt apud Braſichellenſem [17]. Ad Carmen vero quod ſpectat *de ſeptem fratribus Maccabæis*, Victorino noſtro antea tributum; illud vero prætermittendum duximus cum viris eruditis Joanne a Boſco [18], Barthio [19], Labbeo [20], Oudino [21] & Balleriniis [22]; qui complurium codicum mſs. auctoritate ducti, Carmen illud potius ſancto Hilario epiſcopo Arelatenſi, quam Victorino Afro adſcribendum exiſtimant.

E

1. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 401. not. 1.
2. *Braſich.* Index libror. expurg. tom. I. pag. 121.
3. *Petav.* de Trinit. lib. I. cap. V. pagg. 30. & 103.
4. *Ballerin.* ad S. Zenon. Diſſert. II. cap. I. §. VIII. p. LXXXV.
5. *Simon.* Critiq. de la Bibl. des aut. eccl. tom. I. p. 64.
6. *Mill.* Prolegom. ad N. Teſtam. Gr. pag. 74. num. 778.
7. *Victor.* lib. II. adv. Ar. §. IX. in fin. infra pag. 178.
8. *Id.* ibid. lib. I. §. XXVIII. infra pag. 162.
9. *Baron.* ad ann. 362. §. CCCI.
10. *Gothofr.* Cod. Theod. tom. VI. part. I. pag. 275. edit. nov. al. 251.
11. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 799. not. IV. *ſur S. Simplicien*.
12. Hæreſ. *Herold.* pag. 186. edit. Baſil. 1556.
13. Bibl. PP. Pariſ. ann. 1624. & 1644. tom. IV. part. I. pag. 198. b.
14. Bibl. PP. Lugd. tom. IV. pag. 261. h.
15. Bibl. PP. Ven. tom. VIII. pag. 162. d.
16. *Laun.* de Victor. opp. tom. II. part. I. pag. 648.
17. *Braſich.* Index libr. expurg. tom. I. pag. 122.
18. *Jo. a Boſco* Bibl. Flor. tom. II. pag. 198.
19. *Barth.* Adverſ. III. 23.
20. *Labb.* Diſſert. de Script. eccl. tom. II. pag. 468.
21. *Oudin.* de Script. eccl. tom. I. pag. 1230.
22. *Baller.* ad S. Leon. opp. tom. II. pag. 343. num. 4.

# CAPUT V.

## DE

# S. VIGILIO

## EPISCOPO TRIDENTINO ET MARTYRE.

I. Pauca sunt admodum, neque usquequaque indubia, quæ de rebus gestis sancti Vigilii Tridenti episcopi & martyris, in promtu habentur. Exstant ejus Acta, *si non omnino primigenia*, judice Papebrochio [1], *tamen primigeniis proxima*; quæ ex ms. codice Trevirensi S. Maximini depromta evulgarunt Bollandiani [2]. Neque sane hujusmodi Actis antiquius aut sincerius monumentum occurrit, quo de nostro præsule securius aliquid statuamus. Ex his itaque Actis edocemur [3], Vigilium *genere fuisse Romanum*, *civem Tridentinum*, *atque Athenis liberalibus litteris eruditum*. Tridentum autem reversus, traditur *ordinatus dictæ civitatis episcopus*, *a primo tertius*: successor nimirum Abundantii, quem constat anno CCCLXXXI. Aquilejensi concilio interfuisse, adversus Palladium & Secundianum coacto. Ætatis annum XX. egisse Vigilium, quo tempore ad episcopalem cathedram fuit evectus, perhibent eadem Acta: quorum tamen auctoritati hac de re fidem detrahit Tillemontius [4]. Verum ex ejus animo scrupulum eximunt viri eruditi, Galeardus [5] & Tartarottus [6]. Neque enim insolens fuit antiquitus, ut aliquando præter morem Ecclesiæ receptum, nonnulli eximia pietatis & doctrinæ laude præstantes, immatura licet ætate, ad episcopatum proveherentur. Qua de re complura exstant apud veteres scriptores exempla. De Gregorio namque Thaumaturgo atque Athenodoro ejus fratre tradit Eusebius [7], eos *tantopere in divinis eloquiis profecisse*, *ut ambo adhuc juvenes*, *ecclesiarum in Ponto episcopi fuerint constituti*. *τοσαύτην ἀπηνέγκαντο περὶ τὰ θεῖα λόγια βελτίωσιν, ὡς ἔτι νέους ἄμφω ἐπισκοπῆς τῶν κατὰ Πόντον ἐκκλησιῶν ἀξιωθῆναι*. Gaudentius præterea Brixiensis episcopus, qui eadem tempestate floruit qua noster Vigilius, Tractatum de sua ordinatione sic inchoat [8]: *Imperitiæ meæ conscius, & ætatis ipsius immaturæ ad sacerdotii dignitatem pudore deterritus, merito silendi licentiam a summis sacerdotibus postulabam*. Denique, ut reliqua prætereamus exempla, Remigius *ubi vigesimum secundum ætatis subiit annum*, *in urbe Remensi*, *omnium generaliter votis ad apicem pontificatus non tam electus quam raptus fuit*, ut ex Flodoardo erudimur [9].

II. Ordinatum fuisse Vigilium ab episcopo Aquilejensi ejus Acta modo laudata testantur [10]; qui sane fuerit Valerianus, Fortunato suffectus anno CCCLXVIII. Porro Valerianus annos XX. ecclesiam Aquilejensem rexisse perhibetur, qui scilicet supremum diem obiit anno CCCLXXXVIII. ut pluribus ostendit V.C. Bernardus de Rubeis [11]. Quum autem constet Vigilium Abundantio successisse post annum CCCLXXXI. quo is synodo Aquilejensi subscripsit, ut superius admonuimus; ante annum proinde CCCLXXXVIII. Valeriani emortualem consignanda fuerit Vigilii ordinatio: secus atque conjecit Tartarottus [12]. Id vero confirmari posse videtur ex epistola sancti Ambrosii Mediolanensis, eidem Vigilio ad episcopatum recens adlecto inscripta, ut ex ipsius epistolæ initio liquet. Sic enim loquitur sanctus Doctor [13]: *Poposcisti a me institutionis tuæ insignia, quoniam* NOVUS *accitus es ad sacerdotium. Et quoniam te ipsum ædificasti, ut oportuit, qui dignus habitus es tanto munere; quomodo & alios ædifices, significandum videtur*. In qua quidem epistola quum ante omnia novum Tridentinum episcopum hortetur Mediolanensis [14], ut plebem sibi commissam doceat *conjugii copulam non ex alienigenis*, *sed ex domibus Christianis esse quærendam*; neque uspiam memoret Theodosii legem ineunte anno CCCLXXXVIII. latam, qua Judæorum cum Christianis conjugia prohibebantur; quamque profecto in medium adduxisse par erat Ambrosio, cui scilicet eadem lex incomperta esse non poterat, ut suam magis admonitionem confirmaret: hinc proinde rite conficitur, Ambrosianam illam epistolam scriptam fuisse ante annum CCCLXXXVIII. & fortasse anno CCCLXXXV. ut ex mox dicendis manifestum fiet. Quæ est sententia cll. virorum Nourrii [15] & Bernardi de Rubeis [16] modo laudatorum. Neque enim peremtoriæ sunt conjecturæ, quibus eam infirmare nititur Tartarottus [17].

III. Quot demum annos ecclesiam Tridentinam rexerit Vigilius, definiendum superest ex temporis notatione, quo fuit martyrio sublatus. Porro ex Actis superius excitatis perhibetur [18] *passus beatus Vigilius* —— THEODOSII *& Honorii Augustorum regnantium tempore*, STILICONE *consule urbis Romæ*. Neque aliter legit Bartholomæus Tridentinus [19], quem circa medium sæculi XIII. floruisse novimus. Intelligimus autem ex Fastis consularibus, Stiliconem semel iterumque consulatum gessisse: primum quidem anno CCCC. deinde anno CCCCV. At vero Theodosius junior cujus mentio in Actis, AUGUSTUS creatus est die x. aut XI. Januarii anno CCCCII. [20], quum nondum vitæ annum impleverit, natus nimirum die x. vel XI. Aprilis præcedente anno CCCCI. adeoque ut Actis veritas constet, in annum CCCCV. quo Stilico secundum consulatum obtinuit, inciderit passio sancti Vigilii. Neque enim cum Papebrochio [21] solicitanda est Actorum lectio,

1. *Papebr.* ad Act. SS. tom. V. Junii pag. 163. num. 1.
2. Ibid. pagg. 165. seqq. 3. Ibid. §. I.
4. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 812. not. 1. sur S. Vigile.
5. *Galeard.* ad S. Gaudent. Serm. pag. 332. nov. edit. not. f.
6. *Tartar.* de orig. Eccl. Trident. §. XLIII. pag. 79.
7. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XXX.
8. *Gaud.* Serm. pag. 332. nov. edit.
9. *Flodoard.* Hist. eccl. Remens. lib. I. cap. XI.
10. Act. SS. l. c. §. II.
11. *Bern. de Rub.* Monum. eccl. Aquil. capp. VII. & X. pagg. 64. 89.
12. *Tartar.* de origin. eccl. Trident. §. XLIV. pag. 81. & Apolog. delle Memor. di Rover. pag. 288. not. 2.
13. *Ambros.* epist. XIX. opp. tom. II. pag. 842. num. 1.
14. *Id.* ibid. num. 2. pag. 843.
15. *Nourr.* in recens. epistol. Ambros. ad ann. 385.
16. *Bern. de Rub.* l. c. pag. 87.
17. *Tartar.* de origin. eccl. Trident. §. XLIV. pag. 83.
18. Act. SS. l. c. §. XIII. pag. 167.
19. *Barth. Trid.* apud Tartarott. Apolog. delle Mem. di Rover. pag. 310.
20. Vid. *Tillem.* Hist. des Emper. tom. V. pag. 470.
21. Act. SS. l. c. pag. 168. not. *m*.

qui *Theodosii* loco legendum *Arcadii* existimat, ut sententiam suam statuat, Stilicone primum consule, anno scilicet sæculari CCCC. passum esse Vigilium: eo in primis nomine, inquit [1], quod quum non legatur *Stilicone* II. nulla subsit caussa, cur ea mors ad annum CCCCV. differatur. Atque in eamdem sententiam ivit Tartarottus [2]: quæ quidem nobis haud probatur, Quamvis enim in Actis non legatur *Stilicone* II. attamen secundum Stiliconis consulatum satis evincit imperii *augustalis* Theodosii junioris mentio, quo regnante consul secundo Stilico processisse intelligitur. Quum itaque martyrio fuerit coronatus Vigilius anno CCCCV. postquam in episcopatu annos XX. transegisset, ut habent præ ceteris ejus Acta a Donato Fætio evulgata; quumque præterea ex superius dictis annos natus XX. ad ecclesiam Tridentinam regendam fuerit assumtus: relinquitur, ut ortus fuerit anno CCCLXV. ejusque ordinatio in annum CCCLXXXV. inciderit, adeoque anno ætatis suæ XL. martyr e vivis excesserit. Haud quidem me fugit, doctissimum Mabillonium quoddam ms. exemplar Actorum ejusdem Vigilii conspexisse [3], sub quorum finem legitur egisse beatus martyr *episcopatum in urbe Tridentina* XII. *annos*. Verum, præterquam quod facile in numerum annorum error irrepere potuit; quo minus demum hisce Actis fidem adhibeamus, illa potissimum prohibent quæ hactenus edisseruimus.

IV. Nunc vero superest, ut de nostri præsulis Tridentini litterarum monumentis sermonem habeamus. De his autem sic Gennadius [4]: *Vigilius episcopus scripsit ad quemdam Simplicianum libellum, & epistolam continentem gesta sui temporis apud barbaros martyrum*. Quibus sane verbis presbyter hic Massiliensis innuere videtur duas Vigilii Epistolas de martyrio sanctorum Sisinnii & sociorum: quarum altera inscribitur Simpliciano episcopo Mediolanensi, altera Joanni episcopo Constantinopolitano, qui pro temporum ratione Chrysostomus fuerit. Et priorem quidem Epistolam primus edidit Lipomanus [5], eamque deinceps excuderunt Surius [6] & Baronius ex variis codicibus emendatiorem [7]: posteriorem vero quam idem Baronius intercidisse censuit [8], evulgavit Papebrochius ex ms. codice bibliothecæ Vaticanæ [9], alteri adjectam quæ jam dudum prodierat. Utramque autem Ruinartius inter Acta martyrum sincera denuo excudendam curavit [10].

V. Neque porro illud heic præterire fas est, quod quamvis plerique omnes viri docti, præeunte magno Baronio [11], ea Gennadii verba, *ad quemdam Simplicianum*, de uno Simpliciano Mediolanensi antistite accipienda esse merito existimarint; huic tamen sententiæ intercessere, primum Labbeus Miræum perstringens [12], deinde Natalis Alexander ipsummet annalium ecclesiasticorum parentem adgressus [13]; ea scilicet ratione ductus, quod iis verbis, *ad quemdam Simplicianum*, alium Gennadius indicarit a Simpliciano episcopo Mediolanensi, cujus capite proxime antecedenti cum laude meminerat. At virum summum egregie defendit eruditus Tartarottus [14]; cujus propterea verba heic describere juverit: „ Nimis infirma, inquit est hujusmodi (Natalis Alexandri) argumentatio. Gennadius, ut videtur, Vigilii Epistolas non legerat. Demus etiam legisse: compertum tamen non habuit, ad eum Simplicianum de quo capite proxime antecedenti mentionem fecerat, priorem missam esse: ideo *ad quemdam* dixit. Non est igitur, cur ea de caussa a priori sententia recedamus: atque vel ob id saltem parcendum videbatur Baronio, quod is hæc in hanc rem habeat [15]: Sed quum (Gennadius) mentionem habens Simpliciani, non dicat eum Mediolanensis ecclesiæ fuisse episcopum, sed *quemdam*, quasi incertum ejus nominis virum; revocari posse videtur in dubium, num hic ille sit Simplicianus antistes, successor sancti Ambrosii: quum præsertim præcedenti capitulo idem de eodem Mediolanensi episcopo auctor agat, recensens edita ab eo scripta. „ En prævisam a doctissimo annalium ecclesiasticorum parente critici Galli oppugnationem: quam tamen ille non adeo invictam existimavit, ut ob eam rem priori conjecturæ valedicendum esse putaret, quam his rationibus fultus probat eodem loco. Primo, quod Vigilii Epistola in codicibus omnibus inscripta sit, *ad Simplicianum episcopum*. Secundo, quod licet cujus ecclesiæ antistes fuerit, minime exprimat; tamen quod eum *Patrem* appellet, quum episcopi collegas *fratres* consueverint nominare, non alium quam Simplicianum, longo senio venerandum fuisse, suspicari liceat: præsertim quum sanctus Augustinus ipse, jam episcopus, ad eumdem Simplicianum scribens libros Quæstionum, eum, licet tunc tantum presbyterum, *Patrem* appellet. Tertio tandem, quod constet auctoritate Paullini [16], horum martyrum reliquias mox Mediolanum fuisse translatas. His addi potest, in confesso esse apud omnes, inter Ambrosium, Simpliciani de quo loquimur, alumnum ac in episcopatu antecessorem, & Vigilium, mutuum intercessisse litterarum officium. Huic Alexandri errato facem fortasse prætulit Labbeus [17], qui ob id etiam non quidem Baronium, sed Miræum *audaciæ* insimulat: quasi vero Miræus omnium primus opinionem illam invexerit, aut eam attingendo inauditum facinus perpetraverit. „ Huc usque cl. Tartarottus.

VI. Unum adhuc inquirendum superest: quo nimirum tempore ambas illas epistolas scripserit sanctus Vigilius. Utramque vero, vel saltem priorem, fuisse ab eo scriptam eodem anno quo passi sunt martyres, cum ex contextu satis intelligimus, tum in primis ex auctoritate Paullini, qui post duos fere menses ab obitu sancti Ambrosii, quum jam Simplicianus ecclesiæ Mediolanensi præesset, illuc relatas eorumdem martyrum reliquias refert his verbis [18]: *Sisinnii etiam & Alexandri martyrum, qui nostris temporibus, hoc est, post obitum sancti Ambrosii, in Anauniæ partibus, persequentibus gen-*

1. *Id.* ibid. pag. 163. Comment. præv. num. 2.
2. *Tartar.* de origin. eccl. Trident. pag. 81. & Apolog. delle Mem. di Rover. pag. 313. not. 15.
3. *Mabill.* præfat. ad sæc. V. Bened. §. XCIII. pag. XLVI.
4. *Gennad.* lib. de Vir. illustr. cap. XXXVII.
5. *Lipom.* tom. II. Vit. SS. priscor. PP. pag. 131. I. edit. Venet. ann. 1553.
6. *Sur.* Vit. SS. 29. Maii, tom. III. pag. 319.
7. *Baron.* ad ann. 400. §§. VII. seqq.
8. *Id.* ibid. §§. VII. XI.
9. Act. SS. Maii tom. VII. pagg. 42. seq.
10. *Ruinart.* Act. Mart. pagg. 534. seqq. edit. Veron.
11. *Baron.* l. c. §. II.
12. *Labb.* Differt. de Script. eccl. tom. II. pag. 475.
13. *Nat. Alex.* Hist. eccl. tom. III. pag. 1. in synops. sæc. V. cap. I. sub init.
14. *Tartar.* de orig. eccl. Trident. §. XXXVI. pagg. 66. seq.
15. *Baron.* ad ann. 400. §. II.
16. *Paullin.* Vit. S. Ambros. sub fin.
17. *Labb.* Differt. de Script. eccl. l. c.
18. *Paullin.* Vit. S. Ambros. §. LII. in Append. ad tom. II. Ambros. pag. XIII.

*tilibus viris martyrii coronam adepti sunt, quum reliquias Mediolani summa cum devotione susciperemus*, cet. Porro Epistolam I. de Sisinnii & sociorum martyrio, hac temporis notatione consignat sanctus Vigilius [1]: *Dies autem passionis sanctorum, quarto Kalendas Junias, sexta feria, luce nascente.* Et in Epistola II. hæc tantum habet [2]: *Sextæ feriæ lux alma processerat*. Quibus quidem chronicis characteribus indicatur annus CCCXCVII. quo dies IV. Kalendas Junias in feriam VI. incidit, ut post Papebrochium [3] Pagius [4] aliique observarunt. Sed probe perspexit Tillemontius, quod aliis invisum: nimirum [5], eamdem temporis notam Vigilianam recurrere quoque anno CCCCIII. Hinc Scaliger Baronium corrigens, qui putabat [6] martyrium sanctorum Anaunensium contigisse anno CCCC. adeoque scriptam eodem anno Vigilii Epistolam ad Simplicianum, ex ipsius Vigilii verbis quæ modo retulimus, sic arguit [7]: *Passi ergo sunt anno* CCCCIII. *cyclo solis* XX. *quando* XXIX. *Maii erat feria* VI. Subditque: *At in Annalibus dicitur scripta* (Vigilii epistola) *anno* CCCC. *Christi. Scripta ergo fuis-*

A *set triennio ante cædem illorum martyrum. Cui absurditati ipse* (Baronius) *non adscribet, certo scio.* Belle scilicet. Erravit quidem Baronius Mombritiana editione deceptus, in qua Stiliconis consulatu sanctorum martyrum Anaunensium Acta consignata invenit. Sed multo fœdius peccavit Scaliger Baronii censor. Primum enim non advertit vir κεκομψευμένος notam illam Vigilii chronicam anno etiam CCCXCVII. congruere, quo cyclo lunæ XVIII. solis XIV. littera dominicali D pascha fuit V. Aprilis, atque adeo *dies* IV. *Kalendas Junias* seu XXIX. Maii incidisse *in feriam sextam*. Neque advertit præterea, quod rei caput est, illam nimirum Vigilii epistolam fuisse inscriptam Simpliciano episco-
B po Mediolanensi, qui currente anno CCCC. ut norunt eruditi [8], ex hac vita migravit. *Scripta ergo fuisset* Vigilii epistola, ut suamet verba reddam Scaligero, *triennio post* obitum Simpliciani. *Cui absurditati ipse non adscribet, certo scio.* Hæc fusius edisserere libuit, quod impotens censura Scaligeri ejusque pingue mendum aliis hactenus noverim incomperta.

## CAPUT VI.

## DE

# SEVERO

## RHETORE ET POETA CHRISTIANO.

I. Scriptoris hujus nomen in Carminis editionibus cujus est auctor, ita circumfertur: SEVERUS SANCTUS, *id est* ENDELECHIUS *Rhetor*. Hinc orta de eodem scriptore varia virorum eruditorum sententia. Ex vulgata namque editione censet Tillemontius [9], auctorem esse *Endelechium* qui sub *Severi Sancti* nomine latere voluerit. Alii contra existimant [10], has inscriptionis voces, *id est Endelechius*, ab aliena manu manifeste additas fuisse, adeoque proprium auctoris nomen esse *Severum Sanctum*. Ex epistolis sancti Paullini Nolani erudimur, amicitiæ necessitudines ipsi duobus cum viris fuisse, quorum alter *Endelechius*, alter *Sanctus* appellabatur. Et de priore quidem hæc habet [11]: *Alius libellus ex his est, quos ad benedictum, id est Christianum virum, amicum meum*, ENDELECHIUM *scripsisse videor, non tamen edidisse convincar*. Posterioris vero mentionem injicit in duabus epistolis, quas SANCTO & *Amando* fratribus inscripsit [12]: ex quarum altera constat, *Sanctum* poeticen excoluisse. Sic enim loquitur: *Hymnos quos desiderabam, accepisse gratulor: quo munere*, SANCTE *frater, admonuisti me* cet. De Endelechio autem id unum docet sanctus Pater [13], ejus nimirum monitu panegyricum Theodosii ab se fuisse conscriptum, cuius meminere Hieronymus [14], Gennadius [15] & Cassiodorius [16]. Ex quibus ergo illud colligas, Sanctum distinguendum esse ab Endelechio,
C secus atque censuere viri docti, Baronius [17], Sirmondus [18], Rosweydus [19] & Fabricius [20]: qui amicum quidem sancti Paullini scripsisse Carmen de quo sermonem habemus, constituunt; quem tamen unum exstitisse, eumdemque nominatum *Severum Sanctum Endelechium* existimant minus recte, ut videtur: quum ex locis modo allatis sanctus præsul Nolanus duos fuisse, Sanctumque ab Endelechio distinxisse aperte satis comprobetur.

II. Quæ quum ita sint, Carmen sub *Severi Sancti* nomine vulgo circumlatum, Sancto potius quam Endelechio adscribendum existimaverim equidem; qui fortasse binominis fuerit: ille namque, non hic,
D vorsa facundia clarus celebratur Paullino: quæ est eruditorum Historiæ litterariæ Gallicæ scriptorum sententia [21]. Aquitanicum autem fuisse Carminis auctorem censuit Petrus Pithœus, qui illud ex ms. codice Eliæ Vineti cum veterum Galliæ theologorum opusculis, sub finem sæculi XVI. Parisiis primus evulgavit: & quidem ex eadem fortasse urbe Burdigalensi, qua ortus perhibetur sanctus Paullinus ejus familiaris. Carminis vero conscribendi occasionem præbuit dira lues, quæ [22] Pannonios, Illyricos, Belgas aliosque populos graviter stravit. Ejus meminit, ut observatum Baronio [23], sanctus Ambrosius [24]: „ Verborum cælestium, inquit, nulli magis quam nos testes sumus. Quanta enim prœlia,

1. *Vigil* Epist. I. §. III. in fin.
2. *Id* Epist. II. § XI.
3. Act. SS. Maii tom. VII. pag. 39. in Comment. præv. num. 4.
4. *Pagi* ad ann. 400. §. II.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 812. not. III. sur S. Vigile.
6. *Baron.* ad ann. 400. §. II.
7. *Scalig.* de emend. tempor. in prolegom. pag. XIX.
8. *Tillem* Mem. eccl. tom. X. pag. 797. not. III. sur S. Simplicien.
9. *Tillem.* Hist des Emper. tom. V. pag. 148.
10. Hist. litter. de la Franc. tom. II. pagg. 56. 57.
11. *Paullin.* epist. XXVIII. num. 6.

E
12. *Id.* epist. XL. & XLI. 13. *Id.* epist. XXVIII. l. c.
14. *Hieron.* epist. LVIII. al. XIII. num. 1.
15. *Gennad.* de Vir. illustr. cap. XLVIII.
16. *Cassiod.* de Instit. div. litt. cap. XXI.
17. *Baron.* ad ann. 376. §. VIII.
18. *Sirmond.* ad lib. IV. epist. VIII. Sidon. opp. tom. I. pag. 490.
19. *Rosvv.* ad epist. IX. Paullin.
20. *Fabric.* Bibl. Lat. tom. III. pag. 278.
21. Hist. litter. de la Franc. tom. cit. pag. 57.
22. *Sev.* Carm. Bucol. vv. 22. 23.
23. *Baron.* l. c.
24. *Ambr.* Comment. in Luc. lib. X. num. 10. opp. tom. I. pag. 1506.

„ & quas opiniones accepimus prœliorum... Quæ „ omnium fames, *lues pariter boum atque hominum, ceterique pecoris*; ut etiam qui bellum non „ pertulimus, debellatis tamen nos pares fecerit „ *pestilentia*? Ergo quia in occasu sæculi sumus, „ præcedunt quædam ægritudines mundi. Ægritu„ do mundi est fames, ægritudo mundi est *pesti*„ *lentia*, ægritudo mundi est persecutio. „ Hæc sanctus Pater. Quomodo autem ejusmodi lues per signum sanctæ crucis facillime curaretur, enarrat in sua eleganti Ecloga Rhetor noster his verbis [1]:

BUCULUS. . . . . . . . . . *Dic age Tityre,*
*Quis te subripuit cladibus his Deus,*
*Ut pestis pecudum quæ populata sit*
*Vicinos, tibi nulla sit?*
TITYRUS. *Signum quod perhibent esse crucis Dei,*
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
*Hoc signum mediis frontibus additum,*
*Cunctarum pecudum certa salus fuit.*

III. Ex eodem item Carmine qua ætate floruerit auctor, expiscari licet. Subdit enim Tityrus [2]:

*Magnis qui colitur solus in urbibus,*
*Christus, perpetui gloria Numinis,*
*Cujus filius unicus.*

Ea itaque tempestate, Christiana religione invalescente, idolorum cultus in pagis tantum & viculis adhuc vigebat: quæ quidem notatio sæculum IV. desinens innuit. His adde, sanctum Ambrosium suam Expositionem in Lucam, ubi testis oculatus memoratam luem grassatam fuisse tradit, conscripsisse non ante annum CCCLXXXVI. ut post Hermantium [3]

A pluribus argumentis evicerunt doctissimi Ambrosianorum operum editores BB. [4]. Ceterum non est heic prætereundum, Carmen auctoris nostri hactenus fuisse inscriptum *de mortibus boum*. Inepte enimvero: ut jure statuit Reinesius apud Schoettgenium [5]. Id enim unum Poetæ Christiano propositum fuit, ut crucis Christi quem Deum ubique prædicat [6], virtutem extolleret; cujus nimirum præpotenti signo sæva lues illa sedata fuerit: illud præterea simul addens, eo prodigio permotam ethnicorum turbam militiæ Christianæ nomen dedisse. Sic enim in sua Ecloga Poeta noster Ægonem, unum ex pastoribus idololatris, loquentem inducit [7]:

B . . . . . . . . . . *Tityre, nil moror,*
*Quin veris famuler relligionibus.*
*Errorem veterem diffugiam libens:*
*Nam fallax & inanis est.*
*Atque jam properat mens mea visere*
*Summi templa Dei.* . . . . . . . .

Quibus proinde positis, deleta insulsa epigraphe quæ huc usque obtinuit, Carmen inscripsimus, *De virtute signi Crucis Domini*. Porro ab eo tempore quo illud primo editum fuit a Pithœo, ut superius diximus, anno scilicet 1586. veterum Patrum bibliothecis fuisse intextum novimus: separatim vero vulgatum Francofurti anno 1612. cura & stuC dio Joannis Weitzii & Wolfgangi Seberi: atque hæc eadem editio cum nova præfatione rursus prodiit Lugduni Batavorum anno 1715. Denique ipsam repetiit Groningæ anno 1725. Gerhardus Outhovius ad calcem libri *de judiciis Jehovæ*, ut ex Fabricio comperimus [8].

# CAPUT VII.

## DE

# S. PAULLINO

## EPISCOPO NOLANO.

### *PRÆFATIO* *

### D. JOANNIS ALOYSII MINGARELLI V. C.

I. Edidit jam dudum ex Ambrosianæ bibliothecæ codice Ludovicus Antonius Muratorius, vir & ingenio & eruditione clarissimus, tria sancti PAULLINI Nolanorum episcopi Carmina in sanctum Felicem [9], quorum antea quædam dumtaxat fragmenta exstabant apud Dungalum in libro, quem is adversus Claudium Taurinensem de cultu sacrarum imaginum scripsit [10]: qua de re summam apud litteratos homines gratiam iniit Muratorius, ac magnis laudibus a Casimiro Oudino aliisque exornatus est. At quum in apographum & mendis ubique plenum, & mutilum alicubi atque imperfectum incidisset, fieri omnino non potuit, ut ea in lucem D emitteret plane emendata. Quocirca quum codicem ipse præ manibus habuerim, cujus ope quam plurima menda expungere liceret, ac plures nondum editos versus adjungere; statui ea Carmina rursus evulgare.

II. Codex porro iste quo usus sum, chartaceus est, ac sæculo, ut equidem opinor, XIV. a Lippo Platesio [11] exaratus. In eo occurrunt primum tredecim Paullini Carmina in sanctum Felicem, tum alia Prudentii quorum indicem habes in extrema pagina [12]. Decem priora Paullini cum Veronensi editione anni MDCCXXXVI. dum conferrem, ali-

1. *Sev.* l. cit. ѵѵ. 101. seqq.
2. *Id.* ibid. ѵ. 101. seq.
3. *Hermant.* Vit. S. Ambr. lib. IV. cap. XX.
4. *Ambr.* opp. tom. II. pag. 1258 f q.
5. *Schoett.* tom. VI. Bibl med. Lat. Fabric. pag. 461.
6. *Sev.* l. c. ѵѵ. 105. 111. 114. 126.
7. *Id.* Ibid. ѵ 121.
8. *Fabric.* Bibl. Lat. tom. III. pag. 278.
* Ex Anecdot. Fasciculo, edit. Romæ 1756.
9. Tom. I. Anecdot. edit Mediol. anno 1697.
10. Exstat hic liber in bibliotheca Patrum, & inscribitur *Responsa adversus Claudii sententias*.

E 11. In prima codicis pagina vetusta manu scriptum est: *Iste liber est ..... scriptus a domino Lippo de Plathesiis viro devoto & docto*.

12. In fronte codicis hæc scripta olim fuerunt: *In hoc libro sunt ista per ordinem. Primo quatuordecim libri in metris compositi a sancto Paullino civitatis Nolæ episcopo & confessore, qui facti sunt in quatuordecim annis, scilicet pro quolibet festo anni; quorum materia est de sancto Felice presbytero & confessore & patrono civitatis Nolæ, & de ejus festo quod brumale est, scilicet die 14 Januarii: videlicet die sancti Felicis in Pincis presbyteri & martyris Romæ. Et inter hæc Carmina sunt multa de Deo & Sanctis, & aliis rebus*

quam in iis lectionum varietatem deprehendi, quæ quum alicui usui futura sit, si quando nova eorum editio perficienda erit, visum est mihi, illa loca in quibus varietas nonnulla est, heic adnotare.

III. In Carmine I. versu 4. noster codex habet: *Christum non vincta voce*. Vers. 36. *Munditiis curare fines*. In Carmine II. nulla est varietas.

IV. In Carm. III. vers. 4. noster codex habet: *cælestem nactus*. Vers. 5. *pœnam non sponte*. Vers. 11. *Deo caleant*. Vers. 13. *Munere condidit alto*. Vers. 15. *Qua post solstitium*. Vers. 22. *Virtute recepti*. Vers. 38. *divino numine solvit*. Vers. 39. *Cernere nunc passim est sacris purgante medela*. Ver. 48. *Æthra polis*. Vers. 55. *totque uno compulsa examine vota*. Vers. 59. *Et bis ter denas Campania*. Vers. 65. *Quos Antina potens*. Vers. 66. *monumentis*. Vers. 68. *hujus honore die*. Vers. 77. *Huc & olivifera*. Vers. 83. *Toto plena sui spatio, spatiosaque cunctis*. Vers. 85. *Nola assurgis*. Tres versus, nempe 86. 87. & 88. desiderantur. Vers. 95. *Nunc quoque perpetuo*. Vers. 103. *Plus nitet innumeris*. Vers. 111. *fit floreus annus*. Vers. 128. *Ut precibus levis*. Vers. 135. *Et potius dextre positos in parte piorum*.

V. In Carm. IV. vers. 2. noster codex habet: *o carissime Christo*. Vers. 9. *inopes justi, indignosque salutis*. Vers. 29. *Pulset amore lyræ*. Vers. 37. *tibi lactantes*. Vers. 55. *Imo & apostolicis fundens sua flumina linguis*. Vers. 64. *Unde peregrinas obeunte*. Vers. 74. *multoque reliquit in agro*. Vers. 102. *prælegit jura*. Vers. 123. *sedisque vovebat*. Vers. 127. *invidia effectus*. Vers. 128. *fides quia tantum*. Vers. 149. *prosternet superante*. Vers. 181. *Primum suppliciis de carcere sumitur ordo*. Vers. 207. *Dumosa prostratus humo*. Vers. 226. *Arcana tellure tegi*. Vers. 269. *Custodes cunctante premens*. Vers. 294. *Demissumque manu*. Vers. 318. *corporis, atquin*. Vers. 320. *Et carum vita fuisset*. Vers. 331. *tam volucer cursu*. Vers. penult. *immarcescibili*.

VI. In Carm. V. vers. 1. noster codex habet: *& venit ætas*. Vers. 11. *Felici librare meo*. Vers. 12. *deditus: hunc etiam oris*. Vers. 18. *Martyris, unde domum*. Vers. 46. *dulcia mundo*. Vers. 54. *in pectora vivus*. Vers. 57. *petit improba primum*. Vers. 63. *Ecce & eum*. Vers. 84. *Attonitus Felix*. Vers. 86. *E spatio nactusque locum, qui forte paventi*. Vers. 100. *sordidus agger*. Vers. 102. *intutum struxit*. Vers. 133. *Opprimit, eversæque exponunt montibus urbes*. Vers. 139. *magna Hierico*. Vers. 140. *Omnibus exitii sua gloria, qua tumuerunt, Causa fuit*. Vers. 167. *discesserat inde*. Vers. 169. *Intulerat satagens propriis*. Vers. 190. *Non fera jam feritas hominem circumstetit almum*. *Frenarunt avidos jejunia sancta leones*. *Sex illum* cet. Vers. 199. *aquæ, quæ nubila passim*. Vers. 201. *Gratia Felici defudit*. Vers. 212. *Inque globum tenuem*. Vers. 213. *Compluvii dulcem sitientis in ore liquorem*. Vers. 230. *Maximus, & pecudes ductu pastoris egebant*. *Quem Confessoris* cet. Nam versus intermedius 231. desideratur in nostro codice. Vers. 241. *quia crescere sede*. Vers. 264. *præ cunctis no-*

A *mine claro Archelai tam sancta fide, quam nomine clara*. Vers. 274. *modici tria jugera ruris*.

VII. In Carm. VI. vers. 11. noster codex habet: *amorque, timorque est*. Vers. 20. *Quæ nive tecta solum, nive silvas, culmina, colles Compta senis sancti canos testatur honores*. Vers. 28. *tua namque tui sunt gloria Sancti*. Vers. 30. *Officii sumptus superent: hi pulcra tegendis*. Vers. 39. *Ut medicata*. Vers. 45. *Fercula opima cibis, ceras, aulæa, lucernas Larga quidem, sed multa dicant*. Vers. 47. *Nullus opum famulus*. Vers. 50. *qui duo totum*. Vers. 62. *quibus hæc dignatio, & istic Consessus*. Vers. 71. *ab origine duxi*. Vers. 83. B *Tantum erit & verbis super hoc quo dicere gesta Felicis pateat, si copia tanta sit oris, Quanta operum meritique manet*. *Nam tempore ab illo*. Vers. 113. *pium spes solabatur amorem*. Vers. 126. *Quisque alium præstare, & propius consistere certat*. Vers. 146. *Tum nivea*. Vers. 147. *Pater addidit judice Christo*. Vers. 158. *Ex ossibus emicuit lux*. Vers. 165. *terras venerabile nomen*. Vers. 166. *Dignatum & tanto*. Vers. 187. *Corporis e tumulo*. Vers. 208. *Felix miracula numine Christi*. Vers. 219. *pietas & vilibus*. Vers. 260. *In te paupertas caput acclinata*. Vers. 269. *quem criminer? aut ubi de te*. Vers. 276. *qua modo discurram?* Vers. 297. *Quos & te manus una tenet*. Vers. 298. *Christus* C *blanda piis*. Vers. 301. *nescis mala facta*. Vers. 313. *Nec jam repperies, reddas cui errore reductos*. Vers. 324. *ut jam plurima totam*. Vers. 365. *Ut prædæ cassa remansit*. Vers. 389. *quasi pene timerent*. Vers. 394. *rursus sapientia bruto*. Vers. 403. *Comminus, & caligare putat*. Vers. 433. *ad sua vota catervas*. Vers. 450. *tibi mando tuendos*.

VIII. In Carm. VII. vers. 5. noster codex habet: *Ducat concretum terris canentibus annum*. Vers. 24. *Tu minimam repleas*. Vers. 35. *Et subito præcedens*. Vers. 39. *Donetur variare modis, & pacta quotannis Carmina, mutatis uno licet ore loquelis Promere*. Vers. 45. *Cernimus illa diem*. D Vers. 83. *vegetior hostis*. Vers. 95. *Sedeant contegmina membris*. Vers. 96. *quis ambigat*. Vers. 134. *Sustinet, & solido*. Vers. 164. *cuspide trino*. Vers. 227. *potens Domino*. Vers. 232. *vitam veniendo redemit*. Vers. 277. *sufferre tomum duramus*. Vers. 278. *acumine ferri*. Vers. 279. *sordibus unctum*. Vers. 287. *Quod solido & crasso totum complebat operti*.

IX. In Carm. VIII. vers. 69. noster codex habet: *Ad consternandas*. Vers. 93. *servata Nineve*. Vers. 96. *quæ mala sanctis*. Vers. 126. *numeri virtute potentes*. Vers. 144. *Provida pollutas*. Vers. 166. *Terrentem magnos late populos*. Vers. 168. E *Et opima Nineve*. Vers. 175. *altaria coram*. Vers. 178. *Attrita cum plebe*. Vers. 179. *Tam gravis exitii*. Vers. 181. *Pro meritis, nec norat eum*. Vers. 207. *Venerando in corpore membra*. Vers. 245. *Et rupta in fluvio sitientem caute*. Vers. 259. *Ceu aliquando feræ*. Vers. 261. *Naturam mutante Deo*. Vers. 265. *Atque suos cantare, reos ardere ministros*. Vers. 289. *Sanctis fons omnibus unus, Et regnum commune Deus: non una prophetis, Martyribusque sacris opera: & diversa fuerunt*.

*spiritualibus & devotis. Sequitur Apotheosis, id est de Divinitate, Prudentii poetæ clarissimi. Ejusdem Prudentii Carmen vel liber contra hæreticos Patripassianos ..... Liber ejusdem contra Unionitas. Ejusdem Prudentii Carmina vel liber contra Judæos. Ejusdem Prudentii Carmen vel liber adversus hæreticos & infideles Homuncionitas ..... Liber ejusdem Prudentii de natura animæ ..... Liber ejusdem contra Phantasticos ..... Ejusdem Marciogenia ..... Ejusdem liber contra Marcionitas ..... Liber dictus Psychomachia.*

Verſ. 300. *Qui fecit gelidos*. Verſ. 311. *Dape, facili*. A Verſ. 322. *Immanes domitare feras*. Verſ. 325. *& morbis corpora frangunt, Qui deſideriis hominem flammantibus urunt, Peccatiſque vorant*. Verſ. 334. *Ut incenſum reſtinguat*. Verſ. 336. *Mira manus, & virga potens*. Verſ. 342. *quo myrrham triſtem*. Verſ. 345. *triſtia myrrhæ*. Verſ. 359. *agere, in Chriſtoque potentem*. Verſ. 363. *toto redivivus corpore Felix*. Verſ. 368. *diſtinctos actu*. Verſ. 384. *ac ſentire medelas*. Verſ. 389. *Felicis & ipſa*. Verſ. 394. *Pavor & terrore*. Verſ. 396. *incendia tectis*, Verſ. 397. *recalent incendia flammæ*.

X. In Carm. IX. verſ. 6. noſter codex habet: *mibi te lucere diebus*. Verſ. 24. *Neque enim ille dies fit*. B Verſ. 29. *Currens aereo modulabilis*, Verſ. 92. *Spiritum ab Unigena ſanctum Patre procedentem*. Verſ. 105. *Numine potabit*, Verſ. 107. *Dominus; ſic ipſa diebus*, Verſ. 149. *mibi carius anno*. Verſ. 156. *anima, edicatque quod olim*. Verſ. 161. *temporis annus Ver agit*. Verſ. 163. noſter codex habet: *Unctus adeſt Domini*. Verſ. 164. *Nicetas*. Verſ. 180. *Nicetem videre mibi*. Verſ. 209. *agminis, & patriarchæ*. Verſ. 214. *fore præcecini ſtis*. Verſ. 240. *dignius ore*. Verſ. 245. *Lumine conſpicuum*. Verſ. 254. *Unde interraſo*. Verſ. 292. *quo me tua dextra*. Verſ. 308. *credere pinna*. Verſ. 318. *meditanti ſuggerit ignem*. Verſ. 353. *cura ſumus gemini? qui jure*. Verſ. 361. *dum te circum agitant*. Verſ. 370. C *hunc res poſcere cultum Ipſa videbatur*. Verſ. 395. *Conſpice ſurſum*. Verſ. 401. *altaria tuta*. Verſ. 425. *Huic dubius gemino Didymi*. Verſ. 433. *in arma vocavit, Et paribus compſit victoria celſa coronis, Parque ſalutiferis* cet. Verſ. 459. *Jure pio ſignant*. Verſ. 460. *ſanctæ tamen unica pacis*. Verſ. 490. *Nec mirere ſacris ſpatiis*. Verſ. 506. *Teque ſacris, pſalmiſque ſimul devota litante*. Verſ. 521. *amne refuſo*. Verſ. 555. *Per totam vigiles*. Verſ. 564. *irrepſit rudibus*. Verſ. 581. *pictura ludere*. Verſ. 629. *vigilare parata*.

XI. In Carm. X. noſter codex habet verſ. 2. *ſolennia vota*. Verſ. 10. *Illic adjunctis*. Verſ. 25. D *lumine Tobis*. Verſ. 32. *culmine turris*. Verſ. 40. *A tribus egreſſus*. Verſ. 45. *interpoſitiſque columnis*. Verſ. 47. *Aſpectare lacus*. Verſ. 59. *ſpatiabile pandit*. Verſ. 151. *quam liquerat illis*. Verſ. 188. *caſtifico ſocians*. Verſ. 234. *Et moribus iſtius ævi*. Verſ. 276. *poſt corporis uſum*. Verſ. 282. *terra, quis in me Rubus*. Verſ. 314. *Ut qui corde*.

XII. Hæc ſunt quæ in prioribus decem Paullini Carminibus animadvertenda cenſuimus. Quod vero ſpectat ad tria poſtrema quæ rurſus nunc edimus, in his plus quam trecenta loca emendavimus; ac præterea XIII. Carmini poſt ſeptuageſimum verſum, tres & quinquaginta verſus addidimus, qui in eo quem Muratorius adhibuit, Ambroſianæ bibliothecæ codice deſiderabantur. Ac noſtrum quidem hocce additamentum brevibus ſcholiis illuſtravimus: alia vero Carmina non item, quod luculentiſſime a Ludovico Muratorio explicata jam ſint. Quanti autem additamentum ipſum faciendum ſit, ex ejus lectione cognoſces: ſed illud heic prætereundum non eſt, *Tobiæ* librum & eum qui *Eccleſiaſticus* inſcribitur, quos libros heterodoxi ut apocryphos rejiciunt, a Paullino ut ſacros atque divinos in eo citari, ut in ſcholiis oſtendemus.

XIII. Atque heic ego præfandi finem facerem, niſi aliquid de ea qua uſus ſum, horum Poematum inſcriptione dicendum eſſet. Vulgo enim ſic inſcribi ſolent, *Natalis* I, *Natalis* II, & ita deinceps. Ita certe inſcripſit Muratorius. At mihi quidem ea inſcriptio numquam probari potuit: idque multis de cauſſis. Primum enim etſi quotannis Paullinus in emortualem ſeu, ut rectius cum Eccleſia loquar, in natalem ſancti Felicis diem Carmen ſcriberet: quomodo tamen Carmina ipſa *Natales* dici poſſint, equidem, ut dicam id quod res eſt, ne intelligo quidem. Dungalus tamen in eo quem dixi libro, quum paſſim hæc ipſa Paullini poemata in medium proferat, nuſquam tamen ea *Natales* appellat, ſed ſemper aut *libros* aut *Carmina*. Noſtri autem codicis exſcriptor primum quidem ſic ea inſcripſit: *De vita S. Felicis Carmen anni* I., *Carmen anni* II. cet. poſtea vero, quaſi eum hujus inſcriptionis pœniteret, ſic inſcripſit: *Liber* I., *Liber* II. cet. *Natalis* vero nomen nuſquam apud eum occurrit. At quid plura? Paullinus ipſe quamvis multis in locis de hiſce poematis mentionem faciat, tamen ne ſemel quidem ea *Natales* appellat, ſed *libellos* aut *Natalitios libellos*. Nam Carm. XII. verſ. 306. ita canit:

— — — *ſed noſtris ante* libellis
*Præterita, in præſens ſemper ſervata canetur.*

Et Carm. XIII. verſ. 52.

— *Et quia præteritis magis illa* libellis
*Dicta mibi*, cet.

Et verſ. 55.

— *Hunc animo texam gratante* libellum.

Et verſ. 104.

*Sit caput herous, fundamentumque* libello.

Quin immo in epiſtola XXVIII. ad Severum ſcripta eodem anno, (ita) locutus eſt: *Habes ergo*, inquit, LIBELLOS *a me duos, unum verſibus Natalitium de mea ſolemni ad Dominædium* (ita vocat Paullinus ſanctum Felicem, quaſi *Dominus ædis*) *cantilena, cui corpore ac ſpiritu quotidie, lingua autem quotannis penſito dulciſſimum voluntariæ ſervitutis tributum in die conſecrationis ejus* cet. Pauca hæc te monendum cenſui, humaniſſime lector, ante quam ad ipſa Paullini Carmina venias. Quid enim neceſſe erat plura dicere, quum tam multa de iis doctiſſime ſcripſerit Muratorius? Vale.

## CAPUT VIII.

### DE

# S. VICTRICIO

### EPISCOPO ROTOMAGENSI.

I. SAncti Victricii Rotomagenſis epiſcopi geſta egregie adeo deſcripſit Joannes Baptiſta le Brun [1], in diſſertatione quam ex duabus ſancti Paullini Nolani præſulis contexuit [2], ut eam unam Bollandiani excudendam exiſtimarint [3]. Eadem porro geſta in recentiore Galliæ Chriſtianæ editione paucis contracta exhibentur [4]. Sed exactius diſcuſſa cum apud Tillemontium [5], tum apud Hiſtoriæ litterariæ Gallicæ ſcriptores occurrunt [6]. Nos vero potiora tantum pro inſtituti noſtri ratione ſeligentes nonnullisque obſervationibus aucta, ex ſancti Paullini epiſtolis potiſſimum hauſtis, huc adferre haud gravabimur.

II. Natum itaque Victricium in nonnullis imperii finibus innuere videtur ſanctus Paullinus dum ait [7], ipſum fuiſſe a Domino in lucem populi ſui *de extimo orbis* eductum: ex quibus verbis conjicit vir eruditus [8], eum forte fuiſſe gente Britannum. Neque enim nobis probatur illorum ſententia [9], qui ex eodem ſancto Paullino [10] Victricium natum perhibent *in remotiſſimo Nervici litoris tractu* quem nunc Brabantiam dicimus: ſiquidem poſteriora hæc ſancti Patris verba non de natali ſolo, ſed de ipſius prædicatione accipienda noſcuntur, ut optime Tillemontius [11]. Ætate impar beato Martino [12] qui ortum duxit anno CCCXVI. aut CCCXVII., militiæ primum ſæculari nomen dedit [13], atque in ipſa militia Chriſtianam fidem fuit complexus. Quum vero poſtmodum ſe ipſe ſacramento militari ſolviſſet, ut Chriſto totum ſe ſe addiceret; *concitato in furias tribuno, diſtrictus in verbera & vaſtis fuſtibus fractus*, capite demum damnatus. Sed lictor ſancti confeſſoris caput jam jam amputaturus, *excuſſis illico oculis, cæcitate percuſſus eſt*. Ipſe vero vinculis ſolutus liber evaſit: quem propterea idem Paullinus *martyrem vivum* appellat [14].

III. Quo autem exinde ſe ſe receperit, haud plane compertum. Illud certius [15], Morinorum ac Nerviorum gentes indomitas Chriſti jugo eum ſubjeciſſe: quo proinde nomine quum ejus fidei ac religionis zelus longe lateque pervulgatus eſſet, ad eccleſiam Rotomagenſem regendam fuit evocatus. Id vero contigerit ante annum CCCXC. quo ipſum Viennæ Allobrogum Paullinus adhuc ſæculi hujus curis implicitus apud ſanctum Martinum vidit [16]. Neque porro illud prætermittendum quod narrat Sulpicius Severus [17], Victricium nempe tanta fuiſſe ſanctitatis fama præſtantem, ut quum Carnoti muta ex utero puella beato Martino fuiſſet oblata, ut linguam ligatam meritis ſuis abſolveret; ille curandæ infirmitatis honorem Victricio detulerit vel Valentiniano, qui tum forte latus ipſius ambiebant. Illum præterea laudat Paullinus [18] ab inſtituto apud Rotomagenſes per frequentes eccleſias & monaſteria quotidiano pſallentium concentu; *ubi quondam* ſcilicet *deſerta ſilvarum ac litorum pariter intuta advenæ barbari aut latrones incolæ frequentabant*. Sed integra legenda eſt illa ſancti Paullini epiſtola XVIII. cum eccleſiæ Rotomagenſi, tum ipſi maxime Victricio honorificentiſſima, ex qua pauca huc uſque delibavimus.

IV. Jam vero reliqua noſtri præſulis geſta ſtrictim concludamus. Anno igitur CCCXCIV. aut CCCXCV. in Angliam perrexit, ab illius regni antiſtibus evocatus, pacis conciliandæ cauſſa quam nova Pelagianorum hæreſis turbabat; ut ipſemet teſtatur [19]. Porro exeunte anno CCCCIII. Romam contendit: cujus peregrinationis mentionem injicit ſubinde laudatus Paullinus [20]. Cur vero iter hujuſmodi ſuſceperit, illud unum in promtu habetur, ipſum videlicet fuiſſe accuſatum apud Romanum pontificem, quod de fide non recte admodum ſenſerit [21]. Deus vero hac eum affici paſſus eſt injuria, ut donaretur corona qui victor diſceſſiſſet e pugna [22]. Sub anni porro inſequentis initium, dum adhuc Romæ conſiſteret Victricius, ut erudite demonſtrat cl. Coutantius [23], inſignem illam epiſtolam ab Innocentio I. papa recepit quæ *Regularum liber* dicta eſt, ob eam ſcilicet cauſſam quod in ea pauca præfatus beatiſſimus pontifex, plura deinceps eccleſiaſticæ diſciplinæ capita exponit. Perhibetur autem hæc epiſtola *data* XV. *Kalendas Martii, Honorio auguſto* VI. *& Ariſteneto coſs.* id eſt, XV. Februarii anno CCCCIV. eſtque inter Innocentianas num. II. de qua plura laudatus Coutantius.

V. Mox vero Roma redux Rotomagum Victricius, eodem anno CCCCIV. per Candidianum ex ſuis alumnis unum in Italiam miſſum breves litteras dedit ad Paullinum Nolanum; qui propterea ſecundam ipſi Rotomagenſi epiſcopo inſcripſit epiſtolam, eſtque num. XXXVI. De qua quidem Paulliniana epiſtola ſic ediſſerunt Galliæ Chriſtianæ ſcriptores [24]: „ Poſtremæ illæ Paullini litteræ videntur eruditis Bollandiſtis [25] non eſſe ſcriptæ, niſi poſtquam epiſcopatum ille Nolanum adeptus eſſet. Etenim, inquiunt, priores ejus litteræ anni CCCXCIX. inſcriptæ ſunt beatiſſimo *patri* Victricio: poſteriores autem anni CCCCIV. unanimo *fratri* Victricio.

1. *Le Brun* Diſſert. IV. ad opp. S. Paullin. Nolan. pagg. 777. ſeqq. edit. Veron. ann. 1736.
2. *Paullin.* epiſtt. XVIII. & XXXVII. ibid. pagg. 97. 222.
3. Act. SS. Auguſti tom. II. pagg. 193. ſeqq.
4. Gall. Chriſt. tom. XI. pagg. 7. ſeq.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pagg. 667. ſeqq.
6. Hiſt. litter. de la France tom. IV. Avertiſs. pagg. XLI - XLIII.
7. *Paullin.* epiſt. XVIII. §. IV.
8. *Le Beuf* infra pag. 228. not. 4.
9. Gall. Chriſt. l. c.
10. *Paullin.* l. c.
11. *Tillem.* l. c. pag. 667. not. I.
12. *Paullin.* l. c. §. IX.
13. *Id.* ibid. §. VII.
14. *Id.* ibid. §. IX.
15. *Id.* ibid. §. IV.
16. *Id.* ibid. §. IX.
17. *Sulp.* Dial. III. cap. II.
18. *Paullin.* epiſt. cit. §. V.
19. *Victric.* Serm. de laud. Sanctor. §. I. infr. pag. 228.
20. *Paullin.* epiſt. XXXVII. §. I.
21. *Id.* ibid. §. IV.
22. *Id.* ibid. §. VII.
23. *Coutant.* Epiſtt. Rom. Pontiff. pag. 739. §. II.
24. Gall. Chriſt. tom. XI. pag. 8.
25. Act. SS. Auguſti tom. II. pag. 193. Comment. præv. §. VI.

Sed vox illa *frater* levis est momenti apud Paullinum. Scribebat ille annis CCCXCIV. & CCCXCV. longe ante quam episcopus esset, epistolas IV. & VI. utramque Augustino *fratri*. Certe ad episcopos non est evectus Paullinus, nisi anno CCCCIX. quo quidem anno ad sanctum Augustinum scribens, præstantissimos ecclesiæ Gallicanæ episcopos tunc viventes recenset, Exsuperium videlicet Tolosanum, Simplicium Viennensem, Amandum Burdegalensem, Diogenianum Albigensem, Dynamium Engolismensem, Venerandum Arvernensem, Alithium Cadurcensem, Pegasium denique Petracoriensem: de Victricio autem silet. Unde videtur sanctus antistes Rotomagensis tunc vivere desiisse. „ Hactenus eruditissimi viri.

VI. Verum ut ea prosequamur, quæ ad institutum nostrum potissimum pertinent: nunc primum demum in veterum Patrum bibliotheca locum occupat sanctus noster Victricius; dignus plane qui antiquioribus Ecclesiæ patribus accenseatur. Quo vero magno ejus nomine hujusmodi nostra collectio scriptorum ecclesiasticorum honestaretur, ansam præbuit domni abbatis Lebeuf, canonici & succentoris ecclesiæ Antissiodorensis mira sollertia in exquirendis litterarum monimentis, quæ ad Gallicas antiquitates cum civiles tum ecclesiasticas illustrandas qualitercumque inservire noscuntur. Edidit nimirum V. C. Parisiis anno 1738. ex ms. codice sancti Galli qui mille annorum ætatem excedit, quique unus fortasse hodie superest, sancti VICTRICII Rotomagensis episcopi opusculum *de laude sanctorum*, illudque præfixit volumini II. Gallici operis sic inscripti: *Recueil de divers Ecrits pour servir d'eclaircissemens à l'Histoire de France, & de supplement à la Notice des Gaules*. Quomodo vero idem opusculum fortuito detexerit, alibi enarrat ipsemet editor [1]. Mabillonio quidem viro doctissimo, dum Germaniæ bibliothecas perlustraret, illud antea innotuerat; qui propterea detectum in præfato ms. codice Sangallensi apud Helvetios sub hoc lemmate inscriptum, *Liber sancti Ambrosii episcopi in laude sanctorum compositus*, ejus apographum ad suos syncellitas Benedictinos, qui sedulo in parandam novam Ambrosianorum operum editionem incumbebant, mittendum studuit. Ii tamen opusculum evolventes, ex eo facile arguerunt [2], falso fuisse Ambrosio suppositum, quod auctor ipsummet Ambrosium alloquatur [3]: idque unum proinde statuerunt, opusculi scriptorem fuisse anonymum episcopum, qui ex Britanniis redux ubi pacis conciliandæ gratia diu moratus fuerat [4], sermonem illum habuerit. Qua ex sententia, Historiæ litterariæ Gallicanæ auctores existimarunt [5], nemini aptius quam sive Germano Antissiodorensi sive Lupo Trecensi adscribendum opusculum; qui nimirum simul ex Galliis ad Britannias ad eliminandam hæresim Pelagianam iter instituisse perhibentur. Verum deinceps hujusmodi mente deposita, eruditi domni Lebeuf judicio subscripsere, atque Victricium Rotomagensem episcopum agnoverunt [6].

VII. Sed præstat de eodem opusculo ipsum Lebeuf editorem erudite edisserentem audire. Sic autem ille [7]: „ Operi quod in lucem a me profertur, occasionem præbuit Reliquiarum sanctorum Apostolorum & Martyrum receptio. Illud quisquis perpenderit, alicujus Rotomagensis episcopi industriæ facile adscribet. Hæc verba quæ leguntur [8]: *Bis ad Rotomagensem Sancti veniunt civitatem*, statim indicant Reliquias in urbe Rotomagensi exceptas. Quod vero alibi scribitur [9]: *Sed quid ego pauper* VICTRICIUS *cultor vester de loci qualitate formido?* clare ostendit auctorem fuisse hujus opusculi sanctum *Victricium*, qui illius urbis episcopatum tenuit versus finem IV. sæculi & initium V.

Stilus hujus operis cum stilo sancti Paullini, quem inter & sanctum Victricium arctissima fuit necessitas, maximam habet similitudinem. Quæ ex scriptura sacra, ea ex Latina versione tunc temporis usitata excerpta sunt. D. Martianay ex ms. sancti Germani a Pratis codice [10] nonnulla retulit, in quibus similis reperitur sancti Matthæi translatio, ex cujus fide Patres scripturæ testimonia afferebant ante sancti Hieronymi ætatem. „

VIII. „ Heic in quæstionem venire posset, an opus istud sit concio quam coram populo Rotomagensi recitaverit Victricius, vel libellus quem populi edocendi gratia composuerit? Ex duobus operis locis libellum credam potius esse quam concionem. *Sed nos*, inquit [11], *in tanta gratulatione* LIBRUM *tumultu quæstionum refersimus*. Et infra [12]: *Si nostra cui fordebit oratio, studium certe neutiquam displicebit: siquidem nos videbit* LIBRUM *simplici fide exarasse, non verbis*. Enimvero fidei confessio quam nuncupat [13], & repetitæ advocationes sanctorum Apostolorum & Martyrum quorum Reliquiæ in urbem recens venerant, in libro convenientiorem quam in oratione sedem obtinent. „

IX. „ Si de tempore constaret in quo mortui sunt episcopi Mediolanensis provinciæ, Theodulus & Eustachius, de quibus loquitur [14], sicuti constat de tempore quo obiit sanctus Ambrosius; facilius annum quo Reliquiæ illæ Rotomagum advectæ fuerint, possemus assignare. Id solum pro certo haberi potest (quandoquidem sanctus Ambrosius ex numero fuit eorum qui in sancti Victricii gratiam ecclesias suas spoliaverint, & quando inter Sanctos morborum curatores appellat Victricius [15] sanctum Nazarium Mediolanensem), scilicet illam Translationem ad illud tempus esse referendam, quod est medium inter inventionem corporum sanctorum Nazarii & Celsi, & sancti Ambrosii mortem. Quum igitur non detexerit Ambrosius eorum Sanctorum corpora ante Theodosii mortem quæ contigit die XVII. Januarii anno Christi CCCXCV. ipseque Ambrosius obierit anno CCCXCVII. die Aprilis IV. sequitur hanc Exceptionem Reliquiarum apud Rotomagenses, circa annum CCCXCVI. factam fuisse. „

X. „ De episcopis Eustachio & Theodulo (si tamen de episcopis agat Victricius) constat quod in epistola concilii Mediolanensis anni CCCXC. nomina

1. *Mercure de France*, Mars 1737. pag. 545. & Maii 1737. pag. 916.
2. *Nourr.* præfat. ad opp. S. Ambros. tom. II. pag. 3.
3. *Victric.* de laud. Sanct. §. II. b. infr. pag. 228.
4. *Id.* ibid. §. I. a.
5. Hist. litter. de la France, tom. II. pag. 261.
6. Ibid. tom. IV. dans l'Avertiss. §. II. pag. XXXVIII. & suiv.
7. *Lebeuf* Recueil de divers Ecrits tom. II. in Monit. pag. III. seqq.
8. *Victric.* de laud. Sanct. §. II. infr. pag. 228. d.
9. *Id.* ibid. §. IV. sub fin. pag. 230. a.
10. Cod. 1200. olim 21.
11. *Victric.* l. cit. §. IX. pag. 231. d.
12. *Id.* ibid. §. XI. pag. 233. c.
13. *Id.* ibid. §. IV. pag. 229. a. b. c. d.
14. *Id.* ibid. §. II. pag. 228. b.
15. *Id.* ibid. §. XI. pag. 232. e.

subscripserint, saltem juxta editionem Labbei [1]: nam apud alios legitur *Theodorus*, non *Theodulus*. Verum non parva oritur difficultas circa ipsum Theodulum: an scilicet ille sit amanuensis beati Ambrosii, de quo scribebat Paullinus presbyter in Vita ejusdem Ambrosii anno CCCCXVII. ea quæ sequuntur [2]: *Quum ad palatium pergeret Ambrosius, eumque pro loco officii nostri sequeremur, Theodulo tunc notario, qui postea summa cum gratia Mutinensem rexit ecclesiam*, cet. Si enim Victricius de episcopo mentionem faciat, liquet alium esse a Theodulo Mutinensi episcopo; quod nempe Mutinensem cathedram nondum ascenderat, quum Reliquiæ Sanctorum ipsi assignatæ fuerunt: siquidem ex loco Paullini superius allegato certum est, eum anno CCCXCV. post Theodosii mortem, notarii munia sub sancto Ambrosio adhuc egisse. Scribit Ughellus, memoriam hujusce episcopi quem Theodorum male vocat, exstare in monumentis Mutinensibus ad annum CCCXCVII. quo forte tempore obierat Ambrosius, & opusculum Victricius jam jam exaraverat.„

XI. „ Quum igitur alium Theodulum assignet epistola concilii Mediolanensis ad Siricium papam anni CCCXC. istum forte Theodulum indicat potius Victricius. Cujus autem sedis exstiterit episcopus, infertur ex subscriptionibus concilii Aquilejensis anni CCCLXXXI. quæ repetuntur in exemplari Romano subscriptionum ejusdem concilii Mediolanensis. In iis Theodulo (male Theodorus dicto) assignatur sedes Octodurensis. At quum in ejus territorio quiescerent corpora martyrum Agaunensium, si quidpiam de Sanctorum Reliquiis Victricio missurus erat Theodulus; de horum profecto martyrum sanguine intinctam humum quæ tunc etiam religiosissime asservabatur, in capsulam episcopo Rotomagensi destinatam deposuisset. Altum ergo de sancti Mauritii Reliquiis silentium postulat, ut intelligantur de Theodulo alio ab episcopo Octodurensi ea quæ in Tractatu sancti Victricii referuntur. „

XII. „ De qualicumque episcopo vel ecclesiæ ministro scripta fuerint, aliqua libellus iste quem lectori offero dignus est veneratione, tum ex parte antiquitatis quæ plus quam mille quadringentorum annorum est, tum ex parte auctoris cujus nomine insignitur; dignitate nimirum celeberrimi & anti-

A quitate longe commendandi. Adhæc hujusmodi libellus, amissis litteris quas ad sanctum Paullinum Nolanum scripserat sanctus Victricius, hoc damnum reparat, & aliqua epistolarum Paullini ad Victricium loca illustrat. Digressiones plurimæ quibus hoc scriptum refertum est, sententiam videntur recentis auctoris vitæ sancti Victricii [3] confirmare, de calumniis quibus petitus fuit, quasi in aliquibus fidei articulis erravisset. Credunt illum in Italiam antea se purgatum ivisse, unde Reliquias deferre potuerat, quibus illas junxit quas postea excepit; nisi tamen alii prius obtinuerant. Exstat in suburbio Rotomagensi ecclesia sub titulo sancti Gervasii. Hanc non absurde crediderim locum occupare,
B in quo sanctus Victricius templum posuerat de quo in hujus operis fine loquitur [4]. Tanta est ejus antiquitatis opinio, ut fama sit sancti Mellonis primi Rotomagensis episcopi corpus in ea sepultum fuisse. Illam suspicor fuisse ædificatam extra civitatem Romanam, ubi juxta leges corpora terræ mandare licitum erat, primamque Rotomagi cœmeterii jus habuisse, quam potissimum frequentabant fideles propter Sanctorum Reliquias & sepulcra. „

XIII. „ In notulis infra paginas insertis plurima alia legentur quæ de hoc manu scripto se se offerunt exquirenda. Cetera omisi scholia quæ monachus quidam sancti Galli, noni fortasse sæculi vel
C decimi, observavit: quia sane in confesso est, illum monachum (Notkerus fuerit vel Ekkeardus) paullisper fuisse rudem; qui verbi gratia dixerit, Rotomagensem civitatem, civitatem fuisse Britanniæ, & loco Victricii quem non noverat, forte *Vicarium* esse legendum: idque quia fuerat a scriptore deceptus, qui hujus operis auctorem sanctum Ambrosium fuisse putabat, eo quod in ms. codice quem manu tenebat, aliqua sancti Doctoris scripta exciperet. Ceterum in edendo hoc Victricii opusculo ipsam numerorum divisionem quæ in codice sancti Galli habetur, servare propono, ne quidquam de tantæ antiquitatis manu scripto pereat, possitque lectori certum esse, omnia ad fidem ve-
D nerandi codicis fuisse collata. „ Hæc scribebat V. C. Parisiis mense sextili anni 1737. Quibus addi possunt quæ de eodem opusculo deque illius auctore observarunt Historiæ litterariæ Gallicæ scriptores superius laudati.

## C A P U T IX.

### D E

# QUINTO JULIO HILARIANO.

I. QUINTI JULII HILARIANI meminisse veterum neminem, est sane quod miremur; licet ipsum sæculo IV. desinente claruisse ex ejus litterarum monumentis quæ adhuc supersant, compertum habeamus. Duos enim libellos scripsit hic auctor, in quorum utroque temporis notationem quo illos exaravit, consignatam reliquit. Et priorem quidem inscripsit: *Expositum de die paschæ & mensis*, in cujus fine hæc habet: „ Consummavimus hoc laboriosum opus in die isto „ III. Nonarum Martiarum post consulatum Arcadii IV. & Honorii III. Quapropter admonemus „ eos qui ante a nobis non emendata hæc scripta

„ accipere festinaverunt, ut secundum istum ordinem emendatum opus habere conentur; ideoque
E „ & diem & consules, quod non posuimus primo, „ nunc huic rationi infiximus, ut exhinc sciat quis „ emendatum hoc esse opus. Quintus Julius Hilarianus explicuit, emendavit die III. Nonarum Martiarum, Cæsario & Attico consulibus. „ Hujus opusculi meminit idem Hilarianus in posteriore libello *de mundi duratione*. Sic enim ibi [5]: „ Nam „ ut ipsi scitis, *olim de ratione paschæ* numeroque „ annorum mundi hortantibus vobis scripta fecisse „ me; sed idcirco silui aliquanto tempore, ne a „ nobis opuscula condimentis sapientiæ alienæ, in-

1. *Labb.* Concil. tom. II. col. 1027.
2. *Paullin* Vit. S. Ambros. §. XXXV. edit. BB.
3. *Les Brun* Differt. IV. ad opp. S. Paullin.
4. *Victric.* de laud. Sanctor. §. XII. infr. pag. 234. a.
5. *Q. Jul. Hilar.* de mund. durat. §. I. infr. pag. 235. c.

„ rationabiliter conderentur. Unde digestis melius A rebus, *de die sacratissimo paschæ jam libellum* „ *præmisimus*; in quo, & qui sit mensis primus, „ legaliter demonstravimus: dehinc etiam, cursum „ annorum a fabrica mundi, in hoc opusculo, „ suo quoque (forte, *quæque*) ordine supputan- „ do, notamus. „ Hæc ille. Tempus autem quo posteriorem hunc libellum perscripsit, definit ipse his verbis [1]: *De* CCCC. *vero* & LXX. *annis à passione Domini, in consulatu Cæsarii & Attici, die* IX. *Kal. April. anni transierunt*. CCCLXIX. Quem in locum observat Gerardus Joannes Vossius [2], a passione Domini ad annum CCCXCVII. quo consules fuerunt Cæsarius & Atticus, annos effluxisse non CCCLXIX. sed CCCLXIV. Atque ita sane scripse- B rit Hilarianus: proclivi enim lapsu pro V. reponi potuit X. Hinc porro constat, non solum quo ordine, sed etiam quo tempore suos libellos digesserit noster auctor.

II. Jam vero prius opusculum primus in lucem extulit ex membranaceo codice DCCCXL. bibliothecæ regiæ Taurinensis Christophorus Matthæus Pfaffius: ejusque specimen post virum illustrem Scipionem Maffejum [3], edidere qui ejusdem bibliothecæ Taurinensis codices mss. recensuerunt & animadversionibus illustrarunt, eruditissimi viri [4]. Illud itaque Hilariani opusculum ad calcem Epitomes Institutionum divinarum Lactantii evulgavit laudatus C editor Parisiis anno 1712. doctissimi Nicolai Nourrii cura & industria usus. Atque hanc Pfaffii editionem ex qua describendum erat præfatum opusculum, quamvis diu summoque studio quæsitam, nusquam tamen nancisci licuit: jamque de ea mihi aliquando acquirenda spem omnem pæne abjeceram; quum ecce tibi præsto fuit V. C. JOSEPHUS VERNAZZA, Albæ Pompejæ civis ornatissimus bonarumque litterarum sollertissimus cultor, qui neque umquam mihi agnitus neque a me proinde rogatus, ipsemet sua sponte unum adeo exoptatæ editionis exemplar, & dono quidem datum, ad me perferendum curavit: quo sane præclaro munere tanta cum comitate auctus, iniquus sim enimvero, nisi memet ipsum D humanissimo viro quam maxime obstrictum profitear, simulque gratias & agam & habeam plurimas pro ejusmodi beneficentia, qua liberalior ne voto quidem fingi possit: numquam enim non satagam, ut alibi testatum me fuisse memini, ne sit qui beneficium in immemorem plane collatum fuisse jure conqueratur. At vero quum prædictum exemplar proxime tantum elapso Septembri missum ad manus pervenerit, postquam scilicet posterius Hilariani opusculum *de duratione mundi* quod nobis unum tunc in promtu erat, quin & aliorum scriptorum non pauca pro temporis ratione distributa, typis commissa jam fuerant; id solum reliquum fuit, ut priorem ejusdem Hilariani libellum in Appendicem ad calcem hujus voluminis cum aliis nonnullis conjiceremus.

III. Exstat præterea, ut superius docuimus, ejusdem auctoris libellus alter *de mundi duratione*, sive, ut fert codex ms. Vindobonensis, *de cursu temporum*, quem primus Petrus Pithœus in vulgus emisit. De quo quidem libello Margarinum de la Bigne celebrem Sorbonæ theologum ita loquentem audire juverit [5]: „ Diu, inquit, multumque dubitavi, num auctori huic locum in hac biblio- „ theca (Patrum) darem: primum quidem, quod „ obscurus adhuc neque ulli scriptorum ecclesiasti- „ corum catalogo cognitus: deinde, quod in subducendis temporum summis & rationibus, fidei „ non prorsum indubitatæ auctor esse videatur: ac „ postremo, quod Danielis hebdomadas, magis ut „ Judæi quam ut Christiani volunt, Christi ad- „ ventu & ætate non definiat omnino; & ad „ Chiliastarum etiam deliria sub operis finem de- „ clinasse possit videri. Sed quum magno usui „ futurum sperem in designanda constituendaque „ chronologia (qua non aliud omnium historiarum „ momentum varie magis ab historicis describitur) „ fateor, mihi religio fuit, scriptorem elegantem „ vix dum in hac bibliotheca natum, idque Pi- „ thœi beneficio, tam cito proscribere, vel (quod „ non levius) mille annis antiquiorem velut de „ ponte dejicere ex hac bibliotheca. Proinde am- „ plectere, o lector, hoc Pithœi donum, quod „ ante annos ducentos eleganter quidem, sed non „ accurate satis, ut opinor, exscripsit Rodolfus „ presbyter, ut testatur fronti codicis adscriptum „ hoc elogium: *Hunc librum Rodolfus lucratus est* „ *S. Bonifacio anno Domini* MCCCLX. Pithœus ve- „ ro pluribus locis recognovit: ut proinde non „ uno tantum, sed altero nomine etiam, quod „ Q. Julium Hilarionem, scriptorem antiquum „ eumque castigatum & ornatum tibi donat, Pi- „ thœo sis devinctus. „ Hæc ille. Quod superest, illa pæne exciderant, quæ de auctore nostro litteris tradidit cl. Mansius, quæque heic describere libet [6]: „ Ad hunc Q. JULIUM HILARIANUM, „ inquit, scriptum credo opusculum *de ratione Paschatis*, auctore *Agriustia cive municipii Timidensium Regiorum* in provincia proconsulari Afri- „ cæ. Lucubrationis hujus & auctoris meminit „ vetustissimus quidam scriptor opusculi Paschalis „ adhuc inediti, quem mihi ex bibliotheca Canonicorum majoris ecclesiæ Lucensis descripsi, suo „ tempore evulgandum. Vide commentariolum „ meum *de codice tempore Caroli Magni scripto* §. „ XV. in tom. XLV. opusculorum P. Calogierà. „

1. *Q. Jul. Hilar.* ibid. §. XVII. infr. pag. 238. e.
2. *Voss.* de Hist. Lat. lib. II. cap. XII. pag. 213.
3. *Maff.* Opusc. eccl. pag. 5.
4. Codd. mss. bibl. reg. Taurin. part. II. pag. 272.
5. Bibl. PP. tom. VII. pag. 258. edit. Paris. 1644.
6. *Mans.* ad Fabric. Bibl. med. & inf. Latin. tom. III pag. 251.

# CAPUT X.

## DE

# S. JOANNE CHRYSOSTOMO

## EPISCOPO CP.

I. EX quo in vulgus prodiit insignis illa sancti Joannis Chrysostomi plurimum locupletata operum editio, quam Montfauconius V. C. adornandam suscepit, nonnulla sub ejusdem sancti Doctoris nomine sunt in lucem emissa, quæ in hanc nostram veterum Patrum bibliothecam inferre operæ pretium duximus, ut superius de aliis vetustis Ecclesiæ scriptoribus idem nobis factitatum meminimus. Et primum quidem *Homiliam* proferimus *in pœnitentiam Ninivitarum* quam inter Anecdota Græca ex Medicea bibliotheca eruta, Florentiæ anno 1763. eruditissimus Bandinius evulgavit. Sed præstat optime meriti editoris breve præloquium ad hanc ipsam Homiliam in medium adducere: [1] „ Damus, inquit, Homiliam si non *Joannis Chrysostomi*, cujus nomen vetustus Mediceæ bibliothecæ codex Plut. VII. num. XXVI. præ se fert, saltem auctoris antiqui, & quidem non adspernandi, ut ex sententiarum gravitate selectisque sacræ eloquentiæ floribus conjectari per se quisque poterit. Innumera quidem quæ tam magni Ecclesiæ Patris nomen ementiebantur, se vidisse Montfauconius fatetur [2]. Multi enim scriptores, ut facilius opera sua venditarent, quin etiam ipsi bibliopolæ, ut emtores adlicerent, ea Chrysostomi nomine insignire consueverunt. In hac vero quam modo proferimus vertenda, me hortante, laudabiliter se exercuit Fr. Gaudiosus Jageman Augustinianæ familiæ Lector. „ Hæc ille.

II. Homiliam istam excipit *Specimen Expositionis* ejusdem *sancti Joannis Chrysostomi in Jobum*, ex Mediceo codice XIII. Plut. IX. ab eodem cl. editore descriptum, qui sequentia præmittit [3]: „ Hic codex sæculo circiter X. conscriptus tres Joannis Chrysostomi Commentarios complectitur, videlicet in Esaiam, in Hieremiam & in Jobum. Primi duo editi sunt: tertius lucem nondum vidit, nonnullis exceptis fragmentis quæ in Catena Nicetæ in Jobum per Patricium Junium edita Londini MDCXXXVII. leguntur. Hujus igitur Expositionis de qua epistolam cl. Jo. Lamio dedimus, quæque in Florentinis Novellis legitur sub die VII. Maii MDCCLXII. specimen tibi exhibemus, amice lector: exiguum illud quidem, sed, quæ auctoris dignitas est atque præstantia, maximi faciendum. Titulus Expositionis sequens est: Τοῦ αὐτοῦ ὑπόμνημα εἰς τὸν μακάριον Ἰώβ. *Ejusdem* (nempe Joannis Chrysostomi, cujus nomen primus Commentarius præferebat) *Commentarius in beatum Jobum*. Deinde Prologus incipit: Ἄξιον πρῶτον ἐπιζητῆσαι κ. τ. λ. Et hæc speciminis loco protulisse satis fuerit. Hoc interim lectorem monemus, ita nostram hanc interpretationem ab iis Joannis Chrysostomi fragmentis quæ in Catena citata adferuntur, differre, ut præter illa prima verba, Ὅρα A πρῶτον ἐγκώμιον . . . . τοῦτο ὦ τὸ θαυμαστόν, & alia identidem pauca, vix quidquam aliud cum iis commune continere videatur. „ Hactenus vir doctus. Porro hujusmodi Specimen a Bandinio Græce tantum editum, Latine vertit amicus optimus Joannes Baptista Galliciolius, alibi subinde laudatus.

III. His demum subjecimus Epistolam, quam ad imperatricem Eudoxiam dedisse traditur idem sanctus Joannes Chrysostomus. Hanc autem ex ms. codice Venetæ bibliothecæ S. Marci eruit Antonius Bongiovanni ὁ μακαρίτης, eamque Latine redditam in lucem extulit Venetiis anno MDCCLIII. [4]; qui B & ejusmodi notulam initio subdidit: „ Pulcherrima hæc est Epistola, & Chrysostomo vere digna. Præclare sanctus Pater imperatricem hortatur ad vinetum Theognosti (viduæ) ejusque filiis reddendum. „ Hæc ille vir Græce doctus. Cujus quidem sententiam de adserenda Chrysostomo epistola nonnullis viris eruditis haud satis probatam novimus; postquam maxime omnium Hermantius [5] & Tillemontius [6] illam de Theognosti vineto ejus viduæ filiisque ab Eudoxia erepto narrationem sive infirmare sive impugnare adnisi sunt. Haud equidem infitias ierim Georgium Alexandrinum qui hæc enarrat in vita Chrysostomi [7], sublestæ fidei esse scriptorem, parilique vitio proinde laborare Græ- C cos sequioris ævi auctores, Leonem imperatorem, Anonymum Savilianum, Cedrenum, Zonaram, Glycam, Nicephorum, quippe qui eumdem Georgium Alexandrinum affectentur: ut propterea recentiores critici scriptoribus istiusmodi merito at jure fidem detrahant. Verum his omnibus missis, unus hujusce rei testis adstare videtur ἀξιόπιστος, utpote qui nedum synchronus, sed & auritus, ne dicam ferme oculatus; Marcus inquam Gazensis, sancti Porphyrii discipulus, ejusque laborum atque itinerum fidissimus comes. Hic itaque gnarus & ingenuus historicus, qui magistri sui gesta luculenter conscripsit, memoriæ tradidit, beatum Porphyrium qui sanctum Joannem Chrysostomum Constan- D tinopoli consuluerat, hujusmodi ab eo retulisse responsum [8]: *Ego quidem non possum loqui cum imperatore* (Arcadio:) *eum enim in me irritavit imperatrix* (Eudoxia;) QUONIAM EAM REPREHENDI PROPTER POSSESSIONEM, QUAM QUUM CONCUPIISSET, ERIPUIT. Siluit quidem Marcus Theognosti nomen, quod alio properaret ejus oratio: at si quis verba illius accurate perpendat, ex iis profecto rem satis compertam habebit, cujus mentio in nostra epistola occurrit. Neque enim uspiam in vita Chrysostomi aliud quidpiam in promtu est detegere quo Marci verba referantur, nisi dicamus Eudoxiam ob agrum Theognosti vi- E duæ ademtum ab eo fuisse reprehensam. Atque ita

1. *Bandin.* Anecdot. Græc. vol. II. pag. XVII.
2. *Montf.* opp. Chrysost. tom. XIII. pag. 185.
3. *Bandin.* l. c. pag. 182. seqq.
4. Memor. per servire all' Istor. letter. tom. I. part. III. pag. 66.
5. *Hermant.* Vie de S. Chrysf. liv. IV. chap. XII. pag. 296.
6. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XI. pag. 596. not. LIX. sur S. Jean Chrysf.
7. *Georg.* Alex. Vit. Chrysf. capp. XLI. XLII.
8. *Marc. Gaz.* Vit. S. Porphyr. cap. V. §. XXXVII. in Act. SS. tom. III. Febr. pag. 651.

ſane Gazenſis ſcriptoris contextum accepiſſe Baronium [1], Bollandum [2] alioſque comperimus.

IV. At enim hujuſce hiſtoriæ mentionem haud injicit Palladius; eamdemque item prætermittunt Socrates & Sozomenus. Ita. Quid tum poſtea? Num ideo concidit aut infringitur Marci ſcriptoris graviſſimi teſtimonium illam adſtruentis? Nemo fuerit, ut equidem opinor, qui jure id afferere velit. Ii namque ſcriptores quorum ſilentium hac de re objicitur, complura omiſiſſe perhibentur quæ ad geſta Chryſoſtomi pertinere novimus, ut recte obſervat Tillemontius [3]; qui & illud vere ſubdit, Palladium in primis Eudoxiæ nomini peperciſſe & cum ea benigne egiſſe, ubi de ſimultatibus ipſam inter & Chryſoſtomum exortis ſermo recurrebat. Huc accedit, ſanctum Patrem ſuis in concionibus Eudoxiam

A ſemel iterumque Jezabelem appellaſſe, quæ nimirum Nabuthæ vineam eripuit: quod quidem ex ipſo Palladio diſcimus [4]. Quin & Zoſimus litteris conſignavit [5], Auguſtæ odium in Joannem Chryſoſtomum ex eo auctum fuiſſe, quod illam publicis in conventibus, quoties ad plebem diſſereret, perſtringere, κωμῳδεῖν, conſueviſſet. Neque aliter Socrates [6] & Sozomenus [7]. Ad hæc ex laudatis ſcriptoribus erudimur, Eudoxiam ſupra ſexum ambitioſam fuiſſe atque auri cupidam, quæ propterea vitam omnibus acerbam redderet, adeo ut probis atque honeſtis hominibus morte nihil eſſet optabilius. Quæ ſane omnia ſi acriter expendantur, epiſtolæ qua de agimus integritatem non mini-
B mum comprobare fortaſſe videantur. Ceterum virorum eruditorum arbitrio rem dijudicandam permittimus.

## C A P U T XI.

## D E

# S. ANASTASIO I. PAPA.

I. SAncto Siricio Romano pontifice anno CCCXCVIII. deſinente ad ſuperos evocato, paucos poſt dies, id eſt ineunte menſe Decembris, pontificatum iniit ſanctus Anaſtaſius. De brevi interpontificio teſtis eſt locuples ſanctus Hieronymus [8]: *Non multum temporis in medio*, inquit, *ſuccedit in pontificatum vir inſignis Anaſtaſius*: quem alibi vocat idem Doctor maximus [9] *virum ditiſſimæ paupertatis & apoſtolicæ ſolicitudinis*. Enimvero, ut ex illius ſucceſſore Innocentio erudimur [10], *ejus merita tanta fuere ac talia, ut jam excederent humanæ converſationis conſortium . . . . præ vitæ puritate & abundantia doctrinæ, qua populum Dei toto eccleſiaſticæ auctoritatis * rigore regebat*. In id nimirum potiſſimum omni ſtudio incubuit vigilantiſſimus paſtor [11], ne quid Chriſti Dei eccleſiam macularet, neve gregis ſuæ curæ commiſſi fidem integram profanæ novitatis auſus inficeret. Præclara ejus geſta ex eccleſiæ faſtis repetenda. Verum beatum hunc pontificem *diu Roma habere non meruit*, inquit Hieronymus [12], *ne orbis caput ſub tali epiſcopo truncaretur. Immo idcirco raptus atque translatus eſt, ne ſemel latam ſententiam precibus ſuis flectere conaretur*. Exactis itaque in pontificatu tribus annis & quinque circiter menſibus ſupremum diem obiit ſummus antiſtes V. Kal. Majas anno CCCCII. Quæ eſt Baronii ſententia [13], contra Papebrochium, Pagium, Coutantium alioſque, ab eruditis viris Tillemontio [14], Fontanino [15], Bern. de Rubeis [16], Balleriniis [17] & Vallarſio [18] propugnata.

II. Porro tanti pontificis duæ dumtaxat ſuperſunt epiſtolæ; quarum altera jam dudum, altera nuper
C in vulgus prodiere. Et prior quidem Joanni Hieroſolymitano epiſcopo inſcribitur *ſuper nomine Rufini*. Hac vero epiſtola Origenes damnatus fuiſſe perhibetur: an vero cum Origene fuerit quoque damnatus Rufinus, diſputant viri doctrinæ laude clariſſimi. Affirmant Baronius [19], Norisius [20], Pagius [21] ac Tillemontius [22]: quod item antea cenſuiſſe videtur Huetius [23]. Verum alii potiori jure partis adverſæ patroni eſſe noſcuntur: quos inter Coutantius [24], Ballerinii [25], Bern. de Rubeis [26]; ſed præ reliquis Fontaninus [27]. Quam ſane poſteriorem ſententiam vel ipſo textu epiſtolæ Anaſtaſianæ probe accepto comprobari exploratum habemus. In ea enim epiſtola Rufini cauſſam a cauſſa
D Origenis manifeſte diſtinguit ſanctus pontifex. Et de Origene quidem [28]: „ Hoc igitur, inquit, menre concepi, fidem Apoſtolorum & majorum „ traditione firmatam... illum voluiſſe diſſolvere. „ De Rufino autem [29]: „ Approbo, ait, ſi accuſat, „ auctorem, & exſecrandum factum populis prodit, ut juſtis tandem odiis teneatur, quem jam „ dudum fama conſtrinxerat: ſi vero interpres tantorum malorum conſenſum præſtat . . . . nihil „ aliud ſui opera laboris exſtruxit, niſi ut propriæ „ veluti mentis arbitrio, hæc quæ ſola, quæ prima, quæ apud catholicos Chriſtianos vera fide . . . tenentur, inopinatæ titulo aſſertionis „ everteret. „ Paullo ante præterea [30] „ Rufinum
E „ conſcientiæ ſuæ divinam habere arbitram maje-

1. *Baron.* ad ann. 401. §. LVI.
2. *Bolland.* Act. SS. l. c. pag. 652. not. f.
3. *Tillem.* l. c.
4. *Pallad.* Dial. de Vit. Chryſ. cap. VIII. infra pag. 282. b.
5. *Zoſim.* Hiſt. nov. lib. V. pag. 324. edit. Oxon.
6. *Socr.* Hiſt. eccl. lib. VI. cap. XV.
7. *Sozom.* Hiſt. eccl. lib. VIII. cap. XVI.
8. *Hieron.* epiſt. CXXVII. num. 10. opp. tom. I. pag. 95. nov. edit. Veron.
9. *Id.* epiſt. CXXX. ibid. pag. 986.
10. *Innoc.* I. epiſt. I.
* Forte *vigore*.
11. *Anaſt.* epiſt. I. §. V. infra pag. 248. a.
12. *Hieron.* epiſt. CXXVII. l. c.
13. *Baron.* ad ann. 402. §. XLII.
14. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XII. pag. 650. not. LXIX. ſur S. Jerome.
15. *Fontan.* Hiſt. litter. Aquil. lib. V. cap. VI. §. VI. pag. 279. ſeq.
16. *Bern. de Rub.* Diſſert. de Rufin. cap. XVII. pag. 118.
17. *Baller.* ad opp. Noriſ. tom. IV. Obſerv. cap. III. §. III. pag. 845.
18. *Vallarſ.* ſub init. tom. XI. opp. Hieron. in ejus Vit. cap. XXXII. §. VI. pag. 199.
19. *Baron.* ad ann. 401. §. IV.
20. *Noriſ.* Hiſt. Pelag. lib. I. cap. II. opp. tom. I. pag. 25.
21. *Pagi* ad ann. 401. §§. IX. XV. XVI.
22. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XII. art. C. pag. 242.
23. *Huet.* Origen. lib. II. cap. IV. ſect. I. §. XX. pag. 206.
24. *Coutant.* Epiſtt. Rom. Pontiff. pag. 723. §. VII.
25. *Baller.* l. c. cap. II. §. I. pag. 827.
26. *Bern. de Rub.* l. c. cap. XVI. pagg. 109. ſeqq.
27. *Fontan.* l. c. cap. XIX. §. II. pagg. 420. ſeqq.
28. *Anaſt.* epiſt. I. §. III. infra pag. 247. a.
29. *Id.* ibid. §. IV. 30. *Id.* ibid. §. II. pag. 246. a.

,, statem ,, declarat. Hæc aliaque in eamdem sententiam, quæ apud laudatos scriptores latius pertractata videas, apertissime arguunt haud fuisse ab Anastasio damnatum Rufinum. Ceterum quæ ad hujus epistolæ §. V. illustrandum ex Vallarsio adnotavimus, antea perviderat noster Hieronymus de Prato, quem proinde consulere juverit [1].

III. Alteram Anastasii ad Simplicianum antistitem Mediolanensem epistolam, haud ita pridem inter Hieronymiana scripta evulgavit cum aliis luculentis vetustis litterarum monimentis ex antiquissimo Ambrosianæ bibliothecæ codice ms. eruditus Vallarsius [2]. In ea vero sanctus pontifex Theophili episcopi Alexandrini studium ac vigilantiam laudans, Origenis errores cum suo auctore ab se proscriptos declarat. Hujusmodi autem epistola sub initium anni CCCC. scripta fuisse videtur; quo currente Simplicianum e vivis excessisse, eique successisse Venerium, compertum habemus. Qua de re post cl. editorem [3] complura probe observata legas apud Ballerinios [4], atque in primis apud modo laudatum Hieronymum de Prato [5]: qui & ipsam Anastasianam epistolam lectorum oculis sistens, aliquot in locis ex conjectura emendatiorem exhibere studuit. Quapropter prout eam vir doctus emaculatam profert, operæ pretium fuerit heic in medium adferre. Sic autem se habet:

IV. *Domino fratri Simpliciano Anastasius*. ,, Grandem solicitudinem atque excubias super gregem ,, suum pastor habere adprobatur: similiter & ex ,, alta turre caussa civitatis diu noctuque cautus ,, speculator observat: magister [a] *providus* navis [b] ,, hora tempestatis & periculi magnam patitur animi jactationem, ne procellis atque asperrimis fluctibus navis elidatur in saxa. Pari animo vir sanctus ,, & honorabilis Theophilus, frater & coepiscopus ,, noster, circa salutis commoda non desinit vigilare, ne Dei populus per diversas ecclesias Origenem legendo in magnas incurrat blasphemias. ,, Conventus litteris memorati, convenio sanctitatem tuam, ut [c] sicuti nos in urbe Roma positi, quam princeps Apostolorum statuit & fide ,, sua confirmavit gloriosus Petrus, ne quis contra ,, præceptum legat quæ diximus, damnavimus, & ,, cum magnis precibus postulavimus, ut Evangeliorum instituta quæ ex ore suo Dei & Christi ,, docuit censura [d], ab hac recedi omnino non debere, sed illud in memoriam deduci, quod Paullus venerabilis Apostolus prædixit atque commo-

A ,, nuit: *Si quis vobis evangelizaverit præter quod* ,, *evangelizatum est vobis, anathema sit*. ,, Reliqua porro, prout in vulgato exemplari.

V. His duabus Anastasii epistolis Apologiam subdidimus, quam ad eumdem pontificem pro se misit Rufinus Aquilejensis; Coutantium affectati, cujus proinde exemplar pro more heic expressimus: illud tamen contulimus cum Rufini operum editione a Vallarsio sollerter adornata, qui ad ms. codicem Guarnerianum eamdem Apologiam exegit, & aliquot in locis feliciter restituit [6], ut ex notulis subjectis constat. Hanc vero Apologiam pro fide sua ad sanctum pontificem direxit Rufinus, quo B suæ prospiceret existimationi, simulque invidiam apud sedem apostolicam ob librorum Origenis περὶ ἀρχῶν versionem sibi conflatam propulsaret. Quo autem tempore scripta illa fuerit, cum ex ipso Rufino, tum ex Hieronymo edocemur. Rufinus enim Romam accitus, ut suspiciones de fide sua ibi coram dilueret, hanc excusationem prætendit [7]: *Quoniam*, inquit, *ipse* POST TRIGINTA FERE ANNOS *parentibus redditus sum, & durum satis atque inhumanum erat, si tam cito desererem eos quos tam tarde reviseram, simul & quia tam longi itineris labor fragiliorem me reddit ad iterandos labores*. Hujusmodi autem excusationis caussas carpens Hieronymus, hæc ait [8]: *Prætendit longi* C *itineris lassitudinem, quasi* TRIGINTA ANNIS *semper cucurrerit, aut* BIENNIO *Aquilejæ sedens, præteriti itineris labore confectus sit*. Quibus ex locis arguit vir eruditus [9], anno CCCC. hanc a Rufino missam fuisse Apologiam. Nimirum, inquit, Aquileja in orientem discesserat Rufinus anno CCCLXXII. illuc reversus anno CCCXCIII. Quum autem rotundum *triginta annorum* munerum particula *fere* diminuat ipse: anno igitur CCCC. jam incepto currebat *biennium* Hieronymianum, quo Aquilejæ morabatur Rufinus. In eamdem ferme sententiam cl. Coutantius [10]. Hæc porro presbyteri Aquilejensis Apologia septem quodammodo capita complecti videtur, quorum priora quinque dogmata respiciunt: D videlicet I. de Trinitate, II. de Verbi incarnatione, III. de resurrectione, IV. de judicio extremo & diaboli æterna damnatione, V. de animarum origine. In duobus reliquis capitibus Origenis se interpretem, non defensorem profitetur Rufinus. Quæ quidem omnia singillatim enucleat Fontaninus [11]; neque ipsum de his edisserentem lector adiens, operam oleumque perdet.

a Ms. *magister hactenus navis*.] Num, *magister autem navis?*

b Ms. *hora tempestatis ecoris & periculo*.] Forte, *hora tempestatis, æquoris & periculo*.

c *Ut sicuti*] Forte, *ut scias uti*.

d Heic deesse videntur aliqua.

1. *H. de Prato* Differt. VI. ad tom. I. opp. Sulp. Sev. num. XXXVI. pag. 311.
2. *Hieron.* opp. tom. I. epist. XCV. pag. 552.
3. *Vallars.* edit. Hieron. tom. I. pag. 552. & ibid. in recens. epistt. ad numm. XCIII. XCIV. XCV. nec non in Vit. Hieron. tom. XI. pag. 176.
4. *Baller.* l. c. cap. III. §. I. pag. 842.

E

5. *H. de Prato* l. c. numm. XVIII - XXI. pagg. 295. seqq.
6. *Vallars.* præf. ad opp. Rufin. pag. XVI.
7. *Rufin.* Apolog. §. I. infra pag. 249. d.
8. *Hieron.* lib. II. adv. Rufin. §. II.
9. *Bern. de Rub.* Differt. de Rufin. cap. XVI. §. I. p. 110.
10. *Coutant.* Epistt. Rom. Pontiff. pag. 713. §. IV.
11. *Fontan.* Hist. litter. Aquil. lib. V. cap. IV.

# CAPUT XII.
## DE
# EUSEBIO
## EPISCOPO ALEXANDRINO.

I. DE hoc Euſebio qui vulgo dicitur epiſcopus Alexandrinus, incerta omnia: adeo ut de illius ætate deque epiſcopali ſede, nihil firmi eſt in promtu quod ſtatuatur. Complures quidem eruditi viri hoc & ſuperiore ſæculo adniſi ſunt, quo hunc Eccleſiæ ſcriptorem haud ſane incelebrem, compertum haberent redderentque; ſed irrito ferme conatu eos laboraſſe quiſque facile intelliget, qui ab iis varie diſputata verſare ſimulque conferre ſtuduerit. Inter eos vero qui hujuſmodi penſum ſibi conficiendum ſumſere, maxime omnium doctiſſimus Lequienius eminuiſſe, mea quidem ſententia, videtur. Sic igitur ille [1]: „ Diu, inquit, multumque quæſivi, quis tandem Euſebius iſte fuerit, cujus operum frequentia paſſim in Parallelis noſtris occurrunt excerpta. Hunc viri quidam non indocti pro Euſebio Cæſarienſi acceperunt. Quia vero homiliæ ſive ſermones ex quibus fragmenta hæc omnia ſumta ſunt, in variis variarum bibliothecarum manu ſcriptis *Euſebio Alexandrino epiſcopo* tribui ſolent, quemadmodum Rupefucaldinus Parallelorum codex hoc loci habet: Εὐσεβίυ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας: aliunde autem in Alexandrinorum pontificum catalogis nullus Euſebius reperitur: hinc critici alii arbitrati ſunt, auctorem hunc diverſum non fuiſſe ab Euſebio Alexandrinæ eccleſiæ diacon., qui poſt ſæculi III. medium floruit, & Laodiceæ in Syria epiſcopus fuit. „

II. „ Verum Euſebii noſtri ſermonum excerpta quæ in utriſque Parallelis exſtant, longe recentioris ætatis ſcriptorem produnt, qui poſt IV. ſæculum vixerit, adeoque poſt Cæſarienſem. Et certe ſimplicior ejus atque impolitior oratio ab Euſebii Cæſarienſis ſtilo & dictione toto cælo diſcrepat. In ſpuria quidem Antheri papæ ad epiſcopos Bæticæ & Toletanæ epiſtola mentio fit Euſebii cujuſdam, *qui de parva quadam civitate, apoſtolica auctoritate mutatus ſit in Alexandriam*. Quem locum Nicephorus capiti *de translationibus epiſcoporum* adjicere non dubitavit [2]. Sed quum vaniſſimum ſit falſæ illius Antheri epiſtolæ teſtimonium, nihil eo confici poteſt, unde evincatur aliquem olim exſtitiſſe præſulem Alexandrinum nomine Euſebium, qui in hujus urbis pontificum indicibus non compareat. „

III. „ Non me fugit alias ab Ægypti metropoli civitates in oriente ejuſdem cognomines reperiri. At quo minus Euſebium illum de quo nunc agitur, alicujus urbis Alexandrinæ præſulem fuiſſe definiam, prohibent tres ejus tractatus; ex quibus intellexi librariorum oſcitantia factum eſſe, ut, quia ſermones ſuos ad Alexandrum quemdam habuit, quum ſcribere debuiſſent, Εὐσεβίου ἐπισκόπου πρὸς Ἀλέξανδρον, omiſſa præpoſitione πρὸς, poſuerint Εὐσεβίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Primus tractatus Latine exſtat tomo ultimo biblioth. Patrum Colonienſis & Lugdunenſis, incipitque ab his verbis: *Quadam die ſanctorum in urbe commemorationes celebrabantur; quum accedens Alexander ad Euſebium epiſcopum dixit: Venerande pater*, cet. Secundum notat Sylburgius in catalogo codicum mss. Palatino-Vaticanorum num. LXIII. hac inſcriptione: *Euſebii ad Alexandrum ſermo in ſancta dominica poſt dimiſſam concionem*. Tertium denique reperi in bibliotheca regia cod. 2923. cum hoc titulo: Εὐσεβίου ἐπισκόπου καὶ μοναχοῦ, περὶ ἀστρονόμων. *Euſebii epiſcopi & monachi, de aſtronomis.* Sicque incipit. Ἡμερῶν διελθουσῶν οὐκ ὀλίγων προσελθὼν ὁ Ἀλέξανδρος λέγει τῷ μακαρίῳ Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ· κύριε, ἤκουσα παρά τινων, ὅτι κατ᾽ ἄστρον γεννᾶται ἄνθρωπος, καὶ ὅτι ὅσοι ἀστέρες εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, τοσοῦτοί εἰσιν ἄνθρωποι ἐπὶ γῆς· καὶ ὅταν ἀποθάνῃ ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ ἐκλείπει· καὶ ὅταν γεννηθῇ ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀστὴρ αὐτοῦ προστίθεται· ἐπειδὴ οὔτε τὸ γεννηθεῖναι ἐκλείπει, οὔτε τὸ ἀποθανεῖν. ὁ δὲ μακάριος ἤρξατο λέγειν· ὢ πόση ἄνοια ἔγκειται τοῖς κακοῖς, καὶ πόσα ἁμαρτάνουσιν οἱ ταῦτα λέγοντες. *Diebus non paucis tranſactis, accedens Alexander dixit beato Euſebio epiſcopo: Domine, audivi a quibuſdam hominem ſecundum aſtrum gigni, & tot homines in terra eſſe quot aſtra in cælo: ut quando moritur homo, ſidus ejus deficiat; & quando naſcitur, ſidus ejus addatur: quoniam neque generatio, neque mors deficit. Beatus vero ſic dicendi initium fecit: O quanta dementia malis hominibus inſedit, & quam graviter peccant qui ſic loquuntur!* Atque his confutatis ſubdit: εἰσί τινες καταρώμενοι τοὺς ἀστέρας, ὅταν κατά τινος ὀργίζονται, καὶ λέγουσιν· οὐαὶ τῷ ἄστρῳ σου. *Sunt nonnulli qui aſtris maledicunt, quando adverſus aliquem iraſcuntur, ajuntque: væ aſtro tuo*, cet. Quæ nempe habentur in Parallelis Rupefucaldinis litt. μ. tit. VII. „

IV. „ Quum regius codex Euſebium *epiſcopum & monachum* dumtaxat nuncupet, inde conjicere licet, eum nullius certæ ſedis epiſcopum fuiſſe, ſed ob egregias virtutes epiſcopum conſecratum, qui variis locis ubi neceſſitas poſtularet, prodeſſet. Tales epiſcopos in Syriæ partibus multos olim exſtitiſſe diſcimus in primis ex Sozomeno [3], qui narrat Lazarum, Barſem & Eulogium monachos creatos epiſcopos eſſe, non urbium aliquarum, ſed honoris cauſſa: itemque Prapidium, qui in multis pagis epiſcopali munere fungebatur. In vita ſancti Sabæ [4] fit quoque frequens mentio *Joannis epiſcopi & heſychaſtæ*, ſeu ſolitarii aut monachi, τὸν θεσπέσιον πατέρα ἡμῶν Ἰωάννην τὸν ἐπίσκοπον καὶ ἡσυχαστήν. ὁ πολὺς ἐν ἀρετῇ ἡσυχαστὴς καὶ ἐπίσκοπος Ἰωάννης. Hic porro civitatis alicujus antiſtes non erat, ſed vitam omnem in monaſteriis agebat. In eadem porro etiam ſancti Sabæ vita Euſebius quidam occurrit, quem Cyrillus Scythopolitanus hujus vitæ ſcriptor *papam* cognominat [5]: οἱ περὶ τὸν

1. *Lequien.* ad Jo. Damaſc. Parall. litt. π. tit. XXIX. opp. tom. II. pag. *666*.
2. *Niceph.* Hiſt. eccl. lib. XIV. cap. XXXIII.
3. *Sozom.* Hiſt. eccl. lib. VI. capp. XXXIII. & XXXIV.
4. Vita S. Sabæ §. XXI. apud Cotel. Mon. Eccl. Gr tom. III. pag. 248.
5. Ibid. §. LXX. pag. 341.

πατριάρχlω Επιφάνιον καὶ πάπαν Εὐσέβιον καὶ τὸν ἐπίσκοπον Ἐφέσου Υπάτιον. *Epiphanius patriarcha*, (Constantinopolitanus) *Eusebius papa & episcopus Ephesi Hypatius*. Itemque [1]: κατ' αὐτὸν δὲ τὸν χρόνον παρεγένετο ἐν Παλαιςίνῃ ὅ, τε πατριάρχης Ἐφραίμιος καὶ ὁ πάπας Εὐσέβιος, διὰ τlὼ τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας Παύλου ἐκβολlὼ. *Circa hoc tempus in Palæstina venerunt Ephræmius patriarcha Antiochenus & papa Eusebius, propter Paulli episcopi Alexandrini ejectionem*. Ex his & aliis quæ subinde Cyrillus narrat, apparet Eusebium hunc episcopali potestate ornatum fuisse, qui tamen certam sedem non haberet: meæque sententiæ doctissimum Cotelerium faventem reperi. Eum vero sermonum illorum quorum fragmenta varia in Parallelis afferuntur, fuisse parentem affirmare non ausim."

V. Hactenus V. C. qui & alibi eumdem locum retractans, hæc habet [2]: "Sexcentis in codicibus Græcis hinc inde reperiuntur *Eusebii* Alexandrini nomine inscripti sermones de variis argumentis, quorum excerpta quædam exstant in Parallelis etiam Rupefucaldinis Joannis cujusdam monachi, quæ asservantur in bibliotheca collegii Parisiensis Ludovici Magni, Joanne Damasceno, ut ostendi, longe anteriora. Nullus vero in patriarcharum Alexandrinorum serie *Eusebius* occurrit ante decimi saltem sæculi medium, nec certe deinceps. Hinc, mea quidem sententia, ille sermonum scriptor vel Alexandriæ Syriæ episcopus fuerit, vel Alexandrinæ sedis Melchiticæ administrator, omni illo quo ea vacavit tempore, sub prioribus Califis Saracenis, totis octoginta annis." Hæc ille in recensione episcoporum ecclesiæ Alexandriæ, quæ sita est in provincia Ciliciæ II.

VI. Porro Eusebii nostri, de quo huc usque late atque erudite edisserentem Lequienium audivimus, complura exstant litterarum monumenta, recensita Fabricio [3]. Eadem postmodum exactius digessit Joannes Guilielmus Janus sub initium præfationis ad ejusdem Eusebii *Orationem de die dominico*, quam Latine redditam Lipsiæ in lucem extulit anno MDCCXX. Eam vero descripsit vir eruditus ex apographo Langbæniano, desumto ex optimæ notæ codice membranaceo octingentorum amplius annorum in bibliotheca Bodleiana asservato; cujus tamen lacunas aliquot supplevit ex altero ms. Vaticano, ex quo eamdem Orationem edere statuerat Holstenius. Recensita itaque atque ad textum exacta editoris Lipsiensis versione, ejusmodi egregium opusculum in sectiones distinctum typis excudendum consignavimus. Ceterum heic sub finem illud adnotare libet, quod de auctoris ætate conjecit laudatus Fabricius [4]; eum nimirum sæculo IV. vixisse, si fuerit ipse μέγας ille Εὐσέβιος Ἀλεξανδρείας, ad quem Macarius scripserat quæstiones suas, quarum fragmenta in mss. Anonymi locis communibus asceticis occurrunt, de quibus verba facit Lambecius [5]. Neque ab eodem sæculo IV. Eusebium nostrum removet cl. editor.

# CAPUT XIII.
## DE
# PHILONE
## CARPASII EPISCOPO.

I. INeunte sæculo V. Carpasii seu Carpasiæ, maritimæ urbis in insula Cypri sitæ, haud ignotæ Straboni & Plinio, sedit episcopus PHILO, a sancto Epiphanio Constantiensi antistite ex Dei revelatione ordinatus, ut ex Polybio Rhinocurorum in Ægypto præsule intelligimus [6]. *Scripsisse* Philonem *commentarium in Canticum Canticorum* tradit Suidas [7]: ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ἀσμάτων. Sed Lexicographo multo vetustior Cosmas Indicopleustes nos edocet [8], præter commentarium in Canticum Canticorum, alterum quoque *in Hexaemeron* litteris consignasse Philonem: simulque ex utroque auctoris nostri opere fragmenta IV. suæ *Topographiæ Christianæ* intexuit. Quibus recitatis hæc subdit: "Animadvertas velim hunc quoque Patrem eumdem quem nos circa mundi figuram & dogma, scopum tenere: ac de figura quidem mundi loquentem, regnum cælorum *penuarium Dei*, ταμιεῖον τοῦ Θεοῦ, vocare: penuarium autem, secretius ac tutius domus receptaculum est, quod ille *regnum cælorum* nuncupat. De dogmate vero edisserentem, in ipso receptaculo sive in regno cælorum, hominem quem Deus gestavit, a morte revocavit & sessionis ad dexteram honore dignatus est, sedentem & firmatum esse dicere." Hæc ille. Quæ quidem, in primis autem Philoniana ejusmodi fragmenta, viros eruditos & vel ipsum sollertissimum Fabricium [9] fugisse, mirari subit enimvero.

II. Eadem itaque Philonis fragmenta ex laudato Cosma Ægyptio desumta, reliquis Ecclesiæ scriptorum operibus intexenda censuimus: quippe quæ, paucis licet contracta, multum tamen ad præcipua Christianæ fidei capita confirmanda conferre noscantur. Ceterum qui sub Philonis Carpasii (perperam Carpathi) nomine circumfertur commentarius in Canticum Canticorum, haud esse sincerum auctoris fetum, sed mire interpolatum, agnoscunt viri docti ad unum omnes; utpote admodum discrepans a Græco genuino exemplari, quod aliquando editum iri spem fecerant VV. CC. Bigotius & Bandurius, ut memoriæ prodidere Oudinus [10], Colomesius [11] & Fabricius [12].

1. Ibid. §. LXXXV. pag. 364.
2. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. pag. 905.
3. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. V. pag. 275.
4. *Id.* ibid.
5. *Lamb.* lib. V. pag. 154. seq.
6. *Polyb.* Vit. S. Epiph. §. XLIX. opp. tom. II. pag. 360.
7. *Suid.* Lex. tom. III. pag. 613. v. Φίλων.
8. *Cosm. Indic.* Topogr. Christ. lib. X. pagg. 329. & seq.
9. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. IX. pag. 252.
10. *Oudin.* Supplem. de Script. eccl. pag. 58.
11. *Colom.* opp. pag. 707. edit. Fabric.
12. *Fabric.* l. c.

# CAPUT XIV.

# DE PALLADIO EPISCOPO HELENOPOLITANO.

## *PRÆFATIO*

## V.C. EMERICI BIGOTII.

I. „ Dialogus de Vita Joannis Chryſoſtomi, inter epiſcopum & Theodorum Romanæ eccleſiæ diaconum habitus eſt; coram multis & per plures dies. Hunc epiſcopum vocatum fuiſſe PALLADIUM, & præfuiſſe eccleſiæ HELENOPOLITANÆ, fidem faciunt hæc tituli verba, Διάλογος Παλλαδίου ἐπισκόπου Ελενουπόλεως, eadem in fine libelli repetita. Apud Savilium habetur elenchus auctorum, qui aliquid de Joanne Chryſoſtomo ſcripſerunt. Fuit autem excerptus Patavii ex codice vetuſtiſſimo Michaelis Sophiani: & præfigitur apud eumdem Savilium Vitæ S. Joannis Chryſoſtomi, ſcriptæ ab auctore quodam anonymo, qui ſe eam concinnaſſe dicit ex omnibus qui in dicto elencho nominantur ſcriptoribus. Hos inter legitur Παλλάδιος ἐπίσκοπος Ελενουπόλεως. Georgius Alexandrinus patriarcha, qui multa ex hoc Dialogo in Vitam Joannis Chryſoſtomi a ſe ſcriptam tranſtulit, ea omnia accepta refert Palladio epiſcopo: quæ eadem omnia in hoc Dialogo ſcripta leguntur. Τινὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐκ τῆς γεγονυίας διαλέξεως παρὰ Παλλαδίου τοῦ ἐπισκόπου πρὸς Θεόδωρον τὸν διάκονον τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας ἐξηντλήσαμεν, αὐτοῦ ἐν τοῖς χρόνοις ἐκείνοις παρόντος ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ παρακολουθήσαντος πᾶσι τοῖς πεπραγμένοις· ὑποχωρήσαντος δὲ ὕστερως καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς αὐτοῦ ἐπισκοπῆς, βδελυξαμένου καὶ κοινωνίαν τῶν συσκευασάντων κατὰ τοῦ μακαρίου Ιωάννου, καὶ ἀκανονίστως καταψηφισαμένων αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς. *Quædam eorum ex Dialogo Palladii epiſcopi cum Theodoro Romanæ eccleſiæ diacono hauſimus. Ille temporibus iſtis vixit Conſtantinopoli, & interfuit omnibus quæ acta ſunt. Poſtea vero urbe atque epiſcopatu ſuo deceſſit, abominatus communionem cum iis qui inſidias ſtruxerunt adverſus beatum Joannem, atque contra ipſum, immo contra ſua capita ſententias tulerant, nulla canonum habita ratione.* „

II. „ Photius qui hanc ſancti Joannis a Georgio compoſitam Vitam legit, & ex ea quædam in ſua Bibliotheca nobis reliquit, hæc habet: Λέγει δὲ ἐκ τοῦ Παλλαδίου. ἐπίσκοπος δὲ ὁ Παλλάδιος, καὶ διαλογικῷ τύπῳ καλῶς καὶ ἐσπουδασμένως τὰ περὶ τὸν Χρυσόστομον ἀνεγράψατο. *Refert quædam ex Palladio. Palladius ille epiſcopus fuit, & Dialogi forma pulcre & ſtudioſe res Chryſoſtomi conſcripſit.* Theodorus Trimithuntis in Cypro inſula epiſcopus, qui ſcripſit Homiliam περὶ τοῦ βίου καὶ ἐξορίας καὶ τῶν θλίψεων Ιωάννου τοῦ μακαριωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Χρυσοστόμου, de noſtri auctore Dialogi hæc habet: Διαλέγεται δὲ περὶ Ιωάννου καὶ τῶν συμβεβηκότων πάντων μετὰ Θεοδώρου διακόνου τῆς μεγάλης πόλεως Ρώμης ἀνήρ τις τίμιος, Παλλάδιος τὸ ὄνομα. οὗτος, πρῶτον μὲν τὴν ἔρημον οἰκήσας ἐπὶ ἱκανὰ ἔτη, κατηξιώθη τῆς ἐπισκοπῆς ἐν Βιθυνίᾳ, ἤτοι συγγράφεται καὶ ἀρετὰς πολλῶν πατέρων. ὃς καὶ αὐτὸς κοινωνικὸς Ιωάννου, κατάκλειστος γέγονεν ἑνδεκαμηνιαῖον χρόνον ἐν οἰκίσκῳ ζοφερῷ. *Differit de Joanne & de omnibus quæ ipſi acciderunt, cum Theodoro magnæ urbis Romæ diacono, vir quidam venerandus, Palladius nomine. Ille primum multos annos eremum incoluit, deinde ad epiſcopatum in Bithynia promotus fuit, & ſcripſit virtutes multorum patrum. Idem ipſe communicavit cum Joanne, & in obſcura domuncula undecim menſes latuit.* „

III. „ Ex his colligere licet, epiſcopum auctorem hujus Dialogi nominatum fuiſſe Palladium a Georgio Alexandrino, atque a Photio. Addit Theodorus Trimithuntis epiſcopus, eum in Bithynia donatum epiſcopatu. Solus titulus codicis Græci Dialogi, & indiculus qui exſtat apud Savilium, hunc epiſcopum fuiſſe Helenopolitanum teſtantur. Hoc porro animadvertendum, in codice Florentino (eſt autem ſexcentorum annorum) adſcriptum haberi in margine, *ἐν ἄλλοις γράφεται* Ασπόνων, e regione vocis Ελενουπόλεως: quæ notatio indicat, hunc ipſum Palladium qui dicitur Helenopolitanus, etiam dictum fuiſſe ab aliis epiſcopum Aſponenſem. His adſtipulari videtur Socrates, qui in catalogo epiſcoporum qui ab uno epiſcopatu ad alium tranſlati fuerunt, ait [1]: Παλλάδιος ἀπὸ Ελενουπόλεως μετηνέχθη εἰς Ασπονα. Αλέξανδρος ἀπὸ Ελενουπόλεως εἰς Αδριανούς. *Palladius ab Helenopoli Aſponam tranſlatus eſt. Alexander ab Helenopoli Adrianos tranſiit.* Helenopolis eſt in Bithynia; Aſpona vero in Galatia prima ſub Ancyra metropoli. Mihi autem admodum probabile videtur, auctorem hujus Dialogi nomen ſuum dedita opera reticuiſſe, neque adſcripſiſſe fronti operis, aut narrationis corpori inſeruiſſe: hoc ſolum de ſe ſciri voluit, quod epiſcopus fuerit magnæ civitatis, & quod lauta atque opipara convivia aliquando inſtruxerit, ut ipſe fatetur in Apologia quam ſcripſit, cur Joannes noſter ſolus comederet. Diaconum contra, bis terve ipſum Theodorum vocitavit. Palladii nomen additum deinde fuit: ac tandem Palladius ab aliquibus epiſcopus Helenopolitanus, ab aliis epiſcopus Aſponenſis nominatus; ab aliis autem creditus eſt epiſcopus in Bithynia, & idem auctor Hiſtoriæ Eremiticæ ad Lauſum, quæ vulgo *Lauſiaca* dicitur. Qua in ſententia fuiſſe Theodorum Trimithuntinum epiſcopum, certo affirmabit, qui obſervaverit eadem de auctore hujus Dialogi ſcribere, quæ de ſe ſcribit auctor Hiſtoriæ Lauſiacæ. Ἀπὸ τῆς Παλαιστίνης πάλιν κατῆλθον τὴν

1. *Socrat.* Hiſt. eccl. lib. VII. cap. XXVI.

Βιθυνίαν, καὶ ἐν ταύτῃ, οὐκ οἶδα πῶς εἴπω, εἴτε ἐξ ἀνθρωπίνης σπουδῆς εἴτε καὶ ἐξ εὐδοκίας τοῦ κρείττονος, μόνος ὁ Θεὸς ἂν εἰδείη, κατηξιώθην τῆς ὑπὲρ ἐμὲ χειροτονίας· κοινωνήσας τῇ περιστάσει τῇ κατὰ τὸν μακάριον Ἰωάννην, καὶ ἕνδεκα μῆνας ἐν ζοφερῷ κελλίῳ κρυπτόμενος. *Relicta Palæstina, repetii Bithyniam, & in ea, non possum dicere quomodo id factum sit, sive hominum studiis, sive Dei beneficio, solus id novit Deus, dignus habitus sum ordinatione quæ vires meas superat: & particeps fui persecutionis beati Joannis, atque undecim menses in obscura cella latui.* „

IV. „ Agnoscis Palladium Helenopolitanum episcopum, qui post Eulysium & Demetrium episcopos Romam missus fuit ad Innocentium papam; quique postea remissus cum Latinis episcopis litteras Honorii imperatoris ad Arcadium deferentibus, in carcerem conjectus est, ut perhibetur in Dialogo. Si ita se res haberet, dicendum esset, eumdem esse Palladium auctorem hujus Dialogi, ac Palladium qui Romam a Joanne Constantinopolitano missus fuit, & qui Historiam Eremiticam ad Lausum scripsit: quod simul stare omnino non potest. Nam auctor hujus Dialogi, cujuscumque tandem civitatis episcopus fuerit, aliquanto post tempore se primum Romam venisse ait, quam venerat Palladius episcopus Helenopolitanus, quem tempore Innocentii Romam venisse ipse scribit, ante quam haberetur hic Dialogus. Præterea eum adhuc apud Blemmyas detineri scribit eo ipso tempore, quo hanc διάλεξιν instituebat cum Theodoro: quæ inter se conciliari nullo modo possunt. Demum, Historia Lausiaca mihi videtur scripta circa annum 421. quo anno auctor hujus Historiæ natum se esse annos quinquaginta tres, & a viginti annis in Bithynia episcopum esse testatur. Jam si detrahas ex annis 421. annos quatuordecim, anno 407. quo mortuus est Chrysostomus, annum tunc agebat Palladius trigesimum nonum. Igitur verisimile est ex superius allatis, Dialogum habitum fuisse paullo post mortem Joannis Chrysostomi, circa annum 408. quo anno Palladius auctor Historiæ Lausiacæ natus erat annos quadraginta: quod omnino animadversione dignum puto; quia Theodorus sæpe compellat episcopum, auctorem Dialogi, velut senem, eumque per canos ejus adjurat ut verum ipsi narret: quæ compellatio cadere vix potest in virum annorum quadraginta. „

V. „ Si sententiam hac de re meam interponere heic liceret, illud tantum de auctore hujus Dialogi quod ipse de se dixit, pronuntiandum censerem: ipsum scilicet magnæ civitatis episcopum fuisse, sicut Georgius Alexandrinus & Photius scripserunt. Si vero Palladius dicendus est episcopus Helenopolitanus, dicendum quoque mihi videretur, ex Helenopoli translatum fuisse Asponam, atque in ejus locum suffectum Palladium alterum, qui Romam missus fuerit a Joanne ad papam Innocentium: isque auctor erit Historiæ Lausiacæ & discipulus Evagrii. Porro Palladium ex Helenopoli translatum fuisse Asponam, tradit Socrates. Auctorem vero Dialogi episcopatu cessisse, ex Georgii verbis superius allatis conficitur. Hac ratione via præcluditur multis ambagibus, quas aliter evadere nullus possit. Si quid tamen rationi atque historicæ veritati magis consentaneum quis adtulerit in medium, nullatenus repugnabo: quin immo quidquid illud erit, ambabus ulnis ultro excipiam. „

A VI. „ Sed dum de scriptore hujus Dialogi fusius edissero, pæne mihi exciderat loqui de Theodoro, quem aliqui auctorem perhibent hujus Dialogi: sed levi prorsus argumento. Theodorus, inquiunt, compellans episcopum, se aliquando forte de rebus sancti Chrysostomi scripturum ait. Quis Dialogistarum morem non animadvertit, qui ut vel minima quæque ab interlocutore expiscari possint, varias sciscitandi rationes comminiscuntur, atque hanc in primis aut alias similes? Qui hanc suspicionem primi pertulerunt, nequaquam attenderunt, opinor, omnia ἀσύστατα quæ modo notavi, a Palladio non depellere: cui tamen rei præcipue cavendum fuit. Deinde faciant mihi satis, B si possint, & quærenti respondeant, quare Theodorus Romanæ ecclesiæ diaconus, Latine non scripserit? aut si Latine scripserit, ut nonnemini visum est, quare hoc opus huc usque Latinis auribus inauditum fuerit? Sed missa ista faciamus, quæ omni ratione atque probabili conjectura carent. Hæc de auctore Dialogi dicta sunt: nunc de codice videamus. „

VII. „ Quum primum de edendo Vitæ S. Joannis Chrysostomi Græco contextu cogitare cœpi, uberiores notas in eam scribere statueram, ob idque collegeram quidquid in operibus eloquentissimi Doctoris, quidquid in scriptis Patrum æqualium, C quidquid denique apud Historicos ecclesiasticos, ad eam illustrandam conferre mihi videbatur. Quum in hac sparta adornanda versarer, varii subinde me morbi vexarunt, qui institutum opus in reliqua tempora rejecere. Interea prodiit in lucem eximium opus de Chrysostomi gestis, ab eruditissimo & de historia ecclesiastica optime merito Godefrido Hermanno Gallice conscriptum; in quo quidquid animo conceperam, ille erudite atque eleganter occupavit: ita ut nihil mihi amplius reliquum foret, quam actum agere: quod a meis moribus semper fuit alienum. Itaque mutandum mihi consilium fuit, & alio convertenda studia: nempe, ut solum contextum Græcum cum nova Latina ver- D sione publici juris facerem, quem a viris doctis avide exspectari intelligebam. Ad eum pro uberioribus animadversionibus quas animo destinaveram, quasdam criticas ut vocant notas quæ phrasim subinde minus usitatam & σολοικοφανῆ explicarent, elucidarentque locos nonnullos qui varios sensus variasque interpretationes admittere videbantur, adjungere statui. Suppuduit me tamen postea, fateor, propositi mei; indignumque reputavi, prætermissis uberioribus notis, ad illas minutias descendere; veritus locum dare vulgari adagio: *Pro thesauro carbones*. „

VIII. „ At vero quidquid hoc libelli est, quantumvis commentariis destituti, pro magno, certo E scio, habiturus es thesauro; si memineris quanto studio quantave diligentia clarissimi operum S. Joannis Chrysostomi editores, Henricus Savilius & Fronto Ducæus, opus illud quaquaversum perquisierint. Sed quum frustra omnes bibliothecarum forulos excussissent, sancti Doctoris studiosos scriptis suis ad eamdem curam invitarunt; monueruntque hanc Vitam ad paucissima exemplaria redactam esse. Hunc ego archetypum Florentiæ reperi in bibliotheca Medicea: ejusque exscribendi copia perbenigne mihi facta est a Magno Etruriæ Duce Ferdinando II. qui verus gentis Mediceæ heres, amorem erga litteras & litteratos viros, ut patrimonium a parentibus acceptum, ad filium Cosmum III. feliciter transmisit. Hic ipse est codex quo usus est Ambrosius

Camaldulensis, qui prior hanc Vitam Latine vertit: vertit autem Romæ, ut ipse testatur in epistola nuncupatoria ad Eugenium papam IV. ejusque versio typis excusa prodiit primum Venetiis in forma octava, cura & studio Nicolai Erythræi: Lutetiæ sæpius postea recusa. Hunc, inquam, ipsum esse codicem quo usus est Ambrosius, deprehendi cum ex pluribus locis qui unius aut alterius litteræ mutatione corrupti erant, tum ex verbis litterisque perperam conjunctis aut divisis. Quod tute per te ipsum facile animadvertes, studiose lector, si attenderis ad varias lectiones marginibus a me adscriptas, quas desumsi partim a scripto Georgii Alexandrini episcopi; partim ex epistola Chrysostomi ad Innocentium papam, quæ inter Chrysostomi opera exstat, eruta ex aliis codicibus manu scriptis; partim denique ex Fragmento quod ex codice Cujaciano Fronto Ducæus edidit in fine vulgati a se Dialogi. His vitiis & incommodis in versione quam pro modulo meo concinnavi, utcumque occurrere conatus sum, veram ac genuinam secutus lectionem quam notavi ad marginem, retenta in textu Dialogi lectione quæ in codice ms. habebatur. „

IX. „ Heic nonnemo fortasse objiciat, diversos sibi videri codices, Ambrosianum ac Florentinum: propterea quod Ambrosius nonnulla procemii loco præmisit in sua versione, quæ in Florentino non comparent. Verum quisquis rem accurate perpenderit, facile mecum existimabit, Ambrosium ista de suo addidisse, ut ad Dialogum qui nimis abrupto exordio procedebat, viam aperiret; idemque præstitisse in serie Dialogi, sicubi nimis hiulca videbatur oratio. Quis enim sibi persuadeat, Zosimi pontificis maximi temporibus Romam primum venisse nostri scriptorem Dialogi, qui in ipso animadverterit, Theodorum diaconum ab episcopo quærere, an Joannes mortuus sit; respondere vero episcopum: Vixit, quia mortuus est. Sane haudquaquam verisimile est, celeberrimi pontificis obitum tam diu latere potuisse Theodorum Romanæ ecclesiæ diaconum, cui alia pleraque de Chrysostomo comperta erant. Accedit, quod quum episcopi ab Innocentio papa Constantinopolim missi in itinere male accepti fuissent, eum maxime solicitum reddere debebant res orientales. Porro a morte Joannis ad pontificatum Zosimi anni decem elapsi erant. Si argumentum chronologicum pressius urgere me finas, rogabo te ut oculos conjicias in hæc verba Theodori, quæ sub finem Dialogi nostri leguntur: *ὁ σκοπὸς τῆς ἐκκλησίας Ρωμαίων οὗτός ἐστιν, ἕως τέλους μὴ κοινωνῆσαι τοῖς ἀνατολικοῖς ἐπισκόποις, μάλιστα Θεοφίλῳ. Scopus iste Romanæ ecclesiæ est, numquam communicare orientalibus episcopis, præsertim Theophilo.* Qui hæc verba legit, nonne statim Theophilum vivum adhuc & spirantem videt eo tempore, quo hæc verba proferebat Theodorus? Theophilum autem Alexandrinum episcopum anno 412. mortuum esse, apud omnes constat. „

X. „ Quod dixi de procemio Dialogi aliisque per Ambrosium interpolatis locis, id etiam adfirmare ausim de nominibus propriis eorum, qui inter se loquentes inibi inducuntur. Nam qui in versione Ambrosiana dicuntur *Palladius* & *Theodorus*, in Græco codice Mediceo, *Episcopus* & *Diaconus* simpliciter appellantur: idque ab interprete Ambrosio contra fidem manu scripti, ut lectori consuleret, factum fuisse nullus dubito. Sane omnibus contestari non verear, Mediceum codicem integrum esse, & bona fide, ut jacet in archetypo, a me repræsentatum. Si quis reponat, hanc versionem Romæ, ut superius notabam, adornatam esse ab Ambrosio, neque a vero alienum videri, eum quodam ms. codice qui Romæ tum exstaret, usum fuisse: respondebo, probabili æque argumento dici posse, Ambrosium aut codicis Florentini seu Medicei prius habuisse copiam, aut codicem ipsum Romæ Cosmo Magno comparasse, in cujus bibliothecam codicem facta versione contulerit. Ambrosii enim curis ac diligentiæ institutionem Mediceæ bibliothecæ acceptam referri debere, nemo qui ejus vitam & epistolas legerit, diffitebitur. „

XI. Hactenus Bigotius V. C. cujus præfationem in sectiones distinximus, quo scilicet lectio facilior succederet. Heic tamen præterea nostra interest admonere, nos iis quæ in edito Bigotiano de Dialogi auctore posteriorem locum tenent, hoc in capite priorem assignasse: quæ vero apud Bigotium de Palladii codice priorem occupant locum, in posteriore collocanda existimavimus: ne videlicet institutum nostrum semel positum concideret; ubi primum de auctore, deinde vero de illius operibus verba facere constanter consuevimus. Ceterum de Palladio Dialogi auctore lectorem ea consulere haud pigeat, quæ litteris tradidit vir illustris Henricus Savilius in dissertatione *de scriptoribus rerum Chrysostomi*, quam primus in lucem extulit Guilielmus Caveus [1].

1. *Cav.* Hist. litter. tom. I. pagg. 327-336. seqq.

## CAPUT XV.

## DE

# S. CHROMATIO

## EPISCOPO AQUILEJENSI.

I. CHROMATIUS inter occidentis episcopos sanctitate ac doctrina insignis, in sede Aquilejensi Valeriano successit, qui e vivis excesserat anno CCCLXXXVIII. ut superius innuimus [1]. Ejus ordinationem peractam fuisse a sancto Ambrosio episcopo Mediolanensi quem eo tempore *Aquilejæ constitutum* tradit Paullinus [2], conjecit magnus Baronius [3]. Cujus quidem sententiam Fontanino haud probatam [4], viro docto assertam comperimus [5]. Inter novi præsulis laudes illud præcipue attendendum, quod ipsi amicitiæ necessitudines cum summis illius tempestatis viris intercesserint, Ambrosio, Hieronymo, Joanne Chrysostomo, Heliodoro atque Rufino. Et ab Ambrosio quidem Chromatius, quum maximo sacrarum litterarum studio flagraret, primum petiit, ut sibi aliquid e divinis codicibus excerptum explanatumque dirigeret; cui morem gerens Mediolanensis antistes, prophetiam Balaam enarratam epistolari schediasmate perferendam curavit [6] anno circiter CCCXC. Quid porro Hieronymus? Is videlicet eodem anno, Chromatii & Heliodori Altinatis episcopi qui cum Aquilejensi sacris litteris excolendis operam dabat, precibus exoratus libri Tobiæ Latinam versionem e Chaldæo sermone adornavit [7]: tum utroque præsule hortante, insequente anno CCCXCI. interpretationem Proverbiorum, Ecclesiastæ & Cantici Canticorum ad eos transmisit; commentariorum scilicet loco, in Osee, Amos, Zachariam & Malachiam, quos ab iisdem postulatos *scripsisset, si licuisset præ valetudine*, ut ipsemet testatur [8]. Adhæc anno CCCXCII. libros duos commentariorum in prophetam Habacuc uni Chromatio nuncupavit, qui hujus prophetæ historicum & litteralem sensum ab eo expetierat [9]. Denique ab ipso Aquilejensi episcopo *impulsus* Hieronymus; *ut Hebræa volumina Latino sermone transferret* [10], ad eum anno CCCXCVII. τῶν Paralipomenων versionem direxit. „ Hæc sunt nimirum, ut V. C. verbis utar [11], doctrinæ qua florebat Chromatius præclara testimonia: ipsumque discimus præcipuum auctorem Hieronymo fuisse, ut eximium Latinæ versionis voluminum Hebræorum aggrederetur opus, eidemque jam cœpto manum ultimam imponeret. „

II. Jam vero, ut reliqua præcipua Chromatii gesta prosequamur, anno CCCCIV. sede Constantinopolitana depulso & in exsilium detruso Joanne Chrysostomo, inter occidentis episcopos qui pro ejus restitutione maxime adlaborarunt, eminuit noster præsul Aquilejensis, qui & litteras dedit ad ipsum Chrysostomum, ut refert Palladius Helenopolitanus [12], & ab eodem CP. episcopo epistolam vicissim recepit [13] anno CCCCVI. in qua pro sua caussa & contra suos adversarios tuba clarius ipsum declamasse profitetur, simulque gratias agens pro sedulo sibi impenso officio, illius conspectu frui se peroptare declarat. Neque illud heic in primis omittendum, Honorium scilicet imperatorem Arcadio fratri occidentalium præsulum sententiam hac de re significaturum, duas præ ceteris sibi scriptas epistolas ad eum direxisse, alteram Innocentii Romani pontificis, alteram Chromatii episcopi Aquilejensis. Honorianam epistolam recitat laudatus Palladius his verbis [14]: „ Tertio jam scribo ad mansuetudinem tuam, rogans ut quæ ex compacto „ contra Joannem episcopum gesta sunt, emendentur ...... Quænam enim sit occidentalium de „ Joanne episcopo sententia, ex omnibus epistolis „ quæ ad me scriptæ sunt, duas subjunxi, ejusdem „ cum ceteris sententiæ, unam Romani, alteram „ Aquilejensis episcopi. „ Τίνα γάρ ἐστιν ἃ φρονοῦσι περὶ τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου οἱ δυτικοί, ἐκ πασῶν τῶν ἐπιστολῶν πρός με γραφεισῶν ὑπέταξα δύο, ἰσοδυναμούσας ταῖς πάσαις, τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Ῥώμης καὶ τοῦ Ἀκυληΐας. Hæc scribebat Augustus anno CCCCV. Quod quidem summum Chromatii studium pro sua defensione intelligens vir ille sanctissimus, ex suo exsilio insequente anno CCCCVI. epistolam ad eum misit cujus modo meminimus.

III. Præterea Rufinum habuit coluitque Chromatius inter caros Aquilejensis ecclesiæ presbyteros, ut pluribus ostendit adversus Norisium vir eruditissimus subinde laudatus [15]. Eapropter orto dissidio inter ipsum Rufinum & sanctum Hieronymum, tantos viros amicitia tot annis antea conjunctos in Christianam concordiam pro virili redigere studuit; eoque consilio Rufini mentem & calamum alio convertere satagens, eidem injunxit ut Eusebii Græcam historiam Latinis auribus redderet. Quam quidem ille duobus libris proprio marte compositis auctam Chromatio inscripsit anno CCCC. eique postmodum quoque Origenis Homilias XXVI. in librum Josue, quas ipsius hortatu latinitate donaverat, nuncupavit. His aliisque præclare gestis sanctus noster antistes, postquam Aquilejensem ecclesiam annis XVIII. provide strenueque rexisset, anno circiter CCCCVIII. supremum diem obiisse existimatur. Quæ est V. C. pluribus enucleata sententia [16]: qui tamen deinceps mutata mente [17], annum Chromatii emortualem statuit CCCCVI. Neque aliter Fontaninus [18]. Medius autem inter utramque sententiam incedens Tillemontius, annum CCCCVII. de-

1. *Prolegom.* cap. V. §. II.
2. *Paullin.* Vit. Ambros. §. XXI.
3. *Baron.* ad ann. 388. §. LXXXIV.
4. *Fontan.* Hist. litt. Aquil. lib. III. cap. III. §. II. pag. 125.
5. *B. de Rub.* Monum. eccl. Aquil. cap. X. §. I. pag. 90.
6. *Ambros.* epist. L. opp. tom. II. pag. 993. seq.
7. *Hieron.* præfat. ad vers. Tob.
8. *Id.* præfat. ad vers. Proverb. cet.
9. *Id.* prolog. ad lib. I. Comment. in Hab.
10. *Id.* præfat. ad Paral.
11. *B. de Rub.* Mon. eccl. Aquil. cap. X. §. III. pag. 92.
12. *Pallad.* Dial. de Vit. Jo. Chrys. cap. II. infra pag. 265. e.
13. *Jo. Chrys.* epist. CLV. opp. tom. III. pag. 689. edit. BB.
14. *Pallad.* l. c. cap. III. infra pag. 268. a. b.
15. *B. de Rub.* Monum. eccl. Aquil. cap. XII. §. II. pag. 106.
16. *Id.* ibid. cap. XIII. §§. I-III. pagg. 111-115.
17. *Id.* Differt. de Rufin. cap. XIX. §. III. pagg. 144-147.
18. *Fontan.* Hist. litt. Aquil. lib. III. cap. III. §. IX. pag. 132.

finivit [1]. Porro sancti Chromatii memoria tum in tabulis ecclesiasticis, tum in fastis Aquilejensibus die II. Decembris recolitur.

IV. Chromatius, quem sacrarum litterarum studio maxime delectatum, viros doctissimos propterea consuluisse, Ambrosium inquam & Hieronymum, atque ab eis sive enarrationes sive interpretationes divinorum eloquiorum expetiisse, superius vidimus: ipse quoque iisdem sanctis scripturis sedulo excolendis explanandisque operam impendisse comperitur. Exstant ejus nomine inscriptæ *Homiliæ* XVIII. quæ Commentarii sive Commentariorum fragmenta videntur, esse *in Evangelium sancti Matthæi*. Eas primus edidit *ex vetustissimo codice* Joannes Sichardus Basileæ anno MDXXVIII. quæ deinceps a Martino Lipsio ad alia vetera exemplaria mss. exactæ, variisque in locis repetitæ, Patrum demum bibliothecis fuere intextæ. Constat autem librariorum seu exscriptorum ignavia junctim compactas tot Homilias, in tria tantum opuscula fuisse hactenus discretas: facile namque distinguendæ fuerant ex frequenter repetita δοξολογία, verbis istis aut his similibus conclusa, *per Christum Dominum nostrum qui est benedictus in sæcula*; cujus proinde ductu octodecim esse agnoscuntur. Hæc autem animadversio Tillemontio debetur [2]. Et hunc quidem numerum in exemplari nostro hisce Homiliis restituendum esse duximus, ordine insuper habito qui huc usque in præcedentibus editis invaluit, præpostero scilicet atque ab auctoris mente prorsus alieno. Adhæc *Tractatus* nomen iisdem Homiliis præfiximus: „ ea enim appellatio, ut cum viris eruditis loquar [3], antiquæ ecclesiasticæ locutionis propria ac frequentius usurpata invenitur. Etsi enim *tractatus* olim vocarentur episcoporum collocutiones de aliquo Ecclesiæ negotio, ut liquet ex Cypriano [4]: tamen sicuti *tractare* (*quod est episcoporum*, ut Optatus testatur [5]) a Cypriano primum [6], ac dein ab aliis frequenter accipitur pro concionem habere in publicis Ecclesiæ cœtibus; ita *tractatus* vox pro episcopali concione ad populum solemni formula invaluit: eodemque sensu passim quamplurium antiquorum Patrum concionibus præfigitur, ut ex sanctorum Gaudentii, Augustini, Leonis Magni cet. codicibus, & non nullis etiam exactis ad fidem codicum editionibus discimus. „ Neque aliter inscribendas Chromatii Homilias antea existimarat Fontaninus [7]. Eas porro non solum pro instituti nostri ratione in varias sectiones distinximus, sed & contulimus cum excerptis Combefisianis [8]: qua ex collatione cum mendosas aliorum exemplarium lectiones correximus, tum unum alterumve hiatum complevimus, subjectis interim alicubi notulis, quibus aliquot dubia loca restituenda conjecimus.

V. Neque illud heic prætereundum, has Homilias, vel si mavis Tractatus, in prima Sichardi editione unde reliquæ manarunt, hujusmodi titulo inscribi, *Chromatii Romani episcopi*. Quam ob rem isthæc opuscula eruditorum plerique Chromatio Aquilejensi abjudicanda censuere. Verum quo demum sensu titulus ille sancto Patri nostro tributus, sit accipiendus, duumviri docti accurate satis demonstrarunt [9]. Ceterum easdem Homilias sincerum integrumque fetum esse Chromatii, pluribus adstruit quem subinde laudavimus eruditus Fontaninus [10]: qui præterea & illarum pretium ostendit, & eas a Magdeburgensium calumniis vindicat, & auctoris stilum ac scopum illustrat; neque scripta Chromatio supposita indicare omittit: dignus proinde quem lector adeat: hanc enim spartam qui eo melius adornarit, novimus neminem.

# C A P U T XVI.

## D E

# SULPICIO SEVERO.

I. SEVERUS *presbyter*, inquit Gennadius [11], *cognomento* SULPICIUS, *Aquitanicæ provinciæ*, *vir genere & litteratura nobilis*, sæculo IV. desinente claruisse perhibetur: Paullino scilicet Nolano *ætate florentior* [12], quem anno CCCLIII. natum edocet Tillemontius [13]. In litteris liberaliter institutus, & ingenii facultatis laudem adeptus, facundi nominis palmam ceteris in foro præripuit. Uxorem duxit ex consulari familia, magnisque opibus affluit [14]. Sed sæculo demum abdicato, monasticæ disciplinæ totum se addixit, *paupertatis atque humilitatis amore conspicuus* [15]. Quod sane variis ex Paullini epistolis palam adstruit vir eruditus [16]. Num vero sacerdotio fuerit initiatus, quamvis id afferat Gennadius, non est adeo exploratum, ut nullus hac de re dubitandi locus supersit [17]. Beato Martino episcopo Turonensi & Paullino Nolano familiariter usus fuit. Sub vitæ finem a Pelagianis fuisse deceptum tradit idem Gennadius: ejus tamen narrationem vir doctus modo laudatus suspectam reddit [18]: qui & Massiliæ anno circiter CCCCX. Severum e vivis excessisse ferme quinquagenarium existimat [19].

II. Complura luculento sermone conscripta reliquit Severus, Sallustium in primis affectatus. Ejus

1. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XI. pag. 538.
2. *Id.* ibid. pag. 653. not. II. sur S. Chromace.
3. *Baller.* præfat. ad S. Zenon. Serm. §. XVI. pag. XVIII.
4. *Cypr.* epistt. LI. & LII.
5. *Optat.* lib. VII. in Parmen.
6. *Cypr.* epist. LVI.
7. *Fontan.* Hist. litter. Aquil. lib. III. cap. IV. §. I. pag. 133.
8. *Combef.* Bibl. conc. tom. II. pagg. 22. 94. tom. V. pagg. 202. 424. tom. VIII. pagg. 344. 346. & al.
9. *Fontan.* l. c. §. II. pagg. 134-138.
*B. de Rub.* Monum. eccl. Aquil. cap. X. §. II. pagg. 90. seq.
10. *Fontan.* l. c. §§. III-VIII. pagg. 138. seqq.
11. *Gennad.* lib. de Vir. illustr. cap. XIX.
12. *Paullin.* epist. V. §. V.
13. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XIV. pag. 724. not. IX. sur S. Paulin.
14. *Paullin.* l. c. §. VI.
15. *Gennad.* l. c.
16. *Hier. de Prato* Vit. Sulp. Sev. §. VIII. pagg. LXI. seqq.
17. *Id.* ibid. §. X. pag. LXV.
*Tillem.* Mem. eccl. tom. XII. pag. 689. not. II. sur S. Sulp. Sev.
18. *H. de Prato* l. c. §. XII. pag. LXIX.
19. *Id.* ibid. §. XV. pag. LXXV.

operum seriem heic verbis exponere juverit V. C. qui eadem paucis exceptis haud ita pridem diligenter admodum expolita atque illustrata in lucem emisit; cujus propterea editionem præ ceteris seligendam typisque nostris exprimendam putavimus. Sic igitur ille [1]: „ Scripsit itaque (Severus) *Martini Vitam*, ut in votis habuerat, quum tamen non nisi post Martini obitum edidisse, idque anno fere CCCC. vergente, satis superque demonstravimus [2]. Martini Vitam proxime præiverunt partim, partim secutæ sunt *tres Epistolæ* de eodem argumento scriptæ, de quibus alibi fusius [3]. „

III. „ Aliud interim aut eodem anno CCCC. aut non multo post opus suscepit, *Historiæ* nempe *Sacræ* breviarium jam inde a mundi initio ad Stiliconem usque consulem, qui eo nimirum anno consul primum prodiit. Huic operi absolvendo intentus erat biennio post, quum a Paullino petiit ut quasdam chronologiæ difficultates in ea occurrentes sibi explanaret: quod colligimus ex epistola XXVIII. Paullini anno CCCCII. scripta, qua illi respondet se de ea re Rufinum consuluisse, & si quid is opis attulerit, facturum certiorem. Sed & anno CCCCIII. accepta a Paullino historia inventionis sanctæ Crucis, quam ejus epistola XXXI. ad eumdem scripta fuse narrat, eam libello suo adjecit, iisdem fere verbis expressam. „

IV. Anno demum CCCCV. Severus *Dialogos* suos vulgavit, de quibus in duabus nostris Dissertationibus agimus [4]. Præterea toto eo temporis spatio quam plurimas *Epistolas* scripsit, quas Gennadius primo loco his verbis commemoravit: *Scripsit non contemnenda opuscula: nam epistolas ad amorem Dei & contemtum mundi exhortatorias scripsit sorori suæ multas, quæ & notæ sunt* (ex his una tantum aut altera ætatem tulit:) *scripsit & ad Paullinum prædictum duas, & ad alios alias: sed quia in aliquibus familiaris necessitas inserta est, non digeruntur*. Dolendum sane est, quod jam tum Gennadii ævo minori in pretio essent, nec *digererentur*, seu dispersæ non in unum corpus conjungerentur hæ Severi epistolæ, nimirum quod circa τὰς φιλικὰς φιλοφρονήσεις, seu *dulcedines amicitiæ* (qua etiam de caussa in aliquibus libris manu scriptis epistola ad Bassulam obtruncata exhibetur) essent occupatæ; sic enim interpretor Gennadii verba: *Sed quia in aliquibus familiaris necessitas inserta est, non digeruntur*: nam una hujus generis, & quidem perbrevis, quæ ad Paullinum scripta adhuc superest, satis declarat quam & ceteræ dignæ essent quæ cedro linerentur. Hæc omnia porro quæ diximus, ad annum usque CCCCV. pertingunt. Quid postea Severus egerit, ubi fuerit, quamdiu vixerit, quidve omnino illo sit factum, incertum est: nam in Paullini epistolis, post eas quas anno sequenti ad eum per Victorem se misisse scribit epistola XLIII. num. 2. ne verbum quidem de ipso amplius occurrit. „ Hactenus vir eruditus.

V. Quandoquidem vero in nova editione Veronensi quam secuti sumus, desiderabantur *Epistolæ* VII. Severi nomine inscriptæ ac superiore sæculo evulgatæ, quarum II. Baluzio, aliæ V. Dacherio acceptæ referuntur; eas propterea eidem editioni adtexendas curavimus. Ex quibus tres priores auctorem Severum nostrum agnoscere perhibentur: quatuor autem reliquæ falso ipsi suppositæ comperiuntur. Quid porro studii & operæ in iisdem Epistolis rursus excudendis post Clericum præstiterimus, ex notis subjectis quisque facile perspiciet.

## CAPUT XVII.

## DE

# AURELIO PRUDENTIO.

I. PRUDENTIUS Hispanus, Cæsaraugustæ ortum habuit [5], Philippo & Salia coss. id est anno Christi CCCXLVIII. ut ipse prodit [6]. Adolescens litteris humanioribus excolendis ac foro frequentando diligentem operam dedit [7]. Militiam deinceps secutus, liberiorem vitam duxit [8]. Conjuncta virtuti fortuna illum ad tantam dignitatem extulit, ut bis electus prætor illustrium urbium regimen fuerit adeptus, atque secundum ab imperatore, Theodosio videlicet, locum obtinuerit [9]. Aulæ tandem pertæsus & sæculo se abdicans, in patriam domum se recepit, ubi ad res ecclesiasticas vario metrorum genere edifferendas totum se convertit: quod quidem contigisse constat anno Christi CCCCV. ætatis suæ LVII. [10]. Interea temporis iter in Italiam instituit, quo tot sanctorum martyrum cineres, Romæ præsertim conditos, coram veneraretur [11]; quorum & gesta domum regressus carminibus celebravit. Senio tandem confectus in pace quievit: quo autem anno, plane incompertum.

II. Ad scripta Prudentii quod attinet, complura litteris consignavit, quorum magna ex parte mentionem ipsemet his versibus injicit [12].

*Peccatrix anima stultitiam exuat:*
*Saltem voce Deum concelebret, si meritis nequit:*
. . . . . . . . . . . .
*Pugnet contra hæreses: catholicam discutiat fidem:*
*Conculcet sacra gentium*
*Labem Roma tuis inferat idolis:*
*Carmen martyribus devoveat: laudet Apostolos.*

Quo ex loco minus recte arguere videtur Chamillardus, haud esse tribuenda Prudentio alia tria quæ

1. *H. de Prato* l. c. §. XI. pag. LXVIII.
2. *Id.* Differtt. I. II. & III. opp. Sulp. Sev. tom. I. pagg. 149-231.
3. *Id.* Differt. I. §§. V. & seqq.
4. *Id.* ibid. Differtt. V. & VI. pagg. 259-317.
5. *Prudent.* περὶ στεφ. Hymn. IV. ѵѵ. 1. 3. 141. 142.
6. *Id.* Καθημ. præfat. ѵѵ. 24. 25.
7. *Id.* ibid. ѵѵ. 7. 8.
8. *Id.* ibid. ѵѵ. 10. 19.
9. *Id.* ibid. ѵѵ. 16-21.
10. *Id.* ibid. ѵѵ. 1. 2.
11. *Id.* περὶ στεφ. Hymn. IX. ѵѵ. 1. 3.
12. *Id.* Καθημ. ѵ. 35. seq.

præter allata memorantur Gennadio [1], *Commentarius* videlicet *in Hexaemeron*, *Invitatorium ad martyrium* & *Διττοχαῖον*, aliis Ἐγχειρίδιον, ſeu *Manuale veteris & novi teſtamenti*. In oppoſitam ſane ſententiam præ ceteris abit Tillemontius [2], cui & ipſi libenter accedimus. Porro quæ ſcripſit opuſcula Prudentius, inſcriptionibus Græcis ornare ſtuduit, præter duos libros adverſus Symmachum. Ea vero, prout in noſtro edito digeruntur, ſunt hujuſmodi.

I. *Περὶ στεφάνων*, id eſt liber de Coronis.

II. *Ἀποθέωσις*, liber de Divinitate.

III. *Ἁμαρτιγένεια*, liber de origine peccatorum.

IV. *Ψυχομαχία*, liber de pugna animi.

V. Libri II. contra Symmachum.

VI. *Καθημερινὸν*, liber hymnorum diurnus.

VII. *Ἐγχειρίδιον*, Manuale veteris & novi teſtamenti.

III. „ Sunt in Prudentio, inquit Chamillardus [3], plurima piorum hominum & eruditorum auribus digniſſima. Eſt ſtudium inſigne religionis: eſt doctrinæ mira varietas: ſunt etiam magni illi quibus afflantur poetæ, ſpiritus; ut facile intelligas eum nulli poetarum optimorum fuiſſe conceſſurum, ſi paullo potuiſſet eſſe concinnior, paullo nitidior. Porro illud mirere, licet de variis hæreſibus multa dixerit; tamen ipſum nihil quod in deteriorem accipi partem poſſet, aut erroris inſimulari, ſcripſiſſe. Quin immo tamquam e puro fonte haurire ex illius ſcriptis poſſumus omnia ſanctæ eccleſiæ Romanæ dogmata, ac potiſſimum ea quæ Trinitatis myſterium ſpectant, Chriſti nativitatem divinitatemque, Mariæ Virginis integritatem, cultum ſanctorum, illorumque apud Deum gratiam & poteſtatem. Hinc quotquot fuerunt litterati viri, auctoritatem Prudentii minime contemnendam duxerunt. „ Hæc vir doctus, cujus quoque verba ſuperius paſſim nobis uſurpata. Ejus præterea Prudentii editionem potiſſimum ſectati ſumus, aliis tamen vetuſtioribus, Aldina præſertim & Tornæſiana, in ſubſidium aſſumtis. Ex Chamillardi autem obſervationibus eruditis, eas maxime ſelegimus quæ ad auctoris textum emaculandum conducunt. De reliquis vero quas adjecimus, penes viros doctos eſto judicium.

## C A P U T XVIII.

## D E

# S. I N N O C E N T I O I. P A P A.

I. ANno CCCCI. exeunte, Anaſtaſio ſuffectus eſt Innocentius, *apoſtolicæ cathedræ & ejuſdem Anaſtaſii ſucceſſor & filius*, inquit ſanctus Hieronymus [4]. Proſpero dicitur *Petri ſede digniſſimus* [5]: ac Theodorito jure appellatur [6] *ἀνὴρ ἀγχινοίᾳ καὶ συνέσει κοσμούμενος* „ vir inſigni ſollertia ac prudentia præditus: „ mira ſunt enim quæ in eccleſiæ univerſalis regimine ſive pro fidei catholicæ defenſione, ſive pro eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda, ſive pro eccleſiarum unitate ſervanda, ſtrenue ac viriliter geſſit. Præclara ejus geſta præ ceteris ſollerti ſtudio pro more contexuit Tillemontius [7]. Ea vero ſummatim ſic refert Coutantius [8]: Innocentium perſequi Novatianos primum cœpiſſe, ac multas eis eccleſias ademiſſe, Socrates auctor eſt [9]. Singularem autem gloriam adeptus eſt conſtanti Joannis Chryſoſtomi defenſione. Hanc deinde Antiochenæ aliarumque orientalium eccleſiarum reconciliatione & pace non mediocriter auxit; ac poſtremo ſolemni Pelagianorum damnatione cumulavit „: quem propterea, ut cum Pagio concludamus [10], paullo poſt adeo egregium facinus, ex quo tantam nominis celebritatem conſecutus eſt ut nulla ei acceſſio in poſterum fieri poſſe videretur, Deus cælo vindicavit, *ne quid poſt illud divinum immortale factum mortale faceret*: quæ ſunt verba Plinii [11] ab eodem Pagio uſurpata. Ceterum ipſius Innocentii elogium de ſancti Auguſtini doctrina in Pelagianos a ſiniſtris recentiorum interpretationibus vindicat doctiſſimus Noriſius [12].

II. Neque illud prætereundum memoria dignum, quod Innocentio contigiſſe tradit Oroſius [13]: anno videlicet CCCCIX. a Romanis ad Honorium imperatorem miſſum fuiſſe legatum ſummum antiſtitem, quo pacem cum Alarico ſanciret: ſed quum legatio in irritum ceſſerit, dum adhuc Ravennæ ageret ſanctus pontifex, illum Gothorum regem inſequente anno CCCCX. Romam obſediſſe eamque fuiſſe depopulatum. Qua de re ita laudatus Oroſius: *Accidit quoque*, ait, *quo magis illa Urbis irruptio indignatione Dei acta, quam hoſtis fortitudine probaretur, ut beatus Innocentius Romanæ eccleſiæ epiſcopus, tamquam juſtus Lot ſubtractus a Sodomis, occulta providentia Dei apud Ravennam tunc poſitus, peccatoris populi non videret excidium*. Porro de eadem Urbis obſidione agens Zoſimus Chriſtianorum hoſtis infenſiſſimus, narrat [14] permiſiſſe Innocentium, ut gentiles imminente jam Romæ Alarico, per nuncupata diis ſuis vota barbarum hoſtem abigerent. Verum in Romanum pontificem a Zoſimo illatam calumniam, ex Sozomeno [15] refellit magnus Baronius [16]. De tempore autem hujus Innocentianæ legationis plura erudite obſervata videas apud Ballerinios [17].

III. Quod ſupereſt, Innocentius pontifex damnatis Pelagianis anno CCCCXVII. exeunte Januario, ut ex ipſius epiſtolarum auctoritate comprobatur, mox eodem anno IV. Idus Martii ad ſuperos evocatur. Dies emortualis ex martyrologiorum Bedæ, Adonis, Uſuardi aliorumque fide ſtatuitur: menſis

1. *Gennad.* lib. de Vir. illuſtr. cap. XIII.
2. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 564.
3. *Chamill.* præfat. ad Prudent.
4. *Hieron.* epiſt. CXXX. ad Demetr. §. XVI.
5. *Proſp.* contr. Collat. cap. V. §. III.
6. *Theod.* Hiſt. eccl. lib. V. cap. XXIV.
7. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 627. ſeqq.
8. *Coutant.* Epiſtt. Rom. Pontiff. pag. 737.
9. *Socrat.* Hiſt. eccl. lib. VII. cap. IX.
10. *Pagi* ad ann. 417. §. IV.
11. *Plin.* Panegyr. Trajan. cap. X.
12. *Noriſ.* Vindic. Auguſt. cap. VI. opp. tom. I. p. 1157.
13. *Oroſ.* Hiſtor. lib. VII. cap. XXXIX.
14. *Zoſim.* Hiſt. nov. lib. V. pag. 356. edit. Oxon. 1679.
15. *Sozom.* Hiſt. eccl. lib. IX. cap. VI.
16. *Baron.* ad ann. 409. §. VII.
17. *Baller.* ad opp. Noriſ. tom. IV. pagg. 851. ſeqq

vero & annus extra controversiam ponitur testimonio Paschasini Lilibæi in Sicilia episcopi, Zosimi papæ qui successit Innocentio, quondam clientis. Is enim hunc ipsum pontificem sedisse anno CCCCXVII. tempore paschatis, diserte docet in epistola quam scripsit ad sanctum Leonem, sic inquiens [1]: *Tempore beatæ recordationis domini mei, prædecessoris apostolatus vestri Zosimi, anno consulatus Honorii augusti* XI. *& Constantii* II. *tunc enim, quum declinaretur, ne decimo Kalendas Maii dies paschæ teneretur, celebratum est octavo die Kalendas Aprilis*. Hujuscemodi autem notationem chronicam primus observavit illustravitque vir sive dignitate sive doctrina eminentissimus [2], quem alii deinceps sunt secuti. Illud demum singulare haud est prætermittendum, quod in Fastis *veteris marmorei ecclesiæ Neapolitanæ Kalendarii*, sancti Innocentii memoria recolitur cum Martyris elogio, & præter morem consignatur die XXIV. Aprilis, quum in aliis Liturgicis libris sive XII. Martii, sive XXVIII. Julii, sive XXI. Decembris inscribatur. Utramque vero difficultatem erudite ut assolet discutit cl. Mazochius [3], ad quem lectores remittimus.

IV. Porro tanti pontificis epistolas XLII. quibus intexuntur aliæ VII. ad ipsum scriptæ sive ad ipsius gesta pertinentes, studiose recensuit eruditisque notis edisseruit Coutantius V. C. cujus proinde exemplar, ut sæpe alias, typis expressimus. Quandoquidem vero de Innocentii scriptis mentio recurrit, præstat in medium adducere quod refert Gennadius his verbis [4]: *Innocentius, urbis Romæ episcopus, scripsit decretum occidentalium ecclesiarum & orientalium adversus Pelagianos datum, quod postea successor ejus papa Zosimus latius promulgavit*. Ad quem locum hæc observat Norisius [5]: „ Nescio, inquit, quid orientalis ecclesia ante Innocentii decretum statuerit contra Pelagianos. In sola synodo Diospolitana eorum caussa agitata est: in quo judicio Pelagius absolutus fuit, licet reapse coactus

A fuerit ad errores objectos anathematizandos: quod sexcenties Pelagianis Augustinus exprobrat. Sane Innocentius noluit approbare acta synodi Palæstinæ: *Unde*, inquit [6], *non possumus illorum nec culpare, nec approbare judicium; quum nesciamus, utrum vera sint gesta, aut si vera sunt, illum* (Pelagium scilicet) *constet magis subterfugisse, quam se tota veritate purgasse*. Photius scribit [7], Pelagianos in oriente ab Alexandrina ecclesia fuisse damnatos: *Ejecti sunt*, inquit, *qui ita senserunt ex ecclesia velut hæretici temporibus Theophili Alexandrini & Innocentii Romani episcopi*. Errat Photius: nam Theophilus *lethargo correptus obiit consulatu Honorii* IX. *& Theodosii* V. XV. *die Octobris*

B ex Socrate [8], anno scilicet CCCCXII. At eo anno adhuc Pelagiana hæresis latebat, neque usquam præterquam Carthagine, insonuerat. Præterea quum Valerianus servus Pelagianus Alexandriam se recepisset, Eusebius Cyrillum Theophili nepotem monuit, ne hæretico locum daret, quum a ceteris orientalibus Pelagiani expellerentur: *Quomodo nunc*, inquit, *quum beatæ memoriæ Innocentius Pelagium Cælestiumque cum suis capitibus condemnarit, cunctis eos abjicientibus orientalibus, Alexandrina ecclesia in communionem receperit; quæ sola & prima inter comprovinciales suos tales refutare debuerat*. Nihil hic de lata a Theophilo in Pelagianos sententia dicit: quod tamen nepoti avunculi decretorum ad repre-

C hensionem usque in caussa Chrysostomi tenacissimo inculcandum fuerat. Hinc patet, ecclesiam orientalem tempore Theophili nihil statuisse contra Pelagianos: unde deceptus est Vossius [9], qui Theophilum inter Pelagii damnatores numerat, Photii testimonio deceptus. „ Hæc aliaque plura in locum Gennadianum vir doctissimus. Verum in ea quæ heic tradit Norisius de Photii testimonio deque Eusebii epistola ad Cyrillum Alexandrinum, consulendi eruditissimi Ballerinii [10]; qui haud erraffe Photium demonstrant, atque post Tillemontium illius Eusebii epistolæ sinceritatem in dubitationem adducunt.

1. *Pasch s.* epist. inter Leonin. III. §. II. pag. 610. edit. Baller.
2. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. XI. opp. tom. I. pag. 111. seq.
3. *Mazoch.* Comment in vet. marm. eccl. Neapol. Kalend tom. I pagg. 229. seqq.
4. *Gennad.* lib. de Vir. illustr. cap, XLIII.

D

5. *Noris* l. c. pag. 114.
6. *Innoc.* epist. XXXI. §. IV. infra pag. 605. b.
7. *Phot.* Bibl. cod. LIV.
8. *Socrat.* Hist. eccl. lib. VII. cap. VII.
9. *Voss.* Hist. Pelag. lib. I. cap. XXXIX.
10. *Baller.* ad tom. IV. opp. Noris. Observ. lib. I. cap. V. §§. IV. & V. pag. 866.

# CAPUT XIX.

# DE MARIO MERCATORE.

I. MARII MERCATORIS ex vetustis scriptoribus qui meminerit, præter Augustinum [1] & Possidium [2], novimus neminem. „ Ejus tamen opera, inquit Baluzius [3], fuisse antiquitus cognita hinc liquido patet, quod scholia Cyrilli Alexandrini de incarnatione Unigeniti non aliunde habemus quam ex interpretatione Mercatoris, & quod testimonia patrum relata in concilio Ephesino adversus Nestorium, reperiuntur etiam ex eadem interpretatione in codice 1868. bibliothecæ Colbertinæ. Præterea ejus verbis sæpe sunt usi Facundus episcopus Hermianensis & Pelagius II. in epistola III. ad episcopos Istriæ, & quidem eo prorsus modo quo lucubrationes ejus exstant in antiquis codicibus. Quod argumento est illas corruptas jam tum fuisse, neque mirum propterea ulli esse debere quod eas hodie habemus depravatissimas. „

II. Quis porro cujasve fuerit Mercator, inquirunt eruditi. Garnerius eum Campanum fuisse aut Apulum vel ex ea parte Italiæ quæ ad Siciliam vergit, existimat [4]; quia Cælestii & Juliani, quorum primum fuisse Campanum, alium Apulum contendit, res domesticas privatasque ita novit quemadmodum vix alteri licet, quam qui fuerit ejusdem aut civitatis aut saltem provinciæ. Alii vero post Gerberonium [5], ipsum fuisse Afrum rectius conjicere videntur tum ex ingenio ac stilo, tum quod acta ecclesiæ Africanæ apprime noverit horumque exemplaria apud se tenuerit, tum etiam quod sancti Augustini studiosissimus fuerit ac strenuus Gratiæ Christi defensor. Adhæc, ut modo innuimus, Facundus episcopus Hermianensis in suis libris pro defensione trium Capitulorum, ejus verba interdum usurpasse comperitur. Laicum autem potius, quam presbyterum aut episcopum fuisse Mercatorem cum laudato Gerberonio crediderim; quippe qui nullam alicujus dignitatis in suis operibus notam gerat: immo qui Pientii cujusdam presbyteri mandatis, parere se profitetur [6], nulla consacerdotis vel fratris, sed dumtaxat *venerandi presbyteri* salutatione præmissa. Romæ præterea fuisse versatum tempore Zosimi papæ, dum Pelagianorum controversia fervebat, ex Subnotationum libro colligimus [7].

III. Claruisse Mercatorem jam inde ab anno CCCCXVIII. quo ab Augustino epistolam CXCIII. accepit, & ultra ejusdem sæculi medium vitam perduxisse, hinc arguitur quod hæreseos Euthychianæ meminerit [8]; quæ quum in concilio Chalcedonensi damnata fuerit, manifestum est illum A scripsisse post annum CCCCLI. quo idem concilium coactum fuit. Neque demum illud obstat, quod Mercator graviter insectetur Theodoritum episcopum Cyrensem, non facturus haud dubie si rescivisset eum receptum a tanta synodo post idoneam fidei suæ professionem: ut propterea colligi possit illum non pervenisse ad tempora synodi Chalcedonensis, aut certe nihil post illius synodi celebrationem scriptis mandasse quod ad nos usque pervenerit. Cui quidem objectioni occurrens vir eruditus [9], illud unum ex insectatione Theodoriti consequi existimat, aut Mercatorem adversus illum episcopum ista scripsisse ante quam Chalcedonensis synodus haberetur; aut si postea B scripsit, tarde ad eum gesta synodi pervenisse, adeoque illam Theodoriti susceptionem ei non fuisse compertam.

IV. Mercator, Græce simul ac Latine doctus, haud ita multa proprio labore elucubrata composuit, Pelagianis opposita & Nestorianis: sed multo plura sunt quæ ex Græcis Latina fecit, ex hæreticorum scriniis maxime desumta: quibus quidem versionibus præfationes ad rei ecclesiasticæ scientiam apprime utiles plerumque ipse adjunxit. Ejus autem scripta, qualiacumque demum sint, Holstenio primum innotuerant, ut testatur Norisius [10]: sed non nisi labente sæculo superiore C in lucem prodierunt. Eorum partem primus evulgavit V. C. Gabriel Gerberonius Bruxellis anno 1673. adsumto nomine Rigberii theologi Franco-Germani. Eodem anno doctissimus Joannes Garnerius omnia Mercatoris opera edidit Parisiis eruditissimis commentariis illustrata. Denique quum laudatissimus vir Stephanus Baluzius comperisset, Garnerium Mercatoris operum ordinem invertisse, nonnulla omisisse, multa etiam immutasse; novam editionem sinceriorem ac meliorem ad trium codicum mss. fidem exactam publici juris fecit Parisiis anno 1684. in qua utique comparanda eam diligentiam adhibuit, *ut errores etiam veterum librariorum retinuerit*. De hoc autem exemplari Ba- D luziano hæc habet Cotelerius [11]: *Editionem aliam* ( a Baluziana ) *Marii Mercatoris nihil moror; propterea quod illius adornator* ( Garnerius ) *vir venerandæ memoriæ ingeniosas conjecturas suas malo exemplo textum facere soleat*. Neque aliter censuit Tillemontius [12]. Hanc itaque Baluzii editionem præ ceteris duximus seligendam: cujus tamen haud pauca menda typographica sustulimus, quin & complura loca quæ intacta præteriit editor, notis subjectis in integrum restituere pro virili studuimus.

1. *Aug.* quæst. III. lib. de VIII. Quæst. ad Dulcit. & epist. CXCIII.
2. *Possid.* in Indic. cap. IV.
3. *Baluz.* præfat. ad opp. Mar. Mercat. sub fin.
4. *Garn.* Proleg. ad Merc. pag. V.
5. *Gerber.* Not. ad Mar. Merc. pag. 98.
6. *Merc.* Commonit. pag. 5. edit. Baluz.
7. *Id.* ibid. pag. 18.
8. *Id.* ibid. pag. 355.
9. *Baluz.* præfat. ad Mercat. pag. 8.
10. *Noris.* Hist. Pelag. lib. II. cap. VI. opp. tom. I. pag. 308. Vid. & lib. I. cap. IX. pag. 88.
11. *Cotel.* Monum. eccl. Gr. tom. III. pag. 602. a.
12. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XV. pag. 132.

# INDEX

EORUM QUÆ IN PROLEGOMENIS CONTINENTUR.

# INDEX CHRONOLOGICUS
# VETERUM PATRUM
## ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
## ECCLESIASTICORUM,
### QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

## SÆCULUM IV.




# INDEX ALPHABETICUS VETERUM PATRUM ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM,

## QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.



# SANCTI MARCI
## EREMITÆ
# OPUSCULA
### QUÆ EXSTANT OMNIA.



ACCESSERUNT

EJUSDEM SANCTI PATRIS SERMONES II.

DE JEJUNIO

ET

DE MELCHISEDECH:

Romæ haud ita pridem evulgati

CURA ET STUDIO V. C.

BALTHASSARIS MARIÆ REMONDINI,

Zacynthi ac Cephaleniæ Episcopi.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.

# S. MARCI
## MONACHI ET EREMITÆ
# OPUSCULA.

## OPUSCULUM I.

### *Περὶ νόμου πνευματικοῦ.*

A

Ἐπειδὴ πολλάκις ἐβουλήθητε γνῶναι, πῶς ὁ νόμος πνευματικός ἐστι, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· καὶ τίς ἡ γνῶσις, καὶ ἡ ἐνέργεια τῶν φυλάττειν αὐτὸν βουλομένων, τούτου χάριν κατὰ δύναμιν εἰρήκαμεν.

α'. Πρῶτον, ὅτι Θεὸν οἴδαμεν παντὸς ἀγαθοῦ εἶναι αἴτιον, καὶ ἀρχὴν, καὶ μεσότητα, καὶ τέλος· τὸ δὲ ἀγαθὸν, ἀμήχανον ἐνεργεῖν ἢ πιστεύεσθαι, εἰ μὴ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ καὶ ἁγίῳ πνεύματι.

β'. Πᾶν ἀγαθὸν παρὰ Κυρίου δεδώρηται. καὶ ὁ οὕτω πιστεύων, οὐκ ἀπολέσει αὐτό. ἡ δὲ βεβαία πίστις, πύργος ἐστὶν ἰσχυρός· Χριστὸς δὲ, τὰ πάντα τῷ πιστεύοντι γίνεται. B

γ'. Καταρχέτω σου πάσης προθέσεως, ὁ κατάρχων παντὸς ἀγαθοῦ, ὅπως κατὰ Θεὸν γένοιτο τὸ προκείμενον.

δ'. Ὁ ταπεινόφρων καὶ ἔργον ἔχων πνευματικὸν, ἀναγινώσκων τὰς θείας γραφὰς, πάντα εἰς ἑαυτὸν νοήσει, καὶ οὐκ εἰς ἕτερον.

ε'. Ἐπικαλοῦ τὸν Κύριον, ἵνα ἀνοίξῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας σου, καὶ ἴδῃς τὴν ὠφέλειαν τῆς προσευχῆς καὶ ἀναγνώσεως.

ς'. Ὁ ἔχων τι χάρισμα, καὶ συμπάσχων τοῖς μὴ ἔχουσι, διὰ τῆς συμπαθείας φυλάσσει τὸ δώρημα. ὁ δὲ ἀλαζὼν ἀπολεῖ αὐτὸ, τοῖς τῆς ἀλαζονείας πειρασμοῖς περικρουόμενος. C

ζ'. Στόμα ταπεινόφρονος λαλήσει ἀλήθειαν· ὁ δὲ ἀντιλέγων αὐτῇ, ὅμοιός ἐστι τῷ ὑπηρέτῃ ἐκείνῳ, τῷ ἐπὶ σιαγόνα τὸν Κύριον ῥαπίσαντι.

η'. Μὴ γίνου μαθητὴς τοῦ ἐπαίροντος ἑαυτὸν, ἵνα μὴ ἀντὶ ταπεινοφροσύνης ὑπερηφάνειαν μάθῃς.

θ'. Μὴ ἐπαρθῇς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἐπὶ νοήμασι γραφικοῖς, μήποτε τῷ πνεύματι τῆς βλασφημίας περιπέσῃς.

ι'. Μὴ πειρῶ πρᾶγμα σκολιὸν ἐπιλῦσαι διὰ φιλονεικίας, ἀλλὰ δι' ὧν ὁ πνευματικὸς παρακελεύεται νόμος, δι' ὑπομονῆς, καὶ προσευχῆς, καὶ μονολογίστου ἐλπίδος. D

ια'. Τυφλός ἐστι κράζων καὶ λέγων, υἱὲ Δαβὶδ ἐλέησόν με, ὁ προσευχόμενος σωματικῶς, καὶ μήπω ἔχων γνῶσιν πνευματικήν· ὁ ποτὲ τυφλὸς ἀναβλέψας καὶ ἰδὼν τὸν Κύριον, οὐκέτι υἱὸν Δαβὶδ, ἀλλ' υἱὸν Θεοῦ ὁμολογήσας προσεκύνησε.

ιβ'. Μὴ ἐπαρθῇς ἐκχέων δάκρυον ἐν προσευχῇ σου· Χριστὸς γὰρ ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν τῆς καρδίας σου, καὶ νοερῶς ἀνέβλεψας.

ιγ'. Ὁ κατὰ μίμησιν τοῦ τυφλοῦ ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον, καὶ ἐγγίσας τῷ Κυρίῳ, ἀκολουθεῖ αὐτῷ, καὶ κήρυξ γίνεται τῶν τελειοτέρων δογμάτων.

ιδ'. Κακία ἐν λογισμοῖς μελετωμένη, θρασύνει καρδίαν, ἀναιρουμένη δι' ἐγκρατείας καὶ ἐλπίδος συντρίβει αὐτήν.

### *De lege spirituali.*

CUM sæpenumero scire desideraveritis, queinam lex spiritualis se haberet, secundum divinum Apostolum: tum quomodo cognoscenda, & opere implenda sit iis qui eamdem servare decrevissent animo: ejus rei gratia pro virili nostra differuimus.

I. Primum igitur omnium certo scimus, Deum totius boni esse auctorem, cum principium, tum medium, tum finem: porro impossibile esse, nos quidquam boni facere aut credere, nisi per Christum Jesum & Spiritum sanctum.

II. Omne bonum a Domino gratuito nobis datum est. Ad hunc ergo modum credens, illud neutiquam B amissurus est. Ceterum firma & constans fides, turris est fortissima: Christus autem credenti fit omnia.

III. Incipiat ille promovendo omne animi tui propositum, qui omnis boni consuevit esse principium: ut secundum Deum fiat, quidquid faciendum statueris.

IV. Homo humilis, & opus habens spirituale, sacras scripturas perlegendo, omnia in se ipsum, & non in alium dicta intelligere debet.

V. Invoca Dominum, ut aperiat oculos cordis tui, & videas ac re ipsa intelligas utilitatem orationis & lectionis.

VI. Qui habuerit aliquod donum seu gratiam, & compatitur non habentibus, hac ipsa compassio- C ne conservat munus a Deo acceptum. Ceterum homo jactabundus & arrogans amittit illud, dum arrogantiæ tentationibus decipitur.

VII. Os humilia sentientis, loquetur veritatem: at qui veritati contradicit, similis est servo illi qui Domino in maxillam incussit alapam.

VIII. Ne fias discipulus hominis semet ipsum extollentis, ne humilitatis loco discas superbiam.

IX. Ne extollaris umquam in corde tuo propter scripturæ intelligentiam, ne quando in spiritum blasphemiæ incidas.

X. Cave ne umquam tentes rem difficilem per contentionem dissolvere, sed per ea quæ lex spiritualis facienda mandat: nempe, per patientiam & D precationem & spem unicam.

XI. Cæcus est clamans & dicens; [a] *Fili David, miserere mei.* Precabatur autem corporaliter, nondum instructus cognitione spirituali. Idem receptis oculis ac viso Domino, non amplius eumdem, filii David, sed filii Dei appellatione confessus adoravit.

XII. Ne extollaris, si inter orandum profuderis lacrymas. Christus enim oculos cordis tui tetigit, & jam visum intellectualem recepisti.

XIII. Qui cæcum imitans, abjectis vestimentis Domino appropinquaverit, eumdem sequitur, ac perfectiorum doctrinarum præco fit.

XIV. Malitia animi cogitationibus meditata cor indurat: dum autem per temperantiam & spem tollitur, emollit illud.

[a] Luc. xviii. 38.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

ιέ. Ἔστι συντετριμμὸς καρδίας, ὁμαλὸς καὶ ἐπωφελὴς, εἰς κατάνυξιν αὐτῆς· καὶ ἔστιν ἕτερος ἀνώμαλος καὶ ἐπιβλαβὴς, εἰς πλῆξιν αὐτῆς.

ιϛ'. Ἀγρυπνία, καὶ προσευχὴ, καὶ τῶν ἐπερχομένων ὑπομονὴ, συντετριμμός ἐστιν ἀνεπηρέαστος, καὶ ἐπωφελὴς τῇ καρδίᾳ· μόνον εἰ μὴ διά τινος πλεονεξίας ἐγκόψομεν αὐτῶν τὴν σύγκρασιν. ὁ γὰρ ἐν τούτοις ὑπομένων, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς βοηθήσεται· ὁ δὲ ἀμελῶν καὶ διαχεόμενος, ἐν ἐξόδῳ ἀφορήτως ὀδυνηθήσεται.

ιζ'. Φιλήδονος καρδία, εἱρκτὴ καὶ ἅλυσις τῇ ψυχῇ ἐν καιρῷ ἐξόδου· ἡ δὲ φιλόπονος θύρα ἐστὶν ἀνεῳγμένη.

ιή. Σιδηρᾶ πύλη ἐπὶ τὴν πόλιν ἀπάγουσα, ἐστὶ σκληρὰ καρδία· τῷ δὲ κακοπαθοῦντι καὶ τεθλιμμένῳ αὐτομάτη ἀνοιχθήσεται, καθὼς καὶ τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ.

ιθ'. Πολλοὶ μέν εἰσι προσευχῆς τρόποι, ἕτερος ἑτέρου διαφορώτερος· ὅμως οὐδὲ εἷς τρόπος εὐχῆς ἐπιβλαβὴς τυγχάνει. εἰ μή τι ἂν οὐκ ἔστιν εὐχὴ, ἀλλ' ἐργασία σατανική.

κ'. Ἄνθρωπος κακοποιῆσαι θέλων, πρῶτον ηὔξατο κατὰ συνήθειαν· καὶ οἰκονομικῶς ἐμποδισθεὶς, ὕστερον εὐχαρίστησεν.

κά. Ὁ Δαβὶδ φονεῦσαι βουληθεὶς Ναβὰλ τὸν Καρμήλιον, ὑπόμνησιν λαβὼν περὶ θείας ἀνταποδόσεως, ἐγκοπεὶς τῆς προθέσεως, πολλὰ εὐχαρίστησεν.

κβ'. Οἴδαμεν δὲ πάλιν ἃ πεποίηκεν ἐπιλαθόμενος τοῦ Θεοῦ· καὶ οὐκ ἐπαύετο, ἕως ὁ Νάθαν αὐτὸν εἰς μνήμην κατέστησεν.

κγ'. Ἐν καιρῷ μνήμης Θεοῦ πολυπλασίασον δέησιν, ἵνα ὅταν ἐπιλάθῃς, ὁ Κύριος ὑπομνήσῃ σε.

κδ'. Ὁ ἀναγινώσκων τὰς θείας γραφὰς, νόησον τὰ κεκρυμμένα· ὅσα γὰρ προεγράφη, φησὶν, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη.

κέ. Τὴν πίστιν ἡ γραφὴ λέγει, ἐλπιζομένων ὑπόστασιν· καὶ τοὺς μὴ ἐπιγινώσκοντας τὴν ἐνοίκησιν τοῦ Χριστοῦ, τούτους ἀδοκίμους εἴρηκεν.

κϛ'. Ὥσπερ δι' ἔργων καὶ λόγων φανεροῦται ἔννοια, οὕτω διὰ τῶν καρδιακῶν ἐνεργημάτων ἡ μέλλουσα ἀνταπόδοσις.

κζ'. Οἰκτίρμων καρδία δῆλον ὅτι οἰκτειρήσεται, καὶ ἐλεηθήσεται ὁμοίως ἐλεήμων· τὰ δὲ ἐναντία, ἡ ἀκολουθία ἀντιπεφώνηκεν.

κή. Ὁ νόμος τῆς ἐλευθερίας διδάσκει πᾶσαν ἀλήθειαν· καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τοῦτον κατὰ γνῶσιν ἀναγινώσκουσιν· ὀλίγοι δὲ νοοῦσιν αὐτὸν κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν.

κθ'. Μὴ ζήτει αὐτοῦ τὴν τελειότητα ἐν ἀρεταῖς ἀνθρωπίναις· τέλειος γὰρ ἐν αὐταῖς οὐχ εὑρίσκεται· ἡ γὰρ τελειότης αὐτοῦ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ ἐγκέκρυπται.

λ'. Ὁ νόμος τῆς ἐλευθερίας, διὰ μὲν γνώσεως ἀληθοῦς ἀναγινώσκεται· διὰ δὲ ἐργασίας τῶν ἐντολῶν νοεῖται· πληροῦται δὲ, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

λά. Ὅταν πρὸς πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ διὰ συνειδήσεως κατορθοῦσθαι βιαζώμεθα, τότε νοήσομεν τὸν νόμον τοῦ Κυρίου ἄμωμον, ἐν τοῖς ἡμετέροις μὲν καλοῖς ἐπιτηδευόμενον· χωρὶς δὲ οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, ἐν ἀνθρώποις τελειωθῆναι μὴ δυνάμενον.

λβ'. Ὅσοι πάσης ἐντολῆς Χριστοῦ ἑαυτοὺς ὀφειλέτας οὐκ ἐλογίσαντο, οὗτοι τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον

XV. Quædam est contritio cordis recta & utilis, tendens ad ejus illustrationem: est & altera perversa & noxia, tendens ad perturbationem ipsius.

XVI. Vigiliæ & precatio, & earum rerum quæ nobis objiciuntur tolerantia, contritio est inoffensa & cordi utilis, nisi alicujus lucri gratia earumdem commixtionem absciderimus. Etenim in hisce constanter perdurans, & in reliquis sentiet auxilium. At ista negligens & effundens temere, in exitu difficiles dolores sentiet.

XVII. Cor voluptatis amans, carcer & catena est animæ in tempore egressionis: at idem laboris studiosum, janua est aperta.

XVIII. Ferrea porta ducens ad civitatem, cor durum est. Ceterum ei qui malis affligitur & tribulationibus jactatur, sua sponte, quemadmodum beato Petro, aperitur.

XIX. Multæ sunt precationis faciendæ rationes; altera tamen est altera præstantior. Verumtamen nulla exsistit noxia, nisi non fuerit precatio, sed operatio quædam diabolica.

XX. Homo malum facinus perpetrare volens, primum pro more precatus est: at divina dispensatione præpeditus ne male ageret, postea gratias egit.

XXI. David cum apud animum suum decrevisset neci dare Nabal Carmelitam, cum ejus mentem subiisset divina retributio, abstractus a proposito, magnas Deo egit gratias.

XXII. Neque rursum ignoramus, quid fecerit Dei oblitus, neque ejus rei prius finem fecit, quam eidem Nathan propheta Deum vindicem in memoriam revocarit.

XXIII. Quo tempore memoria Dei in mentem tibi venerit, omnibus modis precationi vacandum censeas: ut si ejus forte tibi venerit oblivio, ille te sui commonefaciat.

XXIV. Sacram scripturam perlegens, mysteriorum rationem habe. [a] *Quæcumque enim præscripta sunt*, inquit, *ad nostram doctrinam præscripta sunt*.

XXV. Fidem vocat scriptura, [b] *rerum sperandarum substantiam*: & eos qui nullam habent habitationis Christi in nobis cognitionem, reprobos esse dixit [c].

XXVI. Quemadmodum operibus & sermonibus manifestatur animi cogitatio: sic cordis operationibus futura retributio.

XXVII. Cor clemens & benignum, clementiam videlicet consequitur: pari quoque ratione, miserescens, misericordiæ fit particeps. Ceterum ab his virtutibus alieno & averso, consimilis etiam respondebit consequentia.

XXVIII. Lex libertatis omnem veritatem perdocet: atque non pauci quidem illam juxta cognitionem legunt: porro autem perpauci eamdem juxta proportionem operationis mandatorum cognoscunt.

XXIX. Ne quæras legis illius perfectionem in humanis virtutibus: perfectus enim nullus in illis invenitur. Siquidem perfectio illius legis in cruce abscondita est.

XXX. Lex libertatis, veritatis quidem cognitione legitur, operatione autem mandatorum intelligitur: completur autem per miserationes Domini nostri Jesu Christi.

XXXI. Quando ad omnia mandata Dei conscientia nostra emendari cogemur, tunc primum intelligemus, legem Domini esse irreprehensibilem: quæ nostris quidem bonis operibus exercetur, verum citra Dei miserationes ab hominibus compleri non potest.

XXXII. Quicumque totius legis Christi debitores se ipsos non reputaverunt, illi legem divinam tan-

a Rom. xv. 4. b Heb. xi. 1. c II. Cor. xiii. 5.

σωματικῶς ἀναγινώσκουσι, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνος διαβεβαιοῦνται· διὸ καὶ πληροῦν αὐτὸν ἐξ ἔργων νομίζουσιν.

λγʹ. Ἔστι πρᾶγμα προφανῶς ἐπιτελούμενον, ὡς καλὸν, καὶ ὁ σκοπὸς τοῦ ἐπιτελοῦντος αὐτὸ, εἰς πονηρόν· καὶ ἔστιν ἕτερον ὡς πονηρὸν, καὶ ὁ σκοπὸς τοῦ ἐπιτελοῦντος αὐτὸ, εἰς ἀγαθόν.

λδʹ. Οὐ μόνον δὲ ἔργα ποιοῦσί τινες, ἀλλὰ καὶ λόγους λαλοῦσι τῷ τρόπῳ ᾧ προειρήκαμεν· οἱ μὲν γὰρ ἐναλλάσσουσι πράγματα κατὰ ἀπειρίαν ἢ ἄγνοιαν· οἱ δὲ, ἐναλλάσσουσι κατὰ πρόθεσιν πονηρίας· ἕτεροι δὲ, κατὰ σκοπὸν εὐσεβείας.

λεʹ. Ὁ ἐν προβολῇ ἐπαίνου ἐγκρύπτων διαβολὴν, δυσδιάρετός ἐστι τοῖς ἁπλουστέροις· ὅμοιος δὲ τούτῳ ἐστὶν ὁ κενοδοξῶν ἐν ταπεινῷ σχήματι.

λϛʹ. Οἵ τινες ἐπὶ πολὺ καταςοφισάμενοι τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ ψεύδει, παραχωρηθέντες ὕστερον, διὰ τῶν πραγμάτων ἐξελέγχονται.

λζʹ. Ἔστι ποιῶν τις προφανὲς ὡς καλὸν τῷ πλησίον ἀμυνόμενος· καὶ ἔστιν ἐν τῷ μὴ ποιῆσαι αὐτὸν ὠφεληθεὶς κατὰ διάνοιαν.

ληʹ. Ἔστιν ἔλεγχος κατὰ κακίαν, καὶ δι' ἄμυναν· καὶ ἔστιν ἕτερος κατὰ φόβον Θεοῦ καὶ ἀλήθειαν.

λθʹ. Τὸν παυσάμενον καὶ μετανοοῦντα μηκέτι ἔλεγχε. εἰ δὲ λέγεις κατὰ Θεὸν ἐλέγχειν, πρῶτον τὰ σὰ κακὰ φανεροποίησον.

μʹ. Πάσης ἀρετῆς κατάρχει Θεὸς, ὡς καὶ τοῦ μεθημερινοῦ φωτὸς ὁ ἥλιος.

μαʹ. Ποιήσας ἀρετὴν, μνήσθητι τοῦ εἰρηκότος, ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.

μβʹ. Διὰ θλίψεως τὰ ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις ἡτοίμασται· ὁμοίως καὶ τὰ κακὰ διὰ κενοδοξίας καὶ ἡδονῆς.

μγʹ. Ἐκφεύγει ἀπὸ ἁμαρτίας ὁ παρὰ ἀνθρώπων ἀδικούμενος, καὶ ὁμοίαν τῆς θλίψεως εὑρίσκει τὴν ἀντίληψιν.

μδʹ. Ὁ μὴ πιστεύων τῷ Χριστῷ περὶ ἀνταποδόσεως, πᾶσαν ἀδικίαν ὑπομένει κατὰ ἀναλογίαν τῆς πίστεως.

μεʹ. Ὁ ἀδικούντων ἀνθρώπων ὑπερευχόμενος καταράσσει τοὺς δαίμονας· ὁ δὲ τοῖς πρώτοις ἀντιτασσόμενος, ὑπὸ τῶν δευτέρων τιτρώσκεται.

μϛʹ. Κρείσσων πλημμέλεια ἀνθρώπων, καὶ μὴ δαιμόνων· ὁ δὲ εὐαρεστῶν τῷ Κυρίῳ, ἀμφοτέρους ἐνίκησε.

μζʹ. Πᾶν ἀγαθὸν παρὰ Θεοῦ οἰκονομικῶς παραγίνεται· διαφεύγει δὲ μυστικῶς τοὺς ἀγνώμονας καὶ ἀχαρίστους καὶ ἀεργούς.

μηʹ. Πᾶσα κακία εἰς τὴν ἀπηγορευμένην ἡδονὴν καταλήγει, καὶ πᾶσα ἀρετὴ εἰς παράκλησιν πνευματικήν, καὶ ἡ μὲν προτέρα κρατοῦσα, προσερεθίζει τὰ οἰκεῖα· καὶ ἡ δευτέρα δὲ, ὁμοίως τὰ συγγενῆ.

μθʹ. Ὀνειδισμὸς ἀνθρώπων θλῖψιν παρέχει τῇ καρδίᾳ· ἁγνείας δὲ γίνεται αἰτία τῷ ὑπομένοντι.


νʹ. Ἄγνοια ἀντιλέγειν πρὸς τὰ ὠφέλιμα παρασκευάζει, καὶ θρασυνομένη αὔξει τὰς κακίας.

ναʹ. Τὰ προεγκείμενα μηδὲν ζημιούμενος, τὰ θλιβερὰ προσδέχου· καὶ ὡς ἀποδώσων λόγον, πλεονεξίαν ἀπόβαλε.

νβʹ. Ἁμαρτήσας λαθραίως, μὴ πειρῶ λανθάνειν· πάντα γὰρ γυμνὰ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος.

νγʹ. Κατὰ διάνοιαν σεαυτὸν ἐπιδείκνυε τῷ δεσπό-

A tum legunt corporaliter, [a] *non intelligentes quæ dicant, neque de quibus certo affirment.* Propterea eamdem femet operibus quoque complere poffe exiftimant. SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



XXXIII. Eft res, quæ manifefte perficitur ut bona, neque tamen fcopus perficientis illam, bonus eft: eft rurfum alia velut mala, fcopus tamen illam perficientis tendit ad bonum.

XXXIV. Non folum autem opera quidam faciunt, verum fermones etiam loquuntur, ad eum modum quem prædiximus. Alii enim immutant opera juxta imperitiam aut ignorantiam, alii vero immutant propofito malitiæ, partim autem juxta fcopum pietatis.

XXXV. Qui laudis prætextu celat calumniam,
B comprehenfu difficilis eft fimplicioribus. Similis autem illi eft, qui veftitu fordido amictus, ambitiofe arrogans eft.

XXXVI. Qui aliquamdiu veritatem mendaciis fraudulenter obfufcarunt, tandem ubi fecefferint, ipfis operibus mendaces redarguuntur.

XXXVII. Eft qui aperte bonum opus facit, & nocet per hoc proximo: eft rurfum, qui illud non facit, & proximo utilis eft fecundum animi cogitationem.

XXXVIII. Eft reprehenfio, quæ fit impulfu malitiæ & propter vindictam: & rurfum alia, quæ fit in timore Dei & fecundum veritatem.

XXXIX. Eum qui delinquendi finem fecit, &
C refipifcit, non amplius coargue. Si autem dixeris, fecundum Deum te illum redarguere, primum tua vitia palam facito.

XL. Omnis virtutis initium, & auctor Deus eft, quemadmodum fol quotidiani luminis.

XLI. Quoties aliquid virtutis feceris, fac memor fis ejus, qui dixit: [b] *Sine me nihil poteftis facere.*

XLII. Per tribulationes & afflictiones bona parantur hominibus, quemadmodum mala per vanam gloriam & voluptatis ftudium.

XLIII. Peccata folet effugere, quicumque ab hominibus injuriofe afficitur, ac æquale tribulationi invenit fubfidium.

XLIV. Qui non credit Chrifto de retributione,
D omnem injuftitiam fuffert, juxta proportionem fidei.

XLV. Qui pro hominibus injuriam inferentibus precatur, maledicit dæmonibus. Qui vero primis refiftit, a fecundis vulnus accipit.

XLVI. Melior eft injuria ab hominibus illata, quam a dæmonibus: ceterum qui Domino placuerit, utrofque fuperavit.

XLVII. Omne bonum proficifcitur a Deo, pro nutu difpenfante; qui fecreto judicio repellere folet ftupidos, ingratos & ignavos.

XLVIII. Omne vitium in defperantem voluptatem definit, & omnis virtus in confolationem fpiritualem. Ac illud quidem prædominans, provocat
E domeftica feu propria, hæc vero fimiliter cognata.

XLIX. Probrum objectum ab hominibus, cordi tribulationem exhibet; fanctimoniæ autem & puritatis cauffa eft pertoleranti.

L. Ignorantia occafio fit contradicendi iis quæ funt utilia: quæ fi audacia animatur, auget vitiorum propofitum.

LI. Nullam inferens injuriam, molefta & affligentia te fufcipe: & tamquam rationem redditurus, abjice a te avaritiam.

LII. Si quid occulte aut clanculum peccaveris, ne coneris celare aut clam habere, [c] *Omnia enim nuda & aperta funt oculis illius, ad quem nobis fermo.*

LIII. Etiam quod ad animum & cogitationes at-

a I. Tim. I. 7. b Joan. xv. 5. c Heb. iv. 13.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

τῃ· ἄνθρωπος γὰρ εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ Θεὸς εἰς καρδίαν ὁρᾷ.

νδʹ. Μηδὲν λογίζου ἢ πρᾶττε ἄνευ σκοποῦ· ὁ γὰρ ἀσκόπως ὁδοιπορῶν, ματαιοπονήσει.

νεʹ. Τῷ ἐκτὸς ἀνάγκης ἁμαρτάνοντι δυσμετανόητα γίνεται· διότι ἀλάθητος ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη.

νϛʹ. Σύμβασις ὀδυνηρὰ μνήμην Θεοῦ παρέχει τῷ συνετῷ, θλίβουσα κατὰ ἀναλογίαν τὸν ἐπιλανθανόμενον τοῦ Κυρίου.

νζʹ. Πᾶς ἀκούσιος πόνος γινέσθω σοι μνήμης Θεοῦ διδάσκαλος, καὶ οὐκ ἐπιλείψει σοι ἀφορμὴ πρὸς μετάνοιαν.

νηʹ. Λήθη καθ᾽ ἑαυτὴν οὐδεμίαν ἔχει δύναμιν, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἡμετέρων ἀμελειῶν κατ᾽ ἀναλογίαν κραταιοῦται.

νθʹ. Μὴ λέγε, τί ποιήσω; ὅ, τι οὐκ ἐθέλω, καὶ ἔρχεται· διότι μνημονεύων παρελογίσω τὸ ὀφειλόμενον.

ξʹ. Ὃ γὰρ μνημονεύεις, ποίησον· καὶ ὃ ἀμνημονεῖς, ἀποκαλύπτεταί σοι· καὶ οὐ μὴ παραδῷς ἀκρίτως τὴν ἔννοιαν λήθῃ.

ξαʹ. Ἡ γραφή φησιν, ᾅδης, καὶ ἀπώλεια φανερὰ παρὰ Κυρίῳ· ταῦτα δὲ περὶ καρδιακῆς ἀγνοίας καὶ λήθης λέγει.

ξβʹ. Ἅδης ἐστὶν ἄγνοια, ἀπώλεια δέ ἐστι λήθη. ἀμφότερα δέ ἐστιν ἀφανῆ· διότι ἐξ ὑπαρχόντων ἀπώλοντο.

ξγʹ. Τὰ σὰ περιεργάζου κακά, καὶ μὴ τὰ τοῦ πλησίον· καὶ οὐ μὴ συλληθῇ σου τὸ νοερὸν ἐργαστήριον.

ξδʹ. Πάντων τῶν κατὰ δύναμιν καλῶν, δυσχώρητος ἡ ἀμέλεια· ἐλεημοσύνη δὲ καὶ προσευχὴ, ἀνακαλεῖται τοὺς ἀμελήσαντας.

ξεʹ. Πᾶσα θλῖψις κατὰ Θεὸν, ἔργον ἐστὶν εὐσεβείας ἐνυπόστατον, ἡ γὰρ ἀληθινὴ ἀγάπη δι᾽ ἐναντίων δοκιμάζεται.

ξϛʹ. Μὴ λέγε κεκτῆσθαι ἀρετὴν ἐκτὸς θλίψεως· οὐ δόκιμος γάρ ἐστι διὰ τὴν ἄνεσιν.

ξζʹ. Πάσης ἑκουσίου θλίψεως ἀναλογίζου τὴν ἔκβασιν, καὶ εὑρήσεις ἐν αὐτῇ ἁμαρτίας ἀναίρεσιν.

ξηʹ. Πολλαὶ συμβουλίαι τοῦ πέλας πρὸς τὸ συμφέρον· ἑκάστῳ δὲ τῆς ἰδίας γνώμης οὐδὲν ἁρμοδιώτερον.

ξθʹ. Ζητῶν θεραπείαν, ἐπιμέλησαι τῆς συνειδήσεως· καὶ ὅσα λέγει, ποίησον, καὶ εὑρήσεις τὴν ὠφέλειαν.

οʹ. Τὰ κρυπτὰ ἑκάστου ὁ Θεὸς οἶδε, καὶ ἡ συνείδησις· καὶ διὰ τούτων αὐτῶν λαμβανέτω διόρθωσιν.

οαʹ. Ὁ ἀβουλήτως κοπιῶν, καθολικῶς πτωχεύει· ὁ δὲ μετ᾽ ἐλπίδος τρέχων, δίπλουτός ἐστιν.

οβʹ. Ἄνθρωπος ὅσα δύναται ἐπιτηδεύει, κατὰ τὸ θέλημα· ὁ δὲ Θεὸς τὰς τούτων ἐκβάσεις ποιεῖ, κατὰ τὸ δίκαιον.

ογʹ. Ἐὰν θέλῃς ἀκατακρίτως παρὰ ἀνθρώπων ἔπαινον λαβεῖν, πρῶτον ὑπὲρ ἁμαρτιῶν σου ἀγάπησον ἔλεγχον.

οδʹ. Ὅσην ἄν τις ὑπὲρ ἀληθείας Χριστοῦ καταδέξηται ἐντροπὴν, ἑκατονταπλασίως ὑπὸ πλήθους δοξασθήσεται.

οεʹ. Κρεῖσσον δὲ πᾶν ἀγαθὸν ἐργάζεσθαι διὰ τὰ μέλλοντα.

οϛʹ. Ὅταν ἄνθρωπος ἄνθρωπον ὠφελήσῃ ἐν λόγοις ἢ ἐν πράγμασιν, Θεοῦ εἶναι τὴν χάριν νοείτωσαν ἀμφότεροι. ὁ δὲ μὴ συνιὼν τοῦτο, παρὰ τοῦ συνιέντος ἐξουσιασθήσεται.

οζʹ. Ὁ ἐπαινῶν τὸν πλησίον κατά τινα ὑποκρι-

A tinet, Domino Deo temet ostende. [a] *Homines enim faciem, Deus autem intuetur cor.*

LIV. Nihil cogites aut facias, citra scopum Deo gratum. Etenim qui sine scopo iter facit, nequidquam laborat.

LV. Qui nulla necessitate coactus peccat, hunc difficulter subit pœnitentia: propterea falli non potest divina justitia.

LVI. Casus molestus ac dolorem adferens, Dei memoriam homini intelligentia exculto exhibet: pari modo affligit eum qui Domini obliviscitur.

LVII. Omnis labor quem invitus feceris, Dei reminiscendi tibi magister sit: ita fiet ut numquam tibi desit occasio resipiscentiæ.

B LVIII. Oblivio per se nullius est virtutis, sed per nostra scelera viribus roborata dominatur.

LIX. Ne dicas, Quid faciam, quoniam quod non volo, mihi evenit? propterea deliberans statue, quod factu sit optimum.

LX. Quorum memor es, facito: & quorum non memor es, ea revelantur: & ne citra judicium & temere prodas tuam cogitationem.

LXI. Scriptura dicit, [b] *Infernus & perditio manifesta sunt apud Dominum*. Hæc autem de cordis ignorantia & oblivione dicta sunt.

LXII. Infernus est ignorantia: perditio autem, oblivio: utraque vero obscura est; propterea quo-
C que noxia.

LXIII. De tui ipsius malis satage, & non de proximi: ne una mentis tuæ sedulitas intereat.

LXIV. Nihil magis distrahit ab omni genere boni, quam socordia: misericordia autem & precatio adhortantur negligentes.

LXV. Omnis afflictio secundum Deum, opus pietatis est certissimum. Siquidem vera caritas in adversis probatur.

LXVI. Ne dicas te virtutis possessorem esse citra afflictionem: neque enim probari potest propter requiem & tranquillitatis otium.

LXVII. Omnis voluntariæ afflictionis exitum considera; & invenies in illa peccati interitum.

D LXVIII. Multa consilia proximi ad utilitatem: unicuique autem propria sententia nihil convenientius.

LXIX. Quærens remedium, curam habe conscientiæ, & quæcumque loquitur, facito: & ita utilitatem invenies.

LXX. Cujusque hominis arcana Deus comperta habet, & conscientia: & propter hæc ipsa semet emendat & corrigit.

LXXI. Inconsulto labore semet conficiens, prorsus mendicum agit. Ceterum qui spe proposita currit, locuples est admodum.

LXXII. Quæcumque potest homo, pro voluntate sua facit: verum Deus horum exitum, prout ju-
E stum est, dispensat.

LXXIII. Quod si animus est, nullius judicio laudem obnoxiam ab hominibus consequi; primum de peccatis tuis redargutionem amans, boni consule.

LXXIV. Quantamcumque pro veritate Christi ignominiam quis pertulerit, tantum in centuplo magis a multitudine gloriæ consequetur.

LXXV. Satius autem est, omne bonum operari propter futura.

LXXVI. Quoties homo homini verbis profuerit aut operibus, Dei uterque gratiam esse agnoscat. Ceterum hoc non intelligens, ab intelligente potestate superabitur.

LXXVII. Laudans proximum simulata quadam &

a 1. Reg. XVI. 7. b Prov. XV. 11.

σιν, ὀνειδίσει αὐτὸν ἐν καιρῷ, καὶ αὐτὸς ἐντραπήσεται.

οη΄. Ὁ ἀγνοῶν ἐνέδρας πολεμίων, σφάζεται εὐχερῶς· καὶ ὁ μὴ εἰδὼς τὰς αἰτίας τῶν παθῶν, καταπίπτει ῥᾳδίως.

οθ΄. Ἀπὸ φιληδονίας ἀμέλεια, καὶ ἀπὸ ἀμελείας λήθη προσγίνεται· τῶν συμφερόντων γὰρ τὴν γνῶσιν ὁ Θεὸς πᾶσι δεδώρηται.

π΄. Ἄνθρωπος ὑποτίθεται τῷ πλησίον, καθὰ ἐπίσταται· Θεὸς δὲ ἐνεργεῖ τῷ ἀκούοντι, καθὰ ἐπίστευσε.

πα΄. Εἶδον ἰδιώτας ἔργῳ ταπεινοφρονήσαντας, καὶ ἐγένοντο τῶν σοφῶν σοφώτεροι. ἕτερος ἰδιώτης ἀκούσας ἐκείνου ἐπαιρουμένου, τὴν ταπείνωσιν οὐκ ἐμιμήσατο· ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἰδιωτείᾳ κενοδοξῶν, ὑπερηφάνειαν προσελάβετο.

πβ΄. Ὁ σύνεσιν ἐξουθενῶν, καὶ εἰς ἀμαθίαν ἐγκαυχώμενος, οὐκ ἔστιν ἰδιώτης μόνον τῷ λόγῳ, ἀλλὰ καὶ τῇ γνώσει.

πγ΄. Ὥσπερ ἐστὶν ἄλλο σοφία λόγου, καὶ ἄλλο φρόνησις· οὕτως ἕτερον ἰδιωτεία λόγου, καὶ ἕτερον ἀφροσύνη.

πδ΄. Οὐδὲν βλάπτει ἀμαθία λέξεων τὸν εὐλαβέστατον, ὡς οὐδὲ σοφία λόγων τὸν ταπεινόφρονα.

πε΄. Μὴ λέγε, οὐκ ἐπίσταμαι τὸ δέον, καὶ ἀναίτιός εἰμι μὴ ποιῶν αὐτό· εἰ γὰρ ἐποίεις καλὰ ὅσα ἐπίστασαι, καὶ τὰ λοιπά σοι ἀκολούθως ἀπεκαλύπτετο, οἰκείῳ τρόπῳ ἓν δι' ἑνὸς κατανοούμενα.

πς΄. Οὐ συμφέρει σοι πρὸ τῆς ἐργασίας τῶν πρώτων, εἰδέναι τὰ δεύτερα· ἡ γὰρ γνῶσις φυσιοῖ διὰ τὴν ἀργίαν· ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ, διὰ τὸ πάντα ὑπομένειν.

πζ΄. Τῆς γραφῆς τὰ ῥήματα διὰ πράξεων ἀναγίνωσκε· καὶ μὴ πλατυλόγει ἐπὶ ψιλοῖς τοῖς νοήμασιν εἰκῇ φυσιούμενος.

πη΄. Ὁ ἀφεὶς τὴν πρᾶξιν, καὶ γυμνῇ τῇ γνώσει ἐπερειδόμενος, ἀντὶ διστόμου μαχαίρας καλαμίνην ῥάβδον κρατεῖ, ἥτις ἐν καιρῷ πολέμου κατὰ τὴν γραφὴν, τρήσει τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὴν εἰσελεύσεται, τὸν ἰὸν τῆς φύσεως πρὸ τῶν πολεμίων ἐμβάλλουσα.

πθ΄. Μέτρον ἔχει καὶ σταθμὸν παρὰ Θεῷ πᾶσα ἔννοια· ἔστι γὰρ τὸ αὐτὸ ἢ ἐμπαθῶς ἢ μετρίως λογίσασθαι.

ϙ΄. Ὁ ποιήσας ἐντολὴν, ἐκδεχέσθω τὸν ὑπὲρ αὐτῆς πειρασμόν· ἡ γὰρ εἰς Χριστὸν ἀγάπη, δι' ἐναντίων δοκιμάζεται.

ϙα΄. Μὴ καταφρονήσῃς ποτὲ ἐν λογισμῶν ἀμελείᾳ· ἀλάθητος γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς ἐπὶ πάσης ἐννοίας.

ϙβ΄. Ὅταν ἴδῃς λογισμὸν ἀνθρωπίνην σοι δόξαν ὑπαγορεύοντα, γίνωσκε σαφῶς, ὅτι αἰσχύνην σοι κατασκευάζει.

ϙγ΄. Ἐπίσταται ὁ ἐχθρὸς, τοῦ πνευματικοῦ νόμου τὸ δίκαιον, καὶ ζητεῖ μόνον τὴν νοερὰν συγκατάθεσιν· οὕτω γὰρ ἂν ἢ τοῖς τῆς μετανοίας ὑπευθύνον ποιήσῃ τὸν ὑποχείριον, ἢ μὴ μετανοοῦντα, ἀκουσίοις ἐπιφοραῖς ὀδυνήσῃ αὐτόν.

ϙδ΄. Ἔστι δ' ὅτε καὶ πρὸς τὰς ἐπιφορὰς ἀντιμάχεσθαι παρασκευάσει, ὅπως καὶ ὧδε τὰς ὀδύνας πολυπλασιάσῃ, καὶ ἐν ἐξόδῳ διὰ τὴν ἀνυπομονησίαν ἀποδείξῃ ἄπιστον.

ϙε΄. Πρὸς τὰ ἐπερχόμενα πολλοὶ πολλὰ ἀντετάξαντο· ἀλλ' ἐκτὸς προσευχῆς καὶ μετανοίας οὐδεὶς τὸ δεινὸν διέφυγεν.

ϙς΄. Ἐν δι' ἑνὸς τὰ κακὰ λαμβάνει τὴν δύναμιν, ὁμοίως καὶ τὰ ἀγαθὰ δι' ἀλλήλων αὔξανεται· καὶ τὸν ἑαυτῶν μέτοχον ἐπὶ τὰ πρόσω μείζονα προτρέπονται.

A figurata laude, temporis progressu illum probro afficiet, & ipse rursum pudore suffundetur.

LXXVIII. Ignorans hostium insidias, haud difficulter jugulatur: & cui affectionum caussæ non sunt perspectæ, facile labitur.

LXXIX. A voluptatis amore & studio, negligentia; a negligentia proficiscitur oblivio. Rerum enim utilium cognitionem Deus omnibus largitus est.

LXXX. Homo dat consilium homini, quemadmodum novit: Deus autem operatur in audiente, secundum quod credidit.

LXXXI. Vidi homines idiotas opere humilia sapientes, & facti sunt sapientiores sapientibus. Alter idiota cum audisset illum extolli laudibus, humilitatem non est imitatus; sed in privata sua conditione ambitiose & arroganter semet efferens, superbiam arripuit.

B

LXXXII. Respuens intellectus prudentiam, & ad imperitiam semet convertens, non solum est idiota sermone, sed etiam cognitione.

LXXXIII. Quemadmodum aliud est sapientia sermonis, & aliud intellectus: sic aliud sermonis imperitia, aliud insipientia.

LXXXIV. Quemadmodum viro pio non nocet imperitia dicendi; sic neque eloquentia nocet humili.

LXXXV. Ne dixeris, Nescio quid mihi sit agendum, & ob id sum extra culpam, si illud non egero. Si enim facis, quæcumque scis esse bona, cetera deinceps tibi revelabuntur, & unum ex uno peculiari modo intelliges.

C

LXXXVI. Nihil tibi conducit nosse posteriora, antequam priora peregeris. Siquidem [a] *scientia inflat*, nullum opus producendo: *caritas vero ædificat*; omnia perferendo.

LXXXVII. Legens verba scripturæ sanctæ, opere ipso exsequere: & ne verba fundas temere, glorians de nuda ejus cognitione.

LXXXVIII. Qui relicto operandi studio, solam cognitionem amplectitur, pro gladio bis acuto [b] *baculum arundineum tenet*; *qui* tempore belli ut ait scriptura *perforabit atque ingredietur manum ejus*, atque in conspectu hostium naturale venenum immittet.

D

LXXXIX. Metitur Deus & trutinat omnem intellectum. Licet enim eamdem rem animo graviter affecto cogitare, & temperato.

XC. Qui facit mandatum, pro eo sufferre tentationem non dubitet: quia dilectio erga Christum per contraria probatur.

XCI. Curam cogitationum tuarum numquam negligas: quoniam Deum nulla conceptio latere potest.

XCII. Cum animadverteris, cogitationem polliceri tibi gloriam humanam, probe noveris, quod ignominiam tibi præparet.

XCIII. Cognoscit inimicus justitiam legis spiritualis, ac tantum nititur occupare dispositionem intellectus. Hoc enim modo vel pœnitentem sibi captivum reddet, aut non resipiscentem gravibus calamitatibus afficiet.


E

XCIV. Quandoque ad resistendum afflictionibus provocabit, ut ita dolores multiplicet: & tandem per oblivionem perfidum demonstrabit.

XCV. Adversus imminens infortunium multi multa opposuerunt: sed citra orationem & resipiscentiam nullus fatum effugere potuit.

XCVI. Quæ mala sunt, gradatim ac sensim incrementum accipiunt: similiter etiam quæ bona sunt, mutuo augmento multiplicantur, suique participem subinde porro ad majora cohortantur & impellunt.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
390.



a 1. Cor. VIII. 1. b Isa. XXXVI. 6.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

ϟζ'. Τὰ μικρὰ ἁμαρτήματα ἐξευτελίζει ὁ διάβολος· ἄλλως γὰρ ἐπὶ μεῖζον κακὸν ἀγαγεῖν οὐ δύναται.

ϟη'. Ῥίζα αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας, ἀνθρώπινος ἔπαινος· ὥσπερ καὶ σωφροσύνης, ὁ περὶ κακίας ἔλεγχος, οὐχ ὅταν ἀκούωμεν, ἀλλ' ὅταν αὐτὸν καταδεχώμεθα.

ϟθ'. Οὐδὲν ὠφελήθη ὁ ἀποταξάμενος καὶ ἡδυπαθῶν· ὃ γὰρ ἐποίει διὰ τῶν χρημάτων, τοῦτο καὶ μηδὲν ἔχων ἐργάζεται.

ρ'. Πάλιν δὲ ὁ ἐγκρατὴς ἐὰν κτᾶται χρήματα, ἀδελφός ἐστι τοῦ προτέρου κατὰ διάνοιαν· μητρὸς μὲν τῆς αὐτῆς διὰ τὴν νοερὰν ἡδονήν· πατρὸς δὲ ἑτέρου διὰ τὴν τοῦ πάθους ἐναλλαγήν.

ρα'. Ἔστιν ὁ περικόπτων πάθος διὰ μείζονα ἡδυπάθειαν, καὶ ὑπὸ τῶν ἀγνοούντων αὐτοῦ τὸν σκοπὸν, δοξάζεται· τάχα δὲ καὶ ἑαυτὸν ἀγνοεῖ κοπιῶν ἀνόνητα.

ρβ'. Ἡ αἰτία πάσης κακίας, κενοδοξία καὶ ἡδονή· ὁ δὲ μὴ μισήσας αὐτὰ, οὐ μὴ περιαίρῃ πάθος.

ργ'. Ῥίζα πάντων τῶν κακῶν εἴρηται ἡ φιλαργυρία· ἀλλὰ καὶ αὕτη σαφῶς δι' ἐκείνων συνίσταται. ἐκτυφλοῦται δ' ὁ νοῦς διὰ τῶν τριῶν τούτων παθῶν, φιλαργυρίας λέγω, κενοδοξίας, καὶ ἡδονῆς.

ρδ'. Τρεῖς θυγατέρας λέγω βδέλλης. αὗταί εἰσι, κατὰ τὴν θείαν γραφὴν, ὑπὸ μητρὸς ἀφροσύνης ἀγαπήσει ἀγαπώμεναι.

ρε'. Γνῶσις καὶ πίστις, αἱ τῆς φύσεως ἡμῶν σύντροφοι, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ δι' ἐκείνας ἠμβλύνθησαν.

ρς'. Θυμὸς καὶ ὀργὴ, καὶ πόλεμος καὶ φόνοι, καὶ πᾶς ὁ λοιπὸς κατάλογος τῶν κακῶν, δι' ἐκείνας ἐν ἀνθρώποις σφόδρα ἐκραταιώθησαν.

ρζ'. Οὕτω μισῆσαι δεῖ φιλαργυρίαν, καὶ κενοδοξίαν, καὶ ἡδονὴν, ὡς μητέρας τῶν κακῶν, καὶ μητρυιὰς τῶν ἀρετῶν.

ρη'. Διὰ ταῦτα μὴ ἀγαπᾷν τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ προσετάχθημεν. τοῦτο δὲ εἴρηται, οὐχ ἵνα τὰ κτίσματα τοῦ Θεοῦ ἀκρίτως μισήσωμεν, ἀλλ' ὅπως τῶν τριῶν ἐκείνων παθῶν τὰς ἀφορμὰς περικόψωμεν.

ρθ'. Οὐδεὶς, φησι, στρατευόμενος τῷ Θεῷ, ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις· ὁ γὰρ μετὰ τῆς ἐμπλοκῆς τὰ πάθη νικῆσαι θέλων, ὅμοιός ἐστι τῷ μετὰ ἀχύρων σβεννύοντι ἐμπυρισμόν.

ρι'. Ὁ διὰ χρήματα, ἢ δόξαν, ἢ ἡδονὴν ὀργιζόμενος τῷ πλησίον, οὔπω ἔγνωκεν ὅτι ἐν δικαιοσύνῃ διακονεῖ ὁ Θεὸς τὰ πράγματα.

ρια'. Ὅταν ἀκούσῃς τοῦ Κυρίου λέγοντος, ὅτι εἴ τις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος, μὴ μόνον περὶ χρήματα νόει τὸ εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων τῶν τῆς κακίας πραγμάτων.

ριβ'. Ὁ μὴ γινώσκων τὴν ἀλήθειαν, οὔτε ἀληθῶς πιστεύειν δύναται. ἡ γὰρ γνῶσις κατὰ φύσιν προηγεῖται τῆς πίστεως.

ριγ'. Ὥσπερ ἑκάστῳ τῶν ὁρωμένων τὸ προσφυὲς ἀπένειμεν ὁ Θεὸς, οὕτω καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς, κἂν θέλωμεν, κἂν μή.

ριδ'. Εἴ τις προφανῶς ἁμαρτάνων καὶ μὴ μετανοῶν, οὐδὲν ἔπαθεν ἕως ἐξόδου, τούτου νόμιζε ἀνίλεων εἶναι τὴν κρίσιν ἐκεῖ.

ριε'. Ὁ ἐμφρόνως προσευχόμενος, ὑπομένει τὰ ἐπερχόμενα· ὁ δὲ μνησικακῶν, οὔπω καθαρῶς προσηύξατο.

ρις'. Ζημιωθεὶς, ἢ ὀνειδισθεὶς, ἢ διωχθεὶς πα-

A XCVII. Modica delicta admodum elevat & extenuat diabolus; alioqui enim ad majus malum aut vitium hominem adducere non posset.

XCVIII. Turpis concupiscentiæ radix est laus humana: quemadmodum etiam modestiæ, vitiorum reprehensio: non quando illam audimus, sed quando illam non gravatim suscipimus.

XCIX. Nihil utilitatis consecutus est, qui bonis suis renuntiavit, & indulget deliciis. Quod enim faciebat opes possidens, illud etiam nihil habens operatur.

C. Rursus homo temperans, si opum dives fuerit, frater est prioris, quoad animum: matris quidem ejusdem propter spiritualem delectationem, patris vero alterius propter affectuum mutationem. B

CI. Est qui affectus resecat, majoris voluptatis consequendæ gratia: atque ita ab ignorantibus scopum ejus, gloriam consequitur. Fortasse autem se ipsum quoque ignorat, quod inutili labore semet conturbet.

CII. Omnis vitiositatis caussa, est inanis gloriæ cupiditas & voluptas: quas qui non odio habuerit, numquam affectus abjiciet.

CIII. [a] *Radix omnium malorum* dicta est *avaritia*; verum etiam hæc per illa manifesta consistit. Excæcatur autem mens tribus hisce affectionibus, avaritia videlicet, & gloriæ cupidine, ac voluptate.

CIV. Tres hirudinis seu sanguisugæ filias illas esse affirmo, quæ divinæ scripturæ testimonio [b], a C matre immodestia summo amore diliguntur.

CV. Cognitio & fides naturæ nostræ coalumnæ, nulla alia re quam per illas hebetatæ sunt.

CVI. Furor & iracundia, & bellum & cædes, & reliquus universus vitiorum catalogus, propter illas inter homines vehementer invaluerunt.

CVII. Ita odio habenda est avaritia & vana gloria & voluptas, ut vitiorum matres, & virtutum novercæ.

CVIII. Propter hæc [c] ne diligamus mundum neque ea quæ in mundo sunt, nobis colenda proponamus. Quod dictum est, non ut ea quæ a Deo creata sunt, sine judicio prosequamur odio, verum D ut horum trium affectuum occasiones præcidamus.

CIX. [d] *Nemo*, inquit Apostolus, *militans Deo*, *hujus vitæ negotiis implicatur*. Etenim qui hisce implicitus, affectiones superare voluerit, similis est ei qui paleis conatur incendium restinguere.

CX. Qui propter opes aut gloriam aut voluptatem proximo irascitur, nondum cognovit, Deum justitia res mundanas administrare solere.

CXI. Quando audieritis Dominum dicentem: [e] *Nisi quis renuntiaverit omnibus substantiis suis, non est me dignus*: non tantum de relinquendis divitiis hoc dictum accipias, sed etiam de omnibus vitiorum ac improbitatis actionibus.

CXII. Qui non cognoscit veritatem, nequaquam E vere potest credere. Siquidem cognitio secundum naturam præcedit fidem.

CXIII. Quemadmodum unicuique rerum quæ videntur, Deus quod naturale est, tribuit: sic humanis quoque cogitationibus, sive velimus, sive nolimus.

CXIV. Si quis aperte & obstinate peccans, & non pœnitens, nihil passus fuerit usque ad vitæ exitum; in hunc [f] *judicium sine misericordia* futurum ne dubites.

CXV. Qui cordate orat, suffert ea quæ illi objiciuntur. Ceterum qui acceptarum injuriarum memor est, nondum pure precatus est.

CXVI. Damno affectus, aut probro & contume-

*a* 1. Tim. VI. 10. *b* Prov. XXX. 15. *c* I. Joan. II. 15. *d* II. Tim. II. 4. *e* Luc. XIV. 33. *f* Jac. II. 13.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.

ρά τινος, μὴ λογίζου τὸ παρὸν, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἐκδέχου· εὑρήσεις ὅτι πολλῶν σοι ἀγαθῶν γέγονε πρόξενος, οὐ μόνον ἐν τῷ παρόντι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

ριζ'. Ὥσπερ τοὺς κακοσίτους ἀψίνθιον ὠφελεῖ τὸ πικρόν· οὕτω τοῖς κακοτρόποις κακὰ πάσχειν συμφέρει· τοὺς μὲν γὰρ εὐεκτεῖν, τοὺς δὲ, μετανοεῖν παρασκευάζει τὰ φάρμακα.

ριη'. Εἰ μὴ θέλεις κακοπαθεῖν, μηδὲ κακοποιεῖν θέλε· διότι τοῦτο ἐκείνῳ ἀπαραβάτως ἀκολουθεῖ. ὃ γὰρ σπείρει ἕκαστος, τοῦτο καὶ θερίσει.

ριθ'. Ἑκουσίως τὰ φαῦλα σπείροντες, καὶ ἀκουσίως θερίζοντες, τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ θαυμάζειν ὀφείλομεν. ἐπειδὴ δὲ καὶ θέρους καὶ ἀνὰ μέσον σπόρου καιρός τις διώρισται, τούτου χάριν ἀπιστοῦμεν περὶ τὴν ἀνταπόδοσιν.

ρκ'. Ἁμαρτήσας, μὴ αἰτιῶ τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ τὴν ἔννοιαν· εἰ μὴ γὰρ ὁ νοῦς προέδραμεν, οὐκ ἂν τὸ σῶμα ἐπηκολούθησε.

ρκα'. Τῶν προφανῶς ἀδικούντων πονηρότερός ἐστιν ὁ λαθροκακοῦργος· διόπερ ἐκεῖνος καὶ πονηροτέρως κολάζεται.

ρκβ'. Ὁ δόλους συμπλέκων καὶ κεκρυμμένως κακοποιῶν, ὄφις ἐστὶ, κατὰ τὴν γραφὴν, ὁ καθήμενος ἐν ὁδῷ, καὶ δάκνων πτέρναν ἵππου.

ρκγ'. Ὁ ἐν τῷ αὐτῷ εἴς τινα μὲν ἐπαινῶν, εἴς τινα δὲ ψέγων τὸν πέλας, οὗτος κενοδοξίᾳ καὶ φθόνῳ κεκράτηται· καὶ διὰ μὲν τῶν ἐπαίνων, κρύπτειν πειρᾶται τὸν φθόνον· διὰ δὲ τῶν ψόγων, ἑαυτὸν εὐδοκιμώτερον ἐκείνου συνίστησιν.

ρκδ'. Ὥσπερ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ πρόβατα βόσκειν καὶ λύκους, οὕτως ἀδύνατον ἐλέους τυχεῖν τὸν δολοποιοῦντα τὸν πλησίον.

ρκε'. Ὁ τῇ ἐπιταγῇ ἐπιμίσγων λάθρα τὸ ἴδιον θέλημα, μοιχός ἐστι, καθὼς ἐν τῇ σοφίᾳ δεδήλωται, καὶ δι' ἔνδειαν φρενῶν, ὀδύνας καὶ ἀτιμίας ὑποφέρει.

ρκϛ'. Ὥσπερ ὕδατος καὶ πυρὸς ἐναντία ἡ σύνοδος, οὕτως ἐναντιοῦται ἀλλήλοις δικαιολογία καὶ ταπείνωσις.

ρκζ'. Ὁ ζητῶν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἀγαπάτω ταπεινοφροσύνην. ὁ δὲ κατακρίνων τὸν ἕτερον, σφραγίζει τὰ ἑαυτοῦ κακά.

ρκη'. Μὴ ἀφῇς ἀνεξάλειπτον ἁμαρτίαν, κἂν βραχυτάτη τυγχάνῃ, ἵνα μὴ ὕστερον ἐπὶ μεῖζον κακὸν κατασύρῃ σε.

ρκθ'. Ἐὰν θέλῃς σωθῆναι, ἀληθῆ λόγον ἀγάπησον, καὶ μηδέποτε ἀκρίτως ἔλεγχον ἀποστραφῇς.

ρλ'. Λόγος ἀληθὴς μετέβαλε γεννήματα ἐχιδνῶν, καὶ ὑπέδειξεν αὐτοῖς φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς.

ρλα'. Ὁ δεχόμενος λόγους ἀληθείας, ὑποδέξεται τὸν Θεὸν λόγον· φησὶ γὰρ ὁ Κύριος, ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται.

ρλβ'. Παραλυτικός ἐστι χαλασθεὶς διὰ τοῦ δώματος, ἁμαρτωλὸς παρὰ πιστῶν κατὰ Θεὸν ἐλεγχόμενος, καὶ διὰ τὴν ἐκείνων πίστιν λαμβάνων τὴν ἄφεσιν.

ρλγ'. Κρεῖττον μετ' εὐλαβείας ὑπερεύχεσθαι τοῦ πλησίον, ἢ ἐλέγχειν αὐτὸν ἐν παντὶ πράγματι.

ρλδ'. Ὁ ὀρθῶς μετανοῶν, ὑπὸ ἀφρόνων χλευάζεται. τοῦτο δὲ αὐτῷ ἐστι τεκμήριον εὐαρεστήσεως.

A lia lacessitus, aut persecutionem passus a quopiam, fac ne animo tecum cogites, quod præsens est, sed quod futurum est, suscipe: atque ita certo invenies, eum multorum bonorum tibi fuisse auctorem, non tantum in præsenti, sed etiam in futuro sæculo.

CXVII. Quemadmodum iis qui crudo & indigesto sunt stomacho, amarum prodest absinthium; sic male moratis mala tolerare utile est. Illos enim ad bonam valetudinem consequendam; hos vero ad resipiscentiam amplectendam inducunt pharmaca.

CXVIII. Quod si nolueris mala pati, neque male facere velis. Siquidem illud huic indivisus comes esse consuevit. [a] *Quod enim quisque seminat, hoc etiam metet.*

B CXIX. Volente animo mala seminantes, & invito eadem metentes, justitiam Dei admirari debemus: cum sationis ac messis tempus medio interjecto definitum sit, hujus rei gratia diffidimus de retributione.

CXX. Si quid flagitiose deliquisti, cave ipsum culpes facinus, sed potius mentis tuæ cogitationem. Nisi enim præcurrisset cogitationem animus, corpus numquam fuisset subsecutum.

CXXI. Aperte peccantibus, multo improbior est in occulto admittens flagitia: propterea ille quoque graviore punietur supplicio.

CXXII. Qui nectit & conatur dolos per fallaciam, & occulte malis afficit proximum, ille *ser-* C *pens est*, secundum scripturam [b], *qui jacet in via, & equi pungit calcaneum.*

CXXIII. Qui eadem de caussa apud hunc quidem laudat, apud alium vero vituperat proximum; illum ambitione & invidentia victum esse constat: & per laudem quidem invidentiam celare nititur, per reprehensionem vero se ipsum illo præstantiorem ostendere conatur.

CXXIV. Quemadmodum non licet simul & oves & lupos pascere: ita nullo modo fieri potest, ut is misericordiam consequatur qui dolose agit cum proximo.

CXXV. Qui mandato sibi injuncto propriam voluntatem subimmiscet, *mœchus* est, quemadmodum D in Sapientia manifestatum est [c]; *& propter mentis inopiam, dolorem sustinet & ignominiam.*

CXXVI. Quemadmodum aquæ & ignis contraria est societas, sic quoque contraria sunt inter se, justificatio sui & humiliatio.

CXXVII. Quærens peccatorum condonationem & veniam, humilitatem diligat. Ceterum qui condemnat proximum, obsignat sua ipsius mala.

CXXVIII. Ne dimittas peccatum indeletum, tametsi sit valde modicum: ne te postea ad majus malum & vitium pertrahat.

CXXIX. Quod si animus est salvari, veracem sermonem dilige: neque umquam præcipitanter & temere reprehensionem averseris.

E CXXX. Sermo verus mutavit viperarum progenies, illisque ostendit [d], ut fugerent a futura ira.

CXXXI. Qui suscipit sermones veritatis, suscipiet Deum Verbum: dicit enim Dominus [e]: *Qui recipit vos, me recipit.*

CXXXII. Paralyticus per tectum demissus [f], est peccator qui a fidelibus secundum Deum redarguitur, & propter illorum fidem remissionem consequitur.

CXXXIII. Satius est cum timore orare pro proximo, quam eumdem in omni opere redarguere.

CXXXIV. Qui vere resipiscit, emendata in melius vita, ab hominibus fatuis subsannatur: hoc autem illius probitatis argumentum est.

a Gal. VI. 8. b Gen. XLIX. 17. c Prov. VI. 32. 33. d Matth. III. 7. e Matth. X. 40. f Luc. V. 19.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

ρλέ. Ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται, καὶ οὐ παύσεται, ἕως ἂν ἐξολοθρεύσῃ Κύριος σπέρμα ἐκ Βαβυλῶνος. A

ρλϛʹ. Λόγισαί μοι ἕνδεκα εἶναι τὰ πάθη τῆς ἁμαρτίας· ἐὰν ἓν ἐξ αὐτοῦ ἀγαπήσῃς θελήματι, ἐκεῖνο ἀναπληρώσει τὸν τόπον τῶν ἕνδεκα.

ρλζʹ. Πῦρ ἐστι καιόμενον ἡ ἁμαρτία· ὅσον ἂν περικόψῃς τὴν ὕλην, τοσοῦτον σβεσθήσεται· καὶ καθὸ ἐν ἐπιθῇς, ἀναλόγως ἐκκαυθήσεται.

ρλή. Ἐπαρθεὶς ἐν ἐπαίνοις, ἐκδέχου ἀτιμίαν· φησὶ γάρ, ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται.

ρλθʹ. Ὅταν πᾶσαν ἑκούσιον κακίαν ἀποβάλωμεν τῆς διανοίας, τότε ἂν πολεμήσωμεν πάθεσι τοῖς κατὰ πρόληψιν. B

ρμʹ. Πρόληψις ἐστι τῶν προτέρων κακῶν μνεία ἀκούσιος, παρὰ μὲν τῷ ἀγωνιστῇ προβῆναι εἰς πάθος κωλυομένη· παρὰ δὲ τῷ νικητῇ ἕως προσβολῆς ἀνατρεπομένη.

ρμά. Προσβολή ἐστιν ἀνείδωλον κίνημα καρδίας, κλεισούρας δίκην, ὑπὸ τῶν ἐμπείρων κατεχομένη.

ρμβʹ. [1] Ὅπου εἰκόνες λογισμῶν, ἐκεῖ γέγονε συγκατάθεσις· κίνημα γάρ ἐστιν ἀνείδωλον, ἀναίτιος προσβολή. ἔστι δὲ καὶ ὁ ἐκ τούτων ἐκφεύγων, ὡς δαλὸς ἐκ πυρός· καὶ ἔστιν ὁ μὴ ἀναστρέφων, ἕως ἂν ἐκκαύσῃ φλόγα.

ρμγʹ. Μὴ λέγε, ὅ, τι οὐ θέλω, καὶ ἔρχεται· πάντως γὰρ κἂν μὴ αὐτὸ ἀγνοῇς, τὰς δὲ αἰτίας ἀγαπᾷς τοῦ πράγματος. C

ρμδʹ. Ὁ ζητῶν ἔπαινον, ἔγκειται πάθει· καὶ θλίψιν ἐπελθοῦσαν ἀποδυρόμενος, ἀγαπᾷ τὴν ἄνεσιν.

ρμέ. Ὡς ἐπὶ ζυγοῦ ἀστατεῖ τοῦ ἡδυπαθοῦντος ὁ λογισμὸς, καὶ ποτὲ μὲν κλαίει καὶ ἀποδύρεται δι' ἁμαρτίας· ποτὲ δὲ πολεμεῖ καὶ ἀντιλέγει τῷ πλησίον, ἐκδικῶν τὰς ἡδονάς.

ρμϛʹ. Ὁ πάντα δοκιμάζων καὶ τὸ καλὸν κατέχων, ἀκολούθως ἀπὸ παντὸς πονηροῦ ἀφέξεται.

ρμζʹ. Μακρόθυμος ἀνὴρ, πολὺς ἐν φρονήσει· ὁμοίως καὶ ὁ λόγοις σοφίας παραβάλλων τὸ οὖς αὐτοῦ.

ρμή. Χωρὶς μνήμης Θεοῦ, γνῶσις ἀληθὴς εἶναι οὐ δύναται· ἐκτὸς γὰρ τῆς προτέρας, ἡ δευτέρα νόθος ὑπάρχει.

ρμθʹ. Τὸν σκληροκάρδιον οὐκ ὠφελεῖ λεπτοτέρας γνώσεως λόγος, διότι ἐκτὸς φόβου, μετανοίας πόνους οὐ καταδέχεται. D

ρνʹ. Τῷ πρᾳεῖ ἀνθρώπῳ πιστολογία συμβάλλεται, καθότι οὐ πειράζει Θεοῦ μακροθυμίαν, καὶ οὐ τύπτεται ἐν πυκνῇ παραβάσει.

ρνά. Ἄνδρα δυνατὸν μὴ ἐλέγξῃς ἐπὶ κενοδοξίᾳ, ἀλλὰ τὴν ἐπιφορὰν τῆς μελλούσης ἀτιμίας ὑπόδειξον· τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ ὁ συνετὸς ἡδέως ἐλέγχεται.

ρνβʹ. Ὁ μισῶν ἔλεγχον, κατὰ πρόθεσιν ἔγκειται τῷ πάθει· ὁ δὲ ἀγαπῶν, δηλονότι κατὰ πρόληψιν παραφέρεται.

ρνγʹ. Μὴ θέλε ἀκούειν ἀλλότρια πονηρεύματα· τῷ γὰρ τοιούτῳ θελήματι καὶ οἱ χαρακτῆρες τῶν πονηρευμάτων διατρέφονται. E

ρνδʹ. Ὁ κακοῖς λόγοις ἐνηχηθεὶς, σεαυτῷ ὀργίζου, καὶ μὴ τῷ λαλήσαντι· πονηρᾶς γὰρ ἀκοῆς, πονηρὸς καὶ ὁ ἀποκρισιάριος.

ρνέ. Εἴ τις ματαιολόγοις ἀνθρώποις περιτύχοι, ὑπεύθυνον ἑαυτὸν ἡγείσθω τῶν τοιούτων ῥημάτων, κἂν μὴ προσφάτως, ἀλλ' ἐκ παλαιοῦ χρεωστήματος.

CXXXV. *Qui certat* [a], *ab omnibus se temperat*: nec prius finem facit, quam Dominus omne semen Babylonis profligatum exterminaverit.

CXXXVI. Considera, undecim esse peccati affectiones: quarum si unam ultro amaveris, ea omnium undecim locum occupabit.

CXXXVII. Ignis ardens est peccatum. Jam quantum peccandi materiam sustuleris, tantum exstinguetur: quantumque adjeceris, tantum accendetur.

CXXXVIII. Si laudatus, animo sublato superbieris, ignominiam amplectitor. Ait enim: [b] *Qui se exaltat, humiliabitur.*

CXXXIX. Quando nostra sponte omnem iniquitatem ex animo ejecerimus, tunc adversus affectiones quæ mentem præoccupant, dimicabimus.

CXL. Mentis præoccupatio, est priorum malorum aut vitiorum memoria non voluntaria: quæ a certatore, ne in affectum erumpat, prohibetur: a victore vero usque ad impetum violentiorem subvertitur.

CXLI. Impetus vero violentior, est motus cordis carens imaginationibus, occultum judicium in expertis detinens.

CXLII. Ubi cogitationum imagines, ibi facta est assensio. Motus enim est ab imaginationibus alienus, extra noxam impetus. Est autem, qui etiam ex iis aufugit, veluti ex igne stipes aut titio. Est rursus, qui non revertitur, donec flamma concremata subsederit.

CXLIII. Nec dicas, Quod nolo, accidit. Omnino enim etsi illud nequaquam volueris, tamen rei quæ contigit, caussas amare te verisimile est.

CXLIV. Qui laudem venatur, in affectus incidit: & tribulationem venientem deplorans, amat requiem.

CXLV. Tamquam in statera voluptates sectantis fluctuat cogitatio: nonnumquam plorat & deflet peccata; mox pugnat & contradicit proximo, excusans atque defendens voluptates.

CXLVI. Omnia probans, & bonum retinens; consequenter ab omni quoque malitia semet abstinet.

CXLVII. Homo longanimis multa sapientia præditus est: similiter, qui verbis sapientiæ suam aurem accommodat.

CXLVIII. Citra Dei recordationem aut memoriam, vera cognitio non potest subsistere. Etenim sine priore, illud posterius spurium & illegitimum est.

CXLIX. Hominem gravi corde præditum, nihil juvat subtilioris & argutioris cognitionis oratio: propterea quod præ superbia pœnitentiæ laborem subire nequeat.

CL. Homini miti confert credulitas, quatenus Dei longanimitatem non tentat, neque crebra transgressione percutitur.

CLI. Hominem potentem ne coarguas ambitionis & inanis gloriæ: sed potius futuræ damnationis ignominiam illi ostende. Hoc enim modo homo intelligens & cordatus haud difficulter coarguitur.

CLII. Qui odio habet redargutionem, secundum propositum adhuc subjectus est affectibus: ceterum qui amat eam, videlicet secundum mentis præoccupationem rapitur.

CLIII. Ne velis cupidus esse audiendi aliena flagitia. Hac enim audiendi voluptate & proluvio, flagitiorum quoque characteres nutriuntur.

CLIV. Maledicas orationes inaudiens, tibi ipse, non ei qui locutus est, irascere. Pravarum enim rerum auditor, pravus evadit nuntius.

CLV. Si quis in vaniloquos homines inciderit, reum se ipsum putet talium verborum, quamquam non ex recenti colloquio, sed ex antiquo debito.

[a] 1. Cor. IX. 25. [b] Luc. XIV. 11.

1. Ὅπου κ. τ. λ.] Caute lege.

ρνϛ΄. Ἐὰν ἴδῃς τινὰ καθ' ὑπόκρισιν ἐπαινοῦντά σε, ἐν ἰδίῳ καιρῷ παρ' ἐκείνου ψόγον ἐκδέχου. A

ρνζ΄. Τὰ παρόντα θλιβερὰ προσσυνάλλασσε τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς, καὶ οὐδέποτέ σου τὸν ἀγῶνα χαυνώσει πλημμέλεια.

ρνή. Ὅταν διὰ σωματικὴν παροχὴν ἄνθρωπον ὡς ἀγαθὸν ἐκτὸς τοῦ Θεοῦ ἐπαινέσῃς, ὕστερον ὁ αὐτός σοι πονηρὸς καταφανήσεται.

ρνθ΄. Πᾶν ἀγαθὸν παρὰ Κυρίου οἰκονομικῶς ἐπέρχεται· καὶ οἱ φέροντες αὐτὸ, εἰσὶν ἀγαθοῦ διάκονοι.

ρξ΄. Ἀγαθῶν καὶ κακῶν τὰς μετεμπλοκὰς ὁμολῷ λογισμῷ ὑποδέχου· καὶ οὕτως ἀνατρέπει ὁ Θεὸς τῆς ἀνωμαλίας τὰ πράγματα. B

ρξα΄. Ἡ ἀνισότης τῶν λογισμῶν, τὰς τῶν ἰδικῶν ἀνιδίως μεταβολὰς ἐπιφέρει· ὁ Θεὸς γὰρ τὰ ἀκούσια τοῖς ἑκουσίοις προσφυῶς ἀπένειμε.

ρξβ΄. Τὰ αἰσθητὰ, τῶν νοερῶν ἐστιν ἔκγονα, τὸ δέον φέροντα ψήφῳ Θεοῦ.

ρξγ΄. Καρδίας ἡδυπαθούσης, λογισμοὶ λοιμοὶ ἀναφύονται· καὶ ἐν τῷ καπνῷ τὴν ἐγκειμένην ὕλην ἐπιγινώσκομεν.

ρξδ΄. Παράμενε τῇ διανοίᾳ, καὶ οὐ κοπιάσεις ἐν πειρασμοῖς· ἐκεῖθεν δὲ ἀναχωρῶν, ὑπόμενε τὰ ἐπερχόμενα.

ρξέ. Εὔχου μὴ ἐλθεῖν σοι πειρασμόν· ἐλθόντα δὲ, κατάδεξαι ὡς σὸν, καὶ οὐκ ἀλλότριον. C

ρξϛ΄. Ἆρον τὴν ἔννοιαν ἀπὸ πάσης πλεονεξίας, καὶ τότε δυνήσει ἰδεῖν τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου.

ρξζ΄. Ὁ λέγων πάσας εἰδέναι τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, οὐκ οἶδεν ἑαυτὸν τέλειον εἰσφέρειν.

ρξή. Ὅταν ἐξέλθῃ ὁ νοῦς τῶν σωματικῶν φροντίδων, βλέπει κατ' ἀναλογίαν τὰς τῶν ἐχθρῶν πανουργίας.

ρξθ΄. Ὁ λογισμοῖς συναπαγόμενος, ἐκτυφλοῦται ὑπ' αὐτῶν· καὶ τὰς μὲν ἐργασίας τῆς ἁμαρτίας βλέπει, τὰς δὲ αἰτίας αὐτῶν οὐ δύναται ἰδεῖν.

ρό. Ἔστιν ὁ ποιῶν προφανῶς ἐντολὴν, δουλεύων πάθει, καὶ διὰ λογισμῶν πονηρῶν ἀγαθὴν πρᾶξιν ἐξαφανίζων. D

ροά. Ἐμφερόμενος ἐν ἀρχῇ κακοῦ, μὴ λέγε, οὐ μὴ νικήσῃ με· καθὸ γὰρ ἂν ἐμφέρῃ, κατὰ τοσοῦτον ἤδη νενίκηται.

ροβ΄. Ἕκαστον τῶν γενομένων, ἀπὸ μικροῦ ἄρχεται· καὶ κατὰ μέρος τρεφόμενον, λαμβάνει τὴν αὔξησιν.

ρογ΄. Δίκτυόν ἐστι πολύπλοκον, ἡ τῆς κακίας μέθοδος, ᾧ μερικῶς ἐμπλακεὶς, ἐὰν ἀμελήσῃ, περιεκτικῶς σφίγγεται.

ροδ΄. Μὴ θέλε ἀκούειν δυστυχίας ἐχθρῶν ἀνθρώπων· οἱ γὰρ ἡδέως ἀκούοντες τῶν τοιούτων ῥημάτων, καρποὺς τρυγῶσι τῆς ἰδίας προθέσεως.

ροέ. Μὴ πᾶσαν θλῖψιν ἐπέρχεσθαι τοῖς ἀνθρώποις δι' ἁμαρτίαν νόμιζε· εἰσὶ γάρ τινες εὐαρεστοῦντες καὶ πειραζόμενοι. γέγραπται γὰρ, ἀσεβεῖς καὶ ἄνομοι ἐκδιωχθήσονται. ὁμοίως καὶ οἱ εὐσεβῶς θέλοντες ζῆν ἐν Χριστῷ, διωχθήσονται. E

ροϛ΄. Ἐν καιρῷ θλίψεως, βλέπε τὴν προσβολὴν τῆς θλίψεως· ἐπειδὴ γὰρ ἡ προσβολὴ παραμυθεῖται τὴν θλῖψιν, εὐπαράδεκτος γίνεται.

ροζ΄. Τινὲς φρονίμους λέγουσι, τοὺς διακριτικοὺς τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων· φρόνιμοι δέ εἰσιν, οἱ ἐπικρατοῦντες τῶν ἰδίων θελημάτων.

A CLVI. Si quem videris simulanter & hypocritice te laudantem, ab eodem suo tempore vituperationem quoque exspecta.

CLVII. Præsentes tribulationes cum futuris bonis commuta: & ita nulla umquam difficultas tuum certamen eludet.

CLVIII. Quando propter externam aliquam, hoc est corporalem largitionem, hominem ut virum bonum extra Deum laudaveris; postea ille tibi improbus apparebit.

CLIX. Omne bonum a Domino pro sua dispensatione venire solet: ceterum illud deferentes, boni illius ministri sunt.

CLX. Bonarum & malarum rerum communes B implicationes æqua ratione suscipito: atque ita Deus avertit inæqualitatis occasiones.

CLXI. Cogitationum inæqualitas, propriorum improprie mutationes infert. Nam Deus invita voluntariis promte distribuit.

CLXII. Opera externa promanant ex intelligibilibus, atque ex sententia divina suppeditant quod necessarium est.

CLXIII. Cordi deliciis indulgenti, pestilentes succrescunt cogitationes: & in fumo materiam subjacentem cognoscimus.

CLXIV. Permane constans in animo, & nullam senties in tentationibus molestiam: illinc autem discedens, suffer contingentia.

C CLXV. Precare Deum, ne tibi veniat tentatio: ceterum venientem suscipito, ut tuam, non ut alienam.

CLXVI. Tolle cogitationem tuam ab omni avaritia, ac tum conspicere poteris omnes diaboli insidias.

CLXVII. Qui dixerit, se nosse omnes diaboli insidias, non novit se ipsum perfectum gerere.

CLXVIII. Mens egressa de corporalibus curis, videt secundum proportionem inimicorum versutias.

CLXIX. Qui cogitationibus ducitur, excæcatur ab illis: & peccatorum quidem operationes videt, porro illorum caussas videre non potest.

CLXX. Est qui facit propalam mandatum, affectibus serviens, & per cogitationes pravas bonum D opus obscurans.

CLXXI. Dum versaris in mali seu peccati principio, ne dicas: Non vincet me. Quatenus enim in eo versaris, tantum jam quoque victus es.

CLXXII. Unumquodque eorum quod fit, a parvis incipitur initiis: atque ita dum particulatim nutritur, lentis incrementis augmentum consequitur.

CLXXIII. Vitiorum methodus rete est multiplex: qui particulatim implicatus est, si neglexerit, tandem omnibus membris constringitur.

CLXXIV. Ne velis cupidus esse audiendi inimicorum hominum infortunia. Libenter enim audientes verba hujusmodi, proprii propositi fructus vindemiant.

E CLXXV. Ne omnem afflictionem aut tribulationem hominibus propter peccata contingere existimes. Sunt enim nonnulli qui Deo placent, & tamen probantur tentationibus. Scriptum est enim: Impii & iniqui persecutionem patientur. Similiter scriptum est: [a] Volentes in Christo pie vivere, persecutionem patientur.

CLXXVI. In tempore tribulationis, accessum tribulationis intuere. Si enim adjectio tribulationem consolatur, dulcis fit tribulatio & facilis.

CLXXVII. Quidam prudentes vocant eos qui multo usu exculti, res sensibiles dijudicare possunt. Verum illi demum prudentes perhibendi sunt, qui propriæ voluntati dominantur.

[a] II. Tim. III. 12.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

ροή. Πρὸ ἀναιρέσεως τῶν κακῶν, μὴ ὑπακούσῃς τῇ καρδίᾳ σου· οἵας γὰρ ἐνθήκας ἔχει, τοιαύτας καὶ προσθήκας ἐπιζητεῖ.

ροθ'. Ὥσπερ εἰσὶν ὄφεις συναντῶντες ἐν νάπαις, καί εἰσιν ἕτεροι φωλεύοντες ἐν οἰκίαις· οὕτως εἰσὶ πάθη, λογιστικῶς μορφούμενα, καί εἰσιν ἕτερα, πρακτικῶς ἐγκείμενα, εἰ καὶ ἐξ ἄλλων εἰς ἄλλας εἰκόνας μετεμορφώθησαν.

ρπ'. Ὅταν ἴδῃς τὰ ἐγκείμενα ὑποςατικῶς κινούμενα, καὶ εἰς πάθος προκαλούμενα τὸν νοῦν ἡσυχάζοντα, γίνωσκε ὅτι ὁ νοῦς ποτε καὶ τούτων προηγήσατο, καὶ εἰς πρᾶξιν ἤγαγε, καὶ τῇ καρδίᾳ ἐνέθηκεν.

ρπα'. Οὐ συνίςαται νέφος ἐκτὸς αὔρας καὶ ἀνέμου, καὶ οὐ γεννᾶται πάθος ἐκτὸς ἐννοίας.

ρπβ'. Ἐὰν μηκέτι ποιῶμεν τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς κατὰ τὴν γραφὴν, ῥᾳδίως ἐν Κυρίῳ ὑπολήξει τὰ προεγκείμενα.

ρπγ'. Τὰ μὲν ὑποστατικὰ τοῦ νοὸς εἴδωλα, πονηρότερά ἐςι καὶ ἐπικρατέστερα· τὰ δὲ λογιστικὰ, τούτων αἴτια καὶ προηγητικά.

ρπδ'. Ἔστι κακία καρδιακῶς κατέχουσα διὰ τὴν χρονίαν πρόληψιν· καὶ ἔςι κακία λογιςικῶς πολεμοῦσα διὰ τῶν καθημερινῶν πραγμάτων.

ρπε'. Ὁ Θεὸς τὰς πράξεις κατὰ τὰς προθέσεις λογίζεται· δῴη γάρ σοι, φησὶ, Κύριος κατὰ τὴν καρδίαν σου.

ρπς'. Ὁ ἐν θεωρίᾳ συνειδήσεως μὴ ἐγκαρτερῶν, οὐδὲ τοὺς σωματικοὺς πόνους ὑπὲρ εὐσεβείας καταδέχεται.

ρπζ'. Φυσικὴ βίβλος ἐστὶ συνείδησις. ὁ ἐμπράκτως ἀναγινώσκων αὐτὴν, λαμβάνει πεῖραν θείας ἀντιλήψεως.

ρπη'. Ὁ μὴ αἱρούμενος τοὺς ὑπὲρ ἀληθείας πόνους ἑκουσίως, ὑπὸ τῶν ἀκουσίων χαλεπωτέρως παιδεύεται.

ρπθ'. Ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ δύναμιν ποιῶν αὐτὸ, διὰ μικρῶν πόνων τοὺς μεγάλους ἐκφεύξεται.

ρϟ'. Ὁ ἐκτὸς προσευχῆς καὶ ὑπομονῆς πειρασμοὺς νικῆσαι θέλων, οὐκ ἀπώσεται αὐτοὺς, ἀλλὰ πλέον ἐμπλακήσεται.

ρϟα'. Κύριος εἰς τὰς ἰδίας ἐγκέκρυπται ἐντολὰς, καὶ τοῖς ζητοῦσιν αὐτὸν κατ' ἀναλογίαν εὑρίσκεται.

ρϟβ'. Μὴ εἴπῃς, ἐποίησα ἐντολὰς, καὶ οὐχ εὗρον τὸν Κύριον. γνῶσιν γὰρ μετὰ δικαιοσύνης πολλάκις εὕρηκας· οἱ δὲ ὀρθῶς ζητοῦντες αὐτὸν, εὑρήσουσιν εἰρήνην.

ρϟγ'. Εἰρήνη, ἔςι τῶν παθῶν ἀπαλλαγή· αὐτὴ δὲ, ὡς λέγει ὁ ἅγιος ἀπόςολος, ἐκτὸς ἐνεργείας τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐχ εὑρίσκεται.

ρϟδ'. Ἄλλο πρᾶξις ἐντολῆς, καὶ ἄλλο ἀρετὴ, κἂν ἐξ ἀλλήλων τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀφορμὰς λαμβάνωσι τὰ πάντα.

ρϟε'. Πρᾶξις ἐντολῆς λέγεται, ἐν τῷ πρᾶξαι τὸ προστεταγμένον· ἀρετὴ δὲ, ἐν τῷ ἀρέσκειν τῇ ἀληθείᾳ τὸ γεγενημένον.

ρϟς'. Ὥσπερ εἷς μέν ἐστιν ὁ αἰσθητὸς πλοῦτος, κατὰ δὲ κτῆσιν πολυμερής· οὕτω μία ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, πολυτρόπους ἔχουσα τὰς ἐργασίας.

ρϟζ'. Ὁ ἐκτὸς ἔργου σοφιζόμενος καὶ λαλῶν λόγους, πλουτεῖ ἐξ ἀδικίας· καὶ οἱ πόνοι αὐτοῦ κατὰ τὴν γραφὴν, εἰς οἴκους ἀλλοτρίους ἔρχονται.

ρϟη'. Πάντα ὑπακούσεται τῷ χρυσίῳ φησί· καὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τὰ νοητὰ διοικηθήσεται.

A CLXXVIII. Ante vitiorum sublationem cave cordi tuo obtemperes. Quales enim impositiones habet, tales etiam appositiones requirit.

CLXXIX. Quemadmodum sunt serpentes occurrentes in nemoribus, sunt item alii in ædibus latenter excubantes: sic affectus sunt in mente formati, sunt item alii latentes in operibus, tametsi ex aliis in alias formas subinde transmutentur.

CLXXX. Cum videris concupiscentias certo moveri, & ad affectum mentem quiescentem iisdem provocari, tum scias, quod harum antehac mens dux exstiterit, inque opus duxerit, cordique eas ipsas imposuerit.

CLXXXI. Non conflatur nubes citra venti spiri-
B tum, neque ullus generatur affectus citra cogitationem.

CLXXXII. Si non amplius carnis voluntates fecerimus, secundum scripturam, facile in Domino desinent concupiscentiæ conceptæ in animo.

CLXXXIII. Substantiva mentis simulacra, pejora sunt & fortiora: ceterum rationalia, horum caussæ sunt & duces.

CLXXXIV. Est vitium, quo cor prorsus tenetur propter diurnam mentis præoccupationem. Rursus est aliud, mentem impugnans per quotidianas actiones.

CLXXXV. Deus actiones secundum propositum æstimat. [a] *Tribuat enim*, inquit, *tibi Dominus*, *secundum cor tuum*.

C CLXXXVI. Qui in contemplatione conscientiæ constanter non perdurat, neque labores corporales pro pietate ferendos suscipit.

CLXXXVII. Naturalis liber est conscientia: hanc quicumque strenue & graviter legerit, ille divini auxilii non dubiam sumet experientiam.

CLXXXVIII. Quicumque pro veritate tuenda labores sua sponte non susceperit, a multo gravioribus & acerbioribus etiam invitus castigabitur.

CLXXXIX. Qui voluntatem Dei perspectam habet, eamdemque pro virili fecerit, modicis laboribus maximas difficultates effugiet.

CXC. Qui citra orationem & patientiam, tentationes vincere voluerit, nequaquam eas a se pro-
D pulsabit, sed multo magis illis implicabitur.

CXCI. Dominus in suis ipsius mandatis delitescit absconditus: qui hactenus invenitur a quærentibus, quatenus inquiritur ab illis.

CXCII. Ne dicas: Mandatis satisfeci, neque tamen Dominum reperi. Etenim cognitionem cum justitia non raro invenisti. Ceterum qui recte quærunt illum, pacem invenient.

CXCIII. Porro pax, est affectuum liberatio. Hæc autem, ut beatus inquit Apostolus [b], citra Spiritus sancti cooperationem non invenitur.

CXCIV. Aliud est mandati exsecutio, aliud virtus: tametsi ex se mutuo omnia hæc bonorum occasiones accipiant.

E CXCV. Exsecutio mandati dicitur id quod ipso opere in mandato faciendum ordinatum est. Virtus autem in hoc sita est, ut placeat veritati id quod actum est.

CXCVI. Quemadmodum unæ sunt divitiæ sensibiles, juxta possessionem autem multiplices: sic una virtus est, diversimodas habens actiones quibus perficitur.

CXCVII. Qui citra laborem, alios decipiendo & verba fundendo, ditescit ex iniquitate; etiam *labores ejus* secundum scripturam [c], *in alienas ædes migrabunt*.

CXCVIII. *Auro obediunt omnia*, inquit [d], & gratia Dei res conceptæ geruntur.

a Psalm. xix. 5. b 1. Cor. xii. 11. c Prov. V. 10. d Eccle. x. 19.

ρϙθ'. Συνείδησις ἀγαθὴ διὰ προσευχῆς εὑρίσκεται, καὶ προσευχὴ καθαρὰ διὰ συνειδήσεως· θάτερον γὰρ θατέρου κατὰ φύσιν προσδέεται. A

σ'. Ὁ Ἰακὼβ τῷ Ἰωσὴφ χιτῶνα ποικίλον ἐποίησε, καὶ ὁ Κύριος τῷ πρᾳεῖ γνῶσιν ἀληθείας χαρίζεται, καθὼς γέγραπται, ὅτι διδάξει πρᾳεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ.

σα'. Πάντοτε ἐργάζου τὸ ἀγαθὸν κατὰ δύναμιν, καὶ ἐν καιρῷ τοῦ μείζονος μὴ στρέφου ἐπὶ τὸ ἔλαττον· ὁ γὰρ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, φησὶν, οὐκ ἔστιν εὔθετος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

CXCIX. Conscientia bona per orationem invenitur, & pura oratio per conscientiam. Alterum enim secundum naturam egens est alterius.

CC. Jacob filio suo Joseph [a] variegatam paravit tunicam; & Dominus mansueto veritatis largitur notitiam; quemadmodum scriptum est: [b] *Docebit mites vias suas.*

CCI. Semper pro virili operare bonum; & in tempore majoris, ne convertas te ad id quod minus est. *Qui enim se vertit retro*, inquit Christus [c], *non aptus est regno cælorum.*

[a] Gen. XXXVII. 3. [b] Psalm. XXIV. 9. [c] Luc. IX. 62.

EJUSDEM

# S. MARCI

## MONACHI ET EREMITÆ

## OPUSCULUM II.

### Περὶ τῶν οἰομένων ἐξ ἔργων δικαιοῦσθαι.

α'. Η τῶν ἔξωθεν κακοπιστία ἐν τοῖς ὑπογεγραμμένοις, ἐλέγχεται ὑπὸ τῶν βεβαιοπίστων, καὶ ἐπεγνωκότων τὴν ἀλήθειαν.

β'. Ὁ Κύριος πᾶσαν ἐντολὴν ὀφειλομένην δεῖξαι θέλων, τὴν δὲ υἱοθεσίαν ἰδίῳ αἵματι δεδωρημένην τοῖς ἀνθρώποις, φησὶν, ὅταν πάντα ποιήσητε προστεταγμένα ὑμῖν, τότε εἴπατε, δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν, καὶ ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν· διὰ τοῦτο οὐκ ἔστι μισθὸς ἔργων ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ χάρις δεσπότου, πιστοῖς δούλοις ἡτοιμασμένη.

γ'. Οὐκ ἀπαιτεῖ δοῦλος ὡς μισθὸν, τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' εὐαρεστεῖν ὡς ὀφειλέτης, καὶ κατὰ χάριν ἐκδέχεται. C

δ'. Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ τοῖς εὖ δουλεύουσιν αὐτῷ, τὴν ἐλευθερίαν χαρίζεται· φησὶ γὰρ, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἐγένου πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου.

ε'. Οὔπω δοῦλός ἐστι πιστὸς, ὁ ψιλῇ τῇ γνώσει ἐπερειδόμενος, ἀλλ' ὁ δι' ὑπακοῆς τῷ ἐντειλαμένῳ Χριστῷ πιστεύων.

ς'. Ὁ τὸν δεσπότην τιμῶν, ποιεῖ τὰ κελευόμενα· σφαλεὶς δὲ ἢ παρακούσας, ὑπομένει ὡς ἴδια τὰ ἐπερχόμενα. D

ζ'. Φιλομαθὴς ὢν, γίνου καὶ φιλόπονος· ἡ γὰρ ψιλὴ γνῶσις, φυσιοῖ τὸν ἄνθρωπον.

η'. Οἱ ἀπροσδοκήτως ἡμῖν συμβαίνοντες πειρασμοὶ, οἰκονομικῶς ἡμᾶς φιλοπόνους διδάσκουσι, καὶ μὴ βουλομένους εἰς μετάνοιαν ἕλκουσιν.

θ'. Αἱ ἐπερχόμεναι θλίψεις ἀνθρώποις, τῶν ἰδίων κακῶν εἰσὶν ἔκγονα· ἐὰν δὲ αὐτὰς διὰ προσευχῆς ὑπομείνωμεν, εὑρήσομεν πάλιν ἀγαθῶν πραγμάτων ἐπιφοράν.

ι'. Τινὲς ἐπ' ἀρετῇ ἐπαινεθέντες, ἡδυνήθησαν,

B

### *De his qui putant se ex operibus justificari.*

I. IN rebus externis male collocata fides, his quæ infra scripta sunt, confutatur a firmiter credentibus, & veritatem cognoscentibus.

II. Dominus, totius legis debitores nos esse indicare volens, & filiorum adoptionem proprio sanguine hominibus gratuito datam, inquit: [a] *Cum omnia feceritis quæ præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus; & quod debuimus facere, fecimus.* Propterea regnum cælorum non est merces operum, sed gratia Domini fidelibus servis præparata.

III. Servus non postulat libertatem, tamquam debitam sibi mercedem: sed acquiescit tamquam debitor benignitatem heri sentiens, & ex gratia suscipit.

IV. Qui pro peccatis nostris mortuus est, secundum Scripturas, etiam fideliter & probe ipsi servientibus, libertatem largitur gratuito. Ait enim: [b] *Euge serve bone & fidelis; super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.*

V. Nondum vero servus fidelis perhibendus est, qui nudæ solum cognitioni innititur: sed qui per obedientiam præcipienti Christo fide adhærescit.

VI. Qui Dominum honore afficit, jussa Domini sui capessit. Ceterum qui errat, aut hero suo dicto non est audiens, tamquam propria fert, quæ sibi obveniunt.

VII. Discendi studiosus exsistens, fac etiam laboris amans evadas. Siquidem nuda cognitio inflare solet hominem.


VIII. Tentationes ex improviso nobis contingentes, dispensatione quadam laboris studiosos nos erudiunt, atque etiam invitos ad pœnitentiam pertrahunt.

IX. Tribulationes hominibus contingentes, ex propriis nascuntur vitiis: eas vero si per orationem toleraverimus, iterum bonarum rerum additamentum inveniemus.

X. Quidam ob virtutis claritatem atque præstan-

[a] Luc. XVII. 10. [b] Matth. XXV. 21. 23.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



καὶ τὴν τῆς κενοδοξίας αὐτῶν ἡδονὴν, ἔδοξαν εἶναι παράκλησιν· ἕτεροι ἐφ' ἁμαρτίαις ἐλεγχθέντες, ἐπόνεσαν, καὶ τὸν ἐπωφελῆ πόνον ἐλογίσαντο εἶναι κακίας ἐνέργειαν.

ια'. Ὅσοι προφάσει ἀγώνων ἀμελεστέρων κατεπαίρονται, οὗτοι ἐξ ἔργων σωματικῶν δικαιοῦσθαι νομίζουσιν· ὅσοι δὲ ἐπερειδόμενοι ψιλῇ τῇ γνώσει τοὺς ἀγνοοῦντας εὐτελίζουσιν, οὗτοι ἐκείνων πολὺ ἀφρονέστεροι τυγχάνουσιν.

ιβ'. Ἐκτὸς τῶν κατ' ἀρετὴν ἔργων, οὔπω βεβαία ἡ γνῶσις, κἂν ἀληθὴς τυγχάνῃ. διότι παντὶ πράγματι τὸ ἔργον ἐστὶ βεβαίωσις.

B ιγ'. Πολλάκις ἐκ τῆς περὶ τὴν πρᾶξιν ἀμελείας, καὶ ἡ γνῶσις σκοτίζεται· ὧν γὰρ αἱ ἐργασίαι καθόλου παρελογίσθησαν, τούτων καὶ αἱ μνῆμαι κατὰ μέρος οἰχήσονται. ἡ γραφὴ διὰ τοῦτο κατὰ γνῶσιν εἰδέναι τὸν Θεὸν ὑποτίθεται, ἵν' ὀρθῶς αὐτῷ ποτε διὰ τῶν ἔργων δουλεύσωμεν.

ιδ'. Ὅταν προφανῶς ἐπιτελῶμεν ἐντολὰς, τὰ μὲν ἰδικὰ παρὰ Κυρίου ἀναλόγως λαμβάνομεν· ὠφελούμεθα δὲ, κατὰ τὸν σκοπὸν τῆς προθέσεως.

ιε'. Ὁ θέλων τι πρᾶξαι καὶ μὴ δυνάμενος, ὡς ποιήσας ἐστὶ παρὰ τῷ καρδιογνώστῃ Θεῷ. τοῦτο καὶ ἐπὶ ἀγαθοῖς, καὶ ἐπὶ κακοῖς νοητέον.

C ιϛ'. Ὁ νοῦς ἐκτὸς τοῦ σώματος, ἀγαθὰ καὶ κακὰ ἐκτελεῖ πολλά· τὸ δὲ σῶμα ἐκτὸς τοῦ νοὸς, οὐδὲν τούτων ἐπιτελέσαι δύναται. διότι ὁ νόμος τῆς ἐλευθερίας, πρὸ τῆς πράξεως ἀναγινώσκεται.

ιζ'. [1] Τινὲς μὴ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς, πιστεύειν ὀρθῶς νομίζουσι· τινὲς δὲ ποιοῦντες, ὡς μισθὸν ὀφειλόμενον, τὴν βασιλείαν ἐκδέχονται· ἀμφότεροι δὲ τῆς βασιλείας ἀπεσφάλησαν.

ιη'. Παρὰ δεσπότου μισθὸς δούλοις οὐ κεχρεώστηται, οὐδ' αὖ πάλιν εἰ μὴ δουλεύσαντες ὀρθῶς ἐλευθερίαν τυγχάνουσιν.

D ιθ'. Εἰ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ οὐ ζῶμεν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι, δηλονότι δουλεύειν αὐτῷ ἕως θανάτου κεχρεωστήκαμεν. πῶς οὖν ὀφειλομένην τὴν υἱοθεσίαν λογισόμεθα;

κ'. Χριστὸς, δεσπότης κατ' οὐσίαν, καὶ δεσπότης κατ' οἰκονομίαν, ὅτι καὶ μὴ ὄντας ἐποίησε, καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ θανόντας, διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος ἐξηγόρασε, καὶ τοῖς οὕτω πιστεύουσι, τὴν χάριν ἐδωρήσατο.

E κα'. Ὅταν ἀκούσῃς τῆς γραφῆς λεγούσης, ὅτι ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, οὐκ ἔργα λέγει γεέννης ἢ βασιλείας ἀντάξια· ἀλλ' ἔργα τῆς ἑαυτοῦ ἀπιστίας ἢ πίστεως, ἃ Χριστὸς ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ, οὐχ ὡς συναλλάκτης πραγμάτων, ἀλλ' ὡς Θεὸς κτίστης καὶ ἀγοραστὴς ἡμῶν.

κβ'. Ὅσοι τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας ἠξιώθημεν, τὰ ἀγαθὰ ἔργα, οὐ δι' ἀνταπόδοσιν προσφέρομεν, ἀλλὰ διὰ φυλακὴν τῆς δοθείσης ἡμῖν καθαρότητος.

κγ'. Πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ὃ διὰ τῆς ἡμετέρας ἐργαζόμεθα φύσεως, ἀπέχεσθαι μὲν ποιεῖ τοῦ ἐναντίου κακοῦ, προσθήκην δὲ ἁγιασμοῦ ἐκτὸς χάριτος ποιῆσαι οὐ δύναται.

κδ'. Ὁ ἐγκρατὴς, ἀπέχεται γαστριμαργίας· ὁ

A etiam laudati, gestierunt lætitia, ac suæ ipsius ambitionis voluptatem, cohortationem esse existimaverunt. Alii propter peccata reprehensi, doluerunt seu laboraverunt, & utilem dolorem seu laborem efficacem vitiorum operationem reputaverunt.

XI. Quicumque occasione certaminum adversus vilioris conditionis homines insolenter extolluntur, illi ex operibus corporeis & externis justificationem semet consecuturos existimant. Quotquot autem nudæ tantum cognitioni innitentes, ignorantes aspernantur, ii prioribus longe dementiores habendi sunt.

XII. Citra virtutis opera nondum firma est cognitio, tametsi vera exsistat. Quamobrem cuique rei stabilitas opus est.

B XIII. Non raro per negligentiam quæ circa alicujus rei operationem committitur, etiam cognitio obscuratur. Etenim quarum rerum operationes prorsus neglectæ sunt, harum etiam memoria sensim & particulatim abolescet. Scriptura ideo suggerit, ut Deum cognoscamus atque sciamus, quo recte illi per opera serviamus.

XIV. Quando aperte præceptis satisfacimus, peculiaria quidem a Domino, pro sua dispensatione, recipimus: adjuvamur autem secundum scopum propositi.

XV. Cui animus est aliquid faciendi, nec potest, perinde est apud Deum cordis cognitorem, ac si fecisset. Hoc de bonis & malis rebus intelligendum est.

C XVI. Animus hominis sine corpore bona & mala multa perficit: ceterum corpus, sine animo, horum nihil potest perficere. Quapropter lex libertatis ante opus cognoscitur.

XVII. Quidam non facientes præcepta, se tamen recte & sane credere existimant. Rursum sunt nonnulli facientes, qui tamquam debitam mercedem regnum cælorum se suscepturos sperant. Horum utrique a regni cælestis possessione frustrati excident.

XVIII. Ab heris nulla merces servis debetur: neque rursum, nisi recte servientes, libertatem & manumissionem consequuntur.

D XIX. Si Christus pro nobis mortuus est, secundum scripturas [a], non vivamus nobis ipsis: sed ei qui pro nobis mortuus est, & resurrexit, pro officio servire debemus usque ad mortem. Quomodo igitur filiorum adoptionem nobis deberi putabimus?

XX. Christus, Dominus noster est & secundum essentiam, & Dominus secundum gubernationem sive familiæ administrationem. Quoniam cum non essemus, nos fecit & condidit, & peccato mortuos proprio sanguine suo nos mercatus est: & iis qui ita credunt, gratiam suam gratuito largitus est.

XXI. Quando audieris scripturam dicentem [b], quod *redditurus sit unicuique secundum opera sua*, non dicit opera gehenna aut regno digna: verum unicuique suæ incredulitatis aut fidei opera redditurus E est, non tamquam circa res contrahens, sed veluti Deus conditor & mercator noster.

XXII. Quicumque regenerationis lavacro dignati sumus, bona opera non propter retributionem facimus, sed propter custodiam concessæ nobis puritatis & munditiæ.

XXIII. Omne opus bonum quod per nostram naturam operamur, tantum quidem efficit, ut a contrario malo aut vitio abstineamus: ceterum extra gratiam, sanctificationis accessionem nobis facere non potest.

XXIV. Qui temperantis est animi, a crapula

*a* II. Cor. V. 15. *b* Psalm. LXI. 13.

1. Τινὲς κ. τ. λ.] Caute legendus hic locus.

ἀκτήμων, πλεονεξίας· ὁ ἥσυχος, πολυλογίας· ὁ ἁγνὸς, φιληδονίας· ὁ σεμνὸς, πορνείας· ὁ αὐτάρκης, φιλαργυρίας· ὁ πρᾶος, ταραχῆς· ὁ ταπεινόφρων, κενοδοξίας· ὁ ὑποτακτικὸς, φιλονεικείας· ὁ ἐλεγκτικὸς, ὑποκρίσεως. ὁμοίως ὁ εὐχόμενος, ἀπέχεται ἀνελπιστίας· ὁ πτωχὸς, φιλοχρηματίας· ὁ ὁμολογητὴς, ἀρνήσεως· ὁ μάρτυς, εἰδωλολατρείας. [1] Βλέπεις πῶς πᾶσα ἡ ἕως θανάτου ἐπιτελουμένη ἀρετὴ, οὐδὲν ἕτερον ἢ ἁμαρτίας ἐστὶν ἀποχή; ἁμαρτίας δὲ ἀποχὴ, φύσεώς ἐστιν ἔργον, οὐ βασιλείας ἀντάλλαγμα· ἄνθρωπος μόλις φυλάσσει τὰ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως· Χριστὸς δὲ, διὰ σταυροῦ τὴν υἱοθεσίαν χαρίζεται.

κε΄. Ἔστιν ἐντολὴ μερικὴ, καὶ ἔστιν ἑτέρα περιεκτική. τῇ μὲν γὰρ μερικῶς, κελεύει μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι, τῇ δὲ ἐντέλλεται, πᾶσιν ἀποτάξασθαι τοῖς ὑπάρχουσιν.

κϛ΄. Ἔστιν ἐνέργεια χάριτος, τῷ νηπίῳ ἀγνοουμένη. καὶ ἔστι τῆς κακίας ἑτέρα, τῇ ἀληθείᾳ ἐξομοιουμένη. καλὸν δὲ τὰ τοιαῦτα μὴ ἐνοπτρίζεσθαι διὰ τὴν πλάνην· μήτε μὴν ἀναθεματίζειν, διὰ τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ πάντα δι' ἐλπίδος προσφέρειν τῷ Θεῷ· αὐτὸς γὰρ οἶδε τῶν ἀμφοτέρων τὸ χρήσιμον.

κζ΄. Ὁ διαπεράσαι θέλων τὴν νοητὴν θάλασσαν, μακροθυμεῖ, ταπεινοφρονεῖ, ἀγρυπνεῖ, ἐγκρατεύεται· ἐκτὸς δὲ τῶν τεσσάρων τούτων ἐὰν εἰσελθεῖν βιάσηται, θορυβεῖ μὲν τὴν καρδίαν, περάσαι δὲ οὐ δύναται.

κη΄. Ἡσυχία ὠφελεῖ, τῶν κακῶν ἀργήσασα· ἐὰν δὲ καὶ τὰς τέσσαρας ἀρετὰς ἐν προσευχῇ προσλάβῃ βοήθημα, πρὸς ἀπάθειαν οὐδὲν αὐτῆ συντομώτερον.

κθ΄. Οὐκ ἔστιν ἡσυχάσαι τὸν νοῦν ἄνευ σώματος, οὔτε λῦσαι τὸ τούτων μεσότοιχον ἄνευ ἡσυχίας καὶ προσευχῆς.

λ΄. Σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός· οἱ δὲ πνεύματι περιπατοῦντες, ἐπιθυμίαν σαρκικὴν οὐ μὴ τελέσωσιν.

λα΄. Οὐκ ἔστι τελεία προσευχὴ χωρὶς νοητῆς ἐπικλήσεως· ἀπερισπάστως δὲ βοώσης ἐννοίας ἐπακούει ὁ Κύριος.

λβ΄. Νοῦς ἀπερισπάστως εὐχόμενος, θλίβει καρδίαν· καρδίαν δὲ συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει.

λγ΄. Ἡ προσευχὴ, ἀρετὴ λέγεται, κἂν μήτηρ αὐτῶν τυγχάνῃ· ἀπογεννᾷ γὰρ αὐτὰς, διὰ τῆς εἰς Χριστὸν συναφείας.

λδ΄. Ἐὰν πράξωμεν χωρὶς προσευχῆς καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος, ὕστερον ἐπιβλαβὲς καὶ ἀτελὲς τυγχάνει.

λε΄. Ὅταν ἀκούσῃς, ἔσονται οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι, μετόχους ἀρετῶν καὶ μετόχους ἀγάπης νόει· ἀγάπη γὰρ, ἐσχάτη μὲν ἀρετῶν τυγχάνει κατὰ γένεσιν· πρώτη δὲ εὑρίσκεται ἁπασῶν κατὰ τὴν ἀξίαν, τὰς προγεγεννημένας αὐτῆς ἐσχάτας ἀποδεικνύουσα.

λϛ΄. Ἐὰν ἀκηδιάσῃς, ὑπὸ κακίας πολυτρόπως θλιβόμενος, μνημόνευσον τῆς ἐξόδου καὶ τῶν χαλεπῶν κολαστηρίων.

λζ΄. Κρεῖσσον γὰρ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ διὰ προσευχῆς καὶ ἐλπίδος, ἢ μνήμας ἔχειν ἐξωτέρας, κἂν ἐπωφελεῖς τυγχάνωσιν.

λη΄. Οὐδεμία τῶν ἀρετῶν μόνη καθ' ἑαυτὴν ἀνοίγει τὴν φυσικὴν ἡμῖν θύραν, ἐὰν μὴ πᾶσαι ἀκολούθως ἀλλήλων ἐξήρτηνται.

λθ΄. Οὐκ ἔστιν ἐγκρατὴς, ὁ λογισμοῖς τρεφόμενος· κἂν γὰρ ὠφέλιμοι ὦσιν, οὐκ εἰσὶ τῆς ἐλπίδος ὠφελιμώτεροι.

A & gastrimargia abstinet: opum negligens, ab avaritia: quietus, a garrulitate: purus & castus, a voluptatibus: pudicus, a scortationibus: contentus, a studio congerendæ pecuniæ: mitis & mansuetus, a tumultu & turbis: humilis animi, ab ambitione & vana gloria: qui præest, a contentione: redarguens, a simulatione. Similiter qui vacat precationibus, ab incredulitate & diffidentia alienus est: pauper, ab avaritia: confessor, a negatione: martyr ab idololatria. Vides ergo quemadmodum omnis virtus quæ ad mortem usque perficitur, nullum aliud opus, quam peccati abstinentia fit. Porro autem peccati abstinentiam naturæ opus esse, certum est: quod regni permutatione nequaquam pensandum est. Homo B vix quæ naturæ sunt opera servat: Christus autem per crucem adoptionem filiorum largitur.

XXV. Est præceptum particulare, & est alterum generale: illo particulariter præcipit, non habenti impertiendum: hoc mandat omnibus bonis renuntiandum.

XXVI. Est actio gratiæ stulto incognita: est rursum altera vitii seu malitiæ, quæ veritati assimilatur. Porro bonum est, ne talia approbemus, propter errorem: neque reprobemus, propter veritatem: sed omnia in spe Deo offerenda sunt. Ipse enim novit utrorumque utilitatem.

XXVII. Trajicere volens mare intellectuale, longanimis est, humilis est, vigilat, temperans est. C Absque his quatuor si conatur ingredi, cor quidem conturbat, trajicere vero non poterit.

XXVIII. Quies prodest, quæ a vitiis agitat otium: ceterum si hasce quatuor virtutes in precationibus in auxilium adsciverit, ad affectuum abjectionem nihil habere potest compendiosius.

XXIX. Non licet pacare mentem sine corpore, neque solvere horum parietem intermedium, sine quiete & precationibus.

XXX. [a] *Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem*. Ceterum qui spiritu ambulant, carnalem concupiscentiam non perficiunt.

XXXI. Non est perfecta precatio, sine invocatione ab animo prodeunte. Animum autem indefi- D nenter clamantem exaudit Dominus.

XXXII. Animus indesinenter vacans precationibus, cor affligit & conterit. [b] *Cor autem contritum & humiliatum Deus non despiciet*.

XXXIII. Precatio quoque virtus dicitur, tametsi mater illarum sit: siquidem virtutes progenerat, propinquitate qua Christo affinis est.

XXXIV. Si operati fuerimus sine precatione & bona spe, noxium & imperfectum postea redditur.

XXXV. Cum audieris; [c] *Erunt novissimi primi, & primi novissimi*: virtutum participes & caritatis participes intellige. Etenim caritas novissima virtutum exsistit, secundum generationem: prima autem omnium invenitur juxta dignitatem, eas quæ E ante ipsam natæ sunt, novissimas esse ostendens.

XXXVI. Si torpueris pigritia a vitiis multipliciter vexatus, memor esto exitus & acerborum suppliciorum.

XXXVII. Melius est adhærere Deo precationibus & spe, quam rerum externarum reminisci, tametsi bonæ sint & utiles.

XXXVIII. Nulla virtutum sola per se naturalem nostram januam aperit, nisi omnes consequenter ex ipsa dependeant.

XXXIX. Ille non est temperans, qui alitur cogitationibus. Nam tametsi utiles fuerint, non tamen sunt spe præstantiores.

a Gal. V. 17. b Psalm. L. 19. c Matth. xix. 30. xx. 16.

1. Βλέπεις] Caute lege.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

μ'. Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον πᾶσα ἀμετανόητος, περὶ ἧς κἂν ἅγιος ὑπὲρ ἑτέρου προσεύξηται, οὐκ εἰσακούεται.

μα'. Ὁ ὀρθῶς μετανοῶν, οὐκ ἀντιλλογεῖ τὸν κόπον τοῖς παλαιοῖς ἁμαρτήμασιν, ἀλλ' ἀεὶ δι' ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ἐξιλεούμενος ἐξευμενίζεται.

μβ'. Εἰ ὅσα ἔχει ἡ φύσις ἡμῶν ἀγαθὰ, καθ' ἡμέραν ποιεῖν αὐτὰ κεχρεωστήκαμεν, τί λοιπὸν περὶ τῶν προγεγενημένων κακῶν τῷ Θεῷ ἀνταποδώσομεν.

μγ'. Ὅσην ἂν ὑπερβολὴν ἀρετῆς σήμερον ποιήσωμεν, παρελθούσης ἀμελείας ἔλεγχός ἐστιν, οὐκ ἀνταπόδοσις.

μδ'. Ὁ θλιβόμενος νοερῶς, καὶ ἀναπαυόμενος σαρκικῶς, ὅμοιός ἐστι τῷ σαρκικῶς θλιβομένῳ, καὶ νοερῶς διαχεομένῳ. ἡ δ' ἐξ ἀμφοῖν θλίψις ἑκούσιος, συνεργεῖ πρὸς θάτερον, ἤτι τῆς διανοίας, τῇ σαρκικῇ, καὶ ἡ τῆς σαρκὸς, πρὸς τὴν διάνοιαν· τὸ γὰρ ἀσύνθετον αὐτῶν, μοχθηρότερον γίνεται.

με'. Μεγάλη ἀρετὴ, τὸ ὑπομένειν τὰ ἐπερχόμενα, καὶ ἀγαπᾷν τοὺς μισοῦντας, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου. ἀγάπης δὲ ἀνυποκρίτου τεκμήριον, ἀδικημάτων συγχώρησις.

μς'. Οὐκ ἔστιν ἀπὸ καρδίας συγχωρῆσαί τινι τὰ παραπτώματα, ἐκτὸς γνώσεως ἀληθοῦς· αὕτη γὰρ ἴδια ἑκάστῳ τὰ ἐπερχόμενα δείκνυσιν.

μζ'. Οὐδὲν ἀπολέσεις, ὃ ἂν ἀφῆς διὰ τὸν Κύριον· τῷ γὰρ ἰδίῳ καιρῷ, πολυπλασίως ἐλεύσεται.

μη'. Ὅταν ὁ νοῦς τοῦ τῆς εὐσεβείας σκοποῦ ἐπιλάθηται, τότε τὸ προφανὲς ἔργον τῆς ἀρετῆς ἀνόνητον γίνεται.

μθ'. Εἰ παντὶ ἀνθρώπῳ βλαβερὰ ἡ κακοβουλία, πολλῷ μᾶλλον τοῖς τὴν ἀκρίβειαν ἐπαπορημένοις.

ν'. Ἔργῳ φιλοσόφει περὶ βουλῆς ἀνθρώπου, καὶ ἀνταποδόσεως Θεοῦ· οὐκ ἔστι γὰρ ὁ λόγος τῆς ἐργασίας σοφώτερος.

να'. Τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας πόνοις ἀκολουθεῖ ἡ ἀντίληψις. τοῦτο δὲ γνωστέον, διὰ νόμου θείου καὶ συνειδήσεως.

νβ'. Εἷς παρέλαβε φρόνημα, καὶ ἀπερισκέπτως ἐκράτησεν· ἕτερος δὲ παρέλαβε, καὶ τῇ ἀληθείᾳ συνέκρινε· ζητητέον, ποῖος αὐτῶν εὐσεβεστέρως ἐπόνησε.

νγ'. Σημεῖον γνώσεως ἀληθοῦς, ἡ τῶν θλιβερῶν ὑπομονὴ, καὶ τὸ μὴ αἰτιᾶσθαι ἀνθρώπους ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν συμφοραῖς.

νδ'. Ὁ ποιῶν ἀγαθὸν, καὶ ζητῶν ἀνταπόδοσιν, οὐ δουλεύει Θεῷ, ἀλλὰ τῷ ἰδίῳ θελήματι. οὐκ ἔστιν ἁμαρτήσαντα τὴν ἀνταπόδοσιν διαδρᾶσαι, εἰ μὴ διὰ μετανοίας προσηκούσης τῷ σφάλματι.

νε'. Τινὲς λέγουσιν· οὐ δυνάμεθα ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν, ἐὰν μὴ ἐναργῶς δεξώμεθα τὴν χάριν τοῦ πνεύματος· ἀεὶ δὲ οἱ προαιρέσει ταῖς ἡδοναῖς ἐγκείμενοι, ὡς ἀβοήθητοι παραιτοῦνται τὸ κατὰ δύναμιν.

νς'. Ἡ μὲν χάρις, τοῖς ἐν Χριστῷ βαπτισθεῖσι, μυστικῶς δεδώρηται· ἐνεργεῖ δὲ κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν, καὶ κρυφίως βοηθεῖν ἡμῖν ἡ χάρις οὐ παύεται· ἐφ' ἡμῖν δέ ἐστι ποιεῖν ἢ μὴ ποιεῖν τὸ ἀγαθὸν κατὰ δύναμιν· πρῶτον μὲν θεοπρεπῶς διεγείρει τὴν συνείδησιν, ὅθεν καὶ κακοποιοὶ μετανοήσαντες τῷ Θεῷ εὐηρέστησαν. πάλιν ἐν διδασκαλίᾳ τοῦ πλησίον ἐγκρύπτεται. ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἐν τῇ ἀναγνώσει τῇ διανοίᾳ παρέπεται, καὶ διὰ τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας ἐκδιδάσκει τὸν νοῦν, τὴν ἑαυ-

XL. Omne peccatum quod alienum eſt a pœnitentia, morti eſt obnoxium: pro quo condonando, etiamſi ſanctus pro altero interceſſerit, non exaudietur.

XLI. Qui vere reſipiſcit, non reputat laborem priſcis peccatis æqualem, verum ſemper per ſe Deum placat.

XLII. Si quæcumque bona natura noſtra habet, quotidie facere debuimus; quid reliquum pro anteactis vitiis Deo retribuemus?

XLIII. Quantum virtutis augmentum hodie fecerimus, præteritæ negligentiæ argumentum eſt, non compenſatio.

XLIV. Qui mente affligitur, & quieſcit corpore, ſimilis eſt ei qui corpore affligitur, & mente lætatur. Ceterum voluntaria afflictio, ſive venit ex utriſque, cooperatur ad alterum: mentis quidem, carnali: carnis vero, ei quæ ſecundum mentem eſt: harum vero disjunctio, tantum fit deterior.

XLV. Magna virtus eſt, perferre ea quæ accidunt, & diligere eos qui nos proſequuntur odio, ſecundum verbum Domini [a]. Porro caritatis non fictæ & ſimulandi neſciæ ſignum, eſt injuriarum condonatio.

XLVI. Impoſſibile eſt ex corde ignoſcere cuiquam ſua delicta, ſine vera cognitione. Hæc enim quæ unicuique accidunt, oſtendit.

XLVII. Nullius rei jacturam facies, quam propter Dominum reliqueris. Suo enim peculiari tempore multiplici fenore ad te redibit.

XLVIII. Quoties humanus animus ſcopum pietatis oblivioni tradiderit, tunc manifeſtum opus virtutis inutile redditur.

XLIX. Si omni homini infeliciter cedere ſolet inconſulta temeritas; multo magis his qui accuratam inveſtigandi diligentiam tollunt e medio.

L. Opere philoſophare de conſilio hominis & retributione Dei. Nullus enim ſermo aut diſputatio operatione eſt ſapientior.

LI. Labores pro pietate ſuſceptos ſequitur retributio: hoc autem cognoſcendum eſt per legem divinam & conſcientiam.

LII. Unus prudentiam accepit, & inconſiderate vicit: alter accepit, & cum veritate judicavit. Quærendum uter illorum fecerit religioſius.

LIII. Veræ cognitionis ſignum eſt, afflictionum tolerantia, neque ſuarum calamitatum aut damnorum culpam aſſignare hominibus.

LIV. Faciens bonum, & quærens retributionem, non ſervit Deo, ſed propriæ voluntati. Neque poſſibile eſt, eum qui peccavit, retributionem perficere, niſi per reſipiſcentiam delicto convenientem & congruam.

LV. Quidam dicunt, Non poſſumus bonum facere, niſi evidenter Spiritus ſancti gratiam ſuſceperimus. Semper autem tales animi propoſito ſtudentes voluptatibus, tamquam ii qui omni deſtituti ſunt auxilio, faciendi facultatem expoſtulant.

LVI. Gratia quidem iis qui in Chriſto baptizati ſunt, arcana quadam & myſtica ratione data eſt; operatur autem ſecundum proportionem exſecutionis præceptorum. Quin etiam occulte gratia nobis auxiliari non deſinit: in nobis autem ſitum eſt, pro virili bonum facere aut non facere. Primum quidem divinitus excitat conſcientiam. Unde etiam malefici, vita per reſipiſcentiam in melius mutata, Deo accepti ſunt. Rurſum in doctrina proximi occultatur. Eſt etiam, quando in ſacrarum litterarum lectione cogitationem ſubſequitur, & per na-

a Matth. V. 44.

τῆς ἀληθείας. εἰ οὖν τῆς μεγάλης ταύτης ἀκολουθείας μὴ κρύψωμεν τὸ τάλαντον, εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου ἐναργῶς εἰσελευσόμεθα.

νζʹ. Ὁ πρὸ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν τὰς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος παραζητῶν, ὅμοιός ἐστι δούλῳ ἀργυρωνήτῳ, ὃς ἅμα τῷ ἀγορασθῆναι, σὺν ταῖς ὠναῖς καὶ ἐλευθερίας γραφὴν παραζητεῖ.

νηʹ. Ὁ τὰς ἔξωθεν ἐπιφορὰς δικαιοσύνῃ Θεοῦ παραγινομένας εὑρηκὼς, οὗτος ζητῶν τὸν Κύριον, εὗρε γνῶσιν μετὰ δικαιοσύνης.

νθʹ. Ἐὰν νοήσῃς, κατὰ τὴν γραφὴν; ὅτι ἐν πάσῃ τῇ γῇ τὰ κρίματα Κυρίου, γενήσεταί σοι πᾶσα σύμβασις, θεογνωσίας διδάσκαλος.

ξʹ. Κατὰ τὴν ἑκάστου ἔννοιαν ἀπαντᾷ τὸ ὀφειλόμενον· τὴν δὲ ποικιλίαν τῆς ἁρμοδίου ἐπιφορᾶς, μόνος ὁ Θεὸς ἐπίσταται.

ξαʹ. Ὅταν ἀτιμίαν τινὰ παρὰ ἀνθρώπων πάθῃς; εὐθὺς τὴν ἐπιφορὰν τῆς παρὰ Θεοῦ δόξης ἐννόησον· καὶ ἐπὶ μὲν τῇ ἀτιμίᾳ, ἄλυπος καὶ ἀτάραχος ἔσῃ· ἐπὶ δὲ τῇ δόξῃ, πιστὸς καὶ ἀκατάκριτος εὑρεθήσῃ, ὅταν ἐλεύσηται.

ξβʹ. Ἐπαινούμενος ὑπὸ πλήθους κατ' εὐδοκίαν Θεοῦ, ἐπιδεικτικὸν μὲν μηδὲν ἐπιμίξῃς τῇ κυριακῇ οἰκονομίᾳ, ἵνα μὴ πάλιν ἐκ μεταβολῆς εἰς τοὐναντίον ἐμπέσῃς.

ξγʹ. Σπόρος οὐκ αὐξηθήσεται δίχα γῆς καὶ ὕδατος, καὶ οὐκ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος ἐκτὸς ἑκουσίων πόνων, καὶ θείας ἀντιλήψεως.

ξδʹ. Οὐκ ἔστι χωρὶς νέφους ἐπιχυθῆναι βροχὴν, οὐδὲ χωρὶς συνειδήσεως ἀγαθῆς εὐαρεστῆσαι Θεῷ.

ξεʹ. Μὴ ἀπαναίνου μανθάνειν, κἂν λίαν φρόνιμος τυγχάνῃς· ἡ γὰρ οἰκονομία τοῦ Θεοῦ, ὠφελιμωτέρα ἐστὶ τῆς ἡμετέρας φρονήσεως.

ξϛʹ. Ὅταν ὑφ' ἡδονῆς τινος ἡ καρδία παρακινηθῇ τοῦ τῆς φιλοπονίας τόπου, τότε λίθου βαρυτάτου δίκην ἐπὶ καταβάσει ἐνολισθήσαντος, δυσεπικράτητος γίνεται.

ξζʹ. Ὥσπερ μόσχος ἄπειρος βοτάναις ἐπιτρέχων, κατήντησεν εἰς ἀμφίκρημνον τόπον, οὕτως εὑρίσκεται ψυχὴ κατὰ μικρὸν ὑπὸ λογισμῶν ἀποβουκολουμένη.

ξηʹ. Ὅταν ὁ νοῦς ἀνδρισάμενος ἐν Κυρίῳ ἀποσπᾷ τὴν ψυχὴν ἀπὸ χρονίας προλήψεως, τότε ἡ καρδία ὡς ὑπὸ δημίων κολάζεται, τεινόντων αὐτὴν ἔνθα καὶ ἔνθα τοῦ νοὸς καὶ τοῦ πάθους.

ξθʹ. Ὥσπερ οἱ ἐν θαλάσσῃ πλέοντες, ἡδέως ὑπομένουσι τὸν ἡλιακὸν καύσωνα· οὕτως οἱ μισοῦντες τὴν κακίαν, ἀγαπῶσιν ἔλεγχον. διότι ἐναντιοῦται, ὁ μὲν τοῖς ἀνέμοις, ὁ δὲ, τοῖς πάθεσιν.

οʹ. Ὥσπερ φυγὴ ἐν χειμῶνι, ἢ ἐν σαββάτῳ, ὀδύνη γίνεται τῇ σαρκὶ, καὶ βεβήλωσις τῇ ψυχῇ, οὕτως ἐπανάστασις παθῶν γηραλέῳ σώματι καὶ ψυχῇ καθιερωμένῃ.

οαʹ. Οὐδεὶς οὕτως ἀγαθὸς καὶ οἰκτίρμων, ὡς ὁ Θεός· τῷ δὲ μὴ μετανοοῦντι, οὐδὲ αὐτὸς ἀφίησι.

οβʹ Πολλοὶ λυπούμεθα ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις, τὰς δὲ αὐτῶν αἰτίας, ἡδέως καταδεχόμεθα.

ογʹ. Ἀσπάλαξ ὑπὸ γῆν ἕρπων τυφλὸς ὢν, ἀστέρας ἰδεῖν οὐ δύναται· καὶ ὁ μὴ πιστεύων περὶ προσκαίρων, οὔτε περὶ τῶν αἰωνίων πιστεύειν δύναται.

οδʹ. Χάρις πρὸ χάριτος, ἡ ἀληθὴς γνῶσις δεδώρηται τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, πρὸ πάντων τῷ δωρησαμένῳ πιστεύειν, τοὺς μετόχους αὐτῆς ἐκδιδάσκουσα.

A turalem ordinem mentem docet ſuam ipſius veritatem. Proinde ſi particularis hujus ordinis talentum non defoſſum abſconderimus, in gaudium Domini manifeſte intrabimus.

LVII. Qui antequam præcepta exſequatur, ſpiritus opem aut efficaciam quærit, ſervo ære emto non eſt abſimilis; qui ſimul atque emtus fuerit, una cum pretio emtionis, etiam libertatis libellum quærit.

LVIII. Qui externam condemnationem juſtitia Dei provenientem invenit, ille quærens Dominum, invenit cognitionem poſt juſtificationem.

LIX. Si intellexeris, ſecundum ſcripturam, in omni terra eſſe judicia Domini; quidquid tibi acciderit, divinam cognitionem te docebit. B

LX. Unicuique pro animi conceptione occurrit, quid agere debeat: varietatem autem congrui ſucceſſus, ſolus Deus novit.

LXI. Ignominia affectus ab hominibus, illico retributionem gloriæ quæ eſt a Deo, fac animo cogites: atque ita nullam triſtitiam & conturbationem, ignominia ab hominibus objecta tibi illatura eſt: propter gloriam autem fidelis & irreprehenſibilis invenieris, cum venerit.

LXII. Cum laudaris a multitudine ſecundum voluntatem Dei, cave quidquam oſtentationis diſpenſationi dominicæ admiſceas: ne rurſum mutatione facta, in contrarium prolabaris.

C LXIII. Semen non excreſcet accepto augmento, ſine terra & pluvia: neque homo quidquam utilitatis capiet ſine laboribus voluntariis divinoque adjutorio.

LXIV. Non affunditur ſine nubibus pluvia: neque ſine bona conſcientia Deo placere poſſibile eſt.

LXV. Ne recuſes diſcere, tametſi vehementer prudens fueris. Dei enim diſpenſatio utilior eſt, quam noſtra prudentia.

LXVI. Quando a voluptatis titillatione cor ſubmotum fuerit a ſpontanei laboris loco; tunc inſtar graviſſimi lapidis in lubrici loci deſcenſu decurrentis, difficulter teneri poteſt.

LXVII. Quemadmodum imperitus vitulus currens in gramine, defertur ad præcipitium: ſic invenitur anima, quæ paullatim a cogitationibus agitata aut paſta fuerit. D

LXVIII. Cum mens in Domino viriliter adulta, animam a temporali occupatione abſtraxerit; tunc cor veluti a tortoribus punitur, trahentibus illud hinc & hinc mente & affectibus.

LXIX. Quemadmodum ii qui in mari navigant, ſolis æſtum libenter perferunt: ſic illi quibus odio ſunt vitia, reprehenſionem diligunt: Ille enim ventis averſatur, hæc vero affectibus.

LXX. Quemadmodum [a] *fuga in hieme & in ſabbato*, dolor eſt corpori, & profanatio animæ: ſic affectuum reſuſcitatio ſeneſcenti corpori, & animæ ſanctificatæ. E

LXXI. Nemo tantæ bonitatis & miſericordiæ, ac Deus, eſt: at reſipiſcere nolenti, neque ipſe largitur veniam.


LXXII. Multi noſtrum ſunt, quibus peccata triſtitiam ingerunt: illorum tamen cauſſas libenter ſuſcipimus.

LXXIII. Talpa ſub terram ſerpens, capta oculis, ſtellas videre non poteſt: & qui de rebus temporaneis Deo fidem non habet, neque de æternis poteſt credere.

LXXIV. Gratia pro gratia, vera cognitio a Deo data eſt hominibus, præ omnibus largitori credere, ſui participes erudiens.

[a] Matth. xxiv. 20.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



οε΄. Ὅταν ἐνάμαρτος ψυχὴ καὶ ἐπερχομένας θλί- A ψεις αὐτῇ οὐ καταδέχεται, τότε οἱ ἄγγελοι περὶ αὐτῆς λέγουσιν, ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἰάθη.

οϛ΄. Νοῦς ἐπιλαθόμενος τῆς ἀληθοῦς γνώσεως, ὑπὲρ τῶν ἐναντίων ὡς συμφερόντων, τοῖς ἀνθρώποις διαμάχεται.

οζ΄. Ὥσπερ ἐν ὕδασι πῦρ χρονίσαι οὐ δύναται, οὕτως οὐδὲ λογισμὸς αἰσχρὸς φιλοθέῳ καρδίᾳ, ὅτι πᾶς φιλόθεος, ἔστι καὶ φιλόπονος· ἑκούσιος δὲ πόνος, ἐχθρὸς ἡδονῆς κατὰ φύσιν ὑπάρχει.

οη΄. Πάθος ἔργου νομὴν κρατῆσαν διὰ τοῦ θελήματος, ὕστερον καὶ μὴ θέλοντι τῷ μετόχῳ βιαίως κατεπεγείρεται.

οθ΄. Τῶν ἀκουσίων λογισμῶν τὰς αἰτίας ἀγαπῶμεν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπέρχονται τῶν ἑκουσίων δηλονότι καὶ τὰ πράγματα.

π΄. Οἴησις καὶ ἀλαζονεία βλασφημίας εἰσὶν αἴτια· φιλαργυρία δὲ καὶ κενοδοξία, ἀσπλαγχνίας καὶ ὑποκρίσεως.

πα΄. Ὅταν ἴδῃ ὁ διάβολος, ὅτι ὁ νοῦς ἐκ καρδίας προσηύξατο, τότε μεγάλους καὶ κακοτέχνους λογισμοὺς ἐπιφέρει. μικραῖς γὰρ ἀρεταῖς, μεγάλας ἐπιφορὰς ἀναιρεῖν οὐκ ἀνέχεται.

πβ΄. Λογισμὸς ἐγχρονίζων, δηλοῖ τὴν τοῦ ἀνθρώπου προσπάθειαν· ταχέως δὲ ἀναιρούμενος, σημαίνει πόλεμον καὶ ἐναντιότητα.

πγ΄. Τρεῖς εἰσι νοητοὶ τόποι, εἰς οὓς ὁ νοῦς ἐκ C μεταβολῆς εἰσέρχεται, κατὰ φύσιν, παρὰ φύσιν, ὑπὲρ φύσιν· καὶ ὅταν μὲν εἰς τὸν κατὰ φύσιν εἰσέλθῃ, εὑρίσκει ἑαυτὸν αἴτιον τῶν πονηρῶν λογισμῶν, καὶ ἐξομολογεῖται τῷ Θεῷ τὰς ἁμαρτίας, ἐπιγινώσκων τὰς αἰτίας τῶν παθῶν· ὅταν δὲ εἰς τὸν παρὰ φύσιν γένηται, ἐπιλανθάνεται τῆς δικαιοσύνης τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις διαμάχεται ὡς ἀδικοῦσιν αὐτόν· ὅταν δὲ εἰς τὸν ὑπὲρ φύσιν εἰσαχθῇ, εὑρίσκει τοὺς καρποὺς τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὓς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, ἀγάπην, χαράν, εἰρήνην· καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ οἶδεν, ὅτι ἐὰν προκρίνῃ τὰς σωματικὰς φροντίδας, ἐμμένειν ἐκεῖ οὐ δύναται· καὶ ἀναχωρῶν τοῦ τόπου ἐκείνου, ἐμπίπτει εἰς τὴν ἁμαρτίαν, καὶ εἰς τὰς ἐπακολουθούσας αὐτῇ δεινὰς συμβάσεις, κἂν μὴ πρόσφατον, ἀλλὰ τῷ ἰδίῳ καιρῷ, ὡς οἶδεν ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη.

πδ΄. Τοσοῦτον ἑκάστου γνῶσις ἀληθὴς τυγχάνει, ὅσον αὐτὴν πρᾳότης καὶ ταπείνωσις καὶ ἀγάπη βεβαιώσουσι.

πε΄. Πᾶς ὁ βαπτισθεὶς ὀρθοδόξως, ἔλαβε μυστικῶς πᾶσαν τὴν χάριν· πληροφορεῖται δὲ λοιπὸν, κατὰ τὴν ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν.

πϛ΄. Ἐντολὴ Χριστοῦ κατὰ συνείδησιν ἐπιτελουμένη, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν τῆς καρδίας, δωρεῖται παράκλησιν· πλὴν, ἕκαστον αὐτῶν ἰδίῳ καιρῷ παραγίνεται.

πζ΄. Ἔχε παράμονον δέησιν ἐπὶ παντὶ πράγματι, ὡς μηδὲν ἐπιτελεῖν δυνάμενος ἐκτὸς βοηθείας.

πη΄. Οὐδὲν προσευχῆς εἰς συνεργίαν δυνατώτερον, καὶ πρὸς εὐδοκίαν Θεοῦ, οὐδὲν αὐτῆς ὠφελιμώτερον.

πθ΄. Πᾶσα ἐργασία ἐντολῶν, ἐν αὐτῇ περικέκλεισται· τῆς γὰρ εἰς Θεὸν ἀγάπης οὐδὲν εἴρηται ἀνώτερον.

ϟ΄. Προσευχὴ ἄρρεμβος, σημεῖον φιλοθείας τῷ παραμένοντι· ἀμέλεια δὲ αὐτῆς καὶ ῥεμβασμὸς, φιληδονίας τεκμήριον.

ϟα΄. Ὁ ἀθλίπτως ἀγρυπνῶν, καὶ μακροθυμῶν,

LXXV. Cum anima peccatis obnoxia accidentes ſibi tribulationes non ſuſcipit, tunc Angeli de illa dicunt: [a] *Medebamur Babyloni, & non eſt ſanata.*

LXXVI. Mens quæ veræ cognitionis obliviſcitur, pro rebus ſibi contrariis, tamquam utilibus, cum hominibus certamen ſuſcipit.

LXXVII. Quemadmodum in aqua, ignis durare non poteſt; ita neque turpis cogitatio in corde Dei amante. Quoniam omnis qui Dei amator eſt, etiam laboris amans eſt. Ceterum labor voluntarius naturaliter voluptati inimicus eſt.

LXXVIII. Affectus victus operis conſuetudine per voluntatem, poſtea invito etiam participi vio- B lenter excitatur.

LXXIX. Cogitationum invitis nobis emergentium cauſſas amamus: atque hinc etiam ab eis quæ nobis volentibus contingunt, res nobis eveniunt.

LXXX. Opinio & arrogantia, cauſſa ſunt blaſphemiæ: avaritia autem & ambitio, immiſericordiæ & hypocriſeos.

LXXXI. Cum viderit diabolus mentem ex corde oraſſe, tunc magnas & malitioſas cogitationes animo ingerit. Modicis enim virtutibus magnas impreſſiones ſubvertere non ſuſtinet.

LXXXII. Cogitatio perſeverans, hominis affectum ſignificat: at quæ celeriter tollitur, bellum & repugnantiam indicat.

LXXXIII. Tres ſunt loci intellectuales, in quos animus ex mutatione ingreditur: unus, ſecundum naturam: alter, præter naturam: tertius, ſupra naturam. Et quando eum qui eſt ſecundum naturam ingreditur, invenit ſe ipſum malarum cogitationum cauſſam & auctorem eſſe, confiteturque Deo peccata, cognoſcens cauſſam affectuum. Cum vero in eo qui eſt præter naturam, conſtitutus fuerit, juſtitiæ Dei obliviſcitur, contenditque cum hominibus, tamquam ipſum injuria affecerint. At quando in eum qui eſt ſupra naturam, inductus fuerit; tum Spiritus ſancti fructus offendit, quos Apoſtolus vocat [b], caritatem, gaudium, pacem & reliqua. Neque illud ignorat, ſi corporalium re- D rum curas prætulerit, ſe ibi perdurare non poſſe. Atque diſcedens ex illo loco, in peccatum incidit, inque gravia quæ hoc conſequuntur, diſpendia: &, ſi non illico, ſuo tamen peculiari tempore, quemadmodum novit Dei juſtitia.

LXXXIV. In tantum cujuſque cognitio vera eſſe ſolet, quantum manſuetudo & humilitas & caritas firmam fecerint.

LXXXV. Omnis rite baptizatus, omnem gratiam accepit myſtice; pleniſſime vero novit reliquum, per præceptorum operationem.

LXXXVI. Præceptum Chriſti quod juxta conſcientiam perficitur, ſecundum multitudinem dolorum cordis largitur conſolationem. Verumtamen E unumquodque horum ſuo tempore perficitur.

LXXXVII. Conſtantem in omni re precationem obtine, quaſi nihil citra opem poſſis effectum reddere.

LXXXVIII. Ad parandum Dei ſubſidium, nihil eſt precatione efficacius aut potentius, atque ad ejuſdem beneplacitum nihil illa utilius.

LXXXIX. Omnis præceptorum exſecutio in illa concluſa eſt. Ea enim quæ eſt erga Deum caritate, nihil dictu eſt ſublimius.

XC. Precatio attenta ſignum eſt amoris erga Deum perſeverantis. At ejuſdem negligentia & diſtracta mentis occupatio, ſtudii voluptatis argumentum eſt.

XCI. Qui ſine dolore & moleſtia vigilat, lon-

[a] Jer. LI. 9. [b] Gal. V. 22.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

καὶ προσευχόμενος, πνεύματος ἁγίου ἐναργῶς μέτοχος τυγχάνει· ὁ δὲ θλιβόμενος ἐν τούτοις, καὶ θελήματι ὑπομένων, ταχέως καὶ οὕτως ἐπιτυγχάνει τῆς ἀντιλήψεως.

ϟβ΄. Ἐντολὴ ἐντολῆς ἀποδέδεικται διαφορωτέρα· διὸ καὶ πίστις πίστεως βεβαιοτέρα εὑρίσκεται. ἔστι πίστις ἐξ ἀκοῆς κατὰ τὸν ἀπόστολον, καὶ ἔστι πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις.

ϟγ΄. Καλὸν τὸ διὰ λόγων ὠφελεῖν τοὺς πυνθανομένους· κρεῖσσον δὲ, τὸ δι᾽ ἀρετῆς καὶ προσευχῆς συνεργεῖν αὐτοῖς· ὁ γὰρ διὰ τούτων ἑαυτὸν προσφέρων τῷ Θεῷ, βοηθεῖ καὶ τῷ πέλας διὰ τοῦ ἰδίου βοηθήματος.

B ϟδ΄. Εἰ θέλεις συντόμῳ λόγῳ ὠφελῆσαι τὸν φιλομαθῆ, ὑπόδειξον αὐτῷ προσευχὴν καὶ πίστιν ὀρθὴν, καὶ τῶν ἐπερχομένων ὑπομονήν· πάντα γὰρ λοιπὰ τὰ καλὰ, διὰ τούτων εὑρίσκεται.

ϟε΄. Περὶ ὧν τις ἤλπισεν εἰς Θεὸν, οὐκ ἔτι περὶ ἐκείνων τῷ πλησίον διαμάχεται.

ϟϛ΄. Εἰ πᾶν ἀκούσιον ἐκ τῶν ἑκουσίων τὴν αἰτίαν ἔχει, κατὰ τὴν γραφὴν, οὐδεὶς οὕτως ἐχθρὸς ἀνθρώπου, ὡς αὐτὸς ἑαυτοῦ τυγχάνει· ἑκούσιον λέγει τὸν λογισμόν. ἀκούσιον δὲ, τὴν σύμβασιν.

C ϟζ΄. Πάντων τῶν κακῶν προηγεῖται ἡ ἄγνοια· δευτέρα δὲ αὐτῆς, ἐστὶν ἡ ἀπιστία.

ϟη΄. Φύγε πειρασμὸν δι᾽ ὑπομονῆς καὶ δεήσεως· εἰ δὲ ἐκτὸς τούτων ἀντιτάσσει, περισσοτέρως ἐπέρχεται.

ϟθ΄. Ὁ πρᾶος κατὰ Θεὸν, τῶν σοφῶν ἐστι σοφώτερος· καὶ ὁ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, τῶν δυνατῶν δυνατώτερος, ἐπειδὴ τὸν ζυγὸν τοῦ Χριστοῦ κατὰ γνῶσιν βαστάζουσι.

ρ΄. Ὅσα ἐκτὸς προσευχῆς ἢ λαλοῦμεν, ἢ πράττομεν, ὕστερον ἢ σφαλερὰ, ἢ ἐπιβλαβῆ τυγχάνουσι, καὶ ἡμᾶς ἀγνώστους διὰ τῶν πραγμάτων ἐλέγχουσιν.

D ρα΄. Ἐξ ἔργων, καὶ λόγων, καὶ ἐννοίας, δικαιώσις· ἐκ δὲ πίστεως, καὶ χάριτος, καὶ μετανοίας, θησαυροὶ σωτηρίας πολλοί.

ρβ΄. Ὥσπερ μετανοοῦντι ὑψηλοφρονεῖν ἀλλότριον, οὕτως ἑκουσίως ἁμαρτάνοντι, ταπεινοφρονεῖν ἀδύνατον.

ργ΄. Οὐκ ἔστι συνειδήσεως κατάγνωσις ἡ ταπεινοφροσύνη, ἀλλὰ χάριτος Θεοῦ καὶ συμπαθείας ἐπίγνωσις.

ρδ΄. Ὅπερ ἐστὶν οἶκος αἰσθητὸς τῷ κοινῷ ἀέρι, τοῦτο νοῦς λογιστικὸς τῇ θείᾳ χάριτι.

ρε΄. Ὅσην ἂν ἐκβάλῃς ὕλην, τοσοῦτον αὐτομολήσει· καὶ ὅσην ἂν ἐμβάλῃς, τοσοῦτον ὑποχωρήσει.

E ρϛ΄. Ὕλη οἴκου, σκεύη καὶ βρώματα· ὕλη δὲ νοὸς, κενοδοξία καὶ ἡδονή.

ρζ΄. Χώρημα καρδίας, ἐλπὶς εἰς Θεόν· στενοχωρία δὲ αὐτῆς, φροντὶς σωματική.

ρη΄. Μία μέν ἐστι καὶ ἀναλλοίωτος ἡ χάρις τοῦ πνεύματος· ἐνεργεῖ δὲ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται.

ρθ΄. Ὥσπερ ὑετὸς ἐπιχυθεὶς τῇ γῇ, τοῖς φυτοῖς προσφυῆ παρέχει ποιότητα, γλυκεῖαν μὲν τοῖς γλυκέσι, στυφὴν δὲ τοῖς στυφοῖς· οὕτω ἡ χάρις ταῖς καρδίαις τῶν πιστῶν ἀτρέπτως ἐπιβάλλουσα, ἁρμοζούσας ταῖς ἀρεταῖς τὰς ἐνεργείας χαρίζεται· τῷ διὰ Χριστὸν πεινῶντι, γίνεται τροφὴ, καὶ τῷ διψῶντι, πόμα ἡδύτατον· τῷ ῥιγῶντι, ἔνδυμα, καὶ τῷ κοπιῶντι, ἀνάπαυσις· τῷ προσευχομένῳ, ἐλπὶς καρδιακὴ, καὶ τῷ πενθοῦντι, παράκλησις.

A ganimis est & vacat precationibus, ille perspicue Spiritus sancti est particeps. Qui vero in his affligitur, voluntate tamen constanter perseverat, actutum & ille subsidium consequetur.

XCII. Præceptum præcepto ostensum est excellentius: ideo etiam fides fide firmior invenitur. Est [a] *fides ex auditu*, secundum Apostolum, & est [b] *fides rerum sperandarum substantia*.

XCIII. Pulcrum est, disserendo prodesse interrogantibus: est autem longe præstantius; per virtutem & precationem illis cooperari. Etenim qui per hæc se ipsum Deo offert, etiam proximo auxiliatur, proprio quodam auxilio.

B XCIV. Quod si compendioso quodam sermone discendi cupidum juvare est animus, fac illi ostendas precationem & rectam fidem, nec non rerum accidentium tolerantiam. Omnia enim reliqua quæ pulcra sunt, per hæc inveniuntur.

XCV. Pro quibus rebus consequendis aliquis in Deum speravit, illarum gratia non amplius contendit cum proximo.

XCVI. Si omne non voluntarium ex voluntariis, secundum scripturam, caussam habet & originem; nemo ita infensus est homini, ut sibi ipse exsistit. Voluntariam dicit cogitationem, non voluntariam autem contingentiam.

C XCVII. Omnium malorum dux est ignorantia: secunda post hanc est incredulitas.

XCVIII. Patientia & precatione fugienda est tentatio: quæ si absint, si te illis opposueris, vehementius te impugnabit.

XCIX. Qui juxta doctrinam Christi [c] mitis est, sapientibus est sapientior. Et qui humilis est corde, potentibus est potentior. Quoniam hujusmodi jugum Christi secundum cognitionem bajulant.

C. Quæcumque citra precationem aut loquimur aut facimus, postea aut erronea aut damnosa exsistunt, ac nos ab omni cognitione rerum alienos esse arguunt.

D CI. Ex operibus & sermonibus & cogitatione est justificatio: ex fide autem & gratia & pœnitentia, multi thesauri proveniunt.

CII. Quemadmodum a pœnitentiam agente alienum est elato animo superbire: sic sua sponte peccantem, humilem esse impossibile est.

CIII. Non est conscientiæ damnatio, humilitas: sed gratiæ Dei & condolentis affectus cognitio.

CIV. Quod domus sensibilis est communi aeri, hoc mens rationalis divinæ gratiæ.

CV. Quantum ejeceris materiæ, tantum aufugiet: quantum vero injeceris, tantum accedet.

CVI. Materia domus, suppellex & res cibaria:
E materia autem mentis, voluptas & inanis gloriæ cupiditas.

CVII. Capacitas cordis, spes in Deum est: at ejusdem angustia, cura rerum corporalium.

CVIII. [d] Una est & immutabilis gratia Spiritus: operatur autem in unoquoque, quemadmodum sibi visum fuerit.

CIX. Quemadmodum pluvia terræ infusa, accommodatam qualitatem plantis suppeditat, dulcem quidem dulcibus, acerbam autem acerbis: sic quoque gratia in corda fidelium assidue descendens, ac influens, convenientes virtutibus actiones largitur. Esurienti propter Christum, cibus fit: sitienti, potus delicatissimus: algenti indumentum; laboranti requies: precanti cordis spes: & lugenti consolatio.

a Rom. x. 17. b Heb. xi. 1. c Matth. xi. 29. d 1. Cor. xii. 11.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



A ρί. Ὅταν δὴ οὖν ἀκούσης τῆς ἁγίας γραφῆς λεγούσης περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅτι ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον τῶν ἀποστόλων· ἢ ὅτι ἐφήλατο ἐπὶ τὸν προφήτην, ἢ ἐνεργεῖ, ἢ λυπεῖται, ἢ σβέννυται, ἢ παροξύνεται· καὶ πάλιν, τοὺς μὲν ἀπαρχὴν ἔχοντας· τοὺς δὲ, πλήρεις πνεύματος ἁγίου· μὴ τομὴν, ἢ ἀλλοίωσίν τινα ἐννοήσῃς ἐπὶ τοῦ πνεύματος· ἀλλὰ πίστευε, καθ' ὃν προειρήκαμεν τρόπον, ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ παντοδύναμον, δι' ὃν ἐν ταῖς ἐνεργείαις καὶ μένει ὅ ἐστι, καὶ ἑκάστῳ τὸ δέον ἀποσώζει θεοπρεπῶς· αὐτὸ μὲν γὰρ ἡλίου δίκην, ἐπὶ τοὺς βαπτισθέντας ἐκκέχυται τελείως· ἕκαστος δὲ ἡμῶν, καθ' ὃν ἂν τὰ ἐπισκοτοῦντα πάθη μισήσας περιαιρῇ, ἀναλόγως B φωτίζεται. καθ' ὃ δὲ ἂν ἀγαπῶν αὐτὰ διαλογίζηται, ὁμοίως σκοτίζεται.

ριά. Ὁ μισῶν πάθη, περιαιρεῖ τὰς τούτων αἰτίας· ὁ δὲ ταῖς αἰτίαις ἐγκείμενος, ὑπὸ τῶν παθῶν καὶ μὴ βουλόμενος πολεμεῖται.

ριβ'. Ὅταν ὑπὸ τῶν πονηρῶν λογισμῶν ἐνεργώμεθα, ἑαυτοὺς αἰτιασώμεθα, καὶ μὴ πατρῴαν ἁμαρτίαν.

ριγ'. Ῥίζαι τῶν λογισμῶν εἰσιν αἱ προφανεῖς κακίαι, ἃς χερσὶ καὶ ποσὶ καὶ στόματι ἐκδικοῦμεν ἕκαστος.

ριδ'. Οὐκ ἔστι προσομιλεῖν πάθει κατὰ διάνοιαν, μὴ ἀγαπῶντα τὰς τούτου αἰτίας. τίς γὰρ C αἰσχύνης καταφρονῶν, κενοδοξίᾳ προσομιλεῖ· ἢ τίς ἐξουδένωσιν ἀγαπῶν, ἐπὶ ἀτιμίᾳ ταράσσεται; τίς δὲ καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ἔχων, ἡδονὴν σαρκὸς παραδέχεται· ἢ τίς τῷ Χριστῷ τελείως πιστεύων, μεριμνᾷ περὶ προσκαίρων, ἢ διαμάχεται;

ριέ. Ὁ ἀθετούμενος ὑπό τινος, καὶ μήτε λόγῳ, μήτε ἐννοίᾳ τῷ ἀθετοῦντι φιλονεικῶν, γνῶσιν ἀληθῆ κέκτηται, καὶ πίστιν βεβαίαν ἐπιδείκνυται τῷ δεσπότῃ.

ρις'. Ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς τοῦ D ἀδικῆσαι, ἑκάστῳ τὸ δίκαιον τοῦ Θεοῦ ἀποσώζοντος.

ριζ'. Εἰ οὔτε τῷ ἀδικοῦντί ἐστι περίσσεια, οὔτε τῷ ἀδικουμένῳ ὑστέρημα, ἐν εἰκόνι μὲν διαπορεύεται ἄνθρωπος, πλὴν μάτην ταράσσεται.

ριή. Ὅταν ἴδῃς τινὰ ἐν πολλαῖς ἀτιμίαις ὀδυνώμενον, γίνωσκε ὅτι λογισμοῖς κενοδοξίας ἐμφορηθεὶς, ἡδέως τῶν καρδιακῶν σπερμάτων θερίζει τὰ δράγματα.

ριθ'. Ὁ σωματικαῖς ἡδοναῖς πέρα τοῦ δέοντος ἀπολαύσας, ἑκατονταπλασίοις πόνοις ἀποτίσει τὴν περίσσειαν.

ρκ'. Ἀρχικὸς ὑποτακτικῷ χρεωστεῖ λέγειν τὸ ὀφειλόμενον· παρακουόμενος δὲ, τὴν ἐπιφορὰν τῶν κα- E κῶν προδιαγγέλλειν.

ρκά. Ὁ ἀδικούμενος παρά τινος, καὶ μὴ παραζητῶν τῷ ἀδικοῦντι τὰ δέοντα, κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος πιστεύει τῷ Χριστῷ, καὶ ἑκατονταπλασίως λαμβάνει ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ κληρονομεῖ ζωὴν τὴν αἰώνιον.

ρκβ'. Μνήμη Θεοῦ ἐστι, πόνος καρδίας ὑπὲρ εὐσεβείας γινόμενος· πᾶς δὲ ἐπιλανθανόμενος τοῦ Θεοῦ, ἡδυπαθὴς καὶ ἀνάλγητος γίνεται.

ρκγ'. Μὴ λέγε, ὅτι ὁ ἀπαθὴς θλίβεσθαι οὐ δύναται· κἂν μὴ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ πλησίον τοῦτο κεχρεώστηκεν.

ρκδ'. Ὅταν ὁ ἐχθρὸς τῶν ἐν τῇ λήθῃ ἁμαρτημάτων πολλὰ κρατήσῃ χειρόγραφα, τότε καὶ ἐν τῇ μνήμῃ ποιεῖν αὐτὰ τὸν χρεωφειλέτην ἀναγκάζει, τῷ τῆς ἁμαρτίας λόγῳ ἀλόγως ἀποχρώμενος.

CX. Cum audieris ſacram ſcripturam dicentem de ſancto Spiritu, quod [a] deſcenderit ſuper ſingulos Apoſtolorum, aut quod inſilierit ſuper prophetam: aut, operatur, contriſtatur, exſtinguitur, aut exaſperatur: & rurſus, alios quidem primitias Spiritus habentes, alios vero plenos ſancto Spiritu: Ne ſectionem, aut verſionem ſeu mutationem Spiritus ſancti in animo cogites: ſed ad eum modum crede, quem diximus: nempe immutabilem, immobilem, & omnipotentem. Propterea etiam in actionibus & manet & verſatur, & unicuique, quod decet, conſervat divinitus. Ille enim ſolis inſtar ſuper baptizatos perfecte effuſus eſt. Unuſquiſque autem noſtrum in quantum obtenebrantes affectus odio habuerit, & ſuſtulerit e medio, ſimiliter & illuminatur: quantum vero eoſdem amans animo retractaverit, tantum etiam obſcuratur.

CXI. Qui affectus odio habuerit, eorumdem cauſſas tollit, ac præſcindit. Verum qui cauſſis incumbit, ille etiam nolens ab affectibus impugnatur.

CXII. Cum a pravis cogitationibus irritamur aut impellimur: ipſi nos accuſemus, & non paternum piaculum.

CXIII. Cogitationum radices ſunt aperta vitia: quæ manibus pedibuſque, & ore noſtrum quiſque ejiciat.

CXIV. Non licet ex propoſito colloquium inire cum affectibus, niſi eorum cauſſas & occaſiones dilexerimus. Quis enim contemnens turpitudinem, inanem gloriam colendam amplectitur? Aut quis contemtum amans, propter acceptam ignominiam conturbaretur? Quis autem cor contritum & humiliatum habens, voluptatem carnis ſuſciperet? Aut quis Chriſto perfecta & ſincera fide adhærens, de rebus temporalibus ſolicitus eſt, aut pro eiſdem contentioſe pugnat?

CXV. Qui ſpernitur ab aliquo, neque tamen vel verbo vel cogitatione cum eo a quo ſpernitur, expoſtulat; ille veram cognitionem poſſidet, ac firmam fidem Domino oſtendit.

CXVI. [b] *Mendaces ſunt filii hominum in ſtateris, ut decipiant*: cum tamen Deus unicuique quod juſtum eſt, conſervet.

CXVII. Si neque decipienti ulla accreſcit abundantia, neque ei qui decipitur, ulla penuria: [c] *in imagine pertranſit homo, verumtamen fruſtra conturbatur*.

CXVIII. Cum videris aliquem in multa ignominia dolentem, ſcias eum ambitionis cogitationibus impletum, libenter cordis ſeminum metere manipulos.

CXIX. Qui voluptatibus corporalibus, præterquam par eſt, fruitur; ille centuplicibus laboribus penſabit abundantiam.

CXX. Qui in imperio eſt, ſubdito debet dicere debitum officium: at non auſcultanti malorum pœnam annuntiare.

CXXI. Qui injuria afficitur ab aliquo, neque tamen injurianti debitam ultionem quærit, ſecundum eam quidem partem Chriſto credit: & centuplicia quidem in hoc ſæculo accipit, & vitam æternam hereditate conſequetur.


CXXII. Memoria Dei, labor cordis eſt pro pietate ſuſceptus. Omnis autem qui Dei obliviſcitur, voluptuarius & omni miſericordia carens redditur.

CXXIII. Ne dicas, eum qui ab affectibus liber eſt, affligi aut dolere non poſſe. Nam tametſi non pro ſe ipſo, pro proximo tamen iſtud facere debuit.

CXXIV. Cum inimicus peccatorum oblivioni datorum multa chirographa aſſecutus fuerit; tunc debitorem etiam in memoria ea ipſa facere adigit, peccati cauſſa rationabiliter abutens.

*a* Act. II. 3. *b* Pſalm. LXI. 10. *c* Pſalm. XXXVIII. 7.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



ρκέ. Εἰ βούλει διηνεκῶς μνημονεύειν Θεοῦ, μὴ ἀπώθου ὡς ἀδίκους τὰς ἐπιφορὰς, ἀλλ' ὡς δικαίως ἐρχομένας ὑπόμενε. ἡ μὲν γὰρ ὑπομονὴ, δι' ἑκάστης συμβάσεως τὴν μνήμην ἀνακινεῖ· ἡ δὲ παραίτησις, μειοῖ τὸν φαιδρὸν τῆς καρδίας πόνον, καὶ διὰ τῆς ἀνέσεως τὴν λήθην ἐργάζεται.

A CXXV. Si volueris indesinenter Dei memor esse, ne averseris ejus correptiones & pœnas, tamquam injustas: sed velut juste venientes tolera. Siquidem tolerantia in singulis malis accidentibus memoriam renovat ac refricat. Ceterum repulsio & querimonia hilarem cordis laborem minuit, atque ita remissione oblivionem inducit & operatur.

ρκϛ'. Ἐὰν θέλης παρὰ Κυρίου ἐπικαλυφθῆναι τὰς ἁμαρτίας σου, μὴ φανεροποιήσης ἀνθρώποις τὰς σεαυτοῦ ἀρετάς· ὃ γὰρ ἂν πράττωμεν ἐπὶ ταύταις, τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἐπ' ἐκείναις ἐργάζεται.

CXXVI. Si volueris apud Dominum peccata tua occultare, fac ne ambitiose virtutes tuas manifestes hominibus. Quidquid enim in his fecerimus, hoc etiam Deus in illis faciet.

ρκζ'. Κρύψας ἀρετὴν, μὴ ἐπαίρου ὡς δικαιοσύνην ἐκτελῶν· δικαιοσύνη γάρ ἐστι, μὴ μόνον τὸ κρύπτειν τὰ καλὰ, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ ἐννοεῖν τι τῶν ἀπηγορευμένων.

CXXVII. Virtutem occultans, ne extollaris, quasi justitiam operatus esses. Justitia enim est, non tantum celare quæ pulcra sunt; verum etiam B ne mente quidem concipere quippiam eorum quibus renuntiaveris.

ρκή. Μὴ χαῖρε ὅταν εὖ ποιήσης τινὶ, ἀλλ' ὅταν ἀμνησικάκως ὑπομείνης τὴν παρεπομένην ἐναντιότητα. ὃν γὰρ τρόπον αἱ νύκτες τὰς ἡμέρας, οὕτω αἱ κακίαι τὰς ἀρετὰς διαδέχονται.

CXXVIII. Ne gaudeas, cum alicui benefeceris; sed cum citra acceptarum injuriarum memoriam, ingruentem adversitatem pertuleris. Quo enim modo noctes diebus, eodem vitia succedunt virtutibus.

ρκθ'. Κενοδοξία, καὶ φιλαργυρία, καὶ ἡδονὴ ἄσπιλον εὐποιΐαν διαμεῖναι οὐκ ἀφιᾶσιν, εἰ μὴ πρότερον αὗται φόβῳ Θεοῦ καταπέσωσιν.

CXXIX. Gloriæ & avaritiæ atque voluptatis studium, benefactorum collationem immaculatam permanere non sinunt, nisi prius ipsæ, metu Dei prostratæ conciderint.

ρλ'. Εἰς τὰς ἀκουσίους ὀδύνας, τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ θαυμασίως ἐγκέκρυπται, τὸν ὑπομένοντα εἰς μετάνοιαν ἕλκον, καὶ ἀπαλλάττον τῆς αἰωνίου κολάσεως.

CXXX. In doloribus non voluntariis misericordia Dei mirabili quadam ratione occultata est, tolerantem trahens ad pœnitentiam, & liberans ab æternis suppliciis.

ρλα'. Τινὲς ἐργαζόμενοι ἐντολὰς, ἐν ζυγῷ ἀντιρρέψαι αὐτὰς ταῖς ἁμαρτίαις ἐκδέχονται· τινὲς δὲ δι' αὐτὸν τὸν ἀποθανόντα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐξευμενίζονται· ζητητέον τίς αὐτῶν ἔχει ὀρθὸν τὸ φρόνημα.

C CXXXI. Quidam exsequentes præcepta, exspectant, ut ea peccatis in statera præponderent. Alii vero per eum qui pro peccatis nostris mortuus est, in benevolentiam Dei semet insinuant. Quærendum, quinam illorum rectius sapiant.

ρλβ'. Γεέννης φόβος καὶ παραδείσου πόθος, παρέχουσι τὴν τῶν θλιβερῶν ὑπομονήν· καὶ τοῦτο, οὐκ ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ γινώσκοντος τοὺς διαλογισμοὺς ἡμῶν.

CXXXII. Gehennæ metus, & paradisi desiderium, præbent afflictionum patientiam: & hoc non se ipsis, sed ex eo qui cognoscit cogitationes nostras.

ρλγ'. Ὁ πιστεύων περὶ τῶν μελλόντων, τῶν ὧδε ἡδέων ἀδογματίστως ἀπέχεται· ὁ δὲ ἀπιστῶν, ἡδὺς καὶ ἀνάλγητος γίνεται.

CXXXIII. Qui de rebus futuris fidem habet, a rebus sæculi dulcibus & voluptuosis, nullo docente, abstinet: qui vero non credit, voluptuarius & carens omni misericordia efficitur.

ρλδ'. Μὴ εἴπης, πῶς ἡδυπαθήσει ὁ πένης, μὴ ἔχων τὰ αἴτια; δύναται γάρ τις καὶ διὰ μόνων τῶν λογισμῶν, ἀθλιωτέρως ἡδυπαθεῖν.

CXXXIV. Ne dixeris: Quomodo pauper indul- D get voluptatibus, non habens occasionem aut facultatem serviendi illis? Potest enim aliquis vel solis cordis cogitationibus voluptatum illecebris miserrime esse deditus.

ρλέ. Ἕτερόν ἐστι γνῶσις πραγμάτων, καὶ ἕτερόν ἐστιν ἀληθείας ἐπίγνωσις. καθόσον ἂν διαφέρει ὁ ἥλιος τῆς σελήνης, κατὰ τοσοῦτον τῆς προτέρας ἡ δευτέρα ὠφελιμωτέρα τυγχάνει. ἡ τῶν πραγμάτων γνῶσις, κατ' ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν προσγίνεται· ἡ δὲ ἀληθείας ἐπίγνωσις, κατὰ τὸ μέτρον τῆς εἰς Χριστὸν ἐλπίδος. εἰ οὖν θέλεις σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, πειρῶ πάντοτε ὑπερβαίνειν τὰ αἰσθητὰ, καὶ διὰ μόνης ἐλπίδος προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ, οὕτω γὰρ ἀκοντὶ μὲν παρατρεπόμενος, εὑρήσεις ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, διὰ τῶν προσβολῶν πολεμούσας σοι· ταύτας δὲ διὰ τῆς προσευχῆς νικῶν καὶ μένων εὔελπις εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τῆς μελλούσης ὀργῆς ῥυομένην σε.

CXXXV. Aliud est rerum cognitio, & aliud veritatis cognitio. Quanto enim sol luna præstantior, tanto priore secunda est præstantior. Rerum cognitio, pro modo exsecutionis præceptorum accidit: at veritatis cognitio, secundum mensuram spei quæ est in Christum. Itaque si salvari volueris, & in veritatis cognitionem pervenire; enitere prorsus omnia sensibilia excedere ac sola spe Deo adhærere. Ad hunc enim modum procul ante admonitus, invenies principes & potestates, E per suggestiones tibi bellum inferentes: hoc autem oratione vinces, inque bona spe perseverabis gratiæ Dei, quæ a ventura ira te liberabit.

ρλϛ'. Ὁ συνιὼν τὸ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Παύλου μυστικῶς εἰρημένον, τὴν πάλην ἡμῶν πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας φήσαντος, γνώσεται καὶ τὴν παραβολὴν τοῦ Κυρίου, πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν.


CXXXVI. Qui intelligit id quod a sancto Paullo mystice dicitur, affirmante [a], nostram luctam adversus spiritualia esse nequitiæ; ille cognoscet etiam parabolam Domini, docentis [b] semper orandum esse, & non defatigandum.

ρλζ'. Ὁ νόμος ἓξ ἡμέρας τυπικῶς ἐργάζεσθαι, τῇ δὲ ἑβδόμῃ σχολάζειν παρακελεύεται· διότι ψυχῆς ἔργον ἐστὶν, ἡ διὰ χρημάτων εὐποιΐα· σχολὴ δὲ αὐτῆς καὶ κατάπαυσις, τὸ πωλῆσαι πάντα, καὶ δοῦναι πτωχοῖς κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου· καὶ διὰ τῆς ἀκτημοσύνης καταπαύσαντα, τῇ νοερᾷ σχολάζειν ἐλπίδι. εἰς

CXXXVII. Sex dies sub figuræ prætextu operari, septimo autem otium agere lex jubet. Quia animæ opus est, opibus prodesse egentibus: otium autem ejus & requies, vendere omnia & dare pauperibus, secundum sermonem Domini: atque ita per rerum nuditatem quiescentem novæ spei

[a] Ephes. VI. 12. [b] Luc. XVIII. 1.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



ταύτην τὴν κατάπαυσιν, καὶ ὁ Παῦλος ἡμῶν μετὰ σπουδῆς προτρέπεται λέγων· σπουδάσωμεν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν. ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν, οὐκ ἀποκλείοντες τὰ μέλλοντα, οὔτε ὧδε τὴν καθολικὴν ἀνταπόδοσιν εἶναι ὁρίσαντες· ἀλλ' ὅτι χρὴ πρῶτον ἐν τῇ καρδίᾳ ἔχειν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργοῦσαν, καὶ οὕτω κατ' ἀναλογίαν εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. τοῦτο φανεροποιῶν ὁ Κύριος, ἔλεγεν· ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστι. τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος ἔλεγεν· ἔστι πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις· καὶ πάλιν, οὕτως τρέχετε, ἵνα καταλάβητε· καὶ πάλιν, δοκιμάζετε ἑαυτοὺς εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει· εἰ δὲ οὐκ ἐπιγινώσκετε ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, εἰ μήτι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε.

A vacare. Ad eamdem requiem & Paullus omni nos hortatur studio, sic inquiens: [a] *Festinemus ingredi in illam requiem.* Hæc autem diximus, non excludentes futura, neque heic plenariam retributionem esse definientes: sed quod oporteat primum in corde habere gratiam Spiritus sancti operantem, atque ita secundum proportionem ingredi in regnum cælorum. Hoc manifestans etiam Dominus dicebat, [b] *Regnum cælorum intra vos est.* Hoc etiam Apostolus dixit: [c] *Fides est sperandarum substantia rerum.* Et iterum: [d] *Sic currite, ut comprehendatis.* Et iterum: [e] *Probate vos ipsos, num sitis in fide. An vero non cognoscitis, quod Christus Jesus in vobis est? nisi forte reprobi estis.*

ρλη'. Ὁ ἀλήθειαν ἐγνωκὼς, ταῖς θλιβεραῖς ἐπιφοραῖς οὐκ ἀντιτάσσεται· οἶδε γὰρ ὅτι εἰς φόβον Θεοῦ ὁδηγοῦσι τὸν ἄνθρωπον.

B CXXXVIII. Qui veritatis cognitionem consecutus est, afflictionibus non repugnat: neque enim ignorat, quod in timorem Dei perducant hominem.

ρλθ'. Αἱ παλαιαὶ ἁμαρτίαι κατ' εἶδος μνημονευθεῖσαι, βλάπτουσι τὸν εὔελπιν· μετὰ λύπης μὲν γὰρ ἀντιδοθεῖσαι, τῆς ἐλπίδος ἀφιστῶσιν· ἀλύπως δὲ ἐξεικονισθεῖσαι, τὸν παλαιὸν μολυσμὸν ἐναποτίθενται.

CXXXIX. Præterita peccata specie quadam memoria repetita, nocent homini in bona spe constituto. Nam cum tristitia apparentia a spe abducunt: sine tristitia autem sub imagine quadam concepta in animo, veteri inquinatione hominem contaminant.

ρμ'. [1] Ὅταν ὁ νοῦς κρατήσῃ δι' ἀρνήσεως τὴν μονολόγιστον ἐλπίδα, τότε ὁ ἐχθρὸς προφάσει ἐξομολογήσεως, τὰ προγεγραμμένα κακὰ ἐξεικονίζει, ἵνα τὰ χάριτι Θεοῦ ἐπιλησθέντα πάθη, ἀναζωπυρήσῃ καὶ λεληθότως ἀδικήσῃ τὸν ἄνθρωπον. τότε γὰρ κἂν φαιδρὸς καὶ μισοπαθὴς ὑπάρχῃ, ἐξ ἀνάγκης σκοτισθήσεται, συσχεθεὶς ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις· κἂν ὁμιχλώδης ἔτι καὶ φιλήδονος εἴη, συγχρονίσει πάντως καὶ ἐμπαθῶς προσομιλήσει ταῖς προσβολαῖς, ὡς πρόληψιν εὑρεθῆναι τὴν τοιαύτην μνήμην, καὶ οὐκ ἐξομολόγησιν. ἂν θέλῃς Θεῷ προσφέρειν ἀκατακρίτως ἐξομολόγησιν, μὴ μνημόνευε κατ' εἶδος τὰς παρατροπάς· λίαν γὰρ μολύνεις τὴν διάνοιαν· ἀλλ' ὑπόμενε γενναίως τὰς τούτων ἐπαγωγάς.

CXL. Cum mens per vitiorum abnegationem & renuntiationem spem unice considerandam apprehenderit; tunc inimicus sub confessionis prætextu, ante menti impressa vitia effingit: ut affectus gratia Dei oblivioni traditos, iterum incensos exsu- C scitet, & hominem latenter injuria afficiat. Tunc enim si clarus & affectibus inimicus exsistat, necessario obtenebrabitur, detentus & confusus propter perpetrata vitia. Et si nebulosus adhuc & voluptatum amans fuerit, omnino una perseverabit, & affecto animo cum occurrentibus affectionibus familiaritatem contrahet: ut mentis anticipatio, talis memoria, & non confessio inveniatur. Itaque si volueris Deo offerre irreprehensibilem confessionem, speciatim errorum ne recorderis (nam valde inquinares animum) verum horum illecebras generose perferto.

ρμα'. [2] Τὰ ἀνιαρὰ, διὰ τὰς προσγεγενημένας ἁμαρτίας ἐπέρχονται πάσης πλημμελείας τὸ προσφυὲς ἐπικομίζοντα.

D CXLI. Ea minime curari possunt, quæ ex præteritorum peccatorum consuetudine naturam quamdam subinduxerunt.

ρμβ'. Ὁ γνωστικὸς καὶ εἰδὼς τὴν ἀλήθειαν, οὐ διὰ μνήμης τῶν πραχθέντων, ἀλλὰ δι' ὑπομονῆς τῶν ἐπερχομένων, ἐξομολογεῖται τῷ Θεῷ.

CXLII. Scientia præditus, quique veritatem novit, nequaquam memoria rerum factarum, sed patientia rerum contingentium confitetur Deo.

ρμγ'. Ἀποβαλὼν πόνον καὶ ἀτιμίαν, μὴ ἐπαγγέλλου δι' ἑτέρων ἀρετῶν μετανοεῖν· κενοδοξία γὰρ καὶ ἀναλγησία δουλεύειν τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ διὰ δεξιῶν πεφύκασιν.

CXLIII. Cum abjeceris laborem & ignominiam, ne pollicearis per alias virtutes resipiscentiam. Ambitio enim & indolentia in rebus secundis inservire peccato solent.

ρμδ'. Ὥσπερ τὰς ἀρετὰς πόνοι καὶ ἀτιμίαι, οὕτω καὶ τὰς κακίας ἡδοναὶ καὶ δόξαι τίκτειν εἰώθασι.

CXLIV. Sicut virtutes laboribus & ignominia; sic etiam vitia voluptatibus & gloria procreari consueverunt.

ρμε'. Πᾶσα σωματικὴ ἡδονὴ, ἐκ προβαλούσης ἐστὶν ἀνέσεως· ἄνεσιν δὲ γεννᾷ ἡ ἀπιστία.

CXLV. Omnis corporalis voluptas ex præsumta E licentia provenit. Porro licentiam incredulitas generat.

ρμς'. Ὁ ὢν ὑπὸ ἁμαρτίας, οὐ δύναται μόνος περιγενέσθαι τοῦ σαρκικοῦ θελήματος. διότι τὸν ἐρεθισμὸν ἄπαυστον ἔχει καὶ ἐγκείμενον τοῖς πάθεσιν.

CXLVI. Qui in peccatis constitutus est, non potest solus carnalem voluptatem superare. Quapropter provocatorem habet irrequietum, & urgentem affectibus.

ρμζ'. Ἐμπαθεῖς ὄντας προσεύχεσθαι δεῖ καὶ ὑποτάσσεσθαι· μόλις γάρ ἐστι μετὰ βοηθείας πολεμῆσαι ταῖς προλήψεσιν.

CXLVII. Qui urgentur affectibus, his oratio atque submissio sive humiliatio est necessaria. Vix enim licet cum auxilio mentis anticipationibus repugnare.

ρμη'. Ὁ μετ' ὑποταγῆς καὶ προσευχῆς πυκτεύων τῷ θελήματι, ἀθλητής ἐστιν εὐμέθοδος, ὁ τὴν νοητὴν πάλην διὰ τῆς τῶν αἰσθητῶν ἀποχῆς προφανῶς ἐπιδεικνύμενος.

CXLVIII. Qui cum subjectione & precatione adversus voluntatem luctatur, hic athleta valde industrius & artificiosus est; qui mentis luctam per rerum sensibilium abstinentiam manifesto ostendit.

[a] Heb. IV. 11. [b] Luc. XVII. 21. [c] Heb. XI. 1. [d] I. Cor. IX. 24. [e] II. Cor. XIII. 5.

1. Ὅταν κ. τ. λ.] Caute legas.

2. Τὰ ἀν.] Caute legas & hunc locum.

ρμθ'. Ὁ μὴ συναλλάσσων τῷ Θεῷ τὸ ἑαυτοῦ θέλημα, ὑποσκελίζεται ἐν τοῖς ἰδίοις ἐπιτηδεύμασι, καὶ ὑποχείριος τῶν ἀντιπάλων γίνεται.

ρν'. Ὅταν ἴδῃς δύο κακοὺς ἔχοντας πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην, γίνωσκε ὅτι ἕτερος τῷ ἑτέρῳ συνεργεῖ πρὸς τὸ θέλημα.

ρνα'. Ὑψηλόφρων καὶ κενόδοξος, ἀλλήλοις ἡδέως συναλλάσσουσιν· ὁ μὲν γὰρ δουλικῶς ὑποπίπτοντα ἐπαινεῖ τὸν κενόδοξον· ὁ δὲ, συνεχῶς ἐπαινοῦντα, μεγαλύνει τὸν ὑψηλόφρονα.

ρνβ'. Φιλαλήθης ἀκροατὴς, ἀμφοτέρωθεν πορίζεται τὴν ἀλήθειαν, ἐπὶ μὲν τοῖς ἀγαθοῖς μαρτυρούμενος, προθυμότερος γίνεται· ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς ἐλεγχόμενος, μετανοεῖν ἀναγκάζεται.

ρνγ'. Δεῖ ἡμᾶς κατὰ τὴν προκοπὴν, καὶ τὸν βίον ἔχειν, καὶ κατὰ τὸν βίον, ὀφείλομεν τὰς προσευχὰς ἀναφέρειν τῷ Θεῷ.

ρνδ'. Καλὸν μὲν τὴν κεφαλαιωδεστέραν κρατεῖν ἐντολὴν, καὶ μηδὲν κατ' εἶδος μεριμνᾷν, μηδὲ κατ' εἶδος προσεύχεσθαι, ἀλλὰ μόνον ζητεῖν τὴν βασιλείαν, κατὰ τὸν λόγον Κυρίου· εἰ δὲ περὶ ἑκάστης χρείας φροντίζομεν, ὀφείλομεν περὶ ἑκάστης προσεύχεσθαι· ὁ γὰρ ἐκτὸς προσευχῆς τι ποιῶν ἢ φροντίζων, οὐκ εὐοδοῦται ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ πράγματος· καὶ τοῦτό ἐστι ὃ εἶπεν ὁ Κύριος, οὐ δύνασθε χωρὶς ἐμοῦ ποιεῖν οὐδέν.

ρνε'. Τὸν παραλογιζόμενον τὴν περὶ προσευχῆς ἐντολὴν, ἀτοπώτεραι παρακοαὶ διαδέχονται, ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ καθάπερ δέσμιον παραπέμπουσα.

ρνϛ'. Ὁ τὰ ἐνεστῶτα θλιβερὰ προσδοκίᾳ τῶν μεταγενεστέρων ἀγαθῶν προσδεχόμενος, γνῶσιν ἀληθείας εὕρηκε, καὶ ὀργῆς καὶ λύπης ταχέως ἀπαλλαγήσεται.

ρνζ'. Ὁ κακουχίαν καὶ ἀτιμίαν ὑπὲρ ἀληθείας αἱρούμενος, ἀποστολικὴν ὁδὸν πορεύεται, τὸν σταυρὸν ἄρας, καὶ τὴν ἅλυσιν περικείμενος· ὁ δὲ ἐκτὸς τῶν δύο τούτων προσέχειν τῇ καρδίᾳ πειρώμενος, πλανᾶται κατὰ νοῦν, καὶ ἐμπίπτει εἰς πειρασμοὺς καὶ παγίδας τοῦ διαβόλου.

ρνη'. Οὔτε τοῖς λογισμοῖς τοῖς κακοῖς ἐκτὸς τῶν αἰτιῶν, οὔτε ταῖς αἰτίαις ἐκτὸς τῶν λογισμῶν ἔστι πολεμοῦντα νικῆσαί ποτε. ὅταν γὰρ τὸ ἓν μονομερῶς ἀποβάλωμεν, μετ' οὐ πολὺ διὰ τοῦ ἑτέρου τοῖς ἀμφοτέροις ἐμφερόμεθα.

ρνθ'. Ὁ φόβῳ κακοπαθείας καὶ ὀνειδισμοῦ τοῖς ἀνθρώποις μαχόμενος, ἢ ὧδε δι' ἐπιφορᾶς περισσοτέρως κακοπαθεῖ, ἢ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀνηλεῶς κολάζεται.

ρξ'. Ὁ πᾶσαν κακὴν ἐπιφορὰν ἀποκλεῖσαι βουλόμενος, ὀφείλει διὰ προσευχῆς, συναλλάσσειν τῷ Θεῷ τὰ πράγματα, καὶ κρατεῖν μὲν νοερῶς τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα, τὴν δὲ φροντίδα τῶν αἰσθητῶν κατὰ δύναμιν παραλογίζεσθαι.

ρξα'. Ὅταν εὕρῃ ὁ διάβολος ἐκτὸς ἀνάγκης ἄνθρωπον τοῖς σωματικοῖς ἐνασχολούμενον, πρότερον ἁρπάζει αὐτοῦ τὰ τῆς γνώσεως λάφυρα. εἶθ' οὕτω τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, ὡς κεφαλὴν ἀποτέμνει.

ρξβ'. Εἴ ποτε λάβοις καθαρᾶς προσευχῆς ὀχυρὸν τόπον, τὴν γνῶσιν τῶν πραγμάτων ἀναδιδομένην παρὰ τοῦ ἐχθροῦ ἐν τῷ καιρῷ, μὴ καταδέχου, ἵνα τὸ μεῖζον μὴ ἀπολέσῃς· κρεῖττον γὰρ τοῖς τῆς προσευχῆς βέλεσι κατατοξεύειν αὐτὸν κατὰ τόπον συγκεκλεισμένον, ἢ προσομιλεῖν αὐτῷ τὰ σκῦλα προφέροντι, καὶ ἀποσπᾶν ἡμᾶς τῆς κατ' αὐτοῦ δεήσεως μηχανωμένῳ.

ρξγ'. Ἡ τῶν πραγμάτων χώρα, ἐν καιρῷ πειρασμῶ

A CXLIX. Qui non conciliat Deo suam voluntatem, supplantatur & evertitur propriis exercitiis, & ab adversariis superatur.

CL. Cum videris duos improbos mutua benevolentia conjunctos, tum scias, quod alter alteri cooperatur ad voluntatem.

CLI. Superbus & ambitiosus inter se libenter familiaritatem ineunt. Ille enim serviliter succumbentem ambitiosum laudat; hic vero indesinenter laudantem magnificat superbum.

CLII. Veritatis amans auditor, utrimque veritatem lucratur. Cum enim in bonis testimonio vincitur, promtior & melior redditur: in malis autem
B dum coarguitur, ad resipiscentiam adigitur.

CLIII. Oportet nos secundum quod proficimus, etiam vitam instituere: & secundum vitam, debemus precationes offerre Deo.

CLIV. Pulcrum quidem est, ut maxime summarium illud præceptum arripiamus, & nihil speciatim soliciti simus, neque quidquam speciatim precemur; sed solum regnum Dei, juxta Domini sermonem [a], quæramus. Si vero de unaquaque re necessaria solicite cogitaverimus, debemus etiam pro unaquaque consequenda preces ad Deum fundere. Quicumque enim sine precatione aliquid facit, aut solicito animo cogitat; ille nullam prosperitatem tandem sentiret. Et hoc est quod dixit
C Dominus: [b] *Sine me nihil potestis facere*.

CLV. Fallentem præceptum de faciendis precationibus, absurdiores inobedientiæ excipient, altera alteri tamquam vinctum alternis vicibus transmittentes.

CLVI. Qui instantes hujus vitæ molestias, ac tribulationes futurorum bonorum exspectatione suscipit, veritatis cognitionem invenit, & ab iracundia atque tristitia facile liberabitur.

CLVII. Qui ærumnas & ignominiam pro veritate elegit, ille apostolicam viam, sublata in humeros cruce & vinctus catena, ambulat. Qui vero citra hæc duo cordi morem gerere voluerit, er-
D rat secundum animum, & incidit in tentationes & laqueos diaboli.

CLVIII. Neque qui adversus malas cogitationes sine caussis, neque qui adversus caussas sine cogitationibus pugnat, umquam vincit. Uno enim tantum profligato, non multo post per alterum in utrumque rapitur.

CLIX. Qui metu vexationis, & contumeliæ pugnat cum hominibus; ille aut in hac vita per impressiones abundantius vexabitur, aut in futuro sæculo immisericorditer punietur.

CLX. Qui omnium malorum impetum & impressionem excludere voluerit, debet precationibus Deo commendare sua negotia, & spem quæ in il-
E lum est, animo apprehendere, curam vero rerum sensibilium pro virili contemnere.


CLXI. Cum diabolus hominem invenerit, sine necessitate negotiis corporalibus vacantem, primum quidem rapit ipsius cognitionis spolia, deinde spem quam in Deum habet, veluti caput amputat.

CLXII. Si quando puræ precationis tutum locum inveneris, rerum cognitionem quam tibi inimicus suggerit in tempore, cave suscipias, ne id quod majus est, amittas. Præstabilius enim est, precationis jaculis jaculari ipsum in loco concluso, quam conversationem cum illo habere exuvias afferente, & nos a precandi sedulitate quæ adversus illum fit, abstrahere moliente.

CLXIII. Locus rerum aut negotiorum, tempore

[a] Matth. vi. 33. [b] Joan. xv. 5.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



καὶ ἀκηδίας, ὠφελεῖ τὸν ἄνθρωπον· ἐν καιρῷ δὲ καθαρᾶς προσευχῆς, καταβλάπτειν εἴωθε.

A tentationis & socordiæ juvat hominem: tempore vero puræ precationis consuevit lædere.

ρξδ'. Διδάσκειν ἐν Κυρίῳ λαχὼν, καὶ παρακουόμενος, θλίβου νοερῶς, καὶ μὴ ταράσσου προφανῶς· θλιβόμενος γὰρ, οὐ συγκατακριθήσῃ τῷ παρακούοντι· ταρασσόμενος, ἐν τῷ αὐτῷ πράγματι πειρασθήσῃ.

CLXIV. Si docendi provinciam affecutus es in Domino, & obaudiendo neglexeris, mente fac affligaris, neque tamen aperte perturberis. Cum enim affligeris, nequaquam cum obaudiente damnaris: porro si perturbaris, eadem re tentaberis.

ρξέ. Ἐν καιρῷ ἐξηγήσεως, μὴ κρύψῃς τὰ τοῖς παροῦσι προσήκοντα· τὰ μὲν εὐπρεπῆ, σαφεστέρως· τὰ δὲ σκληρὰ, αἰνιγματωδῶς διηγούμενος.

CLXV. Quo tempore tibi aliquid exponendum fuerit; ne velis præsentes, quæ dictu & auditu consentanea sunt, clam habere. Et ea quidem quæ honesta & decora sunt, manifestius; quæ vero dura & obscura, ænigmatice exponas.

ρξς'. Τοῦ ἐν ὑποταγῇ σου μὴ ὄντος, σφάλμα μὴ προσενέγκῃς εἰς πρόσωπον· τοῦτο γὰρ ἐξουσίας μᾶλλον, ἢ συμβουλίας ἐστί.

CLXVI. Ei qui tibi subjectus non est, errorem B ne exprobres in faciem. Hoc enim potestatis magis quam consilii argumentum esset.

ρξζ'. Τὰ πληθυντικῶς γινόμενα, γίνεται πᾶσιν ὠφέλιμα· ἑκάστῳ τὰ ἴδια, κατὰ συνείδησιν ἐμφανίζονται.

CLXVII. Quæ in communi fiunt pro pluribus, omnibus fiunt utilia. Unicuique propria, secundum conscientiam apparent.

ρξή. Ὁ λαλῶν ὀρθῶς, ὀφείλει καὶ αὐτὸς εὐχαριστεῖν, ὡς παρὰ Θεοῦ λαμβάνων τὰ ῥήματα· ἡ γὰρ ἀλήθεια, οὐ τοῦ λαλοῦντός ἐστιν, ἀλλὰ τοῦ ἐνεργοῦντος Θεοῦ.

CLXVIII. Qui recte loquitur, debet etiam ipse gratias agere, ut qui a Deo verba sumserit. Etenim veritas, non loquentis, sed operantis Dei est.

ρξθ'. Παρ' ὧν οὐκ ἔχεις ὁμολογίαν ὑποταγῆς, μὴ φιλονείκει ἀνθιστάμενος τῇ ἀληθείᾳ, ἵνα μὴ μῖσος ἐγείρῃς κατὰ τὴν θείαν γραφήν.

CLXIX. A quibus obedientiæ confessionem non habes, ne contentiose repugnes, veritati resistens: ne quod odium adversus scripturam sacram importunitate tua exsuscites.

ρό. Ὁ ὑποτακτικῷ ὅπου οὐ δεῖ ἀντιλέγοντι παραχωρῶν, πλανᾷ αὐτὸν ἐν ἐκείνῳ τῷ πράγματι, καὶ τὰς συνθήκας τῆς ὑποταγῆς ἀθετεῖν παρασκευάζει.

CLXX. Qui subdito contradicenti, ubi non opor- C tet, cesserit; ea in re seducit illum, & obedientiæ fœdera objicit contemtui.

ροά. Ὁ φόβῳ Θεοῦ νομοθετῶν ἢ παιδεύων τὸν ἁμαρτάνοντα, τὴν ἐναντιουμένην τῷ σφάλματι ἀρετὴν ἑαυτῷ περιποιεῖται· ὁ δὲ μνησικακῶν καὶ κακοθελῶς ὀνειδίζων, τῷ ὁμοίῳ πάθει κατὰ τὸν πνευματικὸν περιπίπτει νόμον.

CLXXI. Qui timore Dei legem condit, aut peccantem castigat, contrariam errori virtutem, sibi ipsi vendicat atque conciliat. Qui vero injuriarum memor est & malitiose exprobrat, in eumdem affectum, secundum legem spiritualem, incidit.

ροβ'. Ὁ καλῶς μαθὼν τὸν νόμον, φοβεῖται τὸν νομοθέτην· καὶ ἐλπίζων ἐπ' αὐτῷ, ἐκκλίνει ἀπὸ παντὸς κακοῦ.

CLXXII. Qui probe legem perdidicit, timet legislatorem: & sperans in eumdem, ab omni malo declinat.

ρογ'. Μὴ γίνου δίγλωσσος, ἑτέρως μὲν τῷ λόγῳ, ἑτέρως δὲ τῇ συνειδήσει διακείμενος· τὸν γὰρ τοιοῦτον ἡ γραφὴ, ὑπὸ κατάρας ἵστησιν.

CLXXIII. Ne fias bilinguis, aliter quidem sermone, aliter vero conscientia temet ostentans. Ejusmodi enim hominem scriptura sub maledictio- D ne statuit.

ροδ'. Ἔστιν ὁ ἀλήθειαν λέγων καὶ ὑπὸ ἀφρόνων μισούμενος, κατὰ τὸν ἀπόστολον· καὶ ἔστιν ὁ ὑποκρινόμενος, καὶ διὰ τοῦτο ἀγαπώμενος. ὅμως οὐδέτερον τῶν ἀνταποδόσεων τούτων, πολυχρόνιον γίνεται· διότι ὁ Κύριος ἐν ἰδίῳ καιρῷ, ἑκάστῳ τὸ δέον ἀνταποδίδωσιν.

CLXXIV. Est qui veritatem dicit, & ab insipientibus habetur odio, secundum Apostolum: & est qui simulat, & propter hoc amatur. Attamen neutra harum retributionum diuturna est: quoniam Dominus suo tempore unicuique, ut oportet, retribuet.

ροέ. Ὁ τὰ μέλλοντα μοχθηρὰ ἀναιρεῖν βουλόμενος, ὀφείλει τὰ ἐνεστῶτα ἡδέως ὑποφέρειν· οὕτω γὰρ νοερῶς συναλλάσσων πράγματι, διὰ μικρῶν ὀδυνῶν, μεγάλας ἐκφεύξεται.

CLXXV. Qui futuras tribulationes tollere voluerit, ille præsentes debet jucunde & libenter perpeti. Ita enim mente assuescens rei, modicis doloribus & molestiis magnas effugiet.

ρος'. Ἀσφάλισαι λόγον ἀπὸ καυχήσεως, καὶ λογισμὸν ἀπὸ οἰήσεως, ἵνα μὴ παραχωρηθεὶς, πράξῃς τὰ ἐναντία· οὐ γὰρ ἐξ ἀνθρώπου μόνου τελεσιουργεῖται τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τοῦ παντεπόπτου Θεοῦ.

CLXXVI. Fac munias linguam tuam a jactantia, & cogitationem ab opinione; ne cum cesse- E ris, diversa facias. Neque enim ab homine solo bonum perficitur, sed ab omnia vidente Deo.

ροζ'. Ὁ παντεπόπτης Θεὸς, ὥσπερ τοῖς ἔργοις ἡμῶν ἀξίας ἐπιφορὰς ἀπένειμεν· οὕτω καὶ τοῖς λογισμοῖς καὶ τοῖς ἑκουσίοις νοήμασιν.

CLXXVII. Omnia videns Deus, quemadmodum operibus nostris digna incrementa suppeditat; sic etiam cogitationibus & voluntariis consiliis.

ροή. Οἱ ἀκούσιοι λογισμοὶ, ἐκ προλαβούσης ἁμαρτίας ἀναφύονται· οἱ δὲ ἑκούσιοι, ἐκ τοῦ αὐτεξουσίου θελήματος· ὅθεν αἴτιοι εὑρίσκονται τῶν προτέρων οἱ δεύτεροι.

CLXXVIII. Non voluntariæ cogitationes ex antevertente peccato nascuntur: ceterum voluntariæ ex voluntate libera & spontanea. Unde posteriores caussæ esse priorum deprehenduntur.

ροθ'. Ταῖς μὲν παρὰ πρόθεσιν κακαῖς ἐννοίαις, λύπη παρέπεται· διὸ καὶ συντόμως ἐξαφανίζονται· ταῖς δὲ κατὰ πρόθεσιν, χαρά· ὅθεν καὶ δυσαπάλλακτοι γίνονται.

CLXXIX. Malas cogitationes præter propositum contingentes, tristitia subsequitur: quapropter etiam brevi momento evanescunt. At quæ sunt juxta propositum, gaudium: unde fit ut etiam difficulter queant abjici.


ρπ'. Ὁ φιλήδονος λυπεῖται ἐν ψόγοις καὶ κακοπαθείαις· ὁ δὲ φιλόθεος, ἐν ἐπαίνοις καὶ πλεονεξίαις.

CLXXX. Voluptatis studiosus & amans, in reprehensionibus & vexationibus tristitia afficitur: porro homo diligens Deum, in laudibus & abundantia.

ρπά. Ὁ μὴ γινώσκων τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ, ἀμφίκρημνον ὁδὸν κατὰ νοῦν διαβαίνει, καὶ ὑπὸ παντὸς

CLXXXI. Cui non sunt explorata judicia Dei, periculosam & precipitem viam juxta mentem am-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



ἀνέμου ῥᾳδίως ἀνατρέπεται· ἐπαινούμενος γαυριᾷ, καὶ ψεγόμενος ἐρεθίζεται, ἀδοχούμενος ἀσελγαίνει, καὶ κακοπαθῶν ἀποδύρεται, συνιὼν φαντάζεται, καὶ μὴ νοῶν σχηματίζεται, πλουτῶν ἀλαζονεύεται, καὶ πτωχεύων ὑποκρίνεται, κορεσθεὶς θρασύνεται, καὶ νηστεύων κενοδοξεῖ, τοῖς ἐλέγχουσι φιλονεικεῖ, καὶ τοῖς συγγνώμην αὐτῷ ἀπονέμουσιν, ὡς ἀνοήτοις ἐφυβρίζει. ἐὰν μήτε οὖν κατὰ χάριν Χριστοῦ γνῶσιν ἀληθείας, καὶ φόβον Θεοῦ αἰτήσηται, οὐ μόνον ἐκ τῶν παθῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν συμβάσεων, δεινῶς τραυματίζεται.

ρπβʹ. Ὅταν λῦσαι θέλῃς πρᾶγμα συμπεπλεγμένον, ζήτει περὶ αὐτοῦ, τί τῷ Θεῷ ἀρέσκει, καὶ εὑρήσεις τὴν λύσιν αὐτοῦ ἐπωφελῆ.

ρπγʹ. Ἐν οἷς ἂν πράγμασιν εὐδοκῇ ὁ Θεὸς, ἐν τούτοις καὶ πᾶσα κτίσις ὑπηρετεῖ· ἐν οἷς δὲ ἂν αὐτὸς ἀποστρέφηται, ὁμοίως καὶ ἡ κτίσις ἀντιτάσσεται.

ρπδʹ. Ὁ ἀντιτασσόμενος ταῖς σκυθρωπαῖς ἐπιφοραῖς, οὐκ οἶδεν, ἀντιμάχεται τῇ κελεύσει τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ καταδεχόμενος αὐτὰς μετὰ γνώσεως ἀληθοῦς, οὗτος κατὰ τὴν γραφὴν ὑπομένει τὸν Κύριον.

ρπεʹ. Πειρασμοῦ ἐπελθόντος, μὴ ζήτει διὰ τί, ἢ διὰ τίνος ἐλήλυθεν, ἀλλ' ὅπως ἂν αὐτὸν εὐχαρίστως καὶ ἀμνησικάκως ὑπομείνῃς.

ρπϛʹ. Ἀλλότριον κακὸν οὐ προστίθησιν ἁμαρτίαν, ἐὰν μὴ ἡμεῖς αὐτὸ κακοῖς παραδεξώμεθα ἐννοίαις.

ρπζʹ. Εἰ οὐκ ἔστι ῥᾳδίως εὑρεῖν τὸν ἐκτὸς πειρασμοῦ εὐαρεστήσαντα, εὐχαριστεῖν δεῖ τῷ Θεῷ ἐπὶ πάσῃ συμβάσει.

ρπηʹ. Εἰ μὴ νυκτερινῆς ἄγρας ἀπέτυχεν ὁ Πέτρος, οὐκ ἂν τῆς ἡμερινῆς ἐπέτυχε· καὶ εἰ μὴ αἰσθητῶς ἐτυφλοῦτο ὁ Παῦλος, οὐκ ἂν πνευματικῶς ἀνέβλεψε· καὶ εἰ μὴ ὡς βλάσφημος ἐσυκοφαντεῖτο ὁ Στέφανος, οὐκ ἂν τῶν οὐρανῶν αὐτῷ ἀνεῳχθέντων, τὸν Κύριον ἐθεάσατο.

ρπθʹ. Ὥσπερ ἡ κατὰ Θεὸν ἐργασία, ἀρετὴ λέγεται, οὕτως ἡ παρὰ προσδοκίαν θλίψις πειρασμὸς λέγεται.

ρϟʹ. Ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπείραζε, τοῦτ' ἔστι πρὸς τὸ συμφέρον ἔθλιβεν, οὐχ ἵνα μάθῃ ὁποῖός ἐστιν· ᾔδει γὰρ αὐτὸν ὁ εἰδὼς τὰ πάντα, πρὶν γενέσθαι αὐτόν, ἀλλ' ὅπως ἀφορμὰς αὐτῷ παράσχῃ τῆς τελείας πίστεως.

ρϟαʹ. Πᾶσα θλίψις ἐλέγχει τὴν ῥοπὴν τοῦ θελήματος, εἴτε εἰς δεξιὰ ῥέπει, εἴτε εἰς ἀριστερά· διὰ τοῦτο ἡ συμβατικὴ θλίψις, πειρασμὸς ὀνομάζεται, τῷ μετόχῳ πεῖραν τῶν κεκρυμμένων θελημάτων παρέχουσα.

ρϟβʹ. Φόβος Θεοῦ ἀναγκάζει ἡμᾶς πολεμεῖν τῇ κακίᾳ· ἡμῶν δὲ πολεμούντων, ὁ Κύριος ἀναιρεῖ αὐτήν.

ρϟγʹ. Σοφία ἐστὶν, οὐ μόνον τὸ διὰ φυσικῆς ἀκολουθίας εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπομένειν ὡς ἰδίαν τὴν τῶν ἀδικούντων τιμωρίαν· οἱ μὲν γὰρ τῇ προτέρᾳ ἐναπομείναντες, πρὸς ὑπερηφανίαν ἀνεπήρθησαν· οἱ δὲ, ἐπὶ τὴν δευτέραν φθάσαντες, ταπεινοφροσύνην ἐκτήσαντο.

ρϟδʹ. Εἰ βούλει μὴ ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ πονηρῶν λογισμῶν, ἐξουδένωσιν ψυχῆς καὶ θλίψιν σαρκὸς ὑποδέχου, καὶ τοῦτο οὐ μερικῶς, ἀλλ' ἐν παντὶ τόπῳ, καὶ καιρῷ, καὶ πράγματι.

ρϟεʹ. Ὁ ταῖς θλιβεροῖς ἑκουσίως ἐμπαιδευόμενος, ὑπὸ

bulat, & a quovis vento facile movetur & impellitur: si laudatur, jactabundus insolescit: si reprehenditur, irritatur: convivium agitans, lascivit ebrius: si vexatur malis, lamentatur: intelligens, effertur ostentatione: non intelligens, simulat: abundans opibus, arroganter superbit: mendicum agens, opes domi simulat: saturatus, ferocit: & jejunans, inani servit gloriæ: cum reprehendentibus contendit: & his qui illi largiuntur veniam, tamquam stultis, petulanter injuriosus est. Itaque si non secundum gratiam Christi, veritatis cognitionem & Dei timorem postulaverit; non tantum ab affectionibus, sed etiam ab accidentibus graviter vulneratur.

CLXXXII. Quando caussam aut negotium aliquod intricatum solvere animo decreveris, primum fac in eo quæras, quod Deo placet: atque ita ejus negotii commodam solutionem invenies.

CLXXXIII. In quibus rebus Deus complacitum habuerit, in illis etiam omnis creatura subservit: quæ vero ille aversatur, similiter in illis & omnis creatura reluctatur.

CLXXXIV. Qui repugnat, semet opponens tristibus adversitatibus, ille nescius repugnat Dei imperio: qui autem easdem suscipit vera cognitione, ille, secundum scripturam, suffert Dominum.

CLXXXV. Tentatione veniente ne quæras, quare aut per quem venerit: verum ut eamdem grataner & sine injuriarum recordatione perferas, memento.

CLXXXVI. Alienum malum non addit peccatum, si nos illud malis cogitationibus non susceperimus.

CLXXXVII. Si non facile invenire licet eum qui sine tentationibus placuerit; gratiæ Deo agendæ sunt in omnibus quæcumque nobis acciderint.

CLXXXVIII. Si Petrus nocturna captura frustratus non fuisset [a], numquam diurnam esset adeptus: & nisi corporaliter excæcatus fuisset Paullus [b], numquam spiritualiter visum recepisset: & nisi, ut blasphemus, sycophantice accusatus fuisset Stephanus, nequaquam apertis ei cælis Dominum vidisset [c].

CLXXXIX. Quemadmodum operatio secundum Deum dicitur virtus: sic præter exspectationem afflictio, vocatur tentatio.

CXC. Deus tentavit Abrahamum [d], hoc est, ad utilitatem ejus afflixit, non ut disceret qualis esset (noverat enim eum, qui novit omnia, prius quam ipse natus esset) sed ut perfectæ fidei occasiones illi suppeditaret.

CXCI. Omnis afflictio arguit momentum seu inclinationem voluntatis, sive in dextram vergat, sive in sinistram. Quapropter accidens tribulatio, vocatur tentatio, occultarum voluntatum experientiam participi exhibens.

CXCII. Timor Dei cogit nos pugnare adversus animi pravitatem atque malitiam: nobis autem pugnantibus, Dominus illam destruit.

CXCIII. Sapientia est non solum per naturalem consequentiam nosse veritatem, sed perferre, tamquam proprium, hominum injuria afficientium supplicium. Nam qui in priori persistunt, efferuntur superbia: at qui ad secundum quoque pervenerunt, humilitatem consecuti sunt.

CXCIV. Quod si nolueris a pravis cogitationibus fatigari, humilitatem animi & carnis tribulationem suscipe. Et hoc non aliquando, sed loco & tempore & in omni negotio.

CXCV. Qui afflictionibus animo voluntario ca-

[a] Luc. V. 5. 6. [b] Act. IX. 8. [c] Act. VII. 55. [d] Gen. XXII. 1.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

τῶν ἀκουσίων λογισμῶν οὐ κατέχεται. ὁ δὲ τὰ πρῶτα μὴ καταδεχόμενος, ὑπὸ τῶν δευτέρων καὶ μὴ βουλόμενος αἰχμαλωτίζεται.

ρϛϛ΄. Ὅταν ἀδικουμένου σου σκληρυνθῇ τὰ σπλάγχνα καὶ ἡ καρδία, μὴ λυποῦ, ὅτι οἰκονομικῶς ἐκινήθη τὸ προκείμενον· ἀλλὰ χαίρων ἀνάτρεπε τοὺς ἐπανακύπτοντας λογισμούς· εἰδὼς ὅτι τούτων ἐκ προσβολῆς ἀναιρουμένων, κἀκεῖνα μετὰ τὴν κίνησιν ἀναιρεῖσθαι πέφυκε. τῶν δὲ λογισμῶν ἐνδελεχούντων, κἀκεῖνα προσθήκην λαμβάνειν εἴωθεν.

ρϛζ΄. Ἐκτὸς συντριμμοῦ καρδίας, ἀδύνατον καθόλου ἀπαλλαγῆναι κακίας· συντρίβει δὲ καρδίαν, ἡ τριμερὴς ἐγκράτεια, ὕπνου λέγω, καὶ τροφῆς, καὶ σωματικῆς ἀνέσεως. ἡ δὲ περὶ τούτων περισσεία, ἡδυπάθειαν ἐντίθησιν· ἡδυπάθεια δὲ, τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς παραδέχεται. ἀντίκειται δὲ καὶ τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ προσηκούσῃ διακονίᾳ.

ρϛή. Κελεύειν ἀδελφοῖς λαχὼν, φύλαττε τὴν τάξιν σου, καὶ μὴ διὰ τοὺς ἀντιλέγοντας, παρασιωπήσῃς τὰ δέοντα. ἐν οἷς μὲν γὰρ ὑπακούσουσι, μισθὸν ἕξεις ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς· ἐν οἷς δὲ παρακούσουσι, πάντως ἀφήσεις αὐτοῖς, καὶ λήψῃ τὰ ἴσα παρὰ τοῦ εἰρηκότος, ἀφίετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν.

ρϛθ΄. Πανηγύρει ἔοικε πᾶσα σύμβασις· ὁ εἰδὼς πραγματεύεσθαι, κερδαίνει πολλά· ὁ δὲ μὴ εἰδὼς, ζημίας ὑποφέρει.

σ΄. Τὸν ἀπὸ ἑνὸς λόγου μὴ ὑπακούοντα, μὴ βιάζου μετὰ φιλονεικίας, ἀλλὰ τὸ κέρδος ὃ ἀπέβαλεν ἐκεῖνος, σὺ περιποίησαι σεαυτῷ. πλεῖον γὰρ τῆς ἐκείνου διορθώσεως ὠφελήσει ἡ σὴ ἀνεξικακία.

σά. Ὅταν ἡ τοῦ ἑνὸς βλάβη εἰς τοὺς πολλοὺς διατρέχῃ, τότε οὐ δεῖ μακροθυμεῖν, οὔτε ζητεῖν τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶμεν. διότι τῆς μονομεροῦς ἀρετῆς ἡ πολυμερὴς ὠφελιμωτέρα τυγχάνει.

σβ΄. Ἐάν τις πέσῃ εἰς οἱανδήποτε ἁμαρτίαν, καὶ μὴ λυπηθῇ κατὰ ἀναλογίαν τοῦ σφάλματος, εὐχερῶς τῷ αὐτῷ περιπεσεῖται δικτύῳ.

σγ΄. Ὥσπερ λέαινα δαμάλει φιλικῶς οὐ προσίεται, οὕτως ἀναισχυντία τὴν κατὰ Θεὸν λύπην, εὐμενῶς οὐ παραδέχεται.

σδ΄. Ὥσπερ λύκῳ πρόβατον οὐ συνέρχεται εἰς τεκνογονίαν, οὕτως οὔτε κόρῳ πόνος καρδιακὸς εἰς κύησιν ἀρετῶν.

σέ. Οὐδεὶς δύναται πόνον καὶ λύπην κατὰ Θεὸν ἔχειν, ἐὰν μὴ πρότερον καὶ τούτων τὰς αἰτίας ἀγαπήσῃ.

σϛ΄. Φόβος Θεοῦ καὶ ἔλεγχος, εἰσδέχονται λύπην· ἐγκράτεια δὲ καὶ ἀγρυπνία προσομιλοῦσι πόνῳ.

σζ΄. Ὁ γραφικαῖς ἐντολαῖς καὶ νουθεσίαις μὴ παιδευόμενος, τῇ μάστιγι τοῦ ἵππου, καὶ τῷ κέντρῳ τοῦ ὄνου ἐλασθήσεται. εἰ δὲ καὶ τούτοις ἀντιτάσσεται, καὶ ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας ἀχθήσεται.

σή. Ὁ ὑπὸ τῶν μικρῶν εὐχερῶς νικώμενος, καὶ τοῖς μεγάλοις ἐξ ἀνάγκης δεδούλωται· ὁ δὲ τούτων καταφρονῶν, καὶ τοῖς μεγάλοις ἐν Κυρίῳ ἀντιτάσσεται.

σθ΄. Μὴ πειρῶ ἐλέγχων ὠφελεῖν τὸν ἐν ἀρεταῖς καυχώμενον, διότι ὁ αὐτὸς καὶ φιλενδείκτης καὶ φιλαλήθης εἶναι οὐ δύναται.

σί. Πᾶν ῥῆμα Χριστοῦ, ἔλεον, καὶ δικαιοσύνην, καὶ σοφίαν ἐμφαίνει Θεοῦ, καὶ τὴν τούτων δύναμιν διὰ τῆς ἀκοῆς ἐμβάλλει τοῖς ἡδέως ἀκούουσιν· ὅθεν

A stigatur, ab invitis cogitationibus nequaquam comprehenditur. At qui priores non amplectitur, a posterioribus vel nolens captivus ducitur.

CXCVI. Cum tibi injuria affecto cor & viscera induruerint, ne contristeris ob faciem rei præsentis dispositione divina mutatam: sed gaudens averte prorumpentes cogitationes: sciens, his primo statim impetu sublatis, & illa post motum tolli solere. At cogitationibus assidue moventibus, & illa augmentum accipere consueverunt.

CXCVII. Sine corde contrito impossibile est omnino liberari a malitia & vitiis. Conterit autem cor tripartita temperantia, somni dico, & cibi, & corporalis remissionis. Ceterum horum excessus B & abundantia voluptatem generat, voluptas autem pravas cogitationes ingerit: repugnat vero precationi & convenienti obsequio sive ministerio.

CXCVIII. Cum fratribus præcipiendi provinciam nactus es, custodi ordinem tuum: & cave, ne propter contradicentes, ea quæ decent, silentio dissimulata prætereas. Etenim in quibus obtemperaverint, præmium habebis propter ipsorum virtutes: in quibus vero minus morem gesserint, prorsus remittes eis concessa venia, & accipies paria ab eo qui dixit: [a] *Remittite, & remittetur vobis.*

CXCIX. Nundinis seu populoso conventui simile est omne quod nobis accidit. Qui noverit uti foro, multa lucratur: qui vero minus noverit, C damno afficitur.

CC. Eum qui uno sermone non statim obtemperat, ne contentiose cogas: sed lucrum quod repulit, tibi ipsi vendica. Plus enim ex tua clementia utilitatis capies, quam ex ejus emendatione.

CCI. Cum unius detrimentum, in multos percurrens diffunditur; tunc non oportet esse longanimem: neque quærenda est sua ipsius utilitas, sed multorum, ut servemur. Quoniam unius virtute, multorum virtus potior est atque præstantior.

CCII. Si quis in quodcumque peccatum inciderit, neque pro modo peccati conturbatur, haud difficulter in idem rete iterum incidit.

CCIII. Sicut leæna ad juvencam amico non accedit animo: ita neque impudentia [b] *tristitiam quæ* D *secundum Deum est*, benevole & libenter accipit.

CCIV. Quemadmodum ovis cum lupo procreandæ sobolis gratia nullam conversationem contrahit: ita neque cum satietate labor cordialis procreandarum virtutum gratia ullam conjunctionem copulat.

CCV. Nemo laborem & tristitiam secundum Deum habere potest, nisi prius horum caussas amaverit.

CCVI. Metus Dei & redargutio tristitiam suscipiunt: temperantia autem & vigilia cum labore habent commercium.

CCVII. Qui præceptis & admonitionibus scripturæ non docetur aut castigatur, [c] equi flagello & E asini stimulo impellendus est: quod si etiam his reluctetur, [d] in camo & fræno maxilla ejus constringenda est.

CCVIII. Qui a parvis tentationibus facile vincitur, etiam a magnis necessario in captivitatem subigitur: qui vero illas contemserit, etiam majoribus, Domini auxilio, repugnat.

CCIX. Ne tentes redarguendo juvare hominem virtutum suarum jactabundum ostentatorem, propterea quod monitorum patiens, & veritatis amator esse nequeat.

CCX. Omne verbum Christi, misericordiam & justitiam & sapientiam Dei, & harum virtutem per auditum injicit libenter audientibus. Unde im-

a Luc. VI. 37. b II. Cor. VII. 10. c Prov. XXVI. 3. d Psalm. XXXI. 9.

οἱ ἀνελεήμονες, καὶ ἄδικοι, ἀηδῶς ἀκούοντες τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, γνῶναι οὐκ ἐδυνήθησαν· ἀλλὰ καὶ λαλοῦντες, ἐσταύρωσαν. καὶ ἡμεῖς οὖν ἴδωμεν, εἰ ἡδέως αὐτοῦ ἀκούομεν. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· ὁ ἀγαπῶν με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσει, καὶ ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ πατρός μου, κἀγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν. βλέπεις, πῶς τὴν ἑαυτοῦ ἐμφάνειαν ἐν ταῖς ἐντολαῖς ἐνέκρυψε;

σια΄. Πασῶν τῶν ἐντολῶν ἐστι περιεκτικωτάτη, ἡ εἰς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπη, ἥτις ἐκ τῆς τῶν ὑλικῶν ἀποχῆς, καὶ τῆς τῶν λογισμῶν ἡσυχίας συνίσταται. τοῦτο εἰδὼς ὁ Κύριος, παραγγέλλει ἡμῖν λέγων· μὴ μεριμνήσητε περὶ τῆς αὔριον. καὶ εἰκότως· ὁ γὰρ τῶν ὑλικῶν καὶ τῆς μερίμνης αὐτῶν μὴ ἀπαλλαγεὶς, τῶν πονηρῶν λογισμῶν πῶς ἀπαλλαγήσεται; ὁ δὲ τοῖς λογισμοῖς περιεχόμενος, πῶς ἂν ἴδοι τὴν ὑπὸ τούτων καλυπτομένην ἁμαρτίαν ἐνυπόστατον, ἥτις ἐστὶ σκότος καὶ ὁμίχλη ψυχῆς, ἐξ ἐννοιῶν πονηρῶν καὶ λόγων καὶ πράξεων ἐμπεσοῦσα· τοῦ μὲν διαβόλου διὰ προσβολῆς βιαστοῦ πειράζοντος, καὶ τὴν ἀρχὴν ὑποδεικνύοντος· τοῦ δὲ ἀνθρώπου διὰ φιληδονίαν καὶ κενοδοξίαν ἡδέως προσομιλήσαντος; εἰ γὰρ καὶ κατὰ διάκρισιν οὐκ ἐβούλετο, ἀλλὰ κατ' ἐνέργειαν ἐδύνατο καὶ παρεδέχετο. ὁ δὲ ταύτην μὴ θεασάμενος τὴν περιεκτικὴν ἁμαρτίαν, πότε ἂν δεηθείη περὶ αὐτῆς καθαρισθῆναι; ὁ δὲ μὴ καθαρισθεὶς, πῶς ἂν εὕροι τὸν τόπον τῆς καθαρᾶς φύσεως; ὁ δὲ τοῦτο μὴ εὑρὼν, πῶς ἂν ἴδοι τὸν ἐνδοτέρω οἶκον τοῦ Χριστοῦ, εἴπερ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐσμεν, κατὰ τὸν προφητικὸν, καὶ εὐαγγελικὸν, καὶ ἀποστολικὸν λόγον; χρὴ οὖν διὰ τῆς τῶν προειρημένων ἀκολουθίας, ζητῆσαι τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ διὰ προσευχῆς παραμένοντας, κρούειν, ὅπως ἢ ὧδε, ἢ ἐν τῇ ἐξόδῳ ἀνοίξοι ἡμῖν ὁ οἰκοδεσπότης, καὶ ἀμελήσασιν μὴ εἴπαι, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστέ; οὐ μόνον δὲ ὀφείλομεν αἰτήσασθαι καὶ λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ δοθὲν φυλάξαι· εἰσὶ γάρ τινες οἱ καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν, ἀπολέσαντες. διὸ τῶν προειρημένων πραγμάτων, ψιλὴν μὲν τὴν γνῶσιν, ἢ καὶ συμβατικὴν τὴν πεῖραν, ἴσως καὶ ὀψιμαθεῖς καὶ νέοι κατέχουσι· τὴν δὲ μεθ' ὑπομονῆς παράμονον ἐργασίαν, μόλις τῶν γερόντων οἱ εὐλαβεῖς καὶ πολύπειροι, οἱ πολλάκις αὐτὴν δι' ἀπροσεξίας ἀπολέσαντες, καὶ δι' ἑκουσίων πόνων ἀναζητοῦντες, καὶ εὑρίσκοντες. τοῦτο οὖν ποιεῖν καὶ ἡμεῖς μὴ παυσώμεθα, ἕως αὐτὴν ἀναφαίρετον κατ' ἐκείνους κτησώμεθα.

misericordes & injusti non libenter audientes, Dei sapientiam cognoscere non potuerunt: quin etiam loquentes crucifixerunt. Nobis igitur videndum est, num libenter ipsum audimus. Ipse enim dixit: [a] *Qui diligit me, præcepta mea servabit, & diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum*. Vides quomodo sui ipsius manifestationem in præceptis absconderit.


CCXI. Ex omnibus præceptis non aliud plura complectitur, quam præceptum caritatis, quæ est erga Deum & proximum. Hæc ex rerum sensibilium abstinentia & cogitationum quiete constat & subsistit. Hoc cum non ignorasset Dominus, præcepit nobis, dicens: [b] *Ne soliciti sitis de crastino.* Et juste quidem. Nam qui a rebus sensibilibus & earum solicitudine liberatus non est, a pravis cogitationibus quomodo liberabitur? Porro qui cogitationibus detinetur, quomodo videre possit peccatum certum, sub illis latens: aut quæ sint tenebræ & caligo animæ, quæ pravis cogitationibus & sermonibus & operibus incidit; partim quidem diabolo violento incursu tentante & principium commonstrante, partim vero homine studio voluptatis & ambitione libenter conversante? Etenim si secundum dijudicationem non voluit, secundum operationem tamen potuit & suscepit. Ceterum qui hoc tam late patens peccatum non animadvertit, quando tandem precabitur ut ab illius contagio perpurgetur? At ab illo nondum purgatus, quomodo puræ naturæ locum inveniat? Porro, qui hunc non invenerit, quomodo interiorem Christi domum perspiciat? si quidem domus Dei sumus juxta propheticum & evangelicum & apostolicum sermonem. Oportet itaque juxta prædictorum consequentiam, ejusmodi domum quærere, & precando perseverantes pulsare, ut heic aut in exitu aperiat nobis paterfamilias, & non dicat negligentibus: [c] *Nescio unde vos estis*. Non autem solum debemus petere & accipere, sed etiam, quod datum est, servare. Sunt enim quidam, qui, quod acceperunt, amittunt. Quapropter prædictarum rerum nudam cognitionem, aut etiam fortuitam experientiam, fortasse etiam qui tardo sunt ad discendum ingenio, & juvenes apprehendunt & amplectuntur; operationem vero cum perseverantia consistentem, vix e senibus hi qui religiosi habentur, & multa ornati experientia: qui non raro ipsam amiserunt sua negligentia, & voluntariis laboribus eamdem iterum quæsiverunt, & invenerunt. Itaque hoc ipsum nec nos facere desistamus, donec illam ita nostra potestate possideamus, quemadmodum ipsi, ut a nobis auferri nequeat amplius.

Ταῦτα τοῦ πνευματικοῦ νόμου ἐκ πολλῶν ὀλίγα ἐγνώκαμεν τὰ δικαιώματα, ἃ καὶ ὁ μέγας ψαλμῳδὸς ὑφηγεῖται ἐνδελεχῶς, τῷ μαθεῖν αὐτὰ καὶ ποιεῖν τοὺς συνετῶς ψάλλοντας ἐν Κυρίῳ. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Hæc quidem de lege spirituali, ex multis pauca justitiæ præcepta novimus: quæ etiam a magno Psalmista jugiter percensentur, ut ea perdiscant & faciant, qui cum aliqua intelligentia psallunt in Domino. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

a Joan. XIV. 21. b Matth. VI. 34. c Luc. XIII. 25.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



# EJUSDEM S. MARCI MONACHI ET EREMITÆ OPUSCULUM III.

*Περὶ μετανοίας τοῖς πᾶσι πάντοτε προσηκούσης εἰς τὴν δύναμιν τῆς ἐνεργείας· ἣν οἱ πιστοὶ καὶ πρὸ τῆς ἐργασίας διὰ τῆς χάριτος τοῦ βαπτίσματος ἔλαβον.*

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία, θεοπρεπῶς ὡς οἶδεν αὐτὸς, τῆς πάντων προνοῶν σωτηρίας, διαφόροις δόγμασι τὸν τῆς ἐλευθερίας θέμενος νόμον, ἕνα σκοπὸν πρέποντα τοῖς πᾶσιν ὡρίσατο, λέγων· μετανοεῖτε. ὡς ἐκ τούτου δυνατὸν ἡμῖν ἐπιγνῶναι, ὅτι πᾶσα ἡ ποικιλία τῶν ἐντολῶν, εἰς ἕνα καταλήγει τὸν τῆς μετανοίας ὅρον, καθὼς καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἐν κεφαλαίῳ ἐνετείλατο, εἰπών· λέγετε αὐτοῖς, μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· οὐ πάντως χρονικὴν εἰρηκὼς ἐγγύτητα τῆς βασιλείας, ὡς ἔναγχος ἐπικειμένην τῷ κόσμῳ· οὐ γὰρ ἂν ἡ ἀλήθεια ἀκατάλληλα τοῖς πράγμασι διωρίζετο. ἰδοὺ γὰρ καὶ οἱ τηνικαῦτα περιόντες, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ἐκοιμήθησαν, ἀμοιρήσαντες τῆς καθόλου συντελείας· ἀλλ' εἰδὼς τὸν ἑαυτοῦ λόγον ὁ Κύριος, καὶ βασιλείας καὶ μετανοίας δύναμιν ἔχοντα, μετανοεῖτε, φησὶν, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο δοθείη, πῶς ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἔκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον; ἢ καθότι ἡ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ὑποδεξαμένη διάνοια ἔκρυψεν εἰς τὴν τριμερῆ ὑπόστασιν, σώματος λέγω, καὶ πνεύματος, καὶ ψυχῆς, κατὰ τὸν ἀπόστολον, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν ἐν τοῖς λογισμοῖς λεπτότητα, ἀλεύρου δίκην πολυμερῶς διακεχυμένην, εἰς μίαν τῆς πίστεως ζύμην συνήγαγεν, ἐξομοιωθῆναι τῷ ἐνεργοῦντι λόγῳ καθόλου περιμένουσα; οὕτως ὡμοίωσε τὸν τῆς ἀληθείας λόγον κόκκῳ σινάπεως, μικρὸν μὲν ἐν τῇ τῶν ἀκουόντων καρδίᾳ κατασπειρόμενον, διὰ δὲ τῆς προσηκούσης ἐργασίας αὐξανόμενον, καὶ ὥσπερ δένδρον εὐμέγεθες ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, οὕτως εἰς οἶκον καταφυγῆς γενόμενον ταῖς πελαζομέναις διανοίαις. τότε δὲ ἀληθῶς ἂν εἴη, ὁπότε καθαροὺς καὶ τοὺς ἀποστόλους εἶναι ἔφη, διὰ τὸν λόγον ὃν ἤκουσαν, τῇ συνεισφερομένῃ τὸν λόγον δυνάμει πρὸς ἐργασίαν ἀποχρησαμένους, καὶ διὰ τοῦτο καθαροὺς γενομένους. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὸς ὑπάρχει. διὸ καὶ τοὺς μὴ χρησαμένους τοιαύτῃ συνεισφορᾷ, ὡς ἀπίστοις κατέκρινεν, εἰπών· εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν.

Τοῦτο δὲ εἰρήκαμεν, οὐχ ὡς ἀπιστοῦντες περὶ τῆς μελλούσης βασιλείας, ἥτις τοῖς ἰδίοις καὶ ἀορίστοις καιροῖς ἀπαραβάτως ἐλεύσεται· ἀλλ' ὅτι ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τὴν αὐτὴν τῆς βασιλείας ἐπέχει δύναμιν, γενόμενος τοῖς πιστοῖς ἐλπιζομένων ὑπόστασις, ἀρραβὼν τῆς μελλούσης κληρονομίας, ἀπαρχὴ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν· τοῖς δὲ ἀπίστοις καὶ βεβήλοις, ἐνυπόστατος ἀθείας ἔλεγχος. διό φησι, μετανοεῖτε· ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. εἰ οὖν μόνον τοὺς ἀκούοντας ὀφειλέτας ἔργου ὁ λόγος δείκνυσι, συνεισφέ-

A *De Pœnitentia, cunctis, ut operari queant, plane necessaria: quam fideles etiam antequam operentur, per gratiam baptismi accipere solent.*

I. Dominus noster Jesus Christus, [a] *Dei virtus ac Dei sapientia*, prospiciens omnium saluti in condenda variis dogmatum generibus lege libertatis; prout Deo dignum erat, quemadmodum ipse novit, unum omnibus convenientem scopum præscripsit, dum ait: *Pœnitentiam agite*: ut inde perspicere possimus, omnem præceptorum varietatem in unum desinere pœnitentiæ terminum: sicut etiam Apostolis in summa præcepit, his verbis: [b] *Dicite illis, Pœnitentiam agite: appropin-* B *quavit enim regnum cœlorum*. Non equidem quod diceret temporalem regni propinquitatem mundo prope imminentem: (neque enim veritas in rebus quippiam incongruum statueret. Nam & qui tum vivebant, & eorum posteri consummationis universalis expertes dormierunt) sed quia noverat Dominus suum ipsius sermonem tum regni, tum pœnitentiæ vim habere. *Pœnitentiam agite*, inquit, *appropinquavit enim regnum cœlorum*. Siquidem nisi hoc concedatur; quo pacto [c] *simile est regnum cœlorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in sata tria farinæ, donec fermentetur totum*? nisi quod intellectus susceptum Dei verbum occultat in tripartitam hypostasin, corporis C inquam, spiritus & animæ, secundum Apostolum: omnemque illorum subtilitatem in conceptionibus animi positam, instar farinæ variæ confusam in unum fidei fermentum cogit, exspectans, donec efficienti verbo per omnia similis evadat. Hoc modo [d] grano sinapis assimilavit verbum veritatis: quod quidem exiguum est, dum seminatur in corde audientium, sed per innatam efficaciam crescit: ac velut arbor prægrandis in loco excelso, sic accedentibus animis fit domus refugii. Quod quidem vere tum contigit, quando [e] mundos esse dixit Apostolos propter sermonem quem audierant: utpote qui uterentur facultate sermonem ad operationem referente, ob idque evase- D runt mundi: [f] *Vivus est enim sermo Dei & efficax*. Et hac de caussa velut infideles condemnavit illos qui non usi sunt hac relatione, dicens: [g] *Si non venissem, & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo*.

II. Hoc autem non eo diximus quod diffidamus de regno futuro, quod quidem suis temporibus, nobis tamen incognitis, certo venturum est: sed quod sermo Dei eamdem regni vim contineat, qui fidelibus est, eorum quæ sperantur, hypostasis, arrhabo hereditatis futuræ, ac primitiæ æternorum bonorum: infidelibus autem & impuris, argumentum quod careant Deo. Idcirco ait: *Pœnitentiam agite; appropinquavit regnum cœlorum*. Quare si sermo qui confert in animo efficaciam

a I. Cor. I. 24. b Matth. IV. 17. c Matth. XIII. 33. d Matth. XIII. 31. e Joan. XV. 3. f Heb. IV. 12. g Joan. XV. 22.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

ρων ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν, τί ποιησόμεθα ἡμεῖς, οἱ οὐ μόνον λόγων, ἀλλὰ πολλῶν καὶ μεγάλων εὐεργεσιῶν συνεισελθούσης τῆς δυνάμεως ἀθετήσαντες· καὶ οὐ μόνον τὸ ἓν τάλαντον, ἀλλὰ καὶ τὰ πέντε, καὶ τὰ δύο εἰς γῆν κρύψαντες, σωματικῶς ταῖς εὐεργεσίαις τοῦ Κυρίου ἀποχρησάμενοι· δι' ὧν εἰκὸς καὶ ἄλογα εὐεργετούμενα ὑπακούειν τῷ χειραγωγοῦντι, καθὸ ἔχει φύσεως δύναμιν, ὡς καὶ θηρίων ἀγριότητα τραπῆναι πρὸς λόγον ὑπακοῆς τοῦ εὐεργέτου; κατὰ τοσοῦτον ἡμεῖς οἱ αὐτεξουσιότητι ὑπὲρ πάντα τὰ ζῶα τιμηθέντες, τῶν θηρίων ἀγριώτεροι, καὶ τῶν ἀλόγων ἀλογώτεροι πεφανερώμεθα. ἐκεῖνα γὰρ πρὸς τὸν ἀλλήλων πλησιασμὸν ἡδέως ἔχει, ὅθεν καὶ νεμόμενα ἕκαστον ἐξαρκεῖται τῷ παρατυχόντι, καὶ ἀφθόνως τῷ ἑτέρῳ καταλείπει τὸ παρακείμενον. ἡμεῖς δὲ οἱ τῶν ἀλόγων ἐπιστατεῖν καὶ κυριεύειν τεταγμένοι, τῆς φύσεως τὴν κακίαν προετιμήσαμεν· ὥστε καὶ μηδεμιᾶς ἀναγκαστικῆς αἰτίας ἡμᾶς βιαζομένης, ἀνηλεῶς καὶ ἐπιφθόνως ἔχειν πρὸς τὸ ὁμόφυλον. τοὺς τοιούτους οἶμαι ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν ὁ Ἰωάννης ὠνόμασε, φυγεῖν τῆς μελλούσης ὀργῆς, τὴν μετάνοιαν εὑρηκότας, ἧς ποιῆσαι καρποὺς ἀξίους παρακελεύεται, καὶ ἐκ δύο χιτώνων μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι, καὶ περὶ βρωμάτων ὁμοίως ποιεῖν ἐντειλάμενος. εἰ δὲ τοὺς πρὸ τῆς πίστεως τὸ δέον ἠγνοηκότας, ὄφεσι διὰ τὸ συμπαθὲς παρείκασεν, ἀπαρείκαστον ἂν εἴη κακόν, τὸ μετὰ πίστιν καὶ γνῶσιν, καὶ παροχὰς ἃς εἰλήφαμεν, ἀδεῶς ἐξαμαρτάνειν.

A eorum quæ dicuntur, illos qui dumtaxat audiunt, declarat esse debitores operis; quid agemus nos, qui non modo sermonum, sed multorum ac ingentium beneficiorum vim concursantem contemsimus, & non unicum dumtaxat talentum, sed quinque & duo in terram occuluimus, carnaliter abusi beneficiis Domini, quibus vel animalia ratione carentia dum afficiuntur, manu ducenti verisimiliter obtemperant pro facultate naturæ suæ, adeo ut agrestium feritas convertatur in rationem obediendi bene merenti? Tanto nos, qui libertatis arbitrio præ cunctis animalibus exornati sumus, ipsis feris agrestiores, & brutis minus rationales apparuimus. Illa enim mutuum congressum jucunde B fecerunt: unde etiam dum pascuntur, unumquodque satisfacit occurrenti, & sine invidia, quod sibi præsto est, relinquit alteri: nos vero ordinati ut præsimus & dominemur irrationabilibus, naturæ vitium prætulimus: adeo ut vel nulla necessaria cogente caussa, sine misericordia & invide nos geramus erga gentilem nostrum. Tales, opinor, Joannes appellavit [a] serpentes, genimina viperarum, quos, ut invenerunt pœnitentiam, admonet iram venturam fugere, fructusque pœnitentia dignos facere, & e duabus tunicis impertiri non habenti, ac de cibis præcipiens similiter facere. Porro si illos qui ante fidem ignorabant quid agere deberent, assimilavit serpentibus, ob C parem affectuum rationem; erit ne non assimilandum vitium, si post fidem, cognitionem & munera quæ accepimus, sine metu peccemus?

Τὰ μὲν οὖν κρύφια παρήσω, ἃ ἕκαστος λογιστικῶς κατ' ἐξουσίαν ἔχει ἀποτελεῖν· εἴπω δὲ μᾶλλον ἃ πρὸς ἀλλήλους ἐπαχθῶς ἔχοντες ἐπιτηδεύομεν, μάλιστα πρὸς τοὺς δοκοῦντας ἠδικηκέναι, μήτε μικροῖς, μήτε μεγάλοις κατὰ Θεὸν συντυγχάνοντες. τῶν μὲν γὰρ ἀφανεστέρων, ἢ πτωχοτέρων προφανῶς κατεπαιρόμεθα, ὥσπερ μισθίων, ἢ δούλων κατεξουσιάζειν ἐθέλοντες, οὐκέτι ἐν Χριστῷ, ἀλλ' ἐν σαρκὶ καὶ πλούτῳ ἐκδικοῦντες τὴν εὐγένειαν. καὶ ὅταν μέν τινα τῶν σοβαρωτέρων ἁμαρτάνοντα ἴδωμεν, ἐλέγξαι οὐ δυνάμεθα· φαμὲν δὲ τοῖς παρατυχοῦσιν, ὅτι γέγραπται· μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος. τῶν δὲ ταπεινοτέρων μικράν τινα αἰτίαν εὑρόντες, ἀθέως κατεπικείμεθα, φαντιῶντες, καὶ λέγοντες, ὅτι γέγραπται· τὸν ἁμαρτάνοντα ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε. καὶ οὕτως, τὴν μὲν ἑαυτῶν ὑπόκρισιν, ἤτοι κακίαν, ταῖς γραφικαῖς μαρτυρίαις ἐνδιαστρόφως ὑποκαλύπτομεν, ἐκείνους δέ, ὡς κατὰ Θεὸν ἐλέγχοντες διακείμεθα. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ὑποδεεστέροις· τοὺς δὲ ἰσοδυναμοῦντας ἐπὶ μικραῖς τισιν ἀφορμαῖς ἀθέως ἀποστρεφόμεθα, πᾶσαν μηχανὴν ἐννοοῦντες πρὸς ἄμυναν. καὶ οὐ πρότερον αὐτοῖς ἀμενιζόμεθα, ἄχρις οὗ αὐτοῖς κατὰ γνώμην γενώμεθα. προφάσεως δὲ τῆς αὐτῆς ἐπιλαβόμενοι, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ χαίροντες, τὴν πονηρίαν ἐπιδεικνύμεθα, καὶ μετὰ τὸ ἀμυνᾶσαι, τότε φιλικωτέρως αὐτοῖς ὁμιλοῦμεν, δευτέρας φιλίας τὴν προλαβοῦσαν τοῦ κακοῦ νίκην θεμέλιον προθέμενοι. ἀνάγκη δὲ πᾶσα τὸ ἔργον ὅμοιον τῷ θεμελίῳ ἐπακολουθῆσαι, καὶ πάλιν νεῖκος ζητεῖν, ὡς μηδέποτε ἄμαχον φιλίαν διαμένειν τῷ νικᾷν βουλομένῳ, ἀλλ' ἀεὶ παρακολουθεῖν τῇ νίκῃ τὸ μῖσος, καθὼς φησιν ἡ θεία γραφή, ὅτι μῖσος ἐγείρει νεῖκος. τὸ δὲ τοιοῦτον νόσημα προσγίνεται τοῖς ἐν δόξῃ καὶ χρήμασι τὰ πρωτεῖα μεταδιώκουσι, καθάπερ τὸ πρῶτον τῆς νόσου τὸ δυσεντερικόν· ὅπερ καὶ νῦν ὁ μακάριος Παῦλος θεραπεύει λέγων· τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους προη-

III. Quocirca prætermissis occultis, quæ quisque cogitatione perpetrare potest, ea potius commemorabo, quæ gravem in nos mutuo gerentes animum admittimus: maxime in eos qui nos offendisse videntur, non cum humilibus neque cum magnis secundum Deum conversantes. Nam adversus viliores & pauperiores palam extollimur, quibus tamquam mercenariis aut servis, licenter uti volumus, non amplius in Christo, sed in carne ac opibus, nobilitatem vendicantes. Itaque ubi quem- D piam e ditioribus delinquentem viderimus, corripere non possumus: sed dicere solemus iis quicumque se obtulerint, scriptum esse: [b] *Nolite ante tempus judicare quidquam, quoad usque veniat Dominus*. At in abjectioribus crimen aliquod leve nacti, mox insurgimus evulgantes, ac dicimus esse scriptum: [c] *Peccantem coram omnibus argue*. Atque ita nostram hypocrisin sive malitiam scripturæ testimoniis perverse tegimus: erga illos vero sic nos habemus, quasi secundum Deum eos corripiamus. Hæc igitur in inferioribus. Pares autem levibus oblatis occasionibus statim aversamur, omnem animo lapidem moventes, quo de his ulciscamur: neque de his ante quiescimus, quam pro voto ani- E mi illis usi fuerimus: hanc ipsam porro occasionem nacti, tamquam de rebus secundis gaudentes, nequitiam declaramus: at ultione sumta, familiarius cum illis colloquimur, jacientes pro fundamento posterioris amicitiæ præcedentem nequitiæ victoriam. Atqui plane necesse est fundamento sequi opus consimile, ac denuo jurgium quærere: quasi vincere volenti vacua jurgio amicitia numquam perduret, sed victoriam semper sequatur odium, ut ait scriptura divina: [d] *Odium suscitat rixas*. Hujusmodi vero morbus illis adhærescit, qui sectantur in primis ea quæ faciunt ad gloriam & divitias: sicuti præcipuus morborum est dysentericus, quem quidem nunc quoque curat beatus Paul-

a Matth. III. 7. b 1. Cor. IV. 5. c I. Tim. V. 20. d Prov. X. 12.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

γούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. πρὸς μὲν οὖν τοὺς ταπεινοτέρους, εἴτ᾽ οὖν ἰσοτίμους, οὕτως διακείμεθα· τὴν δὲ πρὸς τοὺς δυνατωτέρους πονηρίαν κεκρυμμένην οὖσαν καὶ πολύτροπον, οὐδὲ εἰπεῖν ὡς ἔστιν, ἢ νοῆσαι ῥᾴδιον. οὐ γὰρ ὡς ἐντολὴν τηροῦντες διακείμεθα τοῖς ἀνωτέροις, ἀλλ᾽ ἐκείνους ὑποτρέχομεν οὓς ἀδικῆσαι μὴ δυνάμεθα, καὶ ὀφθαλμῷ μὲν βασκάνῳ τὰς εὐτυχίας αὐτῶν καθορῶμεν πικρῶς, εὐδαιμονίαν δὲ αὐτῶν οὐδὲ κηρυττομένην ἡδέως ἀκούομεν· καὶ σχήματι μὲν καὶ λόγοις εἰρηνικῶς κολακεύομεν τοὺς τοιούτους, ἐναντίως δὲ ταῖς ἐννοίαις πρὸς αὐτοὺς διακείμεθα· ὡς ἐφ᾽ ἡμῖν πληροῦσθαι τὸ λεγόμενον· τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.

A lus, his verbis: [a] *Honore invicem prævenientes*, vincentes vos ipsos. Ad hunc igitur modum nos habeamus tam erga tenuiores quam æquales. Ceterum latentem ac variam in potentiores nequitiam, ut est, nec verbis nec animo facile est consequi. Neque enim ut servantes mandatum erga superiores nos gerimus: sed quos lædere nequimus, illis clam insinuamus, invido quidem oculo prosperitatem eorum ægre intuemur, nec felicitatem illorum prædicari libenter audimus: tum habitu tum verbis pacifice blandimur ejus generis hominibus; in illos tamen adversariorum gerimus animos: ita ut impleatur in nobis, quod dicitur: [b] *Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cor-*
B *dibus eorum.*

Ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν περὶ τῶν ἄκοντι περιφερομένων, τοὺς ἑκουσίως ἁμαρτάνοντας ἐξωτέρους δεῖξαι βουλόμενοι, καὶ πρὸς μετάνοιαν δυσκόλως ῥέποντας. πῶς γὰρ οὐχὶ ἑκουσίως, εἰ μὴ θέλοντες ποιεῖν τὸ τοῦ Δανιὴλ, καὶ εὑρεῖν ἄφεσιν, λέγοντος· τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων; ἀλλ᾽ ἐρεῖς τυχὸν, οὐκ ἔχω χρήματα, πῶς οἰκτειρήσω πένητα; οὐκ ἔχεις χρήματα, ἀλλ᾽ ἔχεις θελήματα· ἀπόταξαι αὐτοῖς, καὶ ἐν ἐκείνοις ἐργάζου τὸ ἀγαθόν. οὐ δύνασαι εὐποιῆσαι χειρὶ σωματικῇ; εὐποίησον δεξιᾷ προαιρέσει. ὅταν ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἄφες αὐτῷ, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ ἔσται σοι ἐλεημοσύνη μεγάλη. εἰ ζητοῦμεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρὰ Θεοῦ, τοῦτο ποιεῖν ὀφείλομεν ἐπὶ πάσῃ πλημμελείᾳ πρὸς ἕκαστον, ὅπως γένηται τὸ, ἄφετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν. μέγα μὲν τῷ ἔχοντι χρήματα μεταδιδόναι τοῖς πένησι. ἐλεῆσαι δὲ τοὺς πλησίον ἐπὶ ἁμαρτήμασι, τοσοῦτον μεῖζόν ἐστι πρὸς ἄφεσιν, ὅσον ψυχὴ τιμιωτέρα σώματος κατὰ φύσιν ὑπάρχει. ὅσοι δὲ αἰτήσαντες ἄφεσιν παρὰ Θεοῦ, ἔλαβον μὲν πολλάκις, ὡς διὰ τοῦτο μηδὲν ἡμᾶς ἐντεῦθεν πονηρὸν ὑπομένειν· τὸ αὐτὸ δὲ τοῖς πλησίον μετέχειν οὐ καταδεχόμεθα· ὅμοιοί ἐσμεν τῷ δούλῳ ἐκείνῳ τῷ πονηρῷ, ὃς μυρίων ταλάντων ἄφεσιν εἰληφὼς παρὰ τοῦ δεσπότου, τῷ συνδούλῳ ἑκατὸν δηνάρια οὐ συνεχώρησεν. ᾧ καὶ νομίμως ὁ Κύριος διαλεγόμενος ἔφη· δοῦλε πονηρὲ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με· οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου ἀφιέναι αὐτῷ τὸ ὀφειλόμενον, ὡς καὶ ἐγώ σε ἠλέησα; καὶ ὀργισθεὶς, φησὶ, παράδοτε αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον. καὶ ἐπάγει λέγων, οὕτως ποιήσει ὑμῖν ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τὰ παραπτώματα ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν. διὸ καὶ ἀλλαχοῦ τοὺς ποικίλαις εὐεργεσίαις παρ᾽ αὐτοῦ πλουτισθέντας, ἀνελεήμονα δὲ καὶ ἀσυμπαθῆ τρόπον ἔχοντας, ταλανίζει λέγων· οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν. ὄντως γὰρ, πλοῦτος μὲν ἡμῖν ἐστιν ἡ περιουσία τῶν διαφόρων ἡμῖν δωρημάτων· οὐαὶ δὲ ὑμῖν, ὅτι παρακαλέσαντες καὶ πολλάκις ἐλεηθέντες, αὐτοὶ παρακαλούμενοι οὐδένα ἠλεήσαμεν, ἀλλὰ ἀπέχομεν τὴν παράκλησιν ἡμῶν.


IV. Hæc autem diximus de his qui, inviti errant, volentes ostendere, eos qui sponte peccant, alienos esse, & non facile ad pœnitentiam inclinare. Nam quomodo non sponte, cum nolint implere illud Danielis, & remissionem consequi, dum ait: [c] *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserationibus pauperum?* Sed forte dices, Careo pecuniis: quo pacto miserebor pauperis? Non habes pecunias; at habes voluntatem: abrenuntia illi, & in ea fac quod bonum est. Non potes benefacere manu corporea? benefac dextera voluntate. [d] *Cum peccaverit in te frater tuus, dimitte ei*,
C juxta verbum Domini: & erit tibi eleemosyna magna. Si quæramus a Deo dimitti nobis peccata, hoc ipsum facere debemus erga unumquemque, cujusvis delicti nomine; quo eveniat illud: [e] *Dimittite, & dimittetur vobis.* Magnum quidem est habenti pecunias, elargiri pauperibus: at in caussa peccati misereri proximi, tanto præstantius est ad remissionem, quanto magis anima antecellit natura corpori. Quicumque vero postulaverunt a Deo remissionem, adepti sunt quidem sæpenumero, sic ut ob id nihil inde mali senserint: at si hoc ipsum proximis communicari nolumus, similes sumus illius servi nequam, qui decies mille talentorum accepta remissione a Domino, centum denarios con-
D servo dimittere noluit, quem quidem juste Dominus objurgans, ait: [f] *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: Nonne ergo oportebat & te misereri conservi tui*, & dimittere illi debitum, *sicut & ego tui misertus sum?* Et iratus ait: *Tradite illum tortoribus, donec reddat universum debitum.* Subjicitque dicens: *Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis, unusquisque fratri suo, delicta de cordibus vestris.* Quapropter etiam alio in loco deflet illos, qui cum ab eo variis beneficiis locupletati fuerint, animum tamen misericordiæ & compassionis expertem gerunt, his verbis: [g] *Væ vobis divitibus, quia recipitis consolationem vestram.* Re enim vera variorum nobis collato-
E rum munerum copia est quidem nobis divitiæ: ceterum væ nobis, quia rogantes sæpius consecuti sumus misericordiam: ipsi vero rogati, nullius misertı sumus, sed recipimus consolationem nostram.

Εἰπὼν γὰρ περὶ πλουσίων, οὐ πάντας αἰτιᾶται τοὺς εὐποροῦντας. εἰσὶ γὰρ ἐν αὐτοῖς καὶ οἱ ἀληθῶς τὸν πλοῦτον διοικεῖν ἐπιστάμενοι πρὸς τὸ θέλημα τοῦ δεδωκότος Θεοῦ, καὶ ἑκατονταπλασίονα, καθὼς γέγραπται, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ λαμβάνοντες· ὡς ὁ μακάριος Ἀβραὰμ, καὶ ὁ δίκαιος Ἰὼβ, ἐλεήμονες γενόμενοι πλεῖον ἐπλούτησαν, καὶ ὧδε, καὶ ἐν

V. Atqui dum locutus est de divitibus, non omnes accusat locupletes. Sunt enim inter eos, qui vere sciunt administrare facultates, pro voluntate Dei qui donavit: centuplum etiam, ut scriptum est [h], in hoc sæculo accipientes. Exempli gratia, beatus Abraham & justus Job eleemosynam facientes, evaserunt ditiores, tum in hoc, tum in futu-

[a] Rom. XII. 10. [b] Psalm. XXVII. 3. [c] Dan. IV. 24. [d] Luc. XVII. 3. [e] Luc. VI. 37. [f] Matth. XVIII. 32-35. [g] Luc. VI. 24. [h] Matth. XIX. 29.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
390.



τῷ μέλλοντι αἰῶνι· ἀλλὰ καθὰ προειρήκαμεν, τοὺς πλεονεκτικὸν τρόπον ἔχοντας, καὶ εἴτε ἐν χρήμασιν, εἴτε ἐν διαφόροις οἰκτιρμοῖς νοσφιζομένους τὰς τοῦ Θεοῦ δωρεὰς, καὶ τὸν πλησίον μὴ βουλομένους ἐλεεῖν ἐπιμέμφεται. οὐ γὰρ ἡ παρὰ Κυρίου κτίσις, τὸν ἔχοντα ἀδικεῖ· ἀλλ' ἡ ἐξ ἀδικίας ἐπιγενομένη πλεονεξία, καὶ ἡ ταύτης μήτηρ ἀσπλαγχνία, ἃς παντελῶς φεύγοντες οἱ βεβαιόπιστοι, ἄρδην τοῖς παροῦσιν ἀπετάξαντο· οὐ τὴν τοῦ Θεοῦ κτίσιν ἀκρίτως μισήσαντες, ἀλλὰ πεπιστευκότες τῷ τοῦτο ποιεῖν αὐτὴν ἐντειλαμένῳ Χριστῷ, παρὰ αὐτοῦ τὴν ἐφήμερον αὐτάρκειαν ἐκδεχόμενοι. δύναται οὖν τις καὶ ἐκτὸς χρημάτων πλουτεῖν, συνέχων ἐν πλεονεξίᾳ, ἤτοι λόγον, ἢ γνῶσιν, ἢ οἱανδήποτε συμπάθειαν, τὰ κοινῇ πᾶσι κεχαρισμένα. λαμβάνει γὰρ, ἵνα μεταδῷ τῷ μὴ ἔχοντι. οἳ δὲ ἀνελεημόνως πρὸς τὸν πλησίον διάκεινται, τὸ οὐαὶ προσλαμβάνουσιν, ὅτι ἀπέχουσι τὴν παράκλησιν αὐτῶν. παραπλησίως δὲ τούτοις καὶ ὁ ἅγιος Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος, τοῖς οὕτω πλουτοῦσι λέγει· ἄγε νῦν οἱ πλούσιοι καὶ κλαύσατε ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις. κλαίειν δὲ καὶ ὀλολύζειν ἐπιτρέπων, εἰς μετάνοιαν ἡμᾶς προτρέπεται. συνειδὼς δὲ ὅτι ἀνεπιμέλητον τὸ πάθος ἐστὶ, φησὶν, ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπεν· ὡς ἂν εἰπεῖν, ἄχρηστός ἐστι, μὴ καὶ εἰς ἑτέρους μεταδοθεὶς, ὅν τινα οἱ πολλοὶ καὶ δίχα χρημάτων κεκτήμεθα, ἐν τοῖς νοεροῖς ταμείοις τὴν πλεονεξίαν χρυσοῦ δίκην κατορύξαντες. περὶ οὗ καὶ ὁ προφήτης ἐκφαντικώτατά φησι, προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου, τὸν ἀφιλάγαθον καὶ πλεονεκτικὸν αὐτοῦ τρόπον μώλωπας λέγων. τὸ δὲ, προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν, τὴν μέχρις ἐξόδου ἀμέλειαν, ὀζομενίαν καὶ σῆψιν εἶναι λογισάμενος· καὶ γάρ τινες αἱρούμεθα μᾶλλον ὑπὸ γῆν καλύψαι τὴν περιουσίαν, ἢ μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι. τότε δὴ ἐξόδου καταλαβούσης, προσόζει τῇ ψυχῇ τὸ τοιοῦτον τραῦμα, ὡς σηπεδόνος καὶ ἀφροσύνης αἰτία· καὶ αἰώνιος μώλωψ αὐτῇ προσγινόμενος, οὐκ ἀφίησιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν τῶν πρωτοτόκων, καθὼς ὁ νόμος περὶ τῶν ἐχόντων μῶμον ἐξαγορεύει.

Τάχα δὲ καιρὸς ἂν εἴη καὶ τοὺς χαλεπωτέρους μώλωπας γυμνῶσαι, καὶ τῷ ἰατρῷ τῶν ψυχῶν ἐπιδεῖξαι. τοῦ γὰρ ἁγίου Παύλου εἰπόντος· τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα· ἡμεῖς τὸ ἐναντίον ποιοῦμεν, τὸ ὑστέρημα τῶν πενήτων ἀφαρπάζοντες, καὶ προστιθέντες τῷ ἡμετέρῳ περισσεύματι. τοῦτο δὲ καὶ ἐκτὸς χρημάτων κατεργαζόμεθα. ὅταν πλημμελήσωμεν εἰς τὸν ἀδελφὸν ἐπί τινι πράγματι, οὐ μόνον ἀθεράπευτον ἀφίεμεν, ἀλλὰ καὶ ἀπολογίαν ἣν ἡμεῖς ἐχρεωστοῦμεν, ταύτην παρ' ἐκείνου τυραννικῶς λαμβάνομεν, οὐδὲν ἕτερον ποιοῦντες, ἢ καθὼς προείρηται, τὸ ἐκείνων ὑστέρημα προστιθέντες τῷ ἡμετέρῳ περισσεύματι, τῇ γραφῇ ὡς εἰπεῖν ἐναντιούμενοι. ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἡμῖν ἀπογνωστέον· μὴ γένοιτο. οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν κακῶν κρινόμεθα, ἀλλ' ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν μετανοῆσαι, καὶ γνῶναι τὰ τοῦ Χριστοῦ θαυμάσια, καθὼς μαρτυρεῖ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια· δοκεῖτε γάρ, φησιν, ὅτι ὧν τὸ αἷμα ἔμιξε Πιλᾶτος μετὰ τῶν Γαλιλαίων, ἁμαρτωλότεροι ἦσαν παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς ἐπὶ γῆν; οὐ, λέγω ὑμῖν· ἀλλὰ ἐὰν μὴ μετανοήσητε, ὡσαύτως ἀπολεῖσθε. καὶ οἱ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύργος τοῦ Σιλωάμ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτούς· δοκεῖτε ὅτι ἁμαρτωλότεροι ἦσαν παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς κατοικοῦντας Ἱερουσαλήμ; οὐ, λέγω ὑμῖν· ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοήσητε, ὡσαύτως ἀπολεῖσθε. ὁρᾷς, ὅτι διὰ τὸ ἀποστῆναι τῆς μετανοίας, κατακρινόμεθα; μετάνοια δὲ, ὡς οἶμαι, οὔτε και-

A ro sæculo. Sed, quemadmodum prædiximus, redarguit illos, qui avariore sunt animo, & tam in pecuniis quam in variis miserationibus suffurantur dona Dei, proximique misereri nolunt. Nam creatura quæ proficiscitur a Domino, non lædit eum qui hac potitur: sed ab iniquitate manans avaritia, & ejus mater vacuitas misericordiæ: quas quidem plane fugientes ii qui firmam fidem obtinuerunt, bonis præsentibus prorsus abrenuntiarunt: non quod indiscrete Dei creaturam odissent, sed quod crederent Christo, qui præceperat illis hoc facere, a quo sufficientiam quotidianam accipiebant. Ideoque vel absque pecuniis potest quispiam esse dives, dum re-
B tinet avare sermonem, cognitionem, aut quamvis aliam commiserationem, quæ communiter omnibus gratis data sunt. Accipit enim, ut communicet non habenti. Qui vero nulla misericordia ducuntur erga proximum, consequuntur ipsum væ: quia recipiunt consolationem suam. Atque horum similia beatus quoque Jacobus Apostolus hujusmodi divitibus inquit: [a] *Agite nunc divites, plorate, ululantes ob miserias vestras quæ advenient vobis.* Qui dum plorare suadet & ululare, adhortatur nos ad pœnitentiam. Exploratum autem habens, affectionem illam nulla cura teneri, dicit: *Divitiæ vestræ putrefactæ sunt:* perinde ac si diceret, sunt inutiles, aliis non
C communicatæ: quas quidem plerique etiam citra pecunias possidemus, avaritiam, instar auri, defodiendo in penetralibus animi. De quibus etiam propheta luculentissime loquitur, [b] *Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ*: cicatrices appellans, boni non amantem, & avarum animum. Per hæc autem: *Putruerunt & corruptæ sunt*, existimat extremam negligentiam, fœtorem & putredinem esse. Etenim quidam malumus sub terram occultare facultates, quam impartiri non habenti. Tunc sane cum exitus nos comprehenderit, vulnus tale putredinem inurit animæ, tamquam putredinis & insipientiæ caussa: cui perpetua cicatrix adnascens, non sinit introire in regnum cæleste primitivorum, sicu-
D ti lex edixit de iis qui notati sunt macula.

VI. At vero tempus est fortasse denudandi graviores cicatrices, easque animarum medico demonstrandi. Nam cum sanctus Paullus dicat: [c] *Vestra abundantia illorum inopiam suppleat*: nos contra facimus, dum egenorum inopiam abripientes, adjungimus abundantiæ nostræ: quod quidem etiam citra ullam pecuniarum direptionem peragimus, quando aliquam ob rem delinquimus in fratrem; non modo non sanatum illum dimittimus, sed etiam ab illo defensionem quam debemus, tyrannice extorquemus, nihil aliud agentes, quam (ut antea dictum est) ino-
E piam illorum accumulantes abundantiæ nostræ, reluctantes, ut ita dicam, scripturæ. Atqui non idcirco desperare debemus. Absit. Quia non ob multitudinem peccatorum damnamur: sed quod pœnitentiam agere nolumus, & Christi res mirandas nosse: quemadmodum testatur ipsa veritas: [d] *Putatis enim, ait, quod hi Galilæi, quorum sanguinem miscuit Pilatus cum sacrificiis eorum, præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Aut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis, quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Jerusalem? Non, dico vobis: sed si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis.* Vides damnari nos, eo quod deflectimus a pœnitentia. Pœnitentia porro non est, ut arbitror, limi-

[a] Jac. V. 1. 2. [b] Psalm. XXXVII. 6. [c] II. Cor. VIII. 14. [d] Luc. XIII. 2-5.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

ροῖς, οὔτε πράγμασι περιώρισται, ἀλλὰ διὰ τῶν τοῦ A Χριστοῦ ἐντολῶν ἀναλόγως ἐπιτηδεύεται. ἐντολαὶ δέ τινες περιεκτικώτεραι τυγχάνουσι, πολλὰ τῶν ἑνικῶν ἐν ἑαυταῖς περιέχουσαι, καὶ πολλὰ μόρια κακίας ὑφ᾽ ἓν περικόπτουσαι· οἷον γέγραπται, παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· καὶ, ἀπὸ τοῦ αἴροντός τὰ σὰ, μὴ κωλύσῃς· καὶ, τὸν θέλοντα δανείσασθαι ἀπὸ σοῦ, μὴ ἀποστραφῇς. ταῦτα δὲ ἑνικά ἐστι· περιεκτικὸν δὲ ἐπὶ τούτοις τὸ, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς· καὶ ἆρον τὸν σταυρόν σου, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι· σταυρὸν λέγων τὴν τῶν ἐπερχομένων θλίψεων ὑπομονήν. ὁ οὖν πάντα διαδοὺς πτωχοῖς, καὶ ἄρας τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, πάσας τὰς ἐντολὰς τὰς προειρημένας ἐφάπαξ ἐποίησε. καὶ πάλιν, βούλομαι, φησι, προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ B τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίας χεῖρας· καὶ ἐπὶ τούτοις, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ πάλιν, ἀδιαλείπτως προσευχόμενος τὴν ἐν παντὶ προσευχὴν περιέκλεισεν. καὶ πάλιν φησὶν, οὐ πορνεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα· καὶ ἐπὶ τούτοις, λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. ὁ δὲ καθαιρῶν λογισμοὺς, πάσας τὰς προειρημένας κακίας ἀπέκλεισε. διόπερ οἱ φιλόθεοι καὶ βεβαιόπιστοι ἐπὶ τὰς περιεκτικὰς ἐντολὰς βιάζονται, καὶ τὰς μερικὰς δὲ κατὰ σύμβασιν ἀπαντώσας οὐ παραπέμπονται.

tata temporibus aut rebus: sed proportione habita, perficitur mandatis Christi. E quorum mandatorum numero quædam latius patent, & plura singularia in se ipsis complectuntur, multas quoque vitii particulas semel amputant. Verbi gratia, scriptum est: [a] *Omni petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas*. Et, [b] Volentem a te mutuo accipere, ne averseris. Hæc singularia sunt: quod autem ista comprehendit, est istud: [c] *Vende quæ habes, & da pauperibus*. Et, [d] *Tolle crucem tuam, & veni, sequere me*: crucem appellans, obvenientium afflictionum tolerantiam. Igitur qui cuncta distribuerit pauperibus, & tulerit crucem suam, universa prædicta mandata simul & semel peregit. Et iterum: [e] *Volo*, inquit, *viros orare in omni loco, levantes puras manus*. Et præterea: [f] *Intra in cubiculum tuum, & ora patrem tuum, qui est in abscondito*. Et rursum, qui sine intermissione orat, omnem prorsus deprecationem complectitur. Et denuo ait: [g] *Non committes stuprum, non mœchaberis, non occides*: & quævis similia. Et supra hæc: [h] *Destruentes cogitationes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei*. Qui vero cogitationes amputat, universa prædicta vitia exclusit. Quocirca qui diligunt Deum, & firmæ sunt fidei, impetu quodam feruntur ad illa generaliora præcepta: particularia tamen, cum casu occurrerint, non prætermittunt,

Ὅθεν λογίζομαι τὸ τῆς μετανοίας ἔργον, ἐν ταῖς C τρισὶ ταύταις ἐντολαῖς ἐξυφαίνεσθαι, ἐν τῷ λογισμοὺς καθαιρεῖν, καὶ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι, καὶ τὰς ἐπερχομένας θλίψεις ὑποφέρειν· ἅπερ οὐ μόνον φανερὰν, ἀλλὰ καὶ νοερὰν ἐργασίαν ἔχειν ὀφείλει, ὥστε τοὺς ἐγχρονίσαντας, ἀπαθεῖς καταστῆσαι. ἐπειδὴ οὖν ὑπὸ τῶν προειρημένων τριῶν ἀρετῶν δύναται τελειωθῆναι τὸ τῆς μετανοίας ἔργον, καθὼς ὁ λόγος ἀπέδειξεν, πᾶσι πάντοτε προσήκειν οἶμαι τὴν μετάνοιαν, ἁμαρτωλοῖς τε καὶ δικαίοις τοῖς βουλομένοις σωτηρίας τυχεῖν· διότι οὐδείς ἐστιν ὁ ὅρος τελειότητος, ὁ μὴ χρονίζων τῆς τῶν προειρημένων ἀρετῶν ἐργασίας. καὶ γὰρ ἀρχομένοις μὲν εὐσεβείας εἰσαγωγὴ, μέσοις δὲ, προκοπὴ, τελείοις δὲ βεβαίωσις δι᾽ αὐτῶν προσγίνεται, μήτε χρόνοις, μήτε D δικαιώμασιν ἀνακοπτομένων, ἢ μόνον τῷ ἀπὸ ἀγνοίας καὶ κακοπιστίας, καὶ τούτῳ εὐχερῶς ἐπὶ τὰς ἡδονὰς ῥέποντι, καὶ προφάσει ἀπελπισμοῦ φιληδονοῦντι, καὶ τὸ τῶν Ναβατιανῶν φρόνημα προσλαμβανομένῳ, καὶ μετάνοιαν ἐκβάλλοντι, εἰ καὶ ἐπερείδοντι τῷ Ἀποστόλῳ διαλεγομένῳ πρὸς Ἑβραίους, τοῖς ἑκουσίως ἁμαρτάνουσι καὶ καθ᾽ ἡμέραν βαπτιζομένοις λέγοντι· μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων καὶ πίστεως ἐπὶ Θεὸν, βαπτισμῶν διδαχῆς· τοῦτο δὲ εἴρηκεν, οὐ τὴν μετάνοιαν ἐκβάλλων, μὴ γένοιτο, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσιν, ἀλλ᾽ ἐν πάσῃ ἐργασίᾳ μετανοίας ἕνα θεμέλιον εἶναι τὸ βάπτισμα ἐν Χριστῷ διδάσκων, τοῦ μὴ καθ᾽ ἡμέραν βαπτίζεσθαι τοὺς ἐκ περιτομῆς πεπιστευκότας. καὶ ἐπάγει, ἀδύνατον γὰρ ἅπαξ φωτισθέντας, E γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν πρὸς μετάνοιαν, ἵνα εἰδῇς ἀνακαινισμὸν καὶ θεμέλιον ἐπὶ πάσῃ μετανοίᾳ προκείμενον, τὸ ἅγιον βάπτισμα. καὶ μετ᾽ ὀλίγα ἐπάγει· ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκέτι ἀπολείπεται θυσία περὶ ἁμαρτιῶν.

VII. Quare existimo, pœnitentiæ opus, tribus hisce mandatis contexi, amputandis cogitationibus, orando sine intermissione, ac obvenientes afflictiones perferendo: quæ non exteriorem modo, sed & mentis operationem requirunt, ita ut immorantes in iis reddant affectionibus vacuos. Cum igitur a tribus ante dictis virtutibus perfici possit opus pœnitentiæ, ut sermo demonstravit: cunctis perpetuo convenire puta pœnitentiam, tam justis quam peccatoribus, qui salutem consequi desiderant: propterea quod nullus est perfectionis terminus, qui non exspectet operationem prædictis virtutibus congruam. Etenim novitiis quidem pietatis introductio: mediis, promotio: perfectis autem confirmatio per has comparatur; quæ non diuturnitate temporis, neque justificationum accessu rescinduntur, præterquam apud eum qui ignarus est, aut male credit, & proinde in voluptates facile delabitur, ac desperationis prætextu illas libenter sectatur. Novatianorum denique sententiam amplexus, rejicit pœnitentiam, licet innitatur Apostolo, cum Hebræis disputanti, qui sponte precantibus & baptismum quotidie repetentibus ait: [i] *Non rursum jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptismatum doctrinæ*. Quod quidem dixit, non quod respuat pœnitentiam, ut inquiunt illi, absit: sed ut doceret, in omni operatione pœnitentiæ, unum esse fundamentum, baptismum in Christo: ne, qui crediderant ex circumcisione, quotidie baptizarentur. Et subjicit: [k] *Impossibile enim est, eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum virtutesque sæculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam*; ut qui noverit, sanctum baptisma esse renovationem & fundamentum in omni pœnitentia positum, non peccet amplius. Et paullo post subdit: [l] *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia*.

*a* Luc. VI. 30. *b* Matth. V. 42. *c* Matth. XIX. 21. *d* Matth. XVI. 24. *e* I. Tim. II. 8. *f* Matth. VI. 6. *g* Exod. XX. 14. *h* II. Cor. X. 5. *i* Heb. VI. 1. 2. *k* Ibid. ŷŷ. 4-6. *l* Heb. X. 26.

A Ἐπεὶ οὖν εἰσι τὰ πράγματα, ἐκεῖ ἁρμόζει τὰ προσφυῶς λεγόμενα, δηλονότι οὐ μόνον Ἰουδαίοις λέγειν, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἑκουσίως ἐξαμαρτάνουσιν· ὧν πρῶτοί εἰσιν οἱ λέγοντες μετὰ τὸ βάπτισμα μὴ εἶναι μετάνοιαν· καὶ διὰ τοῦτο λοιπὸν αὐθαιρέτως ἀπαγόμενοι, τὴν ἀνομίαν ἐργάζονται. τὰ δὲ ῥήματα ὁ ἅγιος Παῦλος ὕστερον πρῶτον εἴρηκε· καὶ τοῦτο οἰκονομικῶς ποιῶν, ὡς οἶμαι, ὅπως τοῖς μὲν εὐλαβεστέροις διὰ τῆς τῶν γραφῶν ἐκζητήσεως σαφὲς γένοιτο τὸ νόημα· τοῖς δὲ ἀμελεστέροις καὶ καταφρονηταῖς δυσεύρετον, ἵνα μὴ προφάσει μελλούσης μετανοίας, ἀδεῶς ἐξαμαρτάνωσιν. ἐπειδὴ οὖν, οἱ μὲν, προφάσει μετανοίας κατὰ πρόθεσιν ἔγκεινται τοῖς κακοῖς· οἱ δὲ, διὰ τὸ μὴ πιστεύειν εἶναι μετάνοιαν, ἀπηλγηκότες, ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῷ διαβόλῳ. B ἀμφοτέροις δὲ τὸ πάθος πονηρὸν καὶ δυσίατον· διὰ τοῦτο ἡ ἀλήθεια πᾶσιν ἁρμόδιον προσφέρει βοήθημα, λέγουσα· μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ὅπως μήτε οἱ πνευματικοὶ, καὶ οἱ ἐν προκοπῇ τυγχάνοντες, ἀμελήσωσι τοῦ προστάγματος τούτου, ἐπ' αὐτοῖς ὡς εἰπεῖν τοῖς λεπτοῖς καὶ ὀλίγοις ἀσφαλιζόμενοι. φησὶ γάρ· ὁ ἐξουδενῶν τὰ ὀλίγα, κατὰ μικρὸν πεσεῖται. καὶ μὴ εἴπῃς, πῶς δύναται ὁ πνευματικὸς πεσεῖν; τοιοῦτος μὲν διαμένων, οὐ καταπίπτει· ὅταν δέ τι τῶν ἐναντίων καταδέξηται, καὶ ἐπ' αὐτῷ μείνῃ ἀμετανόητος, ἐκεῖνο αὐτὸ τὸ μικρὸν χρονίσαν καὶ αὐξηθὲν, οὐκέτι ἀνέχεται ὀρφανικῶς αὐτῷ συνεῖναι, ἀλλ' ἕλκει αὐτὸν πρὸς τὴν ἰδίαν συγγένειαν, σχοινίου δίκην τῇ μακρᾷ φιλίᾳ βιαίως ἐπισπώμενον. C καὶ εἰ μὲν διὰ προσευχῆς μαχησάμενος ἀποκόψει, ἐμμένει μέντοι γε ἀπολήξας τῆς προσηκούσης αὐτῷ ἀπαθείας τοσοῦτον, ὅσον ἀπέστηκε τοῦ τυχόντος κακοῦ πρὸς πάθος. εἰ δὲ εἰς τέλος συναπάγοιτο τῇ ἐπιτάσει τοῦ ἐπικρατοῦντος, τὸν τῆς μάχης καὶ προσευχῆς κόπον περιστελλόμενος, ἀνάγκη δελεάζεσθαι καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων παθῶν· καὶ οὕτως ἐκ διαδοχῆς ὑπὸ ἑκάστου κατὰ μικρὸν συνηθικῶς ἀπαγόμενος, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀπαγωγῆς ἀποσχοινίζεται τῆς θείας τοῦ Θεοῦ βοηθείας, καὶ ἀποφέρεται λοιπὸν καὶ εἰς μείζονα κακὰ, ἴσως καὶ μὴ βουλόμενος, ὑπὸ τῆς βίας τῶν προκεκρατηκότων.

VIII. Cum itaque res sic se habeant; quæ illic apte dicuntur, convenit non modo certe Judæis dicere, sed cunctis ultro peccantibus: quorum primi afferentes post baptisma non esse pœnitentiam, ob idque in reliquo sua sponte seducti perpetrant iniqua. Quamquam præpostere sanctus Paullus verba protulerit, quod mea sententia, non sine dispensatione fecit: ut circumspectiores indagandis scripturis sensum clariorem assequantur, negligentiores autem & contemtiores difficilius reperiant: ut non audacter peccent sub prætextu futuræ pœnitentiæ. Quoniam igitur hi quidem sub prætextu pœnitentiæ ex animo vitiis sunt dediti, alii vero non credentes esse pœnitentiam, desperati se ipsos tradiderunt diabolo; amborum autem affectio prava non potest facile curari: idcirco congruum omnibus auxilium offert Veritas, quæ ait: [a] *Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cælorum.* Ne spiritales & qui proficiunt, de tenuibus & modicis, ut ita dicam, nimium securi contemnant præceptum istud. Inquit enim: [b] *Qui spernit modica, paullatim decidet.* Neque dixeris: Quei fieri potest ut cadat homo spiritalis? Quamdiu quidem talis est, non labitur: cum autem e contrariis quippiam admittit, & in eo sine pœnitentia permanet: illud ipsum quod parvum erat, temporis progressu auctum, cum illo, pupilli more, conversari nequit: sed amicitia longa, tamquam funiculo, violenter adactum, trahit in suam cognationem: quam licet precibus certans abscindat, nihilominus a congrua sibi affectionum vacuitate tantum deficit, quantum distat quodlibet vitium ab affectione. Sin remisso pugnæ precumque labore, per vehementiorem dominantis intentionem prorsus adducatur, necesse est illum a ceteris quoque affectionibus inescari: & ita consequentia quadam paullatim ab unaquaque familiariter seductus, pro modo seductionis, a divino solvitur Dei auxilio, deferturque tandem ad atrociora vitia, vel invitus forte, coactus earum vi quæ antea præoccuparunt.

D Πάντως δὲ ἐρεῖς μοι· οὐκ ἠδύνατο ἐν ἀρχῇ τοῦ κακοῦ τυγχάνων παρακαλέσαι τὸν Θεὸν, μὴ ἐκπεσεῖν εἰς τὸ ἔσχατον; κἀγώ σοι λέγω, ὅτι ἠδύνατο· ἀλλ' ἐξ εὐτελείας τὸ μικρὸν τῷ θελήματι αὐτοῦ παραδεξάμενος ὡς οὐδὲν, οὐκέτι παρακαλεῖ περὶ αὐτοῦ, ἀγνοῶν, ὅτι τὸ μικρὸν ἐκεῖνο γίνεται εἰσαγωγὴ καὶ αἰτία τοῦ μείζονος· οὕτως ἐπ' ἀγαθῷ, καὶ οὕτως ἐπὶ κακῷ. ὅταν δὲ μεγαλυνθῇ τὸ πάθος, καὶ νομὴν κρατήσῃ διὰ τοῦ θελήματος, λοιπὸν καὶ παρὰ θέλημα βιαίως αὐτῷ κατεπαίρεται. τότε νοήσας παρακαλεῖ τὸν Θεὸν, πολεμῶν τῷ ἐχθρῷ, ὃν ἀγνοῶν ἐξεδίκει πρότερον, μαχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις. ἔστι δὲ καὶ ὅταν ὑπακουσθῇ ὑπὸ τοῦ Κυρίου, τὴν βοήθειαν οὐκ ἐδέξατο, διότι οὐκ ἦλθεν ὡς ἐνόμισεν E ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ᾠκονόμησεν ὁ Κύριος πρὸς τὸ συμφέρον. εἰδὼς γὰρ ἡμῶν τὸ ἀπρεπὲς καὶ καταφρονητικὸν, τὰ πολλὰ βοηθήματα διὰ θλίψεως παρέχει τοῖς ἀνθρώποις, ἵνα μὴ ἀθλίπτως ῥυσθέντες, πάλιν τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύωμεν ἁμαρτήματα. ὅθεν ἀναγκαῖον εἶναί φαμεν ὑπομένειν τὰ ἐπερχόμενα, καὶ πάνυ προσφυὲς τῇ μετανοίᾳ.


IX. At dices utique: Nonne poterat initio mali rogare Deum, ne in hæc extrema vitia incideret? Ego vero tibi dico, quod poterat: sed præ facilitate, quod modicum erat, tamquam nihilum sua sponte amplexus, jam non potest illius caussa rogare; ignorans, exiguum illud vitium, introductionem & caussam esse insignioris sive boni sive mali. Ubi vero in immensum creverit, & pabulum adepta fuerit affectio per voluntatem, posthac præter voluntatem vi insurgit in eum. Tum animadvertens, Deum implorat, decertans cum hoste, quem prius ignarus defendebat, dum pro eo pugnaret cum hominibus. Quandoque tamen accidit, ut homo non protinus quam est exauditus a Domino, consequatur opem: quia non solet obvenire pro arbitrio hominis, sed quemadmodum dispensaverit Dominus ad utilitatem. Exploratam siquidem habens indignitatis nostræ contemtusque rationem, auxilia pleraque tribulatione prævia confert hominibus: ne sine afflictione liberati, eadem denuo committant peccata. Unde pronuntiamus, necessario perferenda esse rerum eventa; & hoc prorsus innatum pœnitentiæ.

Ἀλλ' ἐρεῖς μοι πάντως· οἱ ἀληθῶς εὐηρεστηκότες τῷ Θεῷ, καὶ εἰς τέλειον πεφθακότες, ποίας ἔτι χρῄζουσι μετανοίας; ὅτι μὲν γὰρ ἐγίνοντο τοιοῦτοι ἄνθρωποι καί εἰσι, σύμφημι· ἀλλ' ἄκουσον συνετῶς,

X. Atqui dices plane mihi: Qui vere grati fuere Deo, & pervenerunt ad perfectionem, quanam egent adhuc pœnitentia? Assentior equidem, fuisse & esse ejus generis homines: verum audi attente,

[a] Matth. IV. 17. [b] Eccli. XIX. 1.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



καὶ γνώσῃ, πῶς καὶ οἱ τοιοῦτοι χρήζουσιν αὐτῆς. τὸ ψεῦδος ἐκ τοῦ διαβόλου εἶναι εἴρηκεν ὁ Θεὸς, καὶ τὸ ἐμβλέψαι γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, μοιχείαν ἐλογίσατο, καὶ τὴν πρὸς τὸν πλησίον ὀργὴν φόνῳ παρείκασε, καὶ περὶ ἀργοῦ ῥήματος λόγον διδόναι ἐφανέρωσε· τίς οὖν ὁ ψεύδους ἀπείρατος, καὶ πάσης τῆς κατὰ τὸ ἐμβλέψαι ἐπιθυμίας ἀμύητος, καὶ μηδέποτε ὀργισθεὶς τῷ πλησίον φιλονεικεῖν, μηδὲ ἀργοῦ ῥήματος ὑπηρέτης εὑρεθεὶς, ὥστε μὴ χρήζειν μετανοίας; εἰ γὰρ καὶ νῦν οὐκ ἔστι τοιοῦτος, ποτὲ δὲ ἐγένετο, μετάνοιαν κεχρεώστηκεν ἕως θανάτου. θῶμεν δὲ, ὅτι καὶ τούτων τινὲς ἐκτὸς εὕρηνται, καὶ ἀπὸ γεννήσεως πάσης κακίας ἀλλότριοι. (ὅπερ ἀδύνατον, τοῦ ἁγίου Παύλου λέγοντος· πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι.) ὅμως εἰ καὶ ἐτύγχανον τοιοῦτοι, πλὴν ἐκ τοῦ Ἀδάμ εἰσι, καὶ ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν τῆς παραβάσεως πάντες γεγόνασι, καὶ διὰ τοῦτο τῷ θανάτῳ τῆς ἀποφάσεως κατεδικάσθησαν, σωθῆναι ἐκτὸς τοῦ Χριστοῦ μὴ δυνάμενοι. σταυρωθέντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῷ ἰδίῳ αἵματι πάντας ἐξαγοραζομένου, τότε καὶ αὐτοὶ λυτροῦνται. εἶτα καὶ αὐτὸς ὁ λυτρωτὴς πᾶσι τίθησιν ὅρον ἕνα περιεκτικὸν τῶν πραγμάτων, καί φησι πρὸς τοὺς ἀποστόλους· λέγετε αὐτοῖς, μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. θέμενος ἅμα ἐντολὰς τὰς ἐκπληρούσας τὴν μετάνοιαν, καὶ τὴν πλήρωσιν αὐτῶν ἕως θανάτου ὥρισεν, εἰπών· ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν. καὶ πάλιν, ἀρνήσασθαι πάντα βουλόμενος προστίθησιν· ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. καὶ σφραγίζει λέγων· ὁ λύσας μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. εἰ οὖν ἕως θανάτου ὥρισε τὴν μετάνοιαν, καθὼς ἀποδέδεικται, ὁ πρὸ θανάτου λέγων αὐτὴν πεπληρωκέναι, λύει τὴν ἐντολὴν, ὑφαιρῶν τὸν θάνατον.

Ὅθεν μικροῖς τε καὶ μεγάλοις ἕως θανάτου ἀτέλεστος ἡ μετάνοια. εἰ γὰρ καὶ τῇ πράξει ἕως ἐκεῖ μὴ δυνηθῶμεν, τῷ δὲ σκοπῷ ἐπιτηδεύειν ὀφείλομεν, ἵνα μὴ κατὰ πρόθεσιν λύοντες τὴν ἐντολὴν, ὑποβληθῶμεν τῷ κρίματι, ἐλάχιστοι κληθέντες ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. ζήτησον τοὺς ἀπ' αἰῶνος τὸν βίον τοῦτον διοδεύσαντας, καὶ εὑρήσεις διὰ μετανοίας τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον ἐπὶ τοῖς εὐαρεστήσασι τελεσθέν. οὐδεὶς κατεκρίθη, εἰ μὴ ταύτης κατεφρόνησε· καὶ οὐδεὶς ἐδικαιώθη, εἰ μὴ ταύτης ἐπιμελήσατο. Σαμψὼν, καὶ Σαοὺλ, καὶ Ἠλεὶ μετὰ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἤδη μερικῶς ἁγιωσύνης μετασχόντων, πρῶτον μὲν ταύτην ἀπώλεσαν, τῆς μετανοίας ἀμελήσαντες· τῆς δὲ διορίας παρελθούσης, ἔσχατον ὑποδίκῳ θανάτῳ πεπτώκασιν. ὁ διάβολος οὐ παύεται πολεμῶν ἡμᾶς, οὔτε ἡ μετάνοια ἀργεῖν ὀφείλει ποτέ. οἱ ἅγιοι ὑπὲρ τῶν πλησίον αὐτὴν προσφέρειν ἀναγκάζονται, ἐκτὸς ἐνεργοῦς ἀγάπης τελειωθῆναι μὴ δυνάμενοι. μάθε πῶς ἡ φύσις διδάσκει ἡμᾶς, ἕως θανάτου μὴ ἀφιέναι αὐτήν. νοῦς λογικῶς ἀργεῖν οὐ δύναται, ἀλλὰ κἂν τέλειος ᾖ, καλῶς ἔχων ἐν τοῖς δεξιοῖς ἐργάζεται. ἐὰν δὲ προφάσει τελειότητος παύσηται τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐργασίας, πάντως ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν νεύει· ἀποσχόμενος δὲ τοῦ ἀριστεροῦ, πάλιν ἐπὶ τὸ δεξιὸν φυσικῶς ἕλκεται. δεξιῶν δὲ ἐργασία καὶ ἀρχομένοις, καὶ μέσοις, καὶ τελείοις ἐστὶ προσευχὴ, καὶ λογισμῶν καθαίρεσις, καὶ τῶν ἐπερχομένων ὑπομονὴ, ὧν χωρὶς οὐκ

A & disces, qua ratione tales etiam opus habeant pœnitentia. Dixit Deus [a] mendacium esse a diabolo: & fornicationem existimavit [b], si quis intueretur mulierem ad concupiscendam eam: iram etiam in proximum cædi parem fecit [c]: ac de verbo otioso reddendam esse rationem declaravit [d]. Quis ergo expers est mendacii, ab omni quæ circa visum est, libidine purus, altercando proximo numquam iratus; neque minister otiosi verbi repertus, ut pœnitentia non fuerit ei necessaria? Nam etsi modo non est ejusmodi, fuit tamen aliquando: proinde obnoxius pœnitentiæ ad mortem usque. Ponamus itaque, quosdam repertos immunes ab his, & ex quo nati sunt, alienos ab omni vitio: (quod qui- B dem fieri nequit, cum dicat Paullus: [e] *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei; justificati gratis per gratiam ipsius*) tamen etsi tales erant, nihilominus ab Adam trahunt originem, cunctique peccato transgressionis fuerunt obnoxii, ideoque capitali sententia condemnati, adeo ut citra Christum salvari non possent. Ubi vero Christus est crucifixus, & omnes proprio sanguine redemit; tum ipsi quoque redimuntur. Deinde, redemtor etiam ipse ponit omnibus terminum unum, res universas continentem; & ait Apostolis: [f] *Dicite illis, Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cælorum*: una condens mandata ad pœnitentiam perficiendam idonea; quorum implementum morte præscriptum es- C se dixit: [g] *Qui perdiderit animam suam propter me & Evangelium, in vitam æternam custodit eam*. Et iterum, suadens abnegare omnia, addit: [h] *Adhuc autem & animam suam*. Quod confirmat his verbis: [i] *Qui solverit unum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum*. Cum igitur pœnitentiam ad tempus usque mortis producendam definierit, ut demonstratum est; qui se dicit ante mortem absolvisse pœnitentiam, dum terminum mortis subducit, solvit mandatum.

XI. Quare tam a pusillis quam a magnis pœnitentia perfici non potest, nisi ad obitum usque, D nisi etiam eo usque operatione polleamus. Itaque nos debemus exercere diligenter ad scopum, ne de industria solventes mandatum, subjiciamur judicio, quo minimi vocemur in regno cælorum. Perquire eos qui hunc vitæ cursum a sæculo transegerunt, & reperies apud eos qui Deo placuerunt, impletum esse per pœnitentiam pietatis mysterium. Nemo damnatus est, nisi hanc contemserit: nullusque justificatus est, qui studiosus ejus non fuerit. Samson, Saul, & Heli cum filiis ejus, cum jam aliqua in parte sanctificationem adepti essent, primum hanc perdiderunt, ut neglexerunt pœnitentiam: cumque non animadverterent, tandem ut rei mortis ceciderunt. Diabolus non cessat impugnare nos: neque E cessare debet umquam pœnitentia. Sancti, nomine proximorum illam offerre coguntur: cum citra dilectionem efficacem nequeant esse perfecti. Disce quo pacto natura docet nos, non deserere illam usque ad mortem. Mens non potest esse otiosa, quin aliquid semper meditetur: sed licet perfecta sit, modo recte habeat, quæ dextra sunt, agit: quæ si perfectionis occasione desinat agere quæ bona sunt, plane declinat ad sinistrum: quando vero deflectit a sinistro, denuo trahitur naturaliter ad dextrum. Peragere vero quæ dextra sunt, tam apud novitios & medios, quam apud perfectos, nihil est aliud, quam precatio, cogitationum amputatio & afflictio-

*a* Joan. VIII. 44. *b* Matth. V. 28. *c* Ibid. ℣. 22. *d* Matth. XII. 36. *e* Rom. III. 23. 24. *f* Matth. IV. 17. *g* Marc. VIII. 35. *h* Luc. XIV. 26. *i* Matth. V. 19.

Sæcul. IV circa Ann. Chr. 390.

ἔστι κατορθῶσαι τὰς λοιπὰς ἀρετὰς, δι' ὧν γίνεται εὐπρόσδεκτος ἡ μετάνοια. εἰ αἴτησίς ἐστιν ἐλέους ἡ μετάνοια, ἐπιμελεῖσθαι χρεία τῷ ἔχοντι. πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει. εἰ οὖν ὁ ἐλεῶν ἐλεηθήσεται, διὰ ταύτην, ὡς οἶμαι, ὅλος ὁ κόσμος συνέστηκεν· ἕτερος δι' ἑτέρου οἰκονομικῶς βοηθούμενος· διὰ ταύτην ὁ Θεὸς τοὺς Νινευΐτας ἔσωσεν, ἀμελήσαντας δὲ αὐτῆς Σοδομίτας κατέφλεξεν.

A num accidentium tolerantia: sine quibus feliciter exercere non licet reliquas virtutes, per quas redditur acceptior pœnitentia. Si pœnitentia est petitio misericordiæ, utilis est habenti, qui curam illius gerit: Quia [a] *omnis qui petit, accipit*. Si igitur qui misericordiam exercet, consequetur misericordiam: illius, ut puto, caussa totus mundus consistit, dum alter ab altero, Deo ita dispensante, capit auxilium. Propter hanc Deus salvavit Ninivitas: negligentes autem illam Sodomitas, incendio perdidit.

Εἰ καὶ μέχρι θανάτου μετανοοῦντες ἀγωνισώμεθα, οὐδὲ οὕτως τὸ δέον ἐπληρώσαμεν. οὐδὲν γὰρ ἀντάξιον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. ὥσπερ ἐσθίομεν καὶ πίνομεν, καὶ λαλοῦμεν, καὶ ἀκούομεν, οὕτω καὶ μετανοεῖν φυσικῶς κεχρεωστήκαμεν. ἅπαξ ὁ ἄξιος, θανάτῳ κατὰ νόμον τεθανάτωται· ὁ δὲ ζῇ, μετανοίας ἕνεκεν, καὶ μὴ δι' ἄδειαν. ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς παραβάσεως ἁμαρτίαν, βαπτισθέντες ἐκαθαρίσθημεν· καθαρισθέντες, ἐντολὰς ἐλάβομεν. ὁμοιοποιῶν τὸ δεύτερον, τὸ πρῶτον ἐμόλυνεν, λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν, ὧν οὐδεὶς ἀνελλιπὴς τὸ καθ' ἡμέραν εὑρίσκεται, μηδέποτε μηδὲν τῶν προστεταγμένων παραλείψας. διὰ τοῦτο πᾶσιν ἂν εἴη ἀναγκαία ἡ μετάνοια. αὕτη τά ποτε ἑκούσια νῦν ἀκούσια ἀποδείκνυσι, διὰ τὸ μισῆσαι τὰ πάθη, καὶ ἀπέχεσθαι τοῦ πράγματος. ὁ περιορίζων αὐτὴν, στρέφεται εἰς τὰ ὀπίσω καὶ ἀνακαινίζει τὰ παλαιὰ παραπτώματα. ὁ ἔχων γνῶσιν ἀληθῆ, οἶδεν ὅτι χρείαν ἔχει καὶ μετανοίας· ἕκαστον γὰρ αὐτῶν ἐν ἀλλήλοις κατευθύνεται· Χριστὸς ἡμᾶς ἐπὶ μετανοίας ἐγγυήσατο· ὁ ἀφιεὶς αὐτὴν ἀθετεῖ τὸν ἐγγυησάμενον. ἄνευ μετανοίας κατὰ πρᾶξιν οὐδὲν ἄξιον ποιῆσαι δυνάμεθα· ἐλεούμεθα δὲ μεγάλως διὰ τὴν πρόθεσιν. βιαζόμενος ἕως ἐξόδου, καὶ κρατῶν αὐτὴν, κἂν ἔν τινι πλημμελήσῃ, διὰ τὴν βίαν σωθήσεται· τοῦτο γὰρ ἐν εὐαγγελίοις ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο. ὁ λέγων μηκέτι χρῄζειν αὐτῆς, δίκαιον ἑαυτὸν κρίνει, καὶ ἔγγονον κακὸν ὑπὸ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται. ὁ οἰήσει δικαιοσύνης, ὡς τελέσας αὐτὴν διακείμενος, ὡς οὐκ οἶδεν, ἀντιστρόφως συνδυάζεται ταῖς ἡδοναῖς, εἴπερ ἡ οἴησις καὶ ἡ ἀλαζονεία ἡδοναὶ τυγχάνουσιν. ὁ ἔχων οἴησιν, οὐ δύναται σωθῆναι· γέγραπται γὰρ, ὁ κατοιόμενος καὶ καταφρονητὴς ἀνὴρ ἀλαζὼν, οὐθὲν οὐ μὴ περανεῖ. εἰ οὐδὲν βλάπτει τὸν τέλειον ἡ ταπεινοφροσύνη, μηδὲ αὐτὸς ἀφῇ ταύτης αἰτίαν, μετάνοιαν. ὁ πιστὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ δίκαιος Ἰὼβ γῆν καὶ σποδὸν ἑαυτοὺς ὠνόμασαν. ταῦτα δὲ τὰ ῥήματα ταπεινοφροσύνης τεκμήριον· ὁ δὲ μετανοίας κεκορεσμένος, ταπεινοφρονεῖν οὐ δύναται. οἱ τρεῖς παῖδες οἱ ὄντως μεγαλόφρονες, καὶ μεγαλομάρτυρες, ἐκ μέσου καιομένης φλογὸς ἐξωμολογοῦντο, καὶ τὸ ἡμαρτηκέναι καὶ ἠνομηκέναι λέγοντες, περὶ τῶν ποτε κακῶν μετενόουν, λοιπὸν τέλειοι ὄντες· καὶ πᾶς σχεδὸν ὁ ὕμνος αὐτῶν, μετανοίας ἐπέχει δύναμιν.

XII. Licet autem pœnitentiam agentes ad mortem usque certemus, non tamen hoc modo impleB vimus quod decet. Nihil enim condignum regno cælorum. Quemadmodum natura edimus, bibimus, loquimur & audimus: ita proclives esse debemus ad agendam pœnitentiam. Plane qui dignus erat morte, secundum legem morti tradebatur: qui autem vivit, pœnitentiæ caussa relinquitur, non ut licenter agat. Ceterum ob transgressionis peccatum baptizati, purgati sumus, purgati accepimus mandata. Qui primo simile quid iterat, inquinat primum, [b] *oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum*, in quibus nemo reperitur, qui quotidie nullatenus deficiat, & qui mandatorum nihil umquam prætermiserit: quamobrem omnibus est necessaria pœnitentia. Hæc, quæ quondam erant sponC tanea, nunc demonstrat violenta: quod odio prosequamur affectiones, & a facinore abstineamus. Qui expellit eam, convertitur ad ea quæ sunt a tergo, & lapsus veteres renovat. Qui veram habet notitiam, novit etiam se pœnitentia opus habere. Horum enim quodque mutuo dirigitur ab altero. Christus desponsavit nos in pœnitentia: qui negligit illam, sponsum contemnit. Absque pœnitentia, quantum ad operationem, nihil dignum regno Dei efficere possumus. Ingentem porro misericordiam exercemus ob animi votum. Qui vim patitur usque ad obitum, ejusque compos exsistit, licet in quibusdam deliquerit, propter vim tamen salvabitur. Istud enim pollicitus est Dominus in EvanD geliis. Qui dicit, hac se ultra non egere, se ipsum justum existimat, & filius malus appellatur a scriptura. Qui opinione justitiæ ducitur, tamquam impleverit illam, vice versa, velut ignarus, conspirat cum voluptatibus: siquidem opinio sui & arrogantia sunt voluptates. Qui de se aliquam concipit opinionem, non potest salvari. Scriptum est enim. [c] *Superbus & contemtor vir arrogans nihil ad finem perducit*. Si virum perfectum non lædit humilitas, neque ipse deserere debet matrem ejus pœnitentiam. Fidelis Abraham & justus Job terram & cinerem se ipsos appellabant: quæ verba præbent humilitatis argumentum. Qui vero fastidit pœnitentiam, humilis esse non potest. Tres pueri, re vera magnanimi E & insignes martyres, e media flamma ardente confessionem emittebant, se peccasse & inique egisse dicentes: de præteritis malis pœnitentiam agebant, cum essent alioqui perfecti: ac totus propemodum hymnus eorum pœnitentiæ vim continet.

Εἰ οὖν καὶ λίαν εὐαρεστήσαντες καὶ τέλειοι διὰ πραγμάτων ἀποδειχθέντες, τούτῳ ἕως θανάτου ἐχρήσαντο τῷ βοηθήματι, τίς ἐστι λοιπὸν ὁ προφάσει δικαιοσύνης θαρρῶν ἑαυτῷ, καὶ μετανοίας καταφρονῶν; ἐγὼ μὲν οἶμαι, οὐδ' ἂν κατὰ Παῦλον ἢ Πέτρον ἅγιός τις εἴη, οὐδ' οὕτως αἱρήσεται τὸ τὴν αἰτίαν τῆς ταπεινοφροσύνης καταλιπεῖν.

XIII. Quocirca si illi, qui Deo valde grati fuerunt & rebus ipsis perfecti declarati sunt, hoc ipso ad obitum usque usi sunt auxilio; quis posthac justitiæ nomine sibi ipsi confidere audeat, ac pœnitentiam aspernari? Nullus quidem, ut arbitror, sanctus fuerit, ex sententia Petri & Paulli, qui matrem humilitatis optet relinquere. Quapropter Pe-

[a] Matth. VII. 8. [b] II. Pet. I. 9. [c] Hab. II. 5.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

διὰ τοῦτο Πέτρος ἑαυτὸν τῷ Κορνηλίῳ, κρύψας μὲν τὸ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ μέρει τούτῳ, τὸ δὲ ἴδιον φανερώσας, εἶπεν· ἀνάστα, κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι· μηδὲν δὲ κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν θεόθεν ἐδιδάχθημεν, ὁμολογήσας. Παῦλος δὲ τῆς δεδομένης αὐτῷ χάριτος παρὰ Χριστοῦ, ὑπολήγειν οὐδαμοῦ ἕως θανάτου λογισάμενος, οὕτως ἔφη· διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, κατάληψιν τὴν μέχρις ἐξόδου ἐπιμονὴν εἰρηκώς· καθάπερ καὶ τῷ πιστῷ Τιμοθέῳ ἐπιστέλλει, φανερὰν αὐτῷ τὴν ἐγγύτητα τῆς ἐξόδου καθιστῶν, λέγων· τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα, οὐκ ἔνστασιν καὶ ὅρον χρονικὸν ἐπιμετρήσας ἑαυτῷ, ὡς καταπαύσας τὸν δρόμον διὰ τελειότητα, καὶ μηκέτι χρῄζων ἀγώνων τῶν ὑπὲρ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, μηδέποτε ἐπὶ γῆς καταπαυομένων, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία. ἀλλὰ τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, τέλος δρόμου καὶ ἀγώνων εἴρηκε. φησὶ γὰρ, ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκεν. ὁρᾷς ὅτι οὐκ εἶπεν, ἀναπαύομαι, ἀλλ', ἤδη σπένδομαι, διὰ τῶν τοιούτων ῥημάτων τε καὶ πραγμάτων δεικνὺς πᾶσι, τῆς μετανοίας τὸν ὅρον ἕως λύσεως καὶ θανάτου κεχρεωστημένον τῷ ἐπουρανίῳ βασιλεῖ Χριστῷ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A trus, cum se ipsum quidem Cornelio celasset, quid esset Dei proprium in hac parte, quidve suum declaravit, dicens: [a] *Surge & ego ipse homo sum: nihil porro commune aut immundum dicere*, divinitus edocti sumus, ut ipse confessus est. Paullus autem, cum existimaret, numquam sibi quiescendum esse, quin a Christo sibi donatam gratiam exerceret, inquit in hunc modum: [b] *Sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo*: comprehensionem appellans, perseverantiam usque ad exitum: ut fideli quoque Timotheo per epistolam scribit, declarans ei, quam propinquus esset obitus suus, his verbis: [c] *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi*. B Non quod sibi ipse dimetiretur stationem aut temporis terminum, quasi perfectionis nomine cursum sistens, non ultra subire deberet numquam cessantia super terram certamina pro corpore Christi, quod est Ecclesia: sed exitum suum e vita, finem cursus & certaminum dixit. Ait siquidem: [d] *Ego enim jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat*. Vides, illum non dixisse, Requiesco, sed, *jam delibor*, his verbis ac rebus ostendens omnibus, pœnitentiæ terminum usque ad resolutionem & mortem deberi cælesti regi Christo: Cui gloria in sæcula. Amen.

a Act. x. 26. b Philipp. III. 12. c II. Tim. IV. 7. d Ibid. ℣. 6.

EJUSDEM

# S. MARCI

MONACHI ET EREMITÆ

# OPUSCULUM IV.

### Ἀπόκρισις πρὸς τοὺς ἀποροῦντας περὶ τοῦ θείου βαπτίσματος.

Ἐπειδὴ οἱ μὲν τέλειον λέγουσι τὸ ἅγιον βάπτισμα, ἐπερειδόμενοι τῇ γραφῇ λεγούσῃ, ἀναστὰς βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου· καὶ τὸ, λούσασθε καὶ καθαροὶ γίνεσθε· καὶ πάλιν, ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθητε, καὶ πολλὰ τοιαῦτα εἰς μαρτυρίαν φέροντες· ἕτεροι δὲ ἐξ ἀγώνων ἀναιρεῖσθαι τὴν παλαιὰν ἁμαρτίαν, φέροντες καὶ αὐτοὶ μαρτυρίαν τῆς γραφῆς λεγούσης· καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος. ἅμα δὲ καὶ αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν τῆς ἁμαρτίας μετὰ τὸ βάπτισμα ἐν ἑαυτοῖς εὑρίσκοντες, πρὸς ταῦτα ἡμεῖς τί ἐροῦμεν, ἢ τίνι πιστεύσομεν;

### C Responsio ad eos qui de divino baptismate dubitabant.

Quandoquidem nonnulli baptisma divinum ajunt esse perfectum, innixi scripturæ quæ dicit, [a] *Exsurge, & baptizare, & ablue peccata tua*. Et illud, [b] *Lavamini, mundi estote*. Et iterum, [c] *Sed abluti estis, sed sanctificati estis*; & ejus generis pleraque adferentes in testimonium. Alii vero dicunt, certaminibus tolli vetera peccata, allato etiam ab ipsis testimonio scripturæ, dicentis: [d] *Mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus*, una quoque post baptismum invenientes in se ipsis illam ipsam efficaciam peccati: Ad hæc D quid dicturi sumus, aut cui credemus?

### Ἀπόκρισις.

Χρὴ μὲν ἡμᾶς τῷ ἀποστολικῷ κηρύγματι πιστεύειν, καὶ ἐμμένειν ταῖς ἑαυτῶν ὁμολογίαις, καὶ μὴ πειράζειν τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἐν ἀνθρωπίναις ὑπονοίαις, μηδὲ πάλιν ἑκουσίῳ ζυγῷ δουλείας ἀνέχεσθαι, ἀλλὰ κρατεῖν τὴν ἐλευθερίαν, διὰ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν, δι' ὧν ἀναλόγως πᾶσα ἀλήθεια εὑρίσκεται· καὶ εἰδέναι σαφῶς, ὅτι διὰ τὴν τούτων ἔλλειψιν κατὰ ἀναλογίαν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐνεργούμεθα. ἐπειδὴ δὲ μάταιον ἐλογισάμεθα τὸ κήρυγμα, περιεργασίᾳ μᾶλλον ἢ λόγῳ Θεοῦ πειθόμενοι, διὰ τοῦτο ματαία καὶ ἡ πίστις

### Responsio.

Nos quidem fidem adhibere convenit apostolicæ prædicationi, & in illius persistere confessionibus, nec tentare opinionibus humanis potentiam divinam: neque spontaneo rursum jugo servitutis detineri, sed libertate potiri, exsecutione mandatorum, pro cujus modo veritas omnis reperitur: & exploratum habere, nos a peccato fatigari, juxta proportionem defectus illorum. Quia vero prædicationem inanem existimavimus, majorem curiositati fidem habentes, quam verbo Dei, propterea ina-

a Act. xxii. 16. b Isa. I. 16. c I. Cor. VI. 11. d II. Cor. VII. 1.

ἡμῶν, διὰ τοῦτο καὶ ἔτι ἐσμὲν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. A

Ἐρώτησις.

Ημεῖς οὐ λέγομεν μάταιον τὸ κήρυγμα, ἀλλὰ ζητοῦμεν μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν.

Ἀπόκρισις.

Εἰ οὖν τὸ κήρυγμα ἀληθὲς ἔχομεν, τελέσωμεν πάσας τὰς ἐντολὰς, καὶ τότε εἴδομεν εἰ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐνεργούμεθα· τὸ γὰρ ἅγιον βάπτισμα, τέλειον μέν ἐστιν, οὐ τελειοῖ δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα τὰς ἐντολάς. μὴ οὖν ἀνθρωπίναις ὑπονοίαις, ἀλλὰ τῇ θείᾳ γραφῇ μᾶλλον πιστεύσωμεν, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ B τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ὅτι συνετάφημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος· καὶ, ὁ ἀποθανὼν, δεδικαίωται ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· καὶ ὅτι ἁμαρτία ἡμῶν οὐ κυριεύσει, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ποιήσωμεν· εἰ δὲ οὐ ποιοῦμεν, ἄπιστοί ἐσμεν, καὶ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κρατούμεθα. πίστις γάρ ἐστιν, οὐ μόνον τὸ βαπτισθῆναι εἰς Χριστὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ ποιεῖν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· ὅτι μὲν γὰρ μυστικῶς συνταφέντας αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ συνήγειρεν ἡμᾶς, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, κατὰ τὴν γραφὴν, δῆλον· ὅμως ἔδωκεν ἐντολὰς, ἵνα ταύτας ποιήσαντες, εὕρωμεν τὴν δεδομένην ἡμῖν τελειότητα· εἰ δὲ μὴ ποιήσομεν, ἑκουσίως φανῶμεν ἐνεργούμενοι ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας. εἰ λέγομεν ἐξ ἔργων ἀναιρεῖσθαι ἁμαρτίαν, C ἄρα Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανε, καὶ τὰ εἰρημένα πάντα ψευδῆ τυγχάνει· καὶ εἰ οὐκ ἔστι τέλειον τὸ βάπτισμα, ἀλλ' ἐξ ἀγώνων λέγουσιν ἔχειν τὴν τελειότητα, μάταιος παρ' ἐκείνοις ὁ τῆς ἐλευθερίας νόμος, καὶ πᾶσα ἡ τῆς καινῆς διαθήκης νομοθεσία ἀνῄρηται. ἄδικον δὲ καὶ τὸν Χριστὸν εἰσάγουσι, τοῖς βαπτισθεῖσιν ἔργα ἐλευθερίας προστάξαντα, ἔτι παρὰ προαίρεσιν δεδουλωμένοις τῇ ἁμαρτίᾳ, καθὼς λέγουσι· καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, οὐκέτι χάρις, ἀλλ' ἡμετέρων ἀγώνων ἀνταπόδοσις. εἰ γὰρ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι χάριτι· εἰ δὲ χάριτι, τὸ ἔργον οὐκ ἔστιν ἔργον, ἀλλ' ἐντολὴ τοῦ ἐλευθερώσαντος, καὶ ἔργον ἐλευθερίας καὶ πίστεως. τοιαῦτα πρὸς Γαλάτας ὁ ἅγιος Παῦλος οἰκονομικῶς προέγραψεν, νουθετῶν καὶ αὐτοὺς τὰ ὅμοια ἀπιστήσαντας. D ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἀπιστοῦμεν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, μὴ γένοιτο, οὐδὲ ἐπὶ τῷ κηρύγματι πίστιν ἀρνούμεθα. ἀλλ' εἰ καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κρατούμεθα, οὐχ ὡς τοῦ βαπτίσματος ἀτελοῦς ὄντος, ἀλλ' ὡς ἡμῶν τῆς ἐντολῆς ἀμελούντων, καὶ ἐγκειμένων ταῖς ἡδοναῖς προαιρέσει, καθάπερ ἐλέγχει ἡμᾶς ἡ θεία γραφὴ, λέγουσα· ὡς κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον· οὕτως ἄνθρωπος ἐπιστρέφων ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν αὐτεξουσίῳ προαιρέσει· τὸ γὰρ θέλημα, καὶ τὸ βάπτισμα, οὔτε Θεὸς, οὔτε σατανᾶς βιάζεται. ἄρα οὐκ ἤκουσαν, ὅτι ἐντολαὶ τοῦ Χριστοῦ αἱ μετὰ τὸ βάπτισμα δεδομέναι, νόμος ἐλευθερίας ἐστὶ, καθά φησιν ἡ γραφή· οὕτως ποιεῖτε, καὶ οὕτως λαλεῖτε, ὡς διὰ νόμου ἐλευθερίας μέλλοντες κρίνεσθαι. καὶ πάλιν ὁ ἅγιος E Πέτρος, ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετήν. καὶ τὰ ἑξῆς εἰπὼν, ἐπάγει λέγων, ᾧ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι μυωπάζων, λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτημάτων. ἐννοήσατε διὰ τῶν προειρημένων τὸν διὰ τοῦ βαπτίσματος καθαρισμὸν, μυστικῶς μὲν γενόμενον, ἐνεργῶς δὲ διὰ τῶν ἐντολῶν εὑρισκόμενον. εἰ δὲ βαπτισθέντες οὐκ ἠλευθερώθημεν ἀπὸ τῆς πατρικῆς ἁμαρτίας, δηλονότι οὐδὲ τὰ τῆς ἐλευθερίας ἔργα ποιεῖν δυνάμεθα· εἰ δὲ δυνάμεθα ποιεῖν αὐτὰ, φανερὸν μὲν, ὅτι μυστικῶς τῆς κατὰ τὴν ἁμαρτίαν δουλείας ἠλευθερώθημεν κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὅτι ὁ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἠ-

A nis eſt & fides noſtra, adhuc ſumus in peccatis noſtris.

*Interrogatio.*

Nos non dicimus, inanem eſſe prædicationem, ſed optamus diſcere veritatem.

*Reſponſio.*

Si ergo prædicationem habemus pro vera, peragamus omnia mandata: tumque ſciemus, an obſideamur a peccato. Sanctum enim baptiſma perfectum quidem eſt, non tamen perficit eum qui mandata non implet. Quamobrem non humanis opinionibus, ſed magis ſcripturæ divinæ credamus: [a] *Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundum ſcripturas.* Et, [b] *Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum.* Et, [c] *Qui mortuus eſt, juſtificatus eſt a peccato.* Et, [d] *Peccatum nobis non dominabitur*, ſi præcepta ejus exſequamur: ſin minus, infideles ſumus, & a peccato detinemur. Fides enim eſt, ut non ſolum in Chriſtum baptizemur, ſed etiam ejus mandata opere compleamus. Quia certum eſt, nos myſtice conſepultos eſſe cum illo per baptiſmum: [e] Et conreſuſcitaſſe nos, & conſedere feciſſe in cæleſtibus, juxta ſcripturam. Dedit nihilominus mandata, ut ea peragentes, donatam nobis perfectionem conſequamur. Alioqui neglectis illis, ultro videbimur a peccato agitari. Si dicamus, ex operibus tolli peccatum, certe [f] *Chriſtus gratis mortuus eſt*, & quæ dicta ſunt, falſa ſunt omnia. Si etiam baptiſma non eſt perfectum, ſed ex operibus dicunt conſequi perfectionem; ſupervacua eſt apud illos lex libertatis: & univerſæ leges novo teſtamento latæ, ſunt exſtinctæ. Injuſtum quoque Chriſtum introducunt, qui libertatis opera præcipiat baptizatis, præter voluntatem (ut ajunt) adhuc peccato ſervientibus. Et gratia Dei jam non eſt gratia, ſed laborum noſtrorum remuneratio. Nam ſi ex operibus, jam non gratia: ſi vero gratia, jam opus non eſt opus, ſed mandatum ejus qui liberavit, & opus libertatis ac fidei. Talia ſanctus Paullus ſcribebat Galatis pro eccleſiaſticæ familiæ ſalute corripiens etiam illos, qui ſimili diffidentia laborabant. Ceterum nos non tam perfide de gratia Dei ſentimus: Abſit: nec propter prædicationem, fidem negamus: ſed ſi etiam poſt baptiſma detineamur a peccato; non quod imperfectum ſit baptiſma, ſed quod negligamus præcepta, ultroque voluptatibus addicti ſimus: quemadmodum arguit nos ſcriptura divina, dum ait: [g] *Sicut canis reverſus ad ſuum vomitum*, ſic homo qui proprio libertatis arbitrio redit ad ſuum ipſius peccatum. Siquidem voluntatem ad baptiſmum non cogit Deus, nec ſatanas. Verum non audierunt mandata Chriſti poſt baptiſma data legem eſſe libertatis, ut ait ſcriptura: [h] *Sic loquimini & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes judicari.* Et iterum ſanctus Petrus: [i] *Miniſtrate in fide veſtra virtutem.* Et cum ſequentia dixiſſet, ſubdit: [k] *Cui enim non præſto ſunt hæc, cæcus eſt, manu tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum.* Ex prædictis intelligite, purgationem myſtice quidem per baptiſmum fieri, re autem ipſa mandatorum obſervatione reperiri. Atqui ſi baptizati, non ſimus a peccato paterno liberati; neque ſcilicet opera libertatis edere poſſumus: ſin ea poſſumus efficere, clarum eſt, nos eſſe myſtice ereptos a ſervitute peccati, juxta id quod ſcriptum eſt: [l] *Lex ſpiritus vitæ liberavit me a lege peccati &*

[a] 1. Cor. xv. 3. [b] Rom. vi. 4. [c] Ibid. ℣. 7. [d] Ibid. ℣. 14. [e] Epheſ. II. 6. [f] Gal. II. 21. [g] II. Pet. II. 22. [h] Jac. II. 12. [i] II. Pet. I. 5. [k] Ibid. ℣. 9. [l] Rom. viii. 2.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

λευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ θανάτου· διὰ δὲ τὴν ἀμέλειαν τῶν ἐντολῶν τοῦ καθαρίσαντος ἡμᾶς, ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐνεργούμεθα. ἢ οὖν δεῖξόν μοι τοὺς βεβαπτισμένους ἀδυνάτως ἔχειν τὰς ἐντολὰς τῆς ἐλευθερίας ἐργάζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ εἶναι τέλειον τὸ βάπτισμα· ἢ ἡμῶν δεικνυόντων εἰληφέναι αὐτοὺς τὴν τοιαύτην δύναμιν, ὁμολογείτωσαν, ἐλευθεροῦσθαι μὲν χάριτι Χριστοῦ, ἑαυτοὺς δὲ παραδεδωκέναι τῇ τῶν κακῶν δουλείᾳ, διὰ τὸ μὴ πληροῦν πάσας τὰς ἐντολὰς, καὶ διὰ τοῦτο πάλιν ὑποχειρίους γεγονέναι. λαβέτωσαν δὲ ἐκ τῶν ἰδίων μαρτυριῶν τὸν ἔλεγχον· καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀδελφοὶ ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος. ὁ οὖν δοῦλος τῆς ἁμαρτίας, πῶς δύναται ἑαυτὸν καθαρίσαι ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, μὴ ἔχων τὴν τοιαύτην ἐλευθερίαν καὶ δύναμιν, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κρατούμενος; εἰ δὲ ἔχεις τὸ κράτος κατὰ τῶν παθῶν, γίνωσκε ὅτι οὐ κατέχῃ ἐξουσίᾳ, ἀλλ᾽ αἰτίᾳ θελήματος. ὅσα οὖν ἡ θεία γραφὴ περὶ καθαρισμοῦ διαλέγεται, ὡς ἐλευθέροις διαλέγεται, ὡς ἐλευθέροις παραινεῖ, τοῦ μὴ μένειν ἐν τοῖς τοιούτοις λογισμοῖς, ἀλλὰ ἀγαπᾷν τὴν ἐλευθερίαν, ἐξουσίαν ἔχοντας ῥέπειν, ἐφ᾽ ὃ ἂν θέλωμεν, ἤτοι ἀγαθὸν, ἤτοι κακόν.

A *mortis*: Sed ob neglectum mandatorum ejus qui purgavit nos, obsidemur a peccato. Quapropter aut demonstra mihi, baptizatos exsequi non posse mandata libertatis, & ea de caussa baptismum non esse perfectum: aut si demonstremus, eos accepisse talem facultatem, confiteantur, liberari quidem gratia Christi, at se ipsos tradidisse vitiorum servituti, eo quod non impleant omnia mandata: ideoque rursum mancipatos esse. Sumant autem argumentum a propriis testimoniis: [a] *Mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus*. Servus ergo peccati, quei potest se ipsum purgare ab omni inquinamento carnis & spiritus, si talem libertatem ac potestatem non habeat, sed teneatur sub dominio pec- B cati? Sin adversus affectiones polles facultate, scito, te non vi & auctoritate regi, sed a fonte voluntatis. Quæcumque igitur scriptura divina de purgatione differit, tamquam libertatem habentibus loquitur, tamquam liberis suadet, non esse permanendum in hujusmodi cogitationibus, sed colendam esse libertatem, cum habeamus facultatem inclinandi quo libuerit, sive ad bonum sive ad malum.

### Ερώτησις.

Εἰ ἠλευθερώθημεν ἐν τῷ βαπτίσματι, διὰ τί οὐκ οἴδαμεν τὸν ἀέρα τῆς ἐλευθερίας, καθὰ βλέπουσιν οἱ ἀγωνιζόμενοι;

### *Interrogatio*.

Si liberati sumus in baptismo, quamobrem non perspicimus libertatis aerem, uti vident qui de- C certant?

### Απόκρισις.

Ἐπισκοτοῦσιν ἡμῖν αἱ κατὰ θέλησιν ἡδοναὶ, καὶ ἀμέλειαι τῶν ἐντολῶν, ἃς ἐκεῖνοι διωρθώσαντο. προειρήκαμεν γὰρ, ὅτι ἐλευθεροῦται μὲν ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὴν δωρεὰν τοῦ Χριστοῦ, κατὰ δὲ τὸ ἴδιον θέλημα, ὅπου ἀγαπᾷ ἐκεῖ ἐμμένει κἂν βεβάπτισται, διὰ τὸ αὐτεξούσιον. ὅταν οὖν λέγῃ, βιασταὶ ἁρπάζουσι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, τότε ἐπὶ τοῦ ἰδίου θελήματος λέγει, ἵνα βιάσηται ἕκαστος ἡμῶν κατὰ τὸ βάπτισμα μὴ τρέπεσθαι ἐπὶ τὸ κακὸν, ἀλλ᾽ ἐμμένειν εἰς τὸ ἀγαθόν· εἰ γὰρ βίᾳ ἔπασχεν ὑπὸ τῶν ἐξουσιῶν ὁ ἄνθρωπος, πάντως ἠδύνατο ἐλευθερῶσαι ἡμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ ἀτρέπτους βίᾳ ποιῆσαι· νῦν δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ᾽ αὐτὸς μὲν διὰ τοῦ βαπτίσματος τῆς κατὰ βίαν δουλείας ἐξήγαγε, καταργήσας τὴν ἁμαρτίαν διὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ ἐντολὰς ἐλευθερίας ἔθετο. ἐμμένειν δὲ, ἢ μὴ ἐμμένειν ταῖς ἐντολαῖς τῷ αὐτεξουσίῳ ἡμῶν θελήματι παρεχώρησεν: αἱ οὖν ἐντολαὶ καθὸ ἂν ἐπιμελοῦνται, κατ᾽ αὐτὸ τὴν πρὸς τὸν ἐλευθερώσαντα ἀγάπην σημαίνουσι· καθὸ ἂν δὲ ἀμελοῦνται, ἢ ἐκλείπουσι, τὴν πρὸς τὰς ἡδονὰς ἡδυπάθειαν δεικνύουσιν. οἱ δὲ, τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς περιπίπτουσι λέγοντες, ὅτι θέλομεν ποιῆσαι τὰς ἐντολὰς, καὶ οὐ δυνάμεθα, ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κατ᾽ ἐξουσίαν κρατούμενοι· διὸ χρὴ πρότερον ἀγωνίσασθαι καὶ ἐξαλεῖψαι τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα δυνηθῶμεν ἐπιτελέσαι τὰς τῆς ἐλευθερίας ἐντολὰς, μὴ νοοῦντες ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. εἰ γὰρ ὅλως οὐκ ἔχεις τὴν ἐλευθερίαν, καὶ οὐ δύνασαι ἐπιτελέσαι τὰς ἐντολὰς, διὰ ποίων ἀγώνων λέγεις ἐξαλεῖψαι τὴν ἁμαρτίαν; οἱ ἀγῶνες τῶν πιστῶν ἐντολαί εἰσιν. σὺ οὖν λέγεις, οὐ δύναμαι ποιῆσαι τὰς ἐντολὰς, ἐὰν μὴ πρῶτον δι᾽ ἀγώνων καθαρισθῶ. δεῖξόν μοι ἐκτὸς ἐντολῶν οὓς λέγεις ἀγῶνας, καὶ πείθομαί σου τῷ φρονήματι. κἂν γὰρ προσευχὴν εἴποις, ἐντολή ἐστι· κἂν νηστείαν, κἂν ἀγρυπνίαν, ἐντολή ἐστι· κἂν μετάδοσιν, κἂν ψυχῆς ἄρνησιν, ἐντολή ἐστι· κἂν λο-

### *Responsio*.

Obruunt nos tenebris spontaneæ voluptates neglectionesque mandatorum, in quibus illi feliciter promovent. Nam ante diximus, hominem liberari beneficio Christi. At ex propria voluntate, in quo figit amorem (tametsi baptizatus est) ob liberam arbitrii voluntatem, in eo immoratur. Cum ergo dicit: [b] *Violenti rapiunt regnum cælorum*: tum de propria voluntate loquitur: ut quisque nostrum juxta regulam baptismi elaboret, nec convertatur ad malum: sed perseveret in eo quod ducit ad bo- D num. Etenim si vim homo patiebatur a potestatibus (malignis) plane Deus poterat nos liberare, & vi nos immortales efficere. Nunc autem non ita res est: sed per baptismum a violenta servitute nos eripuit, evacuato per crucem peccato, statuitque præcepta libertatis: in quibus ut permaneamus, nec ne, liberæ nostræ concessit voluntati. Quare mandata quatenus excoluntur, hactenus declarant dilectionem erga illum qui liberavit: quatenus autem negliguntur ac deficiunt, jucundam erga voluptates ostendunt affectionem. Alii propriis ratiocinationibus labuntur, dum inquiunt: Volumus scilicet exsequi mandata; at non possumus, quia sub imperio peccati detinemur: idcirco decertandum est E prius, & delendum peccatum, ut peragere queamus mandata libertatis: non intelligentes quæ dicunt, neque de quibus affirmant. Nam si cares prorsus libertate, nec potes implere mandata, quibus certaminibus ais te deleturum peccatum? Certamina fidelium, sunt mandata. Dicis ergo: Non possum perficere mandata, nisi prius per certamina mundatus fuero. Ostende mihi, quæ dicis certamina præter mandata, & credam opinioni tuæ. Nam si dicas precationem, est mandatum: si jejunium, si vigilias, est mandatum: si largitionem, si abnegationem animæ, mandatum est: si cogitationum eversionem, est mandatum: sin mortem, crucem, aut aliud quodvis opus virtutis dixeris,

[a] II. Cor. VII. 1. [b] Matth. XI. 12.

γισμῶν καθαίρεσιν, ἐντολή ἐστι· κἂν θάνατον, καὶ σταυρὸν, καὶ ὃ, ποιοῦ ἔργον ἀρετῆς εἴποις, ἐντολαί εἰσι πάντα. διὸ τοῖς λαβοῦσι τὴν δύναμιν τῶν ἐντολῶν, ὡς πιστοῖς παραγγέλλει, τοῦ ἐπαγωνίσασθαι διὰ τὸ μὴ στραφῆναι εἰς τὰ ὀπίσω· οὐχ ὡς διὰ τούτων ἐξαλεῖψαι τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλ' ὥστε μηκέτι ἑαυτοὺς ἐπιστραφῆναι εἰς τὰ ὀπίσω. καὶ αὐταὶ οὖν αἱ ἐντολαὶ, οὐχὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐκκόπτουσι· τοῦτο γὰρ διὰ μόνου τοῦ σταυροῦ γεγένηται· ἀλλὰ τοὺς ὅρους τῆς δοθείσης ἡμῖν ἐλευθερίας φυλάττουσιν. ἐπεὶ εἰπέ μοι σὺ, εἰ δι' ἔργων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ Ἀδὰμ ἐκκόπτεις, πῶς ὁ Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς; ἀλλὰ πρὸς ταῦτα μὲν ἀντιλέγειν οὐκ ἔχουσιν, ἀνακόλουθα δὲ μόνον ἐπερωτῶσι πρὸς τὰς ἑαυτῶν ὑπονοίας τὸ πᾶν νεύοντες, τῇ δὲ ἀληθείᾳ τῆς γραφῆς μὴ πειθαρχοῦντες. εἰ γάρ φασιν, ἐν τῷ βαπτίσματι ἀναιρεῖται ἁμαρτία, διὰ τί πάλιν ἐνεργεῖ ἐν τῇ καρδίᾳ; ἡμεῖς δὲ πολλάκις εἰρήκαμεν τὴν αἰτίαν, ὅτι οὐ καταλειφθεῖσα ἐνεργεῖ μετὰ τὸ βάπτισμα· (δίδωσι γὰρ τελείαν τὴν λύσιν.) δῆσαι δὲ πάλιν ἑαυτοὺς διὰ τῆς προσπαθείας, ἃ λελυμένα ἐστὶ διὰ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν, τῆς τοῦ αὐτεξουσίου ἐστὶ προαιρέσεως· ὁ γὰρ περί τινα ἡδονὴν ἢ θυμὸν ἐγχρονίζων λογισμὸς, οὐχ ἁμαρτίας ἐγκαταλειφθείσης, ἀλλ' αὐτεξουσίου προσπαθείας ἐστὶ τεκμήριον. διότι ἔχομεν ἐξουσίαν λογισμοὺς καθαιρεῖν, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὴν γραφήν. λογισμὸν οὖν πονηρὸν τοῖς καθαιροῦσιν αὐτὸν ἐν αὐτοῖς, φιλοθεΐας, οὐχ ἁμαρτίας ἐστὶ σημεῖον· οὐ γὰρ ἡ προσβολὴ τοῦ λογισμοῦ ἐστι σημεῖον ἁμαρτίας, ἀλλ' ἡ τοῦ νοὸς πρὸς αὐτὸν φιλικὴ ὁμιλία. εἰ δὲ οὐ φιλοῦμεν, τίνος χάριν αὐτῷ συγχρονίζομεν; ἀδύνατον γὰρ τὸν ἀπὸ καρδίας μισούμενον, τῇ καρδίᾳ παρατατικῶς προσομιλεῖν, ἐκτὸς ἡμετέρας κακοπραγίας. εἰ οὖν καὶ μισούμενος λογισμὸς κρατεῖ κατ' ἐξουσίαν τὸν νοῦν, (συμβαίνει γὰρ, καὶ οὐκ ἀντιλέγω) ὅμως τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐγκατάλειμμα τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίας, ἀλλὰ τῆς μετὰ τὸ βάπτισμα ἀθετίας. ὅταν γὰρ μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα δυνάμενοι ποιεῖν ὅλας τὰς ἐντολὰς, οὐ ποιῶμεν αὐτὰς, τότε καὶ μὴ θέλοντες ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κρατούμεθα, ἕως ἂν διὰ μετανοίας τὸν Θεὸν παρακαλέσωμεν, πρὸς πάσας τὰς ἐντολὰς κατορθούμενοι, καὶ ἐξαλείψῃ ἡμῶν τὴν τῆς ἀθετίας ἁμαρτίαν. δύο γάρ εἰσιν αἰτίαι τῆς τοῦ κακοῦ ἐνεργείας, καὶ αἱ δύο ἐξ ἡμῶν εἰσι· μία μὲν ἐνεργοῦσα, κατὰ ἀναλογίαν τῆς τῶν ἐντολῶν ἐλλείψεως· ἑτέρα δὲ, ἀπαραιτήτως κρατοῦσα, διὰ τὴν μετὰ τὸ βάπτισμα κακοπραγίαν· ἣν ὁ Θεὸς μόνος ἀναιρεῖ διὰ ἐλεημοσύνης καὶ προσευχῆς, καὶ τῆς τῶν ἐπερχομένων ὑπομονῆς παρακαλούμενος· ἅπερ καὶ αὐτὰ παρέχει ἡμῖν λεληθότως ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἡμῖν δεδομένη τελεία χάρις.

A omnia sunt mandata. Quare iis qui facultatem implendorum mandatorum acceperunt, denuntiat tamquam fidelibus, certandum esse ne convertantur ad ea quæ retro sunt; non quo per hæc deleant peccatum, sed ne ipsos ultra converrant ad posteriora. Quocirca mandata ipsa non tollunt peccatum (hoc enim per solam crucem factum est) sed donatæ nobis libertatis limites custodiunt. Etenim dicito mihi tu: Si per opera tollis Adæ peccatum, quomodo secundum scripturas, [a] *Christus mortuus est pro peccatis nostris?* Verum his contradicere nequeunt: rogant dumtaxat inconsequentia, suis ipsorum opinionibus semper annuentes, at non obtemperantes veritati scripturæ. Si enim, inquiunt, in B baptismate tollitur peccatum, quamobrem denuo vim suam exercet in corde? Nos autem rationem sæpe diximus: nempe, non esse reliquias peccati quæ agitent post susceptum baptisma: (illud enim plenam dat peccati solutionem) sed quod rursum per affectionem se ipsos alligant iis quæ per exsecutionem mandatorum soluta sunt, a libera proficiscitur arbitrii libertate. Siquidem cogitatio quæ circa voluptatem aut iram aliquamdiu immoratur, non reliqui peccati, sed liberæ affectionis est argumentum. Quapropter habemus facultatem destruendi cogitationes, & [b] *omnem altitudinem extollentem se adversus cognitionem Dei*, juxta scripturam. His igitur qui evertunt in se ipsis cogitationem pra- C vam, amoris divini est indicium, non peccati. Quia violentus impetus cogitationis non arguit peccatum, sed mentis cum ea familiaris conversatio. Quod si non diligimus, qua de caussa cum ea commoramur? Non enim fieri potest, ut citra pravam operationem nostram in mente cum eo prolixe confabulemur, quem ex intimo corde oderimus. Hanc ob rem si etiam odiosa cogitatio facultate sua mentem occupat (potest enim ita contingere, nec contradico:) hoc tamen imputandum non est reliquiis peccati Adæ, sed prævaricationi post baptismum admissæ. Quamdiu enim, post sanctum baptisma susceptum, non facimus mandata quorum omnium implendorum facultatem adepti sumus, tamdiu vel in- D viti occupamur a peccato: donec per pœnitentiam, universorum mandatorum studiosi, Deum imploraverimus, qui nostrum prævaricationis peccatum deleat. Duæ sunt enim caussæ actionis perversæ, & hæ duæ oriuntur a nobis. Una quidem vim suam exercet juxta proportionem deficientium mandatorum: altera severissime dominatur, ob male agendi studium post susceptum baptisma; quod solus Deus tollit exoratus eleemosyna, precibus & rerum accidentium tolerantia: quæ quidem ipsa nobis etiam secreto præbet perfecta gratia, per baptismum nobis donata.

Ἐρώτησις.

Οὐκοῦν ὁ Παῦλος μετὰ τὸ βάπτισμα ἥμαρτεν, ὅτι ἀκουσίως ἐνηργεῖτο; λέγει γὰρ, ὅτι βλέπω ἕτερον νόμον ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου.

*Interrogatio.*

E Numquid igitur Paullus post acceptum baptisma peccavit, quia sponte agitabatur? Ait enim: [c] *Video aliam legem repugnantem legi mentis meæ.*

Ἀπόκρισις.


Οὕτω καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς οἱ κακῶς νοοῦντες διαστρέφουσι, καὶ πλανῶνται· ἀνάλαβε γὰρ ἄνωθεν τὸ κεφάλαιον τοῦτο, καὶ εὑρήσεις ὅτι ὁ ἅγιος Παῦλος, οὐ λέγει περὶ ἑαυτοῦ μετὰ τὸ βάπτισμα, ἀλλὰ τὸ τῶν ἀπίστων Ἰουδαίων πρόσωπον λαμβάνει, πείθων αὐτοὺς, ὅτι χωρὶς χάριτος Χριστοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος δεδομένης, ἀδύνατον περιγενέσθαι τῆς

*Responsio.*

Hunc in modum reliquas quoque scripturas non recte intelligentes invertunt, & errant. Repete capitulum istud e superioribus, & reperies sanctum Paullum non loqui de se ipso post acceptum baptisma: sed infidelium Judæorum assumta persona suadere illis, non posse fieri, ut sine gratia Christi quæ per baptismum confertur, superetur peccatum;

a I. Cor. XV. 3. b II. Cor. X. 5. c Rom. VII. 13.

SÆCUL. IV, CIRCA ANN. CHR. 390.



ἁμαρτίας· εἰπὼν ὅτι ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; ἐπάγει λέγων· εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ὅτι ὁ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. διὰ τοῦτό φησιν, ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν, ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν· ὅθεν καὶ ὅλα τὰ τοῦ νόμου, καὶ τὰ τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν θυσιῶν ἐν ἡμῖν πληροῦται τοῖς τὴν χάριν τοῦ πνεύματος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος μυστικῶς εἰληφόσι. ναὸν γὰρ τοῦ πνεύματος ἡμᾶς εἴρηκεν εἶναι, καὶ ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας παρακελεύεται, Ἰουδαίους λέγων ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ οὐκ ἐν τῷ φανερῷ· καὶ περιτομὴν καρδίας, ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν νόμον πνευματικὸν ὁ ἐπουράνιος νομοθέτης Χριστὸς διὰ τοῦ πνεύματος τοῖς πιστοῖς ἐπέγραψεν, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. ὥσπερ οὖν ταῦτα ἐν τῷ κρυπτῷ εἴρηκεν εἶναι, οὕτω μοι νόει καὶ ἕκαστα τῶν τυπικῶς εἰρημένων. ἐπεὶ δὲ οὔπω βεβαίως ἐπιστεύσαμεν Χριστῷ, οὐδὲ πασῶν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ ὠφειλέτας ἑαυτοὺς ἐλογισάμεθα, οὐδὲ ἠρνησάμεθα αὐτοὺς κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ. τούτου χάριν τὰ προειρημένα μυστήρια, ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος εἰληφότες ἀγνοοῦμεν. ὅταν δὲ ἐπὶ τῇ ὀλιγοπιστίᾳ αὐτῶν καταγνῶμεν, καὶ εἰλικρινῶς αὐτῷ διὰ πασῶν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ πιστεύσωμεν, τότε τῶν προειρημένων πραγμάτων πεῖραν λαβόντες ἐν αὐτοῖς, ὁμολογήσομεν ἀληθῶς τέλειον εἶναι τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ τὴν χάριν τοῦ Χριστοῦ ἀφανῶς ἐγκεκρυμμένην, ἐκδεχομένην δὲ λοιπὸν τὴν ἡμετέραν ὑπακοὴν, καὶ ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν, ὧν τὴν δύναμιν δι' αὐτῆς προειλήφαμεν. διὰ τοῦτο ὅσοι οὔπω τὰς ἐντολὰς εἰργασάμεθα τῆς ἐλευθερίας, οὔπω τὴν ἐλευθέραν Ἱερουσαλὴμ κατειλήφαμεν. ἡ γὰρ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν, ἀναγεννῶσα ἡμᾶς διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας. ἀλλ' ἔτι ἐν τῇ ὁδῷ ἐσμεν τοῦ Κάϊν, καὶ πλανώμεθα ἀνοδίαις ὁδεύοντες. τὸ γὰρ φιλονεικεῖν ἀγνοοῦντα, ἀντιλέγειν τῇ ἀληθείᾳ, τῆς ὁδοῦ εἰσι παραλλαγαὶ καὶ οὐκ ὀρθοτομίαι. διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τὴν τελείαν ἄνοδον ὁρῶν ἡμᾶς βραδύνοντας, ὁ μακάριος Παῦλος οὕτως φησὶ, τρέχετε ἵνα καταλάβητε. εἰ δὲ τὴν πόλιν οὔπω κατειλήφαμεν, πότε τὸν ναὸν θεασώμεθα, καὶ εἰσελθόντες ἔνδον τύχωμεν τῆς τοῦ θυσιαστηρίου προσαγωγῆς; καὶ τί λέγω περὶ πίστεως, καὶ τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ὅπου γε οὐδὲ τὰ θηρία τοῦ καλάμου παρεληλύθαμεν; οἷς ἐπιτιμῆσαι τὸν Θεὸν ἐπηύχετο ὁ προφήτης, ἵνα μὴ θηριάλωτα γένηται τὰ πρωτότοκα τῶν θυμάτων, ἃ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, ἀναφέρειν προστέτακται· εἰ κατά σε, ὁ μὲν Ἰουδαῖός ἐστιν ἐν τῷ κρυπτῷ κατὰ τὸν λόγον Παύλου· ὁ δὲ ναὸς παρὰ τοῦ υἱοῦ Δαβὶδ οὔπω ᾠκοδόμηται, οὔτε τὸ ἱλαστήριον παρ' αὐτοῦ κατεσκεύασται· τοῦτο γὰρ ἄντικρυς βοᾷ ὁ λέγων ἐξ ἀγώνων ἀναιρεῖν τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν, καὶ οὐ διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, ἥτις ἐν ἡμῖν μέν ἐστι κρυπτῶς διὰ τοῦ βαπτίσματος· τότε δὲ ὀφθήσεται, ὅταν τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν καλῶς διανύσαντες, τοὺς τῆς φύσεως ἡμῶν λογισμοὺς τῷ ἀρχιερεῖ Χριστῷ ὡς θῦμά τι προσενέγκωμεν τὰ ὑγιῆ, οὐ τὰ θηριόδηκτα· θηριάλωτοι γὰρ γίνονται οἱ πλεῖστοι, τῶν ἐντολῶν ὅσοι ἐκτρέπονται· λέγω δὴ τῆς τῶν θλιβερῶν ὑπομονῆς· καὶ ἀποσκιρτῶντες τῆς ἀληθείας, ἀνοδίαις βαδίζουσιν, ἑτέρους μᾶλλον ἢ ἑαυτοὺς ἐπὶ ταῖς αἰτίαις μεμφόμενοι. μόλις δὲ ὀλίγοι ἐξ αὐτῶν τινες δι' ἀληθείας ὁδεύουσι, καὶ τοῦτο διὰ προσευχῆς φυλαττόμενοι, δι' ἐλπίδων δεσμούμενοι, διὰ πειρασμῶν τυπτόμενοι, καὶ οὕτω τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν καταλαμβάνουσι, καὶ εἰς θυσίαν ἀναφέροντες. πόλις δέ ἐστιν ἡ φαιδρὰ καὶ ἔννομος ἐν Χριστῷ διάκρισις, ἥτις, ὅταν μὲν εὐσεβῶς διοικῇ τὰ πράγμα-

A dum inquit: [a] *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Post hæc subdit: [b] *Gratias ago Deo per Jesum Christum Dominum nostrum*, quod [c] *lex spiritus vitæ liberavit me a lege peccati & mortis*. Propterea dicit: [d] *Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato*. Unde etiam cuncta quæ pertinent ad legem, templum & sacrificia, implentur in nobis, qui gratiam sancti Spiritus mystice per baptismum accepimus. Namque dixit, [e] nos esse templum sancti Spiritus; hortaturque [f], ut offeramus spirituales hostias, appellans [g] nos Judæos in occulto, non in manifesto: &c. circumcisionem cordis in spiritu, non litera. Ipsam quoque legem spiritalem cælestis legislator
B Christus per Spiritum sanctum inscripsit fidelibus; [h] *non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*. Qua igitur ratione ista dixit in occulto esse, eadem ratione intelligito mihi singula eorum quæ typice dicta sunt. Sed quia nondum Christo firmiter credidimus, nec omnibus ejus mandatis nos obnoxios existimavimus, neque juxta verbum ejus abnegavimus nos ipsos: hac de caussa prædicta mysteria accepisse nos a baptismo ignoramus. Quod si ita cadat, ut modicam ob fidem ea negligamus, sincere tamen credamus ipsi in cunctis ejus mandatis: tunc rerum ante dictarum in nobis facto periculo, vere confitebimur, perfectum esse sanctum baptisma, & in eo occulte latere gratiam Christi,
C quæ alioqui nostram obedientiam excipiat: & mandatorum observationem, quorum implendorum facultatem ante per ipsam gratiam nacti sumus. Propterea quicumque præcepta libertatis nondum servavimus, necdum ad liberam Jerusalem pervenimus. [i] *Quæ enim sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra*, regenerans nos per lavacrum regenerationis. Ceterum adhuc stamus in via Cain, & erramus, ambulantes per invia loca. Dum enim quispiam ignarus contendit aut contradicit veritati, viam immutat, & non dirigit. Quamobrem beatus Paullus, cum tarde progredi nos videret ad perfectionem, [k] *Sic*, ait, *currite, ut comprehendatis*. Verum qui civitatem nondum nacti sumus, quan-
D do templum ipsum spectabimus, & introgressi, accessum ad altare consequemur? Sed quid de fide, templo atque altari commemoro, cum ne [l] *feras* quidem *arundinis* præterierimus, pro quibus increpandis propheta deprecabatur Deum, ne primitiæ victimarum quas Judæus in occulto jussus erat offerre, fierent ex animalibus a fera captis: si tua quidem opinione, Judæus est in occulto secundum Paullum: templum autem a filio David nondum erat ædificatum, neque propitiatorium ab eo constructum? Nam hoc diserte inclamat, qui certaminibus tolli peccatum Adæ dicit, & non per gratiam Dei, quam per baptismum in nobis habemus absconditam: quæ tum subjicietur oculis, quando man-
E datorum viam recte peregerimus, offerentes in sacrificium summo pontifici Christo naturæ nostræ cogitationes, velut animalia sana & a feris non morsa. Plerique siquidem sub potestatem bestiarum rediguntur, quicumque deflectunt a mandatis, a patientia scilicet in rebus adversis: qui dum resiliunt a via recta, incedunt per invia loca, aliorum scelera magis quam sua ipsorum arguentes. Ex illis itaque pauci quidem per viam rectam ambulant: iique conservantur precibus, summa spe devinciuntur, pulsantur tentationibus: & hoc pacto pervenientes ad civitatem & templum, sacrificium offerunt. Civitas autem est, pulcra legitimaque in Christo di-

a Rom. VII. 24. b Ibid. ℣. 25. c Rom. VIII. 2. d Rom. VII. 14. e I. Cor. VI. 19. f I. Pet. II. 5.
g Rom. II. 29. h II. Cor. III. 3. i Gal. IV. 26. k I. Cor. IX. 24. l Psalm. LXVII. 31.

τι, εἰρηνεύει τε καὶ εὐθύνει· ὅταν δὲ διαμαρτάνῃ, τοῖς ἐχθροῖς παραδίδοται εἰς κατάλυσιν αὐτῆς· ναὸς δὲ, τὸ τῆς ψυχῆς καὶ σώματος θεόκτιστον τέμενος· θυσιαστήριον, τὸ ἐν τῷ ναῷ τούτῳ τῆς ἐλπίδος ἵδρυμα, ἐν ᾧ πάσης συμβάσεως πρωτογενὴς λογισμὸς, ὡσεὶ πρωτότοκον ζῶον ὑπὸ τοῦ νοῦ ἀναφερόμενος θύεται εἰς ἱλασμὸν τοῦ ἀναφέροντος· εἴγε καὶ ἄμωμον αὐτῷ ἀνενέγκοι. ἔχει δὲ καὶ ὁ ναὸς οὗτος τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς, καὶ οἰκεῖ ἐν ἡμῖν, εἰ μήτι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε· ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐνδότατον καὶ ἀπόκρυφον καὶ εἰλικρινὲς χώρημα τῆς καρδίας, ὃ εἰ μὴ διὰ Θεοῦ, καὶ λογικῆς καὶ νοερᾶς ἐλπίδος ἀνοιγῇ, οὐκ ἔστι βεβαίως ἐπιγνῶναι τὸν ἐνοικοῦντα, οὔτε εἰδέναι εἰ προσεδέχθησαν ἡμῶν αἱ λογικαὶ θυσίαι, ἢ οὔ· καθάπερ γὰρ ἐν πρώτοις ἐπὶ τοῦ Ἰσραὴλ πῦρ ἀνήλισκε τὰ λείψανα, οὕτω καὶ ὧδε συμβαίνει· ἀνοιγείσης γὰρ τῆς πιστῆς καρδίας διὰ τῆς προειρημένης ἐλπίδος, ὁ ἐπουράνιος ἀρχιερεὺς δέχεται τοὺς πρωτοτόκους τοῦ νοῦ λογισμοὺς, καὶ ἀναλίσκει τῷ θείῳ πυρὶ, περὶ οὗ εἶπε, πῦρ ἦλθον βάλλειν εἰς τὸν κόσμον, καὶ τί ἤθελον εἰ ἤδη ἀνήφθη; πρωτοτόκους δὲ λογισμοὺς εἴρηκε τοὺς ἐν δευτερονοίᾳ καρδίας μὴ γεγεννημένους, ἀλλὰ ἐκ πρώτης προσβολῆς καὶ ἀναδόσεως εὐθὺς Χριστῷ προσφερομένους. τοὺς γὰρ ἐκ πολυνοίας αὐτῷ προσφερομένους, χωλὰ καὶ τυφλὰ καὶ τερατώδη ὠνόμασεν ἡ γραφὴ, καὶ διὰ τοῦτο μὴ εἶναι δεκάτας τῷ ἐπουρανίῳ ἀρχιερεῖ δεσπότῃ Χριστῷ. ὅτι μὲν οὖν καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα, πάσης πονηρᾶς ἐννοίας ἡμεῖς ἐσμεν αἴτιοι, ἤδη διὰ τῶν γραφικῶν μαρτυριῶν ἀποδέδεικται. εἰ δὲ χρὴ καὶ διὰ φυσικῆς ἀκολουθίας τοῦτο φανερὸν καταστῆσαι, πάλιν εἰρήσεται· ὦ ἄνθρωπε, ὁ λέγων ἐκτὸς αἰτίας ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίας μετὰ τὸ βάπτισμα, καὶ διὰ τῶν ἀγώνων ταῦτα ἐκκόπτειν ἐπαγγελλόμενος, γνῶθι ἀκριβῶς ὅτι ἠναντίωσαι, καὶ περιπέπτωκας τοῖς αὐτοῦ ῥήμασιν. εἰ γὰρ λέγεις τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς εἶναι τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν, μάθε παρὰ τοῦ ἁγίου Παύλου, ὅτι διὰ τοῦ βαπτίσματος Χριστὸν ἐνδυσάμενος, ἔχεις δύναμιν καὶ ὅπλα καθαιρεῖν αὐτούς. τὰ γὰρ ὅπλα φησὶ τῆς στρατιᾶς ἡμῶν, οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ, πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων· λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ ἔχων τὴν κατ' αὐτῶν δύναμιν οὐ καθαιρεῖς αὐτοὺς ἐκ προσβολῆς, δηλονότι φιληδονεῖς ἐξ ἀπιστίας, καὶ συνδυάζεις αὐτοῖς· καὶ σὺ εἶ τῆς τοιαύτης ἐνεργείας, οὐχὶ Ἀδάμ.

Ἐρώτησις.

Πῶς δύναται ἐξ ἀπιστίας φιληδονεῖν, ἢ συνδυάζειν τοῖς λογισμοῖς, ὁ ἑαυτὸν καθείρξας ἐν τῷ κελλίῳ, καὶ καθ' ἡμέραν νηστεύων, καὶ ἐγκρατευόμενος, καὶ πτωχεύων, καὶ ξενιτεύων, καὶ ἀγρυπνῶν, καὶ προσευχόμενος, καὶ πολλὰς τοιαύτας θλίψεις ὑποφέρων;

Ἀπόκρισις.

Καλῶς εἴρηκας, ὅτι πολλὰς θλίψεις τοιαῦτα ποιῶν ὑποφέρει. εἰ γὰρ ἀθλίπτως καὶ μετὰ χαρᾶς καὶ φιλοπονίας τὰς προειρημένας φανερὰς ἀρετὰς ἐπιτελοῦμεν, οὐκ ἂν κατὰ νοῦν ἦμεν φιλήδονοι. ἀδύνατον γὰρ, τὸν ἐπὶ τοῖς σωματικοῖς πόνοις ἀλγυνόμενον, μὴ κατὰ ἀναλογίαν προσομιλεῖν ταῖς προσβολαῖς, καὶ παραμυθεῖσθαι τὴν ἐπὶ τοῖς πόνοις ἀηδίαν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐβούλετο ὁ τοιοῦτος, οὐδ'

ſcretio; quæ quidem ubi pie rem adminiſtrat, tranquille & recte ſe habet: quando vero peccat, traditur hoſtibus ad interitum ſui. Templum autem eſt, animæ corporiſque delubrum a Deo creatum. Altare ſitum in hoc templo ſedes eſt ſpei, in qua rerum omnium accidentium primo nata cogitatio offertur a mente, & velut animal primogenitum immolatur, in propitiationem offerentis, modo immaculatum ei offerat. Templum etiam iſtud habet interiorem partem velaminis: [a] *ubi præcurſor pro nobis introiit Jeſus* (*qui* [b] *habitat in nobis, niſi forte reprobi eſtis*) qui quidem eſt intimus, reconditus & ſincerus locus cordis: qui niſi beneficio divino rationaliſque & intellectualis ſpei aperiatur, eum qui inhabitat certo noſſe non poſſumus, neque ſcire an ſacrificia noſtra rationalia ſuſcepta ſint, nec ne. Nam quemadmodum initio, tempore populi Iſraelitici, ignis conſumebat reliquias: non aliter heic evenit. Fideli enim corde per ſpem ante dictam reſerato, cæleſtis pontifex apprehendit primogenitas animi cogitationes, illaſque igne divino abſumit; de quo inquit: [c] *Ignem veni mittere in terram: & quid volo, niſi ut accendatur?* Primogenitas porro cogitationes vocat eas, non quæ ſecunda cordis apprehenſione naſcuntur, ſed quæ ad primam objectionem & redditionem ſtatim offeruntur Chriſto. Quæ enim animo multum agitatæ offeruntur ei, clauda, cæca, monſtroſa animalia ſcriptura nominavit: ideoque loco decimarum non eſſe apud cæleſtem pontificem Chriſtum Dominum. Quare jam demonſtratum eſt ſcripturæ teſtimoniis, etiam poſt acceptum baptiſma, nos omnium pravarum eſſe cogitationum auctores. Sin etiam neceſſe eſt, conſequentia naturali hoc planum facere, dicetur iterum: O homo, qui aſſeris, circa culpam te vexari peccato Adæ poſt acceptum baptiſma, illudque certaminibus amputare polliceris: agnoſce diligenter, te adverſari, labique tuis ipſius verbis. Quandoquidem ſi improbas cogitationes ais eſſe peccatum Adæ, diſcas a ſancto Paullo, te, qui [d] per baptiſma Chriſtum induiſti, habere vim & arma ad profligandas illas. [e] *Arma enim*, inquit, *militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſus cognitionem Dei.* Quod ſi poteſtate fretus adverſus illas, non ſtatim eas ut impetunt, evertis; infidelitate ductus, voluptatem amplecteris ſcilicet, & cum illis conſpiras: tu denique vexationis ejuſmodi auctor es, non Adam.

*Interrogatio.*

Qua ratione poteſt ob infidelitatem ſtudere voluptatibus, & cum cogitationibus conſpirare, qui ſe ipſum recluſit in cellulam, quotidie jejunans, dans operam continentiæ, pauperis & peregrini more vitam agens, vigilans, deprecans, multaſque ejus generis perferens afflictiones?

*Reſponſio.*

Recte dixiſti, multas eum ſufferre tribulationes, qui talia gerit. Nam ſi abſque ullo afflictionis ſenſu claras virtutes antedictas cum gaudio & laboris amore compleremus, numquam voluptates ex animo ſectaremur. Non poteſt enim fieri ut qui in ſuſcipiendis corporeis laboribus angitur, non ad eumdem modum ſermocinetur cum inſilientibus cogitationibus, ac ſoletur contractam ex laboribus mæſti-

a Heb. VI. 20. b II. Cor. XIII. 5. c Luc. XII. 49. d Gal. III. 27. e II. Cor. X. 4. 5.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

ἂν ἐπὶ τοῖς πόνοις ἐθλίβετο. τοῦτο δὲ πάσχομεν, ἐπειδὴ οὐ πόθῳ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν κακοπαθοῦμεν, ἀλλὰ φόβῳ τῶν ἐν ἡμῖν νῦν ἐπερχομένων πειρασμῶν. ὅθεν, τὴν μὲν κακὴν πρᾶξιν, ἑαυτῶν ἁμαρτίαν εἶναι νομίζομεν, τὸν δὲ πρὸ ταύτης λογισμὸν, ἀλλοτρίαν λέγομεν εἶναι ἐνέργειαν. ἀδύνατον δὲ, τὴν ἐνέργειαν ταύτην ἀποστραφῆναι, τοὺς μὴ ἰδίαν αὐτὴν, ἀλλὰ ἀλλοτρίαν ἡγουμένους. ἔστι μὲν οὖν καὶ δίχα συνδυασμοῦ λογισμός τις ἀηδὴς, καὶ μισούμενος καθάπερ λῃστὴς ἀπροόπτως ἐπιβαλὼν, βίᾳ κατέχει τὸν νοῦν πρὸς ἑαυτόν. ὅμως μάθε ἀκριβῶς, ὅτι καὶ οὗτος ἐξ ἡμῶν ἔχει τὰς ἀφορμάς· εἰ γὰρ μετὰ τὸ βάπτισμά τινι πονηρῷ λογισμῷ ἑαυτοὺς ἕως πράξεως ἐπεδώκαμεν· καὶ διὰ τοῦτο ὑπεύθυνοι καὶ παρὰ γνώμην γεγόναμεν, ἤ τινα σπέρματα ἑκουσίως κρατοῦμεν κακίας· καὶ διὰ τοῦτο ὠχύρωται ὁ πονηρός· καὶ ὁ μὲν διὰ σπερμάτων κρατήσας ἡμᾶς, οὐκ ἀναχωρεῖ, ἕως ἂν αὐτὰ ῥίψωμεν· ὁ δὲ διὰ τῆς κακῆς πράξεως παραμένων, τότε φυγαδεύεται, ὅταν πόνους ἀξίους τῷ Θεῷ προσενέγκωμεν. διὰ τοῦτο οὐδὲ ταύτην ἐγὼ λέγω τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἢ μᾶλλον τοῦ πράξαντος τὸ κακὸν, καὶ τοῦ ἔχοντος τὰ σπέρματα. εἰ δὲ λογισμοὶ, (ὅτι καὶ τῶν δύο τούτων λογισμοὶ προηγήσαντο) καὶ λῃστής τίς ἐστι τούτων αἴτιος, κἀγώ σοι λέγω, ὅτι ὁ ἔχων ἐξουσίαν καθαρίσαι αὐτὸν ἐκ προσβολῆς, καὶ μὴ καθαρίσας, ἀλλ' ἕως πράξεως προσομιλήσας αὐτῷ. εἰ δὲ ὅλως πρὸ τῆς πράξεως οὐκ ἐδύνατο αὐτὸν καταβαλεῖν διὰ τὴν τοῦ νοὸς ἀσθένειαν, πῶς μετὰ τὴν πρᾶξιν ἐπαγγέλλει ἐκκόπτειν αὐτόν; νόησον ὅτι καὶ πρὸ τῆς πράξεως εἰ ἤθελες, ὁ Θεὸς ἐβοήθει σοι· καὶ ὅταν ἴδῃς διὰ τῆς καρδίας σου γενομένην σοι τὴν βοήθειαν, σύνες ἀκριβῶς, ὅτι οὐκ ἔξωθεν μεταβατικῶς ἐλήλυθεν ἡ χάρις· ἀλλ' ἡ δεδομένη σοι διὰ τοῦ βαπτίσματος κρυπτῶς νῦν ἐνήργησε τοσοῦτον, ὅσον καὶ σὺ μισήσας τὸν λογισμὸν ἀπεστράφης. καὶ διὰ τοῦτο λύσας ἡμᾶς πάσης βίας ὁ Χριστὸς, τὴν προσβολὴν τῶν λογισμῶν οὐκ ἀπεκώλυσε τῆς καρδίας, ἵνα οἱ μὲν μισούμενοι ἐκ καρδίας εὐθὺς ἐξαφανίζωνται· οἱ δὲ ἀγαπώμενοι ὅσον ἀγαπῶνται, τοσοῦτον καὶ παραμένωσιν, ὅπως δειχθῇ καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ θέλημα τοῦ ἀνθρώπου τί ἀγαπᾷ· τοὺς πόνους διὰ τὴν χάριν, ἢ τοὺς λογισμοὺς διὰ τὴν ἡδονήν. καὶ μὴ ξενισθῶμεν, ὅτι οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀγαπωμένων βιαίως ἐνεργούμεθα· καθ' ὃ, τὸ ὥς τι πονηρὸν αὐτῶν συγγένεια, οὕτω ταῖς ἡμῶν ἐπιθυμίαις αἱ προσβολαὶ συνεργοῦσιν ἀλλήλαις, καὶ ἑκάστη τὸν ἑαυτῆς ἐργάτην συγχρονίσασα, λοιπὸν τῇ πλησίον παραδίδωσιν, ὡς ὑπὸ τῆς δευτέρας καὶ παρὰ γνώμην ἴσως ἀπάγεσθαι τῇ περὶ τὴν πρώτην συνηθείᾳ βιαίως ἑλκόμενον. τίς γὰρ κενοδοξίας ἐμπλησθεὶς, ὑπερηφανίαν διαφυγεῖν δυνήσεται; ἢ τρυφῆς ἀπολαύσας λογισμῷ πορνείας οὐ κρατηθήσεται; ἢ τίς πλεονεξίᾳ ἑαυτὸν ἐπιδοὺς, ὑπὸ ἀσπλαγχνίας οὐ σφίγγεται; πῶς δὲ οἱ τούτων πάντων παρὰ γνώμην ἀποστερούμενοι, οὐ θυμωθήσονται καὶ δεινῶς ἐλασθήσονται; διὸ χρὴ νοῆσαι, ὅτι καθ' ἡμετέραν αἰτίαν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐνεργούμεθα, κατὰ δὲ τὸ πνεῦμα τῆς κατὰ βίαν δουλείας ἠλευθερούμεθα. ὁ γὰρ νόμος, φησὶ, τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς, ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. καὶ ἐφ' ἡμῖν λοιπόν ἐστι τοῖς ἀκούσασι καὶ μαθοῦσι τὰ ἐντάλματα τοῦ πνεύματος, ἢ κατὰ σάρκα περιπατῆσαι, ἢ κατὰ πνεῦμα. ἀδύνατον δὲ κατὰ πνεῦμα περιπατῆσαι, τοὺς ἔπαινον ἀνθρώπων ἢ ἄνεσιν σώματος ἠγαπηκότας· καὶ ἀμήχανον κατὰ σάρκα βιῶσαι τοὺς τὰ μέλλοντα τῶν παρόντων ἐνδιαθέτως προκρίνοντας. διὸ χρὴ πολλὰ πλανηθέντας ἡμᾶς λοιπὸν μισῆσαι ἔπαινον ἀνθρώπων

A tiam; quod quidem ſi is repudiaret, non ægre ferret labores. Hoc autem ideo nobis accidit, quod non deſiderio futurorum bonorum male patimur: ſed metu nobis obvenientium in hac vita tentationum. Unde malam quidem actionem noſtrum eſſe peccatum judicamus; præeuntem vero illi cogitationem, alienam vim eſſe dicimus, quam non poſſunt avertere, qui non propriam, ſed externam arbitrantur. Eſt igitur cogitatio quædam moleſta citra familiaritatem; quæ dum eſt odioſa, more latronis irruentis ex improviſo, vi corripit animum ad ſe ipſam. Diſce nihilominus accurate, illum a nobis occaſionem ſumere. Quoniam ſi poſt baptiſma perverſæ cuipiam cogitationi ad actum uſque nos ipſos B tradiderimus, ob idque etiam præter opinionem rei conſtituamur, aut ſemina quædam vitiorum ultro teneamus, unde fortior evadat diabolus: illa quidem quæ ſeminibus nos detinet, non recedit, donec ea projiciamus: quæ vero per operationem malam perdurat, tum fugatur, cum Deo dignos labores obtulerimus. Quare non hoc eſſe dico peccatum Adæ, ſed ejus potius qui malum committit, aut ſemina recipit. Sin cogitationes (præeunt enim cogitationes his duobus) & latro quidam illorum eſt auctor: ego etiam tibi dicere audeo, illum, qui cum poſſit primo congreſſu purgare cogitationem, non tamen purgat, ſed ea familiariter utitur, donec opere compleat, eſſe auctorem eorum. Sin ante quam C perveniretur ad actum, propter imbecillitatem animi non poterat eam prorſus evertere, ubi jam opere complevit: quo pacto promittit ſe illam amputaturum? Intelligito etiam, ante quam prodires ad agendum, Deum opem tibi laturum fuiſſe, ſi voluiſſes. Cum itaque ſenſeris in corde tuo auxilium tibi ſuppetere, intellige diligenter non extrinſecus tranſitivo motu gratiam adveniſſe: ſed per baptiſmum tibi donatam occulte, nunc operari pro modo quo cogitationem odio proſecutus averteris. Hac de cauſſa Chriſtus, cum omni violentia nos eximeret, cogitationum inſultationem non cohibuit ab animo: ut quæ ex animo odio haberentur, quam primum delerentur: quæ vero gratæ eſſent, quamdiu dilige- D rentur, tamdiu permanerent: quo perſpicua fieret gratia Dei, & voluntas hominis, quidnam amaret: an labores, propter gratiam: an cogitationes, ob voluptatem. Neque peregrinum nobis videatur, quod non ab his dumtaxat quas diligimus, violente tractamur: quia quemadmodum perverſa eſt illarum cognatio; ita cogitationum inſultationes mutuo cooperantur cum concupiſcentiis noſtris, & unaquæque apud eum qui eam operatur, commorata, poſtea tradit proximæ, ut etiam præter ſententiam forſan abducatur a ſecunda, vi tractus ex conſuetudine quam iniit cum prima. Quis enim plenus vana gloria, poterit effugere ſuperbiam? aut fruens deliciis, cogitatione ſtupri non detinebitur? aut quis avaritiæ E deditus, affectu experti miſericordiæ non perſtringetur? Verum quei fiet, ut ab his omnibus præter opinionem ſuperati, non indignentur & graviter exagitentur? Quapropter intelligere debemus, culpa noſtra vexari nos a peccato: ſed per ſpiritum a violenta ſervitute liberari. [a] *Lex enim*, ait, *Spiritus vitæ liberavit me a lege peccati & mortis*. Itaque nos, qui audivimus ac didicimus mandata ſpiritus, habemus facultatem ambulandi ſecundum carnem aut ſecundum ſpiritum. Nequit porro fieri, ut ſecundum ſpiritum ambulent, qui laudem humanam aut remiſſionem corporis ſectantur: nec poſſunt ſecundum carnem vivere, qui toto affectu futura præſentibus anteponunt. Quamobrem nos, qui mirum in modum ſeducti ſumus, debemus poſthac odiſſe lau-


[a] Rom. VIII. 2.

καὶ ἄνεσιν σώματος, δι' ὧν οἱ πονηροὶ λογισμοὶ καὶ μὴ θελόντων ἡμῶν ἀναφύονται· καὶ ἐκ διαθέσεως εἰπεῖν τῷ Κυρίῳ τὸ τοῦ προφήτου ῥητόν· οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε Κύριε ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην; τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. καὶ ὄντως ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ εἰσιν οἱ πονηροὶ λογισμοί, οἱ τὸ θέλημα αὐτοῦ γενέσθαι διακωλύοντες· εἴπερ ὁ μὲν θέλει πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ἐκεῖνοι δὲ διὰ προσπαθείας ἡμᾶς πλανῶσι, καὶ τῆς σωτηρίας ἡμᾶς ἀπείργουσι. περὶ ὧν καὶ ὁ Κύριος εἴρηκεν, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ Ἀδάμ, ἀλλ' ἐκ τῆς καρδίας εἶπεν ἐκπορεύεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο κοινοῦσι τὸν ἄνθρωπον· δῆλον δὲ ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ἐκ κενοδοξίας. πῶς γὰρ δύνασθέ φησι πιστεύειν, δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητοῦντες; ὅταν οὖν τὴν κενοδοξίαν μισήσωμεν, καὶ περὶ πάντων αὐτῷ πιστεύσωμεν, πάντα λογισμὸν καρδιακῆς καὶ μονολογίστου ἐλπίδος αὐτῷ προσεδαφίζοντες· τότε, καθὼς ἐν ἀρχῇ τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος πίστεως, ἐγένετο τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ βρώματα τοῦ πιστοῦ· οὕτως ἐν τῇ νοερᾷ ἐλπίδι καὶ ἀρνήσει τῶν λογισμῶν, γίνεται ὁ βεβαιόπιστος καὶ καθαρὸς νοῦς, βρῶμα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ εἰπόντος· ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου, πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, κατὰ τὸν λόγον Παύλου. ἀλήθειαν δὲ λέγει τῆς κατ' ἐλπίδα νοερᾶς πίστεως εὑρισκομένης καθὼς προειρήκαμεν, ἥτις οὐκέτι ἐξ ἀκοῆς, ἀλλ' ἐξ ἐνεργείας τοῦ παναγίου πνεύματος πιστεύεται, ἥ τίς ἐστιν ἐλπιζομένων ὑπόστασις, κατὰ τὴν γραφήν· ἔστι γὰρ πίστις ἐξ ἀκοῆς, καὶ ἔστι πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις. ὁ βάπτιστος δὲ ἢ κενόδοξος εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ταύτης ἐλθεῖν οὐ δύναται. πρῶτον γὰρ ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ βαπτισθήσεται, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος χάρις δίδοται μυστικῶς, καὶ ἐνοικεῖ κρυπτῶς. εἶθ' οὕτως κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν καὶ τῆς νοερᾶς ἐλπίδος ἀποκαλύπτεται τοῖς οὕτω πιστεύουσι τῷ Κυρίῳ εἰρηκότι· ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφή, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. τοῦτο δὲ ἔλεγεν περὶ τοῦ πνεύματος οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. διόπερ ἡμεῖς πιστεύομεν διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὸν καθαρισμὸν μυστικῶς εἰληφέναι κατὰ τὸν λέγοντα· νῦν δὲ ἀπελούσασθε, νῦν δὲ ἐδικαιώθητε, νῦν δὲ ἐκαθαρίσθητε. καὶ τοιαῦτα γράφει Κορινθίοις, μήπω κατ' ἐλπίδα νοερὰν διὰ τῆς τῶν λογισμῶν ἀρνήσεως κεκαθαρμένοις, καὶ διὰ τῆς καρδιακῆς τοῦ πνεύματος ἐνεργείας ἡγιασμένοις· ἀλλ' ἔτι κακοῖς οὖσι καὶ ἀδικοῦσι, καὶ ἀποστεροῦσι, καὶ ταῦτα ἀδελφούς, ἵνα δείξῃ ὅτι οἱ βαπτισθέντες, κατὰ μὲν τὴν δωρεὰν τοῦ Χριστοῦ, τὸν καθαρισμὸν μυστικῶς εἰλήφασι· κατὰ δὲ τὴν ἰδίαν ὀλιγοπιστίαν ἕκαστος ἐνεργεῖται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος· καθὼς γέγραπται· εἶτα ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον. [illegible] ἐκ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἡ λογικὴ ἁμαρτία, ἐκ δὲ ταύτης τὸ ἀποτέλεσμα τῆς κατ' αὐτὴν πράξεως, ὃ ἡ γραφὴ ὠνόμασε θάνατον. ὅτι δὲ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἐν ἡμῖν ἐστιν ἡ χάρις τοῦ πνεύματος, διδάσκουσα ἡμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, γνῶθι πάλιν ἀπὸ τῆς γραφῆς καὶ τῶν πραγμάτων. ἰδοὺ ἐν ταῖς πράξεσι τί λέγει τῷ πλήθει ὁ μακάριος Πέτρος· μετανοήσατε, φησι, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρ-

A dem humanam, corporisque relaxationem, unde perversæ cogitationes nobis etiam nolentibus renascuntur: & ex animo dicere Domino illud Prophetæ dictum: [a] *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam; & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos; inimici facti sunt mihi.* Et re vera cogitationes pravæ sunt inimici Dei, prohibentes ne fiat voluntas ejus. Siquidem hic [b] *vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire:* illæ vero per affectionem seducunt nos, & excludunt a salute. De quibus etiam Dominus dixit [c], eas non ab Adamo, sed *ex corde prodire, & idcirco coinquinare hominem.* Certum autem est, eas non a fide, sed a vana gloria exoriri. [d] *Quo-*
B *modo enim*, inquit, *potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam quæ a solo Deo est, non quæritis?* Quando igitur oderimus vanam gloriam, ac de omnibus Deo fidem habuerimus, omnem cordis cogitationem & rationis fiduciam in eo tamquam fundo figentes: tum, sicut initio fidei per baptismum quæsitæ, corpus Christi cibus erat viri fidelis: sic in spe intellectuali, & cogitationum abnegatione, firma fide præditus ac purus animus, fit cibus Jesu, dicentis [e] *Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris mei:* ut omnes homines salvi fiant, & veniant ad agnitionem veritatis, secundum Paulli sermonem [f]. Veritatem autem dicit ejus fidei, quæ reperitur in mente juncta spei, ut ante
C diximus: quæ quidem non jam ex auditu, sed per efficaciam sacrosancti Spiritus creditur: [g] *quæ est substantia eorum quæ sperantur*, ex scriptura. Est enim [h] *fides ex auditu*, & est *fides sperandarum substantia verum.* At non baptizatus aut vanæ gloriæ deditus, ad agnitionem hujusce veritatis pervenire non potest. In primis enim baptizabitur in ecclesia catholica: & per baptismum donatur mystice gratia Spiritus sancti, quæ clam inhabitat: & deinceps pro modo impletionis mandatorum ac spei intellectualis revelatur iis qui ita credunt Domino dicenti: [i] *Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes*
D *in eum.* Hanc ob rem credimus, per baptismum nos libertatem & purgationem mystice consecutos esse, ex sententia ejus qui dicit: [k] *Sed nunc abluti estis, nunc justificati estis, nunc purgati estis.* Ac talia scribit Corinthiis, nondum secundum spem intellectualem, per abnegationem cogitationum expurgatis, & per operationem spiritus in corde sanctificatis: sed improbis adhuc, injuriam facientibus, ac fraudantibus, & hæc in fratres committentibus: ut ostendat baptizatos dono quidem Christi mystice purgationem adeptos esse: ob suam vero exilitatem fidei, [l] *unumquemque* torqueri *a concupiscentia sua abstractum & illectum:* ut scriptum est: *Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum*
E *vero cum consummatum fuerit, generat mortem.* Igitur ex propria concupiscentia nascitur conceptum peccatum: cujus executionis consummatio est, quam scriptura mortem appellavit. Quod autem a baptismate sit in nobis gratia Spiritus sancti, quæ nos docet omnem veritatem, juxta verbum Domini [m], disce denuo ex scriptura & rebus ipsis. En in Actis Apostolorum quid dicit beatus Petrus turbæ: [n] *Pœnitentiam agite*, inquit, *& baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini nostri Jesu Christi, in remissionem peccatorum: & accipietis donum Spiritus*

a Psalm. CXXXVIII. 21. 22. b I. Tim. II. 4. c Matth. XV. 18. d Joan. V. 44. e Joan. IV. 34. f I. Tim. II. 4. g Heb. XI. 1. h Rom. X. 17. i Joan. VII. 38. 39. k I. Cor. VI. 11. l Jac. I. 14. 15. m Joan. XVI. 13. n Act. II. 38.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



πῶν, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος. A καθὸ ἂν δέ τις ἀπιστῇ, εὐθέως ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κρατεῖται. ἰδοὺ καὶ τοῖς ἐν Ἐφέσῳ δέκα καὶ δύο ἀνδράσιν ἀπίστως βαπτισθεῖσι, πῶς ἐγκαλεῖ ὁ ἀπόστολος, καί φησιν· εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπον· ἀλλ᾽ οὐδὲ εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν. εἶπεν οὖν πρὸς αὐτούς, εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; οἱ δὲ εἶπον· εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα. εἶπε δὲ Παῦλος· Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας, λέγων τῷ λαῷ, εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ᾽ αὐτοῦ ἵνα πιστεύσωσι, τοῦτ᾽ ἔστιν εἰς τὸν Ἰησοῦν. ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ᾽ αὐτούς. ἐπείσθης ἄρα κἂν νῦν, ὅτι εὐθέως ἀπὸ τοῦ B βαπτίσματος δίδοται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς βεβαιοπίστοις· τοῖς δὲ ἀπίστοις, ἢ κακοπίστοις, καὶ μὴ βαπτισθεῖσιν οὐ δίδοται; ὅτι δὲ ἡμεῖς ἐσμεν οἱ λυποῦντες αὐτό, καὶ ἐν ἑαυτοῖς ἀποσβεννύντες, μάθετε παρὰ τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε, προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε· καὶ πάλιν, μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. ταύτας δὲ τὰς μαρτυρίας εἰσάγομεν, οὐχ ὡς πάντα ἄνθρωπον βεβαπτισμένον καὶ λαβόντα τὴν χάριν, λοιπὸν ἄτρεπτον λέγοντες, καὶ μηκέτι χρήζοντα μετανοίας, ἀλλ᾽ ὅτι ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος, κατὰ μὲν τὴν δωρεὰν τοῦ Χριστοῦ, τελεία ἡ χάρις ἡμῖν τοῦ Θεοῦ δεδώρηται, πρὸς ἐκπλήρωσιν πασῶν τῶν ἐντολῶν. λοιπὸν δὲ ἕκαστος C αὐτὴν λαβὼν μυστικῶς, καὶ μὴ τελεσιουργῶν τὰς ἐντολάς, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐλλείψεως ἐνεργεῖται ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἥτις οὐκ ἔστι τοῦ Ἀδάμ, ἀλλὰ τοῦ ἀμελήσαντος· καθότι λαβὼν τὴν δύναμιν τῆς ἐργασίας, τὸ ἔργον οὐκ ἐπιτελεῖ. ἡ δὲ ἔλλειψις, ἐξ ἀπιστίας ἐστίν· ἡ δὲ ἀπιστία, οὐκ ἔστιν ἁμαρτία ἀλλοτρία, ἀλλ᾽ αὐτοῦ τοῦ ἀπιστήσαντος, ἥτις λοιπὸν πάσης ἁμαρτίας μήτηρ καὶ εἰσαγωγὴ γίνεται. εἴτε οὖν ταχέως τελειωθῆναι βουλόμεθα, εἴτε βραδέως, ὀφειλέται ἐσμὲν τελείως τῷ Χριστῷ πιστεῦσαι, καὶ πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ἐργάζεσθαι, εἰληφότες τῆς τοιαύτης ἐργασίας παρ᾽ αὐτοῦ τὴν δύναμιν. καὶ τότε δὲ οὐχ ὡς παρὰ μίαν ἐντολὴν ὀφείλοντες καὶ μονομερῶς ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ περιεκτικῶς συλλαβεῖν τὰς ἑνικάς, καὶ οὕτω πάσας τελεσιουργῆσαι συντόμως. εἰσὶ γὰρ ἐντολαὶ κεφαλαιωδέστεραι, ἐν αὐταῖς πολὺ πλῆθος τῶν λοιπῶν περιέχουσαι. τοῦτον D μόνον οὖν τὸν ἀγῶνα χρεωστοῦμεν ἡμεῖς τῆς ἑαυτῶν ἀπιστίας καταγωνίσασθαι, καὶ μὴ ἀμελῆσαι περιεκτικῶν ἐντολῶν, δι᾽ ὧν ἡ δοθεῖσα ἡμῖν χάρις ἐναργῶς ἀποκαλύπτεται. ὅπερ καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος γενέσθαι ἡμῖν προσεύχεται λέγων· τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα δῴη ὑμῖν ὁ Κύριος δύναμιν κραταιωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν ἐν πάσῃ πληροφορίᾳ καὶ αἰσθήσει, εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν διὰ τῆς πίστεως. καιρὸς δ᾽ ἂν εἴη καθὼς προειρήκαμεν, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων τὴν μαρτυρίαν ταύτην βεβαιῶσαι· ἰδοὺ γὰρ καθόσον πιστεύοντες τὰς ἐντολὰς ἐργαζόμεθα, κατὰ τοσοῦτον καὶ τοὺς ἰδίους E καρποὺς ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. οἱ δὲ καρποὶ τοῦ πνεύματος κατὰ τὸν ἅγιον Παῦλόν εἰσιν, ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πρᾳότης, ἐγκράτεια. τίς οὖν καθόλου τούτων τῶν ἐνεργημάτων ἀμύητος μετὰ τὸ βάπτισμα τυγχάνει, ἵνα ἀρνήσηται λέγων τὴν τοῦ πνεύματος χάριν μὴ εἰληφέναι ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος; τίς δὲ πάλιν καθ᾽ ἡμέραν ἀδιαλείπτως ὑπὸ τῶν καρπῶν τούτων ἐνεργεῖται, μήπω τελεσιουργήσας τὰς ἐντολάς, ἵνα εἴπῃ, τέλειός εἰμι καὶ ἄτρε-

*sancti*. Quatenus autem quis non credit, mox obsidetur a peccato. En etiam apud Ephesum quomodo Apostolus increpat duodecim viros sine fide baptizatos, & ait: [a] *Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus. Ille vero ait illis: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Joannis baptismate. Dixit autem Paullus: Joannes baptizavit baptismo pœnitentiæ populum, dicens: in eum qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in Jesum. His auditis baptizati sunt in nomine Domini Jesu. Et cum imposuisset illis manus Paullus, venit Spiritus sanctus super eos.* Nunc etiam tibi persuasum est, statim a baptismo donari Spiritum sanctum firmiter credentibus: infidelibus autem, aut male credentibus ac non baptizatis non conferri. Quod autem nos sumus ii qui contristant illum, aut in se ipsis exstingunt, discito ab Apostolo, dicente: [b] *Spiritum nolite exstinguere, prophetias nolite spernere.* Et iterum: [c] *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemtionis*. Ista vero testimonia adducimus, non quod dicamus, omnem hominem qui baptizatus est & gratiam adeptus, posthac immutari non posse, & ultra non egere pœnitentia: sed quod a baptismo per Christi beneficentiam plena gratia Dei nobis donata est ad implenda cuncta mandata. Quod reliquum est, quicumque mystice illam accepit, non tamen facto implet mandata, pro modo defectus torquetur a peccato: quod quidem Adamo non est imputandum, sed negligenti; eo quod consecutus facultatem operandi, opus non peregit. Defectus autem ab infidelitate nascitur: infidelitas autem haud peccatum alienum, sed ejus qui non credit: quod quidem postea fit omnis peccati mater & introductio. Itaque sive celeriter sive lente volumus evadere perfecti, debemus integre Christo credere, & omnia mandata ejus operi mandare; quippe qui ab ipso sic operandi facultatem accepimus; non quod unumquodque sigillatim & particulariter sit affequendum; sed in generalioribus singularia comprehendere debemus, & hac ratione, universa compendiarie peragere. Sunt enim præcepta generaliora, quæ complectuntur in se magnam reliquorum multitudinem. Hoc igitur certamen dumtaxat ineundum nobis est adversus nostram ipsorum perfidiam; neque negligenda sunt universalia præcepta, per quæ revelatur aperte donata nobis gratia. Quod quidem sanctus Paullus nobis evenire precatur, dum ait: [d] *Hujus rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Jesu Christi, ut det vobis Dominus virtutem, corroborari per spiritum ejus in interiori homine, Christum habitare per fidem in cordibus vestris, cum omni plenitudine & sensu*. Sed jam opportunum fuerit, etiam rebus ipsis hoc testimonium confirmare, ut antea diximus. Ecce enim, quantum credentes peragimus mandata, tantum etiam proprios fructus edit in nobis Spiritus sanctus. [e] *Fructus autem spiritus* apud sanctum Paullum sunt, *caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia*. Quis ergo post acceptum baptisma effectibus istis omnino non est initiatus, ut a baptismo gratiam sancti Spiritus accepisse se negare audeat? Quis autem e diverso, nondum peractis mandatis, quotidie sine intermissione sic in his fructibus exercetur, ut dicere possit: Perfectus ego sum, & immutabilis? Ex quibus declarat, quemadmodum perfecta quidem est gratia; nos autem, quia mandata non

a Act. XIX. 2-6. b I. Thess. V. 19. 20. c Ephes. IV. 30. d Ephes. III. 14-17. e Gal. V. 22. 23.

πτος, ὅθεν δηλοῖ ὅτι ὥσπερ τελεία μέν ἐστιν ἡ χάρις, ἡμεῖς δὲ οὐ τέλειοι διὰ τὴν τῶν ἐντολῶν ἔλλειψιν· οὕτω δὲ καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα, τέλειόν ἐστιν εἰς ἡμᾶς, ἡμεῖς δὲ ἀτελεῖς πρὸς αὐτὸ τυγχάνομεν. σὺ οὖν ὦ ἄνθρωπε, ὁ ἐν Χριστῷ βεβαπτισμένος, μόνον δὸς τὴν ἐργασίαν, εἰς ἣν τὴν δύναμιν εἴληφας, καὶ σεαυτὸν πρὸς τὴν ἐμφάνειαν τοῦ ἐνοικοῦντος εὐτρέπισον. καὶ οὕτω σοι ἐμφανίσει ἑαυτὸν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν ὁ Κύριος πνευματικῶς, ὡς οἶδεν αὐτός. ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν· οὗ δὲ τὸ πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. καὶ τότε νοήσεις τὸ εἰρημένον, ὅτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. καὶ τοῦτο δὲ ἀναγκαίως εἰδέναι χρὴ, ὅτι τὰς ἐντολὰς μερικὰς μερικῶν ἐντολῶν οὔσας, καὶ ὑπ' ἐκείνων πληροῦται, αἳ καὶ ἑνικαὶ λέγονται· καὶ οἱ μερικῶς τὰς ἐντολὰς ἐργασάμενοι, κατὰ ἀναλογίαν εἰς βασιλείαν εἰσέρχονται· οἱ δὲ βουλόμενοι εἰς τὸ τέλειον φθάσαι, ὀφείλουσι περιεκτικῶς πάσας τὰς ἐντολὰς ἐργάσασθαι. περιεκτικὴ δὲ πασῶν ἐντολῶν, ἡ τῆς ψυχῆς ἄρνησίς ἐστιν, ὅ ἐστι θάνατος. καὶ ὥσπερ ζῶν ἐν σαρκὶ, ἐλλιπής ἐστι τῆς τελεσιουργίας ταύτης· οὕτως ἕως ἐξόδου ἄδεκτος εἶναι προσβολῆς οὐ δύναται διὰ τὴν προειρημένην ἔλλειψιν. εἴτις οὖν τῶν πιστῶν καλῶς διὰ τῶν ἐντολῶν πολιτευσάμενος, τινὰ πνευματικὴν ἀναλόγως εὕροι ἐνέργειαν, πιστευέτω ὅτι ἤδη προσειλήφει τὴν ταύτης δύναμιν, καθότι ἔλαβε διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, τὴν πάντων ἀγαθῶν αἰτίαν· λέγω δὴ, οὐ μόνων τῶν κρυπτῶν καὶ πνευματικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν φανερῶν ἀρετῶν πρόξενον. καὶ μηδεὶς τῶν ἐναρέτων ὑπολαμβανέτω, διὰ μόνης τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως πεποιηκέναι τι ἀγαθόν. ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ, φησιν ὁ λόγος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας προφέρει τὸ ἀγαθὸν, θησαυρὸν λέγων, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν πιστῶν κεκρυμμένον. ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπελθὼν ἐπώλησε πάντα, καὶ ἠγόρασε τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον. τοῦτο γὰρ πάνυ τοῖς εἰρημένοις προσφυῶς ἔχει· ὁ γὰρ νοήσας ἀκριβῶς, ὅτι ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος τὸν Χριστὸν ἐν ἑαυτῷ κεκρυμμένον ἔχει, κατὰ τὸν ἀπόστολον, πάντα ῥίψας τὰ τοῦ κόσμου τούτου πράγματα, παραμένει ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ, πάσῃ φυλακῇ τηρῶν αὐτὴν, καὶ ζητῶν τὴν ἔξοδον τῆς ζωῆς κατὰ τὴν παροιμίαν. διὰ τοῦτο οὐ χρὴ οἴεσθαι δι' ἀγώνων ἐκκόπτειν τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν. ἀλλ' οὐδὲ τὰς ἰδίας ἁμαρτίας τὰς μετὰ τὸ βάπτισμα γενομένας, εἰ μὴ διὰ Χριστοῦ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. προσθεὶς δὲ τὸ ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, δείκνυσιν ὅτι τὸ εὐδοκεῖν ἐν ταῖς ἀρεταῖς ἐφ' ἡμῖν ἐστι. καὶ τὸ εἰπεῖν δὲ, ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν· καὶ τὸ, οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, εἰς τὸ αὐτὸ συντείνει νόημα. τάχα δὲ οὕτω νοητέον, καὶ τό· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν· εἴπερ ἐν τοῖς πᾶσίν ἐστι καὶ τὰ ἡμέτερα. καὶ τὸ, οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης οὐκ εἶπεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τὸν ναόν σου σοὶ οἴσουσι βασιλεῖς δῶρα, [τὸ εἰκὸς καὶ γινόμενον,] ἀλλὰ τὸ ἐναντίον, ἀπὸ τοῦ ναοῦ σου ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ σοὶ οἴσουσι βασιλεῖς δῶρα· διότι ἑκάστου βασιλικώτατος νοῦς ἀπὸ τοῦ κρυπτοῦ τῆς καρδίας ναοῦ πρῶτον λαμβάνει τὰς καλὰς καὶ ἀγαθὰς ὑποθέσεις ὑπὸ τοῦ ἐνοικοῦντος Χριστοῦ, καὶ ἄγει αὐτὰς ἐπὶ τὴν ἐνάρετον πολιτείαν, ἣν Ἱερουσαλὴμ ὠνόμασε. καὶ πάλιν αὐτὰς αὐτῷ προσφέρει διὰ τῆς ἀγαθῆς ἐννοίας προσδεδωρημένῳ Χριστῷ. ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν, οὐκ ἀποκλείοντες τὰ μέλλοντα, ἀλλ' ὁμολογοῦντες, ὅτι

facimus, imperfecti: sic sanctum baptismum erga nos esse perfectum, nos autem erga illum imperfectos esse. Tute igitur, o homo qui baptizatus es in Christo, exhibe dumtaxat operationem, ad quam facultatem es adeptus: teque ipsum præparato, ad manifestandum eum qui inhabitat; & ita Dominus, prout pollicitus est, spiritaliter quemadmodum ipse novit, tibi se ipsum manifestabit. [a] *Dominus autem spiritus est; ubi autem spiritus Domini, ibi libertas.* Tumque intelliges quod dictum est, nempe; [b] *Regnum cælorum intra vos est.* Hoc quoque necessario sciendum est, quod particularia præcepta quæ de numero particularium sunt, eademque singularia vocantur, implentur ab ipsis: & qui particulariter exsequuntur mandata, juxta proportionem illam intrant in regnum. At qui perfectionem attingere desiderant, debent comprehensim cuncta servare mandata. Comprehensiva autem omnium mandatorum est abnegatio animæ, quæ est mors. Et quemadmodum qui vivit in carne, destitutus est hac operationis perfectione: sic ob ante dictum defectum non potest usque ad exitum non esse susceptivus insultantium affectionum. Si quis ergo fidelium recte versatus in præceptis, pro modo illo, spiritalem quamdam affectionem nactus sit, credat se jam ante adeptum esse vim illius, cum per baptismum gratiam sancti Spiritus acceperit, omnium bonorum caussam: dico sane non modo occultarum & spiritualium virtutum, sed etiam manifestarum procuratricem. Nemoque studentium virtuti existimet, se suapte dumtaxat facultate boni quippiam fecisse: quia [c] *bonus homo* non a se ipso, inquit Verbum, sed *de bono thesauro cordis profert bonum*: thesaurum appellans Spiritum sanctum in corde fidelium absconditum. Nam [d] *simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo, abscondit: & abiens vendidit universa, & emit agrum illum.* Istud enim magnam cum iis quæ dicta sunt, habet affinitatem. Nam qui exacte, secundum Apostolum, perspicit in se ipso a baptismo se Christum reconditum habere, abjectis omnibus hujusce mundi negotiis, permanet in suo ipsius corde, omni custodia conservans illud; quærens, juxta parœmiam, exitum e vita. Quare non est existimandum, Adæ peccatum certaminibus amputari posse, neque etiam propria peccata, quæ post baptisma susceptum accidunt, nisi per Christum. Ipse enim est, [e] *qui operatur in vobis, velle & perficere, pro bona voluntate.* Adducens enim istud, *pro bona voluntate*, demonstrat bene velle circa virtutes, in nostra situm esse voluntate. Dum autem ait: [f] *Sine me nihil potestis facere:* & hoc: [g] *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos:* in eamdem concurrit sententiam. Ac forte sic etiam illud intelligi debet: [h] *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est;* si quidem nostra sunt de numero omnium, & illud: [i] *Nemo venit ad patrem, nisi per me.* Ea quoque de caussa Propheta non dixit: Ab Jerusalem in templum tuum offerent tibi reges munera (quod verisimile erat, & fieri solebat) sed, [k] *A templo tuo in Jerusalem tibi offerent reges munera.* Quoniam animus cujusque, maxime regius, ab occulto cordis sui templo primum sumit honestas & bonas suggestiones, quæ suggeruntur ab inhabitante Christo; quas etiam adducit ad politiam virtutibus plenam, quam Jerusalem nominavit; iterumque per intentionem bonam offert eas ipsi qui donavit, Christo. Ceterum ista diximus, non quod futura velimus excludere; sed

*a* II. Cor. III. 17. *b* Luc. XVII. 21. *c* Luc. VI. 45. *d* Matth. XIII. 44. *e* Philipp. II. 13. *f* Joan. XV. 5. *g* Ibid. ✝. 16. *h* Joan. I. 3. *i* Joan. XIV. 6. *k* Psalm. LXVII. 30.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

τὴν δύναμιν τῶν ἐντολῶν εἰλήφαμεν, καὶ τῶν δεσμῶν τοῦ θανάτου ἐλύθημεν. ὀφειλέται δέ ἐσμεν τῆς ἐργασίας λοιπόν· καὶ εἰ μὴ ἐργασώμεθα τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, ἡ δεδομένη ἡμῖν χάρις οὐκ ἀποκαλύπτεται. πῶς γὰρ οἱ ἀποθανόντες ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, τὸ καλὸν ἐφ᾽ ἑαυτῶν ποιεῖν ἠδυνάμεθα, εἰ μὴ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Κύριος διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ἐζωοποίησε, καὶ τὴν χάριν τοῦ πνεύματος ἐδωρήσατο; ὅθεν νοήσομεν, ὅτι τελεία ἡ χάρις ἡμῖν δεδώρηται τοῦ πνεύματος, εἰς ἐκπλήρωσιν πασῶν τῶν ἐντολῶν, προσθήκην τῆς κατὰ Χριστὸν αὐξήσεως παρέχουσα, ἐνδυναμοῦσα ἕως θανάτου τοὺς ἰδίους ἐργάτας, μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν πατρικὴν ἀκολουθίαν, ἣν προσειρήκαμεν.

A confitentes, quod implendorum mandatorum accepimus facultatem, & vinculis mortis exsoluti sumus. Quod superest, operari debemus; ac nisi mandata Dei peragamus, gratia nobis donata manifestari non potest. Quo enim pacto nos qui mortui eramus in peccato, potuissemus a nobis ipsis boni quippiam agere, nisi Dominus ipse per lavacrum regenerationis vivificasset nos, & contulisset nobis gratiam Spiritus sancti? Unde cognoscimus, perfectam sancti Spiritus gratiam nobis esse donatam, ad explenda omnia mandata: quæ promovendi in Christo præstat accessionem, suosque operarios confirmat usque ad mortem: [a] *donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei, in virum perfe-* B *ctum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi*, juxta seriem paternam de qua sumus ante locuti.

Ερωτήσις.

Ὁ οὖν βαπτισθεὶς, τίνα δέχεται μυστικῶς, τὸν Χριστὸν, ἢ τὸ ἅγιον πνεῦμα; ποτὲ γὰρ εἴρηκας τὸν Χριστὸν ἐνοικεῖν, ποτὲ δὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα.

*Interrogatio.*

Baptizatus ergo quem mystice recipit; Christum, an Spiritum sanctum? Interdum enim Christum, quandoque Spiritum sanctum inhabitare dixisti.

Απόκρισις.

Τὸ ἅγιον πνεῦμα δεχόμεθα διὰ τοῦ βαπτίσματος. ἐπειδὴ δὲ καὶ πνεῦμα Θεοῦ λέγεται, καὶ πνεῦμα Χριστοῦ· τούτου χάριν διὰ τοῦ πνεύματος τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν δεχόμεθα.

*Responsio.*

In baptismo Spiritum sanctum suscipimus. At quoniam dicitur etiam spiritus Dei & spiritus Christi; hac de caussa, per Spiritum sanctum, patrem C & filium recipimus.

Ερώτησις.

Οὐκοῦν τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ τριάς;

*Interrogatio.*

Sanctus igitur spiritus est Trinitas?

Απόκρισις.

Οὕτω μονοπροσώπως οὐ λέγομεν εἶναι τὴν τριάδα, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οὐ κεχώρισται τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, διὰ τοῦτο ἐν αὐτῷ τὴν τριάδα ὁμολογοῦμεν κατὰ τὴν αὐτοῦ θεότητα. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ πατρί ἐστιν ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ πάλιν ἐν τῷ υἱῷ ὁ πατὴρ καὶ τὸ πνεῦμα, οὕτως ἐν τῷ πνεύματι ὁ πατὴρ καὶ υἱός ἐστιν, οὐ συγχύσει τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ἀλλὰ τῇ ἑνώσει τῆς αὐτῆς μιᾶς βουλῆς καὶ θεότητος. ὥστε καὶ ἡμεῖς εἴτε τὸν πατέρα μονομερῶς ὀνομάζομεν, εἴτε τὸν υἱὸν, εἴτε τὸ πνεῦμα, ἐν τῷ ἑνὶ ὀνόματι τὴν τριάδα ὀνομάζομεν, κατὰ τὸν νῦν ὃν εἰρήκαμεν λόγον.

*Responsio.*

Non sic in unica persona Trinitatem consistere dicimus, sed quia Spiritus sanctus a patre filioque non separatur; propterea in ipso, secundum suam ipsius divinitatem, Trinitatem esse confitemur. Sicut enim in patre est filius ac Spiritus sanctus, & rursum in filio pater & Spiritus; sic & in Spiri- D tu sancto est pater & filius: non confusione trium hypostaseon, sed unione ejusdem & unius essentiæ ac deitatis: adeo ut nos, sive Patrem, sive Filium, sive Spiritum sanctum particulariter nominemus, hoc unico nomine Trinitatem vocemus, ut modo diximus.

Ερώτησις.

Πῶς ἡ γραφὴ λέγει ἐπουράνιον εἶναι τὴν Ἱερουσαλὴμ, σὺ δὲ εἴρηκας ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτὴν εἶναι;

*Interrogatio.*

Qua ratione scriptura dicit; *Jerusalem cælestem*; tu vero illam esse in corde dixisti?


Απόκρισις.

Οὐ μόνον τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ, ὅσα μέλλουσιν ἐν τῇ ἀναστάσει λαμβάνειν οἱ δίκαιοι, οἴδαμεν ὅτι ἄνω εἰσί. τούτων δὲ οἱ ἀῤῥαβῶνες καὶ ἀπαρχαὶ ἐν ταῖς καρδίαις τῶν βεβαιοπίστων ἀπὸ τοῦ νῦν πνευματικῶν ἐνεργοῦσιν· ὅπως πληροφορηθέντες περὶ τῶν μελλόντων, τῶν παρόντων ἁπάντων καταφρονήσωμεν, καὶ ἕως θανάτου τὸν Θεὸν ἀγαπήσωμεν. διὰ τοῦτο προσελθεῖν ἔχετε, οὐκ εἶπεν, ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ· δεκτικοὶ γὰρ τούτων ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος γεγόναμεν: τυχεῖν δὲ αὐτῶν μόνοι καταξιοῦνται οἱ βεβαιόπιστοι, οἱ διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀγάπην καθ᾽ ἡμέραν ἀποθνήσκοντες, τοῦτ᾽ ἔστι πᾶσαν ἔννοιαν τῆς ἐνταῦθα ζωῆς ὑπερβαίνοντες, καὶ μη-

*Responsio.*

E Scimus non modo Jerusalem, sed etiam reliqua bona, quæcumque in resurrectione justi sunt accepturi, sursum esse: sed horum arrhabones & primitias spiritali modo exercere vim suam, etiam in hoc sæculo, in cordibus firmiter credentium: ut certam de futuris habentes persuasionem, cuncta præsentia contemnamus, & diligamus Deum usque ad mortem. Quapropter non dixit: Potestis accedere: sed, [b] *Accessistis ad Sion montem & civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem*. Nam a baptismo capaces horum facti sumus. At hi soli digni putantur, qui consequantur ea, nempe firmiter credentes: qui Christi amore quotidie moriuntur, hoc est, omnem cogitationem humanam exceden-

a Ephes. IV. 13. b Heb. XII. 22.



δὲν ἕτερον ἐννοοῦντες ἢ μόνον, πότε καταντήσωσιν εἰς τελείαν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, ἥ τις ἐστὶν ἐνδότερον ἄνοιγμα τῆς καρδίας, ὅπου πρόδρομος εἰσῆλθεν Ἰησοῦς. τοῦτο ζητῶν παρὰ τὰς ἀρχὰς ὁ ἅγιος Παῦλος ἔλεγε· διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην, τοῦτ' ἔστιν ἵνα ἀγαπήσω, ἐφ' ᾧ καὶ ἠγαπήθην ὑπὸ Χριστοῦ. μετὰ δὲ τὸ καταλαβεῖν ταύτην τὴν ἀγάπην, οὐκέτι ἕτερόν τι ἐννοεῖν κατεδέχετο, οὐ τὰ θλιβερὰ τούτου τοῦ σώματος, οὔτε τὰ θαύματα τῆς κτίσεως, ἀλλὰ πᾶσαν σχεδὸν ἔννοιαν παρῃτεῖτο, μηδὲ πρὸς ὥραν τῆς τοῦ πνεύματος ἐνεργείας ἀποστερηθῆναι καταδεχόμενος. ἐφανεροποίησε δὲ, ὅσα διὰ τὴν πνευματικὴν ἀγάπην παρῃτεῖτο, καί φησι· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν, πέπεισμαί, φησιν, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ πάλιν, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, καθότι οὐδὲν τοῦτο ἐννοεῖν ὑπείχετο, ἢ μόνον ἐκεῖ παραμένειν.

A tes, nihil aliud versant animo, quam illud dumtaxat, ut occurrant aliquando ad perfectam dilectionem Christi: quæ est cordis interior apertio, quo præcursor introiit Jesus. Hoc in primis quærens sanctus Paullus, dicebat: [a] *Sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo comprehensus sum*: hoc est, ut diligam; in quo & dilectus sum, *a Christo*. Hac autem ipsa dilectione comprehensa, non ultra poterat aliud quippiam animo complecti: non afflictiones corporis hujus, neque miracula creaturæ: sed omnem prope cogitationem aversabatur, non ferens si vel ad horam privaretur effectu Spiritus sancti. Declaravit autem, quæ spiritalis dilectionis caussa repudiabat, & ait: [b] *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?* Et quæ sequuntur. Et rursum: [c] *Certus sum*, inquit, *quod neque mors, neque vita*, & reliqua. Iterumque: [d] *Neque ulla alia creatura poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro*: propterea quod tale nihil animo concipiebat, præter hoc solum ut in eo statu permaneret.

Ἐρώτησις.

Πῶς πρὸ βραχέος εἴρηκας, ὅτι τελείως ἐνοικεῖ ἐν ἡμῖν τὸ πνεῦμα;

*Interrogatio.*

Quomodo paullo ante dixisti, perfecte Spiritum sanctum in nobis habitare?

Ἀπόκρισις.

Ἀπαρχὴν εἶπον, οὐ μέρος τι τοῦ παντὸς, οὐδὲ ὡς τομὴν τινα τοῦ πνεύματος εἰσάγων [οὔτε γὰρ τέμνεται, οὔτε ἀλλοιοῦται] ἀλλὰ τὸ ἡμῶν χωρητικὸν ἐμφαίνων, μὴ δυνάμενον χωρῆσαι πᾶσαν τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν, εἰ μὴ διὰ τῆς τελείας ἐντολῆς, τοῦτ' ἔστι διὰ θανάτου. εἴπερ καὶ ὁ ὑπὲρ ἀληθείας Χριστοῦ θάνατος ἐντολὴ Θεοῦ ἐστιν. ὥσπερ οὖν ὁ ἥλιος ὢν τέλειος, τελείαν καὶ ἁπλῆν καὶ ἴσην ἅπασι τὴν ἑαυτοῦ χάριν ἐπιβάλλει, λοιπὸν δὲ ἕκαστος καθόσον ἔχει τὸ ὄμμα κεκαθαρμένον, κατ' αὐτὸν καὶ εἰς λαϊκὸν εἰσδέχεται φῶς· οὕτω καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, πασῶν μὲν ἐνεργειῶν καὶ δωρεῶν τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ δεκτικοὺς ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἐποίησε. λοιπὸν δὲ οὐ πᾶσιν ὁμοτίμως τὰς δωρεὰς ἐνεργεῖν, ἀλλ' ἑκάστῳ πρὸς ἀξίαν, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν, ὅσον μαρτυρῆσαι τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις, καὶ φανεροποιῆσαι τὸ μέτρον τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. διό, φησιν, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν κράζον, Ἀββᾶ ὁ πατήρ. καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ. ὅτι δὲ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἐκκόπτει τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν, ἀλλ' ὁ Χριστὸς μόνος κατὰ ἀναλογίαν τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, ἄκουε τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς· καὶ πάλιν, συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ἡμῶν ὄντων, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε· καὶ, συνετάφημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν· καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ, ὅτι ὁ ἀποθανὼν δεδικαίωται ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὅτι χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μήτις καυχήσηται· καὶ πάλιν, ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ, ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε· καὶ πάλιν, ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας. τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν, ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, στήκετε· καὶ πάλιν, ὡς ἐλεύθε-

*Responsio.*

C Primitias dixi, quod non partem aliquam totius aut divisionem quamdam sancti Spiritus introducere vellem (neque enim dividitur, nec alteratur) sed capacitatem nostram ostendere: quæ vim universam Spiritus sancti capere non potest, nisi per mandatum perfectum, id est, per mortem. Siquidem & mors pro veritate Christi, mandatum Dei. Quo igitur modo sol perfectus, plenum, simplex & æquale cunctis suum ipsius beneficium confert: quisque vero quatenus purgatum habet oculum, hactenus, etiam si plebejus fuerit, lucem recipit: ita Spiritus sanctus a baptismo susceptro credentes ei D omnium actionum ac donorum capaces reddidit: non tamen omnibus concessit, ut æqualiter dona exercerent: sed cuique pro dignitate & pro modo exsecutionis mandatorum, quatenus testificatus est operibus bonis, & perspicuam edidit suæ in Christum fidei mensuram. Quapropter, inquit, [e] *misit Deus Spiritum filii sui in corda nostra, clamantem, Abba pater*. Et, [f] *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei*. Verum quod nemo sibi ipsi peccatum Adæ possit amputare, sed solus Christus, juxta proportionem fidei in illum, audi Apostolum dicentem: [g] *Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum scripturas*. Et rursum: [h] *Commendat autem caritatem suam Deus in nobis:* E *quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est*. Et, [i] *Consepulti sumus cum illo per baptismum: ut quomodo Christus surrexit a mortuis, ita & nos in novitate vitæ ambulemus*: & reliqua. Et, [k] *Qui mortuus est, justificatus est a peccato*. Et, [l] *Gratia estis salvati per fidem; non ex operibus, ut ne quis glorietur*. Et iterum: [m] *Eratis enim aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate*. Et rursus. [n] *Nos non sumus ancillæ filii, sed liberæ. In libertate igitur qua Christus nos liberavit, state*. Et iterum: [o] *Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ li-*

a Philipp. III. 12. b Rom. VIII. 35. c Ibid. ℣. 38. d Ibid. ℣. 39. e Gal. IV. 6. f Rom. VIII. 16. g 1. Cor. XV. 3. h Rom. V. 8. 9. i Rom. VI. 4. k Ibid. ℣. 7. l Ephes. II. 8. 9. m Ephes. V. 8. n Gal. IV. 31. & V. 1. o I. Pet. II. 16.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN CHR. 390.

ροι, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν. Βλέπεις πῶς δι' ὧν σὺ λέγεις ἀγῶνα ἐκκόπτειν τὴν ἁμαρτίαν, ταῦτα καινότητος, καὶ ἐλευθερίας, καὶ φωτὸς ἔργα λέγει ἡ γραφή; φανεροὶ δὲ καὶ αὐτεξουσίου παρατροπαὶ, ἃς σὺ λέγεις εἶναι τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν. τὸ γὰρ ὡς ἐπικάλυμμα τῆς κακίας ἔχειν τὴν ἐλευθερίαν, καὶ λυπεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ποιεῖν τὸ θέλημα τῆς σαρκὸς, καὶ τῶν διανοιῶν· καὶ τὸ διαρξαμένους πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθαι· καὶ ὅτι ὀφειλέται ἐσμὲν, οὐ τῇ σαρκὶ τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν, ταῦτα καὶ τοιαῦτα εἰδυῖα ἡ γραφὴ, ὅτι ποιεῖν αὐτὰ ἢ μὴ ποιεῖν ἐφ' ἡμῖν ἐστι· διὰ τοῦτο, οὐχὶ σατανᾶν, οὐδὲ τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἡμᾶς μέμφεται. εἰ δὲ βούλει νουνεχῶς ἀκοῦσαι, εἴπω σοι τῶν πάντων κεφαλαιωδέστερον· σὺ τοὺς λογισμοὺς μετασχηματικοὺς λέγεις εἶναι τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν. καὶ ἰδοὺ ὁ μακάριος Παῦλος φανερῶς καὶ ἀριδήλως περὶ τῆς κακονοίας ταύτης, ὡς αἰτίοις ἡμῖν ἐγκαλεῖ, λέγων· μὴ σχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ἡμῶν. εἰ δὲ ταῦτα οὐκ ἔστι τοῦ ἡμετέρου θελήματος, ἀλλὰ τῆς τοῦ σατανᾶ τυραννίδος, καὶ ἐγκαταλείμματα τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίας, διὰ τί ἡμεῖς ὑπὸ τῆς γραφῆς ἐγκαλούμεθα, οἱ ἀκουσίως ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐνεργούμενοι, καὶ ὑπὸ τοῦ σατανᾶ τυραννούμενοι; ἆρα καὶ ἀναιτίως μέλλομεν κολάζεσθαι; ἢ τάχα καὶ ἄδικος ὁ Θεὸς τὰ ὑπὲρ φύσιν προστάξας, καὶ παρὰ φύσιν ζητῶν ἡμῖν τὰ ὑπὲρ δύναμιν; ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, μὴ γένοιτο· ἐπεὶ ἐγώ σε ἐρωτήσω, καὶ δός μοι ἀπόκρισιν, ὅσην ἔχει ἡ φύσις ἡμῶν εὐσεβείας δύναμιν, ταύτην καθ' ἡμέραν κεχρεωστήκαμεν τῷ Θεῷ προσφέρειν ἢ οὔ; πάντως ἐρεῖς μοι ὅτι ναὶ, ἐπειδὴ ὁ Θεὸς τοῦτο φύσει κεχάρισται, καὶ κατὰ δύναμιν τὰς ἐντολὰς ἔθετο· οὐκοῦν εἰ σήμερον αὐτῷ προσφέρομεν ἀγαθὸν, σημερινόν ἐστι χρέος, δεῖξόν μοι λοιπὸν τῆς παλαιᾶς ἁμαρτίας ἀνταπόδομα, ἤτοι τῆς σῆς, ἤτοι τῆς Ἀδάμ. ἐγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι οὐ μόνον τοῦτο οὐκ ἔχεις δεῖξαι, ἀλλ' οὐδὲ τὰ καθ' ἡμέραν ἀνελλιπῶς ἀποδοῦναι. καὶ πόθεν δῆλον τοῦτο; ἐκ τοῦ μὴ πάντοτε ἐν ταῖς αὐταῖς ἀρεταῖς εὑρίσκεσθαι· ὅσον γὰρ ἂν σήμερον προσθείης τῇ ἀρετῇ, τοσοῦτον ἠλέγχθης χρεώστης εἶναι τῆς παρελθούσης, φανεροποιήσας τὴν τῆς φύσεως δύναμιν· ἐδείχθη γὰρ διὰ τῆς σήμερον προσθήκης, ὅτι οὐ φύσεως ἀλλὰ θελήματος πρόσθεσίς ἐστιν ἢ ἔλλειψις, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀναιρούμεθα.

A *bertatem*. Vides, ut scriptura hæc appellet novitatis, libertatis ac lucis opera, quorum certamine dicis rescindi peccatum? Declarat etiam liberi arbitrii conversiones: quas Adæ dicis esse peccatum. Istud enim, *Habere libertatem ut velamen malitiæ*: &, [a] *Contristare Spiritum sanctum*: &, [b] *Facere voluntatem carnis & cogitationum*: & hoc, [c] *Qui spiritu cœperunt, nunc carne consummari*: &, [d] *Debitores sumus, non carni, ut secundum carnem vivamus*: hæc & similia cum sciat scriptura, in nostra facultate positum esse, ut agamus, nec ne; propterea non satanam, neque peccatum Adæ, sed nos increpat. Atqui si velis attente audire, compendium omnium tibi refero. Tu cogitationes & B transformationes (animi) asseris esse peccatum Adæ: & ecce, beatus Paullus clare & studiose propter hanc mentis nequitiam, nos velut auctores accusat, & inquit, [e] *Nolite conformari huic sæculo: sed reformamini in novitate mentis vestræ*. Sin autem ista non pendent a nostra voluntate, sed a tyrannide satanæ & a reliquiis peccati per Adamum contracti, quamobrem nos accusamur a scriptura, qui nolentes vexamur a peccato, a satana tyrannice tractamur? Nonne immerito puniemur? Aut forsan etiam injustus est Deus, qui præcepit ea quæ sunt supra naturam: & præter naturam exigit a nobis, quæ vires excedant? Sed hoc non ita est: Absit. Nam ego interrogabo te, & da mihi responsum. C Quamtamcumque pietatis vim habet natura nostra, hanc ne quotidie debemus offerre Deo, nec ne? Plane dices mihi, utique fieri debere, cum Deus liberaliter hoc naturæ largitus sit, ac pro modo virium nostrarum dederit mandata. Ergo si bonum quod illi offertur hodie, debitum est hodiernum: ostende mihi, quid pensatum sit pro tuo vel Adæ veteri peccato. Ego vero tibi dico, te non modo hoc ostendere non posse: sed ne illud quidem, te debitum quotidianum absque ullo defectu persolvere. Et unde hoc liquet? Ex eo quod non semper inveniare perseverans in eisdem virtutibus. Quantum enim addideris hodie virtuti, tantumdem præteritæ debere convinceris, dum vires naturæ decla- D rasti. Siquidem per adjectionem hodiernam ostensum est, non naturæ, sed voluntatis accessionem esse vel defectum, eaque de caussa interimimur a peccato.

Ερώτησις.

Δεδόσθω ταῦτα οὕτω ἔχειν· ὅμως ἓν οἶδα, ὅτι εἰ μὴ ὁ Ἀδὰμ παρέβη, ἐγὼ τῆς τοῦ κακοῦ προσβολῆς πεῖραν οὐκ ἐλάμβανον.

*Interrogatio.*

Donetur hæc ita se habere: unum tamen scio, si non esset Adam transgressus, me non experturum fuisse oppugnationem vitii.

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲ τοῦτο ὀρθῶς εἴρηκας· τὸ γὰρ τῆς τοῦ κακοῦ προσβολῆς ἄπειρον εἶναι, ἀτρέπτου φύσεώς ἐστιν, οὐχὶ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης· ἡμεῖς γὰρ καὶ ὁ Ἀδὰμ, μιᾶς φύσεώς ἐσμεν. ἔδει κἀκεῖνον καθ' ἡμᾶς εἶναι, καὶ ἡμᾶς κατ' ἐκεῖνον. οὐκοῦν πειθέτω σε αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ὅτι οὔτε ἄτρεπτος ἦν, οὔτε μονομερῶς κακότρεπτος, καὶ οὐκ ἀνάγκῃ φύσεως παρέβη τὴν ἐντολὴν, ἀλλ' εὐδοκίᾳ θελήματος. ὥσπερ ἐκεῖνος, δεκτικὸς μὲν ἦν τῆς τοῦ σατανᾶ προσβολῆς ὑπακοῦσαι, εἶχε δὲ τὴν ἐξουσίαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς.


*Responsio.*

Neque hoc recte dixisti: quia insultantis exper- E tem esse vitii, pertinet ad naturam conversioni non obnoxiam, non autem ad humanam. Nos enim unius cum Adamo sumus naturæ. Decebat illum nostri, nosque illius esse similes. Quare tibi persuadeat ille ipse primus homo, se non fuisse mutationis expertem, nec ad vitium particulariter convertibilem, neque necessitate naturæ, sed beneplacito voluntatis transgressum esse mandatum. Quemadmodum ille parere poterat oppugnationi Satanæ, habebat autem potestatem, sic & nos.

a Ephes. IV. 30. b Ephes. II. 3. c Gal. III. 3. d Rom. VIII. 12. e Rom. XII. 2.

A





Ερώτησις.

Τάχα νῦν ἀνέχομαί σου, ὅτι τὴν προσβολὴν τοῦ σατανᾶ οὐκ ἀναιρεῖς.

Απόκρισις.

Εγὼ μὲν οὐδὲ ἐν τοῖς προειρημένοις ἀνεῖλον πώποτε· οἶδα γὰρ καὶ τὸν Ιὼβ πειρασθέντα ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ τὴν γραφὴν λέγουσαν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. καὶ πάλιν, ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν· καὶ ἐν ἑτέρῳ, ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίει. ἀλλ' ἐπειδὴ ἡμᾶς τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς, οὐχ ἡμῶν, ἀλλ' ἑτέρων τινῶν εἶναι νομίζομεν, ποτὲ μὲν λέγοντες αὐτοὺς εἶναι τοῦ Αδὰμ ἁμαρτίαν, ποτὲ δὲ αὐτὸν τὸν σατανᾶν, ποτὲ δὲ τὴν τοῦ σατανᾶ προσβολὴν, τούτου χάριν λέγομεν, ὅτι ἄλλο τί ἐστιν ἡ τοῦ Αδὰμ ἁμαρτία, καὶ ἄλλο ὁ σατανᾶς, καὶ ἄλλο ἡ τοῦ σατανᾶ προσβολὴ, καὶ ἕτερον οἱ πονηροὶ ἡμῶν λογισμοὶ, κἂν ἐκ προσβολῆς τὰς ἀφορμὰς ἔχωσι. σατανᾶς μὲν γάρ ἐστιν, αὐτὴ ἡ τοῦ διαβόλου ὑπόστασις, ἡ καὶ τὸν Κύριον πειράζειν ἐπιχειρήσασα· ἁμαρτία δὲ τοῦ πρώτου Αδὰμ, ἔστιν ἡ τῆς ἐντολῆς παράβασις τοῦ πρώτου ἀνθρώπου· προσβολὴ δὲ τοῦ σατανᾶ, ἔστι μοναλόγιστος ἐμφάνεια πράγματος πονηροῦ, ἥτις ἑαυτῷ προσεγγίσαι τῷ νῷ ἡμῶν δι' ὀλιγοπιστίας εὑρίσκει. ἐντολὴν γὰρ ἡμῶν λαβόντων τοῦ μηδὲν μεριμνᾶν, ἀλλὰ πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν, καὶ ζητεῖν ἐντὸς ἡμῶν οὖσαν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅταν ἀποστῇ ὁ νοῦς τῆς καρδίας καὶ τῆς προειρημένης ζητήσεως, εὐθέως δίδωσι τόπον τῇ τοῦ διαβόλου προσβολῇ, καὶ γίνεται δεκτικὸς τῆς πονηρᾶς ὑποθέσεως. ἀλλ' οὐδὲ τότε κινεῖν ὁ διάβολος τοὺς λογισμοὺς ἡμῶν καθ' ἐξουσίαν ἔχει, ἐπεὶ οὐκ ἂν ἡμῶν ἐφείσατο, πᾶσαν κακὴν ἔννοιαν ἀναγκαστικῶς ἐπιφέρων, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν ἐννοεῖν συγχωρῶν· ἐξουσίαν δὲ μόνον ἔχει μονολογίστως ἐν πρωτονοίᾳ ὑποδεικνύειν τὰ πονηρὰ δόγματα τοῦ πειράζειν ἡμῶν τὸ ἐνδιάθετον, τοῦ ῥέπειν πρὸς τὴν ἐκείνου ὑπόθεσιν, ἢ πρὸς τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴ ταῦτα ἀλλήλοις ἀντίκεινται. ὅθεν ἡμεῖς, ἐφ' οἷς μὲν ἀγαπῶμεν, εὐθέως πρὸς τὸ ὑπόδειγμα ἀνακινοῦμεν τοὺς λογισμοὺς, καὶ ἐμπαθῶς προσομιλοῦμεν κατὰ διάνοιαν τῷ ὑποβληθέντι πράγματι· ἐφ' οἷς δὲ μισοῦμεν, συγχρονίζειν οὐ δυνάμεθα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν μισοῦμεν τὴν προσβολήν. ἡ δὲ μισουμένη, παραμένει, [γίνεται γὰρ] πλὴν οὐκ ἐκ διαθέσεως προσφάτου, ἀλλ' ἐκ παλαιᾶς προσλήψεως ὠχύρωται· διὸ καὶ ἀπρόσκοπτος ἵσταται ἐν τῷ τόπῳ καὶ μονολόγιστος, ὑπὸ τῆς καρδιακῆς ἀηδείας εἰς πολύνοιαν καὶ πάθος προσβῆναι κωλυομένη· οὐ γὰρ ἔχει φύσιν ἡ μονοπρόσωπος ἐμφάνεια μισουμένη, παρὰ τοῦ προσέχοντος ἑαυτὸν, βίᾳ κατασῦραι τὸν νοῦν εἰς τὸ τῆς πολυνοίας πάθος, εἰ μὴ διὰ ἡδυπαθείας καρδιακῆς μόνης. ὥστε ἡμεῖς τῆς ἡδυπαθείας εἰ παντελῶς ἀποστῶμεν, οὐδὲ τῶν προσλήψεων μονολόγιστος ἐμφάνεια βλάψαι ἡμᾶς ἔτι δύναται, καὶ τὴν συνείδησιν πρὸς ἀσφάλειαν τῶν μελλόντων κατακρίνειν. ἐπιγνόντος γὰρ τοῦ νοὸς τὴν ἀργὴν τῆς προσλήψεως ἔνστασιν, καὶ ἐξομολογουμένου τῷ Θεῷ τὴν παλαιὰν αἰτίαν, εὐθέως ἀναιρεῖται καὶ οὗτος ὁ πειρασμός. καὶ πάλιν ὁ νοῦς ἐξουσίαν ἔχει προσέχειν τῇ καρδίᾳ, καὶ πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν αὐτὴν, εἰς τὰ ἐνδότερα αὐτῆς

*Interrogatio.*


Nunc forte suffero te, quia non tollis impetum satanæ.

*Responsio.*

Ego quidem superioribus sermonibus numquam negavi. Scio enim etiam Job a diabolo tentatum esse, scripturamque dicere: [a] *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem: sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores te-*
B *nebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.* Et iterum, [b] *Resistite diabolo, & fugiet a vobis.* Et alibi, [c] *Adversarius vester diabolus, tamquam leo rugiens, circuit quærens quem devoret.* Sed cum nos pravas cogitationes non a nobis, sed ab aliis quibusdam manare putemus, dicentes, interdum ipsas esse peccatum Adæ, quandoque ipsum satanam, aliquando violentam ipsius satanæ aggressionem: hac de caussa dicimus, aliud esse peccatum Adæ, aliud satanam, & aliud impetum satanæ, aliud etiam perversas cogitationes nostras, licet ab impetu sumant occasionem. Satanas quidem est ipsa diaboli persona, quæ etiam Dominum tentare conata est: Adæ vero primi peccatum, est manda-
C ti per primum hominem commissa transgressio: Impetus autem satanæ, est rei perversæ cogitationi dumtaxat objecta species: quæ quidem ob pusillam fidem reperit occasionem adeundi mentem nostram. Cum enim animus, accepto mandato, ne cujusquam alterius rei curam gerat, sed omni custodia suum ipsius cor conservet, & quærat situm intra nos regnum cælorum, cœperit cor & antedictam indagationem deserere; confestim locum præbet insultationi diaboli, fitque pronus ad recipiendum suggestionem malam. At ne tunc quidem diabolus habet potestatem commovendi cogitationes nostras: alioqui numquam parceret nobis, sed nul-
D lam non immitteret vi conceptionem pravam, nec fineret bonum quippiam animo complecti: potest autem cogitatione dumtaxat & prima animi conceptione subostentare perversas instructiones, ut tentet interiorem affectum nostrum, an inclinet in suggestionem ipsius, an ad mandatum Dei. Nam hæc mutuo adversantur. Quare nos in rebus nobis gratis quam primum commovemus cogitationes ad propositum exemplar, & cum affectu sermocinamur animo cum re suggesta: in odiosis autem immorari non possumus, sed ipsam objectionem odio habemus. Quod si odiosa suggestio duret (potest enim contingere); non tamen ex recentiore affectu, sed ex antiqua
E præoccupatione, vires capit: ob idque in loco manet innoxia, & cogitationem non transgrediens: ut quæ, præ tædio cordis, ad intellectum & affectum pergere prohibeatur. Quia odiosa species quæ gerit unicam personam, apud eum qui se ipsum observat, non habet naturam commovendi & cogendi mentem ad perturbationem intellectus, nisi per solam animi voluptatem. Itaque si recederemus prorsus a deliciis, neque præoccupantium imaginationum sola species nos ultra lædere posset, nec juxta futurorum certitudinem damnare conscientiam. Nam ubi agnoscit animus inutilem præoccupantis cogitationis contentionem, vetusque peccatum Deo confitetur, statim interimitur hujusmodi tentatio: denuoque potest animus attendere cordi, & omni custodia conservare illud: & in penetra-

a Ephes. VI. 12. b Jac. IV. 7. c I. Pet. V. 8.

SÆCUL. IV CIRCA ANN. CHR. 390.



ἀνενόχλητα ταμεῖα εἰσελθεῖν πειρώμενος, ἔνθα οὐκ εἰσὶ πονηρῶν λογισμῶν ἄνεμοι, βιαίως ὠθοῦντες καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἐπὶ τοὺς κρημνοὺς τῆς ἡδυπαθείας, καὶ εἰς φρέατα ἀσφάλτου καταβάλλοντες. οὔτε πλατεῖά τις καὶ εὐρύχωρος ὁδὸς, ῥήμασί τε καὶ σχήμασι κοσμικῆς σοφίας κατατετρωμένη, καὶ δελεάζουσα τοὺς ἑπομένους αὐτῇ, κἂν λίαν φρόνιμοι τυγχάνουσι. τὰ δὲ καθαρὰ τῆς ψυχῆς ἐνδότερα ταμεῖα, καὶ ὁ οἶκος τοῦ Χριστοῦ, γυμνὸν οὐκ εἰσδέχονται μηδὲν ἐπιφερόμενον τοῦ αἰῶνος τούτου, μὴ εὔλογον, μὴ ἄλογον, εἰ μὴ τὰ τρία ταῦτα, ἃ εἶπεν ὁ ἀπόστολος, πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην. δύναται οὖν τις φιλαλήθης ὢν καὶ καρδιοπονεῖν βουλόμενος, μηδὲ ὑπὸ τῶν προλήψεων ἐξωσθῆναι κατὰ τὴν ἀκολουθίαν ἣν προειρήκαμεν, ἀλλὰ προσέχειν τῇ καρδίᾳ, καὶ προκόπτειν εἰς τὸ ἐνδότερον, καὶ ἐγγίζειν τῷ Θεῷ· μόνον, ἵνα ἐπὶ τῆς προσοχῆς καὶ παραμονῆς πόνοις μὴ ἀηδίζηται. οὐ δύναται γὰρ μὴ καρδιοπονεῖν ὁ προσεκτικὸς τῶν λογιστικῶν μετεωρισμῶν, καὶ σαρκικῶν ἡδονῶν ἑαυτὸν καθ' ἡμέραν, οὐκ ἔξωθεν μόνον ἀλλὰ καὶ ἔνδοθεν περιγράφων· ἐν οἷς πολλάκις ἡ ἔννοια καὶ πρᾶξις ἀνεστράφη· ὅθεν, τὴν μὲν μονολόγιστον προσβολὴν, ἀναγκαστικὴν οἴδαμεν, διὰ τὸ καὶ μισουμένην παραμένειν· τὴν δὲ τῶν ἐπαγομένων λογισμῶν ὁμιλίαν, προαιρετικήν. ἔδειξαν δὲ τοῦτο καὶ οἱ μὴ ἁμαρτήσαντες ἐν τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, τὴν μὲν προσβολὴν κωλῦσαι μὴ δυνηθέντες, τὴν δὲ πρὸς αὐτὴν ὁμιλίαν καὶ προσπάθειαν καθόλου παραιτησάμενοι.

lia ipsius omni perturbatione carentia ingredi conatur: ubi nulli cogitationum improbarum venti violente impellunt animam & corpus in præcipitia voluptatum, aut in puteos bituminis deturbant: neque ulla via lata & spatiosa, quæ verbis & habitu sapientiæ mundanæ sauciata sequentes eam illiciat, etiamsi valde cordati sunt. Interiora vero animæ pura cubicula domusque Christi nihil suscipiunt, quod ab hoc sæculo nude inferatur, sive rationabile, sive alienum a ratione, præterquam hæc tria, quæ nominavit Apostolus [a], fidem, spem & caritatem. Potest igitur quispiam studiosus veritatis & ex animo laborare cupiens, non fatigari præsumtis cogitationibus, secundum ante dictam consecutionem: sed attendere cordi, & interius proficere, Deoque appropinquare, modo non molesti sint labores in illa attentione & perseverantia suscepti. Nequaquam enim potest cor non affligere, qui jactationibus conceptis animum attendit, & voluptatibus carnis quotidie, non exterius modo, sed & interius se ipsum circumscribit: quibus intellectus & actio sæpe subverti solent. Unde cogitationi objectam insultationem scimus esse coactam: cum, etiamsi sit odiosa, perduret. At cum injectis cogitationibus familiaritatem contrahere, spontaneum est. Quod ita esse demonstrarunt etiam, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ: qui quidem oppugnationem prohibere non potuerunt cogitationum, omnem tamen familiaritatem & affectionem erga illas aversati sunt.

### Ἐρώτησις.

Εἰ τὴν τοῦ Ἀδὰμ παράβασιν κατὰ ἀνάγκην οὐ παρεδεξάμεθα; ὅ ἐστιν ἡ λογιστικὴ ἡμῶν ἁμαρτία.

### *Interrogatio.*

Nonne transgressionem Adæ (quod est animæ nostræ rationalis peccatum) necessario suscepimus?

### Ἀπόκρισις.

Οὐκ ἔστι τοῦ Ἀδὰμ παράβασις, ἀλλ' ἔλεγχος τῆς ἑκάστου ἡδυπαθείας· ἀλλ' οὐδὲ τὴν παράβασιν διεδεξάμεθα. ἐπεὶ κατὰ τὴν διαδοχὴν, ἀνάγκη ἔδει πάντας παραβάτας εἶναι, καὶ μὴ ἐγκαλεῖσθαι ὑπὸ Θεοῦ κατὰ ἀνάγκην φυσικῆς διαδοχῆς παραβαίνοντας. νῦν δὲ οὐχ οὕτως· οὐδὲ γὰρ πάντες παραβαίνομεν τὴν ἐντολὴν, οὐδὲ πάντες φυλάττομεν. ὅθεν δῆλον ὅτι οὐ κατὰ ἀνάγκην ἐστὶν, ἀλλ' ἡδυπάθεια ἡ παράβασις. εἰ δὲ λέγεις διὰ ταύτην ἐληλυθέναι τὸν Κύριον. διὰ τί ταύτην οὐκ ἀνῄρει ἐν τῷ βαπτίσματι, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ἕκαστος ἐξουσίαν ἔχει παραβῆναι, ἢ μὴ παραβῆναι; οὐκοῦν τὴν παράβασιν προαιρετικὴν οὖσαν, καθὼς ἀποδέδεικται, οὐδεὶς ἐξ ἀνάγκης διεδέξατο· τὸν δὲ ἐκ ταύτης θάνατον ἀναγκαστικὸν ὄντα διεδεξάμεθα, ὅς ἐστι Θεοῦ ἀλλοτρίωσις. ἀποθανόντος γὰρ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, τουτ' ἔστιν ἀλλοτριωθέντος ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, οὔτε ἡμεῖς ζῆν ἐν Θεῷ ἠδυνάμεθα· διὸ ἦλθεν ὁ Κύριος, ἵνα ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ζωοποιήσῃ, καὶ καταλλάξῃ τῷ Θεῷ, ὃ καὶ πεποίηκεν. οὐκοῦν οὐ τὴν παράβασιν διεδεξάμεθα, ἐπειδὴ κἀκεῖνον ἐξ ἀνάγκης ἐκράτησεν, ὃς ἐβασίλευε καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ.

### *Responsio.*

Peccatum, non est Adami transgressio, sed index voluptatis cujusque. At neque transgressionem suscepimus: nam per successionem oporteret omnes transgressores esse, nec reprehendi debere a Deo, qui transgrediuntur necessitate successionis naturalis. Nunc autem non ita est: quia non omnes transgredimur mandatum, neque item omnes servamus. Unde clarum est, transgressionem non a necessitate originem trahere, sed a voluptate. Quod si dicas, illius caussa venisse Dominum: quamobrem non prorsus eam delebat in susceptione baptismi, sed quisque etiam nunc habet potestatem transgrediendi, vel non? Quare transgressionem quæ spontanea est, ut demonstravimus, nemo suscipit ex necessitate: suscipimus tamen ex hac necessario consequentem mortem: quæ est alienatio a Deo. Primo siquidem homine mortuo, hoc est, alienato a Deo, nec nos in Deo vivere poteramus: propterea venit Dominus, ut per lavacrum regenerationis nos vivificaret & reconciliaret Deo, quod etiam præstitit. Quocirca non suscepimus transgressionem, quoniam in illum quoque necessario dominata esset ea [b] *quæ regnavit etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ.*

### Ἐρώτησις.


Δεδόσθω ὅτι τὴν παράβασιν θελήματι ἔσχεν ὁ Ἀδὰμ, καὶ διὰ τοῦτο ὁμοφυεῖς ὄντες καὶ ἡμεῖς θελήματι ἐκπίπτομεν, μὴ καὶ τὴν προσβολὴν θελήματι ἔσχεν;

### *Interrogatio.*

Concedatur, Adamum ultro transgressum esse, atque ob id nos similis consortes naturæ sponte etiam labi: numquid ultro perferebat impugnationem?

a 1. Cor. XIII. 13. b Rom. V. 14.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.



A

Ἀπόκρισις.

Ναὶ τὴν προσβολὴν κατὰ ἀνάγκην ἔσχεν· ἀλλ' ἡ προσβολὴ οὔτε ἁμαρτία ἐστὶν, οὔτε δικαιοσύνη, ἀλλ' ἔλεγχος τοῦ αὐτεξουσίου ἡμῶν θελήματος. διὸ καὶ προσβάλλειν ἡμῖν παρεχωρήθη, ἵνα τοὺς μὲν ἐπὶ τὴν ἐντολὴν ῥέποντας στεφανίτας ἀποδείξῃ, ὡς πιστοὺς, τοὺς δὲ ἐπὶ τὴν ἡδονὴν κατεγνωσμένους, ὡς ἀπίστους. καὶ τοῦτο δὲ εἰδέναι ἡμᾶς χρὴ, ὅτι οὐ καθ' ἑκάστην ἡμῶν τροπὴν εὐθέως δόκιμοι ἢ ἀδόκιμοι κρινόμεθα· ἀλλ' ὅταν ὅλην ἡμῶν τὴν ἐν σαρκὶ ζωὴν διὰ τῶν προσβολῶν δοκιμασθῶμεν νικῶντες, νικώμενοι, πίπτοντες, ἐγειρόμενοι, πλανώμενοι, ὁδούμενοι, τότε ἐν ἡμέρᾳ ἐξόδου πάντων συμψηφισθέντων, κατὰ ἀναλογίαν κρινόμεθα. οὔτε οὖν ἡ προβολή ἐστιν ἁμαρτία, μὴ γένοιτο· εἰ γὰρ καὶ ἐξ ἀνάγκης μονολογίστως δεικνύει τὰ πράγματα, ἀλλ' ἡμεῖς ἐν Κυρίῳ ἐλάβομεν ἐξουσίαν πνευματικῆς ἐργασίας, καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ἀπὸ πρώτης ἐννοίας δοκιμάζειν τὸ βλαβερὸν καὶ τὸ ὠφέλιμον, καὶ ἀποβάλλειν ἢ προσδέχεσθαι τοὺς λογισμοὺς, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀλλ' ἐκ διαθέσεως πληθυνομένους. θῶμεν δὲ κατὰ σὲ, ὅτι καὶ οὗτοι κατὰ ἀνάγκην καὶ διαδοχὴν ἀναφύονται· διὰ τί ἡμᾶς ἡ θεία γραφὴ κατακρίνει ἐπὶ τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς; ἢ πῶς δυνάμεθα ἀποκλεῖσαι τοὺς ἐξ ἀνάγκης καὶ διαδοχῆς ἡμῖν ἐνοχλοῦντας; εἰ δέ μοι λέγεις, δυνάμεθα διὰ τῆς χάριτος ἧς εἰλήφαμεν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος, κατὰ τὰς γραφάς· γνῶθι ὅτι καὶ οὕτως ἡμεῖς ἐσμεν αἴτιοι, ἔχοντες παρὰ Θεοῦ δύναμιν ἀποκλείειν αὐτοὺς ἀπὸ πρώτης ἐννοίας καὶ ἀναδόσεως. εἴ τις δὲ ἄλλον τινὰ ἵστησιν αἴτιον τῶν ἑαυτοῦ κακῶν, οὐ μόνον ἀδεῶς ἐξαμαρτάνει, ἀλλὰ καὶ βλασφημεῖ κατὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀναιτίως τοὺς ἀνθρώπους παραχωροῦντος πολεμεῖσθαι.

*Responsio.*

Profecto necessario tolerabat impugnationem illam. At oppugnatio non est peccatum aut justitia: sed argumentum liberæ voluntatis nostræ. Quapropter opponere propugnaculum nobis etiam permissum est: ut ii qui tendunt ad mandatum, velut fideles coronari demonstrentur: qui vero tendunt ad voluptatem, condemnari tamquam infideles. Ceterum hoc etiam scire debemus, non ab unaquaque nostrum conversione statim nos probos aut reprobos judicari: sed cum in tota vita quam agimus in carne, per insultationes probati fuerimus, B modo vincentes, nunc superati: modo cadentes, nunc excitati: modo errantes, nunc ad rectam viam deducti: tum in die exitus omnibus computatis, juxta proportionem judicabimur. Quamobrem oppugnatio non est peccatum. Absit. Quamvis enim ex necessitate, cogitatione tenus, res ostentet; nos tamen per Dominum spiritaliter operandi vim accepimus: estque in nostra potestate a prima conceptione probare quid sit noxium, quid utile: nec a necessitate, sed ab affectu dependet, ut crescentes cogitationes repudiemus aut amplectamur. Sed ponamus, ut existimas, ex necessitate & per successionem has renasci: quare pravarum cogitationum nomine condemnat nos scriptura divina? aut C quo pacto possumus eas excludere cum ex necessitate & successione nos infestant? Sin dixeris mihi, Possumus per gratiam quam accepimus a baptismo, secundum scripturas: hac etiam ratione nosce, nos auctores esse: qui consecuti sumus a Deo facultatem excludendi illas, a prima apprehensione & redditione. Si quis autem alium statuat auctorem suorum ipsius vitiorum, non modo peccat audacter, sed etiam blasphemat adversus Deum: ut qui permittat insontes homines oppugnari.

Ἐρώτησις.

Διὰ τί οὖν ἐγὼ βεβαπτισμένος, καὶ τὸν Θεὸν παρακαλῶ, καὶ τὴν χάριν αὐτοῦ ἐπικαλοῦμαι, καὶ ὅλῳ θελήματι βούλομαι ῥυσθῆναι καὶ ἀπαλλαγῆναι τῶν πονηρῶν λογισμῶν, καὶ οὐ δύναμαι; ἢ δῆλον ὅτι ἡ τοῦ Ἀδὰμ παράβασις, ταύτην ἡμῖν τὴν ἀπαραίτητον κληρονομίαν κατέλιπεν;

*Interrogatio.*

Cur igitur ego baptizatus, & Deum obsecro, & gratiam ejus imploro, totisque votis a pravis cogitationibus liberari ac exsolvi desidero, nec tamen D possum? Nonne clarum est, hanc irrecusabilem hereditatem nobis ex Adæ prævaricatione relictam esse?


Ἀπόκρισις.

Ἔδει μὲν ἡμᾶς λογικοὺς ὄντας, εἰδέναι τί ἀκούομεν. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ φιληδονίας καὶ κενοδοξίας σκοτισθεῖσα ἡ ψυχὴ, εἰς τὸν βυθὸν τῆς ἀγνοίας καταπέπτωκεν, οὐκέτι οὔτε γραφικῆς ἐντολῆς ἀκούει, οὔτε φυσικῆς ἀκολουθίας, οὔτε ἐμπείρων ἐπιστασίας, ἢ μόνον ταῖς ἐννοίαις ἀκολουθεῖν. τίς γὰρ πιστεύων τῇ θείᾳ γραφῇ, καὶ ποιῶν τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου, οὐχ εὑρίσκει κατὰ ἀναλογίαν τὴν ὑπόλειψιν τῶν λογισμῶν, καὶ πληροφορεῖται ὅτι οὐ κατ' ἐξουσίαν κρατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὀλιγοπιστίαν ἡμῶν καὶ ἔλλειψιν τῶν ἐντολῶν; διὸ οὐ πάντες τῇ καταστάσει ἴσοι ἐσμὲν, οὔτε ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις ἐλαυνόμεθα, ἐπειδὴ προαιρετικαί εἰσιν αἱ τῶν λογισμῶν αἰτίαι. εἰ γὰρ ἦσαν ἀναγκαστικαὶ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ, πάντες ἂν ὁμοίως ἐνεργούμεθα, καὶ ἀπαραιτήτως ἐκρατούμεθα· καὶ οὔτε γραφικῆς νουθεσίας ἐδεόμεθα, φύσεως κατὰ διαδοχὴν κρατούσης, καὶ οὐ φιληδόνου θελήματος. νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἐστὶν, μὴ γένοιτο· ἰδοὺ γὰρ ὁρῶμεν, ὅτι οὐ πάντες ὁμοίως ἐνεργούμεθα, οὐδὲ ἐν τοῖς αὐτοῖς καιροῖς, οὔτε ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν· ἀλλ' ἕκαστος καθὸ ἂν ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ, περὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ἀνθρωπίνης δόξης, καὶ ἡδυ-

*Responsio.*

Oportebat nos ratione præditos scire quid audiamus. Sed quoniam anima voluptatis amore vanaque gloria obscurata in profundum ignorationis delapsa est: jam non audit mandatum scripturæ; non ordinem naturalem, nec peritorum moderationem: proprias dumtaxat conceptiones sectatur. Quis enim si fidem habeat scripturæ divinæ, Dominique mandata peragat, non reperit consimili modo paullatim definere cogitationes, certiorque fit, illas non E ex potentia regnare, sed ob exilitatem fidei nostræ & mandatorum defectum? Quapropter non omnes statu pares sumus, neque iisdem impellimur conceptionibus: quia spontaneæ sunt caussæ conceptionum. Nam si necessario manarent ab Adamo, cuncti pariter agitaremur, & inevitabili modo obsideremur: nec opus haberemus admonitione scripturæ, natura per successionem dominante, non voluptatibus dedita voluntate. Nunc autem non ita res est: Absit. Ecce enim videmus, non omnes nos æqualiter torqueri, nec iisdem temporibus, nec easdem ob res. Sed quatenus quisque Domino credidit de futuris bonis humanæ gloriæ, volupta-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



παθείας καταφρονήσας, τοσοῦτον καὶ τοὺς λογισμοὺς ἀπέκλεισε, καὶ τοῦ ἡδυπαθοῦντος ἡσυχέστερος τυγχάνει. διὰ τοῦτο ἕτερος ἑτέρου καὶ τῇ ἐννοίᾳ καὶ τῷ βίῳ διενηνόχαμεν. ἐπειδὴ οὖν καὶ τοῦτο σοφιζόμεθα τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ζητοῦμεν οὐκ ἐκ πίστεως Ἰησοῦ, τοῦτ' ἔστιν οὐ δι' ἐργασίας τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, οὔτε δι' ἁπλείας καὶ ταπεινοφροσύνης καρδιοπονοῦντες σβέσαι τοὺς λογισμοὺς, ἀλλὰ μετὰ τῆς κρυπτῆς ἡδυπαθείας, κενοδοξίας λέγω καὶ ἀνθρωπαρεσκείας, οἰήσεως καὶ φαντασμοῦ, νίκης καὶ ἐπάρσεως, καὶ ἑτέρων τοιούτων, ὧν αἱ μὲν ἀποτυχίαι τοὺς ἐπιθυμητικοὺς πληθύνουσι λογισμοὺς, τούτου χάριν οὐ δυνάμεθα, τί οὖν τὰς αἰτίας κρατοῦντες πειρώμεθα ἀποβάλλειν ἀδίκως τὰς προσφυεῖς αὐτῶν ἐνεργείας; εἰ δὲ ψευδὴς ὁ λόγος, καὶ χωρὶς ἡμετέρας αἰτίας ὑπὸ τῶν λογισμῶν ἐνεργούμεθα, ἀκριβῶς ἐπισκεψώμεθα ὡς Θεῷ ἐξομολογούμενοι. τίς οὐκ οἶδεν ὅτι καὶ ἔργῳ, καὶ λόγῳ, καὶ διανοίᾳ τὰ προειρημένα πάθη ἐπισπώμεθα καθ' ἡμέραν· καὶ τοὺς μὲν συνεργοῦντας ἀγαπῶμεν, ὡς εὐεργέτας· τοὺς δὲ ἐμποδίζοντας, ὡς ἐχθροὺς ἀποστρεφόμεθα; εἰ δὲ οὕτω τὰ προειρημένα πάθη ἀγαπῶμεν, ὡς καὶ προφανῶς αὐτὰ διεκδικεῖν, πῶς τὴν μονολόγιστον αὐτῶν προσβολὴν μισήσομεν; τῆς πρωτονοίας δὲ παραδεχθείσης, πῶς οἱ ταύτης ἀπηρτισμένοι λογισμοὶ μὴ ἀκολουθήσωσιν;

A tum studio contemto, hactenus exclusit cogitationes, & tranquilliore est animo, quam is qui voluptatibus afficitur. Propterea alter ab altero tum animi conceptione, tum vita discreti sumus. Cum ergo in eo cavillemur etiam veritatem, & quæramus exstinguere cogitationes, non ex fide Jesu, hoc est, non in mandatis ejus exsequendis, aut per simplicitatem & humilitatem cor affligendo; sed occulta voluptate, vana inquam gloria, hominibus placendo, opinione & imaginatione victoriæ atque arrogantia ducti, aliisque similibus, quorum frustrationes, cupiditatum plenas augent cogitationes, hac de caussa non possumus. Quid igitur retinentes caussas, injuste naturales earum affectus abjicere tenta- B mus? Sin falsum est quod dicimus, ac citra culpam nostram vexamur tentationibus, accurate perpendamus, ut confitentes Deo. Quis ignorat, nos quotidie facto, verbo & animo, antedictas affectiones accersere: & eos qui adjuvant, ut beneficos, amare: qui vero impediunt, velut hostes, aversari? Sin autem affectiones quas ante diximus, usque adeo diligimus, ut palam eas vindicemus: qui fiet ut earum insultationem quæ sit cogitatione tenus, odio prosequamur? Ubi vero conceptionem primam amplexi fuerimus, quomodo dependentes ab ea cogitationes non subsequentur?

Ερώτησις.

Εἰ καὶ ταῦτα θῶμεν οὕτως ἔχειν· οὕτως ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο ποιῆσαι τὴν ἐκδίκησιν τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας.

*Interrogatio.*

C

Quamvis hæc ita se habere ponamus: sic in Evangeliis promisit Dominus [a], se facturum vindictam clamantium ad se die ac nocte.

Απόκρισις.

Ο μὲν Κύριος οὐ πρὸς τοὺς ἐγκειμένους ταῖς ἡδυπαθείαις θελήματι τὴν παραβολὴν λέγει, ἀλλὰ τοῖς ὑπὸ μόνων τῶν προσλήψεων πολεμουμένοις· διὸ τοὺς μὲν ὑπὸ ἐχθρῶν ἀδικουμένους ἐκδικήσειν ἐπηγγείλατο, ἐκείνοις δὲ ὡς τὴν βοηθοῦσαν ἐντολὴν ἀποθεμένοις ἐγκαλεῖ, λέγων· τί με καλεῖτε, Κύριε Κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω; οὓς καὶ παρεικάζει ἀνδρὶ μωρῷ ἐπὶ ψάμμου τῶν ἰδίων θελημάτων, οἰκοδομοῦντι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ. μὴ οὖν ἀστηρίκτῳ νῷ καὶ ἀλόγῳ βουλῇ πάσαις ταῖς ἑαυτοῦ ὑπονοίαις ὡς ἀληθιναῖς ἐπερείδου, ποτὲ μὲν λέγων, ὅτι ἐγὼ βεβάπτισμαι, καὶ τὸν Θεὸν παρακαλῶ, καὶ τὴν χάριν αὐτοῦ ἐπισπῶμαι, ὅλῳ θελήματι βουλόμενος ῥυσθῆναι τῶν πονηρῶν λογισμῶν, καὶ οὐ δύναμαι, ὡς ἀναιτίως ὑπὸ τῶν λογισμῶν κρατούμενος· ποτὲ δὲ πάλιν τὴν ἐκδίκησιν περιμένων τοῦ Κυρίου, ἣν ποιῆσαι ἐν τοῖς εὐαγγελίοις κατηγγείλαμεν, πανταχοῦ σεαυτὸν ἀναίτιον ἱστῶν, ὅπερ μεγάλης ἐστὶ βλασφημίας. ὅμως ἐρωτήσω σε κἀγὼ τῆς οἰήσεως νόημα, καὶ δός μοι ἀπόκρισιν, οἶδα δὲ, ὅτι ἀπὸ τῆς ἀληθείας σφιγγόμενος, ἢ μείζονος ἐπάρσεως ῥήματα λαλήσεις, ἢ τὴν σεαυτοῦ αἰτίαν ὁμολογήσεις.

*Responsio.*

Dominus quidem non dicit parabolam iis qui sponte jacent in deliciis: sed illis, qui solis apprehensionibus impugnantur. Idcirco hos quidem injuriam patientes, ab hostibus vindicaturum se pollicitus est: illos autem, ut qui abjecerint ferens opem mandatum, increpat, dicens: [b] *Quid vocatis me Domine, & non facitis quæ dico?* Quos etiam D assimilat viro stulto [c], qui super arenam voluntatum suarum, ædificat domum suam. Ne ergo inconstantia animi & rationis experti consilio ductus, omnibus opinionibus tuis innitare, tamquam veris, dicens interdum, Ego sum baptizatus, Deum invoco, gratiam ejus accerso, tota voluntate desiderans liberari a cogitationibus malis, & nequeo: tamquam sine culpa detinearis cogitationibus: quandoque vero contra exspectans a Domino vindictam, quam facturum in evangeliis denuntiavimus: ubique te ipsum insontem constituens; quod quidem ingentis est blasphemiæ. Verumtamen ego te etiam rogabo sensum opinionis tuæ, & responde mihi. Scio autem, quod a veritate coactus, aut majoris E arrogantiæ verba proferes, aut tuam ipsius culpam confitebere.

Ερώτησις.

Διὰ τί ὁ Κύριος εἰπὼν, ἐν τάχει ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν, οὐ ποιεῖ ἐν τάχει, ἀλλὰ βραδύνει, καὶ ἀφίησί σε ἐν τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς, καίτοι ὁλοκαρδίως καὶ ἀνενδοιάστως εὐχόμενον, καθὼς εἴρηκας;

*Interrogatio.*

Quamobrem Dominus cum dixerit [d], *Cito faciet vindictam*, non celeriter facit, sed moratur, & relinquit te in cogitationibus pravis, licet deprecantem ex toto corde, & absque hæsitatione, quemadmodum dixisti?

Απόκρισις.

Ο δὲ εἶπεν, ἐγὼ λογίζομαι ὅτι δι' οὐδὲν ἕτερον βραδύνει, ἢ διὰ τὴν ἐμὴν ὑπομονήν· ὅσον γὰρ ἂν

*Responsio.*

Quod vero dixit, non puto ullam aliam ob caussam tardare, quam patientiæ meæ. Quanto

a Luc. XVIII. 8. b Luc. VI. 46. c Ibid. ℣. 49. d Luc. XVIII. 8.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.

τὶς ὑπομείνῃ πολεμούμενος, τοσοῦτον καὶ δοξασθήσεται. ἐγὼ μὲν ἐδόκουν μόνης τῆς περιεχούσης σε οἰήσεως προσενέγκαι ἀπόκρισιν, σὺ δὲ καὶ βλασφημίαν προσέθηκας. ἵνα γὰρ σεαυτοῦ ψευδώνυμον ὑπομονὴν ἐπιγράψῃς, ἔστησας τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῦ ἰδίου λόγου ψευδόμενον· καὶ τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς, οὐκέτι κατὰ τὴν θείαν γραφὴν, πονηρίας καὶ ἡδυπαθείας, καὶ πάσης ἁμαρτίας παρεκτικοὺς ἐκ τῆς καρδίας ἐκπορευομένους, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ κοινοῦντας τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ὑπομονῶν αἰτίους. ἐγὼ δὲ οὐδέποτε τοὺς τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς συνεχομένους ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς ἐπαινουμένους εὕρηκα, οὔτε ἐν τῇ παλαιᾷ, οὔτε ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ· ἀλλὰ μᾶλλον ὡς αἰτίους καὶ κατακρινομένους· ὁ Θεὸς γὰρ ὥσπερ τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς μισεῖ, οὕτω καὶ τὴν γεννῶσαν αὐτοὺς καρδίαν. διὸ οἱ ἔχοντες αὐτοὺς, πενθεῖν ὀφείλομεν ὡς φιλαμαρτήμονες, καὶ μὴ φυσιοῦσθαι ὡς πολεμοῦντες ἀλλοτρίοις κακοῖς. γνῶθι οὖν ὦ ἄνθρωπε, ὅτι ὁ Κύριος ἐφορᾷ τὰς πάντων καρδίας, καὶ τοὺς μὲν μισοῦντας τῶν πονηρῶν ἐνθυμημάτων τὴν πρωτόνσιαν, παραχρῆμα ἐκδικεῖ, καθὼς ἐπηγγείλατο, καὶ οὐκ ἀποφίησι τὸν ἐσμὸν τῆς πολυνοίας ἐπαναστάντα μολῦναι αὐτῶν τὸν νοῦν καὶ τὴν συνείδησιν· τοὺς δὲ τὰς πρώτας ἀναδόσεις μὴ διὰ πίστεως καὶ ἐλπίδος καταβάλλοντας, ἀλλ' ἐκ τοῦ καταμανθάνειν δῆθεν καὶ δοκιμάζειν πρὸς ἡδυπαθοῦντας ἀφίησιν, ὡς ἀπίστους, καὶ αὐτοβοηθοῦντας περικρουσθῆναι, καὶ ὑπὸ τῶν ἐφεπομένων λογισμῶν· οὓς διὰ τοῦτο οὐκ ἀναιρεῖ, ἐπειδὴ βλέπει τὴν πρὸς αὐτοὺς προσβολὴν ὑφ' ἡμῶν ἀγαπωμένην, καὶ μὴ ἐκ πρώτης ἀφανείας μισουμένην. εἰ δέ τις μετὰ τοσαύτην φανερολογίαν ἀπιστεῖ τοῖς εἰρημένοις, ἔργῳ ἐπιτηδευσάτω μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν. εἰ δὲ οὔτε τῇ γραφῇ πιστεύει, οὔτε ἔργῳ βούλεται ἑαυτὸν πληροφορῆσαι, δῆλός ἐστιν ἀγαπῶν τὴν ἡδονὴν τῆς οἰήσεως. τί γὰρ ταύτης ἡδυπαθέστερον ἀλλοτρίαν τὴν λογικὴν ἁμαρτίαν ὑποτιθεμένης, καὶ γαυριᾷν καὶ ἐπαίρεσθαι, ὡς ἀναιτίους μᾶλλον, ἢ ἐξομολογεῖσθαι καὶ πενθεῖν ἐπὶ τοῖς πονηροῖς βουλεύμασι παρασκευαζούσης;

enim plus quispiam per impugnationem perpessus fuerit, tanto majore afficietur gloria. Ego quidem respondere dumtaxat decreveram opinioni quam imbibisti: tu vero etiam adjecisti blasphemiam. Nam ut adscriberes tibi nomen falsæ patientiæ, constituisti Deum tuo proprio sermone mentientem: pravasque cogitationes, quæ prodeunt ex corde, juxta verbum Domini [a], & coinquinant hominem, non esse jam ex scriptura divina procuratrices nequitiæ, deliciarum, totiusque peccati, sed patientiæ caussas esse. Ego vero numquam reperi, constrictos pravis cogitationibus a scriptura divina laudari, sive in veteri, sive in novo testamento: sed ut reos potius & condemnatos haberi. Deus siquidem ut perversas cogitationes odit, sic & cor unde nascuntur. Quare nos qui ipsas alimus, lugere debemus, velut amantes peccati: & non intumescere, quasi pugnemus adversus externa vitia. Scito igitur, o homo, Dominum intueri corda omnium, eosque qui primam improbarum cogitationum conceptionem oderunt, confestim vindicare, sicuti promisit: neque dimittere legionem multiplicis apprehensionis insurgentem, ut inquinet ipsorum animum & conscientiam: illos autem qui per fidem ac spem primas pullulationes non evertunt, sed quasi discendo & probando deliciis adhærent, velut infideles a se ipsis auxilium petentes, etiam a subsequentibus cogitationibus pulsandos dimittit: quas ideo non perimit, quia videt nos impugnationem nostri diligere ac non odio prosequi, ubi primum obscure cœperit apparere. Si quis vero post tantam tamque claram disputationem, fidem non habeat iis quæ dicta sunt, re ipsa det operam, ut discat veritatem. Si vero non credit scripturæ, neque ipso facto vult se ipsum certiorem facere, is aperte demonstrat se diligere & amplecti suam opinionem. Quid enim delectabilius ea quæ suggerit, peccatum cogitationum extraneum esse, efficitque ut velut innocentes gloriemur & extollamur potius, quam prava commenta confiteamur ac lugeamus?

Ἐρώτησις.

Σὺ προείρηκας, ὅτι τὴν μὲν παράβασιν τοῦ Ἀδὰμ, οὐ διεδεξάμεθα, τὸν δὲ θάνατον αὐτοῦ διεδέχθημεν. οὐκοῦν τοῦ θανάτου κρατοῦντος, κρατοῦσι καὶ οἱ πονηροὶ λογισμοί.

*Interrogatio.*

Dixisti superius, nos non prævaricationem Adæ, sed mortem ejus suscepisse. Cum ergo mors vigeat, vigent etiam cogitationes pravæ.

Ἀπόκρισις.


Ω τῆς ἀπιστίας! τί οὖν ἦλθεν ὁ Κύριος ἐν σαρκὶ, ἢ πάντως, ἵνα εἷς ὑπὲρ πάντων ἀποθάνῃ κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτ' ἔστι τὸν διάβολον; εἰ δὲ ἔτι τὸν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ θάνατον κρατεῖν ἐκτὸς ἡμετέρας κακοπιστίας νομίζεις, δηλονότι καὶ τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ἀθετεῖς, καὶ τὸ βάπτισμα ἀτέλεστον ἔχεις, ἔτι τῶν βεβαπτισμένων χωρὶς αἰτίας ἰδίας ὑπὸ τοῦ πατρικοῦ θανάτου κρατουμένων. διὰ τοῦτο ὦ ἄνθρωπε, πῶς χάριτι Χριστοῦ νέος Ἀδὰμ γέγονας, καὶ οὐδὲν τοῦ παλαιοῦ ἐξ ἀνάγκης ἐπιφέρεις, εἰ μήτι ἂν ἐκ τῆς σῆς κακοπιστίας καὶ παραβάσεως; ἦλθε δι' ἡμᾶς ὁ Κύριος, ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἔλυσεν ἡμᾶς τοῦ πατρικοῦ θανάτου, καθαρίζει ἡμᾶς καὶ ἀνακαινίζει διὰ τοῦ βαπτίσματος, τίθησιν ἡμᾶς ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς ἐκκλησίας, ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ ἐσθίειν ἐπιτρέπει, τοῦτ' ἔστι πάντα βεβαπτισμένον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀγαπᾷν καὶ ὑπομένειν ἐν τοῖς ἡττήμασι, καὶ μὴ ἐν ταῖς τροπαῖς ἕκαστον εὑρίσκειν. καὶ ἐν μὲν τοῖς δοκοῦσι καλοῖς

*Responsio.*

O infidelitatem! Qua igitur de caussa venit Dominus in carne, nisi plane ut unus pro omnibus moreretur, secundum scripturas, & [b] *destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum?* Sin arbitraris adhuc regnare mortem ex Adamo profectam, citra nostram malam fidem, adventum Christi profecto contemnis: & baptismum habes imperfectum, si baptizati paterna morte citra suam culpam adhuc detinentur. Quapropter, o homo, quo pacto per gratiam Christi novus Adam factus es, & veteris nihil circumfers necessario, nisi malæ fidei prævaricationisque tuæ quippiam habuisses? Nostra caussa venit Dominus, mortuus est pro nobis, exsolvit nos morte paterna, purgat nos ac renovat per baptismum, collocat nos in paradiso Ecclesiæ, ex omni ligno quod est in paradiso, permittit edere, hoc est, omnem baptizatum in Ecclesia diligere, & delinquentem tolerare: & ne quis alium in suis mutationibus reperisse gaudeat, qui diligat quidem in his quæ prospera putantur, oderit au-

a Matth. xv. 19. 20. b Heb. II. 14.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



ἀγαπᾷν, ἐν δὲ τοῖς νομιζομένοις κακοῖς μισεῖν, ὅ A ἐστι τὸ ξύλον τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν· οὗ ἀπογευσάμενος ὁ νοῦς, εὐθέως περιπίπτει τοῖς αὐτοῖς ἡττήμασι, καὶ εὑρίσκει τὴν ἑαυτοῦ γύμνωσιν διὰ τῆς πονηρᾶς ἐφευρέσεως, διὰ τοῦ πλησίον, ἣν πρῶτον οὐκ ἐπίστατο, διὰ συμπαθείας ἐπικεκαλυμμένην. διὰ τοῦτο τοῖς ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς ἐκκλησίας τεθεῖσιν ἐντέταλται λέγων· μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε· ἄφετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν. σύντομον ἐπὶ τούτοις φησὶν, ὅσα θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται· ὃν τρόπον ἐποίησας, ἔσται σοι. ποσάκις οὖν τὰς ἐντολὰς ταύτας ἐβεβηλώσαμεν; ποσάκις τὸν πλησίον κατεκρίναμεν ἀσυμπαθῶς; ποσάκις ἐμισήσαμεν· ἢ καὶ μηδὲν ἀδικοῦντας B ἠδικήσαμεν; εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, τί ἔτι τὸν Ἀδὰμ μεμφόμεθα, καὶ ἑτέροις αἰτιώμεθα κακοῖς; εἰ γὰρ δὲ καὶ περιεπέσαμεν τῷ ὁμοίῳ θανάτῳ, ἀλλὰ καὶ ὁμοίως παρέβημεν τὴν ἐντολὴν θελήματι, καθὼς κἀκεῖνος· τρία οὖν συμβέβηκε τῷ Ἀδὰμ πράγματα, καὶ οὐχὶ ὡς σὺ νομίζεις, ἅτινά ἐστι, προσβολὴ κατ' οἰκονομίαν, παράβασις κατὰ ἰδίαν ἀπιστίαν, θάνατος κατὰ δικαίαν κρίσιν τοῦ Θεοῦ ἐπακολουθήσας οὐχ ἧττον τῇ οἰκονομικῇ προσβολῇ, ἀλλὰ τῇ ἐξ ἀπιστίας παραβάσει. ἡμεῖς οὖν μόνον τὸν θάνατον τοῦ Ἀδὰμ διεδεξάμεθα. διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἐκ νεκρῶν ζῶντας γενέσθαι, ἕως οὗ ἦλθεν ὁ Κύριος, καὶ πάντας ἐζωοποίησε· τὴν δὲ πρωτόνοιαν κατ' οἰκονομίαν ἔχομεν ὥσπερ κἀκεῖνος, καὶ τὸ παρακοῦσαι ἢ C μὴ παρακοῦσαι κατὰ θέλημα ἔχομεν, ὥσπερ κἀκεῖνος. καὶ πείθουσιν ἡμᾶς, ὅτι προαιρετικὴν ἔχομεν τὴν διὰ τῶν λογισμῶν παράβασιν, οἱ μὴ ἁμαρτήσαντες ἐν τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, καθὼς εἴπεν ὁ ἀπόστολος. εἰ γὰρ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ὄντες ἐκεῖνοι ἠδυνήθησαν μὴ ἁμαρτῆσαι ἐν τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, δηλονότι καὶ ἡμεῖς δυνάμεθα. τί οὖν προφασιζόμεθα προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, καὶ λαλοῦμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίας, ὡς ἀλλοτρίοις κακοῖς πολεμεῖσθαι ἡμᾶς παραχωρήσαντος ἀδίκως; ὀφείλομεν δὴ οὖν ἀκριβῶς εἰδέναι, ὅτι πάσης τῆς τοῦ Ἀδὰμ αἰτίας ἀναιρεθείσης παρὰ τοῦ Κυρίου, ἕκαστος εἴ τι πάσχοι κακὸν, ἀθετήσας διὰ τῆς ἰδίας ἀπιστίας ἤγουν ἐξ φιληδονίας, ἣν ἔλαβε μυστικῶς D ἐν τῷ βαπτίσματι τελειότητα. εἰ γὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος οὔπω ἔγνω ὃ ἔλαβεν ἀτελὴς ὢν τῇ πίστει, καὶ ἐλλιπὴς ὢν τῇ ἐργασίᾳ, ἀλλ' ὁ Θεὸς τὸ τέλειον ἐδωρήσατο· φησὶ γὰρ, πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. τοῦτο δὲ τέλειον οὐχ ἁπλῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχεν εὑρίσκει τις, κἂν πᾶσαν κοσμικὴν σύνεσιν παρεισενέγκῃ, εἰ μὴ δι' ἐργασίας τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν· καὶ τοῦτο ἀναλόγως. κατὰ γὰρ τὴν διαφορὰν τῆς ἐργασίας, διαφόρως καὶ ἡ δωρεὰ ἡμῖν ἀποκαλύπτεται. μηδεὶς οὖν ἑαυτὸν συστελλέτω λόγοις καὶ σχήμασιν, ἐκείνην μὴ ἔχων τὴν σύνεσιν. φησὶ γὰρ, οὐχ ὁ ἑαυτὸν συνιστάνων, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησι. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ παρὰ Κυρίου τὰς συστάσεις λαμβά- E νων, ὀφείλει ὀρθῷ φρονήματι κεχρῆσθαι, καὶ εἰδέναι ἀκριβῶς, ὅτι ὅσον ἄν τις ἠγωνίσατο κατὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀπιστίας, καὶ προέκοψε τῇ πίστει, καὶ κατέλαβέ τι ἀγαθὸν, οὐ κατὰ γνῶσιν μόνον ψιλὴν, ἀλλὰ κατ' ἐνέργειαν· οὐδὲν πλέον εὗρεν ἢ εὑρεῖν δυνήσεται, εἰ μὴ ὃ προειλήφει μυστικῶς διὰ τοῦ βαπτίσματος, ὅπερ ἐστὶν ὁ Χριστός. ὅσοι γάρ, φησιν, εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Χριστὸς δὲ τέλειος Θεὸς ὢν, τελείαν τοῖς βαπτισθεῖσι τὴν χάριν τοῦ πνεύματος δεδώρηται· προσθήκην δὲ παρ' ἡμῶν οὐ λαμβάνουσαν, ἀποκαλυπτομένην δὲ

A tem in his quæ existimantur adversa: quod est lignum scientiæ boni & mali, de quo cum gustaverit animus, in suam infirmitatem protinus delabitur, & per malignam inventionem in rebus ad proximum pertinentibus, quam antea ignorabat compassione velatam, reperit sui ipsius denudationem. Quare mandata dedit his qui constituti sunt in paradiso Ecclesiæ, dicens: [a] *Nolite judicare, & non judicabimini.* [b] *Dimittite, & dimittetur vobis.* Horum compendium inquit: [c] *Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter: Hæc est enim lex & prophetæ.* Perinde tibi erit, ut alii feceris. Quoties igitur hæc mandata contaminavimus? Quoties proximum absque ulla compassione B condemnavimus? Quoties odio prosecuti sumus: aut etiam nihil nos lædentem affecimus injuria? Quod si hæc ita se habent, quid adhuc de Adamo conquerimur, & accusamus aliena vitia? Nam & in mortem consimilem incidimus: immo, perinde ac ille sponte mandatum transgressi sumus. Tria igitur contigerunt Adamo, non ita ut existimas: quæ quidem sunt dispensatio, impugnatio, transgressio pro modo suæ perfidiæ, & ex justo Dei judicio mors, quæ non minus sequitur ipsam cum dispensatione permissam impugnationem, quam nascentem e perfidia transgressionem. Solam ergo mortem ab Adamo suscepimus, quoniam ex mortuis viventes effici non poteramus, donec venit Dominus, qui cun- C ctos vitæ restituit. Atqui primam conceptionem habemus ex dispensatione, quemadmodum & ille: & perinde ac ille, pro arbitrio possumus obtemperare, vel non obtemperare. Nobis etiam suadent, in libera voluntate situm esse, ut per cogitationes transgrediamur, [d] *ii qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ*, ut ait Apostolus. Si enim qui orti sunt ab Adamo, potuerunt non peccare in similitudinem prævaricationis Adæ; certe nos etiam possumus. Quid igitur præteximus excusationes in peccatis, & perperam de Deo loquimur, quasi nos injuste permittat alienis oppugnari vitiis? Quapropter exacte scire debemus, post universam Adæ culpam a Domino deletam, si quis- D piam aliquid vitii patiatur, quicumque sit ille, hoc ei accidere, quod perfectionem quam mystice adeptus est in baptismo, sua perfidia, aut potius voluptatis amore contemsit. Etsi enim homo, cum imperfectæ sit fidei & operatione destitutus, nondum novit quid accepit, Deus tamen rem perfectam donavit. Inquit enim: [e] *Omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminum.* Hoc autem ipsum perfectum non leviter aut temere quis animo consequitur, etiamsi totius orbis intellectum adhibuerit, præterquam exsequendis mandatis divinis: idque juxta proportionem: quia pro varietate operationis, donum etiam varie nobis revelatur. Nullus ergo verbis aut habitu se comprimat, non E allato hujus generis intellectu. Inquit enim: [f] *Non qui se ipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.* Ille porro qui commendationes accipit a Domino, debet recte & prudenter uti: ac scire diligenter, quod quantum quis contra suam ipsius perfidiam certaverit, & profecerit in fide, & boni quippiam adeptus fuerit, non nuda modo cognitione, sed operando: nihil amplius consequitur aut consequi poterit, quam id quod ante mystice per baptismum acceperat, quod est Christus. [g] *Quicumque enim, ait, in Christo baptizati estis, Christum induistis.* At cum Christus sit perfectus Deus, baptizatis perfectam sancti Spiritus gratiam largitur: quæ nullum a nobis incrementum acci-

[a] Matth. VII. 1. [b] Luc. VI. 37. [c] Matth. VII. 12. Luc. VI. 31. [d] Rom. V. 14. [e] Jac. I. 17. [f] I. Cor. X. 18. [g] Gal. III. 27.

καὶ ἐμφανίζουσαν ἡμῖν· κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐντολῶν ἐργασίας, καὶ προσθήκην ἡμῖν τῆς πίστεως παρέχουσαν, ἕως ἂν καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. εἴτι οὖν προσφέρομεν αὐτῷ ἀναγεννηθέντες, τοῦτο ἤδη παρ' αὐτοῦ ἦν ἐγκεκρυμμένον, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο, ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; ὅτι ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A pit, sed revelatur & se ipsam prodit nobis, pro modo observationis mandatorum: quæ non præstat accessionem fidei, [a] *donec occurramus omnes in unitatem fidei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi*. Si quid igitur regenerati offeramus ei, illud jam erat ab eo in nobis reconditum: quemadmodum scriptum est: [b] *Quis cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

*a* Ephes. IV. 13. *b* Rom. XI. 34-36.

# EJUSDEM

# S. MARCI

## MONACHI ET EREMITÆ

## OPUSCULUM V.

### Πρὸς Νικόλαον νουθεσίαι ψυχωφελεῖς.

ΕΠειδήπερ πρώην πολὺς ἦν φροντίζων ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, καὶ πολλὴν ἔχων μέριμναν περὶ τῆς κατὰ Θεὸν ζωῆς, ἀντέλαβες ἡμῖν τὰ καθ' ἑαυτὸν διηγούμενος, δι' οἵων πόνων καὶ ὁρμῆς ζεούσης ἔμελλες προσκολλᾶσθαι τῷ Κυρίῳ δι' ἀκριβοῦς πολιτείας καὶ ἐγκρατείας, καὶ πάσης ἄλλης κακοπαθείας, ἀγρυπνίας τε πολλῆς, καὶ συντόνου προσευχῆς ἀγωνιζόμενος· οἵτε πόλεμοι καὶ αἰκισμοὶ σαρκικῶν παθῶν ἐν τῇ σωματικῇ φύσει ἀναῤῥιπίζοντες, καὶ κατὰ τῆς ψυχῆς ἐπεγείρονται ἐκ τοῦ ἀντιστρατευομένου νόμου τῆς ἁμαρτίας τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς ἡμῶν, περισσοτέρως παρενοχλεῖσθαι ἀπωδύρου ὑπὸ τοῦ τῆς ὀργῆς καὶ ἐπιθυμίας πάθους· καὶ μέθοδόν τινα, καὶ λόγους παραινέσεως C ἐπεζήτεις, οἵοις τε πόνοις καὶ ἀγῶσι χρησάμενος ἀνώτερος τῶν προειρημένων ὀλεθρίων παθῶν καταστῆναι δυνήσῃ. καὶ ἐν μὲν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὅσον ἦν δυνατὸν κατὰ πρόσωπον τῇ ἀγάπῃ σου παρῃνέσαμεν, τὰ ψυχωφελῆ νοήματα καὶ φρονήματα ὑποτιθέμενοι, καὶ ἀποδεικνύντες οἵοις πόνοις καὶ τόνοις ἀσκητικοῖς μετὰ συνέσεως, καὶ πεφωτισμένης γνώσεως λογικῶς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτευσαμένη ψυχὴ, διὰ πίστεως χάριτι βοηθουμένη δύναται περιγενέσθαι τῶν ἔνδοθεν τῆς καρδίας βρυόντων κακῶν, ἐξαιρέτως δὲ τῶν προειρημένων παθῶν. πρὸς ἃ γὰρ πάθη διὰ πρόσληψιν καὶ συνήθειαν μᾶλλον πεποίηται ἡ ψυχὴ περισσοτέρως ὀχλουμένη, καὶ ὀξυτέρως ὑπ' αὐτῶν ὑποσυρομένη, κατὰ τούτων σπουD δαιότερον καὶ ἀδιάλειπτον ἀγῶνα ἀναλαβεῖν ὀφείλει, ἕως οὗ ὑποτάξῃ τὰ σαρκικὰ καὶ ἄλογα τῆς κακίας ἐνεργήματα, οἷς πρότερον ὑπετάσσετο, καὶ ὑπεσύρετο, καὶ τῇ συνεχεῖ τῶν λογισμῶν ὑποκρίσει καὶ μελέτῃ κακῇ διὰ τῆς ἔνδον τῶν ἐννοιῶν συγκαταθέσεως αἰχμάλωτος ἀπεφέρετο. ἐπεὶ οὖν σωματικῶς διεστημέν σου σώματι, οὐ καρδίᾳ, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐληλυθότες πρὸς τοὺς ἀληθινοὺς ἐργάτας καὶ ἀθλητὰς τοῦ Χριστοῦ, ὅπως καὶ ἡμεῖς κἂν μικρῶς πως ἀγωνισάμενοι καὶ συναθλοῦντες τοῖς ἀδελφοῖς, τοῖς ἀθλοῦσι πρὸς τὰς ἀντικειμένας ἐνεργείας, καὶ τοῖς πάθεσι γενναίως ἀνθισταμένοις, τὸν ὄκνον ἀπωθώμεθα, τὴν ἀμέλειαν ἀφ' ἑαυτῶν ἀποῤῥίψωμεν, καὶ πᾶσαν σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν ἀναλάβωμεν, πρὸς εὐαρέστησιν Θεοῦ ἐπειγόμενοι· διόπερ ὀλίγην παραίνεσιν καὶ νουθεσίαν ψυχωφελῆ προεθυμήθην διὰ γράμματος


### B *Ad Nicolaum præcepta animæ salutaria.*

I. CUM de tua ipsius salute nuper admodum sollicitus essem, multamque curam gererem de vita secundum Deum agenda, occurristi nobis, res tuas commemorans: quibus laboribus, & quam ferventi impetu animi adhæsurus esses Domino, exacta vitæ conversatione, continentia, omnique alia afflictione, crebris vigiliis, & vehementi decertans oratione: quæve bella & carnalium affectionum pulsationes in natura corporea se se vibrarent; & adversus animam excitarentur a lege peccati, repugnante legi mentis nostræ: gravius ab affectu irascendi perturbari te querebare: ac methodum quamC dam hortatoriosque sermones requirebas: quibusve laboribus & certaminibus utens, perniciosis affectionibus ante dictis superior evadere posses. Ac illo quidem tempore, quoad fieri poterat, præsentes dilectionem tuam exhortati sumus, propositis consilii & prudentiæ præceptis animæ salutaribus, ostendentes quibus laboribus & contentionibus exercitatoriis cum prudentia & cognitione illustrata rationabiliter secundum Evangelium versans anima, adjuta gratia per fidem possit interius scaturientia cordis vitia superare: maxime vero supradictas affectiones. Quarum enim affectionum præoccupatione & familiaritate frequentius perturbata, & celerius agitata est anima, vehementius & assiduum adversus eas deD bet inire certamen, donec carnales & irrationales affectus vitiorum subjugaverit, quibus antea subjiciebatur & agitabatur, & continua simulatione cogitationum, pravaque meditatione per internum animi consensum abducebatur captiva. Cum ergo corporeo modo a corpore tuo, non animo, disjuncti simus, qui venimus in desertum ad veros operarios & athletas Christi, ut & nos vel quantulumcumque dimicantes, & una pugnantes cum fratribus certantibus adversus contrarias facultates, & affectionibus viriliter resistentibus, pigritiam omnem exueremus: abjectaque a nobis ipsis omni negligentia, omne studium & diligentiam ad beneplacitum Dei peragendum alacres resumeremus. Quapropter exiguam admonitionem & exhortationem animæ perutilem decrevi mandare litteris ingenuitati tuæ: ut perinde ac si præsentes essemus, per ea quæ pau-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

χαράξαι τῇ γνησιότητί σου, ἵνα περὶ ὧν κατὰ πρόσωπόν σοι ἐλάλουν, ταῦτα δι' ὀλίγων ἐν τῷ μετρίῳ τῆς παραινέσεως ἡμῶν γράμματι ἐντυγχάνων ἐπιμελῶς, ὡς παρόντων ἡμῶν πνευματικὴν ὠφέλειαν καρπώσῃ.

A cis scriptura nostra exhortatoria mediocri complexi sumus, diligentem navans operam, spiritalem fructum percipias eorum de quibus tecum præsens disserebam.



Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τῆς κατὰ Θεόν σου ὠφελείας, ὦ τέκνον, ἐντεῦθεν ποιεῖσθαι ὀφείλεις· ἀνεπιλήστως καὶ ἀειμνημονεύτως ἐν ἀδιαλείπτῳ μελέτῃ ἀναλογίσασθαι χρὴ πάσας τὰς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ εἰς σὲ γεγενημένας οἰκονομίας καὶ εὐεργεσίας εἰς σωτηρίαν τῆς ψυχῆς σου, καὶ μὴ λάθῃ κακίας καλυπτομένας ῥαθυμίας αἰτίᾳ, ἀμνημονίᾳ τῶν πολλῶν καὶ μεγάλων αὐτοῦ εὐεργεσιῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἀνωφελῶς καὶ ἀχαρίστως παρέρχεσθαι τὸν ὑπόλοιπον χρόνον· αἱ γὰρ τοιαῦται ἀδιάλειπτοι μνῆμαι ὥσπέρ τι κέντρον νύττουσαι τὴν καρδίαν, κινοῦσιν αὐτὴν πάντοτε εἰς ἐξομολόγησιν, εἰς ταπείνωσιν, εἰς εὐχαριστίαν μετὰ συντετριμμένης ψυχῆς εἰς πᾶσαν σπουδὴν ἀγαθὴν, καὶ ἀνταπόδοσιν τρόπων καὶ ἠθῶν χρηστῶν, καὶ πάσης τῆς κατὰ Θεὸν ἀρετῆς, ἀεὶ μελετῶσαι εὐσυνειδήτῳ γνώμῃ τὸ προφητικὸν λόγιον, τὸ, τί ἀνταποδώσομεν τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν; ὅταν γὰρ ἀναλογίσηται ψυχὴ τὰς ὑπὸ γεννήσεως εὐεργεσίας τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, ἢ ἐκ πόσων κινδύνων πολλάκις ἐρύσθη, ἢ πόσοις κακοῖς περιπεσοῦσα, καὶ ἐν πλημμελείαις πολλάκις ὑποπεσοῦσα, ὀλισθήσασα οὐ παρεδόθη κατὰ τὸ δίκαιον κρίμα τοῖς ἀπατήσασι πνεύμασιν εἰς ἀπώλειαν καὶ εἰς θάνατον· ἀλλὰ μακροθύμως ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης παρορῶν τὰ πλημμελήματα διεφύλαξεν, ἐκδεχόμενος τὴν ἐπιστροφὴν αὐτῆς· καὶ τοῖς ἐχθροῖς καὶ πονηροῖς πνεύμασιν ἑκουσίως διὰ τῶν παθῶν δουλεύσασαν, αὐτὸς διέτρεφε, σκέπων καὶ παντοίως προνοῶν, καὶ τέλος ἀγαθῷ πνεύματι εἰς σωτηρίαν ὡδήγησε, καὶ φίλτρον ἀσκητικοῦ βίου τῇ καρδίᾳ ἐνέθηκε, καὶ μετὰ χαρᾶς τὸν κόσμον καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἀπάτην τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν καταλιπεῖν ἐνεδυνάμωσε, καὶ ἀγγελικῷ σχήματι τῆς ἀγγελικῆς τάξεως κατεκόσμησε, καὶ εὐχερῶς προσληφθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἐν συστήματι ἀδελφότητος παρεσκεύασε. τίς δὲ εὐσυνείδητον ἔχων γνώμην, καὶ ταῦτα ἀναλογιζόμενος, οὐχὶ πάντοτε ἐν συντετριμμένῃ καρδίᾳ διατελέσει ἔχων τοσαῦτα ἐνέχυρα προλαβουσῶν εὐεργεσιῶν, μηδὲν ἀγαθὸν πρότερον αὐτὸς ποιήσας; οὐχὶ πάντοτε βεβαίαν ἐλπίδα ἀναλάβῃ, τοῦτο λογιζόμενος, ὅτι εἰ μηδὲν ἀγαθόν μου ποιήσαντος, ἀλλὰ πολλὰ ἐνώπιον αὐτοῦ ἁμαρτήσαντος, ἐν ἀκαθαρσίᾳ σαρκὸς καὶ ἄλλαις πολλαῖς κακίαις συλληφθέντος, οὐ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἐποίησεν, οὐδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας ἀνταπέδωκεν, ἀλλὰ τοσαύτας δωρεὰς καὶ χάριτας εἰς σωτηρίαν ᾠκονόμησεν; ἐὰν οὖν ὁλοτελῶς δῶμεν αὐτῷ τοῦ λοιποῦ δουλεύειν αὐτῷ ἐν πάσῃ ἁγνῇ ἀναστροφῇ, καὶ ἀρετῶν κατορθώσει πασῶν, ἀγαθῶν καὶ πνευματικῶν χαρισμάτων καταξιώσει, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν κατευοδῶν καὶ δυναμῶν. διόπερ ὁ πάντοτε τὸν τοιοῦτον λογισμὸν διασώζων, καὶ μὴ ἐπιλανθανόμενος τῶν τοιούτων εὐεργεσιῶν, δυσωπεῖ αὐτὸν, καὶ εὐθύνει, καὶ ἐπείγει πρὸς πᾶσαν ἄσκησιν ἀρετῆς ἀγαθὴν, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐργασίαν δικαιοσύνης πάντοτε προθύμως, καὶ πάντοτε ἑτοίμως εἰς τὸ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ.


II. Initium igitur, o fili, præmonendi secundum Deum tuum hinc facere debes. Perpetua & nulla oblivione delenda memoria, cum assidua meditatione perpendi debent universæ Dei humanissimi administrationes, in te collata beneficia, salutis animæ tuæ gratia: & ne per socordiam & oblivionem multorum & ingentium beneficiorum ejus excidat e memoria tua tegi vitia, ideoque reliquum tempus inutiliter & ingrate transigas. Nam continua hujus-B modi memoria cor pungens, instar aculei, perpetuo excitat illud ad confessionem, abjectionem, & gratiarum actionem cum anima contrita, ad omne bonum studium: & ut mansueta vitæ ratio benignique mores rependantur Deo cum omni eo digna virtute: semper animo bene conscio meditando illud propheticum elogium, [a] Quid retribuemus Domino, pro omnibus quæ retribuit nobis? Cum enim secum anima beneficia reputaverit ab humanissimo Deo collata, a tempore nativitatis: aut e quantis periculis sæpius erepta sit: aut in quanta mala ruens & crebro delictis succumbens delapsa, spiritibus qui seduxerant eam, tradita non fuerit in interitum & mortem, ut justo judicio poterat: sed humanissimus C Dominus longanimiter dissimulans delicta, conservaverit eam, illius conversione suscepta: & eam quæ hostibus & spiritibus malignis ultro per affectiones inservierat, ipse fovens & per omnia providens alebat: quam spiritu bono tandem duxerit in salutem: & amatorio poculo exercitatoriæ vitæ cordi indito, ei, ut mundum & universam carnalium affectionum ejus seductionem læta desereret, vires addidit: exornavit etiam angelico habitu ordinis angelici; effecitque ut a sanctis patribus in cœtum fraternitatis facile assumeretur. Quis porro bene conscio præditus animo his consideratis, habens tanta pignora, nullumque bonum pluris faciens quam percepta beneficia, non semper contrito cor-D de permaneat? Nonne firmam fiduciam perpetuo resumet, hoc perpendens, nempe, Si cum nihil egissem boni, sed coram eo multum peccassem, deprehensus in carnis impuritate, aliisque permultis vitiis, [b] non secundum peccata fecit, neque secundum iniquitates retribuit: sed tanta munera gratiasque ad salutem suppeditavit. Quamobrem si nos in posterum devoverimus integre servitio illius, in omni pura conversatione & consummatione virtutum, bonis omnibus ac spiritalibus charismatibus nos dignabitur, deducens ad omne bonum opus, & corroborans. Idcirco qui perennem hujusmodi cogitationem conservat, non oblitus talium beneficio-rum, se placat & dirigit, impellitque ad omne bo-E num exercitium virtutis, & omnem operationem justitiæ, prompto & parato semper animo ad peragendam Dei voluntatem.

Τοιγαροῦν, ὦ τέκνον ἀγαπητὸν, ἔχων χάριτι Θεοῦ φυσικὴν σύνεσιν, ταύτην τὴν ἀδολεσχίαν καὶ μελέτην ἀγαθὴν πάντοτε ἐν σαυτῷ φύλασσε, μὴ ὑπὸ λήθης τῆς ὀλεθρίου καλυπτόμενος, μηδὲ ὑπὸ ῥαθυμίας τῆς ματαιούσης καὶ ἐκκλινούσης ἀπὸ ζωῆς τὸν νοῦν ἐμποδιζόμενος, μὴ ὑπὸ ἀγνοίας τῆς πάντων τῶν κακῶν αἰτίας τὸν λογισμὸν σκοτιζόμενος, μὴ ἀμελείας τῆς παγκάκου δελεαζόμενος, μὴ ὑπὸ ἡδονῆς τῆς σαρ-

III. Quare, dilecte fili, qui per Dei gratiam habes naturalem intellectum, hanc assiduam meditationem & exercitationem bonam jugiter apud te ipsum conserva, non obrutus oblivione perniciosa, non impeditus ignavia quæ desipientem reddit animum & a vita seducit, non habens cogitationem obscuratam ignoratione, malorum omnium caussa; non illectus mala prorsus negligentia, non concus-

a Psalm. cxv. 12. b Psalm. cii. 10.

Sæcul. IV. circa Ann. Chri. 390.



κὸς ὑποσυρόμενος, μὴ ὑπὸ ἐπιθυμίας τὸν νοῦν αἰχμαλωτιζόμενος, καὶ συγκαταθέσει πορνικῶν λογισμῶν μιασμὸν ἐν αὐτῷ ἐργαζόμενος, μὴ ὑπὸ ὀργῆς μισαδελφίαν γεννώσης νικώμενος, καὶ οἰκτρᾶς ἕνεκεν καὶ ταλαιπώρου προφάσεως λυπῶν καὶ λυπούμενος, καὶ συνάγων μνήμας τῷ πλησίον λογισμῶν πονηρῶν τῆς πρὸς Θεὸν καθαρᾶς προσευχῆς ἐκκλειόμενος, καὶ τὸν νοῦν ἐξανδραποδιζόμενος, καὶ θηριώδει λογισμῷ τὸν ὁμόψυχον ἀδελφὸν ὑποβλεπόμενος, καὶ τῷ ἀλόγῳ τοῦ σαρκικοῦ φρονήματος τρόπῳ τῇ συνειδήσει δεσμούμενος, καὶ τοῖς πονηροῖς πνεύμασιν οἷς ὑπῆρξας εἰς παιδείαν παραδιδόμενος ἄχρι καιροῦ, ἕως οὗ πάντοθεν ἐξαπορηθεὶς ὁ νοῦς, καὶ ὑπὸ λύπης καὶ ῥαθυμίας καταποθεὶς, καὶ τὴν κατὰ Θεὸν προκοπὴν διὰ τὰς προσλαβούσας αἰτίας ἀπολέσας, πάλιν ἄρχεται ἐπιλαμβάνεσθαι διὰ πολλῆς ταπεινώσεως, ἀρχὴν ὁδοῦ σωτηρίας· καὶ πολλὰ καμὼν ἐν εὐχαῖς καὶ ὁλονυκτίαις ἀγρυπνίαις, λύσας τὰ αἴτια διὰ τῆς ταπεινώσεως καὶ ἐξομολογήσεως τῆς πρὸς Θεὸν, οὕτως ἄρχεται πάλιν ἀνανήφειν, καὶ διὰ φωτισμοῦ γνώσεως εὐαγγελικῆς θείᾳ χάριτι ἐλλαμπόμενος γινώσκει, ὅτι ὁ μὴ ἑαυτὸν τελείως τῷ σταυρῷ ἐπιδιδοὺς ἐν φρονήματι ταπεινώσεως, καὶ ῥίψας ἑαυτὸν ὑπὸ πάντων καταπατεῖσθαι καὶ καταφρονεῖσθαι, ἀδικεῖσθαί τε καὶ καταγελᾶσθαι, καὶ χλευάζεσθαι, καὶ ταῦτα πάντα μετὰ χαρᾶς διὰ τὸν Κύριον ὑπομένων, καὶ μὴ ἐκδικῶν ὅλως τὰ ἀνθρώπινα, δόξαν, ἢ τιμὴν, ἢ ἔπαινον, ἢ ἡδονὴν βρώσεως, ἢ πόσεως, ἢ ἐνδύματος, Χριστιανὸς ἀληθινὸς οὐ δύναται γενέσθαι.

A sus voluptate carnis, non habens a cupiditate captum animum, non exercens in te ipso per consensum lubricarum cogitationum pollutionem; non victus ira, quæ fraternum parit odium; ut qui miseranda & infelici quadam occasione proximum angas, & angare, eique memoriam colligas pravarum cogitationum, destitutus munda erga Deum precatione, & emancipato animo, ferinoque conceptu fratrem unanimem subintuens, & irrationalibus affectus carnalis motibus devinctam habens conscientiam, malignisque spiritibus quibus traditus eras erudiendus ad tempus, donec ex omni parte spoliatus animus, & tristitia atque ignavia absorptus, perdita propter scelera præcedentia promotione di-
B vina, denuo per multam humilitatem repetere incipiat initium viæ salutaris; cumque precibus & integris vigiliis nocturnis multum insudaverit, dissolutis culpis per dejectionem & confessionem Deo factam, hac ratione sobrietatem incipiat resumere: ac per gratiam divinam illustratione cognitionis Evangelicæ splendens cognoscat, eum videlicet, qui per humilitatem animi se ipsum cruci plane non dedicaverit, abjeceritque conculcandum ab omnibus, contemnendum, afficiendum injuria, illudendum & subsannandum, eaque omnia læto animo perferat propter Dominum, nullo prorsus modo sibi vendicans humana; verbi gratia, gloriam, honorem, laudem, voluptatem cibi potionisque vel in-
C dumenti, verum Christianum evadere non posse.

Τοιγάρτοι οὐ τοιούτων ἡμῖν προκειμένων ἀγώνων καὶ ἄθλων καὶ στεφάνων, μέχρι τότε ἡμεῖς ὑπὸ τῆς ἐσχηματισμένης εὐσεβοῦς μορφώσεως τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες, ἄλλο τοῖς ἀνθρώποις νομιζόμενοι, καὶ ἄλλο τῷ κρυπτῷ γινωσκόμενοι καὶ καταφαινόμενοι. ἅγιοι γὰρ παρὰ πολλῶν νομιζόμενοι, ἄγριοι ἀκμὴν τὸ ἦθος τυγχάνομεν ἀληθῶς, μόρφωσιν εὐσεβείας ἔχοντες, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἐνώπιον Θεοῦ μὴ κεκτημένοι· παρθένοι καὶ ἁγνοὶ παρὰ πολλῶν νομιζόμενοι, καὶ παρὰ τῷ τὰ κρυπτὰ κατανοοῦντι, ἐν ἀκαθαρσίαις συγκαταθέσεως πορνικῶν ἔνδοθεν μολυνόμενοι, καὶ ταῖς ἐνεργείαις τῶν παθῶν βορβορούμενοι, καὶ διὰ τὴν ἐσχηματισμένην ἡμῶν ἄσκησιν, ἔτι καὶ τοῖς ἐπαίνοις τῶν ἀνθρώπων ὑπτιούμενοι, καὶ τὸν νοῦν ἐκτυφλούμενοι. ἕως πότε οὖν ἐν τῇ ματαιότητι τοῦ νοὸς πορευόμεθα, τοῦ εὐαγγελικοῦ φρονήματος μὴ ἐπιλαβόμενοι, καὶ τὴν κατὰ συνείδησιν πολιτείαν οὐκ ἐπιγινώσκομεν, ἵνα ταύτην σπουδαίως μεταδιώξωμεν, ὅπως καὶ τὴν κατὰ συνείδησιν παῤῥησίαν εὑρήσωμεν; ἀλλ' ἔτι ἐν τῇ νομιζομένῃ τοῦ ἔξωθεν ἀνθρώπου δικαιοσύνῃ στηριζόμεθα, καὶ δι' ὑστέρησιν ἀληθοῦς γνώσεως, διὰ τῶν ἔξωθεν μόνον ἐπιτηδευμάτων ἑαυτοὺς πλανῶμεν, τοῖς ἀνθρώποις ἀρέσκειν βουλόμενοι, καὶ τὰς παρ' αὐτῶν δόξας καὶ τιμὰς καὶ ἐπαίνους θηρώμενοι; ἥξει πάντως ὁ τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους ἀποκαλύπτων, καὶ φανερῶν τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν, ὁ ἀπαραλόγιστος δικαστὴς, ὁ μήτε πλούσιον ἐντρεπόμενος, μήτε πτωχὸν ἐλεῶν, ὁ τὸ σχῆμα τὸ ἔξωθεν περιαιρῶν, καὶ τὴν ἀλήθειαν τὴν ἔνδοθεν κεκρυμμένην φανερῶν· ὁ τοὺς κατὰ συνείδησιν πολιτευσαμένους ἀληθινοὺς ἀγωνιστὰς καὶ ἀθλητὰς, ἐν παρουσίᾳ ἀγγέλων ἐπὶ τοῦ ἰδίου πατρὸς στεφανῶν, καὶ τοὺς ἐσχηματισμένους καὶ μόρφωσιν εὐσεβείας περιβεβλημένους, καὶ φαινομένην μόνην πολιτείαν τοῖς ἀνθρώποις ἐπιδεικνυμένους, καὶ ἐπὶ ταύτῃ ματαίως στηριζομένους, καὶ ἑαυτοὺς φρεναπατοῦντας ἐπὶ τῆς ἄνω κλήσεως τῶν ἁγίων, καὶ πάσης τῆς ἐπουρανίου στρατιᾶς θριαμβεύων δεινῶς αἰσχυνομένους, καὶ εἰς τὸ ἐξώτερον κατακρινομένους κατὰ τὰς μωρὰς

IV. Itaque nos, qui hactenus hujusmodi certamina, conflictus & coronas nobis non proposuimus, sub specie simulatæ pietatis Domino servimus: dum aliud esse existimamur a multis, aliud in abdito esse cognoscimur & revelamur. Nam sancti credimur ab hominibus, re vera tamen moribus admodum agrestes sumus: [a] *formam quidem habentes pietatis, virtutem autem ejus coram Deo non possidentes*: qui virgines & puri putamur a plerisque; at apud eum qui novit abscondita, quia lubricis cogitationibus assentimur, spurcitiis interius inquinati sumus, & passionum affectibus sordescimus: ac per
D exercitium nostrum simulatum humanis laudibus ducti laboramus ignavia, animoque excæcato sumus. Huc usque ergo in vanitate mentis ambulamus, & evangelicæ sapientiæ non incumbimus, & conversationem in conscientia sitam non agnoscimus, ut hanc diligenter persequamur, quo conscientiæ libertatem consequamur: sed adhuc in putativa externi hominis justitia persistimus: & penuria cognitionis veræ, externis dumtaxat officiis ipsi nos seducimus, volentes hominibus placere, gloriam & honorem cum laudibus ab ipsis venantes. Veniet procul dubio is, [b] *qui revelat abscondita tenebrarum, & manifestat consilia cordium*, judex qui falli non potest: nec divitem reveretur, nec miseretur pau-
E peris: qui exteriorem formam amputat, & veritatem interius latentem emittit in lucem: qui veros certatores & athletas secundum conscientiam versantes, coram angelis sub nutu patris sui coronat: ac de simulatis, speciemque pietatis indutis, qui apparentem dumtaxat conversationem ostentant hominibus, & in ea manent incassum fixi, suum ipsorum animum alioqui fallentibus, in superna vocatione sanctorum & universo cœtu cælesti triumphum agit, illis graviter erubescentibus, qui ab exteriori specie judicantur, more fatuarum virginum: quæ externis quidem partibus corporis vir-

a II. Tim. III. 5. b 1. Cor. IV. 5.

SÆCUL.IV. CIRCA ANN.CHR. 390.



παρθένοι, αἵτινες, τοῖς μὲν ἔξωθεν τοῦ σώματος A παρθενίαν ἐφύλαξαν· οὐδὲν γὰρ περὶ τούτου ἐνεκλείσθησαν· ἀλλὰ καὶ ἔλαιον μερικῶς ἐν τοῖς ἀγγείοις εἶχον, τοῦτ' ἔστιν ἀρετῶν τινων καὶ κατορθωμάτων μέτοχοι ἐτύγχανον· διὸ καὶ αἱ λαμπάδες αὐτῶν μέχρι τινὸς ἥπτοντο· διὰ δὲ ἀμέλειαν καὶ ἄγνοιαν καὶ ῥᾳθυμίαν, τῆς ἔνδοθεν καθαρότητος πρόνοιαν οὐκ ἐποιήσαντο· καὶ τὸν κρυπτόμενον ἔσωθεν τῶν παθῶν ἑσμὸν, τὸν ὑπὸ τῶν πονηρῶν λογισμῶν καὶ πνευμάτων ἐνεργούμενον, ἀκριβῶς οὐκ ἐπέγνωσαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων ἐνεργειῶν τὰ νοήματα αὐτῶν ἐφθείροντο ἐν τῇ τῶν λογισμῶν συγκαταθέσει κινοῦσαι ἑαυτὰς, δελεαζόμεναι κρυπτῶς καὶ ἡττώμεναι φθόνῳ τῷ κακίστῳ, ζήλῳ τῷ μισοκάλῳ, ἔριδι, μίσει, φιλονεικίᾳ, ὀργῇ, πικρίᾳ, ὑποκρίσει, θυμῷ, ὑπερη- B φανίᾳ, κενοδοξίᾳ, ἀνθρωπαρεσκείᾳ, φιλαργυρίᾳ, ἐπιθυμίᾳ σαρκικῇ, ἐν λογισμοῖς τὴν ἡδυπάθειαν ἐργαζομένοις, ἀπιστίᾳ, ἀφοβίᾳ, δειλίᾳ, ἀκηδίᾳ, λύπῃ, ἀντιλογίᾳ, χαυνώσει, ὕπνῳ, οἰήσει, δικαιοσύνῃ, ἐπάρσει, ἀλαζονείᾳ, ἀπληστίᾳ, ἀσωτίᾳ, πλεονεξίᾳ, ἀνελπιστίᾳ τῇ πάντων χαλεπωτέρᾳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τῆς κακίας λεπτοτάτοις ἐνεργήμασιν· αἵτινες καὶ τῶν καλῶν τὴν ἐργασίαν, ἢ πολιτείαν σεμνὴν, καὶ αὐταὶ ἐδόκουν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ποιεῖσθαι, τοὺς παρ' αὐτῶν ἐπαίνους καρποῦσαι, εἰ καί τινων χαρισμάτων μετέχουσαι, τῆς κενοδοξίας καὶ ἀνθρωπαρεσκείας πνεύμασιν ἀπεμπόλων τὰ θεῖα χαρίσματα, τοῖς δὲ λοιποῖς πάθεσι κοινωνοῦσαι ἐμίγνυον τὰ καλὰ ἐπιτηδεύματα τοῖς πονηροῖς καὶ σαρ- C κικοῖς φρονήμασι· διὸ ἀπρόσδεκτα καὶ ἀκάθαρτα ἀπηργάζοντο κατὰ τὴν τοῦ Κάϊν θυσίαν· διόπερ καὶ τοιούτου τέλους ἔτυχον· νυμφίου χαρᾶς στερηθεῖσαι, καὶ νυμφῶνος ἐπουρανίου ἀποκλεισθεῖσαι.

A ginitatem servaverunt; (de eo siquidem non sunt accusatæ) sed & oleum particulatim habebant in vasis, hoc est, quarumdam virtutum ac rerum bene gestarum participes erant, ideoque lampades earum aliquatenus ardebant: sed præ negligentia, ignoratione, & ignavia puritatem internam sibi non comparaverunt: & latentem intus affectionum turbam a malignis cogitationibus & spiritibus agitatam, exacte non agnoverunt: sed ab adversariis affectibus intellectum suum corrumpi passæ sunt, dum se ipsas moverunt ad præstandum consensum cogitationibus, illectæ clam & victæ pessima invidia, zelo odio habente quod bonum est, lite, odio, contentione, ira, acerbitate, simulatione, indignatione, B superbia, vana gloria, hominibus placendi studio, amore pecuniæ, cupiditate carnis, in cogitationibus quæ delectationem pariunt: perfidia, securitate, timiditate, incuria, tristitia, contradicendi studio, mollitie, somno, opinione sui, justitia, elatione, arrogantia, aviditate inexplebili, luxu, avaritia, omnibus graviore desperatione, & reliquis vitiorum minutissimis effectibus. Quæ quidem virgines sibi videbantur hominibus bonas operationes & præclaram conversationem agere, laudes ab illis pro fructu ferentes, & si charismatum quorumdam participes erant, spiritibus vanæ gloriæ studiique hominibus placendi charismata divina permutabant: habentes autem communionem cum reliquis affectio- C nibus, permiscebant honesta studia pravis & carnalibus cogitationibus: ideoque instar oblationis Cain, impura & susceptu indigna perpetrabant: quamobrem adeptæ sunt consimilem finem, sponsi gaudio privatæ & thalamo cælesti exclusæ.

Ταῦτα οὖν λογιζόμενοι καὶ διακρίνοντες, γνῶμεν καὶ συνιῶμεν τίνες ἐσμὲν, ἵνα ὡς ἔτι καιρὸν μετανοίας καὶ ἐπιστροφῆς ἔχομεν, ἑαυτοὺς διορθωσώμεθα, ὅπως τὰ καλὰ ἡμῶν ἔργα καθαρῶς ἐπιτελούμενα, ἀληθινὰ καὶ καλὰ ᾖ, σαρκικῷ φρονήματι μὴ μιγνύμενα, ἵνα μὴ ἀπόβλητα γένηται, ὡς θυσία ἐπίμωμος, δι' ἀφοβίαν καὶ ἀμέλειαν, καὶ ἀληθινῆς γνώσεως ἔλλειψιν, μή πως καὶ τὸν κόπον τῆς παρθενίας καὶ ἐγκρατείας, νηστείας καὶ D ἀγρυπνίας, καὶ κακοπαθείας ὑπομένωμεν, καὶ τὰς ἡμέρας ἀναλώσωμεν, καὶ τὰς προειρημένας τῶν παθῶν αἰτίας, τὰ δοκοῦντα ἡμῖν δικαιώματα ὡς θυσία ἐπίμωμος εὑρεθέντα ἀπρόσδεκτα τῷ ἐπουρανίῳ ἀρχιερεῖ Χριστῷ γένηται. γνώσεως οὖν τέκνον καὶ συνέσεως προηγουμένης, ἐπιμελητέον τῷ βουλομένῳ τὸν σταυρὸν ἆραι, καὶ τῷ Χριστῷ ἐπακολουθεῖν διὰ τῆς ἀδιαλείπτου ἐν ἑαυτῷ τῷ λογισμῷ ἐρεύνης, καὶ πολλῆς μερίμνης περὶ σωτηρίας, καὶ πολλῆς τῆς πρὸς Θεὸν ἐφίξεως, καὶ συνέσεως, καὶ ἐρωτήσεως τῶν ὁμοφρόνων, καὶ συμψύχων δούλων τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἀγωνιζομένων, ἵνα μὴ ἀγνοῶν περιπατῇ ἐν σκότει, καὶ ἄνευ φωτὸς καὶ λύχνου ὁδεύῃ. ὁ γὰρ ἰδιόρυθμος ἄνευ εὐ- E αγγελικῆς γνώσεως καὶ ὁδηγίας ὁδεύων, πολλὰ προσκόπτει, καὶ εἰς πολλοὺς βόθρους καὶ παγίδας τοῦ διαβόλου ἐμπίπτει, πολλὰ πίπτει, καὶ πολλὰ πλανᾶται, καὶ πολλοῖς περιπίπτει κινδύνοις· καὶ οὐκ οἶδε ποίου τέλους τυγχάνει· πολλοὶ γὰρ διὰ πολλῶν κόπων καὶ ἀσκήσεως διῆλθον, καὶ κακοπαθείας καὶ πολλοὺς μόχθους, ὡς διὰ Θεὸν, ὑπέμειναν· καὶ ἡ ἰδιορυθμία, καὶ ἡ ἀδιακρισία, καὶ τὸ ἀνεπιτηδὲς τῆς παρὰ τὸν πλησίον ὠφελείας, ἀκαρίους αὐτῶν τοὺς τοσούτους κόπους καὶ πόνους καὶ καμάτους εἰργάσαντο.

V. Hæc igitur cum reputatione & discretione tractantes, noscamus & intelligamus quinam sumus: ut dum pœnitentiæ conversionisque tempus adhuc habemus, ipsi nos corrigamus: ut opera nostra bona pure facta, genuina sint & honesta, & voluntati carnis non permixta: ne, velut reprehensibile sacrificium, ob securitatem, negligentiam & cognitionis veræ defectum, rejectitia fiant: ne quo etiam D pacto, exhaustis virginitatis, continentiæ, jejunii, vigiliarum & afflictionis laboribus, diebusque consumtis, & affectionum caussis supra dictis, hæ quas arbitramur justificationes, velut culpandum sacrificium, non inveniantur dignæ quæ suscipiantur a cælesti Pontifice Christo. In primis ergo fili, cognitionis & intelligentiæ cura est habenda ei qui crucem tollere & sequi Christum desiderat: per assiduam apud se ipsum cogitationum scrutationem, immodicam de salute solicitudinem, ingens ad Deum perveniendi desiderium, multam prudentiam & interrogationem eorum qui concordi & unanimi sententia Deo serviunt, idemque certant certamen: ne ignarus ambulet in tenebris, & sine lumine & lu- E cerna incedat. Qui enim privatum sequitur genium, & absque cognitione & directione evangelica graditur, impingit in multa, & in foveas & laqueos multos diaboli cadit, in multis labitur & errat, in multa pericula dilabitur, nec novit qualem consequatur exitum. Plerique siquidem non modicos labores & exercitationes decurrerunt, afflictiones & ærumnas multas, tamquam Dei nomine, pertulerunt: privataque dispositio & indiscretio; item arbitrari se non egere auxilio proximi, ipsorum tam graves labores, fatigationes & vexationes infructuosas effecerunt.

Σὺ οὖν τέκνον ἀγαπητὸν, κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς τοῦ λόγου παραινέσεως, τὰς εἰς σὲ γεγενημένας τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ μὴ ἐπιλανθάνου εὐεργεσίας, κλο-

VI. Tu ergo, dilecte fili, quemadmodum initio exhortationis nostræ diximus, ne furto & pigritia seductus, obliviscare beneficiorum in te collatorum

τῆς καὶ ῥαθυμίας ὑποσυρόμενος· ἀλλὰ τὰς ἐξ ἀρχῆς γεννήσεώς σου μέχρι τοῦ νῦν, ἐάν τε σωματικὰς, ἐάν τε πνευματικὰς εὐεργεσίας πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος, μελέτα ἐν αὐταῖς καὶ ἀδολέσχει κατὰ τὸ εἰρημένον· καὶ μὴ ἐπιλανθάνου πάσας τὰς ἀνταποδόσεις αὐτοῦ· ἵνα ῥᾳδίως καὶ εὐκόλως προσάξωσιν εἰς ἀγάπην Θεοῦ. ἡ καρδία κινεῖται ἀνταποδοῦναι κατὰ δύναμιν, βίον ἀκραβῆ, πολιτείαν ἐνάρετον, συνείδησιν εὐλαβῆ, λόγον εὐάρμοστον, καὶ ὅλον ἑαυτὸν τῷ Θεῷ ἀναθεῖναι δυσωπούμενον ὑπὸ τῆς μνήμης τῶν τοσούτων καλῶν, ὧν πέπονθας ὑπὸ ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου δεσπότου, ὅπως αὐτομάτῳ τινὶ τρόπῳ διὰ τῆς τοιαύτης τῶν εὐεργεσιῶν μνήμης, μᾶλλον δὲ συνεργούσης σοι καὶ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, εἰς ἀγάπην καὶ πόθον τιτρώσκεται ἡ καρδία σου, ὅτι ἅπερ ἄλλοις οὐκ ἐποίησε, πολλῇ κρίσει θαυμάσια, τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ ἀῤῥήτῳ φιλανθρωπίᾳ, σοὶ ἐποίησε. πάντων μὲν οὖν τῶν εἰς σὲ καλῶν παρὰ Θεοῦ γεγενημένων ἐν μνήμῃ ἀδιαλείπτῳ εἶναι σπούδαζε. ἐξαιρέτως δὲ ἐκείνης τῆς θαυμαστῆς χάριτος καὶ εὐεργεσίας ἀδιαλείπτως μέμνησο, ἧς ἐκπλέοντί σοι ἅμα τῇ μητρί σου ἐκ τῶν ἁγίων τόπων ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν παράσχῃ σοι καθὼς ἡμῖν διηγήσω, ὅτε ἡ φοβερὰ ἐκείνη καὶ ἀκατάσχετος ζάλη, καὶ κλύδων μέγας τῇ νυκτὶ ἐκινήθη· καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ πλοίῳ ἅμα τοῖς ναύταις καὶ αὐτῇ τῇ μητρί σου ἀπώλοντο ἐν τῷ βυθῷ· καὶ ἐκ παραδόξου καὶ θείας δυνάμεως μόνος σὺ μετὰ δύο ἄλλων ἀποῤῥιφθέντες διεσώθητε. καὶ πῶς ᾠκονομήθη ἐλθεῖν σε ἐν [1] Ἀγκύρᾳ, καὶ πατρικοῖς σπλάγχνοις παρά τινος ἐλευθέρου προσληφθέντα, καὶ διαθέσει ζευχθέντα τῷ εὐλαβεστάτῳ τέκνῳ Ἐπιφανίῳ· ἵνα ἀμφότεροι ὁδηγηθῆτε δι' ὁσίου ἀνδρὸς ἐλθεῖν εἰς σωτηρίας ὁδόν· καὶ παρὰ ἁγίων δούλων Θεοῦ, ὡς γνήσια τέκνα, προσληφθῆναι.

a Deo hominum amantissimo: sed iis quæ donata sunt ab initio nativitatis tuæ usque ad præsens tempus, tam corporeis quam spiritualibus beneficiis ante oculos positis, hæc meditare, & in his continenter exercere, juxta id quod dictum est: [a] *Et noli oblivisci omnes retributiones ejus*: ut promte & facile te inducant ad diligendum Deum. Movetur enim animus ad reddendum pro viribus vitam sinceram, conversationem virtutibus deditam, conscientiam religiosam, sermonem bene convenientem; & ut flexus memoria tantorum bonorum quibus affectus es a bono & humano Domino, te ipsum illi totum dedices: quo per hanc beneficiorum memoriam spontaneo quodam modo, immo potius auxilio superno tecum operante, vulneretur cor tuum in amorem & desiderium: quia quæ admiranda summo judicio non contulit aliis, sua ipsius indicibili humanitate tibi præstitit. Da igitur operam ut perpetuo memoria teneas cuncta bona quæ tibi obvenerunt a Deo: potissimumque illius admirandæ gratiæ beneficiique ne sis umquam immemor, quod præbuit tibi una cum matre tua, e sanctis locis Constantinopolim naviganti, quemadmodum ipse retulisti nobis: quando horrenda illa & intolerabili procella ingentique tempestate noctu excitata, omnes qui erant in navi una cum nautis & ipsa matre tua perierunt in profundo: & ex insperata & divina potentia tu solus cum duobus aliis projecti servati estis: & qua ratione, Deo ita dispensante, factum est, ut Ancyram venisses, & a libero quodam homine paternis visceribus exceptus, copulatus esses affectu cum Epiphanio religiosissimo filio: ut ambo deducti opera sancti viri veniretis in viam salutis, ac velut germani filii a sanctis Dei servis susciperemini.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.


Ὑπὲρ τούτων οὖν ἁπάντων τῶν παρὰ Θεοῦ σοὶ γεγενημένων καλῶν, τί ἄξιον ἔχεις ἀνταποδοῦναι τῷ καλέσαντι τὴν ψυχήν σου εἰς ζωὴν αἰώνιον; ἑαυτῷ γὰρ λοιπὸν κατὰ τὸ δίκαιον, οὐκέτι ζῆν ὀφείλεις, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ σοῦ ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. εἰς πᾶσαν ἀρετὴν δικαιοσύνης, εἰς πᾶσαν κατόρθωσιν ἐντολῶν, ἐκζητῶν ἀεὶ, τί ἐστι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον· καὶ τοῦτο παντὶ σθένει σπουδάζειν καὶ διώκειν. πλὴν τὴν νεότητά σου ὦ τέκνον, οὕτως ὑπόταξον τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, ὡς αὐτὸς ὁ λόγος ἀπαιτεῖ. παράστησον τὸ σῶμα ὡς θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν, πᾶσάν τε νοτίδα ἐπιθυμίας σαρκικῆς δι' ὀλιγοσιτίας καὶ ὀλιγοποσίας, καὶ ὁλονυκτίων ἀγρυπνιῶν ψύξον καὶ ξύρανον, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐκ διαθέσεως εἴπῃς· ἐγενήθην ὡς ἀσκὸς ἐν πάχνῃ, τὰ δικαιώματά σου οὐκ ἐπελαθόμην· καὶ ἐπιγνοὺς ὅτι Χριστοῦ εἶ, τὴν σεαυτοῦ σάρκα σταύρωσον κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν, σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς νέκρωσον, οὐ μόνον τὴν πρακτικὴν τῆς πορνείας, ἀλλὰ τὴν ἐνεργουμένην ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων τῇ σαρκὶ ἀκαθαρσίαν. καὶ οὐ μόνον ἕως τούτου ἔστησε τὸν ἀγῶνα ὁ ἀληθινῆς καὶ ἀμολύντου καὶ ὁλοτελοῦς παρθενίας τὸν στέφανον ἐκδεχόμενος· ἀλλ' ἐπακολουθῶν τῇ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ, καὶ αὐτοῦ τοῦ πάθους τὴν συμμαχίαν καὶ κίνησιν νεκροῦν ἀγωνίζεται· καὶ οὔτε οὕτως πληροφορεῖται σφοδρῷ ἔρωτι τὴν εὐαγγελικὴν φωνὴν καὶ ἄχραντον παρθενίαν ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι κατασκηνῶσαι ἐκδεχόμενος· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἐν μόνῳ τῷ λογισμῷ ψυχῆς, ἐπιθυμίας ἐνθύμησιν ἄνευ κινήσεως καὶ ἐνεργείας σωματικοῦ πάθους ἐν παραῤῥι-

VII. Horum ergo cunctorum bonorum nomine tibi concessorum a Deo, quid dignum reddere possis ei qui vocavit animam tuam ad vitam æternam? [b] *Tibi* enim *in posterum vivere non debes* (ut æquum est) *sed ei qui tua caussa mortuus est*, & excitatus ad omnem virtutem justitiæ, & omnem promotionem in mandatis: semper inquirens [c] *quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta*: & ei toto conatu dare operam, hancque persequi. Ceterum, o fili, juventutem tuam ita subjice verbo Dei, ut ipsum verbum exiget: [d] *Exhibe corpus, ut hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium*: omnemque humorem cupiditatis carnalis, cibi potusque parsimonia & integrarum noctium vigiliis refrigera & desicca: ut ipse dicas ex affectu: [e] *Factus sum sicut uter in pruina: justificationes tuas non sum oblitus*. Et cum agnoscas, te esse Christi, crucifige carnem tuam, juxta vocem apostolicam [f], cum vitiis & concupiscentiis: & [g] mortifica membra quæ sunt super terram: non eam modo immunditiam quæ stuprum carni procurat, sed eam etiam quæ inducitur a malignis spiritibus. Nec eo usque certamen constituit, qui veræ, impollutæ, perfectæque virginitatis coronam accipere desiderat: sed apostolicam doctrinam secutus, etiam ipsius affectionis consortium ac motum interimere contendit. Non ita tamen amoris vehementia persuasum habet, se vocem evangelicam & impollutam virginitatem accepisse, & in corpore suo habitare, sed & ipsam cupiditatis conceptionem in sola cogitatione animæ positam, citra motum & actionem affectionis cor-

a Psalm. CII. 2. b II. Cor. V. 15. c Rom. XII. 2. d Ibid. ℣. 1. e Psalm. CXVIII. 83. f Gal. V. 24. g Coloss. III. 5.

1. Ἐλθεῖν σε ἐν Ἀγκύρᾳ] Picus interpres, *anchora vectus*. Interpretationem emendavimus cum cl. Remondino.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.



πισμῷ νοὸς ἀνερχομένην, ἐξαφανισθῆναι εὔχεται. A τοῦτο δὲ διὰ τῆς ἄνωθεν βοηθείας καὶ δυνάμεως καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ ἁγίου πνεύματος μόνης κατορθοῦσθαι δυνατόν. εἰ ἄρα τινές εἰσιν οἱ τῆς χάριτος αὐτῆς ἠξιωμένοι, οὗτος ὁ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀχράντου παρθενίας τὸν στέφανον ἐκδεχόμενος, νεκροῖ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς μέλη, ἐπιτάσει καὶ ἐπιμονῇ τῆς ἐγκρατείας διαφθείρων τὸν ἔξω ἄνθρωπον, λεπτύνων αὐτὸν καὶ ῥινῶν, καὶ κατεσκελετευμένον ἀπεργαζόμενος, ἵνα διὰ πίστεως καὶ ἀγώνων, καὶ τῇ τῆς χάριτος ἐνεργείᾳ, ὁ ἔσω ἀνακαινίζηται, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἐπὶ τὸ κρεῖττον προκόπτων, ἀγάπῃ αὐξανόμενος, ἐλπίδι μεγαλυνόμενος, πρᾳότητι κοσμούμενος, εἰρήνῃ Χριστοῦ βραβευόμενος, χρηστότητι ἀγόμενος, ἀγαλλιάσει πνεύματος εὐφραινόμενος, ἀγαθότητι φρουρούμενος, φόβῳ Θεοῦ περιεχόμενος, συνέσει B καὶ γνώσει φωτιζόμενος, σοφίᾳ λαμπρυνόμενος, ταπεινοφροσύνῃ ὁδηγούμενος. ταύταις καὶ ταῖς ὁμοίαις ἀρεταῖς ἐγκαινιζόμενος ὁ νοῦς, τῆς θεοειδοῦς εἰκόνος τὸν χαρακτῆρα ἐν ἑαυτῷ γνωρίζει, καὶ τῆς δεσποτικῆς ὁμοιώσεως τὸ νοητὸν καὶ ἄρρητον κάλλος συνίησι, καὶ τῆς αὐτοδιδάκτου καὶ αὐτομαθοῦς σοφίας, καὶ ἐνδιαθέτου νόμου τὸν πλοῦτον καταλαμβάνει. λέπτυνον οὖν ὦ τέκνον, τὴν νεωτερικὴν σάρκα, καὶ τοῖς προειρημένοις πίανον τὴν ἀθάνατον ψυχήν. καὶ ταῖς προειρημέναις ἀρεταῖς ἀνακαίνισον τὸν νοῦν τῇ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος· νεότητος γὰρ σάρκα φασὶ πιαινομένην διαφόροις βρώμασι, καὶ οἴνου πόσεσι ὡς χοῖρον ἕτοιμον εἰς σφαγὴν εἶναι. οὕτω τῇ πυρώσει τῶν τοῦ σώματος ἡδονῶν ἡ ψυχὴ κατασφάζεται, καὶ τῇ ζέσει τῆς κακῆς ἐπι- C θυμίας ὁ νοῦς αἰχμαλωτίζεται, ἀντέχειν πρὸς τὰς ἡδονὰς τῆς σαρκὸς μὴ δυνάμενος· εἰσροὴ γὰρ αἵματος, ἐκροὴν πνεύματος ἀπεργάζεται. ἐξαιρέτως δὲ οἴνου μετάληψιν μὴ ὀσφραινέσθω ἡ νεότης, ἵνα μὴ διπλῇ πυρκαϊᾷ ἐξαπτομένη, τῇ ἐμφύτῳ λέγω ζέσει, καὶ τῇ ἔξωθεν ἐπιχεομένῃ οἰνοποσίᾳ, τὴν πνευματικὴν ἡδονὴν τῷ πόνῳ τῆς κατανύξεως ἐξ αὐτῆς ἀποδιώκῃ, καὶ σύγχυσιν καὶ πύρωσιν ἐν τῇ καρδίᾳ ἐμποιῇ. ἀλλὰ δι' ἐπιθυμίαν πνευματικὴν, καὶ ὕδατος κόρον ἡ νεότης μὴ προσιέσθω· πάνυ γὰρ πρὸς συνέργειαν σωφροσύνης συμβάλλεται ἡ τοῦ ὕδατος ἔνδεια· καὶ τοῦτο ἔργῳ δοκιμάσας αὐτῇ τῇ πείρᾳ τὴν πληροφορίαν λήψῃ. οὐ γὰρ ὡς ζυγὸν ἀνάγκης ἐπιθεῖναί σοι βουλόμενοι τοῦτο νομοθετοῦμεν ἢ ὁρίζομεν. ἀλλ' ὡς ἐπίνοιαν καὶ μέ- D θοδον ἀγαθὴν πρὸς συνέργειαν ἀληθοῦς παρθενίας καὶ ἀκριβοῦς σωφροσύνης παραινοῦμεν ἀγαπητικῶς καὶ συμβουλεύομεν, τῇ αὐτεξουσιότητί σου καταλιμπάνοντες ὃ βούλεται.


poreæ, quæ adventu suo ventilat animum, deletam iri precatur: hoc autem dumtaxat ope potentiaque superna, sancto Spiritu suppeditante, fæliciter peragi potest. Quoeirca etsi quidam hac gratia digni sunt habiti, is tamen qui puræ & immaculatæ virginitatis coronam suscipit, mortificat membra super terram, accessione & continuatione continentiæ: corrumpens exteriorem hominem, extenuans & fallens eum ac desiccatum efficiens: ut per fidem, certamina, efficaciam gratiæ, [a] renovetur interior homo, de die in diem proficiens in melius: dum augetur caritate, spe crescit, mansuetudine exornatur, pace Christi palmam reportat, benignitate ducitur, exsultatione spiritus lætatur, bonitate tutus est, timore Dei continetur, intellectu & cognitione illustratur, splendescit sapientia, humilitate dirigitur. His & consimilibus virtutibus renovatus animus, characterem imaginis divinam speciem referentis in se ipso perspicit, & arcanam ac intellectualem similitudinis dominicæ pulcritudinem intelligit, & per se doctæ & a se ipsa discentis sapientiæ internæque legis opes essequitur. Proinde, fili, inutilem carnem extenua, & iis quæ dicta sunt, sagina immortalem animam, ac supradictis virtutibus animum renova, cooperante Spiritu santo. Ajunt enim, juvenilem carnem variis cibis vinique potionibus saginatam, esse velut porcum mactationi paratum. Sic ardore voluptatum corporis mactatur anima, & cupiditatis pravæ fervore captivus redditur animus, ut resistere non possit voluptatibus carnis. Nam accessio sanguinis imminutionem spiritus parit. In primis autem ne vini sumtionem juventus odoretur: ne flamma duplex accensa, fervore inquam naturaliter insito, & vini potu exterius infuso, tormento compunctionis ex ea suscepto spiritalem abigat lætitiam, & confusionem ac incendium gignat in corde. Immo in gratiam spiritalis desiderii ne desideret juventus aquæ facietatem. Valde enim confert ad promovendam temperantiam aquæ penuria: quod cum re ipsa tentaveris, periculo facto exploratum habebis. Non enim hoc sancimus aut præscribimus, quasi jugum necessarium tibi velimus imponere: sed amica exhortatione tibi proponimus excogitationem & methodum probam ad juvandam virginitatem veram, & exactam temperantiam: atque consulimus, relinquentes libero tuo arbitrio, quod ei libuerit.

Δεῦρο δὴ λοιπὸν καὶ περὶ τοῦ ἀλόγου τῆς ὀργῆς πάθους ὀλίγα διαλάβωμεν, τοῦ πᾶσαν ψυχὴν ἐρημοῦντος, καὶ συγχέοντος, καὶ σκοτίζοντος, καὶ θηρίοις ὅμοιον τὸν ἄνθρωπον ἀποδεικνύντος ἐν καιρῷ τῆς κινήσεως καὶ ἐνεργείας αὐτοῦ, τὸν μάλιστα εὐολίσθως καὶ ὀξυῤῥεπῶς πρὸς αὐτὸ ἔχοντα τὸ πάθος. τοῦτο ἐξαιρέτως ὑπερηφανίᾳ στηρίζεται καὶ κραταιοῦται, καὶ ἀκατάλυτον γίνεται, ἕως ἂν ὑπονοτίζηται τὸ τῆς πικρίας λέγω, καὶ ὀργῆς, καὶ θυμοῦ διαβολικὸν δέν- E δρον, τῷ φαύλῳ τῆς ὑπερηφανίας ὕδατι· καὶ εὐανθοῦν καὶ εὐθαλοῦν πολὺν τὸν τῆς ἀνομίας καρπὸν φέρει· καὶ οὕτως ἀκαταλύτως ἡ τοῦ πονηροῦ οἰκοδομὴ ἐν τῇ ψυχῇ γίνεται ἔχουσα στήριγμα, καὶ κραταίωμα τούτου τῆς ὑπερηφανίας θεμέλιον. εἰ οὖν βούλει τὸ δένδρον τῆς ἀνομίας, τὸ τῆς πικρίας καὶ ὀργῆς, καὶ θυμοῦ λέγω πάθος, ἐν σοὶ ξηρανθῆναι καὶ ἄκαρπον γενέσθαι, ἵνα ἡ ἀξίνη τοῦ πνεύματος ἐλθοῦσα ἐκκόψῃ, καὶ εἰς πῦρ βάλλῃ, κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνὴν, καὶ ἐξάρῃ σὺν πάσῃ κακίᾳ· καὶ εἰ βούλει τὸν τῆς ἀνομίας οἶκον, ὃν ὁ πονηρὸς οἰκονομικῶς ἐν τῇ ψυχῇ ἑκάστοτε, ὡς λίθους, προφάσεις διαφόρους εὐλόγους ἢ ἀλόγους συνάγων διὰ τῆς ὕλης πραγμάτων ἢ ῥημάτων ἐν τοῖς

VIII. Age vero posthac & de experte rationis ira pauca tractemus: quæ totam animam reddit desolatam, confusam & obtenebratam: nec non tempore motionis & affectionis suæ ostendit hominem bestiarum esse similem: illum maxime, qui facile & celeriter labitur in illam affectionem. Hæc superbia potissimum stabilitur & confirmatur ac fit indissolubilis: quamdiu videlicet amaritudinis, iræ & indignationis arbor diabolica humectatur aqua superbiæ vitiosa: quæ quidem arbor florens & virens adfert fructum iniquitatis copiosum: & hac ratione domus ipsius maligni struitur in anima, hoc suffulta & firmata superbiæ fundamento, ut dissolvi nequeat. Si ergo libuerit arborem iniquitatis, affectum dico acerbitatis, iræ & indignationis, in te exarescere & sterilem fieri, ut adveniens securis Spiritus sancti amputet eam & mittat in ignem, juxta sermonem evangelicum, tollatque cum omni nequitia: si etiam velis, domum iniquitatis, quam malignus, ita dispensante Deo, nullo non tempore construit in anima, coacervans, instar lapidum, varias occasiones rationabiles aut ratione carentes, ex materia negotiorum

a II. Cor. IV. 16.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



λογισμοῖς, καὶ οἰκοδομὴν κακίας ἐν τῇ ψυχῇ κατασκευάζων· στήριγμα καὶ κραταίωμα, τοὺς τῆς ὑπερηφανείας λογισμοὺς ὑποτίθησιν· εἰ οὖν βούλει τούτων καταλυθῆναι, καὶ κατασκαφῆναι τὸν οἶκον, ἔχε τὴν ταπείνωσιν τοῦ Κυρίου ἀνεπίληστον ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τίς ὢν, τί γέγονε δι' ἡμᾶς, καὶ ἐξ οἵου ὕψους φωτὸς θεότητος ἀποκεκαλυμμένης, κατὰ δύναμιν τῶν ἄνω οὐσιῶν, καὶ ἐν οὐρανοῖς δοξαζομένης ὑπὸ πάσης λογικῆς φύσεως, ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων, θρόνων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν, Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ, καὶ τῶν ἀκατονομάστων νοερῶν δυνάμεων, ὧν οὐκ ἔφθασεν εἰς ἡμᾶς τὰ ὀνόματα, κατὰ τὸ ἀποστόλου αἴνιγμα, εἰς οἷον βάθος ταπεινώσεως ἀνθρώπων, δι' ἄφατον ἀγαθότητα κατῆλθε, καὶ κατὰ πάντα ὁμοιωθεὶς ἡμῖν τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, καὶ διὰ τῆς ἐνεργείας τῶν παθῶν ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ κυριευομένοις.


Ἐν τοιαύτῃ τοίνυν αἰχμαλωσίᾳ ὄντας ἡμᾶς, καὶ βασιλευομένους ὑπὸ τοῦ ἀοράτου καὶ πονηροῦ θανάτου, οὐκ ἐπῃσχύνθη ὁ πάσης κτίσεως ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου δεσπότης, ἀλλὰ ταπεινώσας ἑαυτὸν, καὶ ἀναλαβὼν τὸν ὑπὸ τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας καὶ δεσποτικῆς ἀποφάσεως καταδικασθέντα ἄνθρωπον, κατὰ πάντα ὅμοιος ἡμῖν γέγονε χωρὶς ἁμαρτίας, τοῦτ' ἔστι, χωρὶς παθῶν ἀτιμίας· τὰ γὰρ διὰ τὴν ἁμαρτίαν τῆς παραβάσεως ὑπὸ τῆς δεσποτικῆς φωνῆς ἐπενεχθέντα τῷ ἀνθρώπῳ ἐπιτίμια, θανάτου, κόπου, πείνης, δίψης, καὶ τῶν τοιούτων πάντων ἀνέλαβε, γενόμενος ὃ ἐσμεν, ἵνα γενώμεθα ὃ ἐστιν· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἵνα σὰρξ γένηται λόγος. πλούσιος ὢν ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· ὡμοιώθη διὰ φιλανθρωπίαν ἡμῖν, ἵνα διὰ πάσης ἀρετῆς ὁμοιωθῶμεν αὐτῷ. ἐξ οὗ γὰρ ἐπεδήμησε Χριστὸς, ἀληθῶς ὁ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν καινὸς ἄνθρωπος διὰ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος καὶ δυνάμεως ἀνακαινίζεται, εἰς μέτρον τῆς τελείας ἀγάπης φθάνων τῆς ἔξω βαλλούσης τὸν φόβον, τῆς μηκέτι ὑπὸ πτῶσιν γενέσθαι δυναμένης. ἡ γὰρ ἀγάπη οὐδέποτε πίπτει. ἡ γὰρ ἀγάπη, φησὶν ὁ Ἰωάννης, ὁ Θεός ἐστι, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει. τούτου τοῦ μέτρου κατηξιώθησαν οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ ὁμοίως αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν ἐξασκήσαντες, καὶ τελείους ἑαυτοὺς τῷ Κυρίῳ παραστήσαντες, καὶ τελείῳ πόθῳ ἐν ὅλῃ τῇ ζωῇ αὐτῶν τῷ σωτῆρι ἀκολουθήσαντες. τὴν τοσαύτην ταπείνωσιν, ἣν διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην, ἀῤῥήτῳ φιλανθρωπίᾳ ἀνέλαβεν ὁ Χριστὸς, ἐὰν πάντοτε ἀνεπιλήστως ἀναλογίζῃ, τοῦτ' ἔστι τὴν ἐν μήτρᾳ τοῦ Θεοῦ λόγου κατασκήνωσιν, τοῦ ἀνθρώπου ἀνάληψιν, τὴν ἐπὶ γυναικὸς γέννησιν, τὴν κατὰ μέρος τῆς σωματικῆς ἡλικίας αὔξησιν, τὰς ἀτιμίας, τὰς ὕβρεις, τοὺς ὀνειδισμοὺς, τὰς λοιδορίας, τὰς μάστιγας, τὰ ἐμπτύσματα, τὰ ἐπὶ κόῤῥης ῥαπίσματα, τὸν καταγέλωτα, τὸν ἐμπαιγμὸν, τὴν κοκκίνην χλαμύδα, τὸν ἀκάνθινον στέφανον, τὴν τῶν ἀρχόντων κατ' αὐτοῦ ἀπόφασιν, τὴν τῶν ἀνόμων Ἰουδαίων, ὁμοφύλων ὄντων, κατ' αὐτοῦ βόησιν, ἆρον ἆρον, σταύρωσον αὐτόν· τὸν σταυρὸν, τοὺς ἥλους, τὴν λόγχην, τὸν κάλαμον, τὸν ποτισμὸν τοῦ ὄξους καὶ τῆς χολῆς, τὸν θρίαμβον τῶν ἐχθρῶν, τὸν καταγέλωτα παραπορευομένων, καὶ λεγόντων, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομέν σοι· καὶ τὰ λοιπὰ τῶν παθημάτων, ἅπερ δι' ἡμᾶς ὑπέμεινε, τὴν σταύρωσιν, τὸν θάνατον, τὴν ἐν τῷ μνημείῳ τριήμερον ταφὴν, τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον· ἔπειτα τὰς τῶν παθημάτων ἐπικαρπίας, οἷαι καί τινές εἰσι, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, τὴν τοῦ ᾅδου καὶ θανάτου σκύλευσιν, τῶν συνελθουσῶν

aut verborum positorum in cogitationibus, ædificium nequitiæ moliens in anima, suggestis pro munimento & firmamento cogitationibus superbiæ: si velis, inquam, horum dissolvi & effodi domicilium, habeto in corde tuo humilitatem Domini nulla oblivione delendam, quis sit, quid nostra caussa factus sit, a quali sublimitate lucis divinitatis, quæ revelata est, quantum ferre possunt supernæ substantiæ, & glorificatur in cælis ab omni rationali natura, ab Angelis, Archangelis, Thronis, Dominationibus, Principatibus, Potestatibus, Cherubim & Seraphim, & aliis innominatis Virtutibus intellectualibus, quarum nomina non pervenerunt ad nos, ut obscure locutus ait Apostolus [a]: in quantam profunditatem humilitatis hominum, indicibili bonitate ductus, descendit: & assimilatus per omnia nobis sedentibus in tenebris & umbra mortis, & affectionum vi in potestatem inimici redactis.

IX. Dominus ergo universæ creaturæ tam visibilis quam invisibilis, non erubuit nos in hujusmodi captivitate constitutos, & qui invisibilis & malignæ mortis imperio regebamur: sed humilians semet ipsum & assumens hominem affectionibus obscenis subditum, & sententia dominica condemnatum, [b] per omnia nostri similis factus est, excepto peccato; hoc est, demtis ignominiosis affectibus. Nam inflictas homini voce dominica ob peccatum transgressionis pœnas mortis, afflictionis, famis, sitis, omniumque similium assumsit; factus id quod sumus, ut efficeremur id quod est. [c] *Verbum caro factum est*, ut caro Verbum fieret. [d] *Cum esset dives, nostra caussa factus est pauper, ut nos illius paupertate ditesceremus*. Benevolentia qua complectebatur hominem, factus est similis nostri, ut in omni virtute similes ejus essemus. Ex quo siquidem Christus advenit, re vera novus homo per gratiam & virtutem sancti Spiritus renovatur ad imaginem & similitudinem (Dei) perveniens ad gradum perfectæ caritatis quæ [e] *foras mittit timorem*, nec potest ultra labi. Caritas enim numquam excidit. [f] *Deus* enim *caritas est*, inquit Joannes: *& qui manet in caritate, in Deo manet*. Hunc ipsum gradum meruerunt Apostoli, & qui, perinde ac illi, virtutem exercuerunt, & exhibuerunt se ipsos Domino perfectos, ac pleno desiderio per totam vitam suam secuti sunt Salvatorem. Si semper animo perpenderis sine ulla oblivione tantam abjectionem, quam arcana benevolentia ductus ob suam in nos caritatem Christus assumsit, utpote Verbi Dei habitationem in utero, hominis assumtionem in utero, nativitatem ex muliere, crescentem paullatim ætatem corpoream, ignominias, injurias, opprobria, convicia, flagella, sputa, colaphos in maxillam, derisiones, ludibria, clamydem coccineam, spineam coronam, principum adversus eum sententiam, iniquorum Judæorum qui contribules erant, acclamationem in eum, [g] *Tolle, tolle, crucifige eum*: crucem, clavos, lanceam, arundinem, aceti cum felle potionem, triumphum inimicorum, illusionem prætereuntium, qui dicebant: [h] *Si filius Dei es, descende de cruce, & credemus tibi*: & reliquas passiones, quas quidem nostra caussa pertulit, crucifixionem, mortem triduanam in monumento, sepulturam, descensum ad inferos. Deinde qualia & quænam sint passionum emolumenta, hoc est, resurrectionem a mortuis: inferni mortisque spoliationem,

a Ephes. I. 21. Coloss. I. 16. b Heb. IV. 15. c Joan. I. 14. d II. Cor. VIII. 9. e I. Joan. IV. 18. f Ibid. ℣. 16.
g Joan. XIX. 15. h Matth. XXVII. 40. 42.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



τῷ Κυρίῳ ψυχῶν, τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀνάληψιν, τὴν ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθέδραν, τὴν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένην τιμὴν καὶ δόξαν, τὴν πάντων τῶν ἀγγέλων προσκύνησιν εἰς τὸν πρωτότοκον τῶν νεκρῶν, διὰ τὴν τῶν παθημάτων αἰτίαν, κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου φωνὴν τὴν λέγουσαν· τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος· ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ B κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. ἰδοὺ αἱ τῶν προρρηθέντων αἰτίαι κατὰ τὸ δίκαιον τοῦ Θεοῦ κρῖμα, εἰς οἵαν δόξαν καὶ ὕψος, τὸν κυριακὸν ἀνήγαγον ἄνθρωπον.

A earum quæ cum Domino venerunt, animarum assumtionem in cælos, sessionem à dexteris Patris, honorem & gloriam; cujus nomen extollitur supra omnem principatum, potestatem & omne nomen, Angelorum omnium adorationem erga primogenitum mortuorum ob susceptas passiones, ut Apostolica voce dicitur: [a] *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Jesu; qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo: humiliavit semet ipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum.* En in quantam gloriam & celsitudinem, prædictorum caussæ justo Dei judicio dominicum extulerunt hominem!

Τί γὰρ οὖν, ἐὰν πόθῳ καὶ διαθέσει ἀνεπιλήστῳ τὰς μνήμας ταύτας διασώζῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, οὐ κατακυριεύσει σου τὸ τῆς ὀργῆς, καὶ πικρίας, καὶ θυμοῦ πάθος· τῶν γὰρ θεμελίων τοῦ πάθους τῆς ὑπερηφανίας διὰ τῆς ταπεινώσεως τοῦ Χριστοῦ, ἧς ἀναλογίζῃ ὑπερελθόντων, ὅλον τὸ οἰκοδόμημα τῆς ἀνομίας τοῦ θυμοῦ καὶ ὀργῆς, εὐχερῶς καὶ αὐτομάτως καταλύεται. ποία γὰρ σκληρὰ, καὶ λιθίνη καρδία ἐὰν ἔχῃ ἐν νῷ διηνεκῶς τὴν τοσαύτην τῆς C θεότητος τοῦ μονογενοῦς δι' ἡμᾶς ταπείνωσιν, καὶ τὴν ἀπαριθμηθεῖσαν τῶν προρρηθέντων παθημάτων μνήμην, οὐ συντρίβεται; οὐχὶ γῆ καὶ σποδὸς, καὶ κάτημα παρὰ πάντων ἀνθρώπων ἑκουσίως γίνεται; οὕτω δὲ ταπεινουμένης καὶ συντριβομένης τῆς ψυχῆς, εἰς ταπείνωσιν τοῦ Κυρίου ἀποσκοπούσης, ποῖος θυμὸς ταύτης κατακρατῆσαι δυνήσεται; ποία ὀργὴ, ποία πικρία περιγενέσθαι; ἀλλ' ὡς ἔοικεν, ἡ λήθη τῶν συμφερόντων τούτων καὶ ζωοποιούντων ἡμᾶς λογισμῶν, καὶ ἡ ταύτης ἀδελφὴ ῥαθυμία, καὶ ἡ τούτων συνεργὸς καὶ ὁμότροπος ἄγνοια, τὰ βαθύτερα καὶ ἐσώτερα τῆς ψυχῆς πάθη, τὰ δυσεξεύρετα καὶ δυσκατόρθωτα περιεργείᾳ δεινῇ τὴν ψυχὴν καλύπτοντα καὶ σκοτίζοντα, τὰ λοιπὰ πάθη τῆς κακίας ἐν- D εργεῖν, καὶ ἐμφωλεύειν ἐν αὐτῇ παρασκευάζει, ὡς ἀφοβίαν καὶ ἀμέλειαν τῶν κακῶν ἐμποιοῦντα, εἰς ὁδὸν καὶ ἐργασίαν ἑκάστῳ πάθει, ἀδεῶς καὶ εὐκόλως παρέχοντα. κεκαλυμμένης γὰρ τῆς ψυχῆς ὑπὸ τῆς παγκάκου λήθης, καὶ τῆς ὀλεθρίου ῥαθυμίας, καὶ τῆς πάντων τῶν κακῶν μητρὸς καὶ τροφοῦ ἀγνοίας, ἑκάστῳ τῶν ὁρωμένων, ἢ νοουμένων, ἢ ἀκουομένων εὐχερῶς προσδεσμεῖται ὁ ἄθλιος καὶ τυφλώττων νοῦς. οἷα ἐὰν κάλλος ἴδῃ γυναικὸς, εὐθὺς ἐτρώθη τῇ σαρκικῇ ἐπιθυμίᾳ· καὶ οὕτω λοιπὸν διαδεξάμεναι αἱ μνῆμαι τῶν ἐμπαθῶς καὶ ἡδέως θεωρηθέντων διὰ τῆς ἀνατυπώσεως τῶν ἐννοιῶν καὶ κακῆς μελέτης ἔνδον τὰς εἰκόνας ἀναζωγραφοῦσι. καὶ οὕτω τὸν ἐμπαθῆ ἔτι καὶ ἄθλιον μιαίνουσι νοῦν, διὰ τῆς ἐνεργείας τῶν πονη- E ρῶν πνευμάτων.

X. Itaque si desiderio & affectu non obliviosa memoriam horum conservaveris in corde tuo, affectus iræ, acerbitatis & indignationis non imperabit tibi. Evanescentibus enim affectionis superbiæ fundamentis per humilitatem Christi quam versas animo, totum ædificium iniquitatis, indignationis & iræ facile & sponte solvitur. Nam quod tam durum cor & lapideum, si continenter habeat in animo tantam deitatis Unigeniti propter nos susceptam humilitatem, & enumeratam ante dictarum passionum memoriam, non conteratur? Nonne se libenter terram & cinerem fieri, & ab omnibus hominibus conculcari finet? Dum autem sic humiliatur & conteritur anima, intendens in humilitatem Domini velut in scopum, quæ indignatio eam occupare potest? qualis ira, qualis acerbitas superare? Sed ut verisimile est, harum perutilium & vivificantium nos cogitationum oblivio, hujus item soror pigritia, & harum adjutrix & prædita similibus moribus ignoratio, quæ sunt profundiores & interiores affectiones animæ inventu correctuque difficiles, gravi curiositate velantes & obtenebrantes animam, efficiunt ut delitescant & operentur in ea reliqui vitiosi affectus: & cuique affectioni quantum ad viam & facultatem agendi audacter & facile præbent & indunt contemtum & negligentiam bonorum. Quandoquidem ubi velata fuerit anima mala prorsus oblivione, perniciosa pigritia, omniumque malorum matre & nutrice ignorantia: cuique rei visæ, conceptæ vel auditæ facile miser & occæcatus animus adhæreſcit; verbi gratia, si pulcritudinem mulieris conspexerit, carnali cupiditate mox vulneratus est: & ita postmodum susceptiva memoria per formationem conceptuum pravamque meditationem depingit intus imagines eorum quæ cum affectu & libenter conspecta sunt: eaque ratione, spiritibus malignis operam dantibus, miserum & affectibus adhuc deditum animum inquinat.

Τὸ λοιπὸν γὰρ καὶ ἡ σὰρξ ἐὰν ᾖ πία καὶ νεάζουσα, ἢ ὑγροτέρα, ταῖς τοιαύταις μνήμαις ἑτοίμως διεγειρομένη τῷ πάθει ἐνεργεῖ τὰ ἐν αὐταῖς πρὸς ἐπιθυμίαν κινουμένη, ἢ ἐνίοτε καθ' ὕπνους, ἢ καθ' ὕπαρ ἀκαθαρσίας ἐργαζομένη. εἰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς φαινομένοις γυναικὶ οὐκ ἐκοινώνησε, σώφρων καὶ παρθένος, καὶ ἁγνὸς παρὰ τοῖς ἀνθρώποις νενόμισται, ἢ καὶ ἁγίου ἔχει ὑπολήψεις· παρὰ δὲ τῷ τὰ κρυπτὰ ὑποπτεύοντι, βέβηλος καὶ μοιχὸς καὶ ἄσωτος οὗτος κρίνεται· καὶ δικαίως ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ κατακρίνεται, ἐὰν μὴ θρηνῇ καὶ πενθῇ, νηστείαις καὶ ἀ-

XI. Quod superest, caro, si pinguis, si juvenilis, si humidior fuerit, hujusmodi memoriis ab affectu quamprimum excitata, mota pro libidine versatur circa ea quæ reperit in eis, exercens immunditias interdum in somniis, quandoque inter vigilandum. Licet enim homo qui communionem non habuerit exterius cum muliere, temperans, virgo & purus apud homines putetur & habeatur, & sanctus; apud Deum tamen qui existimat occulta, pollutus, fornicator & intemperans judicatur; & juste condemnatur in illa die, nisi lamentetur & lugeat, macerans

[a] Philipp. II. 5-10.

γρυπνίαις καὶ εὐχαῖς ἀδιαλείπτως τὴν σάρκα κατα- A τήξας, καὶ τὸν νοῦν ταῖς ἁγίαις μνήμαις καὶ μελέταις τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ θεραπεύσας, καὶ διορθωσάμενος, ἀξίαν μετάνοιαν τῷ Θεῷ προσενέγκῃ, οὗ ἐνώπιον τὰ κακὰ ἐνενόησεν, ἢ ἐποίησεν· ἀψευδὴς γὰρ ἡ ζῶσα φωνὴ εἰποῦσα· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα εἰς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. διὰ τοῦτο συμβάλλεται τοῖς νέοις μάλιστα, τὸ, μήτε ὅλως, εἰ δυνατὸν, συντυγχάνειν γυναιξὶ, κἂν ἅγιαι νομίζωνται. εἰ δὲ δυνατὸν καὶ ἔξωθεν τῶν ἀνθρώπων διάγειν, ἐλαφρότερος ὁ πόλεμος διατελεῖ, καὶ τρανώτερον γνωρίζει, μάλιστα ἐὰν ἀκριβῶς προσέχῃ αὐτῷ καὶ ὀλιγοσιτίᾳ, καὶ ὀλιγοποσίᾳ ὕδατος, καὶ ἀγρυπνίᾳ πολλῇ, ἐν προσευχῇ τὴν διαγωγὴν ἔχειν ἀγωνιζόμενος, B καὶ μάλιστα ἐμπείροις πνευματικῶν πατέρων συναναστρέφεσθαι, καὶ συνεῖναι, καὶ ὁδηγεῖσθαι σπουδάζων. ἐπικίνδυνον γὰρ τὸ μόνον καὶ ἰδιόρυθμον καὶ ἀμάρτυρον, καὶ μετὰ ἀπείρων τοῦ πνευματικοῦ πολέμου συζῆν· ἄλλοις γὰρ πολέμων τρόποις, οἱ τοιοῦτοι ἁλίσκονται, ὅτι πολλά εἰσι τῆς κακίας τὰ μηχανήματα καὶ ἔνεδρα κεκρυμμένα, καὶ διάφοροι παγίδες καταπεπήγασι τοῦ ἐχθροῦ πανταχόθεν· καὶ διὰ τοῦτο συνεῖναι ἢ συνεχῶς συντυγχάνειν γνωστικοῖς ἀνδράσι σπουδαστέον καὶ ἀγωνιστέον· ὅπως κἂν μὴ αὐτὸς ἔχῃ λύχνον ἀληθοῦς γνώσεως, διὰ τὸ ἔτι ἀτελὲς τῆς νοητῆς ἡλικίας καὶ νήπιον, τῷ ἔχοντι συνοδεύων οὐ περιπατεῖ ἐν σκότει, οὐ κινδυνεύει βρόχοις καὶ παγίσι, καὶ τοῖς νοητοῖς οὐ περιπίπτει θηρίοις, τοῖς ἐν C τῷ σκότει νεμομένοις, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ χωρὶς λύχνου νοητοῦ τοῦ θείου λόγου περιπατοῦντας ἁρπάζουσι καὶ διαφθείρουσιν.

Εἰ οὖν βούλει, τέκνον, οἰκεῖον λύχνον φωτὸς νοητοῦ γνώσεως πνευματικῆς ἔνδον κτήσασθαι, ἐν τῇ βαθυτάτῃ νυκτὶ ἀπροσκόπτως τοῦ αἰῶνος τούτου περιπατεῖν δυνήσῃ, καὶ ὑπὸ Κυρίου τὰ διαβήματά σου κατευθυνθείη, ὅπως τὴν ὁδὸν τοῦ εὐαγγελίου, θελήσῃς σφόδρα κατὰ τὸ προφητικὸν λόγιον, τοῦτ᾽ ἔστι, πίστει διαπείρων τῶν τελειοτέρων εὐαγγελικῶν προσταγμάτων περιέχεσθαι, καὶ τῶν παθημάτων τοῦ Κυρίου δι᾽ ἐπιθυμίας καὶ εὐχῆς γενέσθαι κοινωνὸς, ὑποδείκνυμί σοι μέθοδον θαυμαστὴν καὶ ἐπίμονον, τρόπου D πνευματικοῦ, οὐ σωματικοῦ κόπου ἢ ἀγῶνος δεομένην, ἀλλὰ ψυχικοῦ πόθου καὶ νοὸς προσεχοῦς διανοίας χρήζουσαν, φόβῳ καὶ ἀγάπῃ Θεοῦ συνεργουμένην· δι᾽ ἧς ἐπινοίας τὴν φάλαγγα τῶν ἐχθρῶν εὐχερῶς τροπώσασθαι δυνηθήσῃ κατὰ τὸν μακάριον Δαβὶδ, ἕνα γίγαντα τῶν ἀλλοφύλων ἀνελόντα διὰ πίστεως, καὶ πεποιθήσεως τῆς εἰς Θεὸν, καὶ οὕτω τὰς μυριάδας τῶν ἐχθρῶν μετὰ τοῦ ἰδίου λαοῦ εὐχερῶς τροπωσάμενον. εἰ δὲ ὑποθέσεως τοῦ ἡμετέρου λόγου, τρεῖς τοὺς δυνατοὺς καὶ κραταιοὺς τῶν ἀλλοφύλων γίγαντας ὁρᾷ, εἰς οὓς ἐπεστήρικται πᾶσα ἡ τοῦ νοητοῦ ὀλοφυρτικοῦ ἀντικειμένου δύναμις, ὧν καθαιρεθέντων, εὐχερῶς λοιπὸν πᾶσα εἰς ἀναίρεσιν ἡ τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἀσθενήσει δύναμις. εἰσὶ δὲ οἱ ὀνομαζόμενοι τοῦ πο- E νηροῦ ἰσχυροὶ γίγαντες, ἡ ἤδη προειρημένη ἄγνοια, ἡ τῶν κακῶν ἁπάντων μήτηρ, λήθη ἡ ταύτης ἀδελφὴ καὶ συνεργὸς καὶ συνέριθος· ἡ τὸ σκοτεινὸν τοῦ μελανοῦ νέφους ἔνδυμα καὶ κάλυμμα ἐν τῇ ψυχῇ ἐξυφαίνουσα ῥᾳθυμία, ἡ ἀμφοτέρας στηρίζουσα καὶ κραταιοῦσα, καὶ σύστασιν αὐταῖς παρεχομένη, τῇ ἀμελεστάτῃ ψυχῇ, τὸ ἔμμονον κακὸν ἐργαζομένη. ὑπὸ γὰρ ῥᾳθυμίας λήθης τε καὶ ἀγνοίας τὰ τῶν λοιπῶν παθῶν ὑποστηρίγματα κραταιοῦνται καὶ μεγαλύνονται· βοηθοὶ γὰρ ἀλλήλων οὖσαι, καὶ χωρὶς ἀλλήλων μὴ δυνάμεναι συνιστάναι, ἰσχυραὶ τοῦ ἀντικειμένου δυνάμεις ἀποδείκνυνται, καὶ οἱ κραταιοὶ τοῦ πονηροῦ ἄρχοντες, δι᾽ ὧν πᾶσα ἡ στρατιὰ τῶν

A continenter carnem jejuniis, vigiliis & precibus: & sanctis monimentis & meditationibus verbi Dei curans & emendans animum, pœnitentiam dignam obtulerit Deo, in cujus conspectu cogitavit mala vel commisit. Verax enim est viva vox, quæ dicit: [a] *Ego autem dico vobis: Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Proinde maxime confert adolescentibus, nullo prorsus modo, si fieri potest, versari cum mulieribus, etiamsi sanctæ habeantur. Quod si semotam etiam ab hominibus vitam agere liceat, levius superest bellum, cognitio quoque multo planior: potissimum si quis se ipsum, ac cibi & potus aquæ modicitatem diligenter observet, in mul- B tis vigiliis & precationibus transigere vitam contendat, versari & esse cum peritis e patrum spiritualium numero, atque ab ipsis deduci studeat vehementer. Nam periculosum est, solum, arbitrio proprio, nullo teste, & cum imperitis belli spiritalis vivere. Aliis enim bellorum rationibus, qui ejusmodi sunt, capiuntur: quia multæ sunt vitiorum machinæ & insidiæ latentes, variique laquei inimici, quacumque ex parte confixi. Ideoque studendum est ac certandum, ut assidue sit & conversetur cum viris cognitione pollentibus: quod si vel ipse careat lucerna veræ cognitionis, ob imperfectam & pusillam adhuc ætatem intellectivam, gradiens cum eo qui præditus est, non ambulet in te- C nebris, non periclitetur in cassibus & laqueis, non incidat in bestias intelligibiles quæ pascuntur in tenebris & obambulantes in eis absque intellectuali lucerna verbi divini, rapiunt & perdunt.

XII. Si placuerit ergo tibi, fili, interius comparare lucernam propriam luminis intellectualis cognitionis spiritalis, nocte profundissima sæculi hujus inoffense poteris ambulare, & a Domino dirigentur gressus tui, ut per experientiam fidei, juxta propheticum eloquium, vehementer amplecti desideres viam Evangelii, hoc est, perfectiora statuta evangelica, & desiderio votoque animi particeps esse passionum Domini. Ceterum ostendo tibi admiran- D dam & stabilem methodum rationis spiritalis, quæ non opus habet labore aut certamine corporeo, sed animo desiderioque animæ & attento intellectu, & cum timore & dilectione Dei operatur: ex cujus cogitationis beneficio phalangem hostium fugare facile poteris, more beati Davidis [b], qui per fidem & fiduciam quam habebat in Deum, gigantem unum ex alienigenis interemit, & hoc pacto cum suo populo multa millia hostium facile vertit in fugam. At vero pro subjecta specie sermonis nostri propone ante oculos, tres ex alienigenis validos & potentes gigantes, quibus sustentatur tota vis omnis confundentis intellectualis adversarii: iisque deletis omnis malignorum spirituum potentia tendens in E perniciem nostri facile frangetur. Sunt porro qui robusti gigantes illius maligni nominantur, ante jam dicta ignoratio, malorum omnium mater: oblivio, quæ est ejus soror adjutrix & socia: &, quæ tenebrosum atræ nubis amictum & velamen subtexit animæ, socordia: quæ fulcit & confirmat ambas, eisque præbet ut subsistant, efficiens ut in anima negligentissima vitium immoretur. Nam ab ignavia, oblivione & ignorantia reliquorum affectuum fulcimenta firmantur & crescunt: quia se mutuo juvant, & una reliquis absentibus subsistere nequit. Potentes adversarii vires, & validi principes illius maligni demonstrantur: utpote quorum opera uni-

[a] Matth. V. 28. [b] 1. Reg. XVII.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

πνευμάτων τῆς πονηρίας ὑποστηρίζεται, καὶ ὑποστηρίζεται, καὶ τὰ διανοήματα ἐκτελεῖν ἰσχύει· ὧν ἄνευ συστῆναι τὰ προκείμενα οὐ δύναται.

versus exercitus spirituum nequitiæ subingreditur, suffulcitur, & quæ excogitavit, peragere potest: sine quibus proposita consistere nequeunt.

Εἰ οὖν βούλει κατὰ τῶν προειρημένων παθῶν τὸ νῖκος ἄρασθαι, καὶ τὴν φάλαγγα τῶν νοητῶν ἀλλοφύλων ἀκινδύνως τροπώσασθαι, δι' εὐχῆς καὶ συνεργείας Θεοῦ γινόμενος ἐν ἑαυτῷ, καὶ εἰς τὰ βάθη τῆς καρδίας δύνας, ἀνίχνευσον τοὺς τρεῖς τούτους δυνατοὺς τοῦ διαβόλου γίγαντας, λήθην λέγω, καὶ ῥᾳθυμίαν, καὶ ἄγνοιαν, τὸ ὑποστήριγμα τῶν νοητῶν ἀλλοφύλων, ἐξ ὧν τὰ λοιπὰ τῆς κακίας πάθη ὑπονοστούμενα ἐνεργεῖ, καὶ ζῇ, καὶ ἰσχύει, ἐν ταῖς τῶν φιληδόνων καὶ κενοδόξων ψυχαῖς· καὶ διὰ πολλῆς προσεχείας, καὶ νοῦ ἐπιστασίας μετὰ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς εὑρὼν τὰ τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενα, ὀλεθριώτερα τῶν λοιπῶν ὄντα κακὰ διὰ τῶν δικαιοσύνης ὅπλων τῶν ἀπεναντίας, ἐκείνης μνήμης ἀγαθῆς λέγω τῆς πάντων τῶν καλῶν αἰτίας, καὶ γνώσεως πεφωτισμένης, δι' ἧς ἀναγρηγοροῦσα ψυχὴ τὸ τῆς ἀγνοίας σκότος διώκει ἀφ' ἑαυτῆς, καὶ προθυμίας ἀρίστης πρὸς σωτηρίαν ἀπαρτιζούσης, καὶ ἐπειγούσης τῇ ψυχῇ τὰ τῆς ἀρετῆς ἐνδυσάμενος ὅπλα, ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου, διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως γενναίως καὶ ἀνδρείως καταγωνίσει τοὺς τῶν νοητῶν ἀλλοφύλων τρεῖς προειρημένους γίγαντας. διὰ μὲν τῆς ἀρίστης κατὰ Θεὸν μνήμης ἀγαθῆς, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνά, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνά, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετή, καὶ εἴ τις ἔπαινος πάντα λογιζόμενος, τὴν παγκάκιστον λήθην ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκδιώκων· διὰ δὲ τῆς πεφωτισμένης καὶ οὐρανίου γνώσεως, τὴν ὀλέθριον ἄγνοιαν τοῦ σκότους ἐξαφανίζων· διὰ δὲ τῆς πανaρέτου καὶ καλλίστης προθυμίας, τὴν ἄθεον καὶ τὴν τῶν κακῶν ἐν τῇ ψυχῇ κατεργαζομένην ῥᾳθυμίαν ἐξελαύνων. ταύτας δὲ τὰς ἀρετὰς, οὐ ψιλῆς, ἢ ἐκ μόνης προαιρέσεως, ἀλλ' ἐκ δυνάμεως Θεοῦ καὶ συνεργείας ἁγίου πνεύματος, ἐν πολλῇ προσεχείᾳ καὶ εὐχῇ ἐκτενεῖς κτησάμενος. οὕτω δυνήσῃ τῶν προειρημένων ἰσχυρῶν γιγάντων ῥυσθῆναι τοῦ πονηροῦ· γνώσεως γὰρ ἀληθοῦς, καὶ μνήμης λόγου Θεοῦ, καὶ ἀγαθῆς προθυμίας συμφωνίᾳ διὰ χάριτος ἐνεργοῦς ἐν τῇ ψυχῇ συστῆναι σπουδαζομένης, καὶ ἐπιμελῶς φυλασσομένης, λήθης καὶ ἀγνοίας καὶ ῥᾳθυμίας ἴχνος ἐν αὐτῇ ἀφανίζεται, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν περιΐσταται, τῆς χάριτος βασιλευούσης ἐν αὐτῇ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

XIII. Si velis igitur adversus affectiones ante dictas reportare victoriam, & aciem alienigenarum intelligibilium facile fugare, precibus & auxilio divino roboratus, tam in te ipso quam in profundo cordis, investigato hosce tres potentes diaboli gigantes, oblivionem, inquam, ignaviam & ignorationem: hoc est, præsidium alienigenarum intelligibilium: unde reliqui vitiosi affectus subingressi agunt, & vivunt & valent in animis hominum voluptatibus & vanæ gloriæ deditorum. Et ubi per summam attentionem & animi solicitudinem, ope superna favente, inveneris ignota plerisque vitia, reliquis tamen magis exitialia, per arma justitiæ ex adverso respondentia; illam (inquam) bonam memoriam, omnium rerum honestarum caussam: & notitiam illustratam, a qua anima expergefacta ignorantiæ tenebras a se ipsa depellit: & per optimam animi promtitudinem, quæ instruit ad salutem & inducit in animum quæ pertinent ad virtutem; indutus arma in virtute sancti Spiritus per omnem orationem & observationem strenue & viriliter expugnabis tres alienigenarum intelligibilium ante dictos gigantes. Optima quidem & Deo grata memoria, [a] *quæcumque sunt vera, quæcumque præclara, quæcumque justa, quæcumque pura, quæcumque bonæ famæ, si qua laus, si qua virtus*, omnia considerans, pessimam omnium oblivionem a te ipso excuties: illustrata vero & cælesti cognitione, perniciosam & caligine plenam delebis ignorationem: honestissima autem & omnium virtutum studiosa alacritate animi expelles ignaviam Deo carentem; & omnium in anima vitiorum procreatricem. Has porro virtutes cum obtinueris, non nuda aut sola voluntate, sed divina potentia & ope sancti Spiritus cum summa attentione & precibus amplificabis: huncque in modum poteris robustorum diaboli gigantum supra dictorum molestia liberari. Cognitionis enim veræ, ac memoriæ verbi Dei, probæque alacritatis animi consonantia, per gratiam efficacem in anima, quæ procuratur ut simul adsit & studiose conservetur, vestigium oblivionis, ignorantiæ atque socordiæ deletur in anima: & tandem eo redigitur, ut non sit: in ea regnante gratia per Jesum Christum Dominum nostrum: cui gloria & imperium in sæcula. Amen.

### Ἀντίγραφον παρὰ Νικολάου πρὸς Μάρκον ἀσκητήν.

### *Rescriptum a Nicolao missum ad Marcum Exercitatorem, quo agit illi gratias ob Præcepta salutaria quæ illi per epistolam scripserat.*

Η Χάρις, τῷ Θεῷ χάρις· χάρις τῇ ἀνυπερβλήτῳ καὶ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ, ὅτι ἐφιλανθρωπεύσατο ψυχὴν ἐν πάθεσι δεινοῖς κατεχομένην, καὶ ὅλην σχεδὸν ἀπηλλοτριωμένην, καὶ ἐπεσκέψατο διὰ τῆς εὐσπλάγχνου καὶ ὅλης ἐξ ὅλης Θεῷ ἀνακειμένης προαιρέσεως, λέγω δὴ τῆς ἐναρέτου καὶ Θεῷ κεκολλημένης τῆς ὁσίας σου ψυχῆς, δι' ἧς ἀπεστάλης μοι σπινθὴρ ἀστράπτων, πλήρης φωτὸς θεϊκοῦ, καὶ ἄγκιστρον ἔχον δέλεαρ πνευματικόν· καὶ ἀπὸ τῆς λυχνείας τῷ πόνῳ καὶ πόθῳ ὑπὸ τοῦ συνηνωμένου τῷ Θεῷ λογισμοῦ, τεχθέντων ῥημάτων ἀνέσπασε τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν ἐκ τοῦ ζοφωδεστάτου σκότους καὶ θυέλλης, καὶ ἀνανεῦσαι ἐποίησε τὴν διάνοιάν μου ἐξαίρετος δεσπότης ἐκ τῶν μηνυθέντων μοι τριῶν γιγάντων· ὄντως γὰρ γίγαντες μεγάλοι καὶ ἀνήμεροι, μηδέπο-

GRatia sit, gratia sit (inquam) Deo, gratia incredibili & inenarrabili dono ejus; quod animum gravibus detentum perturbationibus, & totum propemodum a se abalienatum, benevole ac humaniter complexus est: quod etiam illum visitavit per intimam & totam prorsus in Deo collocatam intentionem, sanctum dico deditumque virtutibus ac Deo agglutinatum animum tuum, quo tu ad me missus es scintilla fulgens, divini plena luminis, hamus esca spiritali imbutus: quod tandem beneficio lucernæ sermonum cum labore & desiderio editorum a cogitatione Deo unita, miseram animam meam extraxit ab obscurissimis tenebris & turbine: fecitque Dominus eximius, ut intellectus meus abnueret & aversaretur tres indicatos mihi gigantes. Re enim vera sunt gigantes magni & im-


a Philipp. iv. 8.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

τε παυσάμενοι τοῦ πολεμεῖν τὸ ἀνθρώπινον γένος. πῶς δὲ οὕτως ἀγρίως καὶ δεινῶς κατέχουσιν ἐπὶ γῆς, ὡς ἐμὲ τὸν κακῶς καὶ ἰδίῳ θελήματι ὑπ᾽ αὐτῶν ἔτι κυριευόμενον; ἀλλ᾽ ὁ μηδέποτε τερπόμενος ἐπ᾽ ἀπωλείᾳ ζώντων, ἠλέησε καὶ ἀνέδειξε τὸ μακρόθυμον αὐτοῦ καὶ εὔσπλαγχνον τῆς φιλανθρωπίας, καὶ ἐκίνησεν ἐκεῖνον τὸν εὐσεβῆ λογισμόν· καὶ ἐξύπνισε τὴν ὕπνῳ βαθυτάτῳ κατακειμένην προαίρεσιν, καὶ ἀνέδειξε καὶ ἐφανέρωσέ μοι τοὺς προειρημένους γίγαντας. λέγω δὲ πρῶτον, τὴν λήθην τὴν ἐκβάλλουσαν τὸν Ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου. εἰ μὴ γὰρ ἔλαθε τὴν παραγγελίαν τοῦ δεσπότου, οὐκ ἂν ἐξέπεσε τῆς τοιαύτης δόξης· καὶ τὴν ῥαθυμίαν δι᾽ ἧς ῥαθυμήσας ἤκουσε τῆς ὁμοζύγου· καὶ τὴν ἄγνοιαν δι᾽ ἧς ἠγνόησε, τίς ἦν καὶ τί ὑπῆρχε. ταῦτα τρία πνεύματα φανερά μοι κατέστησεν ὁ Κύριος Ἰησοῦς, διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν σοί. ἐξαπέστειλε γὰρ ἀληθῶς μάχαιραν δίστομον, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, καὶ ἐδιχοτόμησε τὸν νοῦν ἐν πολλῇ γαλήνῃ. οὐ μόνον δὲ τούτου μέχρι ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἡδύτητά τινα πνευματικὴν, ὡς τῶν σῶν ῥημάτων ἐνέθηκε τῇ προαιρέσει μου. πόσοις οὖν στόμασι καὶ πόσαις γλώσσαις δυνηθῶ ἀξίως εὐχαριστῆσαι τῷ ἀληθινῷ καὶ δεσπότῃ Θεῷ, ὑπὲρ τῶν παρὰ σοῦ ὑπομνησθέντων μοι εὐεργεσιῶν; ἢ αὖ πάλιν τῆς ἐπιστολῆς τὸ εὐμέθοδον καὶ εὔσπλαγχνον τῶν ῥημάτων, καὶ διεγερτικὸν πρὸς ζήτησιν τῆς ἀληθείας, καὶ τήρησιν ἐντολῶν Θεοῦ, καὶ πολλὴν ὠφέλειαν τοῦ βαδίσαι θέλοντος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, τὴν ἀπάγουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. οὐ μόνον δὲ ἐμοὶ ἡ τοιαύτη ὠφέλεια διὰ τὸν λόγον ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ ὅσοι αὐτὸν ἤκουσαν, μεγάλως ἐλαμπρύνθη αὐτῶν ἡ διάνοια, καὶ πολλὴν ὠφέλειαν ἐκαρπώσαντο ἀπὸ τῶν ἐναργῶς λεχθέντων ῥημάτων. ἀμέλει τὰ ῥήματα πράγματα ἐβεβαιώθησαν, καὶ οἱ λόγοι οὐκ ἠκούσθησαν ὡς λόγοι, ἀλλ᾽ ὡς ἔργον φανερὸν προκείμενον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν· εὐθέως γὰρ ἐνέθηκε νῆψιν πολλὴν ὁ λόγος εἰς τὰς προαιρέσεις. καὶ ἐπειδὴ ἐνεργῶς ἦν ὁ λόγος, οὐκ ἔμεινεν ἀέργως, ἀλλ᾽ εὐθέως στάχυας ἐβλάστησε, καὶ τὸν καρπὸν ὥριμον ἔδειξε, καὶ οὐ μόνον ἕως τούτου ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἀκόρεστος ἐγένετο, ὡς οἶδεν ὁ Θεός· ὁσάκις γὰρ ἐντύχω, κόρον οὐ λαμβάνει ἡ ταλαίπωρός μου ψυχή. τῇ οὖν πρεσβείᾳ τῆς σῆς ἁγιωσύνης, ἔσται τὸ δῶρον τοῦτο ἔμμονον, τοῦ παραμεῖναί με τὸν οὐράνιον σπινθῆρα, καὶ ἀπολέσαι παντελῶς τοὺς προειρημένους γίγαντας ἕως τέλους, μή ποτε ἐπιλάθωμαι, καὶ τῆς αὐτεξουσίου προαιρέσεως προδοσίᾳ ἐμβαλῶ ἐμαυτὸν εἰς τὰ προειρημένα κακὰ, καὶ γένωμαι κατάβρωμα τῶν ἐχθρῶν· ἀλλὰ πιστεύω τῷ Κυρίῳ μου Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ ἐνοικοῦντι ἐν σοὶ, ὅτι διὰ τῆς ὁσιότητός σου καὶ τῶν ὁμοίως σοι ἀγωνιζομένων, οὐ μή με παρίδῃ οὐδ᾽ οὐ μὴ παραδώσῃ με εἰς τὰ στόματα τῶν προειρημένων γιγάντων· ἀλλὰ πάντοτε διὰ τῶν ὁσίων δούλων αὐτοῦ ὑπομιμνήσκων τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, γνωρίσαι μοι τῷ τάλανι εὐχαῖς σου ἁγίαις. παρακαλῶ οὖν καὶ ἱκετεύω τὴν εὔσπλαγχνον καὶ ὁσίαν σου ψυχὴν, μὴ καταγνῷς μου εἰς τοῦτο, ὅτι θαρσήσας ἀπετόλμησα τοῦ ἀντιχαράξαι γράμματα τῇ ἁγιότητί σου· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ εἶδον ἀνεῳγμένα σπλάγχνα πατρικὰ, κἂν δι᾽ εὐτελῶν γραμμάτων παρακαλῶ καὶ δέομαι τοῦ μνημονεύεσθαί μου ἐν πάσῃ ὥρᾳ [ὅτι ἀεὶ ὁ Κύριος ἐπισκέπτεται τὸν παρεδρευτὴν, καὶ ἀδιάλειπτον λατρευτὴν, λέγω δὴ τὸν ἀξίως κεκαθαρμένον νοῦν τῆς εὐλογημένης σου ψυχῆς] ὅπως διὰ τῆς ἁγιωσύνης σου κἀγὼ ἀπὸ τῶν κακῶν μου ῥυσθῶ, καὶ εὕρω διέξοδον ἀγαθὴν χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ τιμὴ καὶ κράτος σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A mites, qui numquam intermittunt bellum in genus humanum. Quem porro in terra sic ferociter ac moleste detinent, ut me, qui male & proprio arbitrio illis adhuc inservio? At misericordia motus is qui nullo modo delectatur interitu viventium, longanimitatem suam humanitatemque declaravit, & emota illa cogitatione pia excitavit propositum profundissimo somno demersum, ostensis ac manifestatis mihi, quos dixi, gigantibus. Primum sane dico, oblivionem, quæ expulit Adamum e paradiso: nam nisi Domini præceptum oblitus fuisset, numquam ea gloria excidisset. Secundum, socordiam: qua ignavus effectus paruit conjugi. Tertium, ignorantiam: qua ductus ignoravit tum quis B esset, tum quid ageretur. Hosce tres spiritus Dominus Jesus manifestos mihi reddidit per Spiritum sanctum habitantem in te. Nam emisit profecto gladium bis acutum, quod est verbum Dei, quo admodum placate bipartitus est animum meum. Nec huc usque dumtaxat processit, sed etiam quasi suavitatem quamdam spiritalem verborum tuorum indidit voluntati meæ. Quot igitur ora, quotve linguæ suppetere poterunt, ad digne gratias agendas Domino ac Deo vero pro mihi reductis in memoriam a te beneficiis? Commodam item epistolæ C methodum, & sitam in verbis intimam benevolentiam, quæ incitant ad investigandam veritatem, ad observanda mandata Dei, multum denique conferunt ambulare volenti viam Domini, quæ deducit ad vitam æternam, quis digne laudabit? Neque vero mihi solum hoc commodum accessit e sermone tuo: sed & omnium eorum qui ipsum audierunt, intellectus magnifice illustratus est, multumque fructum excerpsit e verbis efficaciter prolatis: procul dubio perinde rata erant, ac res ipsæ: sermonesque exaudiebantur, non ut sermones, sed velut opus manifestum, quod subjicitur oculis nostris. Mox enim sermo temperantiam summam indidit animis. Et quia efficax erat sermo, manere non D poterat otiosus: sed confestim, productis spicis, fructum tempestivum exhibuit. Neque etiam eo usque solum processit: sed eo satiari nemo poterat (ita novit Deus) quandocumque enim incido in illum, anima mea misera satietatem non capit. Precibus igitur sanctitatis tuæ hoc donum perpetuo inhærebit, ut ego scintilla cælestis permaneam, deletis prorsus jam dictis gigantibus in finem usque: ne forte etiam liberi arbitrii oblitus, me ipsum prodens in ante dicta mala me conjiciam, & fiam pabulum adversariorum meorum. Ceterum credo, Dominum meum Jesum Christum qui in te inhabitat, ope sanctitatis tuæ, aliorumque perinde ac tu certantium, non aspernaturum esse me, nec traditurum in ora modo dictorum gigantum: verum E assidua opera sanctorum servorum suggesturum, ut ego miser, adjutus sanctis tuis precibus, perspectam habeam viam suam. Quare deprecor ac supplico misericordi sanctæque animæ tuæ, ne me damnes eo nomine, quod nimia fiducia adductus, ausus sum rescribere litteras sanctitati tuæ: quoniam ubi animadverti aperta esse viscera paterna, statui vel levibus litteris obsecrare te & precari, ut hora quacumque memor sis mei (semper enim observat Dominus assidentem sibi & irremissum cultorem, mentem dico benedictæ animæ tuæ digne purgatam) ut per sanctimoniam tuam ego quoque liberer a vitiis meis, felicemque consequar exitum, per gratiam Christi Dei: cum quo, Patri honor & imperium, una cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.



# EJUSDEM S. MARCI MONACHI ET EREMITÆ OPUSCULUM VI.

Κεφάλαια νηπτικά. A

ά. Ο Κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μόνον πιστὸς, τὸ ὄρος τῆς κακίας ἑαυτῷ διὰ πίστεως μετατίθησιν, ἀπωθούμενος ἑαυτοῦ τῇ ἀστάτῳ περιφορᾷ τὴν ὑπὸ αἴσθησιν, τὴν ἐπ' αὐτῆς προτέραν διάθεσιν. ὁ δὲ μαθητὴς εἶναι δυνάμενος, ἐκ τῷ λόγῳ δεχόμενος χερσὶ τῶν γνωστικῶν ἄρτων τὰ κλάσματα, διατρέφει χιλιάδας, πράξει δεικνὺς πληθυνομένην τοῦ λόγου τὴν δύναμιν. ὁ δὲ ἀπόστολος ἰσχύσας εἶναι, πᾶσαν ἰατρεύει νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν, ἐκβάλλων δαιμόνια, τοῦτ' ἔστι τὴν τῶν παθῶν φυγαδεύων ἐνέργειαν, νοσοῦντας ἰώμενος, πρὸς ἕξιν εὐσεβείας τοὺς στερηθέντας αὐτῆς δι' ἐλπίδος ἐπανάγων, καὶ τοὺς δι' ὄκνων μαλακισθέντας ἐπιστύφων τῷ λόγῳ B τῆς πίστεως· πατεῖν γὰρ ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων κελευσθεὶς ἀρχὴν, τέλος τῆς ἁμαρτίας ἐξαφανίζει.

β'. Σάββατα σαββάτων, ἔστιν ἠρεμία ψυχικὴ ψυχῆς λογικῆς, καὶ ἀπ' αὐτῶν πάντων ἐν τοῖς οὖσι θειοτέρων λόγων τὸν νοῦν συστειλάσης, καὶ μόνον τὸν Θεὸν κατ' ἐρωτικὴν ἔκστασιν ὁλικῶς ἐνδυσάσης, καὶ παντελῶς ἀκίνητον αὐτὸν τῷ Θεῷ διὰ τῆς μυστικῆς θεολογίας ποιησάσης.

γ'. Θέρος θέρος, ἔστιν ἡ πᾶσα ἄβατος, καὶ κατὰ τὴν τῶν νοητῶν μυστικὴν θεωρίαν, περὶ νοῦν ἀγνώστως συνισταμένη τῷ Θεῷ κατανόησις, ἣν προσφέρει δεόντως ὁ ἐκ τῶν ὁρατῶν καὶ τῶν ἀοράτων κτισμάτων ἀξίως γεραίρων τὸν κτίσαντα.

C

δ'. [1] Ο τὴν ἕκτην εὐαγγελικῶς ἄγων ἡμέραν, ἀποκτείνας πρότερον τὰ τῆς ἁμαρτίας πρῶτα κινήματα, τὴν πάσης κακίας ἔρημον διὰ τῶν ἀρετῶν καταλαμβάνει τῆς ἀπαθείας κατάστασιν, σαββατίζων κατὰ νοῦν καὶ αὐτῆς ψιλῆς τῆς τῶν παθῶν φαντασίας. ὁ δὲ τὸν Ἰορδάνην διαπεράσας, εἰς τὴν τῆς γνώσεως μετατίθεται χώραν, καθ' ἣν ὁ νοῦς μυστικῶς ὑπὸ τῆς εἰρήνης οἰκοδομούμενος Θεῷ γίνεται κατοικητήριον ἐν πνεύματι.

έ. Ο τὴν ἕκτην θεϊκῶς μετὰ τῶν προσφόρων ἔργων καὶ ἐννοιῶν ἑαυτῷ συμπληρώσας ἡμέραν, καὶ αὐτὸς μετὰ τῷ Θεοῦ καλῶς τὰ ἑαυτῷ συντελέσας ἔργα, διέβη τῇ κατανοήσει πᾶσαν τὴν ὑπὸ φύσιν καὶ χρόνον ὑπόστασιν, καὶ εἰς τὴν τῶν αἰώνων καὶ αἰωνίων D μετετάξατο μυστικὴν θεωρίαν, σαββατίζων ἀγνώστως κατὰ νοῦν τὴν ὁλικὴν τῶν ὄντων ἀπόληψίν τε καὶ ὑπέρβασιν. εἰ δὲ καὶ τῆς ὀγδόης ἀξιωθεὶς ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνέστη [τῶν μετὰ Θεὸν λέγω πάντων αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν, καὶ λόγων] καὶ νοημάτων καὶ ἔζησε τὴν τῷ Θεῷ μακαρίαν ζωὴν [τῷ μόνῳ κατὰ ἀλήθειαν κυρίως ζωῆς καὶ λεγομένῳ καὶ ὄντος] οἷα καὶ αὐτὸς γενόμενος τῇ θεώσει Θεός.

ς'. Τὰ φαινόμενα πάντα δεῖται σταυροῦ, τῆς τῶν ἐπ' αὐτοῦ κατ' αἴσθησιν ἐνεργουμένων ἐπεχούσης τὴν σχέσιν ἕξεως· τὰ δὲ νοούμενα πάντα χρήζει ταφῆς, τῆς τῶν ἐπ' αὐτῆς κατὰ νοῦν ἐνεργουμένων ὁλικῆς ἀκινησίας· τῇ γὰρ σχέσει συναναιρουμένης τῆς περὶ πάντα φυσικῆς ἐνεργείας τε καὶ κινήσεως, ὁ λόγος μόνον ἐφ' ἑαυτὸν ὑπάρχων ὥσπερ ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένος, προσαναφαίνεται πάντα περιγραφὴν

*Capitula de Temperantia.*

I. QUI juxta legem evangelicam fidelis est dumtaxat, fide transfert a seipso montem nequitiæ, instabili revolutione a se ipso excutiens affectum sub sensu positum, qui prius in sensu residebat. Qui vero potest esse discipulus, a Verbo suscipiens manibus fragmenta panum notionem præstantium, alit multa millia: ostendens ipso facto multiplicari vim Verbi. Cui autem pervenire licet ad gradum Apostoli, is curat omnem morbum & omnem languorem: ejiciens dæmonia, hoc est, fugans affectionum efficaciam: sanans ægrotos, spe reducens ad habitum pietatis eos, qui illo privati erant: perstringens verbo fidei, quos reperit ignavia languentes. Qui enim jussus est conculcare caput serpentum & scorpionum, delet caudam peccati.

II. Sabbata sabbatorum, est requies rationalis animæ rationalis: quæ a cunctis ipsis rerum divinioribus sermonibus mente correpta amoris excessu solum plane Deum induit, ipsamque prorsus inseparabilem a Deo mysticæ theologiæ beneficio reddit.

III. Messis messium, est omnis inaccessa Dei intellectio, & quæ post mysticam rerum sub intellectum cadentium speculationem, modo nobis ignoto, consistit in intellectu: quam commode promit, qui ex conspicuis & invisibilibus creaturis pro dignitate veneratur creatorem.

IV. Qui peremtis ante primis peccati motionibus sextum agit evangelice diem, ope virtutum, omni vitio vacuum apprehendit statum affectibus carentem, mente quiescens vel ab ipsa nuda affectionum imaginatione. Qui vero Jordanem transmisit, migrat in regionem notitiæ: qua mens ædificata, mysticæ pacis opera Dei domicilium evadit in spiritu.

V. Qui cum exhibitione operum & cogitationum sextum sibi ipsi divine complevit diem, ac Deo favente recte sua peregit opera, omnem intellectu trajecit hypostasin naturalem & temporaneam: estque translatus in mysticam sæculorum & æternorum contemplationem, animo rerum plane relictarum & transmissarum, ratione nobis ignota, sabbatum agens. Sin octavo quoque die dignus habitus resurrexit a mortuis, (nempe ab omnibus inferioribus Deo rerum sensibilium & intelligibilium sermonibus & conceptis) vixit beatam Dei vitam (cum lex re vera proprie vitæ sit & dicatur) quasi promotione divina factus est ipse Deus.

VI. Omnia quæ subjacent oculis, egent cruce: sub qua habitus contineat habitudinem eorum quæ sensu peraguntur. Cuncta vero quæ percipiuntur intellectu, exigunt sepulcrum: in quo nullus sit eorum motus quæ versantur animo. Naturali enim circa res omnes actione motuque una cum habitudine sublatis, ratio nuda in se ipsa consistens velut a mortuis excitata, emergit super omnia quæ cir-

1. Ο τὴν ἕκτ.] Hæc & sequens sententia caute perlegenda.

ἔχοντα ἐξ αὐτοῦ, μηδενὸς φυσικῇ σχέσει τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα τὸ σύνολον ἔχοντος· κατὰ χάριν γὰρ, ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἡ τῶν σωζομένων σωτηρία.

ζ'. Ἕως τῆς ἡμῶν τε καὶ πάντων τῶν μετὰ Θεὸν οὐσίας κατὰ διάνοιαν καθαρῶς οὐκ ἐμβεβήκαμεν τὴν ἕξιν, οὔπω τὴν κατ' ἀρετὴν ἀτρεψίαν ἐλάβομεν. ὁπηνίκα δὲ τοῦτο δι' ἀγάπης ἡμῖν κατορθωθῇ τὸ ἀξίωμα, τότε γνωσόμεθα τῆς θείας ἐπαγγελίας τὴν δύναμιν· ἐκεῖ γὰρ εἶναι χρὴ πιστεύειν καθίδρυσιν ἀμετάθετον τοὺς ἀξίους, ἔνθα προλαβὼν ὁ νοῦς δι' ἀγάπης τὴν σφετέραν ἐρρίζωσε δύναμιν. ὁ γὰρ μὴ ἐκβὰς ἑαυτοῦ, καὶ πάντων τῶν ὁπωσοῦν νοεῖσθαι δυναμένων, καὶ εἰς τὴν ὑπερνόησιν σιγὴν καταστὰς, οὐ δύναται τροπῆς εἶναι πάντων ἐλεύθερος.

η'. Πᾶσα νόησις, πλήθους, ἢ τὸ ἐλάχιστον δυάδος, πάντως ἔμφασιν ἔχει. μέση γὰρ τινῶν ἐστιν ἀκροτήτων σχέσις ἀλλήλοις συνάπτουσα. τό, τε οὖν κ τὸ νοούμενον· οὐδὲ γὰρ οὐδέτερον δι' ὅλου τὴν ἁπλότητα πέφυκε σώζειν· τό, τε γὰρ νοοῦν, ὑποκείμενόν τί ἐστι, πάντως συνεπινοουμένην αὐτῷ τὴν τοῦ νοεῖσθαι ἔχον δύναμιν, ἢ πρὸς ὑποκειμένην τὴν οὗ ἐστι δύναμις οὐσίαν. οὐ γάρ τι τῶν ὄντων τὸ σύνολον, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ, ἁπλῆ τις οὐσία ἢ νόησίς ἐστιν, ἵνα καὶ μονὰς ἀδιαίρετος· τὸν δὲ Θεὸν εἴτε οὐσίαν εἴπομεν, οὐκ ἔχει φυσικῶς συνεπινοουμένην αὐτῷ τὴν τοῦ νοεῖσθαι δύναμιν, ἵνα μὴ καὶ σύνθετος· εἴτε νόησις, οὐκ ἔχει φυσικῶς δεκτικὴν τὴν τῆς νοήσεως ὑποκειμένην οὐσίαν, ἀλλ' αὐτὸς κατ' οὐσίαν, νόησίς ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ ὅλος νόησις, καὶ μόνον, καὶ ὑπὲρ οὐσίαν ὅλος, καὶ ὑπὲρ νόησιν ὅλος· διότι μονὰς ἀδιαίρετος, καὶ ἀμερὴς, καὶ ἁπλῆ. ὁ τοίνυν καθοτιοῦν νόησιν ἔχων, οὔπω τῆς δυάδος ἐξῆλθεν· ὁ δὲ ταύτην πάμπαν ἀπολιπὼν, γέγονέ πως ἐν τῇ μονάδι, τὴν τοῦ νοεῖν ὑπεροχικῶς ἀποθέμενος δύναμιν.

θ'. Ἐν μὲν τοῖς πολλοῖς ἑτερότης κ ἀνομοιότης ἐστὶ κ διαφορά· ἐν δὲ τῷ Θεῷ κυρίως ἑνὶ κ μόνῳ τυγχάνοντι, ταύτης κ ἔξω γενέσθαι, τῶν πολλῶν ἐπιβάλλειν ταῖς περὶ Θεοῦ θεωρίαις. κ δηλοῖ τοῦτο Μωϋσῆς ἔξω τῆς παρεμβολῆς πηγνύμενος τὴν σκηνὴν τῆς διανοίας, κ τότε προσομιλῶν τῷ Θεῷ. τὸ γὰρ μετὰ λόγου τοῦ κατὰ προφορὰν πειρᾶσθαι φάναι τὸν ἄρρητον, ἐπικίνδυνον, ὅτι δυὰς κ πλεόν ἐστιν ὁ κατὰ προφορὰν λόγος· τὸ δὲ ἄνευ φωνῆς μόνῃ ψυχῇ τὸ ὂν θεωρεῖν ἰσχυρότερον, ὅτι κατὰ τὴν ἀδιαίρετον ἵσταται μονάδα, κ οὐκ ἐν τοῖς πολλοῖς. ὁ γὰρ ἀρχιερεὺς ἅπαξ τοῦ ἔτους εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἔσω τοῦ καταπετάσματος εἰσιέναι μόλις προστεταγμένος, διδάσκει, μόνον δεῖν ἐκεῖνον τὸν τὴν αὐλὴν κ τὰ ἅγια διαβάντα, κ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἔσω γενόμενον, τοῦτ' ἔστι τὴν ἅπασαν τῶν αἰσθητῶν τε κ νοημάτων παρελθόντα φύσιν, κ πάσης τῆς κατὰ τὴν γένεσιν ἰδιότητος γενόμενον καθαρὸν, ἀνειμονι κ γυμνῇ τῇ διανοίᾳ προσβάλλειν ταῖς περὶ Θεοῦ φαντασίαις.

ι'. Μωσῆς ὁ μέγας ἔξω τῆς παρεμβολῆς πηξάμενος τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν, τοῦτ' ἔστι τὴν γνώμην κ τὴν διάνοιαν ἱδρυσάμενος ἔξω τῶν ὁρωμένων, προσκυνεῖν τὸν Θεὸν ἄρχεται, κ εἰς τὸν γνόφον εἰσελθὼν τὸν ἀειδῆ κ ἄϋλον τῆς γνώσεως τόπον, ἐκεῖ μένει τελούμενος τὰς ἱερωτάτας τελετάς.

ια'. [1] Ο τὸν νόμον διὰ βίου κ πολιτείας ἐκπληρῶν, μόνων τῶν τῆς κακίας ἀργεῖ συμπερασμάτων, καταθύων τῷ Θεῷ τὴν ἄλογον τῶν παθῶν ἐνέργειαν,

cumscribuntur ab ipsa: cum nihil sit prorsus, quod per naturalem habitudinem cum ipsa familiaritatem habeat. A gratia siquidem oritur, non a natura, salus eorum qui salvantur.

VII. Donec pure animo egressi fuerimus habitum, quem gerimus erga nostram omniumque inferiorum Deo substantiam, immunitatem aversionis a virtute nondum accepimus. Ubi enim hæc dignitas prospere nobis per caritatem obvenerit, tum agnoscemus vim promissionis divinæ. Quoniam qui digni sunt, credere debent, illic esse domicilium immotum, ubi præveniens animus virium suarum per caritatem fixit radices. Nam qui a se ipso & ab omnibus quæ quomodocumque comprehenduntur animo, non fuerit egressus, & in silentio intellectum excedente constitutus, ab omnium mutatione liber esse non potest.

VIII. Omnis intellectio profecto plurium aut ad minimum duorum significationem habet. Est enim habitudo media inter extrema quædam illis invicem consentanea. Quandoquidem tum illud quod intelligitur officio cujusdam subjecti fungitur, tum etiam ipsum intelligens: neutrum enim omnino simplicitatem natura servare potest, habens plane facultatem intelligendi, quæ simul intelligatur ab ipso: vel erga subjectam substantiam ejus qui præditus est facultate. Nulla enim res prorsus exstat, quæ per se ipsam simplex substantia sit aut intellectio, ut sit unitas individua. Deus autem sive substantia dicatur, non habet a natura facultatem intelligendi quæ una intelligatur ab ipso, ne sit compositus: sive dicatur intellectio, non habet naturaliter subjectam substantiam intellectionis susceptivam. At vero Deus ipse secundum substantiam est intellectio, & totus intellectio, ac solus & totus excedens substantiam & intellectum: ideoque unitas individua, simplex & carens partibus. Proinde qui quomodocumque præditus est intellectione, nondum exiit binarium: qui vero hunc prorsus reliquit, aliquantisper in unitate vim intelligendi præstantissime deposuit.

IX. Multis quidem in rebus est diversitas, dissimilitudo atque differentia: dicere vero, Deum qui proprie unus ac solus est, illius expertem esse, est multorum de Deo speculationes incessere. Et hoc ita se habere declarat Moyses, qui fixo extra castra tabernaculo intellectus, familiariter est cum Deo locutus. Periculosum enim est, sermone prolato ineffabilem eloqui tentare, quia sermo prolatus, dualis est ac pluralis. At animo solo sine voce contemplari ipsum ens, tutius est: quoniam in individua subsistit unitate, non in pluribus. Etenim pontifex, cui vix mandatum erat ut semel in anno ingrederetur in sancta sanctorum intra velamen, docet, illum solum qui aulam & sancta transiit, & ad sancta sanctorum pervenit, hoc est, rerum sensibilium ac intelligibilium universam naturam transgressus est, & omni vitio peculiari quod contraxit a nativitate, purgatus, nuda apertaque mente ad imaginationes de Deo irrumpere debere.

X. Magnus ille Moses cum fixisset extra castra suum ipsius tabernaculum, hoc est, semotis iis quæ cernuntur, firmasset animum & intellectum, cœpit adorare Deum: & in nubem caliginosam ingressus, in amœnum & materia carentem notitiæ locum, illic manet, ut initietur sacrosanctis mysteriis.

XI. Qui vita & conversatione legem exsequitur, is vitiosis dumtaxat connexionibus vacat, immolans Deo irrationalem affectuum operationem: cui mo-

1. Ο τὸν νόμ.] Hanc item & sequentem sententiam caute legas.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

καὶ τούτῳ πρὸς σωτηρίαν ἀρκεῖται τῷ τρόπῳ, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ πνευματικὴν νηπιότητα.

ιβʹ. Ὁ τὴν εὐαγγελικὴν ζωὴν γνησίως ἀσπαζόμενος, καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος ἑαυτοῦ τῆς κακίας ἐξέτεμε, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἔργῳ τε καὶ λόγῳ μετέρχεται, θύων θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐξομολογήσεως, πάσης τῆς κατ' ἐνέργειας τῶν παθῶν ἀπηλλαγμένος ὀχλήσεως, καὶ τῆς κατὰ νοῦν πρὸς αὐτὴν μάχης ὑπάρχων ἐλεύθερος, καὶ μόνον ἔχων τὴν ἐπ' ἐλπίδι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τὴν ψυχὴν διατρέφουσαν ἀκόρεστον ἡδονήν.

ιγʹ. Ὁ τῆς γεέννης φόβος, κακίαν φεύγειν παρασκευάζει τοὺς εἰσαγομένους· ὁ δὲ πόθος τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀντιδόσεως, τοῖς προκόπτουσι τὴν ἐπ' ἐνεργείᾳ τῶν ἀγαθῶν χαρίζεται προθυμίαν· τὸ δὲ τῆς ἀγάπης μυστήριον, πάντων ὑπεραίρει τῶν γεγονότων τὸν νοῦν, πρὸς πάντα τὰ μετὰ Θεὸν τυφλὸν ἀπεργαζόμενον. μόνους γὰρ τοὺς τυφλοὺς πρὸς πάντα τὰ μετὰ Θεὸν γεγενημένους ὁ Κύριος σοφίζει, δεικνὺς τὰ θειότερα.

ιδʹ. Ὁ γνώσεως ἐφιέμενος, ἀμετακινήτως τὰς βάσεις τῆς ψυχῆς ἐρεισάτω παρὰ τῷ Κυρίῳ, καθά φησιν ὁ Θεὸς τῷ Μωσεῖ· σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι μετ' ἐμοῦ. ἰστέον δὲ ὅτι καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἱσταμένοις παρὰ τῷ Κυρίῳ ἔστι διαφορὰ, εἴπερ ἐκεῖνο μὴ παρέργως ἀναγινώσκεται τοῖς φιλομαθέσι, τὸ, καί εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵ τινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει· οὐ γὰρ πᾶσιν ἀεὶ μετὰ δόξης ὁ Κύριος ἐπιφαίνεται παρ' αὐτῷ ἱσταμένοις. ἀλλὰ τοῖς μὲν εἰσαγομένοις, ἐν δούλου μορφῇ παραγίνεται, τοῖς δὲ δυναμένοις ἀκολουθῆσαι αὐτῷ ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν ἀναβαίνοντι τῆς αὐτοῦ μεταμορφώσεως ὄρος, ἐπὶ Θεοῦ μορφῇ ἐπιφαίνεται, ἐν ᾗ ὑπῆρχε πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι. δυνατὸν οὖν ἐστι κατὰ τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν πᾶσι τοῖς παρ' αὐτὸν τυγχάνουσιν ἐπιφαίνεσθαι Κύριον· ἀλλὰ τοῖς μὲν οὕτω, τοῖς δὲ ἑτέρως, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐν ἑκάστῳ πίστεως, δηλονότι ποικίλων τὴν θεωρίαν.

ιεʹ. Ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, καὶ δύνει ὁ ἥλιος, φησὶν ἡ γραφή· οὐκοῦν καὶ ὁ λόγος, ποτὲ μὲν νομίζεται ἄνω, ποτὲ δὲ κάτω, κατὰ τὴν ἀξίαν δηλονότι, καὶ αὐτὸν τὸν λόγον, ἢ τὸν τρόπον τῶν μετερχομένων τὴν ἀρετὴν, καὶ περὶ τὴν θείαν κινουμένων γνῶσιν. μακάριος δὲ ὁ κρατῶν ἄδυτον ἐν ἑαυτῷ κατὰ τὸν τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦν, τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον, ὅλον τὸ μέτρον τῆς κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἡμέρας κακίας, ἑσπέρας καὶ ἀγνωσίας μὴ περιγραφόμενον, ἵνα δυνηθῇ νομίμως τροπώσασθαι τοὺς ἐπανισταμένους αὐτῷ πονηροὺς δαίμονας.

ιϛʹ. Ὁ τὴν κατ' εὐσέβειαν μετιὼν φιλοσοφίαν, καὶ πρὸς τὰς ἀοράτους παρατασσόμενος δυνάμεις, εὐχέσθω τήν τε φυσικὴν αὐτῷ διάκρισιν παραμεῖναι φῶς ἔχουσαν σύμμετρον, καὶ τὴν φωτιστικὴν τοῦ πνεύματος χάριν· ἡ μὲν γὰρ, παιδαγωγεῖ τὴν σάρκα πρὸς ἀρετὴν διὰ πράξεως· ἡ δὲ, φωταγωγεῖ τὸν νοῦν τὴν τῆς σοφίας πάντων προκρῖναι συμβίωσιν, καθ' ἣν τῶν τε τῆς κακίας ὀχυρωμάτων, καὶ παντὸς ὑψώματος ἐπαιρομένου κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ποιεῖται τὴν καθαίρεσιν. καὶ δηλοῖ δι' εὐχῆς αἰτῶν ὁ Ναυῆ Ἰησοῦς στῆναι τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαὼ, τοῦτ' ἔστιν, ἄδυτον αὐτὸν τὸ φῶς τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ ὄρος τῆς κατὰ νοῦν θεωρίας φυλαχθῆναι· καὶ τὴν σελήνην κατὰ φάραγγα, τοῦτ' ἔστι, τὴν φυσικὴν διάκρισιν, ἐπὶ τῆς σαρκικῆς ἀσθενείας κειμένην ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀναλλοίωτον διαμεῖναι.

ιζʹ. Οἱ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων κατὰ τὴν Γαλιλαίαν ἐν τῷ ὑπερῴῳ κλείσαντες τὰς θύρας καθήμενοι, τοῦτ' ἔστιν οἱ διὰ τὸν φόβον τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, κατὰ τὴν χώραν τῶν ἀποκαλύψεων ἐν τῷ ὕψει τῶν θείων θεωρημάτων ἀσφαλῶς βεβηκότες,

A dus ille sufficiat ad salutem, ob exilitatem sui spiritus.

XII. Qui vitam evangelicam vere complectitur, initium & finem sui ipsius a vitio secrevit, omnemque virtutem opere & sermone percurrit, immolans sacrificium laudis & confessionis, ereptus ab omni perturbatione quæ gignitur ex affectuum vigore, & liber a conflictu mentis adversus illam, alens dumtaxat animo, spe futurorum bonorum, delicias nullam afferentes satietatem.

XIII. Metus gehennæ instruit novitios, ut fugiant vitium: desiderium autem remunerandi accepta beneficia, largitur promotis alacritatem animi B ad ea quæ bona sunt peragenda. At caritatis mysterium supra creaturas omnes extollit mentem, efficiens illam cæcam quoad universa Deo posteriora. Illos enim solos Dominus, patefactis quæ diviniora sunt, sapientiam docet, qui cæci sunt in rebus Deo inferioribus.

XIV. Qui nosse desiderat, immota animæ fundamenta figat apud Dominum: quemadmodum Deus dixit Mosi: [a] *Tu vero heic sta mecum*. Sciendum porro discrimen esse inter eos qui stant apud Dominum, si modo non abs re legitur illud a discendi studiosis: [b] *Sunt quidam de heic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei venientem in virtute*. Non enim Dominus omnibus apud C eum stantibus semper apparet gloriosus: sed ad novitios quidem accedit in forma servi: illis vero qui sequi possunt eum ascendentem in excelsum montem transfigurationis suæ, apparet in forma Dei, in qua erat ante quam mundus exstaret. Potest ergo fieri, ut simul idem Dominus appareat omnibus apud eum constitutis: verum his quidem hoc modo, illis vero aliter, pro modo fidei cujusque, nempe pro variorum meditatione.

XV. [c] *Oritur sol, & occidit sol*, inquit scriptura. Proinde etiam verbum quandoque superno modo existimatur, quandoque inferno: pro dignitate videlicet, ipso sermone & animo percurrentium vir-D tutem, & circa divinam cognitionem versantium. Sed beatus est ille, qui possidet adytum in se ipso, more Jesu filii Nave, solem justitiæ: qui totus est modus diei nequitiæ præsentis vitæ, non circumscriptus vespera & ignoratione: ut legitime fugare possit malignos dæmones insurgentes in eum.

XVI. Qui pietati deditam percurrit philosophiam, stans in acie adversus invisibiles potestates, deprecetur ut naturaliter insita sibi discretio mediocri lumine prædita, & illuminatrix gratia sancti Spiritus secum permaneant. Illa enim moderatur carnem ad virtutem exercendam: hæc autem illustrat animum, ut conversationem quæ sapientia regitur, E omnibus anteponat: qua destruuntur arces tum vitiorum tum [d] celsitudinis omnis extollentis se adversus cognitionem Dei. Quod perspicuum facit Jesus filius Nave, postulans precibus ut subsisteret sol contra Gabaonitas, hoc est, ut arcanum lumen illud cognitionis Dei conservaretur in monte contemplationis animi: & luna in valle; hoc est, discretio naturalis in carne debili posita, absque virtutis alteratione perduraret.

XVII. Qui metu Judæorum in Galilæa sedent in tabulato claudentes portas; id est, qui timore spirituum malignorum in regione revelationum per sublimitatem divinarum contemplationum secure vivunt, claudentes sensus instar portarum, suscipiunt

[a] Deut. V. 31. [b] Matth. XVI. 28. [c] Eccle. I. 5. [d] II. Cor. X. 5.

θυρῶν δηλονότι μύσαντες τὰς αἰσθήσεις, παραγινόμενον ἀγνώστως δέχονται τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἄνευ τῆς κατ' αἴσθησιν ἐνεργείας αὐτοῖς ἐπιφαινόμενον, ἀπάθειάν τε διὰ τῆς εἰρήνης, καὶ μερισμοὺς πνεύματος ἁγίου διὰ τῆς ἐμπνεύσεως δωρούμενον, καὶ τὴν κατὰ πνευμάτων πονηρῶν ἐξουσίαν παρέχοντα, καὶ δεικνύοντα τῶν αὐτοῦ μυστηρίων τὰ σύμβολα.

ιη'. Η γῆ τῶν Χαλδαίων, ἐστὶν ὁ ἐμπαθὴς βίος, ἐν ᾧ τῶν ἁμαρτημάτων δημιουργεῖται καὶ προσκυνεῖται τὰ εἴδωλα· ἡ δὲ μέση τῶν ποταμῶν, ἐστὶν ὁ ἐπαμφοτερίζων τοῖς ἐναντίοις τρόποις· ἡ δὲ γῆ τῆς ἐπαγγελίας, ἐστὶν ἡ παντὸς ἀγαθοῦ πεπληρωμένη κατάστασις. πᾶς οὖν ὁ ταύτης, κατὰ τὸν παλαιὸν Ισραὴλ, τῆς ἕξεως, πρὸς δουλείαν πάλιν κατασύρεται παθῶν, τῆς δοθείσης ἐλευθερίας στερούμενος.

ιθ'. Σημειωτέον, ὡς οὐδεὶς τῶν ἁγίων φαίνεται κατελθὼν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν· οὐ γὰρ θέμις, οὔτε συνέσεώς ἐστι λογικῆς, τῶν ἀγαθῶν ἀνθαιρεῖσθαι τὰ χείρονα τοὺς τὸν Θεὸν ἀγαπῶντας. εἰ δέ τινες αὐτῶν κατὰ βίαν ἐκεῖ τῷ λαῷ συναπήχθησαν, νοοῦμεν διὰ τούτων τοὺς μὴ προηγουμένως, ἀλλὰ κατὰ περίστασιν σωτηρίας, ἕνεκεν τῶν χρῃζόντων χειραγωγίας, ἀφέντας τὸν ὑψηλότερον τῆς γνώσεως λόγον, καὶ τὴν περὶ παθῶν μετερχομένους διδασκαλίαν. καθ' ἣν καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος ἐν σαρκὶ λυσιτελέστερον ἔκρινεν εἶναι, τουτ' ἔστι τῇ ἠθικῇ διδασκαλίᾳ, διὰ τοὺς μαθητὰς, ὅλον ἔχων τὸν πόθον ἀναλῦσαι τῆς ἠθικῆς διδασκαλίας, καὶ σὺν Χριστῷ γενέσθαι διὰ τῆς κατὰ νοῦν ὑπερκοσμίου καὶ ἁπλῆς θεωρίας.

κ'. Αποδημεῖ σαρκὸς, ὁ πρὸς τὴν γνωστικὴν ἕξιν μεταβὰς ἀπὸ τῆς πρακτικῆς, ἁρπαζόμενος ὡς αἱ νεφέλαι τοῖς ὑψηλοτέροις νοήμασιν, εἰς τὸν διαφανῆ τῆς μυστικῆς θεωρίας ἀέρα, καθὸ σὺν Κυρίῳ εἶναι δυνήσεται. πάντοτε ἐκδημεῖ ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὁ μήπω δίχα τῶν κατ' αἴσθησιν ἐνεργειῶν καθαρῷ νοῒ θεωρῆσαι κατὰ τὸ ἐφικτὸν, τὰ νοήματα δυνάμενος· καὶ τὸν περὶ τοῦ Κυρίου λόγον ἁπλοῦν χωρὶς αἰνιγμάτων μὴ χωρῶν.

κα'. Πῶς τὸν Θεὸν ἐν τῷ τῆς ἁγίας γραφῆς ποικίλως διὰ τῶν αἰνιγμάτων σεσωματωμένον ὁρῶμεν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, οὔπω τὸν ἀσώματον καὶ ἁπλοῦν καὶ ἑνιαῖον, καὶ μόνον, ὡς ἐν ἀσωμάτῳ καὶ ἑνιαίῳ καὶ μόνῳ υἱῷ, νοητῶς τεθεάμεθα πατέρα· κατὰ τὸ, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· κἀγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί; πολλοῖς οὖν χρεία τῆς ἐπιστήμης, ὥστε διαδύντας πρότερον τὰ περὶ τὸν λόγον τῶν ῥημάτων καλύμματα, οὕτω γυμνὸν τῷ νοῒ καθαρὸν αὐτὸν ἑστῶτα θεάσασθαι τὸν τοῖς ἀνθρώποις δεικνύντα. διόπερ ἀνάγκη τὸν εὐσεβῶς τὸν Θεὸν ἐπιζητοῦντα, μηδενὶ κρατεῖσθαι ῥητῷ, ἵνα μὴ ἀντὶ Θεοῦ τὰ περὶ Θεοῦ λάθῃ λαβὼν, τουτ' ἔστιν ἀντὶ τοῦ λόγου τὰ ῥητὰ στέργων ἐπισφαλῶς τῆς γραφῆς, τοῦ λόγου διαφυγόντος τὸν νοῦν, τὸν ἐκ τῶν περιβλημάτων κρατεῖν δοκοῦντα τὸν ἀσώματον λόγον, κατά γε τὴν Αἰγυπτίαν, τὴν μὴ τοῦ Ιωσὴφ, ἀλλὰ τῶν αὐτοῦ ἐπιλαμβανομένην ἱματίων· καὶ τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους, οἳ μόνῃ τῇ εὐπρεπείᾳ τῶν ὁρωμένων ἐναπομείναντες, ἔλαθον τῇ κτίσει λατρεύοντες παρὰ τὸν κτίσαντα.

κβ'. Οταν ὁ νοῦς τὰς ἐπικειμένας αὐτῷ πολλὰς περὶ τῶν τῆς ἀληθείας λόγων ὠθῆται δόξας, τότε σαφὴς αὐτῷ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος ἀναφαίνεται, διδοὺς αὐτῷ τῆς ὄντως γνώσεως τὰς ὑποθήκας, καὶ τὰς πρώην ἐπ' αὐτῷ προλήψεις, ὡσεὶ λεπίδας τῶν ὀπτικῶν δυνάμεων ἀπωθούμενος, κατὰ τὸν θεσπέσιον καὶ μέγαν ἀπόστολον Παῦλον· λεπίδες γάρ εἰσιν ὡς ἀληθῶς ἐπικείμεναι τῷ διορατικῷ τῆς ψυχῆς, καὶ ἀπείργουσαι τῆς πρὸς τὸν ἀκραιφνῆ τῆς ἀληθείας λόγον διαβάσεως, αἵ τε πρὸς τὸ ῥητὸν μόνον τῆς γραφῆς ὑπολήψεις, καὶ τῶν ὁρωμένων αἱ κατ' αἴσθησιν προσπαθεῖς θεωρίαι.

A adveniens ignoto modo Verbum Dei, fine ullius fenfus operatione apparens illis. Quod quidem per tranquillitatem & diftributionem fancti Spiritus infufflans, confert affectionum vacuitatem, præftatque robur adverfus malignos fpiritus, prolatis fuorum myfteriorum indiciis.

XVIII. Terra Chaldæorum, eft vita affectionibus dedita, in qua peccatorum idola fabricantur & adorantur. Mefopotamia vero, eft quæ particeps eft utrimque morum contrariorum. Terra autem promiffionis, eft ftatus omni genere bonorum plenus. Quicumque ergo ab hoc habitu, Ifraelitarum antiquorum more permotus, repetit fervitutem,
B donata privatur affectuum liberatione.

XIX. Notandum eft, fanctorum neminem defcendiffe vifum in Babylonem: nefas enim eft neque intellectui rationali congruit, eos qui Deum diligunt, deteriora pro bonis eligere. At vero fi quidam illorum per vim abducti funt illuc cum populo, per hos intelligimus, non opinione potiffima, fed circumftantia quadam falutis, manuducendorum gratia, fublimiorem notitiæ fermonem dimififfe, affectuum difciplina præterita. Propter quod magnus Apoftolus judicavit [a] utilius effe in carne verfari, hoc eft, in doctrina morum, difcipulorum caufa: cum alioqui totus defideraret folvi doctrina morali, & effe cum Chrifto, per fimplicem & fu-
C pramundanam animi contemplationem.

XX. [b] Peregrinatur a carne, qui ab activo tranfit ad cognitionis habitum, inftar nubium raptus a fublimioribus conceptibus in translucidum myfticæ contemplationis aerem, ut perpetuo effe poffit cum Domino. Peregrinatur autem a Domino, qui non poteft pura mente fpeculari pro viribus intellectiones abfque fenfibilibus operationibus, nec citra ænigmata capit fimplicem de Deo fermonem.


XXI. Quei fit, ut in volumine fanctæ fcripturæ varie per ænigmata videamus incorporatum Deum Dei Verbum, nondum tamen animo confpexerimus incorporeum, fimplicem, unicum ac folum patrem,
D velut in incorporeo, unico ac folo filio, juxta illud: [c] *Qui videt me, videt & patrem:* Et, [d] *Ego in patre, & pater in me eft?* Proinde egent plerique fcientia, ut prius velamenta verborum Deo Verbo circumpofita contemplari poffint: deinceps animo nudum & purum exfiftentem, qui fe revelat hominibus. Quare neceffe eft, eum qui religiofe Deum inquirit, nulli addictum effe dictioni: ne ignarus accipiat loco Dei, quæ de Deo feruntur, id eft, ne vice Dei Verbi periculofe amplectens eloquia fcripturæ, dum ipfum Dei Verbum fugit animum, ex veftimentis teneat eum qui videatur effe verbum incorporeum; more Ægyptiæ, quæ non ipfum Jofeph, fed ejus indumenta apprehendit: &
E veterum hominum exemplo, qui folo eorum quæ fubjacent oculis fplendore capti, ignari [e] *fervierunt creaturæ potius quam creatori.*

XXII. Cum plures de verbis veritatis opiniones fibi infitas difcutit animus, tum clarus apparet illi fermo veritatis, qui præbet ei pignora veræ notitiæ: & ante conceptas opiniones, velut fquamas, excutit a facultate videndi: quemadmodum accidit divino & magno Apoftolo Paullo [f]. Re enim vera opiniones, folis fcripturæ verbis adhærentes, & fenfibiles eorum quæ cernuntur fpeculationes affectibus deditæ, funt fquamæ appofitæ vifivæ facultati animæ, impedientes ne perveniat ad fyncerum veritatis fermonem.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

*a* Philipp. I. 24. *b* II. Cor. V. 6. 8. *c* Joan. xiv. 9. *d* Ibid. v. 10. *e* Rom. I. 25. *f* Act. ix. 18.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



A κγ'. Ὁ γενναίως καταπαλαίσας τὰ πάθη τοῦ σώματος, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν ἱκανῶς πολεμήσας, καὶ τῆς ἑαυτοῦ κατὰ ψυχὴν χώρας ἐξελάσας αὐτῶν τὰ νοήματα, καρδίαν εὐχέσθω καθαρὰν αὐτῷ δοθῆναι, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐν τοῖς ἐγκάτοις ἐγκαινισθῆναι· τοῦτ' ἔστι, τελείως, τῶν μὲν φαύλων κενωθῆναι λογισμῶν, τῶν δὲ θείων ἐννοιῶν πληρωθῆναι διὰ τῆς χάριτος, ἵνα γένηται κόσμος Θεοῦ νοητὸς, λαμπρός τε καὶ μέγας ἐξ ἠθικῶν, καὶ φυσικῶν, καὶ θεολογικῶν συνεστὼς θεωρημάτων.

XXIII. Qui luctatus est strenue adversus affectiones corporis, & immundis spiritibus feliciter expugnatis, eorum consilia expulit e regione animæ suæ, precetur [a] *cor mundum* sibi donari, & *spiritum rectum in visceribus innovari*, hoc est, improbis cogitationibus penitus exhauriri, divinis autem conceptionibus per gratiam impleri: ut efficiatur Dei mundus intellectualis, splendidus & ingens, qui moralibus, naturalibus & theologicis constet præceptis.

κδ'. Καρδία ἐστὶ καθαρὰ, ἡ παντάπασιν ἀνείδεον τῷ Θεῷ, καὶ ἀδιαμόρφωτον παραστήσασα τὴν μνήμην, καὶ μόνοις τοῖς αὐτοῦ ἑτοίμη ἐνσημανθῆναι τύποις, δι' ὧν ἐμφανὴς πέφυκε γενέσθαι.

XXIV. Cor mundum est illud, quod exhibet Deo memoriam omni specie formaque vacuam: paratum insigniri solis ipsius typis, quibus evadere solet illustre.

B κε'. Ζητοῦσί τινες τῶν φιλομαθῶν, κατὰ ποῖον ἔσται τρόπον ἡ τῶν αἰωνίων μονῶν τε καὶ ἐπαγγελιῶν διαφορά; πότερον καθ' ὑπόστασιν τοπικὴν, ἢ κατ' ἐπίνοιαν τῆς ἰδιαζούσης καθ' ἑκάστην μονὴν πνευματικῆς ποιότητά τε καὶ ποσότητα· καὶ τοῖς μὲν, δοκεῖ τὸ πρῶτον· τοῖς δὲ, τὸ δεύτερον. ὁ δὲ γνοὺς, τί τό· ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ἡμῶν ἐστι, καὶ τί τό· μοναὶ πολλαὶ παρὰ τῷ πατρὶ, τοῦ δευτέρου πάλιν γενήσεται.

XXV. Quærunt nonnulli disciplinarum studiosi, quonam pacto se habebit illa [b] mansionum æternarum & promissionum distinctio: num secundum localem subsistendi rationem, an secundum intellectionem, hypostasi spiritali per singulas mansiones peculiarem habente qualitatem & quantitatem. Et quibusdam placet prior opinio, aliis vero posterior. At qui novit, quid sit hoc, [c] *Regnum Dei intra vos est:* item illud: [d] *In domo patris mei mansiones multæ sunt:* posteriori rursum favebit.

C κϛ'. Ὁ τῷ θείῳ πόθῳ νικήσας τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς διάθεσιν, ἀπερίγραφος γέγονε, κἂν ἔστι ἐν σώματι· ὁ γὰρ ἕλκων τὴν τοῦ ποθοῦντος ἔφεσιν, Θεὸς πάντων ἀσυγκρίτως ἐστὶν ὑψηλότερος, οὐκ ἐῶν τὸν ποθοῦντά τινι τῶν μετὰ Θεὸν προσηλῶσαι τὴν ἔφεσιν. ποθήσωμεν οὖν τὸν Θεὸν καθ' ὅλην ἡμῶν τὴν τῆς ἐφέσεως ἰσχὺν, καὶ πᾶσι τοῖς σωματικοῖς τὴν προαίρεσιν ἀκράτητον ποιησώμεθα, καὶ πάντων τῶν ὄντως αἰσθητῶν καὶ νοητῶν ὑπεράνω τῇ διαθέσει γενώμεθα, καὶ οὐδὲν κατὰ γνώμην πρὸς τὸ συνεῖναι Θεῷ τῷ κατὰ φύσιν ἀπεριγράφῳ, παντελῶς ὑπὸ τῆς φυσικῆς ζωῆς ζημιωθησόμεθα.

XXVI. Qui divino desiderio ductus animæ vicit affectum erga corpus, incircumscriptus evasit, tametsi degit in corpore. Deus enim qui trahit desiderantis appetitum, sine ulla comparatione celsior est omnibus: nec finit optantem rei cuipiam, quæ post Deum sit, affigere desiderium. Quocirca desideremus Deum totis viribus appetitionis nostræ, demusque operam ut voluntas nullis rebus corporeis teneri possit: & affectu supra cuncta feramur, quæ sensu vere percipiuntur aut intellectu: ac nihil prorsus damni animo patiemur ab hac vita naturali, quo minus cum Deo versemur, natura minime circumscripto.

Ἐρώτησις.

Εἰ πάντοτε εἰσέρχεται ἄνθρωπος εἰς ἐκεῖνα τὰ πράγματα;

*Interrogatio.*

Semper ne ingreditur homo in res ejusmodi?

D Ἀπόκρισις.

Ἡ μὲν χάρις ἀδιαλείπτως σύνεστι, καὶ ἐῤῥίζωται καὶ ἐζύμωται ἐκ νέας ἡλικίας, καὶ ὡς φυσικὸν καὶ πηκτὸν ἐγένετο αὐτῷ σὺν τῷ ἀνθρώπῳ, ὡς μία οὖσα ἡ χάρις. πολυτρόπως δὲ ὡς θέλει πρὸς τὸ συμφέρον τῷ ἀνθρώπῳ οἰκονομεῖ· ποτὲ πλέον ἐκκαίεται καὶ ἅπτεται τὸ πῦρ· ποτὲ δὲ ὡς πραΰτερον καὶ μαλακώτερον, αὐτὸ τὸ φῶς κατὰ καιροὺς πλέον ἐξάπτεται καὶ λάμπει· ποτὲ ὑποστέλλον καὶ στυγνάζει. καί τοι ἡ λαμπὰς πάντοτε καιομένη καὶ λάμπουσα· ὅταν δὲ φαιδρυνθῇ, πλέον ἐν μεθέξει ἐξετάζεται τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τὸ φῶς ἐνδιδοῦσα· καίτοι σὺν ὂν τὸ φῶς ἀμβλύτερόν ἐστι· πλὴν ἐπεφάνη τισὶ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ διὰ φωτὸς, E καὶ προσεπάγη τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ. ἄλλοτε πάλιν ἐν τῇ εὐχῇ, ὡς ἐν ἐκστάσει γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ εὑρέθη εἰς θυσιαστήριον ἑστὼς ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ προσηνέχθησαν τῷ τοιούτῳ ἄρτοι τρεῖς, ὡς δι' ἐλαίου ἐζυμωμένοι· καὶ ὅσῳ ἤσθιεν ἐκεῖνος πλέον ηὔξανε καὶ ἐμηκύνετο. ἄλλοτε πάλιν ὥσπερ ἔνδυμά τι φωτεινὸν οἷον οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῆς γῆς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον, οὔτε ἀπὸ ἀνθρωπίνων χειρῶν δυνατὸν κατασκευασθῆναι. ὃν τρόπον εἰς τὸ ὄρος ἀνελθὼν ὁ Κύριος μετὰ Ἰωάννου καὶ Πέτρου μετεμορφώθη, καὶ τὰ αὐτοῦ ἱμάτια ἐξήστραψεν. οὕτως ἦν τὸ ἔνδυμα ἐκεῖνο· καὶ ἐθαμβεῖτο ὁ ἄνθρωπος ἐνδεδυμένος. ἐν ἄλλῳ καιρῷ, ἀδιαλείπτως φαίνων ἐν τῇ

*Responsio.*

Gratia quidem continenter adest radicata & permixta ab ineunte ætate, ac veluti naturale quiddam & concretum numquam abest ab eo: idque ut unica gratia, quæ diversa ratione pro nutu moderatur, ad utilitatem hominis. Quandoque enim vehementius ardet & accenditur ignis, interdum remissius & mollius. Ipsum quoque lumen quibusdam temporibus intensius accenditur & lucet, quandoque vero remittitur & subtristius est. Ita hæc lucerna, nempe gratia, semper ardens & splendens, quando nitidior apparuerit, vehementius accenditur ab ebrietate dilectionis Dei: rursumque dispensatione quadam lucet, lumenque quod inest, obtusius redditur. Porro beneficio luminis apparuit quibusdam signum crucis, penetrans interiorem hominem. Alias item inter orandum inventus est homo velut in excessu mentis, ad altare stans in Ecclesia, cui oblati sunt tres panes velut oleo fermentati: de quibus quanto plus edebat, tanto magis crescebant & augebantur. Alias iterum apparuit velut indumentum quoddam lucidum, quale non exstat super terram in hoc usque fæculum, nec manibus humanis parari potest. Quemadmodum enim Dominus adscendens in montem cum Petro & Joanne transfiguratus est, & vestimenta sua instar fulguris, splendida reddidit; hujus generis erat il-

a Psalm. L. 12. b Joan. xiv. 2. c Luc. xvii. 21. d Joan. xiv. 2. e Matth. xvii. 2.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

καρδίᾳ, ἤνοιγε τὸ ἐνδότερον, καὶ βαθύτερον, καὶ ἀπόκρυφον φῶς· ὁ καινὸς κόσμος ὁ φωτεινὸς σὺν τῷ Κυρίῳ καὶ αἰνῶν καὶ δοξολογῶν, ὥστε ὅλον τὸν ἄνθρωπον καταποθέντα εἰς ἐκείνην τὴν γλυκύτητα καὶ θεωρίαν, μηκέτι ἔχειν ἑαυτὸν, ἀλλ᾽ εἶναι] ὡς μωρὸν καὶ βάρβαρον τῷ κόσμῳ τούτῳ, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην καὶ ἰδιότητα, καὶ διὰ τὰ ἀπόκρυφα μυστήρια· ὥστε τὸν ἄνθρωπον κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐλευθερωθέντα φθάσαι εἰς τὰ τέλεια μέτρα, καὶ εἶναι καθαρὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας. ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ὑπέστειλεν ἡ χάρις, καὶ ἦλθε τὸ κάλυμμα τῆς ἐναντίας δυνάμεως. φαίνεται δέ πως μερικῶς, καὶ ἔστη εἰς ἕνα βαθμὸν τὸ κατώτερον τῆς τελειότητος· ὡς, ἵνα εἴπωμεν, δεῖ δώδεκα παρελθεῖν τινας βαθμοὺς, καὶ φθάσαι εἰς τὴν τελειότητα· καὶ ἐν καιρῷ τινι ἔφθασε καταλαβεῖν ἐκεῖνο τὸ μέτρον, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν τελειότητα. πάλιν ἐνδίδωσιν ἡ χάρις, καὶ κατέρχεται παρὰ ἕνα βαθμὸν, καὶ στήκει εἰς τὰ ἕνδεκα. εἰ δέ τις πλούσιος ἐν τῇ χάριτι, πάντοτε νυκτὸς καὶ ἡμέρας, εἰς τὰ τέλεια μέτρα ἕστηκεν, ὢν ἐλεύθερος καὶ καθαρὸς, πάντοτε αἰχμάλωτος καὶ μετέωρος· καὶ νῦν, ὡς ἐδείχθη, ἐκεῖνα τὰ θαυμάσια, καὶ ὧν πεῖραν ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος, εἰ συνεῖναι αὐτῷ πάντοτε, οὐκ ἠδύνατο τὴν οἰκονομίαν τοῦ λόγου, ἢ τὸ βάρος ὑποδέξασθαι· οὔτε ἠνείχετο ἀκούειν τι, ἢ μεριμνᾷν κἂν εἰς τὸ τυχὸν περὶ ἑαυτοῦ, οὔτε περὶ τῆς αὔριον, εἰ μὴ μόνον κεῖσθαι ἐν μιᾷ γωνίᾳ μετέωρον καὶ μεμεθυσμένον· ὥστε τὸ τέλειον μέτρον οὐκ ἐδόθη, ἵνα δυνηθῇ σχολάσαι εἰς τὴν μέριμναν τῶν ἀδελφῶν εἰς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου. πάλιν τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ διαλέλυται· τὰ δὲ πράγματα οὕτως ἐστίν. ὡς γνοφώδης τις δύναμις ἐπίκειται· σκεπάζει ὡς ἀὴρ ἐλαφρὸς, λεπτὸς, καίτοι πάντοτε τῆς λαμπάδος καιομένης καὶ φαινούσης, ὥσπερ ἐπίκειται ἐκείνῳ τῷ φωτὶ κάλυμμα. ὅθεν ὁμολογεῖ, τοιοῦτος ὅτι οὐκ ἔστι τέλειος· οὐδὲ ἐλεύθερος τὸ ὅλον ἐκ τῆς ἁμαρτίας· ὥστε εἰπεῖν καὶ ἐλεύθερος καὶ οὐκ ἐλεύθερος· καὶ διαλέλυται καὶ τέθραυσται τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ· καὶ πάλιν ἔν τινι οὐ διαλέλυται τὸ ὅλον, οὔτε δὲ πάντοτε ἴση ἡ ἀρχὴ ἦν. ἔστι καιρὸς ὅτε πλέον ἐξάπτει καὶ παρακαλεῖ καὶ ἀναπαύει· ἔστι καιρὸς ὅτε ὑποστέλλει, καὶ στυγνάζει, ὡς αὐτὴ ἡ χάρις οἰκονομεῖ πρὸς τὸ συμφέρον τῷ ἀνθρώπῳ· ὅμως εἰσελθὼν εἰς τὸ μέτρον, τὸ τέλειον, ἐν καιροῖς καὶ γευσάμενος, καὶ πεῖραν ἔχων ἐκείνου τοῦ αἰῶνος. ἀκμὴν δὲ οὐδένα εἶδον, Χριστιανὸν τέλειον ἢ ἐλεύθερον. ἀλλὰ καὶ ἀναπαύεταί τις ἐν τῇ χάριτι, καὶ εἰσέρχεται εἰς μυστήρια καὶ ἀποκαλύψεις καὶ εἰς ἡδύτητα πολλὴν τῆς χάριτος· καὶ ἡ ἁμαρτία ἔσω σύνεστιν. οὗτοι δὲ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν, καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς φῶς, νομίζουσιν ἐλεύθεροι καὶ τέλειοι εἶναι παρὰ ἀπειρίαν σφαλλόμενοι, ἐπειδὴ ἔχουσιν ἐνέργειαν τῆς χάριτος. ἀκμὴν δὲ οὐδένα εἶδον ἐλεύθερον, ἐπειδὴ κἀγὼ μερικῶς ἐν καιροῖς τισιν εἰσῆλθον ἐν ἐκείνῳ τῷ μέτρῳ, καὶ οἶδα καταμαθεῖν πῶς ἔστι τέλειος.

A lud indumentum, quo indutus homo ille obstupescebat. Alio tempore perpetuo visus est in corde, qui aperiebat interiorem, profundiorem & secretiorem lucem, novus item mundus lucidus cum Domino laudans & glorificans: adeo ut totus homo absorberetur in illam suavitatem & speculationem, nec jam sui compos esset, sed ob nimiam dilectionem & suavitatem arcanaque mysteria esset huic mundo velut stultus ac barbarus: ita ut illo tempore homo liber perveniret ad perfectum gradum, essetque purus, & immunis a peccato. Sed postea, subducta gratia, successit velamen adversariæ potestatis aliquatenus tamen apparens, licet adhuc homo consistat in uno gradu inferiori perfectionis. B Nam (verbi gratia) necesse est quempiam decurrisse duodecim gradus, ut perfectionem attingat: & accidit interdum eo pervenisse, ut ad mensuram illam pertingeret, perfectionemque assequeretur. Denuo inclinat gratia, & revertitur uno gradu diminuta, quæ subsistit in undecim gradibus. Porro qui dives est in gratia, continenter noctes atque dies permanet in statu perfecto, liber ac purus, semper captivus & suspensus. Ceterum si admiranda illa quæ homini patuerunt; & quorum periculum fecit, ei semper adessent, nequaquam ministerium verbi aut onus aliquod ferre posset: immo neque de ipso audire, aut sui vel crastinæ diei curam agere, quando res exigeret: sed tantum in uno jaceret angulo C suspensus & inebriatus. Quare status perfectus non est concessus homini, ut possit operam navare, & fratrum curam habere, ac ministrandi. Verumtamen medius ille paries qui obstruebat, dissolutus est, ac mors superata. Res autem sic se habent. Quemadmodum caliginosa quædam vis adjacet, & instar aeris crassi subtiliter tegit lucernam semper ardentem & lucentem: sic adjacet lumini illi velamen. Unde confitetur vir ille, quod minime perfectus sit & penitus immunis a peccato: ita ut dicere audeat, liberum se esse, & non liberum, ac destructum quidem esse & perfossum parietem illum medium qui obstruit, ac rursus aliqua in parte minime esse dissolutum. Neque semper erat æqualis D precatio. Quandoque enim gratia plenius hominem accendit, consolatur, & conponit: interdum vero subducitur & imminuitur, pro ratione dispensationis ipsius, quantumque expedit homini. Sed quis umquam perfectum illum gradum assecutus est, ac gustavit & expertus est sæculum illud? Nondum enim quempiam vidi Christianum perfectum aut liberum. Itaque licet quis requiescat in gratia, & pertingat ad mysteria & revelationes, ad multam denique dulcedinem gratiæ, nihilominus intus adhuc habet peccatum. Atqui hujusmodi homines ob superabundantem in ipsis gratiam ac lucem, se liberos ac perfectos existimant. Qui quidem licet vim gratiæ obtineant, tamen falluntur, tamquam non E experti. Nullum porro vidi hactenus liberum. Siquidem & ego aliquatenus interdum ad gradum illum pertigi: discendoque cognovi, quod nullus est homo perfectus.

Ἐρώτησις.

Εἰπὲ ἡμῖν, ἐν ποίοις εἶ μέτροις;

*Interrogatio.*

Dic nobis, Quisnam est status tui modus?

Ἀπόκρισις.

κζ. Μετὰ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ, νῦν ἡ χάρις οὕτως ἐνεργεῖ. εἰρηνεύει ὅλα τὰ μέλη, ὥστε τὴν ψυχὴν ἐκ τῆς πολλῆς χαρᾶς, ὡς παιδίον ἄκακον ἀφελὲς φαίνεσθαι, καὶ οὐκέτι κατακρίνει ὁ ἄνθρωπος, ἢ Ἕλληνα, ἢ Ἰουδαῖον, ἢ ἁμαρτωλὸν,

*Responsio.*

XXVII. Statim post signum crucis gratia sic operatur. Sedat omnia membra pariter & cor: ita ut anima præ summo gaudio videatur esse velut puellus mali nescius ac simplex: nec in posterum homo condemnat Græcum aut Judæum peccatorem vel mundo

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

ἀλλὰ ὁ ἔσω ἄνθρωπος καθαρῷ ὀφθαλμῷ πάντας ὡς ἕνα ὁρᾷ, καὶ χαίρει ὁμοίως ἐφ' ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ πάντας θέλει προσκυνεῖν, Ἕλληνας, Ἰουδαίους, τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ ὡς πατρί. ἄλλῃ ὥρᾳ υἱὸς βασιλέως, οὕτω θαῤῥεῖ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ ὡς πατρὶ, καὶ ἀνοίγονται αὐτῷ θύραι, καὶ εἰσέρχεται ἔνδον εἰς πολλὰς μονὰς, καὶ ὅσῳ εἰσέρχεται, πάλιν ἀνοίγεται αὐτῷ πρὸς λόγον, ἀφ' ἑκατὸν μονῶν εἰς ἄλλας ἑκατὸν μονὰς, καὶ πλουτεῖ. πάλιν ἄλλῳ ἄλλα καινότερα καὶ θαυμάσια δείκνυται αὐτῷ, καὶ ἐμπιστεύεται ὡς υἱῷ καὶ κληρονόμῳ, πράγματα μὴ δυνάμενα ῥηθῆναι ὑπὸ φύσεως ἀνθρωπίνης, ἢ στόματι καὶ τῇ γλώσσῃ ταύτῃ. ἄλλῃ ὥρᾳ λοιπὸν ὡς πρέσβυς Θεοῦ ἐκ τῆς πολλῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης, ἄρχεται δεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ κόσμου, ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος ὅλος ὁ Ἀδὰμ ἐκκαιόμενος ἐκ τῆς ἀγάπης, καὶ θέλων πάντας σωθῆναι, διδάσκει λόγον ζωῆς καὶ τὰ τῆς βασιλείας, πρεσβεύων ὑπὲρ Χριστοῦ, καὶ ἐξηγούμενος ὅσον δυνατὸν ἀκοῦσαι, μυστήρια ἐπουράνια καὶ θεῖα τοῦ ἀπείρου αἰῶνος τοῦ ἀκαταλήπτου. ἄλλῃ ὥρᾳ ὁπλίζεται ὅλος ὁ ἄνθρωπος τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ ἐνδεδυμένος, καὶ λαμβάνει στρατείαν ἐπουράνιον, καὶ ἄρχεται κατακόπτειν τὰς παρεμβολὰς τῶν ἐχθρῶν, καὶ ποιεῖν ἐκεῖ σφαγὰς πολλὰς πτωμάτων πολλῶν. ἄλλῃ ὥρᾳ ἐνεργεῖ τὴν ψυχὴν, καὶ εὐφραίνονται μετ' ἀλλήλων ἡ ψυχὴ καὶ ὁ Κύριος, καὶ ὁ ἄνθρωπός ἐστιν ἐν πολλῷ φωτὶ καὶ χαρᾷ, πρός τε τὸν Κύριον καὶ τοὺς ἀδελφούς. ὅμως δὲ ἡ λαμπὰς καὶ τὸ φῶς, νυκτὸς καὶ ἡμέρας καίεται, τὸ δὲ ὅλον κατ' οἰκονομίαν οὐκ ἀλλοιοῦται, καὶ ὅλος ἐστὶ καθαρὸς ὁ ἄνθρωπος, καὶ σχεδὸν οὐκ ἔστιν ὡς δεῖ, ὅμως διακέκοπται καὶ τὸ μεσότοιχον, καὶ νενίκηται ὁ θάνατος. ποτὲ δὲ ἡ λαμπὰς πλέον ἐκκαίεται, καὶ φαιδρύνεται, ὥστε μὴ δύνασθαι τὸν ἄνθρωπον τὴν λαμπηδόνα ἐκείνην, καὶ τὴν στιλβότητα φέρειν, ἀλλ' εἶναι ὡς ἐκλελυμένον. πάλιν ἔτι ἁπτόμενον τὸ φῶς, ὥσπερ στυγνάζει, καὶ ἐπίκειται ὥσπερ ἀὴρ τις λεπτὸς, γνοφώδης, ὡς ἐπὶ δέρματος τῆς ἐναντίας δυνάμεως· διὰ τοῦτο λέγει ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος, ὅτι οὐκ εἰμὶ τὸ ὅλον ἐλεύθερος. εἰς τοὺς αἰῶνας δόξα τῷ Κυρίῳ, ἀμήν.

κη'. Καλόν ἐστιν ἡ νηστεία, ἡ ἀγρυπνία, ἡ ξενιτεία, ἀλλὰ ταῦτα ἀρχὴν πολιτείας ἐστὶν ἀγαθῆς, πλὴν ἡ τάξις τῶν Χριστιανῶν ἐσωτέρα ἐστὶ τούτων, καὶ οὐκ ὀφείλει τις ἐπὶ τούτοις τὴν πεποίθησιν ἔχειν. συμβαίνει δὲ ὅτι εἰσί τινες χάριτος μέτοχοι· καὶ ἡ κακία ἔτι ἔσω οὖσα, τεχνάζεται καὶ παραχωρεῖ ἑκοῦσα, καὶ οὐκ ἐνεργεῖ, ἀλλὰ ποιεῖ νομίσαι τὸν ἄνθρωπον, ὅτι ἐκαθαρίσθη ὁ νοῦς αὐτοῦ, καὶ λοιπὸν φέρει τὸν ἄνθρωπον εἰς οἴησιν ὅτι Χριστιανός ἐστι τέλειος· καὶ μετὰ ταῦτα ὅταν νομίσῃ ὁ ἄνθρωπος, ὅτι ἐλεύθερός εἰμι, καὶ ἀμεριμνεῖ, τότε λῃστρικῷ τρόπῳ ἐπέρχεται αὐτῷ ἡ κακία ἐγκρύμματα ποιοῦσα, καὶ πειράζει αὐτὸν, καὶ καταφέρει αὐτὸν εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς· εἰ γὰρ ἄνθρωποι εἴκοσι ἐτῶν ὄντες, ἢ λῃσταὶ, ἢ στρατιῶται, κατὰ πολεμίων οἴδασι τεχνάζεσθαι, καὶ ὑποκαθέζονται καὶ ποιοῦσιν ἐγκρύμματα, καὶ λαμβάνουσι τὰ νῶτα τῶν ἐχθρῶν, καὶ περικυκλοῦσιν αὐτοὺς ἀθρόως, καὶ ἀποκτείνουσι· πόσῳ μᾶλλον ἡ κακία οὖσα τοσούτων χιλιάδων, τοῦτο τὸ ἔργον ἔχουσα, πῶς ἀπολέσει ψυχάς; οἶδεν ἐγκρύμματα ποιεῖν ἐν καρδίᾳ, κατὰ καιροὺς μὴ ἐνεργεῖν, ἵνα ἐνέγκῃ τὴν ψυχὴν εἰς οἴησιν τελειότητος. ὁ θεμέλιος τοῦ Χριστιανοῦ οὗτός ἐστιν, ὅσας ἂν ποιήσῃ ἄνθρωπος δικαιοσύνας, ἵνα μὴ ἐπαναπαῇ ἐν αὐταῖς, καὶ ἔχῃ ἑαυτὸν μέγα, ἀλλ' ἵνα ᾖ πτωχὸς τῷ πνεύματι· καὶ ἐὰν γένηται μέτοχος χάριτος, μὴ νομίσῃ ἑαυτὸν κατειληφέναι τι, καὶ οἰηθῇ εἶναί τις, καὶ ἄρξηται διδάσκειν· ἀλλ' ἵνα ὢν καλῆς πολιτείας, νηστεύων πολὺ, ξενιτεύων, εὐχόμενος, μέτοχος χάριτος,

deditum: sed internus homo cunctos ut unum intuetur oculo puro, gaudetque de universo mundo æqualiter: & vult, ut omnes tam Græci quam Judæi filium Dei adorent, ut patrem. Alia quadam hora, perinde ac filius regis, confidit Filio Dei tamquam patri: & aperiuntur ei fores, per quas ingreditur intro in multas mansiones: & quanto magis penetrat, denuo aperiuntur ei juxta proportionem, supra centum mansiones aliæ centum, tumque ditescit. Et quanto locupletior evadit, rursum alia mirabilia & magis nova demonstrantur ei. Cui tamquam filio & heredi committuntur res, quas humana natura non potest eloqui, nec os aut lingua pronuntiare. Alia item hora tamquam legatus Dei, summa dilectione qua fertur in eum, incipit deprecari pro mundo, ut salvetur mundus, qui totus Adam est: ardens caritate, volensque cunctos salvari, docet Verbum vitæ, & quæ pertinent ad regnum [a] *legatione fungens pro Christo* enarrans, quantum audire licet, cælestia infiniti & incomprehensi sæculi. Alia hora totus armatur homo, induens armaturam Dei, assumtoque exercitu cælesti trucidare incipit hostium castra, & illic multas cædes cadaverum multorum committere. Alia hora excolit animam, ac mutuo secum lætantur Dominus & anima: fruiturque homo ingenti luce & lætitia, tam erga Dominum quam erga fratres. Attamen lampas & lumen noctu diuque ardet, ipsum autem totum per dispositionem divinam non alteratur: & purus est totus homo, ac propemodum non est ut oportet: abscissus est tamen murus intermedius, & mors devicta. Quandoque lampas ferventius ardet & exhilaratur: ita ut homo splendorem illum & vibrationem sufferre nequeat, sed quasi solvatur. Contra quandoque lumen accensum prope subtristatur: cui adjacet aer tenuis & caliginosus, ut in pelle potestatis adversariæ: propterea inquit homo ille: Non sum plene liber. Gloria Domino in sæcula. Amen.

XXVIII. Jejunium, vigiliæ, peregrinatio, bona sunt: sed hæc pertinent adhuc ad honestam vivendi rationem. Atqui status Christianorum magis interna respicit, quam hæc: neque debet quisquam in istis collocare fiduciam. Itaque contingit quosdam esse participes gratiæ, apud quos vitium intus adhuc existens, struit dolos, interim ultro cedens, absque ulla operatione: hoc solum efficiens, ut putet homo se mente purum esse: quod superest, eo extollit hominem, ut existimet se Christianum perfectum esse. Deinde vero, cum homo se liberum putans secure agit, tunc furtivo quodam modo subrepit vitium struens latebras, tentatque illum, ac detrudit in inferna terræ. Si enim homines annum agentes vicesimum, prædones, aut milites, insidias moliri norunt adversus hostes, & subsidentes in paratis cuniculis comprehendunt eos a tergo, & undiquaque conclusos interficiunt: quanto magis vitium tot annorum millia natum, hoc facinus habens perpetrandum, interimet animas? Novit struere latebras in corde, quiescere certis temporibus, ut efferat animam in opinionem perfectionis. Christianæ porro vitæ fundamentum est istud: Quæcumque opera justitiæ fecerit homo, ne glorietur eorum nomine, neve de se ipso magnifice sentiat: sed pauper sit spiritu: ac licet fit particeps gratiæ, ne se ipsum adeptum esse quippiam existimet, neque se putet aliquid esse, aut docere incipiat. Sed etsi fuerit honestæ conversationis, pollens jejunio, multa peregrinatione, precibus & gratiæ

a II. Cor. V. 20.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

μὴ ἡγήσαιτο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τιμίαν. ἀλλὰ τότε μάλιστα ὄντως ἀρχὴ χάριτος γεγένηται, ἵνα ἔχῃ τὸν πόνον, τὴν πεῖναν, καὶ τὴν δίψαν, ἵνα μὴ ᾖ κεκορεσμένος, ἵνα μὴ ἔχῃ ἑαυτὸν δίκαιον, ἢ πλούσιον ἐν χάριτι· ἀλλ' ἵνα ᾖ πενθῶν καὶ δακρύων, ὃν τρόπον ἵνα ᾖ μήτηρ, καὶ ἔχῃ υἱὸν μονογενῆ καὶ παιδεύσῃ αὐτὸν, καὶ ὅταν γένηται ἀνὴρ, συμβαίνει αὐτὸν ἀποθανεῖν· καὶ λοιπόν. * * *

λείπει.

A participatione: ne animam suam habeat aliquo in pretio: sed tum re vera gratiæ initium esse maxime incipit, cum afflictionem pertulerit, esurierit ac sitierit, ne sit satiatus, seque ipsum justum aut gratiæ divitem existimet: verum lugeat & lacrymetur, perinde ac si esset mater unicum habens filium, quem erudiisset, & hunc factum virum mori contingeret. . . . . . .

*Reliqua desiderantur.*

EJUSDEM

# S. MARCI

## MONACHI ET EREMITÆ

## OPUSCULUM VII.

Αντιβολὴ πρὸς σχολαστικόν. B

Ηρώτησέ τις τῶν ἐν λόγοις δικανικῶν γέροντα ἀσκητὴν, λέγων· παρακαλῶ, πείσατέ με γνῶναι θέλοντα, τί φρονοῦντες οἱ μοναχοί φατε δεῖν τοὺς ἀδικοῦντας μὴ κρίνειν· ἢ τί μεταχειριζόμενοι, τῶν αἰσθητῶν ἔργων ἀπέχεσθε; ἐφ' ὧν λίαν καταμεμφόμεθα ὑμᾶς, ὡς τὴν μὲν ἀκρισίαν παρὰ τοὺς νόμους, τὴν δὲ ἀργίαν παρὰ τὴν φύσιν ἐπιτηδεύοντας. εἰ δὲ φιλοσοφίας χάριν τοῦτο ποιοῦντες ἐπιγνῶτε, ἀναγκαίως καὶ αὐτὸς τῆς μέμψεως ἀποστὰς, ζηλώσω τὴν ἀρετὴν ὑμῶν. ὁ δὲ ἀσκητὴς πρῶτον κατὰ νοῦν εὐξάμενος, οὕτως ἔφη· ἔδει μὲν ὦ λογιώτατε, ταῦτά σε πυθόμενον παρὰ τῶν εἰδότων μαθεῖν· ἡμεῖς γὰρ ἔτι τῶν διδασκομένων τυγχάνομεν. C ἐπειδὴ δὲ ὁ σοφὸς πρὸς τοὺς ἰδιώτας ηὐτομόλησας, ὡς πιστωσόμενος περὶ ὧν ἔφης, ἄκουσον· οἱ μοναχοὶ ξένον τῆς ἐκκλησίας οὐχ ᾑρετίσαντο φρόνημα, ἀλλὰ τὸ τοῦ Χριστοῦ κατέχειν σπουδάζουσι, κατὰ τὸν ἀπόστολον λέγοντα· τοῦτο φρονεῖσθε ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος· ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. γνῶθι οὖν ὅτι θεοδώρητόν ἐστι, καὶ τῆς μεγάλης ἀρετῆς, λέγω δὴ ταπεινοφροσύνης πρόξενος. ἔργῳ δὲ ἐνετείλατο ὁ Κύριος τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦτο ἐργάζεσθαι, D εἰπών· ἐργάζεσθε, μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. ὁ δὲ δικανικὸς λέγει· γνωσόμεθα καὶ ἡμεῖς, παρακαλῶ, ποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ὁ δὲ ἀσκητής. τὸ διὰ προσευχῆς ζητεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ· ἣν καὶ ἐντὸς ἡμῶν εἴρηκεν εἶναι· καὶ τοῖς ζητοῦσιν αὐτὴν τὰ σωματικὰ πάντα ὑπέσχετο. ταῦτα οὖν ἀκούσαντες παρὰ τοῦ Κυρίου, καὶ πιστεύσαντες, κατὰ δύναμιν ἐργαζόμεθα· πῶς ἔξω τῆς φύσεως ἡμᾶς πράττειν λέγεις; εἰ δὲ φαίνεταί σοι παρὰ φύσιν, γνῶθι τίνα καταμέμφῃ· ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐντειλάμενος. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μὴ κρίνειν τοὺς ἀδικοῦντας, Θεοῦ ἐντολή ἐστι. πῶς παρανομοῦσιν οἱ τοιοῦτες αὐτὰ, εἰρηκότος τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ προφήτου· ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος; καὶ ἐν τοῖς ἁγ-

*Disputatio cum quodam Caussidico.*

I. Quidam caussarum forensium peritus percontatus senem exercitorem, ait: Obsecro, suadete mihi scire desideranti, quid vobis venit in mentem dum vos monachi dicitis, non esse vocandos in jus eos qui injuriam inferunt? quidve negotii tractantes, abstinetis ab operibus corporeis? quorum nomine vehementer vos insimulamus, quasi & justitiam præter leges, & otium præter naturam sectemini. Sin philosophandi gratia hoc facere agnoscitis, procul dubio etiam ipse ab accusatione desistam, vestramque virtutem æmulabor. Tum Exercitor prius Deum mente precatus, hæc inquit: Oportebat, o disertissime, hæc te sciscitari a peritis, adhuc enim nos discipuli sumus. Ceterum, quia doctus ad idiotas transfugisti, tamquam habiturus fidem de his quæ proposuisti, audi: Monachi non sectantur alienam ab Ecclesia doctrinam, sed Christi doctrinam tenere conantur, ex Apostoli sententia dicentis: [a] *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit semet ipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Quamobrem scito, Dei donum esse & summæ virtutis, ut quis, inquam, sit studiosus humilitatis. Re autem ipsa præcepit ecclesiæ Dominus, hoc opere complere, his verbis: [b] *Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Tum Forensis: Sciamus quæso, inquit, etiam nos, qualenam sit hoc opus. Cui Exercitor: Precibus [c] quærere regnum Dei, & justitiam ejus: quod quidem [d] regnum intra nos esse dixit: & quærentibus illud, pollicitus est omnia quæ corporis sunt necessaria. Cum ergo hæc audierimus a Domino, & habita illi fide pro viribus operamur, quei dicis nos agere præter naturam? Quod si tibi videtur esse præter naturam, videto quem arguas: Deus enim est, qui præcepit. Itidem non judicare nocentes, est præceptum Dei. Quo igitur pacto transgrediuntur legem, qui hæc faciunt, cum Dominus dixerit per prophetam: [e] *Mihi vindictam:*

a Philipp. II. 5-8. b Joan. VI. 27. c Matth. VI. 33. d Luc. XVII. 21. e Deut. XXXII. 35. Rom. XII. 19.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

γελίοις· μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. καὶ τῷ ἀποστόλῳ, μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε. καὶ πάλιν, μὴ ἐκδικοῦντες ἑαυτούς. καὶ πάλιν, σὺ τί κρίνεις ἀλλότριον οἰκέτην; τίς ἐστι λοιπὸν ὁ τούτων δικαιοτέρους νόμους ὁρισάμενος, καὶ πρὸ καιροῦ κρῖναι θέλων τοὺς ἀδικοῦντας, ὡσεὶ ἀναμάρτητος, καὶ τοῦ Θεοῦ νόμον φυλάττειν πειρωμένοις παρανομίαν ἐγκαλῶν, καὶ τὴν ἀνεξικακίαν ὀνομάζων κακίαν;

A ego retribuam, dicit Dominus: Et in Evangeliis: [a] *Nolite judicare, & non judicabimini.* Et Apostolus: [b] *Nolite ante tempus judicare.* Et iterum: [c] *Non defendentes vosmet ipsos.* Ac rursum: [d] *Tu quid judicas alienum servum?* Quis igitur justiores his præscribat leges? qui, tamquam innoxius, & velit ante tempus judicare nocentes: & eos qui legem Dei servare nituntur, transgressionis accuset, ac tolerantiam malorum appellet malitiam?

Ταῦτα ἀκούσας ὁ σχολαστικὸς ἔφη· οἱ οὖν ἄρχοντες ἁμαρτάνουσι, τοὺς ἀδικοῦντας ἀμυνόμενοι, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις τὸ δίκαιον ἀποσώζοντες; ἀπεκρίθη ὁ γέρων· οἱ δικασταὶ οὐχ ἁμαρτάνουσιν, ἀλλ' οἱ παραδιδόντες, καὶ μὴ τῷ Θεῷ ἀποδιδόντες· πρῶτον μὲν, πᾶν τὸ ἐπελθὸν αὐτοῖς, τῶν ἰδίων κακῶν ἐπιφορὰ τυγχάνει, εἰς μετάνοιαν αὐτοὺς ἕλκον, καὶ οὐκ εἰς ἄμυναν· δεύτερον δὲ, εἰ καὶ ἀδίκως ἔπαθον, τὸ τυχὸν πλημμέλημα ἔδει ἀφεῖναι τῷ ἀδικήσαντι, ἀκούσαντας τοῦ Κυρίου εἰρηκότος· ἄφετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν, καὶ μὴ διὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἀνταποδόσεως ἀσυγχώρητα ποιεῖν τὰ ἑαυτῶν κακά. οἱ δὲ ἄρχοντες, κατὰ τὸν ἀπόστολον, οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν. οὐ γὰρ τοὺς πιστοὺς καὶ εὐλαβεῖς ἀναγκάζουσι τῶν ἀδικούντων κατηγορεῖν, οὐδὲ τοῖς ἀνεξικάκοις ἐγκαλοῦσι, διότι οὐ χρῶνται τοῖς δικαστηρίοις ἀδικούμενοι, ἀλλὰ τοῖς βουλομένοις παρέχουσι τὴν ἐκδίκησιν. τοὺς δὲ διὰ τὸν Θεὸν μακροθυμοῦντας, ὡς μᾶλλον εὐφρονοῦντας, καὶ τιμῶσι καὶ ἀποδέχονται. ὥσπερ οὖν τοὺς μὴ βουλομένους ἐντυγχάνειν, οὐκ ἐφέλκονται· οὕτω τοὺς κατηγοροῦντας ἐκδικοῦντες, οὐχ ἁμαρτάνουσι. διὸ χρὴ, ὦ σοφώτατε, μετὰ τοὺς ἔξωθεν λόγους τε καὶ νόμους, λοιπὸν καὶ τὸν πνευματικὸν διαδεχθῆναι νόμον, καὶ τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀναδέξασθαι πόνους, καὶ ὡς ἴδια ὑπομένειν τὰ ἐπερχόμενα λυπηρὰ, ὧν χωρὶς οὐ δύναταί τις ἀληθῶς γενέσθαι σοφός.

II. Hæc ut audivit Scholasticus, ait: Magistratus ergo peccant, dum vindictam sumunt de nocentibus, servata læsis justitia? Respondit Senex: Minime peccant judices: sed qui tradunt eis, & B rem Deo non relinquunt. Primum quidem, quidquid accidit illis, propriorum facinorum est appendix, trahens eos ad pœnitentiam, non ad vindictam. Deinde vero, etsi passi sunt injuste, delictum illud quale remittere debent ei qui commisit, cum audierint Dominum dicentem: [e] *Dimittite, & dimittetur vobis*: & non retaliatione per humanum judicem facta, sua ipsorum scelera irremissibilia reddere. [f] *Principes autem non sunt timori boni operis, sed mali.* Non enim adigunt fideles & benignos ad accusandum eos qui injuria affecerunt: neque arguunt tolerantes malorum, quod offensi non utantur judiciis: sed desiderantibus ultionem præbent: illos vero qui Dei nomine æquiore animo ferunt, C velut sapientiores, honore prosequuntur & excipiunt. Proinde quemadmodum non attrahunt accedere nolentes: ita dum vindicant accusantes, non peccant. Quare, o doctissime, decet ut post acceptam sæcularium artium & legum disciplinam, quod superest, etiam spiritalem amplectare legem, ac pietatis & religionis caussa labores suscipias: item adversa tibi obvenientia toleres ut propria, sine quibus nemo potest evadere sapiens.

Τοῦ δὲ σχολαστικοῦ ζητοῦντος μαθεῖν, τίνες εἰσὶν οἱ ὑπὲρ εὐσεβείας πόνοι; εἶπεν ὁ γέρων, τὰς τοῦ Χριστοῦ εἶναι ἐντολὰς, ὧν πρώτη καὶ μεγίστη ἐστὶν ἡ ἀγάπη, καθότι οὐ λογίζεται τὸ κακὸν, ἀλλὰ πάντα στέργει, πάντα ἐλπίζει, πάντα πιστεύει, πάντα ὑπομένει, κατὰ τὴν γραφήν. ταῦτα δὲ ποιοῦσα, οὐ δύναται κρίνειν τὸν ἀδικεῖν αὐτὴν δοκοῦντα. ἐν ταύτῃ ἕτερος μὲν ἑτέρου διαφέρομεν, πάντα δὲ τῆς ἀξίας αὐτῆς ἀπολειπόμεθα· ἐκδεχόμενοι χάριτι Χριστοῦ τῶν ἐλλειμμάτων τὴν ἀναπλήρωσιν, ὑπὲρ τῆς κατὰ δύναμιν ἐργασίας μὴ ἀμελήσωμεν. Θεὸς γὰρ οἶδε πόσων ἀσθενοῦντες οὐ δυνάμεθα ποιεῖν, καὶ πόσων ἀμελοῦντες οὐκ ἐργαζόμεθα τὸ ἔργον τῆς ἀγάπης. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐκ τῶν προαιρετικῶν πόνων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν συμβατικῶν θλίψεων κρατύνεται, πολλῆς ἡμῖν χρεία παρὰ Θεοῦ ὑπομονῆς καὶ πρᾳότητος· διὰ τοῦτό φησιν ὁ ἀπόστολος: ὁ θέλων γενέσθαι σοφὸς ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. ὁ τοιοῦτος, τοὺς μὲν ἀνωτέρους αὐτοῦ ἐν τοῖς θελήμασι τῆς τελείας ἀγάπης οὐ κατακρίνει· ἑαυτὸν δὲ μᾶλλον πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπεροχὴν ἐπεκτείνει. καὶ ὅταν αὐτοὺς καταλάβῃ, πάλιν ἄλλους ζητεῖ ἑαυτοῦ μείζονας, καὶ εὑρὼν ἁμιλλᾶται κἀκείνοις. καὶ οὐδέ ποτε παύεται τοῦ δρόμου, ἕως ἂν εὑρίσκῃ τινὰς αὐτὸν ἐν τῇ ἀγάπῃ προσάγοντας. εἰ δέ τις αὐτῶν μὲν τοῖς ἀνωτέροις οὐ παρεικάζει, ἐκείνους δὲ ὡς μὴ τελείους κατακρίνει, ὡς οὐκ οἶδεν ἑαυτὸν, καταδικάζει. φησὶ γάρ· μὴ καταδικάζετε, καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε. ὅθεν οἱ ἐν ῥήμασι σοφοὶ, μόνους τοὺς ἀδικοῦντας ἁμαρτάνειν νομίζουσι· οἱ δὲ

III. Quærenti vero Scholastico ac scire cupienti quinam essent illi labores pro religione subeundi, dixit Senex, esse Christi præcepta: quorum primum atque maximum est caritas: quatenus [g] *non* D *cogitat malum; sed omnia suffert, omnia sperat, omnia credit, omnia sustinet*, secundum scripturam. Quæ dum hæc agit, in judicium vocare nequit eum qui ipsam offendere videtur. Circa hanc alter ab altero discrepamus, cum tamen ejus dignitate per omnia longe inferiores simus. Atqui benigne ferentes per gratiam Christi defectuum complementum, ne pro viribus operari negligamus. Novit enim Deus quantum per infirmitatem operari nequeamus, quantumque per ignaviam non exerceamus opus caritatis. Et quia non tantum susceptis ultro laboribus firmatur, sed etiam accidentariis afflictionibus, multam nobis a Deo patientiam ac mansuetudinem impetrare debemus. Propterea, in- E quit Apostolus: [h] *Qui vult esse sapiens in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens.* Hic antecessores suos, quoad voluntatem perfectæ caritatis non judicat: sed se ipsum potius ad illorum excellentiam porrigit: quos assecutus, rursum alios quærit se ipso præstantiores: hos nactus contendit cum illis, nec umquam cessat a cursu, donec inveniat quosdam qui illum instituant in virtute caritatis. Quorum quidem si quis par non sit superioribus, illos nihilominus ut non perfectos judicet, condemnat cum non nosse se ipsum. Ait enim: [i] *Nolite condemnare, & non condemnabimini.* Unde qui verbo tenus sunt sapientes, hos solum peccare arbitrantur, qui

[a] Luc. VI. 37. [b] 1. Cor. IV. 5. [c] Rom. XII. 19. [d] Rom. XIV. 4. [e] Luc. VI. 37. [f] Rom. XIII. 3.
[g] 1. Cor. XIII. 5. 7. [h] I. Cor. III. 18. [i] Luc. VI. 37.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

πνευματικοὶ, καὶ ἀδικούμενοι, ἑαυτοὺς καταμέμφονται, ὅταν μὴ μετὰ χαρᾶς αὐθαιρέτως τὰς ἀδικίας ὑποφέρουσιν· οὐ μόνον δὲ διὰ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκ παλαιᾶς αὐτῶν αἰτίας αἱ θλίψεις ἀναφύονται, εἰ καὶ ἁμάρτημα ἁμαρτήματος ἐλαφρότερον τυγχάνει. ὁ μὲν γὰρ ἐκδικῶν ἑαυτὸν, ἀκρισίας Θεοῦ δοκεῖ καταγινώσκειν· ὁ δὲ ὑποφέρων, ὡς ἰδίαν τὴν ἐπελθοῦσαν αὐτῷ θλῖψιν, τὴν ἰδίαν πρόσληψιν ὁμολογεῖ, δι' ἣν καὶ ὑπομένων πάσχει τὰ δεινά.

A lædunt: spiritales autem, etiam læsi, se ipsos accusant, quando non libenter & cum gaudio ferunt offensas: nec ob eam rem dumtaxat, sed etiam quod e veteri illorum culpa afflictiones exoriuntur: quamquam peccatum est aliud alio levius. Qui enim se ipsum ulciscitur, videtur condemnare Deum, quod justitiam non faciat. Qui vero occurrentem sibi calamitatem tolerat ut propriam, suam præsumtionem confitetur: propter quam etiam toleranter adversa patitur.

Ἀγανακτήσας δὲ ὁ κοσμικὸς ἐπὶ τοῖς ἐλέγχοις, ἔφη· εἰ ταῦτα ὁ πνευματικὸς ὑμῶν παρακελεύεται νόμος, τοῦ Θεοῦ θεσπίσαντος, καθὼς ἔφης, διὰ τί πίπτουσί τινες τῶν μοναχῶν, τοῦτον κρατοῦντες B τὸν νόμον; ὁ δὲ γέρων ἔφη, οἱ κρατοῦντες αὐτὸν, οὐ πίπτουσιν, ἀλλ' οἱ καταλείποντες, καὶ τῶν καιρίων αὐτοῦ ἀμελήσαντες, προσευχῆς λέγω καὶ ταπεινοφροσύνης, ὑπὸ μερίμνης βιωτικῆς καὶ κενοδοξίας κλαπέντες. ὅθεν καὶ ὁ διάβολος πάντα τὰ βιωτικὰ ἐννοεῖν οὐκ ἀποτρέπει μόνον, ἀλλ' ἵνα προσευχῆς καὶ ταπεινοφροσύνης ἀποπλανήσῃ· οἶδε γὰρ τὰ ἐκτὸς τῶν δύο τούτων γινόμενα, ὅτι κἂν καλὰ τυγχάνῃ, ὀψέ ποτε ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. προσευχὴν δὲ λέγομεν, οὐ μόνον διὰ σαρκὸς ἐπιδεικνυμένην, ἀλλὰ καὶ δι' ἐννοίας ἀπερισπάστου τῷ Θεῷ προσφερομένην. ἐὰν γὰρ ἓν ἐξ αὐτῶν ἀκαίρως περισπασθῇ, οὐδὲ τὸ ἕτερον καταμόνας παρίσταται τῷ Θεῷ φερομένην, ἀλλὰ τῷ ἰδίῳ θελήματι. C Ἐπερωτᾷ ὁ σχολαστικός· Ἔχει θέλημα ἡ σὰρξ παρὰ τὴν διάνοιαν; ἀπεκρίθη ὁ ἀσκητής· ἔχει, κατὰ τὸν ἀπόστολον λέγοντα· ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀπειθοῦντες, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκός· καὶ πάλιν, ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. ἴδε οὖν, ὅτι ἔχει καὶ ἐπιθυμίαν καὶ θέλημα, ἅπερ ἡμεῖς ἀγνοοῦμεν διὰ τὴν τῶν λογισμῶν ἀπροσεξίαν καὶ συγκατάθεσιν. ὅθεν οὐ μόνον οἱ ἀμελοῦντες προσευχῆς, ἀλλὰ καὶ οἱ τῇ διανοίᾳ μὴ προσέχοντες ἐπηρεάζονται. ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν οὐχ ὡς ἑτέρους κατακρίνοντες, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν ἐλλείμματα ὁμολογοῦντες· ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὑπερηφανίας, τοῦτο δὲ ταπεινοφροσύνης γνώρισμα. καὶ ὑπερηφάνοις μὲν ἀντιτάσσεται Κύριος, D ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν, δι' ἧς οὐ μόνον εἰς γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἕξιν ἡμᾶς ἄγει τῆς ἱερᾶς ἀρετῆς, λέγω δὴ τῆς ἀπερισπάστου προσευχῆς, ἧς μηδόλως ἡμᾶς ἀμελεῖν βουλόμενος ὁ μακάριος Παῦλος λέγει· ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε· ἅμα δὲ καὶ τὸ ἀμετεώριστον τοῦ νοὸς ἐμφαίνει λέγων· μὴ σχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς, τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον. ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τὴν ὀλιγοπιστίαν ἡμῶν καὶ ἀσθένειαν διαφόρους ἐντολὰς ἔθετο ὁ Θεὸς, ὅπως κατὰ τὴν ἑαυτοῦ σπουδὴν ἕκαστος ἐκφύγοι τὴν κόλασιν, καὶ τύχοι τῆς σωτηρίας, τούτου χάριν ὁ ἀπόστολος ὁδηγεῖ ἡμᾶς ἐπὶ τὸ E τέλειον τοῦ Θεοῦ θέλημα, μηδόλως ἡμῶν κριθῆναι βουλόμενος. εἰδὼς δὲ πρὸς κατόρθωσιν πασῶν τῶν ἐντολῶν συνεργοῦσαν τὴν προσευχὴν, οὐ παύεται πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως περὶ αὐτῆς ἐντελλόμενος, καὶ λέγων· προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ ἐν πνεύματι, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐπαγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει, καὶ δεήσει.

IV. Indignabundus porro sæcularis ille, eo quod convinceretur, ait: Si præcipit hæc lex vestra spiritalis, ex oraculo, ut ais, divino; quamobrem quidam monachorum istorum labuntur, tenentes legem? Cui Senex: Non labuntur, qui tenent eam: sed qui deserunt ac negligunt, quæ illi valde congruunt, precationem dico & humilitatem, curis hujus vitæ & vana gloria seducti. Quare diabolus non deterret solum, ne cogitemus quidquid ad vitam pertinet: sed etiam ab oratione seducit & humilitate, quia novit quæcumque citra hæc duo geruntur, tametsi bona sint, tandem se quandoque ablaturum. Orationem autem dicimus, non quæ tantum gestu quodam corporeo demonstratur, sed quæ etiam per intellectum indistractum offertur Deo. Quoniam horum unum si distrahatur importune, ne alterum quidem singulariter sumtum præsto est Deo, sed propriæ voluntati. Rogat Scholasticus: Habet ne caro voluntatem, præter eam quæ est in intellectu? Respondit Exercitor: Habet, ita sentiente Apostolo, sub his verbis: [a] *Eramus aliquando & nos increduli, facientes voluntatem carnis*. Et iterum: [b] *Caro concupiscit adversus spiritum; spiritus adversus carnem*. Videto igitur, carnem habere cupiditatem & voluntatem: quæ quidem ignoramus; propterea quod confusionem cogitationum non advertimus, unde non solum qui negligunt orationem, sed & qui non attendunt animum, offenduntur. Ista porro diximus, non ut de aliis judicemus, sed ut nostros ipsorum defectus confiteamur. Illud enim est arrogantiæ nota: hoc, humilitatis. Et [c] *superbis quidem resistit Dominus, humilibus vero dat gratiam*: per quam non ad notitiam dumtaxat, sed ad habitum sacræ virtutis nos etiam ducit, hoc est, indistractæ precationis: quam nullo modo vult a nobis negligi beatus Paullus, dicens: [d] *Sine intermissione orate; in omnibus gratias agite*. Una vero etiam ostendit Paullus depressionem animi, his verbis: [e] *Nolite conformari huic sæculo: sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis vos quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta*. Nam cum Deus pro exiguitate fidei nostræ atque infirmitate posuerit varia præcepta, ut quisque pro sua ipsius virili & vitet pœnam & salutem consequatur: hac de caussa deducit nos Apostolus ad voluntatem Dei perfectam, ut qui nolit prorsus nos in damnationem incidere: Qui sciens orationem cooperari ad omnia mandata recte peragenda, non desinit aliis atque aliis modis de oratione præcipere, aitque: [f] *Orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione*.

Ὅθεν γινώσκομεν, ὅτι προσευχὴ προσευχῆς διαφορωτέρα τυγχάνει· ἄλλο γάρ ἐστιν, ἀῤῥεμβῷ διανοίᾳ, καὶ μὴ θολωτῷ νῷ παρακαλεῖν τὸν Θεὸν, καὶ

V. Unde perspicimus, orationem aliam ab alia longe differre. Aliud siquidem est, pacato intellectu menteque non turbata Deum implorare: &

a Ephes. II. 3. Tit. III. 3. b Gal. V. 17. c Jac. IV. 6. I. Pet. V. 5. d I. Thess. V. 17. 18.
e Rom. XII. 2. f Ephes. VI. 18.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

ἄλλο τὸ παρεστᾶν τὸ σῶμα, καὶ τῇ διανοίᾳ ῥέμβεσθαι· καὶ πάλιν, ἄλλό ἐστι καιροσκοπεῖν καὶ μετὰ τὰς σωματικὰς ἀσχολίας εὐκαιρήσαντα προσεύξασθαι, καὶ ἄλλο ὅσον δυνατὸν προτιμᾶν καὶ προαρπάζειν τὴν εὐχὴν τῶν κοσμικῶν φροντίδων, κατὰ τὸν ἀπόστολον λέγοντα· ὁ Κύριος ἐγγὺς, μηδὲν μεριμνᾶτε, ἀλλ' ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει, τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεόν. καθὼς καὶ ὁ μακάριος Πέτρος ἔφη· σωφρονήσατε οὖν καὶ νήψατε εἰς προσευχὰς, πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιθέντες ἐπὶ τον Θεόν. πρῶτον δὲ αὐτὸς ὁ Κύριος εἰδὼς, ὅτι πάντα διὰ προσευχῆς ὠχύρωται, φησί· μὴ μεριμνήσητε τί φάγητε, ἢ τί πίητε, ἢ τί ἐνδύσησθε, ἀλλὰ μόνον ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. τάχα δὲ καὶ εἰς μείζονα πίστιν διὰ τούτου ἡμᾶς προσκαλεῖται ὁ Κύριος. τίς γὰρ τὴν ὑπὲρ τῶν προσκαίρων μέριμναν ἀποβαλὼν, καὶ ἀνενδεὴς γενόμενος, μὴ πιστεύσει λοιπὸν αὐτῷ καὶ περὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν; ὅθεν καὶ αὐτὸς τοῦτο φανεροποιῶν ἔλεγεν· ὁ ἐν ὀλίγῳ ἄπιστος, καὶ ἐν πολλῷ ἄπιστός ἐστιν. ὅμως καὶ ἐν τούτῳ ἡμᾶς ἐφιλανθρωπεύσατο· εἰδὼς γὰρ ἀπαραίτητον οὖσαν τὴν ἐφήμερον τῆς σαρκὸς ἐπιμέλειαν, οὐ περιέκοψε τὴν καθημερινὴν φροντίδα, ἀλλὰ παραχωρήσας ἡμῖν τὴν σήμερον, περὶ τῆς αὔριον μὴ μεριμνᾶν παρακελεύεται, πάνυ θεοπρεπῶς καὶ φιλανθρώπως. καὶ γὰρ οὐκ ἔστι δυνατὸν σάρκα φοροῦντας, καὶ ἀνθρώπους τυγχάνοντας, τὰ τῆς σωματικῆς ζωῆς καθόλου παραλογίσασθαι. συσταλῆναι γὰρ τὰ πολλὰ εἰς ὀλίγα διὰ προσευχῆς καὶ ἐγκρατείας ἐνδέχεται, παντελῶς δὲ παροραθῆναι ἀδύνατον.

A aliud, adesse corpore, animo vero vagari. Aliud item, opportunum tempus observare, & post curam eorum quæ pertinent ad corpus, opportunitate quæsita, precari: & aliud, postpositis hujus mundi curis, quoad fieri potest, orationem præferre ac præripere, secundum Apostolum inquientem: [a] *Dominus prope est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione petitiones vestræ innotescant apud Deum*. Quemadmodum & beatus Petrus ait: [b] *Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus*, [c] *omnem solicitudinem vestram projicientes in Deum*. In primis vero Dominus, qui notat omnia per orationem tuta esse, dicit: [d] *Ne soliciti sitis, quid manducetis, aut quid bibatis, aut quo induamini:* B *sed tantum quærite regnum Dei & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis*. At forte per hoc etiam nos ad majorem sibi fidem habendam Dominus invitavit. Quis enim abjecta rerum temporalium solicitudine, nullius rei factus egenus, non habeat etiam ei posthac fidem de bonis æternis? Quod & ipse verbis hisce declaravit: [e] *Qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est*. Nihilominus & in eo perhumaniter egit nobiscum, quia non ignorans diurnam corporis solicitudinem vitari non posse, non amputavit curam quotidianam: sed concessa nobis hodierna solicitudine, de crastino jubet [f] non esse solicitos: plane prout Deum decebat & hominem. Fieri enim nequit ut qui car- C nem gestamus, atque homines sumus, prorsus ea negligamus quæ sunt vitæ corporeæ necessaria. Fieri quidem potest, ut precationis & temperantiæ gratia, multa contrahantur in pauca, omnino vero prætermitti non possunt.

Διόπερ ὁ βουλόμενος εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ καταντῆσαι, κατὰ τὴν γραφὴν, οὐκ ὀφείλεις προκρίνειν πάσας τὰς διακονίας, ἢ ἐκτὸς ἀνάγκης ἐπισπᾶσθαι ὡς ἔτυχεν, οὔτε ἀπαντώσας κατ' ἀνάγκην τινὰ καὶ οἰκονομίαν Θεοῦ, προφάσει προσευχῆς παρωθεῖν καὶ ἀποβάλλειν, ἀλλὰ καὶ τὴν διαφορὰν ἐπιγινώσκειν, καὶ τῇ οἰκονομίᾳ τοῦ Θεοῦ δουλεύειν ἀδογματίστως. ὁ γὰρ μὴ οὕτως φρονῶν, οὔτε κατὰ τὴν γραφὴν, ἐντολὴν ἐντολῆς διαφορωτέραν καὶ περιεκτικὴν εἶναι πιστεύει· οὔτε κατὰ τὸν προφήτην, πρὸς πάσας τὰς ἐντολὰς κατορθοῦσθαι οἰκονομικῶς ἀπαντώσας βούλεται. ἀπαραιτήτων οὖν ὄντων τῶν ἀναγκαίων, καὶ οἰκονομικῶς ἀπαντώντων, παραιτεῖσθαι χρὴ τὰς ἀκαίρους ἀσχολίας, προτιμῶντας τὴν προσευχὴν, μάλιστα τὰς εἰς πολυτέλειαν καὶ πλεονεξίαν χρημάτων ἡμᾶς κατασπώσας. ὅσον γὰρ ἄν τις ἐν Κυρίῳ συστέλλοι ταύτας καὶ τὰς περισσὰς αὐτῶν ὕλας ἐκκόπτοι, τοσοῦτον καὶ τὴν ἔννοιαν ἀπὸ ῥεμβασμῶν συστέλλει· καὶ ὅσον ἂν συστέλλοι τὴν ἔννοιαν, τοσοῦτον καὶ τῇ καθαρᾷ προσευχῇ δίδωσι τόπον, καὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν εἰλικρινῆ ἐπιδείκνυσιν. εἰ δέ τις δι' ὀλιγοπιστίαν, ἢ ἑτέραν τινὰ ἀσθένειαν, τοῦτο ποιεῖν οὐ δύναται, κἂν τὴν ἀλήθειαν ἐπιγινωσκέτω, καὶ κατὰ δύναμιν ἐπεκτεινέσθω, τὴν ἑαυτοῦ νηπιότητα καταιτώμενος. κρεῖσσον γὰρ ἐλλείψεως δοῦναι λόγον, καὶ μὴ πλάνης καὶ οἰήσεως. πειθέτω σε ἡ παραβολὴ τοῦ Κυρίου, ἕνα Φαρισαῖον καὶ ἕτερον τελώνην παρεισάγουσα. διὸ καὶ ἡμεῖς πειρώμεθα πᾶσαν κοσμικὴν μέριμναν, δι' εὐχῆς καὶ ἐλπίδος ἀποκρούσασθαι. μὴ δυνάμενοι δὲ ἀνελλειπῶς τοῦτο κατορθῶσαι, τῷ μὲν Θεῷ προσφέρομεν τῶν ἐλλειμμάτων τὴν ἐξομολόγησιν, τῆς δὲ περὶ τῶν αὐτῶν σπουδῆς οὐκ ἀφιστάμεθα· βέλτιον γὰρ ἐγκληθῆναι περὶ ἐλλείψεως μερικῆς, καὶ μὴ παντε-

VI. Quocirca, quicumque vis secundum scripturam [g] *occurrere in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi*, non debes temere universa rei familiaris ministeria præponere, nec item citra necessitatem coarctare: neque si ex necessitate quadam & ex dispensatione divina occurrant, prætextu orationis summovere & repellere. Sed agnoscendum est discrimen, inserviendumque divinæ dis- D pensationi, etiam absque alio decreto. Qui enim non ita sentit, minime credit, juxta scripturam mandatorum aliud alio præstantius esse, latiusque patere: neque, ut sentit propheta, ad omnia mandata divina dispensatione occurrentia dirigi desiderat. Cum ergo necessaria & per divinam dispensationem accidentia vitari nequeant, antepositа precatione summovendæ sunt occupationes parum opportunæ: potissimum illæ, quæ nos attrahunt ad majorem tum rerum pretiosarum, tum pecuniæ copiam habendam. Quantum enim quis illas coercet in Domino, & superfluam illarum materiam amputat, tantum animi cogitationem ab inutilibus vagationibus coercet: quantum vero arctat conceptum animi, tantum loci præbet orationi puræ, sidemque E sinceram in Christum perspicuam efficit. At vero si quis modicam ob fidem, aliamve quamdam imbecillitatem hoc facere non possit, saltem agnoscat veritatem: & pro viribus nitatur, suam accusans infantiam. Satius est enim defectus sui reddere rationem, quam erroris aut arrogantiæ. Cujus rei fidem tibi faciat parabola Domini [h], quæ unum Pharisæum, alterum Publicanum introducit. Quapropter nos etiam precibus ac spe nitamur omnem curam sæcularem expellere. Quod si consequi nequimus absque vitio, defectuum certe confessionem Deo offeramus: nec tamen his ipsis operam dare

*a* Philipp. IV. 5. 6. *b* I. Petr. IV. 7. *c* I. Pet. V. 7. *d* Matth. VI. 25. 33. *e* Luc. XVI. 10. *f* Matth. VI. 34.
*g* Ephes. IV. 13. *h* Luc. XVIII. 10.



λεῦς ἐγκαλύψεως. ἐπὶ πᾶσι δὲ περὶ προσευχῆς ὀφείλομεν, ἐπειδὴ ἕκαστος πρὸς τὴν ἠγαπημένην αὐτῷ χρείαν ἀσχολούμενος, ὀφειλομένην διακονίαν ἐκτελεῖν δοκεῖ, ἀγνοῶν ὅτι πρὸς εὐαρέστησιν Θεοῦ μᾶλλον, ἢ αὐτοῦ τὰ πράγματα κρίνειν ὀφείλεται. τὸ δὲ ἐπὶ τούτοις δυσδιάκριτον, ὅτι αὗται ἀναγκαῖαι καὶ ἀπαραίτητοι ἐντολαὶ, οὐ πάντοτε οὐδὲ αἱ αὐταί· ἀλλ᾽ ἑτέρα τῆς ἑτέρας ἐν ἰδίῳ καιρῷ προτιμᾶσθαι ὀφείλει· ἐπειδὴ οὐ πᾶσι μὲν διακονία πάντοτε, ἀλλ᾽ ἐν ἰδίῳ καιρῷ ἐπιτελεῖται. τῆς δὲ προσευχῆς ἀδιαλείπτως ἡμῖν ἡ λειτουργία νενομοθέτηται· τούτου χάριν τῶν ἐκ τῆς ἀνάγκης ἀσχολιῶν προκρίνειν αὐτὴν ὀφείλομεν. ταύτην τὴν διαφορὰν πάντες οἱ ἀπόστολοι διδάσκοντες τὸ πλῆθος περισπᾷν αὐτοὺς εἰς διακονίαν βουλόμενον, ἔλεγον· οὐκ ἀρεστόν ἐστι καταλιπόντας ἡμᾶς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, διακονεῖν τραπέζαις· ἐπισκέψασθε οὖν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἄνδρας μαρτυρουμένους ἑπτὰ, οὓς καταστήσωμεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης· ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσωμεν· καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλήθους. εἰ δὲ διὰ τούτων μανθάνομεν, ὅτι τοῖς μὴ δυναμένοις προσκαρτερεῖν τῇ προσευχῇ, καλὸν τὸ ἐγκεῖσθαι τῇ διακονίᾳ, ἵνα μὴ ἀμφοτέρων ἐκπέσωμεν· τοῖς δὲ δυναμένοις, κρεῖσσόν ἐστι τὸ μὴ ἀμελοῦν τοῦ βελτίονος.

A cessemus. Quia satius est, delicti cujusdam particularis reum fieri, quam talenti plane absconditi. Atqui inter omnia studiosi precum esse debemus. Etenim dum quisque versatur circa id quod sibi gratum & ex usu est, debitum obsequium exsolvere videtur, ignorans, se pluris facere debere quod placet Deo, quam quæ ad rem suam faciunt. In his autem hoc difficile est discernere, mandata non semper neque eadem esse necessaria, & quæ vitari nequeant: sed aliud alii suo tempore præferendum esse. Quandoquidem non semper omnibus, sed certis temporibus officium exhiberi solet: munus autem orandi sine intermissione nobis lege statutum est; quapropter illud occupationibus necessariis est B præferendum. Hanc ipsam differentiam Apostoli docentes multitudinem, quæ ipsos attrahere volebat ad ministeria, dicebant: [a] *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo ex vobis viros boni testimonii septem, quos constituamus super hoc opus: nos vero orationi & ministerio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine.* Ex his discimus, illos incumbere debere ministeriis, qui in oratione perdurare nequeant, ne utrisque destituantur: qui vero possunt, his, quod præstantius est, non esse negligendum.

Ὁ δὲ δικανικὸς ἀκούσας ταῦτα, οὕτως ἔφη· πῶς οἱ κατὰ κόσμον σοφοὶ προσευχῆς ἀμελοῦντες οὐ καταπίπτουσιν, ἀλλὰ διὰ τῆς φιλοσοφίας ἑαυτοὺς φυλάττουσιν; ὁ δὲ ἀσκητὴς στενάξας οὕτως ἔφη· καλῶς εἶπας, ὅτι οὐ πίπτουσι· πεσόντες γὰρ ἅπαξ, τὸ ἐξαίσιον καὶ δισσὸν πτῶμα, τῆς οἰήσεως καὶ ἀμελείας λέγω, οὔτε ἀναστῆναι δύνανται χωρὶς τῆς προσευχῆς, οὔτε ἔχουσι πόθεν πέσωσι. τίς γὰρ ἔτι μέριμνα τῷ διαβόλῳ παλαίειν τοῖς ἀεὶ κάτω κειμένοις, καὶ μηδέποτε ἱσταμένοις; ἕτεροι μέν εἰσιν, οἱ ποτὲ μὲν νικῶντες, ποτὲ δὲ νικώμενοι, πίπτοντες, ἐγειρόμενοι, θλίβοντες, θλιβόμενοι, πολεμοῦντες, πολεμούμενοι· καὶ ἕτεροι οἱ τῇ πρώτῃ πτώσει διὰ πολλὴν ἄγνοιαν ἐναπομείναντες, καὶ μὴ εἰδότες ὅτι περιπεπτώκασιν, οἷς ἐλεεινῶς ὁ προφήτης διαλέγεται· μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέψει; καὶ πάλιν· ἔγειρε ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. μὴ βουλομένοις δὲ τὸν τῆς ἐγέρσεως κόπον ἀναδέξασθαι, καὶ τῇ προσευχῇ παραμένειν, καὶ ὑπὲρ εὐσεβείας θλιβῆναι, διὰ τὴν μέλλουσαν βασιλείαν φησί· τῇ διαφθορᾷ σου, Ἰσραὴλ, τίς βοηθήσῃ; οὐκ ἔστι τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα, οὔτε τι τῶν παρὰ θέλημα συμβαινόντων κακῶν· αὕτη ἐστὶν ἡ ἁμαρτία ἡ πρὸς θάνατον, μηδὲ ταῖς ἑτέρων προσευχαῖς ἰατρευομένη. ἰατρεύσαμεν γὰρ τὴν Βαβυλῶνα καὶ οὐκ ἰάθη· διότι αὐθαίρετος ἡ νόσος, καὶ οὐκέτι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους, τὰ παρ᾽ ἑτέρων βοηθήματα. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἀποφθέγγεται ἡ θεία γραφὴ πρὸς τοὺς ἐξευτελίζοντας τὴν προσευχὴν, καὶ ἐκ τῆς ἀνάγκης καὶ ἀσθενείας ὥραις καὶ καιροῖς ταύτην περιορίζοντας· τοῦ μὲν Κυρίου πάντοτε νυκτὸς καὶ ἡμέρας, τοῦ δὲ ἀποστόλου ἀδιαλείπτως αὐτὴν προσφέρειν τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ νομοθετήσαντος.

VII. Forensis autem his auditis, hunc in modum C locutus est: Quei fit, ut non labantur, qui neglecta precandi ratione, more sæculi sapiunt, sed ope philosophiæ se ipsos conservant? Tum Exercitor ingemiscens usus est his verbis; Recte dixisti, eos non labi. Qui enim semel ceciderunt ingenti ac duplici casu, arrogantiæ, inquam, & negligentiæ, nec resurgere possunt absque precibus, nec habent unde labantur. Quæ siquidem cura superest his qui semper prostrati jacent, & numquam eriguntur, certandi cum diabolo? Sunt quidem alii, qui modo vincunt, modo vincuntur: cadunt, & resurgunt: affligunt, & affliguntur: impugnant, & expugnantur. Alii etiam multam ob ignorantiam in ipso primo lapsu immorantur, ac se cecidisse nesciunt: D quibuscum non sine commiseratione disputat propheta: [b] *Numquid qui cadit, non resurget? & qui avertit se, non convertetur?* Et iterum: [c] *Surge qui dormis, & exsurge a mortuis: & illuminabit te Christus.* His porro qui recusant exsurgendi laborem suscipere, in oratione perseverare, ac futurum ob regnum, pietatis nomine affligi, ait: [d] Corruptioni tuæ, Israel, quis opem feret? Non est vulnus, non est cicatrix, non est plaga tumens, nec quidquam adversorum quæ præter voluntatem evenire solent. Istud est [e] peccatum ad mortem, quod ne aliorum quidem precibus sanatur. [f] *Medicamentum applicuimus Babyloni, & non est sanata:* quia spontaneus erat morbus. [g] *Non jam malagma, non* E *oleum, non ligatura,* aut quæ ab aliis afferuntur adminicula adhiberi possunt. His ac similibus verbis scriptura divina alloquitur eos qui elevant orationem, & citra necessitatem aut infirmitatem horis & opportunitate circumscribunt eam; cum Dominus quidem semper, noctu diuque; Apostolus vero sine intermissione ipsam offerri debere Deo omnipotenti sanciverit.

Ἰδοὺ καὶ ἡ παλαιὰ διαθήκη πῶς ἀνακόπτει τὸν πεποιθότα ἐφ᾽ ἑαυτῷ, καὶ ἐπὶ τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ ἐπαιρόμενον, λέγουσα· ἴσθι πεποιθὼς ἐπὶ Κύριον ἐν ὅλῃ καρδίᾳ σου· ἐπὶ δὲ σῇ σοφίᾳ μὴ ἐπαίρου. ταῦ-

VIII. En quo pacto vetus etiam testamentum abscindit eum, qui sibi ipsi confidit, & de sapientia sua effertur, inquiens: [h] *Sta fidens in Dominum in toto corde tuo; & ne innitaris prudentiæ*

*a* Act. VI. 2-5. *b* Jer. VIII. 4. *c* Ephes. V. 14. *d* Isa. I. 5. 6. *e* I. Joan. V. 16. *f* Jer. LI. 9. *g* Isa. I. 6. *h* Prov. III. 5.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

τα δὲ οὐκ εἰσι ψιλὰ ῥήματα, καθώς τισιν ἔδοξε, καὶ διὰ τοῦτο βίβλους ἐκτήσαντο, καὶ γνόντες τὴν τῶν γεγραμμένων δύναμιν, μηδὲν τούτων ἐργασάμενοι, ὑπερφυσῶνται ψιλοῖς τοῖς νοήμασι, καὶ διὰ λόγων καὶ ζητημάτων συμπιστῶντες ἑαυτοὺς, μέγαν παρὰ τοῖς σοφίας ἀπείροις φέρουσιν ἔπαινον, τῆς φιλοπονίας μὴ ἁψάμενοι, μηδὲ τοῦ ἔργου μνησθέντες, πολλὴν παρὰ Θεοῦ καὶ τῶν φιλοπόνων καὶ εὐσεβῶν ἀνδρῶν ἀποφέρονται τὴν κατάγνωσιν· διότι τῇ εἰσαγωγικῇ γνώσει τῶν γραφῶν οὐ πρὸς ἔργον, ἀλλὰ πρὸς ἐπίδειξιν ἀποχρησάμενοι, τῆς κατ᾽ ἐνέργειαν πνεύματος ἁγίου ἀπεστερήθησαν χάριτος. οὗτοί εἰσιν οἱ ἐν προσώπῳ καυχώμενοι, καὶ οὐ καρδίᾳ. ὅθεν οἱ τοῦ ἔργου ἄπειροι ὀφείλουσιν αὐτοῦ ἅψασθαι· τὰ γὰρ παρὰ τῆς γραφῆς εἰρημένα, οὐχ ἵνα νοήσωμεν μόνον, ἀλλ᾽ ὅπως αὐτὰ καὶ ποιήσωμεν, εἴρηνται· ἀρξώμεθα δὴ οὖν τοῦ ἔργου· οὕτως οὖν ἀκολούθως προκόπτοντες εὑρήσομεν ὅτι οὐ μόνον εἰς Θεὸν ἐλπὶς, ἀλλὰ καὶ βεβαία πίστις, καὶ ἀνυπόκριτος ἀγάπη, καὶ ἀμνησικακία, καὶ φιλαδελφία, καὶ ἐγκράτεια, καὶ ὑπομονὴ, καὶ γνῶσις ἐσωτέρα, καὶ πειρασμῶν λύτρωσις, καὶ χαρισμάτων δωρήματα, καὶ ἐξομολόγησις καρδιακὴ, καὶ δάκρυον ἐκτενὲς, διὰ προσευχῆς τοῖς πιστοῖς ἐγγίνεται. οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπερχομένων θλιβερῶν ὑπομονὴ, καὶ εἰλικρινὴς τοῦ πλησίον ἄφεσις, καὶ νόμου πνευματικοῦ ἐπίγνωσις, καὶ δικαιοσύνης Θεοῦ εὕρεσις, καὶ πνεύματος ἁγίου ἐπιφοίτησις, καὶ θησαυρῶν πνευματικῶν δόσις, καὶ πάντα ὅσα ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς παρέχειν τοῖς πιστοῖς ἀνθρώποις, καὶ ὧδε καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· καὶ ἅπαξ ἁπλῶς κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ ἀναφανῆναι τὴν ψυχὴν ἀδύνατον, εἰ μὴ διὰ χάριτος Θεοῦ καὶ πίστεως, ἀνθρώπου μετὰ πολλῆς ταπεινοφροσύνης καὶ ἀμετεωρίστου προσευχῆς τῇ καρδίᾳ παραμένοντος. πῶς οὖν οἱ τοιούτων καὶ τοσούτων ἀγαθῶν δι᾽ ἄγνοιαν καὶ προσευχῆς ἀμέλειαν ἀπεστερημένοι λέγουσιν, οὐ πεπτώκαμεν; καὶ σοφίαν ἑαυτοῖς ἐπιγράφουσιν, οἱ μηδὲ τὴν ἰδίαν καταβολὴν ἐπιστάμενοι, ἐλεεινοὶ τῆς πτώσεως, ἐλεεινοὶ τῆς ἀπειρίας, τοῦτο μόνον κερδαίνοντες, ὅτι ἡμᾶς πλεῖον πιστεύειν τῇ γραφῇ παρασκευάζουσι, λεγούσῃ, τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου μωρίαν εἶναι παρὰ τῷ Θεῷ· ἡ δὲ ἐκ Θεοῦ, ἄνωθέν ἐστι κατερχομένη παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, ἧς τεκμήριόν ἐστιν ἡ ταπεινοφροσύνη. οἱ οὖν ἀνθρωπαρεσκεῖν βουλόμενοι, ἀντὶ τῆς θείας τὴν ἀνθρωπίνην ἐδέξαντο, καὶ ἐν ταύτῃ φυσιούμενοι καὶ ἐγκαυχώμενοι, πολλοὺς τῶν ἁπλουστέρων ἠπάτησαν, πείσαντες οὐκ ἐν πόνοις εὐσεβείας καὶ προσευχῆς, ἀλλ᾽ ἐν πειθοῖ ἀνθρωπίνης σοφίας, καὶ λόγοις φιλοσοφεῖν· ἣν καὶ ὁ ἀπόστολος συνεχῶς μέμφεται, καὶ κένωσιν τοῦ σταυροῦ ὀνομάζει. φησὶ γὰρ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ· οὐκ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ᾽ εὐαγγελίζεσθαι, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ: καὶ πάλιν, τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς· καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἐξουδενωμένα ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ, ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. εἰ οὖν ὁ Θεὸς οὐκ ἐν ῥήμασιν Ἑλληνικῆς σοφίας, ἀλλ᾽ ἐν πονήμασι προσευχῆς καὶ ταπεινοφροσύνης εὐδοκεῖ, καθὼς καὶ ἀποδέδεικται, τί ματαιοφρονοῦσι, καὶ τὸν πρῶτον τρόπον τῆς θεοσεβείας ὡς δυσκατόρθωτον καταλιπόντες, οὐδὲ τῷ δευτέρῳ, ἢ κἂν τῷ τρίτῳ σωθῆναι βουλόμενοι, καὶ τοὺς ἁπλουστέρους ἐξαπατῶσιν;

A *tuæ*. Non ſunt hæc nuda verba, ut quidam arbitrati ſunt; qui propterea libros compararunt, & agnita ſcriptorum vi, nihil eorum opere complentes, ſupra modum intumeſcunt de nuda intelligentia: & diſputationibus ac quæſtionibus ſe ipſos involventes, apud imperitos laudem conſequuntur: qui tamen ſtudium atque diligentiam non attingentes, cum nullam operandi mentionem faciant, atrociorem a Deo & ſtudioſis piiſque viris referunt condemnationem. Itaque dum introductoria ſcripturarum notitia utuntur, non ad opus aliquod, ſed ad oſtentationem, gratia per Spiritum ſanctum operante privati ſunt. Hi ſunt, qui gloriantur in facie, & non in corde. Quare qui expertes ſunt operis, B huic manum admoveant. Nam quæ commemorat ſcriptura, non ut intelligamus dumtaxat inventa ſunt, ſed ut illa exſequamur. Sumamus igitur initium ab opere, & ita deinceps promoventes, inveniemus non ſolum ſpem in Deum, ſed etiam firmam fidem, dilectionem non ſimulatam, malorum oblivionem, fraternum amorem, temperantiam, patientiam, internam cognitionem, liberationem a tentationibus, chariſmatum dona, confeſſionem a corde manantem, & copioſas ex oratione lacrymas fidelibus innaſci. Nec iſta modo, ſed etiam afflictionum obvenientium tolerantiam, remiſſionem proximo ſincere factam, legis ſpiritalis notitiam, juſtitiæ divinæ adeptionem, adventum ſancti Spiri- C tus, theſaurorum ſpiritualium largitionem, omnia denique quæcumque promiſit Deus ſe præſtiturum fidelibus hominibus tum heic tum in futuro ſæculo. Et ut in ſumma dicam, non poteſt anima repræſentare imaginem Dei, niſi per gratiam divinam ac fidem ex animo perſeveret homo in ſumma humilitate, & oratione non hæſitante. Qua igitur ratione qui hiſce tantis bonis per ignorantiam & orationis neglectum ſunt deſtituti, ajunt, Non cecidimus, ſibique ipſis ſapientiam adſcribunt? Niſi vero proprium interitum agnoſcant, miſeri ſunt ob caſum, & ob imperitiam miſeri: hoc dumtaxat facientes lucri, quod nos copioſius inſtruunt ad majorem fidem habendam ſcripturæ, quæ dicit: [a] *Sa-* D *pientiam hujus mundi ſtultitiam eſſe apud Deum*: quæ autem ex Deo eſt, [b] *deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum*, cujus indicium eſt humilitas. Qui ergo placere volunt hominibus, pro divina ſapientia nacti ſunt humanam: de qua inflati & gloriantes, deceperunt plures e ſimplicioribus: dum ſuaſerunt illis ut philoſopharentur non circa ſtudia pietatis & orationis, ſed in perſuaſoriis humanæ ſapientiæ verbis: de qua continenter queritur Apoſtolus, evacuationem crucis appellans. Inquit enim epiſtola ad Corinthios: [c] *Non miſit me Chriſtus baptizare, ſed evangelizare, non in ſapientia verbi: ut non evacuetur crux Chriſti*. Et iterum: [d] *Quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, ut confundat ſapientes:* E *& ignobilia mundi & contemtibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret, ut non glorietur omnis caro in conſpectu ejus*. Cum ergo, ut demonſtratum eſt, non ſint grata Deo Græcanicæ ſapientiæ verba, ſed potius orationis & humilitatis ſtudia: quid inaniter ſapiunt, & derelicta prima colendi Dei ratione, quaſi a recto aberret, non per ſecundam, neque per tertiam ſervari volunt: & ita circumveniunt ſimpliciores?

Τοῦ δὲ σχολαστικοῦ βουλομένου μαθεῖν, τίνες εἰσὶ τῆς θεοσεβείας τρόποι, ὁ ἀσκητὴς ἀπεκρίνατο· ὁ πρῶτός ἐστι, τὸ μὴ ἁμαρτάνειν· ὁ δεύτερος, τῷ

IX. Tum Scholaſtico ſcire cupienti, quinam eſſent colendi Dei modi; reſpondit Exercitor: Primus eſt, non peccare; Secundus, cum quis pecca-

a I. Cor. III. 19. b Jac. I. 17. c I. Cor. I. 17. d Ibid. vv. 27-29.

ἁμαρτήσαντι ὑπομένειν τὰ ἐπερχόμενα θλιβερά· ὁ δὲ τρίτος τρόπος, τὸν μὴ ὑπομένοντα πενθεῖν ἐν τοῖς ὑπομονῆς ἐλλείμμασι, καθότι ὧδε μὴ διορθωθέντα διὰ τῶν προσφυῶν συμβάσεων, ἐξ ἀνάγκης λοιπὸν τὴν ἐκεῖθεν ἡμῖν κρίσιν ἀπάγουσιν, εἰ μήτι οὖν πενθοῦντας ἡμᾶς καὶ τεταπεινωμένους ἰδὼν ὁ Θεός, ὡς οἶδε, τῇ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ ἀγαθότητι καὶ θείᾳ χάριτι ἐξαλείψῃ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. εἰ δὲ ἐπὶ τῇ τῶν προειρημένων ἀμελείᾳ τὸ πένθος καὶ τὴν ταπείνωσιν καταλιπόντες, ἔτι ἑαυτοὺς καὶ λόγοις κοσμικῆς σοφίας εὐδοκοῦμεν, ὅπως καὶ ἐν τούτοις τῶν ἁπλουστέρων κατεπαιρώμεθα, πῶς ἐλεηθῶμεν λοιπὸν ἐναντία τοῦ ἐλέους ποιοῦντες; ὢ, πῶς πιθανόν ἐστι τὸ τῆς ἀνθρωπαρεσκείας πάθος καὶ δυσαίρετον, καθότι καὶ τῶν φρονίμων κατακρατεῖ; τῶν μὲν γὰρ ἄλλων παθῶν αἱ ἐργασίαι τοῖς μετόχοις αὐτῶν εὔδηλοί εἰσιν, ὅθεν καὶ ταπεινοφρονεῖν τοὺς κεκρατημένους παρασκευάζουσιν· ἡ δὲ ἀνθρωπαρέσκεια ῥήμασί τε καὶ σχήμασιν εὐσεβείας ἐπικρύπτεται, ὡς μηδὲ τὰς παρατροπὰς αὐτῆς, τοὺς δελεαζομένους ἐπιγνῶναι ῥᾴδιον.

A verit, quæ illi accidunt adversa ut toleret? Tertius, si non ferat æquo animo, ut lugeat patientiæ defectiones: propterea quod heic non emendatæ per ea quæ adnata sunt accidentia, necessario posthac orientem inde nobis infligunt condemnationem; nisi forte nos Deus, ubi conspexerit lugentes & humiliatos, omnipotenti (ut inquit) bonitate sua, & gratia divina deleat peccata nostra. Sin ad eorum quæ diximus, neglectum accedat luctus & humilitatis omissio, & insuper ipsi nobis placeamus de humanæ sapientiæ verbis, ita ut de illis extollamur adversus simpliciores; quo pacto posthac misericordiam consequemur, qui contraria misericordiæ perpetramus? o! qua ratione probabile fiet, quanta cum B difficultate reperiatur humanæ complacentiæ affectus, quæ vel ipsorum sapientum animos tenet? Reliquarum enim perturbationum operationes perspicuæ sunt his qui earum sunt participes: ob idque præparant ad humilitatem, quos occupaverint: humana vero complacentia adeo tegitur verbis & habitu religionis, ut qui ea sunt inescati, diverticula illius facile perspicere non possint.

Ἐπηρώτησεν ὁ κοσμικός, ποῖαί εἰσιν αἱ ἐξ ἀνθρωπαρεσκείας παρατροπαί; μᾶλλον δὲ πρὸ τούτων μαθεῖν βούλομαι, τί ἐστιν ἀνθρωπαρέσκεια· ὁρῶ γάρ σε οὐ φύσεως ἀκόλουθα λέγειν τοῖς κεχρηματισμένοις ἑπόμενον, ἀλλ' ἀμαθίας αἰτίαν τῶν πάντων καταστοχαζόμενον, καὶ ἀσυναρτίστοις μαρτυρίαις ψέγοντα τὰ ὠφέλιμα· διὸ ταύτης μοι τῆς προσωνυμίας πρῶτον εἰπὲ τὴν οἰκειότητα, καὶ οὕτως πιστευόμενός σοι, ὅτι καὶ τὴν γενικωτάτην αὐτῆς βλάβην κατείληφας· ὁ δὲ ἀσκητὴς ἔφη· ἀνθρωπαρέσκειά ἐστιν, ὡς δοκῶ, τὸ τοῖς ἀνθρώποις ἀρέσκειν· ταύτην εἶναι οἶδα τοῦ χρηματισμοῦ τὴν οἰκειότητα. ὁ δὲ δικανικός, ὡς μέγα τι θαυμάσας τὸ ῥῆμα, φησί· πάνυ προσφυῶς εἴρηκας. τί οὖν εὐλαβέστατε ψέγεις ἀδίκως τὸ δίκαιον; ἢ οὐ φαίνεταί σοι δίκαιον εἶναι τὸ ἑκάστῳ τῶν οἰκείων ἔργων τὴν δοκιμασίαν ἑαυτῷ ἀποδιδόναι, ἀλλ' ἑτέροις τὴν τοῦ καλοῦ κρίσιν ἐπιτρέπειν μᾶλλον ἢ ἑαυτοῖς; ἐγὼ δέ φημι μήτε ὅλως ἀρετὴν ὀνομάζεσθαι, τὸ μὴ ἀρέσκειν ἀνθρώποις, μήτε παρὰ τοῦ πέλας ἔχειν τὸν ἔπαινον· ὅπερ καὶ τῆς γραφῆς ἤκουσα λεγούσης· ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· ἀλλότρια, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη· καὶ πάλιν· ἕκαστος ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθὸν, πρὸς οἰκοδομήν· καὶ πάλιν, ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. τίς δὲ δύναται μὴ ἀρέσκων τοῖς ἀνθρώποις, ἀπρόσκοπος εἶναι; τί οὖν τοσοῦτον ἐβάθυνας τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν μεμφόμενος; εἰ δὲ τοὺς κατὰ σὲ μὴ ἀρέσκοντας ἀποδέχεσθαι, καιρός σοι λοιπὸν τοὺς λῃστὰς, καὶ φονεῖς, καὶ ἅρπαγας, καὶ ἐπιβούλους ἐπαινεῖν, ἐπειδὴ οὐδενὶ τῶν ἀνθρώπων ἀρέσκουσιν. εἰ δὲ ἐν τοῖς εἰρημένοις παρὰ σοῦ, ἡμεῖς μέχρι νῦν σεσιωπήκαμεν, μὴ θαυμάσῃς· οὐ γὰρ ὡς μὴ ἐπιστάμενοι τὰς γραφὰς, οὐδὲ ὡς ἀγνοοῦντες τὸ δίκαιον, ἀλλὰ βουλόμενοι πρότερον ὑπακοῦσαι τῶν ὑμετέρων λόγων· οἴδαμεν δὲ καὶ συγγνώμην ἀποδιδόναι τοῖς ἐν λόγῳ σφαλλομένοις, ὅταν μὴ θελήματι ἀπαιδευσίας αἴτια ταῦτα ποιῶσι, καὶ ταῖς ἀγαθαῖς προσηγορίαις κακίαν ἐπιγράφωσιν· ὅπερ καὶ σὺ παρὰ γνώμην πέπονθας εὐλαβέστατε· βουλόμενος γάρ, ὡς οἶμαι, φανεροποιῆσαι τὴν αὐταρέσκειαν· ἐπειδὴ οὖν σοι οὐκ ἀπὸ ἀμελείας, ἀλλὰ ἀπὸ ἀμαθίας προσελήλυθε, δίκαιον ἂν εἴη τῆς προσωνυμίας φανερωθείσης, καὶ τὰς αἰτίας ὡς ψευδεῖς παρασιωπηθῆναι, ὡς τοσοῦτον φαύλας καὶ δυσαρέ-

X. Percontatus est Sæcularis: Quænam sunt humanæ complacentiæ diverticula? Immo vero antea discere malo, quid est humana complacentia, quoniam animadverto te, secutum eos qui venantur lucra, non dicere consentanea naturæ: sed omnes C de culpa imperitiæ suspectos habere, & quæ sunt utilia ineptis argumentis improbare. Idcirco edissere mihi primum proprietatem denominationis hujus: & ita credemus, te maxime generalia ejus incommoda complexum esse. Tum Exercitor ait: Complacentia humana est, ut arbitror, hominibus placere: hanc scio captando quæstui esse proprietatem. Forensis autem admiratus quod dictum est, tamquam magnum quiddam, inquit: Equidem ad naturam apte dixisti. Cur ergo, vir religiosissime, injuste vituperas quod justum est? Existimas ne æquum esse, cuique concedi suorum operum approbationem; an aliis potius honesti judicium esse permittendum, quam sibi ipsi? Ego vero non placere D hominibus, & non laudari a proximo, assero plane non esse virtutem appellandam, quod quidem audivi scripturam dicentem: [a] *Laudet te proximus, & non os tuum; aliena, & non tua labia.* Et rursum: [b] *Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.* Et iterum: [c] *Sine offensione estote Judæis & gentibus & ecclesiæ Dei.* Quis autem, nisi placeat hominibus, potest esse sine offensione? Cur ergo tam profunda disputatione complacentiam humanam reprehendis? Si, ut sententia tua est, recipiantur qui non placent, peropportune posthac laudare potes latrones, homicidas, raptores & insidiatores. Nemini siquidem hominum placent. Ceterum ne mireris, quod hactenus, dum E habuisti sermonem præcedentem, tacuimus: quia non ut nescientes scripturas, aut quod justum est, ignorantes, hoc fecimus: sed quod prius sermonem vestrum audire cuperemus. Novimus autem condonare his, qui sermocinando falluntur, dummodo non proficiscatur hoc a voluntate quæ caussa sit imperitiæ, & probatis denominationibus vitium adscribat: quod quidem tibi, vir religiosissime, præter opinionem accidit: volebas enim, ut arbitror, explicare quid esset αὐταρέσκεια, hoc est, sui complacentia. Cum igitur tibi non ab ignavia, sed ab imperitia acciderit, æquum fuerit, explicata denominatione, etiam caussas veluti falsas silentio præ-

a Prov. XXVII. 2. b Rom. XV. 2. c I. Cor. X. 32.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

τους ἔδοξας εἶναι, ὡς καὶ τῶν φρονίμων κατακρατεῖν.

Ο δὲ ἀσκητὴς ἐπιγνοὺς ὅτι φανερῶς πρὸς τοὺς ἐλέγχους ἀγανακτεῖ, καὶ τὰ ῥηθησόμενα παραιτᾶται, ἀπηνεώθη μικρὸν, ὡς εἰκάσαι πάντας τοὺς ἀκούοντας, ὅτι τοῖς συλλογισμοῖς καταπλαγεὶς, τὰς συστάσεις κατέλειπεν. ἀνοίξας δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ ἔφη· ἐπειδὴ οὐ νικῆσαι, ἀλλ' ὠφεληθῆναι προθέμενοι, ἐπὶ τούτους ἥκομεν τοὺς λόγους· αὐτὸς δὲ ἄχρι τοῦ νῦν παρεσιώπησας, οὐχ ὡς ἀγνοῶν τὸ δικαιότερον, ἔφης, ἀλλὰ πρότερον τὴν παρ' ἡμῶν ἀκοῦσαι διήγησιν βουλόμενος· τούτου χάριν παρακαλοῦμεν τὴν θαυμασιότητά σου τέλος δοῦναι τῷ ἐπαγγέλματι, καὶ διδάξαι, ὡς οὐκ αὐτοπροσώπως, ἀλλ' ἐπωνύμως μέμφεται τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν ἡ θεία γραφὴ, (ἣν πᾶσαν καλῶς ἐπιστάμενος, οὐ καλῶς ἄχρι νῦν παρεσιώπησας) οὕτω γὰρ τὰ τῆς γραφῆς, σοῦ λέγοντος, οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς προειρημένοις πεισθῶμεν, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς διηγήμασιν ἀνεξόμεθά σου δικαιότερα λέγοντος, εἰ καὶ ἀπὸ ἰδιωτείας ὡς ἔφης, τὰ ὀνόματα ἀνταλλάξαντες, ἀρετὴν ἀντὶ πάθους ἡτοιμασάμεθα· ὁ δὲ βιωτικὸς ταῦτα ἀκούσας, ἀπεκρίνατο· οὐκ εἶπον, ὅτι πᾶσαν γραφὴν ἐπίσταμαι, ἀλλ' ἀπὸ μέρους· σὺ οὖν με εἰς τὸ λέγειν μὴ προσκαλοῦ, ἀλλ' ἐναρξάμενος, εἰ μὲν ἀπορεῖς τῶν συστάσεων, σιώπα, καὶ παρ' ἡμῶν συγγνώμην ἕξεις· εἰ δὲ πάρεστί σοι δεῖξαι καταγινωσκομένην ὀνομαστὶ τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν, λέγε· καὶ ἡμεῖς ἐξ ἀνάγκης κἂν μὴ θέλωμεν τὴν ἀλήθειαν ὁμολογήσομεν. ὁ δὲ ἀσκητὴς ἔφη· ἐχέτω ταῦτα οὕτως· τὰς δὲ ἀδίκους παρὰ σοῦ μέμψεις ποῦ θήσομεν; ὁ δὲ δικανικὸς λέγει· εἰς τὸν τῆς μακροθυμίας νόμον, ὃν ἡμᾶς προεδίδαξας. ὁ δὲ γέρων πρὸς αὐτὸν, ἐπαινῶ σε τῆς σοφίας, ἵνα μὴ λέγω τῆς πανουργίας, καθότι ἐπὶ τῇ ἀγνοίᾳ συμπάθειαν παρεισήγαγες, διὰ τῆς τοῦ παρέχειν ἐπαγγελίας τὸ λαβεῖν προσκεψάμενος· ὅμως ταῦτα καταλιπόντες, τοῦ προκειμένου γενώμεθα.

A termitti, quas tam futiles & inventu difficiles existimasti, ut vel sapientum animos impediant.

XI. Exercitor autem, ut cognovit illum in argumentis manifeste excandescere, ac de his quæ dicenda erant, conqueri; modicum obstupuit, ita ut cuncti auditores conjicerent, illum velut syllogismis confossum, congressiones esse relicturum. Sed is aperto ore dicere cœpit: Quoniam non animo vincendi devenimus ad has disputationes, sed ut fructum aliquem consequamur: tu vero hactenus silentio usus es, non quod ignorares, dixisti, quid justius sit, sed quod prius explanationem nostram audire expeteres: hac de caussa magnitudinem tuam admirandam obsecramus, ut pollicitationi finem imponas, ac demonstres, scripturam divinam (quam universam cum probe calleas, improbe hactenus subticuisti) non ex sua persona & ipsa specie reprehendere complacentiam humanam, sed sub alterius nomine. Ita enim fiet, ut te narrante, quæ sunt scripturæ, non ob ea solum quæ dicta sunt, adducamur ad credendum: sed etiam in rebus permultis exponendis, te justiora dicentem libenter feramus: licet ex simplicitate & imperitia, ut dixisti, permutatis nominibus, perturbationis loco virtutem proposuerimus. Sæcularis autem, his auditis respondit: Nequaquam dixi me scire scripturam omnem, sed aliqua ex parte. Tu te igitur ne me provoces ad dicendum: sed ubi inceperis, si de aliqua forte disputatione dubites, tace: & a nobis veniam consequere. Sin potes demonstrare nominatim, complacentiam humanam, dicito: & necessario nos, vel inviti, fatebimur veritatem. Tum Exercitor inquit: Isthæc ita se habeant: reprehensiones autem tuas injustas quo in loco ponemus? Sub legem, inquit Forensis, longanimitatis, quam nos antea docuisti. Senex porro sic respondit: Laudo te sapientiæ nomine, ne dicam calliditatis, quod ignorationi compassionem induxisti, dum ex præstandi promissione accepturum te prævides. Ceterum, his prætermissis, revertamur ad institutum.

Ακουε οὖν τῆς γραφῆς προφερούσης τὰς κατὰ τῆς ἀνθρωπαρεσκείας μέμψεις· πρῶτον τοῦ προφήτου λέγοντος· ὅτι ὁ Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων· κατῃσχύνθησαν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐξουδένωσεν αὐτούς. καὶ ὁ ἀπόστολος· μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι. καὶ πάλιν, εἰ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσαι. καὶ ἔτι, εἰ ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην· καὶ πολλὰ ἕτερα ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ ἀναλεξάμενος εὑρήσεις. ὁ δὲ κοσμικὸς ἔφη· τί οὖν ὅτι καὶ ἃ εἶπον γέγραπται, ἆρα ἡ γραφὴ ἀσύμφωνος ἑαυτῇ; ὁ ἀσκητὴς ἔφη· οὐκ ἔστιν ἑαυτῇ ἀσύμφωνος, ἀλλ' ἡμεῖς ἀμβλυωποῦμεν πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν. ἐπειδὴ γὰρ οὐ πάντες ἀσεβεῖς ἄνθρωποι, οὐδὲ πάντες εὐσεβεῖς τυγχάνομεν· τούτου χάριν οὐ πᾶσιν ἀρέσκειν ὀφείλομεν, πλὴν τοῖς ἀγαθοῖς. ὁμοίως δὲ οὐ πᾶσι μὴ ἀρέσκειν ὀφείλομεν, πλὴν τοῖς πονηροῖς. διὸ καὶ ὁ Κύριος τοῦτο φανεροποιῶν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φησίν· οὐαὶ ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. οὐ μόνον δὲ ἐν τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς δοκοῦσι καλοῖς ἀνθρωπαρέσκειν ἡμᾶς κωλύει, ὅταν μὴ δι' ἔλεγχον καὶ μίμησιν, ἀλλὰ δι' ἔπαινον καί τινα ἀντίδοσιν ἐπιδεικνύωμεν τὰ καλὰ τοῖς ἀνθρώποις. καὶ εἰκότως. εἰ γὰρ ἀνταποδόσεως ἕνεκεν σωματικῆς ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις βούλεται, οὐδὲν χάρισμα πνευματικὸν παρὰ Θεοῦ λαμβάνει, οὐδὲ τυγχάνει τῶν ἐκεῖ ἀνταποδόσεων, ἀπέχων τὸν μισθὸν αὐτοῦ, καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἐφανέρωσεν,

D XII. Audi igitur scripturam suas enuntiantem querelas adversus humanam complacentiam, & in primis prophetam dicentem: [a] *Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos*. Et Apostolus: [b] *Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes*. Et rursum: [c] *An quæro hominibus placere?* Et rursum: [d] *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem*. Et multa alia decerpens e scriptura divina reperies. Tum Sæcularis: Quid ergo, inquit, cum ea quoque scripta sint quæ dixi, num scriptura a se ipsa dissonat? Ait Exercitor: Minime dissonat a se ipsa: sed nos cæcutimus in demonstratione veritatis. Cum enim non omnes homines sint
E impii; neque omnes pii simus; hanc ob rem non omnibus placere debemus, verum bonis: itidem non omnibus displicere debemus, sed malis. Quo fit ut aperte Dominus dicat in Evangelio: [e] *Væ cum benedixerint vobis omnes homines*. Neque vero in his dumtaxat, sed etiam in his quæ præ se fuerunt speciem boni, placere nos vetat hominibus: quando non emendationis aut imitationis gratia, sed studio laudis aut remunerationis ostentamus hominibus quæ sunt recta. Et merito. Nam si retributionis corporeæ caussa velit quispiam hominibus placere, charisma spiritale non recipit a Deo, neque repositas illic consequitur remunerationes, cum recipiat mercedem suam, uti Dominus etiam declaravit in Evan-

a Psalm. LII. 6. b Ephes. VI. 6. c Gal. I. 10. d Ibid. e Luc. VI. 26.

οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πλειστάκις· καὶ περὶ προσευχῆς, καὶ περὶ νηστείας, καὶ ἐλεημοσύνης ἐντελλόμενος, κρύπτειν αὐτὰ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων παρήγγειλεν.

Ὁ δὲ σχολαστικὸς, ἔτι λαλουμένων τῶν ῥημάτων, εἶπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ· ἱκανῶς ἔχει, περὶ τούτου πεπληροφόρημαι. λείπεται δέ σοι μὴ ἐν αἰνίγματι, μηδὲ ἐν εἰκασμῷ, ἀλλὰ φανερῶς εἰπεῖν, τίνες εἰσὶν αἱ τῆς κακίας παρατροπαὶ, ἵνα γνῶμεν ἀκριβῶς, εἰ εἰσὶ καθὼς εἴρηκας, σκοτεινότεροι καὶ δυσεύρετοι ὡς δύνασθαι αὐτὰς ἐληλυθυίας, καὶ τῶν φρονίμων κατακρατεῖν. ὁ δὲ ἀσκητὴς ἔφη· ἄκουε συνετῶς, καὶ ἀπαγγελῶ σοι ὀνομαστί· αὐτὸς δὲ ἐπίστησον, εἰ μὴ αὐτὸς εὕρῃς πάσας ταύτας ἐν πᾶσιν ἐκείνοις τῷ πάθει οἰκειωμένας. πρώτη καὶ μήτηρ ἐστὶ τῶν παρατροπῶν ἡ ἀπιστία. ταύτῃ δὲ λοιπὸν ὡς τέκνα ἐπακολουθοῦσι, φθόνος, μῖσος, ζῆλος, δόλος, νεῖκος, ὑπόκρισις, προσωποληψία, ὀφθαλμοδουλεία, καταλαλιὰ, ψεῦδος, εὐλαβείας πρόσχημα, οὐκ ἀληθείας, καὶ ὅσα τοιαῦτα δυσφανῆ καὶ σκοτεινὰ πάθη. τὸ καὶ πάντων φαυλότερον, ὅτι τινὲς διὰ τῆς τοῦ λόγου σοφίας συνιστῶσιν αὐτὰ ὡς καλὰ, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῆς βλάβην ἐπικαλύπτουσιν. εἰ δὲ βούλει, καὶ τὴν πανουργίαν αὐτῶν μερικῶς φανεροποιήσω. ὁ πανοῦργος ἀνθρωπάρεσκος, ἑτέρῳ συμβουλεύων, ἑτέρῳ ἐπιβουλεύει· ἄλλον ἐπαινῶν, ἄλλον ψέγει· νουθετῶν τὸν πλησίον, ἑαυτὸν συνίστησιν· εἰς δίκην συνηγορεῖ, οὐχ ἵνα τὸ δίκαιον κρίνῃ, ἀλλ' ἵνα τὸν ἐχθρὸν ἀμύνηται· μετὰ κολακείας ἐλέγχει, ἕως οὗ ὀνειδίζων παραδεχθῇ τὸν ἑαυτοῦ ἐχθρόν· ἀνωνύμως διαβάλλει, ἵνα τὴν ἑαυτοῦ καταλαλιὰν ἐπικρύψῃ· ὁρκίζει τοὺς ἀκτήμονας τοῦ ὁμολογῆσαι τὰ ἐνδέοντα, ὡς παρασχεῖν βουλόμενος· καὶ ὅταν εἴπωσιν, ὡς αἰτοῦντας διαφημίζει· παρὰ ἀπείροις καυχᾶται, καὶ παρὰ ἐμπείροις ταπεινολογεῖ, τὸν ἐξ ἀμφοτέρων ἔπαινον θηρώμενος. ἐγκωμιαζομένων ἐναρέτων ἀηδίζεται· καὶ ἐπιρρίψας ἑτέραν διήγησιν, περισπᾷ τὸ ἐγκώμιον· τοὺς ἀρχικοὺς ἀπόντας ἐξευτελίζει, καὶ παρόντας εἰς πρόσωπον δοξάζει· τοὺς ταπεινόφρονας μυκτηρίζει, καὶ τοὺς διδασκάλους μωμοσκοπεῖ· ἰδιωτείαν ὀνειδίζει, ἵνα ὡς σοφὸν ἑαυτὸν ἐπιδείξῃ· πάντων τὰς ἀρετὰς παραλογίζεται, τὰς δὲ κακίας διὰ μνήμης ἔχει· καὶ ἁπαξαπλῶς καιροὺς θηρεύει, καὶ προσώποις δουλεύει, ὅπως πληροφορήσῃ τὸ πολυτροπώτατον τῆς ἀνθρωπαρεσκείας πάθος· κρύπτειν πειρᾶται τὰ ἑαυτοῦ κακὰ διὰ τῆς τῶν ἀλλοτρίων ἐρωτήσεως· οἱ δὲ ὄντως μοναχοὶ, οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τοὐναντίον, τὰ τῶν ἄλλων συμπαθῶς παρορῶσι· τὰ δὲ αὐτῶν, τῷ Θεῷ φανεροποιοῦσι. διὸ καὶ παρὰ τῶν ἀγνοούντων ἀνθρώπων ἐξευτελίζονται. οὐ γὰρ τοσοῦτον βροτοῖς, ὅσον Θεῷ ἀρέσκειν σπουδάζουσι, τοῦτο μὲν εὐαρεστοῦντες, τοῦτο δὲ καὶ ἑαυτοὺς κατακρίνοντες, ἐπ' ἀμφοτέροις ἐκδεχόμενοι παρὰ Κυρίου τὴν ἀνταπόδοσιν, εἰρηκότος· ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται.

Ὁ δὲ σχολαστικὸς, πονήσας ἐπὶ τοῖς ἐλέγχοις, ἔφη· ἐγώ σου σοὶ τοῖς νοήμασιν ὦ ἀσκητὰ, καὶ τὴν πανουργίαν ἐθαύμασα, ἣν ἑτέροις ἐγκαλῶν αὐτὸς ἐπεσκιασμένως κατέχεις. ἀπορῶν γὰρ τῆς ἐγκυκλίου παιδεύσεως, εἰς τὴν κατὰ Θεὸν μωρίαν ἐπεσπάσω, λέγων αὐτὴν σοφίαν εἶναι μεγίστην, καὶ Θεῷ εὐάρεστον, μεθ' ἧς καὶ τὴν προσευχὴν, καὶ τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας πόνους προσέλαβες, ὅπως τὴν εὔδηλον ἀπαιδευσίαν τῇ ἀδήλῳ εὐλαβείᾳ ἐπικαλύψῃς· εἰ δὲ ὅλως ἐργάτης τυγχάνεις τῶν σῶν διηγημάτων, αὔριον πάλιν ἐπιβαλόντες ἐπιγνωσόμεθα, καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀναστὰς ἀπῆλθεν. ὁ δὲ γέρων προπέμψας αὐτὸν καὶ στραφεὶς ἐστονία. οἱ δὲ ἀδελφοὶ


A geliis [a] non semel, sed sæpius: nec non in dandis orationis, jejunii, & eleemosynæ præceptis denuntiat ut illa occultentur hominibus.

XIII. Scholasticus autem, dum hæc proferrentur adhuc verbo, intensa voce dixit: Sufficit, hanc rem compertissimam habeo. Superest tibi, ut non sub ænigmate aut conjectura, sed clare dicas, quæ sint diverticula nequitiæ, ut exacte sciamus, an sint, ut dixisti, tenebris obducta & inventu difficilia, ut posint, cum occurrunt, etiam prudentes occupare. Dixit Exercitor; Audi attente, & recitabo tibi nominatim: ipse vero insistas, si non reperias cuncta illa per omnia hæc affectui ipsi valde connexa. Pri-
B mum igitur & mater horum diverticulorum, est infidelitas: quam postea, velut fœtus, sequuntur invidia, odium, æmulatio, dolus, contentio, hypocrisis, personarum acceptio, obsequium oculis exhibitum, detractio, mendacium, religionis species & imago, non veritatis, & quæcumque similes obscuræ & caliginosæ perturbationes. Et quod pejus est omnibus, orationis artificio nonnulli cumulant ista velut bona, & sub eo latentia tegunt incommoda. Quod si placet, eorum versutiam speciatim explicabo. Callidus, & qui placet hominibus, dum uni consulit, alteri insidiatur: si laudat alium, alium vituperat: cum admonet proximum, se ipsum stabilit: patrocinatur in judicio, non ut quod justum
C est judicet, sed ut de inimicis sumat ultionem: blande reprehendit, donec contumeliose exceperit suum ipsius inimicum, suppresso nomine calumniatur, ut suam detractionem occultet: jurejurando adigit pauperes profiteri quibus indigeant, tamquam elargiturus quippiam: cumque declaraverint, diffamat eos, ut efflagitatores: gloriatur apud imperitos, & apud doctos submissa voce loquitur, ut qui venetur ab utrisque laudem: ægre fert dum celebrantur encomiis, qui dant operam virtuti; aliaque narratione interjecta contrahit encomium: magnates, cum absunt, deprimit, præsentes autem in faciem extollit: subsannat humiles, & magistros reprehendendi gratia curiose observat: simplices probro afficit, ut se
D ipsum sapientem ostentet: virtutes omnium cavillatur, & vitia tenet memoria. Et, ut semel dicam, captat occasiones, inservit personis, quo probatum reddat valde multiplicem humanæ complacentiæ effectum: sua ipsius vitia celare nititur, alienorum interrogatione. At vere monachi non sunt ejusmodi, immo contra aliorum vitia compatiendo dissimulant, sua vero declarant Deo, ideoque apud ignaros homines parvi fiunt; quia non tam student hominibus placere, quam Deo: modo quidem recte placentes, alias vero se ipsos condemnantes: utroque tamen nomine accepturi remunerationem a Domino, dicente: [b] *Qui se exaltat, humiliabitur.*

E XIV. Scholasticus autem argumentis fatigatus ait: Ego tum animi tui sensa, o Exercitor, tum astutiam tuam demiror: de qua cum obscure ipse alios accuses, hac tamen ipse teneris. Destitutus siquidem liberalibus disciplinis, redactus es in eam quæ secundum Deum est stultitiam, asserens illam maximam & Deo gratam esse sapientiam: cui precationem & labores pro pietate susceptos adjunxisti, ut imperitiam manifestam obscura religione tegeres. An vero tuarum enarrationum sis prorsus artifex, cras denuo convenientes agnoscemus. Et his dictis surgens abiit. Tum senex, eo a se dimisso, conversus obtrectabatur cum gemitu: fratres autem rogabant,

[a] Matth. vi. 2. 5. 6. [b] Luc. xiv. 11.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



παρεκάλουν αὐτὸν τοῦ στεναγμοῦ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν. ὁ δὲ εἶπεν· ὁρῶ τινας ὑμῶν τεταραγμένους. τεκμήριον γὰρ ἔλαβον, ὅτι οὐ πρὸς ὠφέλειαν, ἀλλὰ πρὸς βλάβην ἐδέξασθε τοῦ δικανικοῦ τὰ ῥήματα· καὶ οὐκ ὠφεληθέντας, ἀλλ' ὑβρισθέντας ἑαυτοὺς ἐλογίσασθε ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις. αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία τῆς ἐμῆς ἀθυμίας, ὅτι τὸν πνευματικὸν νόμον ἑτέροις λαλοῦμεν, αὐτοὶ δὲ οὐ τηροῦμεν. εἰ δὲ οὐ προσφυῶς κατηκολούθησα τῷ βουλήματι τῶν σκυθρωπῶν, ἀλλ' αὐτοὶ κρατοῦσι τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον, καὶ πάντα θλιβερὰ οὐκ ἀδίκως ἐπέρχεσθαι πεπιστεύκασι κατὰ τὴν γραφὴν, ὡς γέροντί μοι συγγνώμην τῆς μικρονοίας ἀπόδοτε, μόνον ἵνα πιστεύσωμεν, ὅτι τῶν συμβαινόντων ἡμῖν λυπηρῶν ἐσμεν ὑπεύθυνοι, καὶ εἰ μὴ προσφάτως, ἢ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἐκ παλαιοῦ χρεωστήματος. τότε εἷς τῶν ἀδελφῶν πεποιθὼς ἐπὶ ἐγκρατείᾳ, καὶ διὰ τοῦτο ἀγνοῶν τὴν ἀλήθειαν, καὶ πάντα μὲν τὰ θλιβερὰ ὑπομένειν πειρώμενος, ὅμως ὡς μάρτυρ πάσχειν ἀδίκως οἰόμενος, μετὰ θράσους ἀπεκρίνατο, λέγων· ποῦ ἡ γραφὴ κατὰ αἰτίαν ἑκάστου, καὶ δικαίαν κρίσιν Θεοῦ ἐπέρχεσθαι τοῖς ἀνθρώποις τὰς συμφορὰς εἴρηκεν; ὁ δὲ γέρων, ἐφ' οἷς εἰρήκει λίαν ἀπροσωπήσας ἔφη· ἐν πολλοῖς κεφαλαίοις τοῦτο ζητήσας, εὑρήσεις ἀγαπητὲ, καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ, καὶ ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ· εἰ δὲ βούλει καὶ ἡμεῖς σμικρὰ φανερώσωμεν· αὐτὸς δὲ μαθὼν, ἀπόβαλε τὴν ὑψηλοφροσύνην, καὶ κτῆσαι τὴν τοῦ Χριστοῦ ταπείνωσιν, λέγοντος· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.

A ut gemitus sui caussam exponeret, qui dixit: Video quosdam vestrum perturbatos, quod inde conjicio, quia non in commodum, sed in detrimentum Caussidici verba excepistis: & nihilo adjutos vos ipsos his quæ dicta sunt, existimastis, immo contumelia affectos: hæc est caussa mæroris mei, quod legem spiritalem eloquimur aliis, ipsi vero non servamus. Si vero non secutus sum ingenue morosorum voluntatem, qui legem Dei tenent, & credunt, juxta scripturam, adversa omnia non injuste accidere, mihi, ut seni, ob imbecillitatem intellectus condonnate, ut contingentium saltem nobis molestiarum reos nos esse credamus, & si non recenter aut ob præsentia facinora, at ex antiquo debito. B Tunc unus e fratribus, qui de sua fidebat continentia, & ea de caussa veritatem ignorabat, qui etiam adversitates omnes sufferre conabatur, verum se velut martyrem immerito pati existimabat, respondit audacter, inquiens: Ubinam scriptura dixit, justo Dei judicio, pro culpa cujusque, calamitates hominibus evenire? Senex vero valde sereno vultu excipiens quæ dixerat, inquit: Multis in capitulis, o dilecte, si quæras, hoc reperies, tum in veteri, tum in novo testamento: ac si velis, pauca subjiciemus oculis: ipse vero ubi didiceris, abjecta arrogantia postula humilitatem Christi, dicentis: [a] *Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde: & invenietis requiem* C *animabus vestris*.

Ο δὲ ὑποτακτικὸς ἐπιδραμὼν τῷ λόγῳ, ἔφη· εἰ ἕκαστος ἡμῶν ἐν τούτῳ μιμεῖται τὴν ταπείνωσιν τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῷ ἴδιον χρέος ἡγεῖσθαι τὰ ἐπερχόμενα, καθὼς εἴρηκας, δηλονότι καὶ ὁ Χριστὸς παθὼν, ἴδιον χρέος ἐξετέλεσεν· ὅθεν ἐγὼ βλασφημεῖν ἡγοῦμαι τὸν τοῦτο λέγοντα. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ ἡγούμενος, λέγει· ἐγὼ μὲν ἐπειρώμην τὴν προλαβοῦσάν σου πεῦσιν πρότερον λῦσαι· ἐπειδὴ δὲ καὶ ταύτῃ ἑτέραν ἐπέβαλες, ὡς ἐκ τῆς συγχύσεως τῶν μυρίων ἐρωτήσεων ἐπεκάλυψας τὰς λύσεις· ἡμεῖς ἐν Κυρίῳ καὶ περὶ τούτου πληροφορήσομεν τὰ προσήκοντα ἀντεπερωτήσαντες. εἰπέ μοι, οἱ δανειζόμενοι ἴδιον χρέος, αὐτοὶ μόνοι χρεωσταὶ τυγχάνουσιν, ἢ καὶ οἱ ἐγγυώμενοι αὐτούς; ὁ δὲ ὑποτακτικὸς ἀπεκρίθη· δηλονότι καὶ οἱ ἐγγυώμενοι αὐτούς. ὁ δὲ γέρων πρὸς αὐτόν· γνῶθι οὖν ἀκριβῶς, ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς ἡμᾶς ἀναδεξάμενος, χρεωφειλέτην ἑαυτὸν κατέστησε, κατὰ τὰς θείας γραφάς. ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ὁ γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. ὁ πάντων τὸν θάνατον ἀναδεξάμενος, καὶ ὑπὲρ πάντων ἀποθανὼν, σὲ μόνον οὐκ ἀνεδέξατο; τοῦτο ὁμολόγησον σαφῶς, καὶ ἡμεῖς ἡττήμεθα· ὁ δὲ ἀδελφὸς προσπεσὼν ἔφη· εἰ καὶ ὡς νήπιος ἐσφάλην κατὰ ἄγνοιαν, τὸν δὲ λυτρωτὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν καὶ ἀνάδοχον οὐκ ἀρνοῦμαι· οἶδα γὰρ ὅτι οὐδεμία ἑτέρα ἐλπὶς σωτηρίας ὑπολέλειπται τοῖς ἀνθρώποις, τοῦ ἀποστόλου λέγοντος· ὅτι πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστερούμενοι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι.

XV. Subditus porro, disputationi occurrens dixit: Si quisque nostrum imitatur in eo humilitatem Christi, quod arbitratur, ea quæ accidunt, esse velut proprium debitum, quemadmodum dixisti; profecto etiam Christus, dum passus est, proprium debitum persolvit: quo fit, ut ego eum blasphemare affirmem, qui hoc dicit. Hæc cum audisset qui præerat, ait: Conabar equidem pristinam tuam quæstionem prius solvere: sed quoniam huic & alteram injecisti, tamquam infinitarum quæstionum confusione solutiones obruisti. Nos tamen de eo per Domi- D num satisfaciemus, congruentibus vicissim utentes interrogationibus. Dicito mihi, qui ex mutuo debitum proprium contrahunt, hi soli debitores existunt, an & illi qui spondent pro eis? Respondit subditus: Utique & qui fidejubent eorum nomine. Cui senex: Exploratum igitur tibi sit, Christum quando nos suscepit, se ipsum, secundum scripturas divinas, debitorem constituisse: [b] *Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*: [c] *Qui factus est pro nobis maledictum*: [d] *Qui mortem omnium suscepit, & pro omnibus mortuus est*, non te dumtaxat excepit. Hoc aperte confitere, & nos victi sumus. Frater autem se prosternens inquit: Etsi velut pusillus ignorantia falsus sum, non tamen abnego redemtorem ac su- E sceptorem animarum nostrarum. Scio enim nullam aliam superesse spem salutis hominibus, cum dicat Apostolus: [e] *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei: justificati gratis per gratiam ipsius*.

Ὠφεληθέντων δὲ πάντων ἐπὶ τῇ ἐπιγνώσει καὶ μετανοίᾳ τοῦ ἀδελφοῦ, ὁ δὲ γέρων ἔφη· λείπεται λοιπὸν ἡμᾶς δεῖξαι ἀπὸ τῆς γραφῆς, ὅτι οὐδὲν τῶν συμβαινόντων λυπηρῶν ἑκάστῳ ἀδίκως ἐπέρχεται, ἀλλὰ πάντα κατὰ δικαίαν κρίσιν Θεοῦ, τῶν μὲν ὑπὲρ ἰδίων κακῶν, τῶν δὲ ὑπὲρ τῶν πλησίον πασχόντων, εἰς κόλπον ἐπέρχεται πάντα τοῖς ἀδίκοις, παρὰ δὲ Κυρίου πάντα δίκαια. καὶ πάλιν πάντα τὰ

XVI. Recreatis autem omnibus ob agnitionem & resipiscentiam fratris, Senex ait: Superest, ut demonstremus e scriptura, ex adversis quæ cuique accidunt, nullum injuste evenire, sed omnia ex justo Dei judicio: dum alii propter sua scelera, alii proximorum nomine patiuntur, iniquis omnia recidunt in sinum: [f] *A Deo tamen omnia justa*. Et iterum: [g] *Omnia opera Dei cum justitia*. Et: [h] *Quod semi-*

a Matth. XI. 29. b Joan. I. 29. c Gal. III. 13. d II. Cor. V. 14. e Rom. III. 23. 24. f Prov. XVI. 33. sec. LXX. g Prov. XVI. 10. sec. LXX. h Gal. VI. 8.

ἔργα τοῦ Θεοῦ μετὰ δικαιοσύνης. καὶ ὃ σπείρει ἕκαστος, A τοῦτο καὶ θερίσει· καὶ εἰ ἡμῶν ἀδικία Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; κατὰ ἄνθρωπον λέγω· μὴ γένοιτο. ἰδοὺ καὶ οἱ τρεῖς παῖδες ἐν τῇ καμίνῳ βληθέντες, διδάσκουσιν ἡμᾶς τοῦτο τὸ φρόνημα, κατὰ ἰδίαν αἰτίαν καὶ Θεοῦ παιδείαν λέγοντες ἐμβεβλῆσθαι, εἰ καὶ ἄλλο ἐνεδέξαντο πρόσωπον. καὶ ὁ ἅγιος Δαβὶδ ὑπὸ τοῦ Σεμεεῖ θλιβόμενος, κελεύσει Θεοῦ, καὶ διὰ ἴδια αἰτιάματα ὁμολογεῖ θλίβεσθαι. καὶ Ησαΐας δὲ καὶ Ιερεμίας, Ιεζεκιὴλ τε καὶ Δανιὴλ, καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται, τῷ τε λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι τὰ μέλλοντα θλιβερὰ κατὰ τὴν ἑκάστου ἁμαρτίαν ἐπέρχεσθαι αὐτοῖς προεφήτευον, ἅμα καὶ τὰς αἰτίας, καὶ τὰς ἀφορμὰς προδηλώσαντες· φησὶ γὰρ, ἀνθ' ὧν ἐλάλουν τάδε καὶ τάδε, καὶ ἐποίουν B τάδε, ἐπέλθοι αὐτοῖς τάδε καὶ τάδε. καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ ὁ μακάριος Δαβὶδ τοῦτο φανεροποιῶν ἔλεγεν· ἔγνων Κύριε, ὅτι δικαιοσύνη τὰ κρίματά σου, καὶ ἐν ἀληθείᾳ σου ἐταπείνωσάς με. καὶ πάλιν, ὄνειδος ἄφρονι ἔδωκάς μοι, ἐκωφώθην, καὶ οὐκ ἤνοιξα τὸ στόμα μου, ὅτι σὺ ἐποίησας. καὶ εὐχαριστεῖ, ὅτι τῶν ἐπικεκαλυμμένων ἐν ἡμῖν ἐννοιῶν πονηρῶν ἔλεγχον ἀπέστειλεν αὐτῷ, ἵνα ἀκριβῶς τὰς ἐννοίας ἡμῶν ἐπιβλεψάμενοι, ἑαυτοὺς διορθωσώμεθα, καὶ μὴ ἀμφιβάλλωμεν εἰ τὸ πλεῖστον τῆς κακίας τῆς ἑαυτῶν ἀγνοοῦμεν. πλείου γὰρ ἀνδρός ἐστιν ἀληθάργητον εἶναι ἐν τοῖς ἰδίοις ἡττήμασιν. εἰ δὲ τὰ προφανῆ ἡττήματά ἐστι δυσκατανόητα, πολλῷ μᾶλλον τὰ ἐνθυμήματα. γνωσώμεθα οὖν ὡς λογικοὶ, ὅτι πρὸς τὴν ἡμῶν ὠφέλειαν ἐπιφέρει Κύριος C τὰς ἐπαγωγὰς, καὶ πολλὰ καλὰ δι' αὐτῶν ἐν ἡμῖν ἐργάζεται· πρῶτον εὕρεσις τῶν κρυπτῶς ἡμᾶς κατεχουσῶν ἐννοιῶν, μετὰ τὴν τούτων εὕρεσιν, καὶ ταπεινοφροσύνην προστίθησιν ἀληθινὴν καὶ ἀσχημάτιστον· εἶτα τῆς ματαίας οἰήσεως ἀπαλλαγῆναι κελεύουσαν ἀνακάλυψιν κατὰ τὸ γεγραμμένον· διέκυψαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅπως ἂν ἐξολοθρευθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. τοῦτο οὖν ἀκριβῶς ἴστε γινώσκοντες ἀδελφοὶ, ὅτι ἐὰν μὴ τὰς ἐπιφορὰς μετὰ πίστεως καὶ εὐχαριστίας ὑπομείνωμεν, τὴν ἐγκεκρυμμένην κακίαν εὑρεῖν οὐ δυνάμεθα. ταύτης δὲ τρανῶς μὴ εὑρεθείσης, οὔτε τοὺς ἐνεστῶτας φαύλους λογισμοὺς ἀποῤῥίψαι δυνάμεθα, οὔτε τῶν προγεγενημένων κακῶν ἱλασμὸν ζητῆσαι, οὔτε περὶ τῶν μελλόντων ἀσφάλειαν δέξασθαι. D

*nat homo, hoc & metet*. Et, [a] *Si iniquitas nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus? Numquid iniquus est Deus qui infert iram? secundum hominem dico: Absit*. Ecce tres pueri in caminum projecti, docent nos ita sentire debere: cum ajunt, pro sua culpa & castigatione divina se injectos esse licet aliam personam susciperent. Sanctus quoque David dum jussu Dei affligitur a Semei, ob facinora propria se fatetur affligi. Esaias item & Hieremias, Ezechiel, Daniel & reliqui prophetæ, tam populo quam gentibus prophetarunt, pro cujusque peccato venturas ipsis calamitates, unaque caussas & occasiones ante declaraverunt. Ait enim: Pro eo quod loquebantur hæc & illa, & ista committebant, hæc & illa eveniebant eis. Quod aperte dicebat sanctus David in Psalmo: [b] *Cognovi Domine, quia æquitas judicia tua, & in veritate tua humiliasti me*. Et iterum: [c] *Opprobrium insipienti dedisti me: obmutui, & non aperui os meum, quia tu fecisti*. Et demissa sibi latentium in nobis cogitationum pravarum cogitatione gratias agit: ut exacte perpensis animi nostri conceptibus, corrigamus nos ipsos, & non versemur in ancipiti, vitiorum nostrorum multitudinem ignorantes. Integri siquidem viri est, in suis delictis non torpescere. Quod si conscipua delicta sunt nobis cognitu difficilia, quanto magis cogitationes? Quamobrem cognoscamus tamquam ratione præditi, ea commodo nostro contingere, quæcumque Dominus immittit, & per ea admodum bene nobiscum agere. Nam efficit in primis, ut indagemus quæ nos clam occupant cogitationes: his repertis, sinceram & non simulatam humilitatem addit, deinde revelationem, quæ jubet, ut opinione nostri vana liberemur: quemadmodum scriptum est: [d] *Prospexerunt omnes qui operantur iniquitatem, ut intereant in sæculum sæculi*. Hoc ergo fratres accurate scitote & cognoscite, nos occulta vitia non inventuros, nisi cum fide & gratiarum actione perferamus ea quæ nobis immittuntur: illis vero plane non repertis, pravas cogitationes insitas abigere non possumus, nec malorum prius admissorum propitiationem quærere, neque de futuris esse securi.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

Ερώτησις.

Εἰ τὰ ῥήματα τοῦ δικανικοῦ, ἔλεγχοί εἰσι τῶν ἡμετέρων πραγμάτων, διὰ τί τῶν εἰρημένων ὑπευθύνους ἑαυτοὺς οὐχ εὑρίσκομεν;

*Interrogatio*.

XVII. Si quæ dixit Forensis, redarguunt facinora nostra, cur dictis reprehensionibus nos ipsos esse obnoxios non sentimus?

Απόκρισις.


Αἱ ἐπιφοραὶ καὶ οἱ ἔλεγχοι ταῖς αἰτίαις εἰς τὸ φανερὸν οὐκ ἐξομοιοῦνται· κατὰ δὲ τὸ πνευματικὸν, πᾶσαν ἀποσώζουσι δικαιοσύνην. τοῦτο δὲ καὶ διὰ τῆς ἁγίας γραφῆς γνῶναι δυνάμεθα· μὴ γὰρ οἱ ὑπὸ τοῦ πύργου τοῦ Σιλωὰμ ἀποθανόντες, ἑτέροις E πύργον ἀπεκατέστησαν; καὶ οἱ ἀπαχθέντες εἰς μετάνοιαν ἐν Βαβυλῶνι αἰχμάλωτοι ἑβδομήκοντα ἔτη, ἄλλους τινὰς αἰχμαλώτους ἔλαβον εἰς μετάνοιαν; οὐχ οὕτως εἰσὶν αἱ παιδευτικαὶ συμβάσεις. ἀλλ' ὥσπερ οἱ στρατιῶται ὅταν φωραθῶσιν ἁμαρτήσαντες, αἰκίζονται μὲν, οὐ τὰ αὐτὰ δὲ πάσχουσιν, οἷα φαῦλα πεποιήκασιν· οὕτω καὶ πάντες παιδευόμεθα μὲν διὰ τῶν ἐπερχομένων, εὐκαίρως δὲ καὶ ἁρμοζόντως καὶ πρὸς μετάνοιαν· οὐχ ὁμοιοτρόπως δὲ, οὐδὲ ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ, οὐδὲ διὰ τῶν αὐτῶν πραγμάτων· καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ ἄγει τοὺς πολλοὺς εἰς ἀπιστίαν τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνης, ἡ τοῦ καιροῦ ὑπέρθεσις, καὶ ἡ

*Responsio*.

Impressiones & castigationes non sunt ipsa evidentia culpis consimiles: verum quoad spiritum, omnem conservant æqualitatem justitiæ, quod vel e scriptura sancta possumus cognoscere. Non enim [e] qui sub turre Siloe ceciderunt, aliis instaurarunt turrim: & qui pœnitentiæ nomine captivi spatio septuaginta annorum abducti sunt in Babylonem, alios quosdam captivos ceperunt ad pœnitentiam: non ita se habent conditiones castigatoriæ. Sed velut milites in delicto deprehensi vapulant quidem, non tamen eadem patiuntur supplicia quæ hi qui scelera commiserunt: sic etiam omnes per ea quæ obveniunt, erudimur opportune & convenienter, & ad pœnitentiam: non eodem modo, aut eodem tempore, neque earumdem rerum eventu. Et hoc est, quod deducit multos, ut non credant justitiam divinam, temporis videlicet prorogatio, & eorum

a Rom. III. 5. 6. b Psalm. cxviii. 77. c Psalm. xxxviii. 9. 10. d Psalm. xci. 8. e Luc. xiii. 4.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



τῶν ἐπιφερομένων ἀνομοιότης. οὐκοῦν ἐπειδὴ πολλὰ A ἐπέρχονται ἡμῖν θλιβερὰ πράγματα, τοῦτο μὲν δι᾽ ἀνθρώπων φθονούντων, κολακευόντων, καταλαλούντων, διαβαλλόντων, συκοφαντούντων, πλανώντων, ἀπόντων, διορυττόντων, κλεπτόντων, ἀποστερούντων, σκανδαλιζόντων, διωκόντων, καταφρονούντων, μισούντων, τυπτόντων, ἐπηρεαζόντων, καὶ ὅσα ἀνθρώποις παρὰ ἀνθρώπων ἐπέρχονται, καὶ παρὰ τοῦ ἰδίου σώματος σφριγῶντος, πολεμοῦντος, ἀναπαύσεις θέλοντος· ἐκτὸς τούτοις συμβαίνοντα δήγματα κυνῶν, ἰοβόλων, ἢ σαρκοβόρων θηρίων· πρὸς τούτοις λοιμοὶ, σεισμοὶ, παγετοὶ, καύσονες, γῆρας, πενία, μόνωσις, καὶ ὅσα τοιαῦτα. τοῦτο δὲ διὰ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας πρὸς ἃ τὴν πάλην ἡμῶν εἶναι ὁ ἀπόστολος ἐφανέρωσε, τοὺς λόγους ἡ- B μῶν καὶ τὰς πράξεις ἐπιτηρούντων, δι᾽ ὧν ἀκολούθως ἐφαμίλλους καὶ τοὺς λογισμοὺς ἡμῶν καταστοχάζονται εἶναι, εἰκότως. εἰ μὴ γὰρ ὁ αὐτεξούσιος ἡμῶν νοῦς ταῖς δοκιμαστικαῖς προσβολαῖς ἐξ ἀπιστίας προσομιλήσει, καὶ ἀφεὶς τὴν καθολικὴν ἐλπίδα λογισμοὺς ἀνακινήσει, οὔτε λόγοι προσφέρονται, οὔτε πράξεις ἐπιτελοῦνται.

A quæ infliguntur, disparitas. Cum ergo permultæ nobis contingant afflictiones, partim quidem per homines invidos, adulatores, detractores, calumniatores, sycophantas, seductores, ineptos, effossores, fures, spoliatores, scandalorum auctores, persecutores, contemtores, osores, pulsatores, ad nocendum paratos, & quæcumque homini ab homine possunt evenire, quæ item a proprio corpore lasciviente, infestante, requiem postulante: & inter accidentia, morsus canum, serpentium virus jaculantium, aut belluarum carnes vorantium: præterea pestes, terræ motus, glacies, ardores, senium, paupertas, desertio & quævis similia: partim vero opera eorum, adversus quos nobis colluctationem B esse declaravit Apostolus [a], nempe spirituum nequitiæ, sermones nostros & actiones observantium; unde consequentia quadam suspicantur cogitationes nostras similes; merito quidem hæc nobis obveniunt. Quia nisi mens nostra liberi arbitrii compos, per infidelitatem contrahat familiaritatem cum suggestionibus probatoriis, & spe catholica relicta cogitationes excitet, non eduntur sermones, nec actiones perficiuntur.

Ερώτησις.

Αὐτὸς εἴρηκας, ὅτι πᾶσαι αἱ συμφοραὶ κατὰ αἰτίαν ἀλόγως ἑκάστῳ ἐπέρχονται, εἰς ἐπίγνωσιν τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνης ἡμῶν ἐφέλκουσι. φανέρωσον οὖν ἡμῖν C τὰς αἰτίας, ἵνα οὕτως πιστεύωμεν ὅτι ὑπεύθυνοι τῶν ἐπιφορῶν ἐσμεν, καὶ ὀφείλομεν ὑπομένειν τὰ ἐπερχόμενα θλιβερὰ, ἵνα μὴ ἐν τῇ κρίσει, οὐχ ὡς ἁμαρτωλοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς τὴν ἴασιν μὴ προσδεξάμενοι, βαρυτέραν ἕξωμεν τὴν κόλασιν.

*Interrogatio.*

XVIII. Ipse dixisti, calamitates omnes cuique evenire prout in caussa est, easque ad notitiam C divinæ justitiæ nos adducere. Explica ergo nobis caussas, ut hac ratione credamus, nos reos esse casuum nostrorum, & occurrentes afflictiones ferre debere: ne in judicio, non ut peccatores dumtaxat, sed ut qui medelam recusaverimus, graviore supplicio plectamur.

Ἀπόκρισις.

Πάσης συμβάσεως αἰτία ἐστὶν οἱ ἑκάστου λογισμοί. εἶχον δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ οἱ λόγοι καὶ αἱ πράξεις· ἐπειδὴ δὲ πρὸ ἐννοίας ταῦτα οὐ προέρχονται, τούτου χάριν τὸ πᾶν τοῖς λογισμοῖς ἐπιγράφοιμι. τοῦ λογισμοῦ οὖν προηγουμένου, λοιπὸν οἱ λόγοι καὶ αἱ πράξεις παρέχουσιν ἡμῖν τὴν εἰς ἀλ- D λήλους κοινωνίαν· δύο δέ εἰσιν οἱ τρόποι τῆς κοινωνίας, εἷς ἀπὸ ἀγάπης, καὶ εἷς ἀπὸ κακίας· διὰ δὲ τῆς κοινωνίας οὓς οὐκ οἴδαμεν, ἀλλήλους ἀναδεχόμεθα. ταῖς δὲ ἀναδοχαῖς ἐπιφοραὶ ἀναγκαίως ἀκολουθοῦσι, καθώς φησιν ἡ γραφή· ὁ ἐγγυώμενος τὸν ἑαυτοῦ φίλον, ἐχθρῷ παραδίδωσι τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα· οὕτως ἕκαστος οὐ μόνον ἑαυτοῦ τὰ ἐπερχόμενα ὑπομένει, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ πλησίον, ἐφ᾽ οἷς αὐτὸν ἀνεδέξατο.

*Responsio.*

Cunctorum casuum caussæ sunt cogitationes uniuscujusque. Poteram etiam dicere, sermones & operationes: sed quoniam hæc non præcedunt conceptionem, idcirco totum cogitationibus libenter adscripserim. Cum ergo cogitatio præeat & domine- D tur, in reliquo sermones & actiones præbent nobis mutuæ societatis occasionem. Sunt autem duæ societatis rationes; una, quæ proficiscitur a dilectione: altera, quæ oritur a vitio. Per societatem vicissim spondemus pro iis quos non novimus. Sponsionibus autem necessario succedunt impressiones, ut ait scriptura [b]: *Qui fidejubet pro amico suo, hosti tradit manum suam.* Ita fit, ut quisque non solum sibi peculiariter accidentia ferat, sed etiam proximi nomine, in quibus pro eo spopondit.

Ερώτησις.

Ἀξιοῦμεν μαθεῖν τὸν ἕνα τρόπον τῆς ἀναδοχῆς, λέγομεν δὲ τὸν ἀπὸ κακίας γενόμενον.

*Interrogatio.*

XIX. Discere peroptamus unum sponsionis mo- E dum, qui dicitur trahere originem a vitio.

Ἀπόκρισις.

Ἀπὸ κακίας ἀναδοχὴ ἀκούσιός ἐστιν. οὕτω δὲ συμβαίνει· ἀναδέχεται τοὺς πειρασμοὺς, ὡς θέλει ὁ ἀποστερῶν τοῦ ἀποστερουμένου, ὁ πλεονεκτῶν τοῦ πλεονεκτουμένου, ὁμοίως ὁ συκοφαντῶν τοῦ συκοφαντουμένου, ὁ καταπονῶν τοῦ καταπονουμένου, ὁ καταλαλῶν τοῦ καταλαλουμένου, ὁ καταφρονῶν τοῦ καταφρονουμένου, ὁ διαβάλλων τοῦ διαβαλλομένου· καὶ ἵνα μὴ καθ᾽ ἓν λέγω, πᾶς ὁ ἀδικῶν, τοῦ ἀδικουμένου κατὰ ἀναλογίαν ἀναδέχεται τοὺς πειρασμούς· τούτοις δὲ μαρτυρεῖ ἡ θεία γραφὴ λέγου-

*Responsio.*


Sponsio vitiosa fit præter animi sententiam. Quæ sic accidit: Qui spoliat, pro arbitrio, recipit in se redundantes tentationes ejus qui spoliatur: qui studet avaritiæ, tentationes rei desideratæ: nec non sycophanta, ejus quem defert: vexator, ejus quem vexat: detractor, ejus cui detrahit: contemtor, ejus quem contemnit: calumniator, ejus qui calumniam patitur: &, ne per singula dicam, quicumque damnum dat, juxta porportionem recipit tentationes ejus qui damno afficitur. Hisce testimo-

a Ephes. VI. 12. b Prov. VI. 1.

σα· δίκαιος ἐκ θήρας ἐκδύεται, ἀντ' αὐτοῦ δὲ παραδίδοται ἀσεβής· καὶ πάλιν, ὁ ὀρύσσων βόθρον, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτὸν, καὶ ὁ κυλίων λίθον, ἐφ' ἑαυτὸν κυλίει· καὶ πάλιν, εἰς κόλπον ἐπέρχεται πάντα τοῖς ἀδίκοις, παρὰ δὲ Κυρίου πάντα δίκαια. εἰ οὖν ἡ ἡμῶν ἀδικία, Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησιν ἐν ἀλλήλοις κατὰ τὸν ἀπόστολον, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργὴν τοῖς παιδευομένοις διὰ τῶν ἐπιφορῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτα ἀνεπισκέπτως ἀγριαινομένοις;

A nium præbet fcriptura divina, quæ dicit: [a] *Juftus de anguftia liberabitur, pro eo vero traditur impius*: Et iterum: [b] *Qui fodit foveam, incidet in eam.* & qui volvit lapidem, in fe ipfum revolvit. Et rurfum: [c] *Iniquis omnia redundant in finum; a Deo autem prodeunt cuncta.* [d] *Si ergo iniquitas noftra*, fecundum Apoftolum, *juftitiam Dei commendat*, invicem, *quid dicemus? Numquid iniquus eft Deus, qui infert iram*, non his modo qui per impreffiones erudiuntur, fed his etiam qui earum eventu inconfiderate exafperantur?

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



Ἐρώτησις.

Ταῦτα οὕτως ἔχειν πιστεύομεν δι' ἀκολουθίας ἐπακούσαντες· λοιπὸν εἰπὲ ἡμῖν καὶ τὴν ἐξ ἀγάπης ἀναδοχὴν, ἵνα καὶ ταῦτα μὴ ἀγνοῶμεν.

*Interrogatio.*

B XX. Hæc ex ordine audita, ita fe habere credimus. Supereft, ut edifferas nobis fponfionem, quæ fit ex caritate: ne hoc quoque ignoremus.

Ἀπόκρισις.

Ἐξ ἀγάπης ἀναδοχή ἐστιν, ἣν ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἡμῖν πάντως δέδωκε, πρῶτον ἰασάμενος ἡμῶν τὰς ἀσθενείας τῆς ψυχῆς, εἶτα θεραπεύων πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν· ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, τὴν καθαρὰν φύσιν ἀποκαθιστῶν τοῖς βεβαίως αὐτῷ πιστεύουσι, θανάτου λύτρωσιν, θεοσέβειαν παραδοὺς, εὐσέβειαν διδάσκων, ὑπὲρ ἀγάπης κακοπαθεῖν ἕως θανάτου ὑποδεικνύων· τὴν ἐπὶ τούτοις ὑπομονὴν διὰ τῆς τοῦ πνεύματος μετουσίας χαρισάμενος ἡμῖν· καὶ τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. διὸ καὶ τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν πειρασμοὺς ἀναδέχεται· μυκτηριζόμενος, ὀνειδιζόμενος, δεσμούμενος, παραδιδόμενος, κολαφιζόμενος, ὄξος καὶ χολὴν ποτιζόμενος, συκοφαντούμενος, διωκόμενος, ῥαπιζόμενος· οὗτος ἡμῖν διὰ σαρκὸς καὶ πνεύματος κοινωνήσας, καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν πάθη ἀναδεξάμενος, πάλιν τοῖς ἰδίοις ἀποστόλοις παρέδωκε τὸν νόμον τοῦτον, προφήταις, πατράσι, πατριάρχαις· τοὺς μὲν προδιδάξας διὰ τοῦ παναγίου πνεύματος, τοῖς δὲ ὑποδείξας διὰ τοῦ ἀχράντου σώματος. ταύτην τὴν ἀναδοχὴν ἐμφαίνων ἔλεγεν, μὴ φοβεῖσθε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον· καὶ πάλιν, ἐγὼ ὑπὲρ αὐτῶν ἁγιάζω ἐμαυτὸν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ· καὶ πάλιν, μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ· ὅθεν καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος μιμούμενος τὸν Κύριον ἔλεγε· νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν, καὶ ἀναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία· καὶ αὐτὸς τὴν ἐξ ἀγάπης ἀναδοχὴν αἰνιττόμενος. βούλει σαφέστερον, πῶς ἡμῖν πάντες οἱ ἀπόστολοι δι' ἐννοίας καὶ λόγου καὶ πράξεως ἐκοινώνησαν, καὶ διὰ τῆς κοινωνίας τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν ἀνεδέξαντο πειρασμούς; διὰ μὲν ἐννοίας τὰς γραφὰς ἡμῖν παρανοίγοντες, τὰς προφητείας παρατιθέμενοι, τῷ Χριστῷ πιστεύειν ὡς λυτρωτῇ πείθοντες, λατρεύειν αὐτῷ ὡς κατὰ φύσιν υἱῷ Θεοῦ πληροφοροῦντες, ὑπὲρ ἡμῶν προσευχόμενοι, δακρύοντες, καὶ ὅσα τοῖς πιστοῖς ἐστι διὰ ἐννοίας· διὰ δὲ λόγους, παρακαλοῦντες, νουθετοῦντες, ἐλέγχοντες, τὴν ἀπιστίαν ἡμῶν ἐπισκώπτοντες, τὰς γραφὰς διερμηνεύοντες, τὸν καιρὸν φανεροποιοῦντες, τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντες, αὐτὸν εἶναι τὸν ἐσταυρωμένον κηρύττοντες, τὸν λόγον ἐνανθρωπήσαντα, ἕνα, καὶ οὐ δύο λέγοντες, κἂν ἐκ δύο νοεῖται ἡνωμένων ἀδιαιρέτως, ἀσυγχύ-

*Refponfio.*

Ex caritate prodiens fponfio eft, quam Dominus Jefus per omnia nobis exhibuit. Qui fanat in primis infirmitates animæ noftræ: deinde curat omnem morbum, & omnem languorem: qui tollit peccata mundi: qui puram reftituit naturam his qui firmiter credunt ei, redemtionem a morte atque Dei cultum donat, pietatem & religionem docet, oftendit ad mortem ufque perferendas effe af-
C flictiones caritatis gratia, neceffariam in eum ufum patientiam gratuito nobis largitur per communicationem fancti Spiritus, nec non futura bona, [e] *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis afcenderunt.* Propter quod & noftra cauffa tentationes fufcipit, dum fubfannatur, probris afficitur, ligatur, proditur, colaphis cæditur, bibendum cum felle acetum ei porrigitur, calumniam patitur & perfecutionem, dum etiam alapis tunditur. Ille, cum carnem fpiritumque communem nobifcum haberet, paffionefque noftro nomine fufcepiffet, denuo hanc ipfam legem tradidit Apoftolis fuis, prophetis, patribus & patriarchis: qui hos quidem anteriore tempore per facrofanctum Spiri-
D tum edocuit, illorum vero fubjiciens oculis per corpus impollutum, hanc fponfionem, plane dicebat: [f] *Confidite, ego vici mundum.* Et rurfum: [g] *Ego pro eis fanctifico me ipfum, ut fint & ipfi fanctificati in veritate.* Et iterum: [h] *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut ponat quis animam fuam pro amicis fuis.* Unde fanctus Paullus imitans Dominum, ajebat: [i] *Nunc gaudeo in paffionibus meis pro vobis gentibus, & adimpleo ea quæ defunt paffionum Chrifti, in carne mea, pro corpore ejus, quod eft ecclefia.* In quo etiam ipfe fignificat obfcure fponfionem ex caritate fufceptam. Vis tibi magis perfpicuum fieri, quo pacto omnes Apoftoli nobifcum inierunt focietatem intellectu, fermone &
E opere ipfo, qua focietate permoti fufceperunt pro nobis tentationes? Intellectu quidem, dum aperientes nobis fcripturas, adductis prophetiis fuadent credere Chrifto ut redemtori: certiffimamque fidem faciunt, inferviendum effe illi, tamquam natura Filio Dei: dum precantur pro nobis, lacrymis emiffis; & agunt quæcumque per intellectum fidelibus efficere licet. Verbis autem, dum exhortantur, admonent, reprehendunt, perftringunt incredulitatem noftram, fcripturas interpretantur, fubjiciunt oculis tempora, confitentur Chriftum ipfum effe Verbum hominem factum, & crucifixum prædicant; unum, non duos afferunt, licet intelligatur

[a] Prov. XI. 8. [b] Prov. XXVI. 27. [c] Prov. XVI. 33. fec. LXX. [d] Rom. III. 5. [e] I. Cor. II. 9. [f] Joan. XVI. 33. [g] Joan. XVII. 19. [h] Joan. XV. 13. [i] Coloff. I. 24.

SÆCUL. IV CIRCA ANN. CHR. 390.

τως, ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι τὴν κακοπιστίαν ἀνακόπτοντες, τῷ ψεύδει μὴ συντιθέμενοι, καυχωμένῳ κατὰ σάρκα μὴ συνομιλοῦντες, κενοδόξῳ μὴ συνδιατρίβοντες, ἀλαζόνα μηδόλως κατοπτεύσαντες, πονηρευόμενον ἐξουθενοῦντες, τοὺς ταπεινοὺς προϊέμενοι, τοὺς εὐσεβεῖς οἰκειούμενοι, καὶ ἡμᾶς τὰ αὐτὰ ποιεῖν διδάξαντες. διὰ δὲ πράξεως, διωκόμενοι, φυλακιζόμενοι, κακουχούμενοι, μυκτηριζόμενοι, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, καὶ ἀποκτεινόμενοι, καὶ ὅσα τοιαῦτα ὑπὲρ ἡμῶν ἔπαθον. οὕτω δὴ οὖν διὰ τῆς κοινωνίας ἀνεδέξαντο ἡμῶν τοὺς πειρασμούς· εἴτε γάρ φησιν, θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, εἴ τε παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν σωτηρίας καὶ παρακλήσεως, τὸν νόμον παρὰ Χριστοῦ δεξάμενοι τοῦ λέγοντος· μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. καὶ αὐτοὶ ἡμῖν παραδεδώκασι λέγοντες· εἰ ὁ Κύριος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἔθηκεν, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς τὰς ψυχὰς ἡμῶν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τιθέναι· καὶ πάλιν, ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσετε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. εἰ οὖν ἔγνωμεν τοὺς δύο τρόπους τῆς εἰς ἀλλήλους κοινωνίας, καὶ τὴν ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθοῦσαν ἀναδοχὴν, καὶ τοὺς κατὰ ἀναλογίαν συμβαίνοντας πειρασμοὺς, μὴ περιεργάζεσθε ἢ πῶς, ἢ πότε, ἢ διὰ τίνος ἐπέρχονται· τὸ γὰρ ἑκάστῳ προσφυές. καὶ τὴν ἀνυπέρθετον αὐτῶν ἔπειξιν, καὶ τὴν πάσης τῆς κτίσεως εἰς τοῦτο συνέργειαν, μόνου τοῦ Θεοῦ ἐστιν εἰδέναι· ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν μόνον πιστεύειν τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνῃ, καὶ εἰδέναι ὅτι πᾶν τὸ ἐπελθὸν ἡμῖν ἀκουσίως, ἢ δι' ἀγάπην, ἢ διὰ κακίαν ἡμῖν ἐλήλυθε· καὶ διὰ τοῦτο ὑπομένειν χρὴ, καὶ μὴ ἀπωθεῖσθαι αὐτὸ, ἵνα μὴ προσθῶμεν ἁμαρτίαν ἐφ' ἁμαρτίαις ἡμῶν.


A ex duobus unitis absque ulla divisione aut confusione: in omni re, loco & tempore, malam fidem amputant: non assentiunt mendacio: cum his qui gloriantur secundum carnem, non miscent colloquia; cum deditis vanæ gloriæ non conversantur, arrogantes ne intuentur quidem, maligne versantes nihili faciunt, amplexantur humiles, cum piis & religiosis familiaritatem contrahunt; & nos eadem facere docuerunt. Ipso autem facto, dum persecutionem patiuntur, mittuntur in carcerem, male tractantur, subsannantur, spoliantur, affliguntur & interficiuntur, & quæcumque ejusdem generis passi sunt nostra caussa. Hunc igitur in modum societate ducti susceperunt in se tentationes nostras. [a] *Si*
B *ve enim*, inquit, *tribulamur*, *pro vestra exhortatione & salute: sive consolamur, pro vestra consolatione & salute*: ut qui legem acceperunt a Christo, dicente: [b] *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut ponat quis animam suam pro amicis suis*. Et nobis etiam ipsi tradiderunt, his verbis: [c] *Si Dominus animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere*. Et rursum; [d] *Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi*. Quare perspectam habentes duplicem societatis mutuæ rationem, ac consequentem necessario sponsionem, occurrentes item ex proportione tentationes; non est vobis valde laborandum quo pacto, quando, aut per quem eveniant; hoc enim
C cuique adnatum est. Scire porro earum quæ differri nequeunt, accelerationem, aut tendentem eo creaturæ universæ cooperationem, solius est Dei. Nos autem credere dumtaxat debemus justitiæ divinæ, & exploratum habere, quidquid nobis invitis accidit, aut propter dilectionem, aut ob nequitiam contingere: ideoque tolerandum nobis est illud, non aversandum, ne peccatis nostris addamus peccata.

Πρὸ πάντων παρακαλῶ ὑμᾶς ἀδελφοὶ ἀκριβῶς προσέχειν τοῖς εἰρημένοις, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς ἀνωφελῶς τοὺς ὑπὲρ τῶν λόγων πειρασμοὺς ὑπομείνωμεν, καὶ ὑμεῖς διὰ ῥαθυμίαν τὰ εἰρημένα λήθῃ παραδώσητε· ἡ γὰρ λήθη ῥαθυμίας θυγάτηρ, ἀμφότερα δὲ ἀπιστίας ἔγγονα τυγχάνει. πρὸς ταῦτα ἀπεκρίθησαν οἱ ἀδελφοὶ, προθυμότερος ἔσο περὶ τὴν διήγησιν, ὦ πάτερ· ἡμεῖς γὰρ οἴδαμεν ἃ ἠκούσαμεν, βεβαιούμενοι περὶ τῆς θείας γραφῆς ταῦτα λεγούσης, ὅτι ἐκτὸς δικαιοσύνης Θεοῦ, οὐδὲν τῶν ἀκουσίων τοῖς ἀνθρώποις συμβαίνει· εἰ καὶ τὴν μυστικὴν τῶν συμβάσεων συνδρομὴν ἐναρμόνιον ἔπειξιν ἄνθρωποι ὄντες οὐ καταλαμβάνομεν, καθὼς καὶ αὐτὸς προείρηκας· διόπερ ἐκ τῶν εἰρημένων ἄφρων τις γενόμενος ἔφη· εἰπὲ ἡμῖν λοιπὸν, τί τὸ θέλημα τῆς σαρκὸς, καὶ πῶς ἐκτὸς τοῦ νοὸς ὑφέστηκεν· ὁ γὰρ σχολαστικὸς ἠρώτησε μόνον, εἰ ἔστι· τὸ δὲ πῶς, ἢ τί ἐστιν, οὐκ ἐπύθετο. πρὸς ταῦτα ὁ ἀσκητὴς ἔφη· θέλημα σαρκὸς, ἐστιν ἡ φυσικὴ τοῦ σώματος κίνησις μετὰ τῆς ἑπομένης χωρὶς λογισμοῦ πυρώσεως· ἅπερ δι' ὕπνου καὶ τῆς τῶν μελῶν ἀνέσεως ἰσχὺν λαμβάνει· περὶ ὧν φησιν ὁ ἀπόστολος Πέτρος· ἀγαπητοὶ, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένου, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος. καὶ ὁ μακάριος Παῦλος περὶ αὐτῶν ἔφη· ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. διὸ καὶ παραγγέλλει λέγων· ἐν πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητέ ποτε. ταῦτα δὲ εἰρήκασιν ἀσυνδιάστους ἡμᾶς πρὸς τὰς τοιαύτας κινήσεις εἶναι βουλόμενοι.

XXI. Ante omnia, fratres, obsecro vos, ut attendatis accurate his quæ dicta sunt: ne fine fructu nos perferamus tentationes sermonum caussa, vosque ignavia ducti tradatis oblivioni quæ diximus. Oblivio siquidem filia est ignaviæ: ambæ vero sunt
D neptes incredulitatis. Responderunt ad hæc fratres: Promtior esto, pater, ad enarrandum; tenemus enim quæ audivimus, certiores de scriptura divina quæ hæc asserit: nempe eorum quæ præter voluntatem hominibus contingunt, citra justitiam divinam nihil accidere; tametsi, quod homines sumus, non assequimur mysticum accidentium concursum, & congruam accelerationem, quemadmodum ipse antea dixisti. Idcirco quidam, ex his quæ dicta sunt, amentior effectus; ait: Superest, ut dicas nobis, quid sit voluntas carnis; qua ratione extra intellectum subsistere possit. Nam Scholasticus quæsivit tantum, an sit; quo autem modo se habeat, aut quid sit, non est percontatus. Dixit ad hæc
E Exercitor: Voluntas carnis est motus corporis naturalis, cum subsequente citra rationem fervore: quæ quidem a somno & membrorum remissione vires accipiunt. De quibus Petrus Apostolus ait: [e] *Carissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat*. Beatus etiam Paullus de hisce dixit: [f] *Caro concupiscit adversus spiritum: spiritus autem adversus carnem*. Ideoque denuntiat inquiens: [g] *Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis* umquam. Quæ dixerunt, eo quod nollent ullum nobis esse fœdus cum hujusmodi motionibus.

*a* II. Cor. I. 6. *b* Joan. xv. 13. *c* I. Joan. III. 16. *d* Gal. vi. 2. *e* I. Pet. iv. 12. *f* Gal. V. 17. *g* Ibid. ℣. 16.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



# EJUSDEM S. MARCI MONACHI ET EREMITÆ

## OPUSCULUM VIII.

*Συμβουλία νοὸς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.*

A *Consultatio intellectus cum sua ipsius anima.*

Ἄκουε ψυχὴ λογικὴ, κοινωνὲ τῶν ἐμῶν βουλευμάτων· βούλομαί σοί τι μυστικὸν, καὶ κοινὸν διηγήσασθαι πρᾶγμα, ὅπερ ὅτι οὐ καθαρισθήσῃ τῶν παθῶν, κατείληφα, ἀλλὰ χάριτι Χριστοῦ μικρὸν ἀνεθήσῃ. ἔγνων σαφῶς ὦ ψυχὴ, ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ παρὰ φύσιν ἐνεργούμενοι, ὑπὸ ἀγνοίας πλανώμεθα, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν ἁμαρτίαις, ἑτέρους μεμφόμεθα, ἔξωθεν ἡμῶν τὴν κακίαν εἶναι λέγοντες, καὶ ποτὲ μὲν τὸν Ἀδὰμ, ποτὲ δὲ τὸν σατανᾶν, ποτὲ δε τοὺς ἀνθρώπους αἰτιώμεθα. καὶ ἐν τούτῳ δοκοῦντες ἑτέρους πολεμεῖν, ἑαυτοὺς πολεμοῦμεν· καὶ νομίζοντες ἀλλήλων ὑπερασπίζειν, ἐγώ τε καὶ σὺ κατ᾽ ἀλλήλων στρατευόμεθα· καὶ ἑαυτοὺς εὐεργετεῖν οἰόμενοι, ἑαυτοὺς αἰκίζομεν, κόπους καὶ ὀνειδισμοὺς ἀνονήτους δικαίως ὑπέχοντες· τὰς μὲν ἐντολὰς τῷ δοκεῖν ἀγαπῶντες, τὰς δὲ αἰτίας αὐτῶν διὰ τὴν πλάνην μισήσαντες. ὅθεν ἔγνων ἀκριβῶς, ὅτι οὔτε εἰς τὸ ἀγαθὸν, οὔτε εἰς τὸ κακὸν ὑπό τινος ἐξουσίας ἀδίκως ἑλκόμεθα, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν πραγμάτων, ᾧ ἂν πρὸς τὸ θέλημα δουλεύσωμεν, ἤτοι τῷ Θεῷ, ἢ τῷ διαβόλῳ, αὐτὸς ἡμᾶς δικαίως λοιπὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κατεπείγει μέρος.

I. Audi rationalis anima, socia consiliorum meorum: mysticum quippiam, remque utrique nostrum communem commemorare tibi desidero: qua deprehendi, te non prorsus expurgatum iri perturbationibus, sed per gratiam minus fore deditam. Certo equidem scio, o anima, cum tu & ego præter naturam agitamur, nos ignoratione falli: ob idque, dum vitium extra nos esse dicimus, de nostris ipsorum peccatis alios accusare: atque interdum quidem ipsi Adamo, quandoque satanæ, aliquando hominibus culpam scribimus. In quo dum aliis bellum inferre putamus, ipsi bellum nobiscum
B gerimus: dum nos tueri mutuo arbitramur, ego & tu invicem pugnamus: dum de nobis ipsis bene mereri existimamus, nos ipso percutimus, labores inutiles & probra non immerito perferentes; specie quidem amplectentes mandata, ipsorum autem caussas, utpote seducti, prosequentes odio. Unde certo scio, nos a nulla potestate sive ad bonum, sive ad malum, injuria trahi; sed statim a baptismo in ipsis rerum initiis, cuicumque ad nutum inservierimus, sive Deo sive diabolo, is merito in posterum nos ad suas partes adigit.

Αἱ δὲ ἀρχαὶ τῶν πραγμάτων εἰσὶν ἀδιαλόγιστοι προσβολαὶ δύο, ἔπαινος ἀνθρώπων, καὶ ἄνεσις σώματος, αἵτινες ἑκουσίως προσβάλλουσαι πρὸ τοῦ θελήματος ἡμῶν, οὔτε κακίαι εἰσὶν, οὔτε ἀρεταὶ, ἀλλ᾽ ἔλεγχοι τῆς ἡμετέρας νεύσεως ποῦ ῥέπομεν· τοῦ γὰρ Κυρίου βουλομένου ἡμᾶς ὑπομένειν ὀνειδισμοὺς καὶ κακοπάθειαν, τοῦ δὲ διαβόλου τὰ ἐναντία θέλοντος, ἡμεῖς ὅταν θέλωμεν ἐπὶ ταῖς προσβολαῖς ἐκείναις, φανερὸν ὅτι τὴν ῥοπὴν ἐδώκαμεν τῷ φιληδόνῳ πνεύματι, παρακούσαντες τοῦ Κυρίου· ὅταν δὲ ἐπὶ ταῖς προειρημέναις προσβολαῖς θλιβώμεθα, δῆλον ὅτι τὴν ῥοπὴν ἐδώκαμεν τῷ Θεῷ, τὴν στενὴν ἀγαπήσαντες. διὰ τοῦτο οὖν αἱ δύο αὗται προσβολαὶ τοῖς ἀνθρώποις προσβαλεῖν παρεχωρήθησαν, ὅπως οἱ τὴν ἐντολὴν ἀγαπῶντες, δώσουσι τῷ Χριστῷ τὴν ῥοπὴν τοῦ θελήματος. καὶ αὐτὸς εἴσοδον εὑρὼν, ὁδηγήσει τὸν νοῦν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. οὕτω δέ μοι νόει καὶ τὸ ἐναντίον. ὅσοι γὰρ πάλιν ἀγαπῶσι τὴν ἀνθρωπίνην δόξαν, καὶ τὴν ἄνεσιν τοῦ σώματος, δεδώκασιν εἴσοδον τῷ διαβόλῳ· ὃς καὶ αὐτὸς εὑρὼν ἰδίαν εἴσοδον, τὰ ἴδια λοιπὸν ὑποτίθεται κακά· καθὸ ἂν αὐτῷ ἡδέως λογίζωνται, προσθήκας ποιεῖν οὐ παύονται, ἕως οὗ τὰς προειρημένας προσβολὰς ἐκ καρδίας μισήσωμεν. ἡμεῖς δὲ οὕτως αὐτὰς ἀγαπῶμεν, ὥς τε οὐ μόνον τὴν ἀρετὴν ἀντ᾽ αὐτῶν προδιδόαμεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς ἐκείνας ἑτέραν τῇ ἑτέρᾳ ἐν καιρῷ καταλλάσσομεν, ποτὲ ἀτιμίαν ὑποφέρομεν διὰ φιληδονίαν, ὅταν δὲ καὶ τούτοις ἀλύπως συνθώμεθα, λοιπὸν τὰς αὐξητικὰς ὕλας αὐτῶν ζητοῦμεν. ὕλαι καὶ κενοδοξίας καὶ ἡδονῆς φιλαργυρία, ἡ ῥίζα πάντων τῶν κακῶν κατὰ τὴν θείαν γραφήν.


II. Ceterum initia rerum sunt objecta duo, quæ non animadvertuntur, laus humana, & remissio cor-
C poris; quæ sponte sua obtrusa, ante quam voluntas nostra accedat, nec vitia sunt neque virtutes; sed propensionem animi nostri, quove inclinemus, arguunt. Nam cum Dominus jubeat ferre contumelias & molestias, diabolus autem velit contraria; ubi placuerimus nobis in objectis illis, perspicuum est non obaudito Domino, propensionem animi nos tradidisse spiritui voluptuario; quando vero suggestionibus supra dictis angimur, certum est amplexos angustias, inclinationem Deo deditam habere. Hanc igitur ob rem duo illa objecta hominibus proponi permissa sunt, ut qui mandata Dei colunt, momen-
D tum voluntatis suæ tradant Christo; qui nactus introitum, deducat mentem in veritatem. Ad eumdem modum intelligito mihi contrarium. Nam e diverso, quicumque gloriam humanam amplectuntur & remissionem corporis, præbent aditum diabolo; qui etiam ipse ingressu peculiari reperto, sua suggerit vitia, quæ tamdiu crescere non desinunt, quamdiu cogitant quæ grata sunt ei, donec ex corde oderint, quæ prius diximus objecta. At nos usque adeo diligimus ea, ut eorum gratia non solum prodamus virtutem, sed etiam illorum ipsorum alteri, data occasione, commutemus: interdum voluptatis gratia subimus ignominiam. Quando vero citra dolorem illis assentimur, postmodum illorum promotricem materiam indagamus. Atqui vanæ gloriæ voluptatisque materia, est avaritia: quæ ex sententia scripturæ divinæ [a], radix est omnium malorum.

Πάντως δὲ ἐρεῖς μοι, ὦ φίλη ψυχὴ, ὅτι οὔτι χρυ-

III. Verum, dices quidem mihi, anima cariffi-

a 1. Tim. VI. 10.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



σίον θησαυρίζομεν, οὔτε κτήματα ἔχομεν· κἀγὼ σοι λέγω, ὅτι οὔτε χρυσὸς, οὔτε κτήματα παρέχουσι τὴν βλάβην, ἀλλὰ καθὼς προείρηκα, ἡ ἐμπαθὴς αὐτῶν παράχρησις. ἰδοὺ γάρ τινες ἀπαθῶς πλουτήσαντες εὐηρέστησαν, ὡς ὁ ἅγιος Ἀβραὰμ καὶ Ἰὼβ, καὶ Δαβίδ. τινὲς δὲ καὶ δίχα πλούτου τὸ πάθος τῆς φιλοχρηματίας ἐν εὐτελεστάταις ὕλαις ἐτρέψαμεν· ὅθεν τῶν πολλὰ κεκτημένων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι· διότι ἀφέντες τὴν καθολικὴν κακοπάθειαν μετὰ πανουργίας, ἡδυπαθοῦμεν ὡς Θεοῦ λανθάνοντες· τὴν γὰρ φιλαργυρίαν διαφεύγοντες, τὴν φιληδονίαν οὐ φεύγομεν· χρυσὸν οὐ θησαυρίζομεν, καὶ τὰς λεπτὰς ὕλας συνάγομεν. ἀρχὰς καὶ ἡγεμονίας οὐ λαμβάνομεν, τὰς δὲ δόξας αὐτῶν καὶ τοὺς ἐπαίνους ἐκ παντὸς τρόπου θηρεύομεν· τὰς κτήσεις καταλείπομεν, καὶ τὰς ἀπολαύσεις αὐτῶν οὐ παραιτούμεθα· ὅταν δὲ καὶ παραιτεῖσθαι δόξωμεν, οὐχ ὡς τὴν πλεονεξίαν φεύγοντες, ἀλλ' ὡς τὰ κτίσματα τοῦ Θεοῦ βδελυσσόμενοι, μὴ ἅψῃ, μὴ γεύσῃ, μὴ θίγῃς. ὅταν ἀκούσῃς, ὦ φίλη ψυχὴ, τὴν παράβασιν τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας, ἐν ἀρχῇ μὲν ἰδικῶς ἐπ' ἐκείνοις γεγενημένην πίστευε· νυνὶ δὲ νοητῶς ἐπ' ἐμοὶ καὶ σοὶ γινομένην εὑρήσεις. ταῦτα γὰρ τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν. ἰδοὺ γὰρ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναγεννηθέντες, τὴν ἐντολὴν τοῦ ἀναγεννήσαντος ἡμᾶς παρέβημεν, καθότι τοῦ Κυρίου πάντας τοὺς ὁμοπίστους ἀγαπᾷν, καὶ τὸν ἐκ πάντων ἐρχόμενον καρπὸν δι' ὑπομονῆς ἐσθίειν κελεύσαντος, κατὰ τὸ εἰρημένον, ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγεῖν, ἡμεῖς τοῖς τοῦ ὄφεως λογισμοῖς χρησάμενοι, τοὺς μὲν, ὡς καλοὺς ἠγαπήσαμεν· τοὺς δὲ, ὡς πονηροὺς ἐμισήσαμεν· ὅπερ ἐστὶ τὸ ξύλον τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὗ ἀπογευσάμενοι κατὰ διάνοιαν θανατούμεθα· οὐχὶ τοῦ Θεοῦ τὸν θάνατον ποιήσαντος, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρώπου τὸν πλησίον μισήσαντος· Θεὸς γὰρ θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων, οὔτε κινεῖται πάθει ὀργῆς, οὔτε ἐπινοεῖ πρᾶγμα εἰς ἄμυναν, οὔτε ἀλλοιοῦται πρὸς τὴν ἑκάστου ἀξίαν. ἀλλὰ πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν, ὑπὸ νόμῳ πνευματικῷ κρίνεσθαι προορίσας. διὰ τοῦτο οὐ λέγει τῷ Ἀδὰμ, ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, ἐγὼ θανατώσω ὑμᾶς, ἀλλ' ἀσφαλιζόμενος τὸν τῆς δικαιοσύνης προλέγει νόμον, καί φησιν· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. καὶ ὅλως δὲ ἑκάστῳ πράγματι καλῷ τε καὶ κακῷ φυσικῶς ἐπακολουθεῖν τὸ δέον ἀπένειμε, καὶ οὐκ ἐπινοητικῶς, ὥς τινες νομίζουσιν, οἱ τὸν πνευματικὸν ἀγνοοῦντες νόμον· ἡμεῖς δὲ οἱ μερικῶς τοῦτον ἐπιστάμενοι, γινώσκειν ὀφείλομεν, ὅτι εἴ τινα τῶν ὁμοπίστων ὡς κακὸν μισήσομεν, καὶ ἡμεῖς κακοὶ ὄντες ὑπὸ Θεοῦ μισηθησόμεθα· καὶ εἰ ὡς ἁμαρτωλὸν τῆς μετανοίας ἐκβάλλομεν, καὶ ἡμεῖς ἁμαρτωλοὶ ὄντες ἀποβληθησόμεθα· καὶ εἰ οὐκ ἀφίεμεν τῷ πλησίον τὰ ἁμαρτήματα, οὔτε ἡμῖν ἀφεθήσεται. τοῦτον νόμον φανεροποιῶν ὁ νομοθέτης Χριστὸς, εἴρηκε· μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· ἄφετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν. τοῦτον ἰδὼν τὸν νόμον, φανεροποιῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· ὁ κρίνων τὸν ἕτερον, ἑαυτὸν κατακρίνεις. καὶ ὁ προφήτης δὲ οὐκ ἀγνοῶν τοῦτο, ἐβόα πρὸς τὸν Θεὸν λέγων, ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν· καὶ ἕτερος προφήτης ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ φησιν, ἐμὴ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος.


Καὶ τί λέγω καθ' ἓν, ὅπου γε πᾶσιν ἡ γραφὴ παλαιά τε καὶ νέα, μάλιστα ὁ μέγας ψαλμῳδὸς σαφέστερον ἡμῖν τοῦτον ὑποδείκνυσι τὸν νόμον, ὅπως πνευματικὸν εὑρόντες αὐτὸν, καὶ μυστικῶς προωρισμένον

A ma, nos aurum in theſaurum non recondere, neque poſſeſſiones habere. Et ego tibi dico, aurum aut poſſeſſiones non nocere, ſed, ut ante dixi, inhærentem affectui abuſum eorum. En, quidam citra affectionem locupletes Deo pergrati fuerunt, velut ſanctus Abraham, Job & David. Nonnulli vero etiam carentes opibus, affectum avaritiæ fovemus in rebus leviſſimis, ideoque miſeriores ſumus his qui multa poſſederunt: quia relictis univerſim pravis affectionibus, quaſi Deum lateamus, calliditati voluptatis affectum adjungimus. Fugientes enim avaritiam, non fugimus voluptatem; non recondentes aurum, res viles coacervamus: magiſtratum atque imperium repudiamus, gloriam tamen & honorem
B eorum quovis modo venamur. Reliquimus poſſeſſiones, harum tamen fruitionem non averſamur: ſi quando vero averſari videmur, non quod avaritiam fugiamus, ſed velut exſecrantes Dei creaturas, dicimus: [a] *Ne tetigeris, neque guſtaveris, neque contrectaveris*. Cum audieris, anima cariſſima, Adami & Evæ tranſgreſſionem, credas quidem initio per illos proprie commiſſam eſſe: nunc autem, quod ad intellectum, per me ac te committi reperies: [b] *Hæc enim in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſæculorum occurrerunt*. Quandoquidem, ecce, per baptiſmum renati, tranſgreſſi ſumus mandatum ejus qui nos regeneravit: quia cum Dominus præcepiſſet, ut omnes eamdem fidem profi-
C tentes diligeremus, & ex omnibus prodeuntem fructum toleranter ederemus, quemadmodum dictum eſt [c], ut ederent ex omni ligno quod erat in paradiſo: nos ſuaſionibus ſerpentis uſi, quoſdam, ut bonos dileximus; alios, tamquam malos, habuimus odio: quod eſt lignum cogitationis boni & mali: quod ubi guſtavimus, morimur animo: non quod Deus creaverit mortem, ſed quod proximum oderit homo. [d] *Deus enim mortem non fecit, nec delectatur in perditione viventium*: non movetur affectu iræ, non excogitat quidquam, ut poſtea ſumat ultionem, neque mutatur cujuſvis dignitate: ſed omnia ſapienter condidit, quæ per legem ſpiritalem judicari præfinivit. Propterea non dicit Adamo: Quacumque die come-
D deritis, ego, tradam vos morti: verum certiſſime prædicit juſtitiæ legem, hac voce: [e] *Quacumque die comederitis, morte moriemini*. Et plane cuicumque rei, ſive bona ſit, ſive mala, annexum natura decorum largitus eſt; non quod poſtea excogitet illud, ut quidam legem ſpiritalem ignorantes putaverunt. Nos vero, qui aliqua ex parte tenemus illam, noſſe debemus, ſi quempiam eorum qui parem nobiſcum ſortiti ſunt fidem, ut malum oderimus; nos quoque, cum mali ſimus, Deo fore odioſos; & ſi, velut peccatorem, illum repulerimus a pœnitentia, nos etiam, qui ſumus peccatores, excludendos; & ſi proximo non dimittimus peccata, nec dimittentur nobis. Hanc legem declarans legiſlator Chriſtus,
E dixit: [f] *Nolite judicare, & non judicabimini; dimittite, & dimittetur vobis*. Eamdem legem ſciens Paullus, explicabat his verbis: [g] *Qui judicat alterum, ſe ipſum condemnat*. Quod non ignorans propheta clamabat ad Deum, inquiens: [h] *Quia tu reddes unicuique juxta opera ſua*. Alter item propheta ſub perſona Dei dicit: [i] *Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus*.

IV. Ceterum quid ſingula commemoro? quando ſcriptura tam vetus quam nova; & maxime ſummus ille pſaltes, nobis omnibus clarius hanc ſubindicat legem; ut illam ſpiritalem & myſtice præſcri-

*a* Coloſſ. II. 21. *b* I. Cor. X. 11. *c* Gen. II. 16. *d* Sap. I. 13. *e* Gen. II. 17. *f* Luc. VI. 37. *g* Rom. II. 1.
*h* Pſalm. LXI. 13. *i* Deut. XXXII. 43. Rom. XII. 19. Heb. X. 30.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



ἐπὶ πάσῃ ἡμῶν τῇ τροπῇ φοβηθέντες, οὐ μόνον προφανῶς, ἀλλὰ καὶ κρυπτῶς ἀγαπᾷν τοὺς ἀδελφοὺς σπουδάσωμεν. οὐ γάρ ἐστι Μωσαϊκὸς νόμος τὰ φανερὰ κρίνων, ἀλλὰ πνευματικὸς καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχων· κἀκεῖνον μὲν ὁ αὐτὸς Θεὸς ἐνομοθέτησε τῷ ἰδίῳ καιρῷ πρέποντα· οὗτος δὲ ἐκεῖνον ἐπλήρωσε, διὰ τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου ἡμῶν εἰρηκότος· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι. διὰ τοῦτο, περὶ παντὸς πράγματος ἅπαξ λαλήσεται, καὶ λοιπὸν συγχωρεῖν τῷ δοκοῦντι ἠδικηκέναι, κἂν εὔλογον εἴη κἂν ἄλογον τὸ ἀδίκημα, πάσης ἀρετῆς εἰδότας μείζονα εἶναι τὴν τῆς συγχωρήσεως. ἐπειδὴ δὲ οὐ δυνάμεθα τοῦτο ποιεῖν διὰ τὴν προκατέχουσαν ἁμαρτίαν, ὀφείλομεν μετὰ ἀγρυπνίας καὶ πάσης κακοπαθείας τὸν Θεὸν παρακαλεῖν, ἕως οὗ εὕρωμεν ἱλασμὸν, καὶ λάβωμεν τὴν τοιαύτην δύναμιν. πρὸς ταῦτα ὦ ψυχὴ, ἕνα σκοπὸν ὀφείλομεν ἔχειν ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι, τὸ ὑπὸ ἀνθρώπων διαφόρως ἀδικούμενοι χαίρειν καὶ μὴ λυπεῖσθαι· χαίρειν δὲ οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἀσκόπως, ἀλλ᾽ ὅτι εὕρομεν ἀφορμὴν τοῦ ἀφιέναι τῷ ἁμαρτήσαντι, καὶ λαβεῖν ἄφεσιν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀληθὴς θεογνωσία πάσης γνώσεως περιεκτικωτάτη, δι᾽ ἧς δυνάμεθα παρακαλεῖν τὸν Θεὸν καὶ ἐπακούεσθαι. αὕτη ἐστὶν ἡ τῆς εὐχῆς καρποφορία· διὰ ταύτης τὸν σταυρὸν ἆραι καὶ ἀκολουθεῖν τῷ Κυρίῳ δυνάμεθα. αὕτη τῶν πρώτων καὶ μεγάλων ἐντολῶν μήτηρ τυγχάνει· διὰ ταύτης γὰρ ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτοὺς δυνάμεθα· διὰ ταύτης γὰρ νηστεύειν καὶ ἀγρυπνεῖν καὶ κακοπαθεῖν ὀφείλομεν, ὅπως ἡ καρδία καὶ τὰ σπλάγχνα ἀνοιγέντα εἰσδέξωνται ταῦτα, καὶ μὴ ἀποβαλῶσι· τότε γὰρ καὶ τὴν κρυπτῶς δεδομένην ἡμῖν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος χάριν, οὐκέτι ἀδήλως, ἀλλ᾽ ἐν πάσῃ πληροφορίᾳ καὶ αἰσθήσει ἐνεργοῦσαν εὑρήσομεν, διὰ τὸ ἀφιέναι τῷ πλησίον τὰ ἁμαρτήματα.

Ταύτης δὲ τῆς ἀρετῆς κωλυτικαί εἰσι κακίαι δύο, κενοδοξία, καὶ ἡδονὴ, ἃς χρὴ πρότερον κατὰ νοῦν παραιτήσασθαι, καὶ οὕτω τὴν ἀρετὴν κρατῆσαι. διὰ τοῦτο, ὦ ψυχὴ, προδοῦσα ἑαυτὴν τοῖς δυσὶ τούτοις θελήμασι, μηδένα αἰτιῶ, μήτε τὸν Αδὰμ, μήτε τὸν σατανᾶν, μήτε τοὺς ἀνθρώπους· ἀλλὰ πολέμησον τῷ σῷ θελήματι, καὶ μὴ καταφρονήσῃς· ἐμφύλιος γάρ ἐστιν ὁ πόλεμος· οὐκ ἔστιν ἔξωθεν, ἵνα μετὰ τῶν συνόντων ἀδελφῶν πολεμήσωμεν· ἔνδοθέν ἐστιν, καὶ οὐδεὶς ἀνθρώπων συμπολεμήσει ἡμῖν. ἕνα ἔχομεν σύμμαχον τὸν μυστικῶς ἡμῖν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐγκεκρυμμένον Χριστὸν, ἀνίκητον καὶ ἀλάθητον. συμμαχήσει δὲ ἡμῖν, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ κατὰ δύναμιν ποιήσωμεν. τὰ δὲ πολεμοῦντα ἡμῖν, καθὼς προειρήκαμεν, ἡδονὴ συμμιγεῖσα τῷ σώματι, καὶ κενοδοξία, αἳ καὶ ἐμὲ καὶ σὲ κατέχουσι. ταῦτα τὰ δύο τὴν Εὔαν ἐπλάνησαν, καὶ τὸν Αδὰμ ἐξεπάτησαν· ἡ μὲν ἡδονὴ ἔδειξε τὸ ξύλον, ὡς καλὸν εἰς βρῶσιν, καὶ ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι· ἡ δὲ κενοδοξία τὸ, ὡς θεοὶ ἔσεσθε, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν. καθάπερ οὖν ὁ πρωτόπλαστος Αδὰμ καὶ ἡ Εὔα ᾐσχύνοντο ἀλλήλους, οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν κακίαν τῶν νοερῶν ὀφθαλμῶν ἀποβαλόντες, καὶ ἑαυτοὺς γυμνοὺς ὁρῶντες, ἀλλήλους κατὰ συνείδησιν αἰσχυνόμεθα· καὶ ἰδοὺ φύλλα συκῆς ἑαυτοῖς συῤῥάπτομεν, ἐξωτέροις ῥήμασι καὶ σχήμασι καὶ δικαιολογίαις ἐνδύοντες. ὁ δὲ Κύριος κατασκευάζει ἡμῖν τὸ ἐκ δερμάτων ἔνδυμα, καὶ λέγει· ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. καὶ τὰ ἀκόλουθα παραινεῖ λέγων· ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐ-

A ptam esse invenerimus, de universa nostra inclinatione metuentes, non in speciem dumtaxat, sed etiam in secretis animi diligere fratres enitamur. Non enim est lex Mosaica, quæ manifesta judicare solet; sed spiritalis, quæ etiam occulta corripit, quamque etiam suis temporibus congruam tulit idem Deus; implevit autem eam, per gratiam Domini nostri, qui dixit: [a] *Non veni solvere legem, sed adimplere*. Quamobrem (ut omni de re summatim dicam) debemus posthac condonare ei qui quempiam offendisse videtur, justa vel injusta sit offensio; certo scientes, condonandi virtutem quacumque virtute præstantiorem esse. Verum quia præoccupante nos peccato impediti, nequimus hoc efficere, B debemus obsecrare Deum vigiliis & maceratione carnis immodica, donec consequamur propitiationem, eamque comparemus facultatem. Deinde in omni re, loco & tempore unus nobis, o anima, proponendus est scopus, ut quovis modo læsi ab hominibus, gaudeamus, & nulla afficiamur tristitia; gaudeamus autem, non utcumque aut temere, sed quod nacti sumus occasionem, tum remittendi ei qui peccavit, tum peccatorum nostrorum remissionem consequendi. Hæc est vera Dei notitia, quæ cogitationem complectitur; qua possumus invocare Deum, & exaudiri. Hæc est precationis ubertas; cujus vi licet nos tollere crucem, & sequi Dominum. Hæc primorum & summorum mandatorum mater exsistit. C Per hanc enim possumus diligere Deum ex toto corde, & proximum sicut nos ipsos. Hujus ope, jejuniis, vigiliis, & macerandæ carni danda nobis est opera, quo animus & viscera aperta suscipiant isthæc, & non repellant. Ita enim fiet ut secreto nobis donatam sancti baptismatis gratiam, non jam obscure, sed cum omni certitudine & sensus perceptione operari agnoscamus, eo quod proximo peccata remittimus.

V. Verumtamen hanc virtutem duo impediunt vitia, vana gloria, & voluptas, quæ convenit in primis ex animo aversari, & ita amplecti virtutem. Quamobrem, o anima, quæ horum duorum vitiorum D obsequendo voluntati, te ipsam prodidisti, neminem accuses, non Adamum, non satanam, non homines: sed contende cum voluntare tua, & ne contemnas. Bellum enim est intestinum. Nam non est externum, ut nobis pugnandum sit adversus fratres qui versantur nobiscum, sed intestinum est bellum. In pugna nemo hominum nobis aderit: unicum habemus commilitonem, qui per baptismum in nobis arcane reconditus est, Christum invictum, & quem nihil latet. Is autem certabit a partibus nostris, si mandata ejus pro virili peragamus. Quæ vero bellum nobis inferunt, sunt, ut ante diximus, voluptas permixta corpori, & vana gloria; quibus ego & tu detinemur. Illa, inquam, duo seduxerunt E Evam, & Adamum fefellerunt. Voluptas quidem ostendit lignum esu bonum, & contemplatu formosum: vana autem gloria subjecit illud: [b] *Eritis sicut dii, cognoscentes bonum & malum*. Quemadmodum ergo Adam primo formatus & Eva erubescebant invicem: ita etiam nos, ubi abjecto intellectualium oculorum vitio, nos ipsos nudos conspicimus, mutuo conscientiæ pudore suffundimur. Et jam folia ficus nobis ipsis consuimus, dum extraneis sermonibus, figuris & justificationibus nos induimus. Dominus autem parat nobis vestimentum e pellibus, & ait: [c] *In patientia vestra possidete animas vestras*. Et suadet quæ sequuntur, his verbis: [d] *Qui invenerit*

a Matth. V. 17. b Gen. III. 5. c Luc. XXI. 19. d Matth. X. 39.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

τοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἐν μνησικακίᾳ, ἀπολέσει αὐτὴν· καὶ ὁ ἐν αὐτῇ ἀπολέσας αὐτὴν, εἰς ζωὴν αἰώνιον εὑρήσει αὐτήν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A *animam suam*, hoc est, reductis in memoriam offensionibus, *perdet eam. Et qui* in ea memoria *perdiderit animam, in vitam æternam inveniet illam.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

EJUSDEM

# S. MARCI

## MONACHI ET EREMITÆ

## OPUSCULUM IX.

### (a) Περὶ νηστείας.

B

### *De Jejunio.*


ΠΡοσήκει τοὺς ἀσκοῦντας ἐναρχομένους, καὶ ἐπιτελεῖν, τούστε νέους καὶ πρεσβυτέρους, ἐῤῥωμένον ἔχοντας τὸ σῶμα, μήτε κάματον, μήτε κάκωσιν φοβουμένους πάσῃ προθυμίᾳ τὴν χρησιμωτέραν, καὶ ἀσφαλεστέραν ἀπαραλείπτως προΐστασθαι νηστείαν. σταθμῷ (b) τὸν ἄρτον ἐσθίειν, καὶ μέτρῳ τὸ ὕδωρ πίνειν, ἀπὸ καιροῦ εἰς καιρόν· τοσοῦτον δὲ, ὅσον πεινῶντας (c) καὶ διψῶντας ἀναχωρεῖν τοῦ δείπνου, καὶ τὴν ἀναγκαίαν πρὸς Θεὸν λειτουργίαν μὴ ἐμποδίζεσθαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς τῶν βρωμάτων. Ἐὰν γὰρ θελήσωμεν ἐσθίοντες κορεσθῆναι, ταχέως ἀκηδιάσαντες ἐφ' ἑτέραν τραπησόμεθα ἐπιθυμίαν, καὶ ἐὰν ταύτης μεταλαμβάνοντες ἐμπλησθῶμεν, καὶ ταύτην ὁμοίως αὖθις ὡς πρώτην ἀποδοκιμάσαντες καταλείψομεν. καὶ οὐκ ἔστιν ἡμᾶς, ἂν ἐπινοήσωμεν ἑαυτοῖς ἐπιθυμίαν ἢ νηστείαν, πρὸς παράκλησιν ἐπιμεῖναι χορταζομένους. Τί τοῦ μάννα ἐν τοῖς σιτίοις πολυτελέστερον; καὶ ὡς τοῦτο ἔφαγε, καὶ ἐνεπλήσθη ὁ Ἰσραὴλ, ὅτε μὴ εἶχε κρεῖττον ἐπιθυμῆσαι, τὸ ἔλαττον ἐπεθύμησε, σκόροδα, καὶ κρόμμυα, ὥστε ἔμφυτον τῇ πλησμονῇ ἡ τοῦ ἑτέρου ἐπιθυμία. εἰ οὖν ἐν τῷ κορέννυσθαι ἄρτου ἐπιθυμοῦμεν ἑτέρου, τοῦτον ἐσθίοντες μὴ κορεσθῶμεν, ἵνα τοῦτον ἐπιθυμοῦντες ἀεὶ ἐπιθυμῶμεν κορεσθῆναι, ὅπως καὶ τὴν βλάβην τὴν ἐκ τῆς ἐπιθυμίας ἐκφύγωμεν, καὶ τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τῆς ἐγκρατείας ἀπενεγκώμεθα.

I. QUi animo semel virtutibus exercendo se dederint, strenue quod oecœperunt perficiant oportet; & sive juvenes sint sive senes, modo corpore bene valentes, languoris morbive metu minime territi eam omni studio Jejunii legem, quæ præ ceteris utilior & tutior est, constantissime retineant; pane nimirum & aqua ad constitutum modulum adhibitis vescantur, idque statis horis, & eatenus vescantur, ut fame ac siti necdum penitus pulsa de cœna surgant, neve umquam ob escarum voluptatem a divinis officiis pro more defungendis vacationem sibi sumant. Nam ita ferme usuvenit, ut C si quorum esculentorum saturi esse aliquando patiamur, eorumdem continuo pertæsi convertamus nos ad appetenda alia deinceps; quibus appositis si rursus expleamur, rursus, quemadmodum priora illa, mox fastidientes respuemus; neque saturis nobis prorsus licet esse in proposito conquiescentibus, sive appetitis semel esculentis vesci animus sit, sive etiam abstinere. Quidquam ne escarum magis opiparum manna? sicubi tamen illud comedit Israel, & exsaturatus fuit, quando nihil erat quod lautius concupisceret, ad vilia & ingrata quævis, allia nimirum & cæpas, appetenda delapsus est; adeo saturitatem novæ suapte natura excipiunt appetitiones, & desideria. Quamobrem cum ipsa panis expletio alterius nos D cibi cupidos efficiat, eatenus de eo comedamus, ne expleamur omnino, ut illum semper appetentes numquam non explendi desiderio teneamur; itaque non modo nullam ex appetitione noxam capiamus, verum etiam ex continentia justitiam consequamur.

Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις τῶν περὶ τὴν νηστείαν ὀκνηροτέρων· μὴ γὰρ ἁμαρτία ἐστὶν ἄνθρωπον τροφῆς μεταλαμβάνειν; ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς ὡς ἁμαρτίας οὔσης τοῦτο συμβουλεύομεν, ἀλλ' ὡς ἐκ τούτου τῆς ἁμαρτίας κατακολουθούσης. καὶ ὁ Ἰσραὴλ οὐχ (d) ἥμαρτεν ἐπιθυμήσας, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐπιθυμίας Θεοῦ καταλαλήσας ἠσέβησεν· εἶπε γὰρ, μὴ δυνήσεται ὁ Θεὸς ἑτοιμάσαι τράπεζαν ἐν ἐρήμῳ; καὶ μετὰ τὸ ἑτοιμασθῆναι αὐτοῖς, τότε ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐξεκαύθη ἐν αὐτοῖς, καὶ συνεπόδισε τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτῶν, ἵνα μὴ ζῶντες πάλιν ἑτέρας ἐπιθυμήσωσι τροφῆς, καὶ λόγους κατὰ τοῦ Ὑψίστου λαλήσωσι, καὶ ἐξολοθρευθῶσιν οἱ κατάλοιποι αὐτῶν. ἔργον ἐστὶ τῆς ἀναιδοῦς κρατῆσαι γαστρὸς, Θεός ἐστι τῶν ἡττωμένων αὐτῇ, καὶ οὐκ ἔστιν ἀθωωθῆναι τὸν ἀνεχόμενον αὐτῆς. καὶ οὐ μόνον τὸ τῆς πλησμονῆς ἐστι τὸ κινδυνευόμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ἀσιτίας· ἐν τῷ παρελκεῖν γὰρ ἡμέρας πλείους οὐδενὸς μεταλαμβάνοντας, ἡ ἀκηδία χώραν λαβοῦσα ἐπαναστήσε-

II. Igitur, inquiet fortasse quispiam ad jejunia segnior, hominem pasci & vesci libere esculentis peccatum existimas? Minime vero hæc ita præcipimus, quasi ea in re peccatum insit; at quod inde exsistat tamen, & consequatur. Non (præcise) peccavit Israel desiderans Ægyptias dapes; at quod hujus desiderii ferendi impotens impie obmurmurare, & palam Deo obtrectare ausus fuit; ait enim, [a] *Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?* Postea quam autem mensam instruxit Deus succensus ira partem eorum sustulit; ne si superstites, novis rur- E sus capti desideriis dicteria in ipsum jacere pergerent, suoque exemplo reliquos omnes ad interitum traherent. Ventrem natura usque procacem subigere imperio oportet; si qui ab illo se devinci sinant, jam iis deus est; neque justitiam adipisci omnino potest, qui illius servitutem ferat. Æque vero magnum a diuturna ciborum abstinentia, ac a satietate periculum imminet: dum enim omnis prorsus ci-

[a] Psalm. LXXVII. 19.



ταὶ, καὶ πολεμήσει ἡμᾶς, καὶ τὴν μὲν ἀγρυπνίαν ἡμῶν τῆς νυκτὸς μεταβαλεῖ εἰς ὕπνον, τὴν δὲ προσευχὴν ἡμῶν τῆς ἡμέρας εἰς σαρκικοὺς λογισμοὺς, ὥστε ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὕπνου ὠφεληθῆναι μηδὲν, καὶ ἐκ τῶν σαρκικῶν λογισμῶν μᾶλλον βλαβῆναι τὰ μέγιστα· ἀρχόμεθα γὰρ ὡς ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀσκοῦντες μεγαφρονεῖν, καὶ τοὺς μὲν μικροτέρους ἐξουθενεῖν, ὅπερ ἐστὶ πάσης πλημμελείας χαλεπώτερον. ὥσπερ γὰρ γεωργὸς ἀσύνετος, ἐὰν τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἀναλώμασι πολλοῖς κατεργασάμενος ἄσπορον ἐάσῃ, εἰς ζημίαν ἐκοπίασεν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐὰν τὴν ἑαυτῶν σάρκα πολλῇ τῇ προσόδῳ δουλαγωγήσαντες, τὸν λόγον τῆς προσευχῆς μὴ καταβάλωμεν, μᾶλλον κατ᾽ αὐτῶν ἐσπουδάσαμεν.

A bi expertes jejunia in plures dies protrahunt, ægritudo ac torpor paullatim irrepens ſe ſe ex adverſo eriget, & ad pugnam laceſſet; & nocturnas quidem vigilias noſtras in ſomnos vertet, diurnas vero ad Deum orationes in carnales cogitationes diſſlabit, ut cum nullum ex ſomno emolumentum, tum plurimum ex carnalibus deſideriis detrimenti contrahamus. Hinc enim tamquam ceteris in exercitatione antecellentes magna incipimus ſentire de nobis, & imbecilliores quoſque deſpicere; quo haud quidquam committi gravius poteſt. Nam ut in ſuam ipſemet perniciem incumbit inſanus agricola, qui poſtea quam magno ſumtu & opere agrum ſubegit, inconſitum & incultum relinquit; ita & nos, niſi poſtea quam B multo impendio carnem domuimus, orandi ſtudium veluti conſeramus, in noſtrum ipſi exitium ultro contendimus.

Ἀλλ᾽ ἴσως ἐρεῖ τις, εἰ ἐν τῇ προσευχῇ ἡ δικαιοσύνη, τίς ἐστι χρεία τῆς νηστείας; πολλὴ κατὰ πάντα τρόπον. ὥσπερ γάρ τις τῶν πενήτων γεωργῶν, ἐὰν ἐπὶ χέρσου σπείρῃ μὴ νεώσας τὴν γῆν, ἀντὶ πυροῦ ἀκάνθας προσοδευθήσεται· οὕτω καὶ ἐὰν ἡμεῖς μὴ τὴν ἑαυτῶν σάρκα νηστείᾳ ὑπωπιάσαντες τὸν λόγον τῆς προσευχῆς καταβάλωμεν, ἀντὶ δικαιοσύνης ἁμαρτίας καρπωσόμεθα· ἡ γὰρ σάρξ αὕτη ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης ὑπάρχει, καὶ ἐὰν μὴ τοσαύτης ἐπιμελείας τύχῃ, ὅσης ἐκείνη, καρπὸν δικαιοσύνης οὐδέποτε βλαστήσει. ταῦτα δὲ λέγομεν, οὐχ ὡς τοὺς ἐκ τῆς νηστείας ὠφεληθῆναι βουλομένους ἐγκόπτοντες, ἀλλὰ τοὺς μετὰ διακρίσεως, καὶ φόβου Θεοῦ τὴν (e) ἀπάθειαν τοῦ οἰκείου σώματος ἐξασκεῖν βουλομένους προτρεπόμενοι· ὃν τρόπον γὰρ ὠφελεῖ τοὺς μετὰ λογισμοῦ αὐτῇ προσιόντας, οὕτω βλάπτει τοὺς ἀλογίστους αὐτῇ προσερχομένους. οἱ οὖν κηδόμενοι τῆς ὠφελείας αὐτῆς ὀφείλουσι φυλάττεσθαι καὶ τὴν βλάβην αὐτῆς, καὶ τὸν ἄρτον, ὃν ἐσθίομεν μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς νηστείας, ἧς ὁρίζομεν ἑαυτοῖς, τοῦτον διελεῖν εἰς τὰς ἡμέρας τῆς ἀσιτίας, ἵνα μέρους βραχέος καθ᾽ ἑκάστην λαμβάνοντες φιμώσωμεν τῆς ἑαυτῶν σαρκὸς τὸ φρόνημα, καὶ τὴν καρδίαν ἔχωμεν ἐστηριγμένην εἰς τὴν ὠφελιμωτέραν προσευχὴν, ὅπως δυνάμει Θεοῦ ἀπὸ ἐπάρσεως φυλαχθέντες ἐν ταπεινοφροσύνῃ διάγωμεν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν, ἧς χωρὶς οὐδεὶς εὐηρέστησε Θεῷ.

III. Quis vero reliquus, inquiet fortaſſe aliquis, jejunii uſus fuerit, quando orandi ſtudio juſtitiam adipiſcimur? Multus quidem omnimodis. Sicut enim ſentes loco frugum referet agricola, qui minime novato prius præ inopia ſolo in rudi agro ſationem fecerit; ita quoque nos, ſi carne non prius probe quaſi duro quodam atque aſpero ſolo mollita & ſubacta, orationis ſtudium quaſi ſemen ingeramus, peccata juſtitiæ loco metemus. Plane ex eodem illo ſolo conflata caro hæc exſiſtit; & niſi eadem atque illud induſtria excolatur, nullum prorſus edet juſti- C tiæ fructum. Neque hæc eo dicimus, ut eos qui jejunio juvari volunt, abſterreamus; quin potius ut incitemus eos, ſi qui prudentia ac pietate adhibita proprium corpus ad tolerantiam cupiant obſirmare: nam jejunia tum demum proſunt, ſi prudenter ac pie inſtituantur; ſin vero abſque ratione & temere, etiam obſunt. Quamobrem qui jejunii commoda aſſequi peroptant, caveant ſtudioſe illa quæ exitium invehunt, & panem quem exactis abſtinentiæ diebus quam primum comedere animo deſtinaveramus, ita in propoſitos quoſque abſtinentiæ dies diſtribuamus, ut exiguam portionem unoquoque die ſumentes, inſurgentes carnis appetitiones quaſi feras projecto pabulo aliquo quotidie compeſcamus, & D vacuum deſideriis animum orationi quæ præſtabilior eſt, ſervemus; & ſic ab elatione Deo opitulante innocui in humilitate, ſine qua Deo gratus nemo umquam exſtitit, omnes vitæ noſtræ dies ducamus.

Εἰ γὰρ ταπεινοφροσύνης ἐπεμελούμεθα, οὐκ ἂν ἐδεήθημεν παιδείας· πάντα γὰρ τὰ κακὰ, καὶ δεινὰ τὰ συμβαίνοντα ἡμῖν διὰ τὴν ἔπαρσιν ἡμῶν συμβαίνει. εἰ γὰρ τῷ ἀποστόλῳ, ἵνα μὴ ἐπαρθῇ, ἄγγελος σατᾶν ἐδόθη, πόσῳ μᾶλλον ἡμῖν τοῖς ἐπηρμένοις αὐτὸς ὁ σατανᾶς δοθήσεται καταπατεῖν ἡμᾶς ἕως ταπεινωθῶμεν; οἱ προπάτορες ἡμῶν οἴκων ἐδέσποζον, καὶ πλοῦτον εἶχον, καὶ γυναικῶν, καὶ τέκνων προενόουν, καὶ Θεῷ ὡμίλουν διὰ τὴν ἄπλαστον ταπεινοφροσύνην αὐτῶν· ἡμεῖς δὲ κόσμου ἀνεχωρήσαμεν, καὶ πλούτου κατεφρονήσαμεν, καὶ τοὺς οἴκους κατελίπομεν, καὶ ὑπὸ δαιμόνων χλευαζόμεθα διὰ τὴν ἔπαρσιν ὑμῶν. ὁ ἐπαιρόμενος ἀγνοεῖ ἑαυτόν· εἰ γὰρ ἐγίνωσκεν ἑαυτὸν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀφροσύνην, μεθ᾽ ἧς ἀναστρέφεται, οὐκ ἂν ἐπήρθη· ὁ δὲ ἑαυτὸν ἀγνοῶν πῶς δύναται Θεὸν γιγνώσκειν; εἰ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ ἀφροσύνην οὐκ ἴσχυσε συνιέναι, πῶς τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, ἧς πόῤῥωθέν ἐστι, καὶ ξένος, συνιέναι δυνήσεται; ὁ γὰρ γινώσκων τὸν Θεὸν ἐνοπτρίζεται τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ, καὶ φαυλίζει ἑαυτὸν ὡς ὁ μακάριος Ἰὼβ, καὶ λέγει· ἕως ἀκοῆς ἤκουόν σου τὸ πρότερον. νῦν δὲ ὁ ὀφθαλμός μου ἑώρακέ σε. διὸ ἐφαύλισα ἐμαυτὸν, καὶ ἐτάκην. ἥγημαι δὲ ἑ-

IV. Profecto ſi ipſi humilitati ſedulo inſiſtamus, non erimus animadverſionibus commonendi. Cuncta enim, quæ nobis moleſta & gravia eveniunt, propter elationem noſtram eveniunt. Si enim Apoſtolo, ne extolleretur, angelus Satan datus fuit; quanto magis ſuperbientibus nobis dabitur idem Satan, qui nos cædere uſque pergat, donec ad humilitatem redierimus? Majores noſtri dominabantur domui ſuæ, divitias poſſidebant, uxorum & liberorum curam ge- E rebant, & familiari Dei alloquio fruebantur propter ſimplicem eorum humilitatem: nos contra, mundo nuntium remiſimus, divitias repudiavimus, domos reliquimus, & a dæmone propter noſtram elationem illudimur. Qui ſe extollit ſe ipſum ignorat; non ſane extolleretur ſi ſe ipſum, & ſtultitiam cum qua converſatur, agnoſceret. Porro qui ſe ipſum ignorat quomodo Deum pernoſcere poterit? Si ſuam ipſius ſtultitiam percipere non valet, quomodo Dei ſapientiam a qua longiſſime abeſt, cujuſque eſt omnino expers, mente aſſequi valebit? Qui Deum cognoſcit ejuſdem majeſtatem perſpicit, & ſe ipſum contemnit, ut beatus Job, qui ait: [a] *Uſque adbuc auditu auris audivi te; nunc autem oculus meus vidct*

[a] Job XLII. 5. 6.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

μαυτὸν γῆν, καὶ σποδόν. οἱ τοίνυν τὸν Ἰὼβ μιμούμενοι οὗτοι τὸν Θεὸν ὁρῶσι, οἱ δὲ ὁρῶντες αὐτὸν οὗτοι γινώσκουσιν αὐτόν. ἐὰν οὖν βουληθῶμεν ὁρᾷν τὸν Θεὸν φαυλίσωμεν ἑαυτοὺς, καὶ ταπεινοφρονήσωμεν, ἵνα μὴ μόνον αὐτὸν ἐξ ἐναντίας ὁρῶμεν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἡμῖν οἰκοῦντά τε, καὶ ἀναπαυόμενον ἔχοντες κατατρυφῶμεν αὐτοῦ. οὕτω γὰρ ἡ ἀφροσύνη ἡμῶν ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ σοφισθήσεται, καὶ ἡ ἀσθένεια ἡμῶν ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ δυναμωθήσεται, κραταιώσῃ ἡμᾶς εἰς αὐτὸν τὸν ἀξιώσαντα ἡμᾶς τῆς δωρεᾶς ταύτης περισσοτέρως δοξασθῆναι ἐν ἡμῖν, καὶ τὸν ἐχθρὸν ἡμῶν διάβολον ὑπερβαλόντως καταισχῦναι δι' ἡμᾶς ἐν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, μεγαλωσύνη τε, καὶ μεγαλοπρέπεια εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A *te: quapropter contemsi me, & liquefactus sum, & reputavi me pulverem & cinerem.* Qui igitur Job imitantur, hi Deum vident: qui porro vident, hi & cognoscunt. Quare si cupimus Deum videre, nos ipsos contemtui habeamus & humiliemur, ut non modo ipsum coram intueamur, verum etiam in nobis ipsis eodem inhabitante & requiescente fruamur. Ita enim stultitia nostra ab illius sapientia erudietur, & infirmitas nostra ab ejus potentia confirmabitur; quæ adeo perficere potest nos, ut idem ipse qui tanta elargiri munera dignatur, in nobis eximie glorificetur, & hostis noster diabolus per nos vehementer confundatur in eodem Domino nostro Jesu Christo, cui convenit gloria, majestas, magni-
B ficentia in sæcula sæculorum. Amen.

# EJUSDEM
# S. MARCI
## MONACHI ET EREMITÆ
## OPUSCULUM X.

### (f) Εἰς τὸν Μελχισεδέκ. C

Κύριος τὸν μὲν κόσμον ἀγρῷ, τὸ δὲ τῆς ἀληθείας κήρυγμα σπόρῳ παρεικάσας, σῖτον μὲν ἐν πρώτοις ἐσπάρθαι λέγει, ὕστερον δὲ ζιζάνια, ὡς ἐκ τούτου δυνατὸν ἡμῖν ἐπιγνῶναι, ὅτι τὰ μὲν μετὰ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν ἐπινενοημένα φρονήματα περιττή τίς ἐστι, καὶ δαιμονιώδης ἐπισπορά. τῶν μὲν γὰρ ἁγίων αὐτοῦ μαθητῶν μηδὲν ὑπολειψάντων τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ ἁγίου Παύλου μηδὲν ὑστερηκότος τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων, ἀλλ' ὥσπερ σίτῳ τὸν κόσμον κατεσπαρκότος τῷ λόγῳ, τινὲς ἑτερόφρονες ζιζανίων δίκην ἀνακύψαντες ἐπέκεινα τοῦ σίτου πειρῶνται ὑπερεκτείνεσθαι μυστικώτερα τῶν ἀποστόλων, ὡς οἴονται, διδάσκειν ἐπι- D χειρήσαντες. τὸν γὰρ Μελχισεδὲκ φύσει Θεὸν εἶναι οὐκ ἐκήρυξαν ἐκεῖνοι, ὡς οὗτοι λέγουσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοιαῦτά τινα συνεισφέρουσι νοήματα, ὡς καὶ τὰς ὑπὲρ ἡμῶν γεγενημένας τοῦ Κυρίου οἰκονομίας ἀπελπίζεσθαι. εἰ γὰρ τὸν ἐκ παρασιωπήσεως γραφικῆς ἀπάτορα, καὶ ἀμήτορα ὀνομασθέντα θεοποιοῦσιν ἄνθρωπον, ἀπελπίζουσι τὸν πατέρα ἔχοντα ἐν οὐρανοῖς, καὶ μητέρα ἐσχηκότα ἐπὶ γῆς δι' ἡμᾶς Χριστόν· καὶ εἰ διὰ τὸ ἀγενεαλόγητον ἐκεῖνον μέγαν ἥγηνται, γενεαλογούμενον τὸν Χριστὸν ἡττότερον ἂν νομίσειαν. ἡ δὲ τῆς τοιαύτης ἐννοίας προαγωγὴ τοὺς ἀφρονεστέρους αὐτῶν καὶ εἰς ἄρνησιν κατασύρειν ἔοικεν, ὅπερ πλείονα φέρει κατάκρισιν τῷ προηγησαμένῳ τῆς τοιαύτης ἐννοίας. ταῦ- E τα δὲ πάσχουσιν, ὡς οἶμαι, διὰ τὸ παρατρέχειν αὐτοὺς τὰ συστατικὰ κεφάλαια τῆς θείας γραφῆς, καί τινας περικοπὰς πρὸς τὸν ἴδιον σκοπὸν ἐκζητεῖν ἑκουσίους. διὸ καὶ τὸν ἐπὶ Χριστοῦ ἑρμηνευόμενον χρηματισμὸν τῷ χρηματισθέντι ἀνθρώπῳ ὡς Θεῷ ἀπονέμουσι, καὶ τὸν κατὰ τὴν τάξιν τῆς ἱερατείας ἀφωμοιωμένον τῷ Κυρίῳ ἄνθρωπον, λέγουσι φύσει υἱὸν Θεοῦ. φασὶ γὰρ, εἰ μὴ ἦν οὗτος υἱὸς Θεοῦ, πῶς βασιλεὺς εἰρήνης, καὶ βασιλεὺς δικαιοσύνης ἐλέγετο; γνώσονται εἰ βούλονται. ὁ ἀπόστολος αὐτὸν οὐ λέγει φύσει βασιλέα εἰρήνης, ἀλλ' ἑρ-

### *De Melchisedech.*

I. CUM Dominus mundum agro, & prædicationem veritatis sationi comparasset; triticum primum satum fuisse ait, postmodum vero zizania: ut inde intelligeremus adinventas deinceps præter apostolicam traditionem sententias, importunam & diabolicam quamdam sationem alteram esse. Postquam enim nullam tradendæ veritatis partem reliquam fecerunt illius discipuli, & divus Paullus æque ac eximii Apostoli verbo quasi tritico mundum seminavit, exsistunt perversi quidam, qui zizania superseminandi occasionem captantes, in sata illa manum immittere audent, & magis D quam illi, ut ipsi putant, admiranda edocere conantur. Nusquam illi Melchisedech Deum natura exsistere pronuntiarunt; hoc tamen isti profitentur, quin & sunt qui proferant commenta ejusmodi, quæ susceptas a Domino pro nobis œconomias extenuent. Dum enim hominem nuncupatum [a] sine patre & sine matre propter præteritos silentio a scriptura parentes ejus, ideo Deum constituunt; Christum qui Patrem in cælis habet, matrem in terris pro nobis sibi sumsit, deteriorem faciunt; dumque illum ob non recensitos parentes magnum reputant, hunc ob recensitos minorem audent existimare. Hujus autem propinatio sententiæ simpliciores ex ipsis etiam ad omnino abnegandum Chri- E stum impellere videtur; quod eo gravioris reum culpæ ejusdem sententiæ auctorem facit. Id vero illis, ut opinor, accidit, eo quod integra divinæ scripturæ capita legentes prætervehantur, & abscissa quædam membra callide ad propriam adstruendam sententiam excerpant. Hinc enuntiatum de Christo vaticinium, homini ad quem enuntiatum fuit, tamquam Deo attribuunt, & hominem secundum ordinem sacerdotii Deo assimilatum, natura filium Dei esse contendunt. Ajunt enim, si non erat hic filius Dei, quomodo rex pacis, & rex justitiæ nuncupatus est? Equidem intelligent, modo voluerint. Apostolus non eum nuncupat na-

a Heb. VII. 3.

μηνευόμενον· φησὶ γὰρ πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλὴμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης. τοῦτο γοῦν τὸ ῥητὸν παρατρέχουσι τὸ εἰπεῖν ἑρμηνευόμενον, καὶ διὰ τοῦτο τὴν τοῦ ὀνόματος ἑρμηνείαν φύσιν εἶναι τοῦ χρηματισθέντος ἔδοξαν.

tura regem pacis sed interpretatione; ait enim primum, [a] *interpretatus rex justitiæ, deinde & rex Salem*, hoc est pacis. Hoc videlicet verbum prætermittunt efferre *interpretatus*, adeoque nominis illius interpretationem naturam censent esse ejus, ad quem vaticinium enuntiatum est.

Πάλιν οἱ αὐτοί φασιν· εἰ μὴ ἦν Θεὸς, πῶς ἀπάτωρ ἀμήτωρ; ἐν τούτῳ δὲ, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἔτι υἱὸν λέγουσι τὸν Μελχισεδὲκ, ἀλλὰ τάχα πατέρα. καί φασιν, ἡμεῖς οὐ λέγομεν αὐτὸν πατέρα, ἀλλὰ τὸν Θεὸν λόγον πρὶν σαρκωθῆναι, ἢ ἐκ Μαρίας γεννηθῆναι. καὶ πῶς ἀπάτωρ ὁ Θεὸς λόγος ὦ ματαιόφρονες; μάθετε ἀκριβῶς, ὅτι ὁ μακάριος Παῦλος πάντα ἐκεῖνα ἐπὶ τὸν σαρκωθέντα εἰρῆσθαι λέγει. φησὶ γὰρ ἐφ᾽ ὃν λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκε· πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος. ἀλλ᾽ εἰπέ, φασι, πῶς ἐξ Ἰούδα ἀνατείλας ὁ Χριστὸς ἀπάτωρ ἐστὶ, καὶ ἀμήτωρ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ; οὐκ εἰδότες ὃ λέγουσιν· οὐ γὰρ περὶ ἀπάτορος ἔθετο τὴν τάξιν ὁ Παῦλος, ἀλλὰ περὶ μόνης τῆς ἱερωσύνης. διὰ τοῦτο οὐ λέγει, σὺ ἀπάτωρ, ἀμήτωρ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ἀλλὰ σὺ ἱερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· τί δέ ἐστι τὸ κατὰ τὴν τάξιν; τοῦτ᾽ ἔστι κατὰ τὴν ὁμοίωσιν, καὶ οὐ κατὰ νόμον. ἡ μὲν γὰρ φυλὴ τοῦ Λευῒ κατὰ τὸν νόμον ἱερατεύειν ἐπέτακτο, ὁ δὲ Μελχισεδὲκ οὐ κατὰ νόμον, ἀλλὰ κατὰ τάξιν προφητείας δεικνύων τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ. διὰ τοῦτό φησι, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, οὐ κατὰ τὴν τάξιν Λευῒ, οὐδὲ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν, τῆς αὐτῆς φυλῆς ὄντων, ἀλλὰ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, τοῦ χωρὶς νόμου ἱερατεύσαντος.


II. Ajunt rursus iidem, nisi exsisteret Deus, quomodo fuit sine patre & sine matre? jamque, ut videtur, non amplius Melchisedech filium dicunt, immo fortasse Patrem; at neque Patrem nos, inquiunt, dicimus, sed Deum Verbum, antequam carnem induisset, & ex Maria genitus esset. At quomodo absque Patre Deus Verbum, o deliri? Animadvertite diligenter, quod divus Paulus omnia illa de incarnato jam prædicari ait; ait enim [b] *De quo prædicantur hæc, alterius tribus consors fuit; quandoquidem manifestum est ex tribu Juda Christum genus duxisse*. At quomodo, inquiunt, Christus ex tribu Juda genus ducens, est sine patre & sine matre secundum ordinem Melchisedech? Plane ignorant quod dicunt: non in Patris carentia Paullus ordinem constituit, sed in sacerdotio dumtaxat. Quamobrem non dicit, Tu sine patre & sine matre secundum ordinem Melchisedech, sed dumtaxat, Tu sacerdos secundum ordinem Melchisech. Quid sibi vult *secundum ordinem*? Nempe secundum similitudinem, & non secundum legem. Tribus enim Levi secundum legem sacerdotio destinabatur: Melchisedech vero non secundum legem, sed secundum ordinem propheticæ significationis repræsentat personam Christi. Propterea ait, Tu sacerdos in æternum non secundum ordinem Levi, neque secundum ordinem Aaron ejusdem cum illo tribus exsistentium, sed secundum ordinem Melchisedech, qui sacerdotium gessit extra legem.

Ἀλλὰ πάλιν ἐκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς. εἰ ὁ Μελχισεδὲκ ἄνθρωπός ἐστι, πῶς μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές; καὶ τοῦτο δὲ ἐκ περικοπῆς ἐρωτῶσι, τὰ πλείονα τοῦ κεφαλαίου παρατρέχοντες. λέγει γὰρ ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ Θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές· ἀφομοίωσις δὲ, καὶ ὑπόστασις ταὐτὸν οὐκ ἔστι. τὸ μὲν γὰρ τύπος, τὸ δὲ ἀλήθεια τυγχάνει· ὥσπερ οὖν ἀφωμοίωται τῷ Χριστῷ ὁ προφήτης Ἰωνᾶς, καὶ μένει προφήτης κατὰ τὴν τριήμερον ταφὴν, καὶ ὥσπερ ἀφωμοίωται αὐτῷ Μωϋσῆς κατὰ τὴν τοῦ λαοῦ ἀφήγησιν, καὶ μένει ἡγούμενος εἰς τὸ διηνεκές, οὕτως ἀφωμοίωται αὐτῷ καὶ ὁ Μελχισεδὲκ κατὰ τὴν τῶν ἐθνῶν ἱερωσύνην, καὶ μένει ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. διὸ λέγει, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. ἀλλὰ δεδόσθω, φασὶν, ὅτι ἄνθρωπος ἦν ὁ Μελχισεδὲκ ἀφωμοιωμένος τῷ Χριστῷ, δεῖξον πῶς ἀπάτωρ, καὶ ἀμήτωρ ἐστὶ, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ· ἐν τούτοις δεῖξον τὴν ἀφομοίωσιν, ἵνα γνῶμεν ὅτι ἄνθρωπος ὁ Μελχισεδὲκ, καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ Χριστός. οὕτω μὲν ἀντιρρήσαντες οὐχ ἡμῖν, ἀλλὰ τῇ θείᾳ γραφῇ παρατάσσονται. ἤρκει γὰρ αὐτοῖς πιστεῦσαι τῷ ἀποστόλῳ ἀφωμοιωμένον αὐτὸν εἰρηκότι τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ. λέγοντες οὖν, δεῖξον ἡμῖν τὴν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἀφομοίωσιν, ἵνα πιστεύσωμεν, ἐοίκασιν ἀπιστεῖν τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις. ὡς εἴγε ἡμεῖς ἀπορήσαιμεν τῆς τοιαύτης ἀποδείξεως, ἐκεῖνοι τῆς πίστεως ἀφίστανται, ἢ ἀποστήσονται, ὡς καὶ ἀπέστησαν. ἐπειδὴ οὖν πολλά ἐστιν εὑρεῖν ἐν τῇ ἀληθινῇ γραφῇ ὀνόματα, ὧν ἡ ἀπόδειξις παρὰ τῷ πλήθει δυσεύρετος, παρὰ τοῦτο ἡ ἐκκλησία τῆς πα-

III. Adhuc autem illi instant. Si Melchisedech homo est, quomodo manet sacerdos in æternum? & de hoc rogant oratione accisa, prætermittentes potiora illa ejusdem capitis, in quo dicitur: [c] *Assimilatus Filio Dei, manet sacerdos in æternum.* Assimilari porro, & subsistere non sunt unum & idem; illic imago, heic veritas residet. Quemadmodum enim Jonas propheta assimilatus est Christo secundum sepulturam triduanam, & manet propheta; & quemadmodum assimilatus est ipsi & Moyses in populo traducendo, & manet in æternum ductor; eodem prorsus modo assimilatur ipsi & Melchisedech secundum sacerdotium gentium, & manet sacerdos in æternum. Quamobrem ait: [d] *Tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Verumtamen esto, inquiunt, quod Melchisedech homo exstiterit assimilatus Christo; modo planum fac quomodo sit [e] *sine patre & sine matre, neque initium dierum, neque exitum vitæ habens*: cumque in hoc assimilatus Filio Dei fuerit, ostende expressionem similitudinis, ut agnoscamus, quod Melchisedech homo, & non ipse Christus exstiterit. Satis esse ipsis oportuerat credere Apostolo, qui dixit ipsum assimilatum Filio Dei; quandoquidem dum loquuntur hoc modo: ostende nobis expressionem similitudinis eorum nominum, ut credamus, videntur Paulli dictis diffidere; ut si nobis hæc demonstrandi ratio desit, ii jam vel continuo a fide deficiant, vel deficiant deinceps, sicuti etiam defecerunt. Quoniam igitur multa occurrunt in sacra scriptura nomina, quorum difficilis est apud vulgus interpretatio, ideo ne Ecclesia a traditorum fide discedet, & ab illorum su-

a Heb. VII. 2. b Ibid. vv. 13. 14. c Ibid. v. 3. d Psalm. CIX. 4. e Heb. VII. 3.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



ραδοθείσης πίστεως ἀποστήσεται, καὶ ταῖς ἐκείνων ὑπονοίαις ὑπαχθήσεται; μὴ γένοιτο. πλὴν οὐ διὰ τοῦτο σιωπήσομεν ἀκρίτως, ἀλλὰ κατὰ τὴν δύναμιν ἀποδείξομεν τὴν ἐν τοῖς προειρημένοις ἀφομοίωσιν.

Ἀπάτορα, καὶ ἀμήτορα τὸν Μελχισεδὲκ λέγει ὁ Παῦλος κατὰ τὸ ἑπόμενον ῥητὸν, ὅτι ἀγενεαλόγητος. ἐπειδὴ ἐν τῇ γενεαλογίᾳ οὐκ ἐμφέρεται τίνος πατρὸς, ἢ ποίας μητρὸς, ἢ πότε ἐγεννήθη, ἢ πότε ἀπέθανε, διὰ τοῦτο μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων, μήτε τέλος. οὔτε γὰρ ἠδύνατο γενεαλογηθῆναι ἐκ τῶν παραλειφθέντων καταγόμενος ἐθνῶν, καθὼς ἡ γραφὴ ἐκ τῆς κατοικεσίας αὐτὸν φανεροποιεῖ. ἐν τούτῳ δὲ ἀφωμοίωται τῷ υἱῷ Θεοῦ, ἐπειδὴ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τῆς γῆς οὐκ ἔσχε πατέρα, καὶ ἐν οὐρανῷ οὐκ ἔσχε μητέρα. ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν, ὅτι κατ᾽ οἰκονομίαν οὐκ ἐμφέρεται ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ πότε ἐγεννήθη ὁ Μελχισεδὲκ, ἢ πότε ἀπέθανε, καὶ διὰ τοῦτο λέγει μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχειν, ζητοῦσι καὶ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ τὴν ἀφομοίωσιν λέγοντες· εἴπερ περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ, εἰπὲ καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ, πῶς οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν, οὔτε ζωῆς τέλος ἔχει, ἵνα γνῶμεν καὶ ἐν τούτῳ τὴν ἀφομοίωσιν. οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ὁ γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας καὶ ἀρχὴν ἔσχε, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη κατὰ τὰς γραφάς. ἡμεῖς δὲ πρὸς ταῦτα· πιστεύετε τῷ εὐαγγελίῳ, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐ τραπεὶς εἰς ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ ἄνθρωπον εἰς ἑαυτὸν προσλαβόμενος; οἱ δὲ ναί, φασι, τοῦτο πιστεύομεν. εἰ οὖν πιστεύετε, γνῶτε, ὅτι ἄνθρωπος ψιλὸς, οὔτε ἔστιν, οὔτε νοεῖται ὁ Χριστὸς, καθότι μονομερῶς οὐχ ὑπέστη ποτὲ, καὶ ὕστερον ἡνώθη. δῆλον δὲ, ὅτι τοῦ Θεοῦ λόγου θεοπρεπῶς πρότερον ἐνεργήσαντος κατὰ τὸ γεγραμμένον, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. ὅθεν νοοῦμεν, ὅτι ὁ Χριστὸς οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν, οὔτε ζωῆς τέλος ἔχει. εἰ γὰρ ὁ ἄναρχος λόγος τῆς ἐνανθρωπήσεως γέγονεν ἀρχὴ, σαφὲς ὅτι ὁ Χριστὸς ἄναρχος διὰ τὴν ἐκ μήτρας ἕνωσιν. οὕτως οὖν καὶ ὁ Μελχισεδὲκ, καὶ ἐν τούτῳ ἀφωμοίωται αὐτῷ οἰκονομικῶς παρασιωπηθείσης αὐτοῦ καὶ τῆς γεννήσεως, καὶ τῆς τελευτῆς, ἵνα προδηλώσῃ τὰ τοῦ Χριστοῦ μυστήρια.

Καὶ πάλιν φασίν· ὁ Κύριος τὸ ἡμέτερον ἀνέλαβε σῶμα, ἢ οὔ; ναὶ τὸ ἡμέτερον· ἀλλ᾽ οὐ διῃρημένως αὐτὸ ἀνέλαβε· οὐ γὰρ προϋπέστησεν αὐτὸ, καὶ τότε ἡνώθη, ἀλλ᾽ ἀδιαίρετον ἐκ μήτρας ἐποιήσατο τὴν ἕνωσιν, καθὰ προειρήκαμεν. εὐθὺς δὲ λέγουσι· διατί οὖν ψηφίζετε αὐτοῦ τὰ ἔτη; ἔτη ψηφίζονται οὐκ ἐκ φύσεως μονομερῶς, ἀλλὰ γεννήσεως τοῦ γενομένου ἀνθρώπου· οὐκ εἶπε γὰρ ἡ γραφὴ, ὅτι ἐγεννήθη ψιλὸς ἄνθρωπος, ὡς ὑμεῖς λέγετε ὁ Θεὸς λόγος, ἀλλ᾽ ὁ Χριστὸς, ὅς ἐστι Θεὸς ἅμα καὶ ἄνθρωπος, ἀμέριστος, καὶ ἀδιαίρετος υἱὸς Θεοῦ. γεννήσεως οὖν τῆς οἰκονομικῆς ἔσχεν ἀρχὴν, φύσεως δὲ ἀρχὴν οὐκ ἔχει διὰ τὴν ἐκ μήτρας ἕνωσιν. τίνι γὰρ, εἰπέ μοι, ἐπιθήσεις ἀρχήν; σώματι ψιλῷ; ἀλλὰ ψιλὸν οὐδέποτε ὑπῆρξε τὸ κυριακὸν σῶμα κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνὴν τὴν λέγουσαν πρὸς Ἰωσήφ· μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου, τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἐστίν· ἀλλ᾽ ἐπιθήσεις ἀρχὴν τῷ γεννηθέντι Χριστῷ; ἰδοὺ αὐτὸς ὁ λόγος σεσαρκωμένος καθὼς ἐν τοῖς εὐαγγε-

spicationibus se abduci sinet? Absit; quamquam propterea neque despondentes judicium tacebimus, sed pro viribus expressionem similitudinis in prædictis demonstrabimus.

IV. Sine patre & sine matre Paullus Melchisedech nuncupat secundum id quod mox subjicit, quod non exstet tradita origo generis ipsius. Quoniam in generationum descriptione non enarratur ex quo patre aut matre sit, aut quando genitus, aut quando mortuus; & ideo neque initium dierum neque finem habere vitæ dicitur. Neque enim origo generis ipsius deduci a gentibus poterat, quas transmigrando reliquerat; quod de eo aperte docet scriptura. In hoc autem assimilatur Filio Dei, quoniam Duminus Jesus Christus in terris patrem non habuit, neque in cælo matrem. Quia vero diximus, quod secundum œconomiam non enarratur in divina scriptura quomodo genitus, & quomodo mortuus Melchisedech, & ob id neque initium dierum neque finem habere vitæ dicitur, hoc quoque in genere similitudinem quærunt: quemadmodum de Melchisedech, ajunt, dic & de Christo, quod neque initium dierum habuit neque finem, ut in hac re pariter expressæ similitudinis veritatem recognoscamus. Nam scimus, quod ex Maria genitus, & initium habuit, & mortuus est, & resurrexit secundum scripturas. Ad hæc autem nos ita reponimus. Creditis Evangelio, quod Verbum caro factum est, non convertens se in hominem, sed hominem sibi assumens? Illi vero, utique hoc credimus. Si igitur creditis, cognoscite, quod homo nudus neque est, neque reputatur Christus; quandoquidem Christi humanitas non substitit aliquando seorsim, & postmodum unita Verbo fuit; manifestum est enim, quod antea divinitus id operatum sit ipsum Verbum Dei, juxta quod scriptum est: [a] *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi; propterea & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei*. Hinc intelligimus, quod Christus neque initium dierum neque finem vitæ habet. Nam si Verbum initium dierum non habens, ipsummet adsumti hominis initium exstitit; patet, quod neque Christus propter unionem ex utero a Verbo assumtam dierum initium habuit; ita Melchisedech in hoc quoque illi per œconomiam assimilatus est, ipsius generatione silentio præterita & vitæ exitu, ut Dei mysteria præmonstrarentur.

V. Pergunt iterum quærere: Dominus corpus nostrum sumsit, an non? Profecto nostrum; at non illud sumsit seorsim jam exsistens: non enim fecit, ut illud prius exsisteret, & tunc sibi univit, sed indiscretam ab utero, ut dudum diximus, unionem adsumsit. Continuo illi: Quorsum vero enumeratis annos ejus? Sane anni enumerantur non a natura per se sumta, sed a generatione facti hominis. Non enim inquit scriptura, quod nudus homo genitus fuerit Deus Verbum, ut vos dicitis; sed Christus, qui Deus simul & homo est, inseparabilis & individuus Filius Dei. Œconomicæ igitur generationis initium habuit, naturæ initium non habuit propter unionem ex utero assumtam. Quodnam autem, ajunt, nudo corpori initium assignatis, si nudum numquam exstitit dominicum corpus juxta evangelicum illud effatum adversus Joseph: [b] *Ne timeas Mariam accipere conjugem tuam; quod enim in ea genitum est, de Spiritu sancto est*? At genito saltem Christo initium assignabis? En ipsummet Verbum incarnatum, quemadmodum in Evan-

[a] Luc. I. 35. [b] Matth. I. 20.

λοις ἀποδέδεικται. οὔτε οὖν μερισμὸν, οὔτε ἀρχὴν ἐπιθεῖνας δύνασαι τῷ Χριστῷ, καθὼς ἀποδέδεικται. δεδόσθω, φασὶν, ὅτι ὁ Χριστὸς οὐκ ἔχει ἀρχὴν διὰ τὴν ἕνωσιν· μὴ ἡ ἕνωσις ἀρχὴν οὐκ ἔχει; καὶ ἔχει, καὶ οὐκ ἔχει, διότι αὐτὸς ὁ ἄναρχος τῆς ἑνώσεως γέγονεν ἀρχή· καὶ διὰ τοῦτο εἶπον, καὶ ἔχει, καὶ οὐκ ἔχει· εὐσεβέστερον δέ ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔχει· ὅσα γὰρ ὑποστατικῶς ἥνωται, κἂν ἐκ δύο νοεῖται, ὅμως τὸ τῇ τοῦ δυνατωτέρου φύσει συνενωθὲν, ἐκεῖνο καὶ νοεῖται, καὶ ὀνομάζεται. καθάπερ ποταμὸς ἐκ βροχῆς συσταθεὶς, καὶ τῇ θαλάσσῃ συμμιγεὶς οὐκ ἔτι λέγεται ποταμὸς, ἀλλὰ θάλασσα, ἐκεῖθεν ἀρχὴν λαβὼν, κἀκεῖ καταλήξας. εἰ μὲν γὰρ ἡ σωματικὴ δύναμις ὡς ὑπερέχουσα ἐνήργησε τῷ λόγῳ, καὶ οὕτως γέγονεν ἕνωσις, νοείσθω καὶ ἀρχὴν ἔχειν κατὰ τὴν τοῦ σώματος φύσιν. εἰ δὲ ὁ Θεὸς λόγος θεοπρεπῶς ἐνήργησε κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, φανερὸν ὅτι πρὸς ἐκείνην τὴν φύσιν τὸ ἅγιον σῶμα ηὐγένισται, ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· εἰ δὲ πᾶν τὸ πλήρωμα, δηλονότι οὐδὲν ὑπολέλειπται τῆς θεότητος, ὃ οὐκ ἔχει τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, εἴτε ἀναρχότητα εἴποις, εἴτε θεότητα, εἴτε ἀθανασίαν, εἴτε παντοκρατορικὴν δύναμιν, εἴτε ἐξουσίαν, εἴτε κράτος, εἴτε σοφίαν ἀθάνατον, πάντα ἔχει. ὅτι εὐδόκησεν ἐν αὐτῷ κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. διὰ τοῦτό φησιν ὁ Παῦλος, ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν. ἐγνώκαμεν γὰρ, ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, καὶ ἐσμὲν ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι. οὐκ εἶπεν ἐν αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ, αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. οὕτω δὴ οὖν νοεῖται Χριστὸς, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων, μήτε ζωῆς τέλος.

geliis declaratum est. Hinc neque nude positam & seorsim exsistentem hominis substantiam, neque initium dierum assignare in Christo poteris, ut demonstratum fuit. Demus, inquiunt, quod Christus neque initium habeat propter unionem, num & ipsa unio initia non habet? Habet illa vero, & non habet; quod ille idem ipse qui initium non habet, unionis initium exstitit; ideo dixi & habet, & non habet. Religioni autem magis consentaneum est dicere quod non habet, quoniam quae per modum substantiae unita sunt, etsi ex duobus exsistere intelligantur, quod tamen cum potioris natura unitum est, illud & intelligitur & perhibetur; haud secus ac fluvius ex imbribus conflatus, ubi mari se immiscuerit, non amplius fluvius, sed mare appellatur, quod inde initium sumserit, ibique desierit. Si corporea natura tamquam praestantior vi sua superincubans Verbo coaluisset, & ita unio exstitisset, & Christus merito existimaretur initium habere secundum corporis naturam; cum vero Deus Verbum corpoream naturam divinae operationis illapsu ipse sibi aptarit juxta Evangelium; manifestum est, quod per illam naturam sanctum Christi corpus fuerit nobilitatum, quoniam illud inhabitare corporaliter omnis Divinitatis plenitudo dignata est. Profecto, si omnis Divinitatis plenitudo; nihil divinum est, quod Sanctum Christi Corpus non habeat, sive carentiam initii dicas, sive Divinitatem, sive immortalitatem, sive omnipotentiam, sive potestatem, sive imperium, sive sapientiam; quandoquidem [a] *omnis plenitudo divinitatis* illud *inhabitare corporaliter* est dignata. Quamobrem divus Paullus ait: [b] *Nos ex hoc neminem novimus secundum carnem; & si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus*: novimus quidem, quod ipsum dignata est *inhabitare omnis plenitudo divinitatis corporaliter, & sumus in ipso repleti*. Non dixit in ipsis, at *in ipso*; ipse enim plenitudo est omnia ubique implentis: atque ita intelligitur Christus neque initium dierum, neque finem habere vitae.

Πάλιν λέγουσιν· εἰ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ Μελχισεδὲκ, πῶς μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές; τοῦτο κατὰ δύο τρόπους νοητέον, οὐ μόνον περὶ ἐκείνου, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων ἁγίων. πρῶτον μὲν, ὅτι ἐμφέρεται ἐν τῇ γραφῇ εἰς τὸ διηνεκές, καὶ ὅτι μένουσι παρὰ τῷ Θεῷ διηνεκῶς. Ἡσαΐας ὁ προφήτης μένει προφήτης εἰς τὸ διηνεκὲς, καὶ παρὰ τῇ γραφῇ, καὶ παρὰ τῷ Θεῷ· ὁμοίως οἱ ἀπόστολοι μένουσιν εἰς τὸ διηνεκές· εἰ δὲ μὴ, ποίᾳ ἐλπίδι ὑπὲρ Χριστοῦ καθ᾽ ἡμέραν ἀπέθνησκον; καὶ πάντες οἱ ἱερατεύσαντες τῷ Χριστῷ μένουσιν εἰς τὸ διηνεκές. οὕτω καὶ ὁ ἅγιος Μελχισεδὲκ ἱερατεύσας τῷ Θεῷ, μένει εἰς τὸ διηνεκὲς κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου λέγοντος· ὅτι αὐτῷ πάντες ζῶσιν. εἰς θεολογίαν δὲ λαμβάνουσι κατὰ τὸν λόγον τοῦτον τὸν Μελχισεδὲκ, ὡς Θεῷ πρέπειν ἡγούμενοι αὐτῷ τό· θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην ἐμέρισεν Ἀβραὰμ ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης. καὶ τί τοῦτο πρὸς θεότητος ἀξίαν; θέλεις ἰδεῖν μείζονα ταπεινότητα τοῦ Ἀβραάμ; ἡνίκα τὸ σπήλαιον ἔλαβεν εἰς ταφὴν Σάῤῥας, τοῖς ἀποδομένοις προσεκύνησε. παρὰ τοῦτο κἀκείνους θεοποιήσομεν, διότι προσεκύνησεν αὐτοὺς ὁ πατριάρχης; μὴ γένοιτο. ἴδε πόσον ἔχονται ἀφροσύνης, ὅτι ἐν πηλικότητι τὸν Θεὸν ὁρίζονται, καὶ ὅτι βραχύτητι· οὐ θεωρεῖτε γὰρ, εἴτε, πηλίκος οὗτος, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, ὁ ἐπιστάμενος τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὰς ἑκουσίας αὐτῶν κινήσεις, τὸ δέον ἐπὶ πάντων ἀπονείμας

VI. Quaerunt insuper, si Melchisedech homo est, quomodo manet sacerdos in perpetuum? Hoc dupliciter intelligendum est non modo de illo, sed & de reliquis sanctis omnibus. Primum quidem quod in scriptura refertur in perpetuum; deinde quod manet in perpetuum apud Deum. Esaias propheta manet propheta in perpetuum & apud scripturam, & apud Deum; eodem modo Apostoli manent in perpetuum: sin minus, cedo quam illi in spem mortem pro Christo quotidie oppetebant? & omnes Christi sacerdotio functi manent in perpetuum; ita & sanctus Melchisedech qui sacerdotium gessit Deo, manet in perpetuum secundum sententiam Domini dicentis [c], quod *ipsi omnes vivunt*. Ad divinitatem autem extollunt Melchisedech propter sententiam illam: [d] *Videte quantus hic, cui & decimam protulit Abraham patriarcha de manubiis*; existimantes hoc ipsi tamquam Deo convenire. At quantulum hoc est, si cum divinae majestatis dignitate conferatur? Vis longe aliud illustrius humilitatis Abraham specimen videre? cum speluncam pro sepelienda Sara recepit, adoravit eos qui tradiderunt: propterea ne & illos deos reputabimus, quod patriarcha eos adoravit? Absit. Vide quantum insaniant! a quantula re Deum arguant! quam exili! Non enim dixit, Videte quantus hic, qui caelum, terras, maria condidit, qui mentes hominum, ut libera & prona voluntate ferantur, dirigit, quod conveniens ubique est dispo-

a Coloss. II. 9. b II. Cor. V. 16. c Luc. xx. 38. d Heb. vii. 4.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.

οὐ προσφάτως, ἀλλ' ἰδίῳ καιρῷ προσφυῶς ἀνακύπτειν ὁριζάμενος. οὐδὲ εἶπεν ὁ σταθμίσας ἀμέτρως ὑετῶν, καὶ χιόνων ἐπιφορὰς, κρυμούς τε χειμερινοὺς, καὶ θερινοῦ καύσωνος βολὰς, ἵνα μὴ τὸν κόσμον ἀπολέσῃ. οὐδὲ εἶπεν ὁ ἐν οἰκτιρμοῖς δικαιοσύνης ἀποσώζων, καὶ ἁμαρτωλὸν ἀνυποκρίτως ἐλεῆσαι δυνάμενος, ὁ πανταχοῦ ὢν ἀδιαιρέτως, καὶ ἐν τῷ πατρὶ μένων ἀσυγχύτως. ὁ τῶν ἀγαθῶν κτίστης, καὶ πάντων γνώστης ἀκριτὴς, ὁ ἐν ἀσθενείᾳ δήσας τὸν ἰσχυρὸν, καὶ ἐν μωρίᾳ τοῦ φρονίμου ὄφεως τὰ σκεύη ἁρπάσας, ὁ ἐξαγαγὼν ἐκ θανάτου ζωὴν, καὶ τὰ ἄδηλα φανεροποιήσας. οὐδὲν τοιοῦτο ὁ ἀπόστολος εἶπε περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ, ἀλλὰ θεωρεῖτέ φησι πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην ἐμέρισεν Ἀβραάμ. ἄρα, εἰ ἦν Θεὸς, ὁ Παῦλος ἐν πηλικότητι τὴν ἀκατάληπτον δύναμιν περιώριζε, καὶ τοῦτο ἐν μηδενὶ θαυμαστῷ, ἀλλ' ἐν ταῖς δεκάταις τοῦ Ἀβραὰμ, ἃς καὶ οἱ κατὰ νόμον ἱερεῖς καταλαμβάνουσιν; ὅταν οὖν (g) ἀναγινώσκων εὕρῃς τι περὶ Μελχισεδὲκ γεγραμμένον, μνήσθητι τοῦ ἀποστόλου, ἐφ' ὃν λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκε, καὶ οὐδέποτε πλανηθήσῃ. πρόδηλον γὰρ ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ἀκολούθησον τῇ πίστει Παύλου, καὶ μὴ τὰ προφητικῶς χρηματισθέντα πρόσνεμε τῷ χρηματίσαντι, μηδ' αὐτὰ πάλιν τὰ τυπικῶς γεγενημένα αὐτοῖς ἀπόνεμε τοῖς τύποις. ποίας φυλῆς μετέσχηκεν ὁ Μελχισεδὲκ, ὅτι αὐτὸς αὐτῷ νομίζεις τὰ εἰρημένα; οὕτω δὲ πλανώμενος πάντως ἂν καὶ τὸν ἀμνὸν τὸν σφαγέντα τυπικῶς, Θεὸν ἡγήσῃ λέγων· εἰ μὴ ἦν Θεὸς, πῶς τὸν ὀλοθρευτὴν ἄγγελον ἀπήλαυνε τὸ αἷμα αὐτοῦ; τάχα δὲ καὶ τὸν χαλκοῦν ὄφιν θεοποιήσεις ταῦτα ὑπολαμβάνων, καὶ λέγων· εἰ μὴ ἦν Θεὸς, πῶς τοὺς δηχθέντας ὑπὸ ὄφεων ἐθεράπευεν; ἡμεῖς δὲ τὸ τοῦ ἀποστόλου ἐροῦμεν, ἐφ' ὃν λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν· ἕκαστος γὰρ αὐτῶν οὐ δι' ἑαυτοῦ ἐποίει τὴν δύναμιν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἑρμηνευομένου Χριστοῦ· οὕτω καὶ ὁ Μελχισεδὲκ κἂν ἐχρημάτισε βασιλεὺς δικαιοσύνης, καὶ βασιλεὺς εἰρήνης, οὐ φύσει ἦν, ἀλλ' ἑρμηνευόμενος κατὰ τὴν γραφὴν, ἐφ' ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν.

A nens, non acerbe, & præcociter, ſed ſuo tempore & ſuapte natura quidquid prodire faciens. Neque dixit, qui imbrium & nivium vim, rigorem hiemis, caloresque æſtivos ſtatera appendens temperat, ne hanc mundi univerſitatem diſſolvant. Neque dixit, qui cum miſeretur a juſtitiæ pœnis eripit, & peccatoris remiſſo judicio miſereri poteſt; qui ubique diviſionis expers exſiſtit, & in Patre manet diſtinctus; qui bonorum auctor, & omnium inſpector & judex eſt; qui in infirmitate fortem vinctum arcte detinet, & in ſtultitia aſtutum ſerpentem armis exuit; qui ex morte vitam educit, & occulta manifeſta facit. Nihil tale de Melchiſedech Apoſtolus, ſed [a] *Videte quantus hic, cui & Abraham* B *decimam protulit*! Num, ſi Deus exſiſteret, Paullus incomprehenſibilem virtutem per quantitatem definiret, neque id ipſum vero per rem ſatis admirandam, ſed per decimas Abraham, quas ſecundum leges ſacerdotes recipiunt? Quando igitur quidquam inter legendum de Melchiſedecho ſcriptum offenderis, illud continuo divi Paulli tibi in mentem revoca: [b] *De quo prædicantur hæc, alterius tribus conſors fuit*; & hoc modo numquam erraveris; *Manifeſtum enim, quod ex tribu Juda ortum duxit Dominus noſter Jeſus Chriſtus*. Ne diſcedas a fide Paulli, & vaticinio enuntiata illi tribue de quo enuntiata ſunt, neque ea quæ per typos prolata ſunt, ipſis typis attribuas. Cujus, ro- C go, Tribus fuit Melchiſedech; quoniam tu illi prædicta adjudicas? Iſtiuſmodi errore ſi univerſim decipi patiaris, & agnum typi gratia mactatum Deum tu cenſueris dicens, Si non erat Deus, quomodo exterminatorem Angelum ſanguis illius arcebat? Quin & æneum ſerpentem facile Deum reputabis ita tecum loquens, & dicens, Si non erat Deus, quomodo ſerpentium morſibus ſauciatos ſanabat? Nos vero illud Apoſtoli reponimus, *De quo dicuntur hæc, alterius tribus conſors fuit*. Quodlibet eorum non per ſe admiranda operabatur, ſed per Chriſtum qui in ipſis repræſentabatur; ita prorſus & Melchiſedech: & ſi exſtitit rex juſtitiæ & rex pacis, non exſtitit tamen natura, ſed interpreta- D tione; de quo enim hæc vere enunciabantur, alterius tribus conſors fuit.

Ἤθελον γὰρ κἀγὼ πύθεσθαι τῶν φρεναπατῶν, τίνος ἕνεκα οἱ προφῆται, ἢ οἱ ἀπόστολοι Θεὸν αὐτὸν εἶναι οὐκ ἐκήρυξαν; εἰ μὲν γὰρ φθόνῳ ἢ φόβῳ ἐφέροντο, οὐκ ἂν τὸν ἐκ Μαρίας ἀφθόνως, καὶ ἀφόβως πᾶσιν ἐφανέρωσαν; εἰ δὲ ἠγνόησαν, ἐκεῖνοι μὲν νήπιοι παρ' ὑμᾶς, ὑμεῖς δὲ παρ' ἐκείνους τελειότεροι, καθότι τὸ ἐκείνους λαθὸν ὑμῖν ἀπεκαλύφθη. ἀλλὰ τί φασιν οἱ δεινοί; μὴ θαυμάσῃς, ὅτι εἰ ἠγνόησαν οἱ ἀπόστολοι τὸ μυστήριον τοῦτο, ὅπου γε καὶ τῷ Παύλῳ δυσερμήνευτον κατεφάνη λέγοντι· περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ δυσερμήνευτος λέγειν. ὢ τῆς ἀλαζονείας. δοκοῦντες εἶναι τῶν ἀποστόλων σοφώτεροι, οὔτε νοοῦσιν ἃ λέγουσιν, οὔτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται· εἰ γὰρ πιστεύουσιν ὅλως, ὅτι πολὺς ὁ περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ λόγος, καὶ δυσερμήνευτος, εἰπάτωσαν, ποίῳ μέρει δυσερμήνευτός ἐστι; πότερον τῷ ἡμετέρῳ, ἢ τῷ ἐκείνων; ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ἑρμηνεύεται Μελχισεδὲκ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ δυσερμήνευτος, καθ' ὃ καὶ ἀπόστολος λέγει· ἐκεῖνοι δὲ λέγουσιν, ὅτι Θεὸς φύσει ἐστίν. εἰ δὲ φύσει Θεὸς, πῶς δυσερμήνευτος; Θεὸς καθολικῶς πιστεύεται ἀνερμήνευτος, οἱ

VII. Quærerem libenter ab hujuſmodi hallucinatis hominibus, quorſum Prophetæ & Apoſtoli non eumdem Deum declararunt? Si quidem invidia aut timore detinebantur, quomodo neque invidia neque timor detinuit eos a prædicando Mariæ filio? Fortaſſe non norant? Scilicet infantes illi præ vobis, vos autem magis cordati? quapropter quod illos latuit, vobis patefactum eſt. Quid ad hæc autem cati homines reſpondere audent? Ne mireris, ſi illi ignorarunt myſterium hoc, quando & Paullo apparuit difficile, quod intelli- E geretur, dum ait: [c] *De quo multus nobis ſermo, & difficilis interpretationis eſt*. O audaciam! Apoſtolis ſibi videntur ſapientiores, [d] *Neque intelligunt quæ dicant, neque de quibus rebus affirment*. Si enim omnino credunt, quod multus eſt de Melchiſedech ſermo & difficilis interpretationis, utrum apud nos, an apud ipſos? Nos dicimus, quod interpretatio Melchiſedech refertur in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum; & ideo multus re vera nobis eſt ſermo de Melchiſedech, iſque difficilis declarationis, quemadmodum & Apoſtolus afferit; ipſi vero dicunt, quod Melchiſedech eſt natura Deus. Si natura, quomodo difficilis interpretationis ſermo eſt? Plane Deus verus creditur abſque interpretatione, typi vero interpreta-

a Heb. VII. 4. b Ibid. ✝✝. 13. 14. c Heb. V. 11. d I. Tim. I. 7.

δὲ τύποι ἑρμηνεύονται· διὰ τοῦτο ἴδωμεν τίνι μαρτυρεῖ ὁ ἅγιος Παῦλος εἰπὼν, περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ δυσερμήνευτος. εἰ ἐκεῖνοις ὡς περὶ Θεοῦ τοῦ Μελχισεδὲκ εἰρηκὼς, ἑρμηνευσάτωσαν τὸν Θεὸν αὐτῶν ὡς νοήσαντες αὐτὸν φύσει Θεόν. εἰ δὲ μή γε, ἡμεῖς ἐν Κυρίῳ κατὰ δύναμιν τὰ τοῦ Μελχισεδὲκ ὡς τυπικὰ ἑρμηνεύσομεν, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τοῦ ἁγίου Παύλου, καὶ παυσάσθωσαν βλασφημοῦντες· πρῶτον μὲν γὰρ (h) Ἱερουσαλὴμ Ἰεβοὺς ἐκαλεῖτο· ὅθεν γινώσκομεν, ὅτι ἐκ τῶν καθαιρεθέντων ἑπτὰ ἐθνῶν ἦν ὁ Μελχισεδὲκ, Ἰεβουσαῖος γὰρ ἐτύγχανεν· ὕστερον δὲ μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τὰ ἔθνη, καὶ ἀποικίσαι τὸν λαὸν, ἀπεκλήρωσεν αὐτὴν ὁ Θεὸς τοῖς ἱερεῦσι, τοῦ ἐκεῖνου ἀναφέρεσθαι τὰς θυσίας ἐκ παντὸς τόπου τῶν Ἰουδαίων· ὅθεν καὶ μετὰ τὸ καταπαῦσαι ἀπὸ τῶν πολεμίων μετωνόμασε τὴν πόλιν Σαλὴμ, ὅ ἐστιν εἰρήνη. Ἱερουσαλὴμ δὲ ἑρμηνεύεται, ὅρασις εἰρήνης· τούτου χάριν ὁ Μελχισεδὲκ παρὰ τῷ Παύλῳ καὶ τῇ γραφῇ βασιλεὺς εἰρήνης ἑρμηνεύεται, ἐν αὐτῇ γὰρ ἐβασίλευε πρότερον, ὡς εἴ τις εἴπῃ Βασιλεὺς Σέλγης· Σέλγη δὲ ἑρμηνεύεται ἁγνεία. οὐκ οὖν εἰκότως ὁ ἡγούμενος Σέλγης κατὰ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα, ἡγούμενος ἁγνείας ἑρμηνεύεται; οὐ φύσει μέντοι ἁγνείας ἐστὶν ἡγούμενος, ἀλλὰ καθ᾽ ἑρμηνείαν ὀνομασίας. Χριστὸς δέ ἐστι φύσει ἁγνείας ἡγούμενος. ἆρα νοοῦσιν, ὅτι καὶ ὁ Μελχισεδὲκ καθ᾽ ἑρμηνείαν ὀνομαστικὴν βασιλεὺς εἰρήνης λέγεται; εἰ μὲν Ἱερουσαλὴμ αὕτη ἐστὶν ἐπουράνιος, ἔνθα ἐβασίλευσεν, ἤτω καὶ ὁ ἡγούμενος αὐτῆς φύσει βασιλεὺς εἰρήνης. εἰ δὲ αὕτη τύπος ἦν τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ, φανερὸν, ὅτι καὶ οὗτος τυπικῶς ὠνόμασται βασιλεὺς εἰρήνης, διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τῆς πόλεως· τὸ δὲ Βασιλεὺς δικαιοσύνης, τοῦ οἰκείου ὀνόματός ἐστιν ἑρμηνεία, τουτέστι Μελχισεδὲκ γλώσσῃ τῇ Χαναανίτιδι, καθὼς παρὰ τῶν ἐπισταμένων ἐμάθομεν, ὡς ἄν τις εἴποι Ἀμβρόσιος, τουτέστιν ἀθάνατος. τί οὖν; ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων Ἀμβρόσιοι ὀνομάζονται, παρὰ τοῦτο φύσει καὶ ἀθάνατοί εἰσι κατὰ τὴν ἐπωνυμίαν; οὐ πάντως. πόσοι Εὐγένιοι λέγονται δοῦλοι ὑπάρχοντες; πόσοι Ἀθανάσιοι λέγονται ὄντες θνητοί; πόσοι Πολυχρόνιοι, καὶ γένονται ὀλιγοχρόνιοι; πόσοι δημοκράται, καὶ οὐδενὸς ἐκράτησαν; καὶ εὑρέθησαν οἱ χρηματισμοὶ ἀκατάλληλοι τοῖς πράγμασιν.


A tione indigent. Quamobrem videamus cui testimonium reddit divus Paullus dicens: *De quo nobis multus sermo, & difficilis interpretationis est.* Si quidem illis de Melchisedech tamquam de Deo loquutus fuit, interpretentur suum ipsorum Deum, illum natura Deum existimantes; sin minus, nos in Domino pro modulo nostro de Melchisedech prolata, tamquam per typum prolata interpretabimur secundum enarrationem divi Paulli; & desinant tandem contradicere. Hierusalem quondam Jebus vocabatur; unde arguimus, quod Melchisedech ex septem nationibus exterminatis fuerit, Jebusæus enim erat: postea quam vero expulsæ fuere gentes, & commigravit illinc populus, distribuit B eam Deus sacerdotibus, ut illic victimæ offerentur ex omni loco Judæorum: unde postea quam cessatio bellorum fuit, nuncupavit urbem Salem, quod est Pax. Hierusalem vero explicatur Pacis visio. Ideo Melchisedech apud divum Paullum & in divina scriptura Rex Pacis interpretatur, quandoquidem ipse antea regnabat in ea; ut si quis dixerit Rex Selge. Selge porro interpretatur castitas; nonne qui Selge dominatur, secundum nomen urbis Castitatis Dux interpretatur? non natura quidem Castitatis Dux, at interpretatione: natura vero Christus, Dux Castitatis. Num tandem intelligunt, quod & Melchisedech secundum nominis interpretationem Rex Pacis dicitur? Si Hierusalem C ista est urbs cælestis, & istic regnavit; profecto in ipsa regnans Rex Pacis natura fuerit: si vero ista typus fuit supernæ Jerusalem, planum est, quod iste per typum nuncupatus fuit Rex Pacis propter significationem nominis urbis. Rex vero Justitiæ proprii nominis interpretatio est, hoc est Melchisedech Chananæorum lingua, quod ex doctis didicimus, ut si quis dixerit Ambrosius, hoc est Immortalis. Quid igitur? quoniam multi homines Ambrosii nominantur, propterea ne iidem immortales sunt juxta nominis significationem? Nequaquam. Quot appellantur Eugenii servitutem servientes? Quot mortalium Athanasii nuncupantur? Quot Polychronii exigua vitæ usura fruentes? Quot D Democrati neminem habentes subditum? ita & vaticinia inveniuntur, quæ nomine tenus eventura significent, licet res ipsas nominum minime præstent.

Ἐπειδὴ οὖν τὰς ὀνομασίας ἑρμηνεύσαμεν κατὰ δύναμιν, φέρε ὡς οἷόν τε, καὶ τὰ πράγματα πάλιν. ὥσπερ Ἀβραὰμ μετὰ τῶν οἰκείων οἰκογενῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ὁπλισάμενος, ἐπὶ τοῦ Μελχισεδὲκ τοὺς ἀλλοφύλους ἐτροπώσατο, οὕτως ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ οἱ ὄντως οἰκογενεῖς αὐτοῦ τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ πατριάρχαι ἐν τῇ (i) Νικαιέων πόλει ἀποστολικῶς ὁπλισάμενοι ἐτροπώσαντο τὰς αἱρέσεις. ἴδε ἑρμηνείαν προσφυῆ. τότε ὁ Μελχισεδὲκ ἐξήνεγκεν ἄρτον, καὶ οἶνον εἰς (k) ἀνάπαυσιν τοῖς ἀναστρέφουσιν ἀπὸ τοῦ πολέμου. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ὁ μέγας ἀρχιερεὺς τοῖς ἐκ τοῦ νοεροῦ πολέμου πρὸς αὐτὸν ἀναστρέφουσι δίδωσιν ἄρτον, καὶ οἶνον ἡγιασμένον, λέγων· λάβετε, φάγετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. καὶ πάλιν δίδωσι δεκάτας Ἀβραὰμ ἀπὸ τῶν ἀκροθινίων τῷ ἱερεῖ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἐφάμιλλοι τῆς ἐκείνου πίστεως προσφέρουσι τῷ Χριστῷ τὰ ἀκροθίνια· αἱ γὰρ πέντε αἰσθήσεις διττῶς (l) ἀνατεθεῖσαι αὐτῷ, νοερῶς λέγω καὶ ἰδικῶς, δεκάται τινές εἰσι τῶν μορίων τῆς φύσεως ἡμῶν, τῆς ποτε αἰχμαλωτευθείσης ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων κατὰ τὴν προειρημένην ἱστορίαν. ἆρα διὰ τῶν εἰρημένων ἐνόησας πῶς πολύς ἐστιν ὁ λόγος, καὶ δυσερμήνευτος, κα-

VIII. Quoniam igitur nominum interpretati significationem sumus pro modulo, age rursus, & res ut possumus interpretemur. Quemadmodum Abraham cum manu trecentorum decem & octo vernarum suorum armatus præsto fuit Melchisedech, & alienigenas in fugam vertit; ita pro Christo trecenti decem & octo patriarchæ vere ipsius domestici & gentiles apostolicis armis instructi, in urbe Nicæa hæreses effugarunt. Vide aptam interpretationem. Tunc Melchisedech panem & vi- E num protulit redeuntibus ex bello in solamen & refectionem; ita & Christus Pontifex magnus ob id ipsum revertentibus ex spirituali bello sanctificatum panem & vinum præbet dicens: [a] *Accipite, & comedite ex eo omnes.* Et rursus dedit Abraham decimas exuviarum sacerdoti Dei; ita & illius fidei æmuli decimas offerunt Christo: quinque etenim sensus dupliciter dicati, nempe spiritaliter & proprie, decimæ quædam sunt delibatæ ex universa natura nostra ab alienigenis in captivitatem tracta secundum prædictam historiam. Num per istiusmodi exposita animadvertis, quomodo multus est sermo, & difficilis interpretatio-

a Matth. xxvi. 26

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN CHR.
390.



θῶς προείρηκεν ὁ ἅγιος Παῦλος ἀπόστολος; μὴ οὖν τοὺς τύπους λέγε ἀλήθειαν, μηδὲ ἀκούσας ἀπάτορα, καὶ ἀμήτορα διὰ τὸ ἀγενεαλόγητον, λογίζου διὰ τοῦτο υἱὸν Θεοῦ φύσει. ἢ οὐκ ἂν ἔγνως ὅσα διηγεῖται ἡ θεία γραφὴ ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἱστορίᾳ περὶ τῶν τύπων, περὶ τοῦ Λὼτ τοῦ ἀδελφιδοῦ Ἀβραάμ, περὶ τῶνδε βασιλέων, τὰ ὀνόματα, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἅμα, καὶ τῶν τόπων, καὶ τὸν Μελχισεδὲκ, καὶ τὴν πόλιν Σαλὴμ φανερῶς δηλώσασα; οὐδὲν δὲ τούτων περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Κυρίου αὐτολύτως ἑρμηνεύεται. εἰ γὰρ φύσις τὰ ὀνόματά εἰσιν, οὐκέτι ἑρμηνεία· εἰ δὲ ἑρμηνεία, οὐκέτι φύσις· πῶς οὖν πολὺς ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος; ἀλλὰ γνῶθι τὸ γεγραμμένον, ὅτι ταῦτα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις· γέγραπται δὲ εἰς νουθεσίαν ἡμετέραν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε.

nis, quemadmodum dixit divus Paullus Apostolus? Ne igitur typos veritatem appelles, neque audiens Melchisedech sine patre & sine matre, quod genealogia ejus descripta non exstet, velis eum existimare filium Dei naturalem. An non in Melchisedech historia recognoscis, quæ divina scriptura loquitur de typis, de Lot Abrami nepote & de regibus, nomina hominum & locorum, Melchisedech nimirum & urbem Salem aperte declarans? Nihil horum per se incarnationem Domini præ se fert: si enim naturam præ se ferunt nomina, non amplius interpretatio; si autem interpretationem, non amplius natura: & quomodo multus foret hujusmodi sermo & difficilis interpretationis? Verum reputa quod scriptum est, quod videlicet [a] *hæc illis typi caussa contigerunt; scripta autem fuerunt ad institutionem nostram, in quos fines sæculorum reciderunt.*

Καὶ τοῦτο δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι πύθεσθαι παρ' αὐτῶν· πῶς ὁ Θεὸς λόγος μὴ ἔχων τότε σάρκα ἱεράτευσεν; ὑπὲρ τίνος δὲ καὶ ἱεράτευσεν; εἰ ὑπὲρ τοῦ κόσμου λέγεις, καὶ ποῦ ἐστι τὸ θῦμα; χωρὶς γὰρ αἱματοχυσίας ἤκουσας, ὅτι οὐ γίνεται ἄφεσις. τίνες δέ εἰσι καὶ οἱ τῆς ἱερωσύνης κήρυκές τε, καὶ μάρτυρες; εἰ δὲ λέγουσιν, ὅτι αὐτὸς μέν ἐστι, τύπος δὲ ἐγένετο τῶν μελλόντων· οὐκοῦν ὁ ἄσαρκος τοῦ σαρκωθησομένου τύπος εὑρίσκεται; μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἑαυτοῦ τύπος ἐγένετο; ὅπου δὲ αὐτὸς πάρεστιν οὐ λέγεται τύπος, ἀλλ' ἀλήθεια. εἰ δὲ τότε ἀλήθεια, ἐπὶ τῆς σαρκώσεως τί ἐροῦμεν; πῶς δὲ ἡ γραφὴ λέγει, ὅτι ἑτέραις γενεαῖς τὸ μυστήριον τοῦτο οὐκ ἐγνωρίσθη, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, καὶ προφήταις; τότε δὲ οὔτε προφῆται ἐβόησαν περὶ τούτου, οὔτε ἀπόστολοι. ἀλλὰ τί πάλιν λέγουσιν; εἰ μὴ ἦν Θεός, πῶς ἦν ἱερεὺς πρὸ νόμου; ἡμεῖς δὲ πρὸς αὐτούς· ἱερωσύνη λέγεται διὰ τὸ θύειν τῷ Θεῷ θυσίας ἄνθρωπον ἔνσαρκον, χωρὶς δὲ σαρκὸς ἱερεὺς οὐκ ὀνομάζεται. ὥσπερ οὖν ἔθυσε τῷ Θεῷ Ἄβελ πρὸ νόμου, καὶ διὰ τοῦτο ἀποδέδεικται ἱερεύς, καὶ ὥσπερ ἔθυσεν αὐτῷ Ἰακώβ, καὶ ἀποδέδεικται ἱερεύς, ὡς οὗτοι πάντες ἔθυσαν πρὸ τοῦ νόμου, οὕτω καὶ ὁ Μελχισεδὲκ πρὸ τοῦ νόμου ἦν ἱερεύς. ἀλλά φασι· τούτους ἱερεῖς οὐκ εἶπεν ἡ θεία γραφή. ἡ μὲν θεία γραφὴ οὐ περιττολογεῖ, καθὼς παραζητεῖτε ὑμεῖς, εἰ δὲ ὅλως ζητεῖτε τὴν διαφορὰν τοῦ πράγματος, ὁ Μελχισεδὲκ οὐκ (m) ἔθυσεν, ἀλλὰ μόνον ὠνομάσθη. βεβαιότεροι ἄν εἰσιν οὗτοι θύσαντες, ἢ γὰρ ἐκεῖνος ὀνομασθεὶς, ἐπειδὴ τὸ θύειν ἱερωσύνης ἐστὶ μᾶλλον, ἢ γὰρ τὸ χρηματίζειν· τὴν τοιαύτην μὲν διαφορὰν τῇ ἐκείνων ἀκαιρολογίᾳ παρεθήκαμεν· ὑμεῖς δὲ ἐν Κυρίῳ κἀκεῖνον κἀκείνους ὁμοίως ἱερεῖς ἔχομεν τοῦ Θεοῦ.

IX. Illud præterea ab ipsis requirendum est, quomodo Deus Verbum non adhuc carne indutus sacerdotium gessit? Si pro mundo ais, quæro ubi adest victima? Audisti enim, quod [b] *sine sanguinis effusione non fit remissio*. Quinam porro adsunt sacrificii præcones & testes? Si dicant, quod ipsemet est victima, & est etiam typus futurorum; num igitur qui sine carne est, typus exsistit ejus qui carnem induturus erat, immo ipse suimet ipsius typus exstitit? Sed ubi quis ipsemet adest, non dicitur typus, sed veritas. Si autem tunc veritas affuit, quid dicemus de incarnatione? Quomodo autem dicit scriptura [c], *quod mysterium hoc non cognitum fuit aliis generationibus, quod nunc revelatum est Apostolis & Prophetis:* tunc autem neque Prophetæ neque Apostoli prædicaverunt? Ajunt vero rursus, quomodo erat sacerdos ante legem, si non erat Deus? Nos autem contra ad illos: Sacerdotium dicitur quod homo carnem gestans Deo sacrificia offerat: qui carnis expers fuerit, non dicitur sacerdos. Quemadmodum sacrificavit Deo Abel ante legem, sicque apparuit sacerdos; & quemadmodum ipsi sacrificavit & Jacob, & sic apparuit sacerdos; quemadmodum hi omnes ante legem sacrificaverunt, eodem modo & Melchisedech ante legem sacerdos exstitit. Nusquam vero, inquiunt, hos sacerdotes esse divina scriptura pronuntiat. Verum divina scriptura non adeo multis verbis eloquitur, ut vos morose requiritis. Si autem quæritis hujusce rei discrimen; Melchisedech non sacrificavit, sed tantummodo nuncupatus sacerdos fuit. Hi igitur, qui sacrificaverunt, longe verius sacerdotes exstiterunt quam ille, qui nomine tenus nuncupatus sacerdos fuit; quandoquidem sacerdotii magis est sacrificare quam vaticinium edere. Hoc autem discrimen reddidimus ad illorum importunitatem; nos vero in Domino illum æque atque illos sacerdotem Dei reputamus.

Θαυμάζω δὲ, πῶς οὐκ ἤκουσαν τοῦ μακαρίου Πέτρου σαφῶς περὶ αὐτῶν βοῶντος, καὶ λέγοντος, ὅτι ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας· προσφυῶς δὲ εἴρηκε τὸ παρεισάξουσι. καιροσκοποῦσι γὰρ ὄντως, καὶ καθ' ὃ ἂν εὕρωσι τοὺς παρατυγχάνοντας, κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ τὰς ἀποκρίσεις ποιοῦνται. ποτὲ μὲν γὰρ αὐτὸν λέγουσιν φανερῶς Θεόν, ποτὲ δὲ πανούργως ὁμολογοῦσιν, ὅτι ἡμεῖς αὐτὸν ἱερέα τοῦ Θεοῦ ὀνομάζομεν, καθὼς καὶ ἡ θεία γραφή. εἰ ὅλως τῇ θείᾳ γραφῇ πιστεύουσιν, εἴπωσι πάντα κατὰ τὴν γραφήν. πρῶτον ἡ γραφὴ Θεὸν αὐτὸν οὐ λέγει, μήτε ἐκεῖνοι λεγέτωσαν· ὁμολογείτωσαν δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι

X. Miror interim, quomodo non advertant beatum Petrum perspicue de ipsis clamare & dicere, quod [d] *exsistent doctores mendaces, qui sectas perditionis introducent.* Vere dixit *introducent:* nam isti anxie observant occasiones seducendi, & quatenus affectos ad eam sententiam comperiunt, cum illis congredientes eatenus & responsa effingunt: aliquando ipsum aperte Deum asserunt, aliquando callide fatentur, quod nos ipsum sacerdotem nuncupamus, quemadmodum dicit divina scriptura. Si omnino divinæ scripturæ credunt, omnia secundum divinam scripturam pronuntient. Primum quidem divina scriptura Deum ipsum non dicit; neque illi

[a] I. Cor. X. 11. [b] Heb. IX. 22. [c] Ephes. III. 5. [d] II. Pet. II. 1.

ἀφωμοιωμένος ἐστὶ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ, οὐ φύσει υἱὸς, A καὶ ὅτι ἑρμηνευόμενός ἐστι βασιλεὺς δικαιοσύνης, οὐ φύσει, καὶ ὅτι ἐφ' ὃν λέγεται ταῦτα φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκε· καὶ μὴ περικοπὴν ἀμφιρρεπῆ ἐκλέγωσιν, ὡς καὶ πείθειν ὑποκρίσει τοὺς πολλοὺς, καὶ παγιδεύειν τοὺς νηπιωτέρους. ἡμεῖς μὲν οὖν ἐντολὴν τοιαύτην κατὰ τάξιν λαβόντες παρὰ Κυρίου, τοὺς δι' ἄγνοιαν πλανωμένους πείθειν (π) ἀναγκαζόμεθα· ἐκεῖνοι δὲ, ὅταν ἴδωσι τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἡττημένους μετανοῆσαι θέλοντας, εὐληπτοτέραις αὐτοὺς πιθανολογίαις ἐπικρατοῦσιν, οὕτως ἀεὶ λέγοντες· εἰ καὶ οὐκ ἔστι φύσει Θεὸς ὁ Μελχισεδὲκ, οὐδὲν ἡμαρτήσαμεν ἄνθρωπον θεοποιήσαντες· γέγραπται γάρ· ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες· οὐκ εἰδότες, ὅτι ἡ τοιαύτη διχόνοια ἀβέ- B βαιον τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἀποδείκνυσι σαφῶς, ἂν οὕτως τὸν Κύριον πάντων ἀνθρώπων ἴσον ἡγήσονται, καὶ οὐκέτι ὡς ἔστι, σωτῆρα, καὶ Θεὸν, καὶ δεσπότην, καὶ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα παρασκευάζει. ἐπειδὴ οὖν ὄφεως δίκην ἀντειλισσόμενοι σφίγγουσι τοὺς ἀποδρᾶν αὐτῶν βουλομένους· ἀνάγκη καὶ ἡμᾶς ἐντολὴν ἔχοντας τὸ γίνεσθε φρόνιμοι ὡσεὶ ὄφεις, μιμήσασθαι τὴν ἐκείνων κακουργίαν, καὶ τοῖς ἀγκιστρόφοις νοήμασι ἐκλύειν αὐτῶν τὰς τοιαύτας περιειλίγγας λέγοντες, ὅτι κἂν ἔστι Θεὸς ὁ Μελχισεδὲκ, οὐδὲν ἁμαρτήσαμεν ἐν τούτῳ ἄνθρωπον αὐτὸν ἔχοντες, καὶ ὀνομάζοντες· γέγραπται γὰρ, ὅτι οὐκ ἔστιν ὄνομα ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι πάντας ἡμᾶς, ἀλ- C λὰ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου· ἀκουέτωσαν τοῦ ἀποστόλου παραγγέλλοντος, μηδὲ τοῦ εὐαγγελίου δευτεροκήρυκας παραδέχεσθαι. εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος, φησιν, ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃ οὐκ ἐκηρύξαμεν, ἢ πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ὃ οὐκ ἐλάβετε, ἢ εὐαγγέλιον ἕτερον, ὃ οὐκ ἐδέξασθε, καλῶς ἀνείχεσθε. εἰ οὖν οὗτος τὰ τοῦ εὐαγγελίου σφραγίζει, τί πείσονται λοιπὸν οἱ τὰς αἱρέσεις παρεισάγοντες, ἢ οἱ πιστεύοντες αὐτοῖς; ἀλλὰ τί φασι πρὸς ἡμᾶς; πῶς οὐ πάντες διδάσκουσιν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καθάπερ καὶ σὺ ὧδε σήμερον; γνώτωσαν δὲ, ὅτι πάντες οἱ διδάσκοντες τὰ τῶν ἀποστόλων ὡς βέβαια βεβαιοῦσιν, οὐδεὶς δέπω καινοτομεῖ ὡς D μηδέπω κεκηρυγμένα, εἰ δὲ καὶ ποτέ τις πλανηθεὶς ἀκουσίως φωραθῇ, πάντως ἢ ἐπιτιμηθεὶς ἐπιστρέφει, ἢ τὸ ψεῦδος αἱρετισάμενος μετὰ τῶν ἔξω λογισθήσεται, ὅπερ εἰκὸς καὶ ἐν τούτοις παθεῖν. καὶ ἐν τούτῳ δέ ἐστι δοκιμάσαι τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν, ὡς πάσης αἱρέσεως πονηρότεροι τυγχάνουσιν. ἀφορισθέντες γὰρ ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων καὶ ἀναθεματισθέντες, ὅπου ἀγνοοῦνται καὶ κοινωνοῦσι λάθρα, καὶ συνάγονται, τουτέστιν ὃ προειρήκαμεν, ὅτι καὶ τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν οἰκονομίαν ἀτιμάζουσιν. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλ' εἰ καί ποτε διὰ τῆς ἐπιπλάστου εὐλαβείας αὐτῶν δυνηθῶσι παρ' ἐπισκόποις, ἢ περιοδευταῖς (ο) δεχθῆναι, εὐθὺς τοὺς ὄντως πιστοὺς, καὶ ὀρθοδόξους διαβάλλου- E σι λαθραίως ὡς κακόφρονας, καὶ μισεῖσθαι, ἢ διώκεσθαι παρασκευάζουσιν. ἀλλ' ὁ ἐπιστάμενος τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων περιτρέπει ἑαυτῶν τὴν πανουργίαν καὶ φανεροποιήσας αὐτοὺς εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσαντο, παραχωρεῖ ἐμπεσεῖν κατὰ τὸ γεγραμμένον.


A dicant; confiteantur etiam illud, quod [a] *assimilatus est filio Dei*, non vero natura filius Dei est; & quod [b] *interpretatione*, non natura, est *rex justitiæ*; & quod, [c] *de quo hæc enuntiantur, alterius tribus consors fuit*: neque ambigue loquentem textum excerpant, ut subdola recitatione vulgus persuadeant, & simplicibus laqueum tendant. Nos quidem præcipuo Domini præcepto merito cogimur abductos per fraudem in errorem, veritate proposita revocare. Illi vero, si quos persentiant veritate agnita erroris per ignorantiam suscepti pertæsos, probabilibus in speciem & facile fucum facientibus argumentis, captant continuo vociferantes: quin etsi natura Melchisedech Deus non exsistat, B minime peccamus hominem licet, Deum reputantes; scriptum est enim: [d] *Ego dixi dii estis, & filii Excelsi omnes*: neque advertunt, quod isthæc persuasio dupliciter concepta falsam eorum fidem evincit. Nam hoc modo Dominum æqualem omnibus hominibus existimant, non etiam ut vere est, Salvatorem, Deum ac Dominum, & ad creaturam loco creatoris adorandam nos adducunt. Quoniam igitur serpentium more se se revolventes, retinent eos qui volunt ab ipsis aufugere, necesse est nos quoque ex illo præcepto: [e] *Estote prudentes sicut serpentes*, ut imitemur illorum vafritiem, & versatilibus sententiis istas illorum circumvolutiones resolvamus, & dicamus, quod, etiamsi Deus C exsistat Melchisedech, nihil peccamus hominem ipsum habentes, & nuncupantes. Scriptum est autem [f], quod *non est aliud nomen, in quo oporteat nos salvos fieri*, præter Dominum nostrum Jesum Christum [g], *qui est plenitudo ejus, qui omnia ubique replet*. Audiant Apostolum commonefacientem, ut neque Evangelii alterius prædicatores recipiamus: [h] *nam si is qui venit*, ait, *alium Christum prædicat quem non prædicavimus, aut alium Spiritum accipitis quem non accepistis, aut aliud Evangelium quod non recepistis, recte patereminis*. Si igitur hic obsignat Evangelii prædicationem, quid patientur deinde qui hæreses introducunt, aut qui credunt ipsis? At quid illi adversus D nos dicunt? Quomodo igitur non omnes docent in ecclesiis, quemadmodum & tu heic hodie doces? Sciant porro quod omnes, qui docent, tradita ab Apostolis tamquam certo tradita certo affirmant, nullusque ita nova venditat commenta tamquam numquam tradita. Quod si quis per imprudentiam deceptus deprehensus fuerit, omnino commonitus aut errorem corrigit aut illum voluntate retinens, cum iis qui foris sunt computabitur; quod æquum est etiam in istis fieri. In eo autem suam illi insipientiam ostendunt, in quo ceterorum hæreticorum nequiores sunt. Ejecti enim a sanctis episcopis, & communione pulsi, ubi minus noti sint, furtim communicant, & sacris intersunt. Hoc ni- E mirum est, quod in principio dixeramus, quod Christi mysterium & œconomiam parvi pendunt. Neque hoc tantummodo, sed & si quando ab episcopis aut visitatoribus simulatione pietatis impetrent ut recipiantur, continuo fideles & orthodoxos tamquam male sentientes clam exagitant, & odiis & vexationibus insectari conantur. Sed qui hominum cogitationes perspicit, dolosa eorum consilia disturbat, & manifestos reddens ipsos in foveam quam fecerunt, ruere permittit, ut scriptum est [i].

Ὅμως ἀφέντες αὐτῶν τὰς λαθραίας τοῦ κακοῦ συνεισφορὰς, τοῦ προκειμένου γενώμεθα, πλείους αὐτῶν

XI. Sed furtivos eorum inferendi exitii conatus mittamus, & propositum urgentes pergamos

a Heb. VII. 3. b Ibid. ℣. 2. c Ibid. ℣. 13. d Psalm. LXXXI. 6. e Matth. X. 16. f Act. IV. 12.
g Ephes. I. 23. h II. Cor. XI. 4. i Psalm. VII. 16.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



διελέγξαντες τὴν κακοπιστίαν. τὸ γὰρ ὄνομα ἐκεῖνο προφῆται οὐ προεκήρυξαν, ἀπόστολοι οὐκ ἐδίδαξαν, μάρτυρες οὐχ ὡμολόγησαν, οὐδεὶς τῶν πατριαρχῶν, ὡς Θεὸν αὐτὸν ἐφανέρωσεν, οὐδεὶς τῶν ἁγίων πατέρων συνέγραψε. διὸ ἀνάνηψον (p) ὦ ἄνθρωπε καὶ γνῶθι, ὅτι σε ὁ διάβολος περισσῶς φρονεῖν ἐποίησεν, ἵνα τὴν ὑπερηφανίαν ἐκείνου θελήματι νοσήσας, λοιπὸν καὶ τῷ πτώματι αὐτοῦ συγκαταπέσῃς. πῶς γὰρ οὐ θελήματι; ὅτι τοσοῦτον ἔχων νέφος μαρτύρων εἰς βεβαίωσιν τῆς ἀληθοῦς πίστεως ᾑρετήσω, καὶ ὡμολόγησας ὃ οὐδεὶς αὐτῶν ὡμολόγησεν. εἰ γὰρ χωρὶς ἐκείνης τῆς γνώσεως, καὶ τῆς ὁμολογίας ἐκεῖνοι πάντες ἐσώθησαν, σώθητι καὶ σὺ κατὰ μίμησιν ἐκείνων, καὶ εἰπὲ κατὰ τὸν ἅγιον Παῦλον, ὅτι οὐδὲν ἕτερον (q) ἔκρινα εἰδέναι, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. εἰ δὲ ἐκτὸς τοιαύτης ὁμολογίας ἑαυτῷ λογίζῃ μὴ δύνασθαι σωθῆναι, δῆλον, ὅτι καὶ πάντας τοὺς ἁγίους ὡς μὴ σωθέντας ἔχεις παρὰ σεαυτῷ, εἰ καὶ στόματι μὴ λέγεις ἀνθρώπους ὑποκρινόμενος, ἀλλ᾽ ὅμως μεῖζον τῆς σῆς φωνῆς βοᾷ ἡ ἀκολουθία τοῦ πράγματος. βλέποις πόσαις βλασφημίαις, καὶ πόσοις κακοῖς περιπέπτωκας διὰ τὴν τοιαύτην σου κακοπιστίαν, μᾶλλον δὲ παντελῆ ἀπιστίαν; τὸ δὲ πῶς, μάθε. σημεῖα Μελχισεδὲκ οὐκ ἐποίησεν, ἐντολὰς οὐκ ἔθετο, ἀπειλὰς οὐχ ὡρίσατο, ὑπὲρ ἡμῶν οὐκ ἀπέθανεν, πνεύματος ἁγίου μετοχὴν οὐκ ἐδωρήσατο. ἀγνοῶ λοιπὸν τίνα τῆς εἰς ἐκεῖνον πίστεως ἐχέγγυον ἔχεις πληροφορίαν. εἰ δὲ λέγεις ταῦτα πάντα σαρκωθεὶς παρέσχεν ἡμῖν, πλέον ἑαυτὸν ὑπόδικον τῆς κακοπιστίας ἐλέγχεις. ἐν οἷς γὰρ ἡμῖν ἑαυτὸν διὰ ῥημάτων, καὶ πραγμάτων ἐφανέρωσεν ὁ Κύριος, ἐν τούτοις καὶ πιστεύειν ἐνετείλατο· εἶπε γὰρ ἡ γραφὴ, ὅτι ὤφθη τῷ Ἀβραὰμ ἐν φωνῇ ἐντελλόμενος αὐτῷ ἐντολὰς, καὶ προλέγων τὰ ἐσόμενα, καὶ ἐπαγγελλόμενος εὐεργεσίας ἐν γῇ Χαλδαίων, καὶ πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, καὶ ἐν ἑτέροις δὲ πλείστοις λόγοις, καὶ πράγμασιν, οὐδαμῶς δὲ ἀδήλως οὔτε Μελχισεδὲκ, οὔτε διὰ Μελχισεδὲκ ἡ γραφὴ δεδήλωκε. τούτου χάριν ἀνυπόστατός σου ἡ πίστις, ἄδηλον τὸ φρόνημα, ματαία ἡ τοιαύτη θεογνωσία. διὰ τοῦτο τῆς ὀρθοδόξου πίστεως διὰ πολλῶν μαρτύρων φανερωθείσης ὅσοι ἂν βλέπωσιν ἑτέρωθι, καὶ εὐλόγως, καὶ ἀλόγως τὸν Μελχισεδὲκ ὀνομάζουσιν, ἢ φύσει υἱὸν Θεοῦ, φανερῶς ἰουδαΐζουσι· διότι Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἐκ Μαρίας γεννηθεὶς αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ οὐδὲν αὐτῷ λείπει, ἵνα πάλιν ζητήσωμεν ἀλλαχοῦ τὸ πλήρωμα, ἐν αὐτῷ γὰρ εὐδόκησε κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, καὶ ἐσμὲν ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι πάντες οἱ πιστεύοντες τοῖς λόγοις αὐτοῦ ὡς υἱοῦ Θεοῦ, εὐδοκίᾳ, καὶ δυνάμει, καὶ χάριτι τοῦ Θεοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, καὶ ἡ βασιλεία, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A omnino perversam eorum fidem evincere. Nomen illud non prophetæ antea enuntiarunt, non docuerunt Apostoli, non confessi martyres sunt; nemo patriarcharum ut Deum ipsum declaravit, nemo patrum conscripsit. Quamobrem heus tu resipisce, & cognosce, quod diabolus te ad sentiendum supra modum impulit, ut superbiæ æque ac ille morbo voluntate propria contracto, consimili deinde cum illo ruina collabaris. Quomodo enim non voluntate, quando [a] tantam testium nubem in conspectu habens qui veram fidem confirment, elegisti nihilominus, & confessus es, quod ipsorum nemo confessus fuit? Si igitur illi extra hanc fidem & confessionem positi salutem adepti sunt; & tu ad B illorum exemplum salvus esse satage, & dic secundum divum Paullum, quod [b] *nihil aliud judicavi scire nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum.* Quod si extra hanc confessionem positos ipse tecum reputes salutem assequi non posse, jam & illud statuis apud te, sanctos omnes salutem minime assequutos. Licet vero id homines veritus verbo non proferas; quod tamen re ipsa consequitur id ipsum proclamat majori strepitu quam vox tua ederet. Vides in quæ blasphemiarum & absurdorum monstra impegeris propter istam tuam perversam fidem? Perversam autem? immo nullam satius dixerim. Cognosce si lubet. Melchisedech signa non fecit, præcepta non protulit, minas non edixit, C pro nobis non mortuus est, neque Spiritus sancti illapsu nos donavit. Quapropter nescio quid idoneum habeas prædem ostendere fidei in illum tuæ. Si dices quod omnia hæc carne pro nobis assumta ille præstitit; jam vero etiam atque etiam amplius te insanæ fidei reum prodis. Quibus enim in rebus verbo aut opere se nobis Dominus patefecit, in iis etiam ut fides haberetur præcepit. Dixit enim scriptura, quod apparuit Abrahamo, & quidem in sermone mandans ipsi præcepta, & prædicens futura, & promittens bona in terra Chaldæorum, & ad quercum Mambre, & in aliis plurimis sermonibus & rebus; at profecto numquam neque Melchisedech, neque per Melchise- D dech scriptura demonstravit. Ideo inanis fides tua, & incomperta sententia, & insana omnino isthæc tua Dei cognitio. Itaque cum orthodoxa fides multis testimoniis declarata sit; qui aliorsum respexerint, & sive bene, sive male Melchisedech appellent, sive naturalem filium Dei, aperte se Judæos profitentur, quoniam Jesus Christus ex Maria genitus ipse est Filius Dei viventis, nihilque ipsi deest, quamobrem aliunde quæramus plenitudinem; [c] *in ipso enim dignata est inhabitare plenitudo Deitatis corporaliter; & sumus in ipso omnes repleti*, qui credimus sermonibus ipsius ut filii Dei, beneplacito, virtute & gratia Dei Patris & Filii & sancti Spiritus. Ipsi sit gloria & potestas & imperium nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

a Heb. VII. 1. b I. Cor. II. 2. c Coloss. II. 9. 10.

# A N N O T A T A

## *In Opusculum* IX. de Jejunio.

### (*a*) Περὶ Νηστείας. *De Jejunio.*

JEjunium abstinentia ciborum est, a quibus cum quadrupliciter abstinere possimus, quadruplex inde quoque exsurgit abstinentiæ Christianæ munus. Vel enim capto semel per diem cibo, reliquum diei abstinemus; vel aridis, & simplicibus contenti cibis, abstinemus a pinguioribus & lautioribus; vel capto cibo præscripto tenus, cetero præterea cibo abstinemus; vel demum abstinemus cibi adhuc appetentes, & fame ac siti necdum exsatiata. Cumulatissimæ proinde laudis fuerit, & veluti jejunii fastigium summum quadruplicem hanc abstinentiæ legem, una eademque ubique semper adhibita ratione cum in genere & modo cibi, tum & in tempore sumtionis perpetuam in omni vita retinere. Absolutissimum jejunium hoc omnibus connitentibus in virtutem perfectam proponit, & commendat S. Pater super jejunia cetera; quanta inde adjumenta & præsidia parentur, solide demonstrans, & quæ contra consequantur incommoda, si qua parte remissio fiat; quæ rursus incommoda & pericula in singularibus quibusdam inusitatæ, & admirandæ abstinentiæ rationibus sibi deligendis.

### (*b*) Σταθμῷ τὸν ἄρτον

Hoc est panem ad pondus, aquam ad mensuram sumere, quomodo plane apud priscos patres in usu erat. Abbas Moyses apud Palladium in Lausiaca c. 22. annos sex in cella inclusus nihil præter sicci panis uncias duodecim sumsisse legitur. Antonius adveniente Paullo sibi paximatem unum sex unciarum, tres vero hospiti suo in mensa apposuit, ut refert idem Palladius in vita Paulli Simplicis. Sanctum Hilarionem quadriennium sex unciis panis hordeacei cum modico olere transegisse narrat D. Hieronymus. Dorotheo abbati in Ægypto sex unciæ panis, & olusculorum fasciculus quotidiana refectio erant, teste Sozomeno l. 6. c. 3. Cassianus Collat. l. 2. c. 19. quæ receptissima esset monachorum refectio tradens, ait: *Majores nostri præposuere refectionem solius panis, cujus æquissimum modum in duobus paximatiis statuerunt, quos parvulos panes vix libræ unius pondus habere certissimum est.* Hinc sumta a D. Benedicto exempla quotidiani cibi finiendi pondere & mensura, qui Regulæ cap. 39. *Panis*, inquit, *libra una propensa sufficiat in die, sive refectio una sit, sive prandii & cœnæ.* Quamobrem Theodemanus abbas Cassinensis rogatus a Carolo Magno per litteras, ut eximios sibi in Galliam monachos cum regula transmitteret, pondus quoque panis & calicis mensuram transmisit, ut narrat Leo Hostiensis in Chronic. l. 1. c. 74. Illud tamen σταθμῷ καὶ μέτρῳ reddidi *ad constitutum modulum*, quod ea vox commoda cesserit vertenti, & æque commode traditum a S. Patre præceptum repræsentet, præsertim cum illa usitatior semper exstiterit ratio apud monachos finiendi in quotidiano victu cibi ac potus non adhibita lance ac ponderibus, sed pro externa mole & quantitate oculis ipsis demensa, hoc est plane pro modulo. Panem porro & aquam, fortissimum & commune sui temporis jejunium appellat S. Hieronymus in epist. ad Nepotianum, & a quo maxime absit captandæ gloriæ periculum: *Fortissimum*, inquit, *jejunium est aqua & panis: sed quia gloriam non habet, & omnes pane & aqua vivimus, quasi commune & publicum, jejunium non putatur.*

### (*c*) Πεινῶντας, καὶ διψῶντας ἀναχωρεῖν τοῦ δείπνου. *Fame, ac siti necdum pulsa de mensa surgere.*

De hac laudatissima jejunii parte D. Hieronymus in Epistola ad Furiam: *Parvus cibus, & venter semper esuriens triduanis jejuniis præfertur; & multo melius quotidie parum, quam raro satis. Pluvia illa optima est, quæ sensim descendit in terram; subitus & nimius imber in præceps arva subvertit.*


### (*d*) Οὐχ ἥμαρτεν, *Non peccavit.*

Quomodo, inquis non peccavit Israel desiderans Ægyptias dapes, quando Israelis crimen ubique scriptura desiderii nomine exagitat Exod. 16. Num. 11. & Psal. 77. v. 18. & locum ipsum ultionis a Deo de Israelitis sumtæ concupiscentiæ sepulcrum appellat? Verum hic S. Pater loquitur de desiderio & appetitione mere naturali, qua vel inviti fame, siti, languore, fastidio communis cibi instigante afficimur; quam, ut proxime dixit, citra noxam pati possumus, & possumus cum justitiæ laude continere. Sed plane loquatur etiam de desiderio animi proposito & libera voluntate suscepto, neque tum peccavit Israel præcise & absolute desiderans; moderate inquam, famis, languoris, fastidii unice levandi gratia desiderans; peccavit vero quod aperte fuit ad voluptatem desiderans, quod desiderii impatiens cœperit pœnitere Ægyptiæ emigrationis in terram Chanaan, aspernari cibum divinitus exhibitum, novos cibos per nova prodigia efflagitare, & obtrectatione Deum incessere: hoc est non peccavit Israel simpliciter desiderans, sed importune, anxie, pertinaciter, turbulente, impie desiderans; quæ crimina ideo segregat S. Pater a simplici desiderio, metaphysicorum more, ut proposito Israelitarum exemplo inhærens objectum sibi argumentum confutet, & demonstret, neque appetere, neque moderate vesci quibus appetimus, peccatum esse, at inde consequi tamen.

### (*e*) Τὴν ἀπάθειαν. *Corporis tolerantiam.*

Male per id tempus de hoc *ἀπαθείας* nomine passim audiebant Syriæ monachi, inter quos Jovinianus, Evagrius Ponticus, Palladius & Rufinus suscitatam ab Origene Stoicorum impassibilitatem disseminarant. Non est tamen cur quidquam ejusmodi in D. Marco suspicemur, qui totus est in prædicandis perpetuis carnis assultibus non in hoc modo opusculo, sed & in reliquis ejus scriptis. Quin in libro *de Pœnitentia* in fine sententiam hanc non modo pronuntiat, sed etiam argumentis confirmat. In libro vero *de Baptismo: Comprehensiva autem*, inquit, *omnium mandatorum est abnegatio animæ, quæ est mors; & quemadmodum qui vivit in carne destitutus est hac operationis perfectione, sic ob ante dictum defectum non potest usque ad exitum non esse susceptivus insultantium affectionum.* Quid disertius? Quamobrem fragmentum de temperantia inter ejus opera a Jo. Pico editum cum tanta *ἀπαθείας* doctrina respersum video, & Marcum Marco contrarium repente factum, neque memoratum præterea illud a Photio, tamquam alienum, & intrusum fetum longe a Marco nostro submoveo; a Photio inquam, qui relicta a S. Patre scripta recenset universa; singulorum deinde numerum, argumenta, ordinem explicat, innuitque se non unum aut alterum, sed plura S. Patris operum exemplaria, eaque vario ordine descripta inspexisse. Quin in ipso Codice Jo. Pici fragmentum istud non consueta *S. Marci Ascetæ*, aut *Ejusdem* Epigraphe ornatur, sed *S. Marci* tantummodo. Sed ab omni suspicione S. Marcum certissime vindicat S. Isaacus Syrus archiepiscopus Ninive, qui in quodam sermone apathistarum deliramenta prolata in medium hujus S. Marci Monachi auctoritate diserte explodit; S. Isaacus inquam, non is, quem mutilum maleque suffarcinatum in Bibliotheca Patrum legimus, sed qui in bibliothecis adhuc latet; de quo multa illustrissimus Assemanus in sua *Bibliotheca Orientali*, quem, si Superi dabunt, Greco-latinum edituri aliquando sumus. Vacat itaque heic *ἀπαθείας* vocabulum suspicione: non sonat tamen vacuitatem pravorum affectuum, quomodo sæpe ab Asceticis usurpatur, sed denotare potius videtur hoc loco facultatem quamdam in homine, adeoque visum est interpretari firmitatem, & constantiam in tolerando, & obsistendo appetitionibus carnis; quo sensu non desunt hujus vocabuli *ἀπαθείας* apud probatos scriptores exempla.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
390.



# A N N O T A T A

## *In Opuſculum* X. DE MELCHISEDECH.

### (*f*) Εἰς τὸν Μελχισεδέκ. *De Melchiſedech.*

Quam varie, & immaniter ab altero Chriſti ævo & deinceps aberratum ſit ab inſanis hominibus in explicando Melchiſedechiano vaticinio, qui noſſe cupit, adeat Ludovici Burgheſii hiſt. Crit. Melchiſed. & P. Calmet in Diſſertatione ad Epiſtolam D. Paulli ad Hebræos præpoſitam. S. Marcus hoc in opere inſectatur eos ſolummodo, qui Melchiſedech filium Dei eſſe contendebant, quorum nulla uſpiam apud veteres ante Epiphanium mentio facta exſiſtit in Panar. hær. 55. ubi Damiens quidam ejus commenti auctor perhibetur. Dum porro illos inſectatur S. Pater, tantam contorquet ac vibrat argumentorum vim, ut & cetera Melchiſedechitarum monſtra quotquot eruperunt umquam, aut etiamnum geſtiunt erumpere confodiat. Cum id maxime commendat utilitatem operis, tum ejuſdem præſtantiam & dignitatem ſcriptoris ſanctitas, ſcriptoris antiquitas, raritas etiam: cum enim quamplurimi SS. Patrum cum Melchiſedechitis manum conſeruerint; plurimi etiam ad prœliandum arma procuderint, D. Epiphanius d. hær. 55. D. Hieronymus in Epiſt. ad Evangelum, Theodoretus in Dialogo *Inconfuſus*, & quicumque in Epiſt. D. Paulli ad Hebr. explananda egregiam operam poſuerunt, præclariſſimorum tamen certaminum in ſole & pulvere, ut ajunt, agitatorum hoc nobis unum ſpecimen integrum ex univerſa antiquitate reliquum ſupereſt.

### (*g*) Ὅταν ἀναγινώσκων. *Ubi legeris.*

Hoc palmare, & decretorium ad evertendos Melchiſedechitas argumentum iiſdem pæne verbis monet etiam Suidas in v. Μελχισεδέκ; at non illud effert in perſona Chriſti, ut heic S. Marcus & reliqui patres, at in perſona Melchiſedech: ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ait, παρὰ τῶν Μελχισεδεκιτῶν ὅτι Θεὸς ὀνομάζεται, μνήσθητι τοῦ ἀποστολικοῦ, ὅτι ἑτέρας γενεᾶς ἐστι, τουτέστι Χαναναίων: *quando audieris a Melchiſedechitis, quod Melchiſedech ipſe Deus ſit, fac veniat tibi in mentem dicti illius apoſtolici, quod ex altera gente fuit, hoc eſt Chananæorum.* Hoc argumentum expendiſſe Cunæum oportuerat, qui lib. 3. de Republic. Hebr. tam ſibi accuratus in ſingulis hujus quæſtionis, ut ipſe ait, *hiſtoricæ*, momentis expendendis ſibi videri vult.

### (*h*) Ἱερουσαλήμ. *Hieruſalem.*

Urbem Hieruſalem Jebus quondam vocitatam Joſue non uno in loco memorat 13. v. 62. & 18. v. 28. vocitatam eamdem & Salem docent illa hebraici Pſalterii: *Factum eſt in Salem Tabernaculum ejus*, ita plane reddita a Chaldæo, Aquila, Theodotione, Symmacho, Hieronymo, ceteriſque interpretibus, unos ſi excipias Septuaginta, & qui eos ſequitur, Vulgatæ editionis interpretem, qui reponunt: *Factus eſt in pace locus ejus*. Hac ipſa plane in urbe primo Salem, deinde Jebus, poſtremo rurſus Salem & Hieruſalem dicta regnaſſe Melchiſedechum plerique omnes interpretum & patrum, Joſephus, Irenæus, Hippolytus, Theophilus, & Euſtathius Antiocheni, uterque Euſebius Cæſarienſis, & Emiſſenus, Apollinaris, Procopius tradunt; nimirum ex Moyſe, qui Melchiſedech regem Salem perſpicue appellat Gen. 14. v. 18. Nulla enim alia præter Hieruſalem in ſacris libris urbs Salem occurrit; nam Salim, cujus mentio fit Judith IV. 4. Jeremiæ 48. 5. Joan. 3. 23. nonniſi aut immutatis veterum Hebræorum lectionibus & Chaldæi interpretis, aut poſthabita veterum codicum fide idem ac Salem reputari poteſt. Salem vero Gen. 33. v. 17. Samaritanus & Chaldæus appellativum nomen, non proprium efferunt, quomodo etiam ſtatuit D. Hieronymus in quæſt. Hebraicis, ubi præterea Salem Melchiſedechi eamdem prorſus cum Hieruſalem agnoſcit, ut non ex ſua, ſed ex Sichemitarum ſui temporis ſententia in Epiſt. ad Evagrium, vel ſi mavis Evangelium loquutum fuiſſe argui jure poſſit. Quod eadem in Epiſtola afferebat de ſitu Salem remotiori, quam ut commode Abrahæ revertenti de via in occurſum prodiretur, leve quidem eſt; cum immo Regi Sodomorum, qui aderat una in itinere cum Melchiſedech, etiam longius fuerit procedendum.

### (*i*) Ἐν τῇ Νικαιέων πόλει. *In Nicæa urbe.*


Hanc trecentorum decem & octo patrum, qui profligato in Nicæna ſynodo Ario catholicam fidem vindicarunt, cum Abrahamo victore reduce cum Lot, hoſtibus trecentorum decem & octo vernarum ope fuſis, comparationem valde quondam in Eccleſia a ſanctis patribus celebratam oſtendunt ſermo de Melchiſedech inter opera Sancti Athanaſii editus, Sanctus Ambroſius de fide ad Gratianum l. 1. cap. 1. Liberius Pontifex in Epiſtola ad Orientales, & hic S. Marcus Monachus. Nicænos autem patres patriarchas appellat, ut illo ævo loquebantur, nullis adhuc in Oriente eccleſiis præcipuo patriarchali titulo inſignibus factis: quod cognoſcimus in Gregorio Nazianzeno orat. 40. 41. & 71. & Nyſſeno orat. de Magno Epiſcopo; hinc iterum infra, epiſcopos S. Pater patriarchas nuncupat. Prodit denique ex hoc loco novum teſtimonium ab ultima antiquitate pro aſſerendo numero Nicænorum patrum, & coarguendo vitio lectionis Euſebianæ contra Valeſium in vita Conſtantini.

### (*k*) Εἰς ἀνάπαυσιν. *In refectionem.*

In refectionem utique ſacram, non profanam, qualem videlicet ſummus pontifex Jeſus Chriſtus præbet revertentibus ex bello ſpirituali Nicænis patribus; aliter enim potiore ſui parte concidet comparatio. Quamquam fatendum eſt S. Marcum typicum quidem Melchiſedechi ſacerdotium, & ſacrificium ſatis exaggerate explicare: at verum ejuſdem Melchiſedech ſacrificium panis ac vini valde jejune ac obſcure innuere, aut etiam prorſus diſſimulare. Recolenti tamen attentius totus diſceptationis genus, & argumentorum ſeriem venit in mentem ſuſpicari, de quo doctorum virorum judicium ſit, S. Patrem conſulto id agere, quippe quod ei res ſit cum adverſariis, qui typum in Chriſto, archetypum conſtituant in Melchiſedech, quem ipſa divinæ dignitate perſonæ, non ſacrificio, & tamquam ſacerdotem, humanum genus redemiſſe ajebant, propterea quod non haberent oſtendere victimam, facile id ipſum ad illum utpote ſummum etiam vere ſacerdotem adſtruendum arrepturi, ſi eis ſacrificii, panis ac vini veritas oſtenteretur; ideo quæ nudi typi ſunt unice expromit S. Pater; quæ autem veritatem continent, licet typica & ipſa ſint, ne archetypa contendantur ab adverſariis, per diſſimulationem prudens mittit, tamquam cauſſæ quam agit, minus opportuna. Etiam D. Paullus de ſacramento altaris, de quo maxime grandis fuiſſet ſermo, nullam mentionem facit in exponendo Melchiſedechiano vaticinio, quod eam videlicet propſitum epiſtolæ argumentum non poſtularet. Ob hanc prorſus cauſſam ſupra, cum non ſemel locus incidiſſet extollendi ſacerdotium Melchiſedechi ſupra ſacerdotium Abrahami ex illo D. Paulli elogio: *Videte qualis hic cui &c.* totum illud in Abrahami modeſtiam & humilitatem, quam in Melchiſedechi ſacerdotii præſtantiam ſatius duxit rejicere: ita & paullo infra parum abeſt quin Abel & Jacob magis vere ſacerdotes fuiſſe quam Melchiſedech ratiocinetur, & prorſus ratiocinetur ex perſuaſione adverſariorum, quod nempe illi immolatione ſacrificaverint, non vero Melchiſedech, ſed tantummodo appellatus Sacerdos fuerit, typi & vaticinii gratia; illico tamen mutat dictum, clamatque totum illud diſcrimen ſibi invito ab adverſariorum importunitate extortum fuiſſe, & diſerte profitetur ſe Melchiſedech æque atque Abel & Jacob ſacerdotem, hoc eſt peracto ſacrificio inſignem in Domino credere.

### (*l*) Διττῶς ἀνατεθεῖσαι. *Dupliciter dicati.*

Videtur heic duplicare ſenſus ex duplici miniſterio & obſequio, quod animo exhibent cum in iis quæ ad mores ſpectant, tum in iis quæ ſpectant ad fidem, exſequendis, quomodo duplicat etiam S. Ambroſius in Expoſit. Evangel. ſecundum Lucam l. 8. ad illa: *Ecce mna tua decem mnas acquiſivit. Denique*, ait, *ex una decem mnas alius fecit, alius quinque. Fortaſſe iſte moralia habet, quia quinque ſunt corporis ſenſus, ille decem duplicia, id eſt, myſtica legis & moralia probitatis.*



(*m*) Οὐκ ἔθυσεν. *Non sacrificavit.*

Vide adnotata in littera K.

(*n*) Παύειν ἀναγκαζόμεθα. *Revocare cogimur.*

Præclarum est quod legimus in lib. 18. Apophthegmatum sanctorum patrum num. 4. exemplum dexteritatis S. Cyrilli Alexandrini adhibitæ in revocando monacho quodam admirandæ sanctitatis ob simplicitatem æque admirandam doctrinis Melchisedechitarum decepto. *Abbas Daniel narravit de alio sene magno, qui inferiores partes Ægypti habitabat, quia diceret per simplicitatem, quod Melchisedech ipse est filius Dei. Hoc autem indicatum est S. M. Cyrillo Alexandrino, & misit ad eum. Sciens autem quia signifer esset ille senex, & quidquid peteret a Deo revelabatur ei, & quia simpliciter diceret hoc verbum, usus est hujusmodi ratione dicens: Abba rogo te, quia in cogitatione mea est, quod Melchisedech ipse sit filius Dei, & rursus alia mea cogitatio dicit, quod non sit, & sacerdos summus fuerit Dei. Quoniam ergo ego ita hæsito de hoc, idcirco misi ad te, ut depreceris Deum, quatenus revelare tibi dignetur de hoc quid veritas habeat. Senex autem de conversatione sua præsumens cum fiducia dixit: da mihi per tres dies inducias, & ego deprecor Deum, & renuntio tibi quidquid fuerit revelatum de hoc. Intrans ergo in cellam suam deprecabatur Deum de verbo hoc, & veniens post tres dies dixit S. M. Cyrillo: Homo est Melchisedech. Archiepiscopus autem respondit ei: quomodo constat apud te Abba? & ille dixit ei: Deus ostendit mihi omnes patriarchas, ita ut singuli eorum coram me transirent ab Adam usque ad Melchisedech, & Angelus assistens mihi dixit: Ecce iste est Melchisedech; & ideo archiepiscope certus esto quia sic est. Abiens autem senex prædicabat per semet ipsum, quia homo est Melchisedech; & gavisus est magnifice S. Cyrillus.*

(*o*) Περιοδευταῖς. *Visitatoribus.*

Licet rara admodum Περιοδευτῶν mentio in veterum libris deprehendatur, ipsorum tamen munus nomen ipsum magna ex parte declarat. Eximios illos in ordine clericali exstitisse indicant acta concilii Chalcedonensis act. 4. Ubi Alexander & Valentinus presbyteri, & insuper periodeutæ, quasi auctiores eo nomine & honestiores nuncupantur; & arguit etiam Cabassutius in not. ad can. 56 Laodic. & ex Græca lege Justitiani ad Atarbium Præfect. c. de Episcopis & Cl. ubi proxime post chorepiscopos ante sacerdotes recensentur: eximios quoque potestate exstitisse ex d. can. Laodic. arguit Thomassinus, qui de Discipl. Eccl. p. 1. l. 2. c. 1. n. 3. & p. 2. l. 3. c. 7. n. 9. chorepiscopis illos coæquat, quod magnopere probare videtur hic locus, qui patefacit delegatum illis fuisse judicium episcoporum proprium de recipiendis in communionem hominibus alienis, ignotis & litteris formatis minime instructis. Et apud Syros celebre periodeutarum officium antiquitus exstitisse in vita S. Jacobi Sarugiensis Episc. Syriace scripta ab anonymo cod. Vatic. xv. legimus. De hodiernis vero apud Græcos & Syrios periodeutis cum Goarius ad Euchologium, tum & illustrissimus Assemanus Biblioth. Or. tom. 4. Diss. de Syr. & Nestor. §. 8. n. 4. & seqq.

(*p*) Ὦ ἄνθρωπε. *Heus tu.*

Nullus dubito quin heic S. Pater aggrediatur alloqui genitorem suum, in quem cum Melchisedechitis sentientem nihilo minus quam in illos stilum acuisse S. Marcum Photius memoriæ traditum reliquit. Profecto illud ὦ ἄνθρωπε, *o homo*, videtur esse compellantis hominem notum, & tantum non de nomine inclamantis.

(*q*) Ὅτι οὐδὲν ἕτερον ἔκρινα εἰδέναι εἰ μὴ Ἰησοῦν. *Quod nihil aliud judicavi scire nisi Jesum.*

Commodum huic loco suppetit eximium monasticæ sapientiæ exemplum ex m. s. cod. ita inscripto τῶν συλλογῶν τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Παύλου, Βιβλ. δ΄. id est Excerptorum a S. Patre nostro Paullo lib. 4. ubi sequens fragmentum sumtum ἐν τῷ γεροντικῷ, id est in libro in quo gesta seniorum enarrantur, legitur: συνήχθησάν ποτε οἱ πατέρες τῆς Σκήτεως ἰδεῖν περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ, καὶ ἐπελάθοντο καλέσαι τὸν ἀββᾶν Κόπριν. ὕστερον δὲ καλέσαντες αὐτὸν ἠρώτησαν περὶ τούτου. ὁ δὲ τύψας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐπὶ τρεῖς εἶπεν, οὐαί σοι Κόπρι, οὐαί σοι Κόπρι, οὐαί σοι Κόπρι, ὅτι ἃ ἐνετείλατό σοι ὁ Θεὸς ἐγκατέλειπες, καὶ ἃ οὐ ζητεῖ παρὰ σοῦ ἐρευνᾷς. καὶ ἀκούσαντες οἱ ἀδελφοὶ ταῦτα ἔφυγον εἰς τὰ κελλία αὐτῶν. *Latine:* Convenerunt quondam patres Sciteos, ut disquirerent de Melchisedech; & fugit eos vocare abbatem Koprin; vocantes autem postmodum rogarunt sententiam dicere. Tum ille secum ter manu os feriens, væ tibi Kopri, inquit, væ tibi Kopri, væ tibi Kopri, quia, quæ tibi præcepit Deus, negligis; ea vero quæ abs te nequaquam ille deposcit, inquirere satagis. His auditis fratres in suas quisque cellas continuo se receperunt.


# INDEX

## OPUSCULORUM

# S. MARCI

## MONACHI ET EREMITÆ.

# TICHONII AFRI
## LIBER
## DE SEPTEM REGULIS.



# TICHONII AFRI LIBER DE SEPTEM REGULIS.

NEcessarium duxi ante omnia quæ mihi videntur, libellum Regularum scribere, & secretorum leges, veluti claves & luminaria fabricare. Sunt enim quædam Regulæ mysticæ, quæ universæ legis recessus obtinent, & veritatis thesauros aliquibus invisibiles faciunt. Quarum si ratio Regularum sine invidia, ut communicamus, accepta fuerit, clausa quæque patefient, & obscura dilucidabuntur, ut quis prophetiæ universam silvam perambulans, his regulis quodammodo lucis tramitibus deductus, ab errore defendatur. Sunt autem Regulæ istæ.

I. *De Domino & corpore ejus.*
II. *De Domini corpore bipartito.*
III. *De promissis & lege.*
IV. *De specie & genere.*
V. *De temporibus.*
VI. *De recapitulatione.*
VII. *De diabolo & ejus corpore.*

---

## REGULA I.

### *De Domino & corpore ejus.*


DOminum ejusque corpus, id est, Ecclesiam, Scriptura loquitur [a], sola ratio discernit: dum quid cuique conveniat, persuadet; sed quia tanta est vis veritatis, extorquet. Alias ulla persona convenitur, quam duplicem esse, diversa duorum officia edocent. Sic per Isaiam: [b] *Hic*, inquit, *peccata nostra fert, & pro nobis dolet, & ipse vulneratus est propter facinora nostra. Deus tradidit illum pro peccatis nostris, &c.* quæ in Dominum convenire omnis Ecclesiæ ore celebratur. Sequitur autem & dicit de eodem: [c] *Et Deus vult eum purgare a plaga, & vult Deus a dolore auferre illi lucem, & formare illum prudentia.* Numquid ei, quem tradidit pro peccatis nostris, vult ostendere lucem, & eum formare prudentia, cum ipse sit lux & sapientia Dei? & non corpori ejus? Quare manifestum est, sola ratione videri posse quando a capite ad corpus transitum faciat. Daniel quoque lapidem de monte præcisum impegisse in corpus Regnorum mundi, & in pulverem comminuisse Dominum dicit. Montem vero effectum, & implevisse universam terram corpus ejus. Non enim sicut quidam dicunt, in contumeliam Regni Dei, invictæque hereditatis Christi, quod non sine dolore dico. Dominus totum mundum potestate [d], & non sui corporis plenitudine occupavit. Dicunt enim eo monte mundum impletum; quod liceat Christiano in omni loco, quod antea non nisi in Sion

A licebat, offerre. Quod si ita est, non opus erat dicere, ex lapide montem effectum, & incrementis mundum cœpisse. Dominus enim noster Christus, ante mundi constitutionem [e], hanc habuit claritatem, & cum homo ille, Dei Filius fuerit, non paullatim, ut lapis, sed uno tempore accepit omnem [1] pietatem in cælo & in terra. Lapis autem incrementis factus est mons, & crescendo terram omnem texit. Quod si potestate implesset universam terram non corpore, lapidi non compararetur. Potestas enim res est impalpabilis, lapis vero corpus palpabile. Nec sola ratione monstratur corpus, non caput crescere: sed etiam Apostolica auctoritate firmatur: [f] *Crescatis*, inquit, *per omnia in eum, qui est ca-*
B *put Christus, ex quo omne corpus constructum & connexum, per omnem tactum subministrationis in mensuram uniuscujusque partis, incrementum corporis facit, in ædificationem sui.* Et iterum: [g] *Non tenetis caput, ex quo omne corpus per tactum & conjunctione constructum & subministratum, crescit in incrementum Dei.* Non ergo caput quod ex origine idem est, sed corpus crescit ex capite. Ad propositum redeamus. Scriptum est de Domino & ejus corpore; quid cui conveniat, ratione discernendum: [h] *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis: in manibus ferent te, ne offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & dra-*
C *conem. Quoniam in me speravit, eripiam eum, protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. Invocavit me, & ego exaudiam eum, cum eo sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum adimplebo eum, & ostendam illi salutare meum.* Numquid de cujus obsequio mandavit Angelis suis Deus, eidem ostendit salutare suum, & non corpori ejus? Iterum: [i] *Sicut sponso imposuit mihi mitram, & sicut sponsam ornavit me ornatu.* Unum corpus dixit utriusque sexus sponsi & sponsæ: sed quid in Dominum, quid in Ecclesiam conveniat, ratione cognoscitur. Et idem Dominus dicit in Apocalypsi: [k] *Ego sum sponsus & sponsa.* Et iterum: [l] *Exierunt obviam sponso & sponsæ.*
D Et iterum, quid capiti & corpori, ratione discernendum sit per Isaiam declaratur: [m] *Sic dicit Dominus* [2] *Christo Domino meo, cujus ego tenui dexteram,* [3] *ut exaudiant eum gentes.* Sequitur & dicit, quod non nisi corpori conveniat. Et *dabo tibi thesauros absconditos & invisibiles aperiam tibi, ut scias quoniam ego sum Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel, propter Jacob puerum meum, & Israel electum meum.* Propter testamentum enim quod disposuit Patribus, ad agnoscendum se, Deus aperit corpori Christi thesauros invisibiles, [n] *quos oculus non vidit, nec auris audivit, nec illi in cor hominis ascenderunt*, sed nec [4] obturati hominis, qui

*a* II. Tim. I. 20. *b* Isa. LIII. 4-6. sec. LXX. *c* Ibid. vv. 10. 11. sec. LXX. *d* Matth. XXVIII. 18.
*e* Joan. XVII. 2. *f* Ephes. IV. 15. 16. *g* Coloss. II. 19. *h* Psalm. XC. 11-16. *i* Isa. LXI. 10. sec. LXX.
*k* Apoc. XVIII. 23. *l* Matth. XXV. 1. *m* Isa. XLV. 1-3. *n* I. Cor. II. 9.

1. Potestatem.
2. Pro Κύρῳ, Cyro, legit Κυρίῳ, Domino.
3. *Ut subjiciam ante faciem ejus gentes.* Vulg.
4. Obdurati.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



non est in corpore Christi: Ecclesiæ autem revelavit Deus per Spiritum sanctum ista quidem, quamvis hoc gratiæ Dei sit. Adhibita tamen ratione, aliquando facilius videntur. Sunt alia in quibus hujusmodi ratio minus claret; eo quod, sive in Domino, sive in corpore ejus recta conveniat dictum. Quamobrem sola & majore Dei gratia videri possunt. Sic in Evangelio: [a] *Amodo*, inquit, *videbitis filium hominis sedentem ad dextram virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli*. Alio loco dicit: [b] *Non visuros venientem in nubibus cæli, nisi novissimo tantum die plangentes omnes tribus terræ. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli*. Utrumque autem fieri necesse est. Sed primo corporis est adventus, id est Ecclesiæ jugiter venientis in eadem claritate invisibili; deinde capitis, id est, Domini in manifesta claritate. Si enim diceret: *Amodo videbitis venientem*, solius corporis intelligendus esset adventus. Si autem *videbitis*, capitis adventus. Nunc vero *amodo*, inquit, *videbitis venientem*, quoniam corpore suo jugiter venit nativitate & similium passionum claritate. Si enim renati, Christi membra efficiuntur, & membra quæ corpus efficiunt, Christus est qui venit, quoniam nativitas adventus est sicut scriptum est: [c] *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Et iterum: [d] *Generatio vadit, & generatio venit*. Et iterum: [e] *Sicut audistis, quia Antichristus venit*. Iterum de eodem corpore: [f] *Si enim iste qui venit, alium Christum prædicat*. Unde Dominus, cum de signo adventus sui interrogaretur, de illo adventu suo cœpit disputare, qui ab inimico corpore signis & prodigiis imitari potest: [g] *Cavete*, inquit, *ne quis vos seducat. Multi venient, in nomine meo*, id est in nomine corporis mei. Novissimo autem adventu Domini, id est, consummationis totius adventus ejus, nemo, ut aliqui putant, moreretur. Sed quo plenius ista dicantur, ordini suo relinquamus. Nec illud erit absurdum, quod ex uno totum corpus volumus intelligi, ut Filium hominis Ecclesiam, quoniam Ecclesia, id est Filii Dei redacti in unum corpus, dicti sunt Filius Dei, dictus unus homo, dicti etiam Deus, sicut per Apostolum: [h] *Super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur*. Qui dicitur Deus, Ecclesia est. Quod autem colitur, Deus summus est: *ut in templo Dei sedeat, ostendens se, quod ipse sit Deus*, id est, quod ipse sit Ecclesia. Quasi diceret: In templo Dei sedeat, ostendens se quod ipse sit Dei templum. Aut in Deo sedeat, ostendens se, quod ipse sit Deus. Sed hunc intellectum non minus, ut novimus, voluit obscurare Daniel de rege novissimo: [i] *In Dominum*, inquit, *locus ejus glorificabitur*: id est clarificabitur, velut Ecclesiam in loco Ecclesiæ, in loco sancto, abominatione vastationis, in Deum, id est, in Ecclesiam subornavit. Et Dominus totum populum, sponsam dicit & sororem. Et Apostolus Virginem sanctam, & adversum corpus, hominem peccati. Et David totam, Christum, Ecclesiam dicit: [k] *Faciens misericordias Christo suo David, & semini ejus usque in sæculum*. Et Apostolus Paulus, Corpus Christi, Christum appellat: [l] *Sicut enim unum corpus est, membra autem habet multa; omnia autem membra ex uno corpore, cum sint multa, unum corpus sunt: sic & Christus*, id est Christi corpus, quod est Ecclesia. Iterum: [m] *Gaudeo in passionibus pro vobis: & re-*

A *pleo, quæ desunt pressurarum Christi*, id est, Ecclesiæ. Nihil enim defuit Christi passionibus: quoniam sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus. Sic ergo adventum Christi pro locis accipiemus. Item in Exodo, omnes filios Dei, unum filium, & omnes primogenitos Ægyptiorum, primogenitum esse, sic Deo dicente, cognoscimus: [n] *Hæc dices*, inquit, *Pharaoni: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israel. Dixi tibi: Dimitte populum meum, ut serviat mihi. Tu autem noluisti dimittere eum*. Unde ergo: *Ecce ego occidam filium tuum primogenitum*. Et David, vineam Domini, unum filium, sic ait: [o] *Deus virtutum convertere: respice de Cælo, & vide, & visita vineam istam, & perfice*

B *eam, quam plantavit dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi*. Et Apostolus filium Dei dicit, qui filio Dei mixtus est: [p] *Paullus servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos, in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei, ex semine David secundum carnem. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri*. Si diceret de filio suo, ut ex resurrectione mortuorum, unum filium ostenderet; nunc autem, *de filio*, inquit, *suo, ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri*. Sed qui factus sit filius Dei ex resurrectione

C Christi, apertius ostendit de filio suo, quia factus est ei, ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei. Dominus etenim noster, non est prædestinatus filius Dei, quia Deus est, & coæqualis est Patri, qui ex quo creatus est, hoc est. Sed ille, cui secundum Lucam dicit in baptismo: [q] *Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Qui ex semine David mixtus est principali Spiritui, & factus est ipse filius Dei, *ex resurrectione Domini nostri Jesu Christi*: id est, dum resurgit in Christo semen David: non ille, de quo ait ipse David: Sic [r] *dicit Dominus Domino meo*. Itaque facti sunt duo, una caro, [s] *Verbum caro factum est*, & caro Deus: quia non ex sanguine, sed ex Deo na-


D ti sumus. Apostolus dicit: [t] *Erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico, in Christo & in Ecclesia*. Unum namque semen promisit Deus Abrahæ; ut quanticumque Christi miscerentur, unus esset in Christo, sicut Apostolus dicit: [u] *Omnes vos, unum estis in Christo Jesu. Si autem vos unum estis in Christo Jesu: ergo Abrahæ semen estis, & secundum promissionem heredes*.

Distat autem, inter *unum estis*: & *unus estis*. Quotiescumque alter alteri voluntate miscetur uni, unum sunt. Sicut Dominus dicit: [x] *Ego & Pater, unum sumus*. Quotiescumque autem & corporaliter miscentur, & in unam carnem duo solidantur:

E unum sunt corpus. Itaque in capite suo filius est Dei; & Deus in corpore suo, filius est hominis, qui quotidie nascendo venit, & crescit in templum sanctum Dei. Templum enim bipartitum est. Cujus pars altera, quamvis lapidibus magnis exstruatur, destruitur: neque in eo lapis super lapidem relinquetur. Istius nobis jugis adventus cavendus est, donec de medio ejus discedat Ecclesia.

*a* Matth. XXVI. 64. *b* Matth. XXIV. 30. *c* Joan. I, 9. *d* Eccle. I. 4. *e* I. Joan. II. 18. *f* II. Cor. XI. 4. *g* Matth. XXIV. 4. *h* II. Thess. II. 4. *i* Dan. XI. 38. sec. LXX. *k* Psalm. XVII. 51. *l* I. Cor. XII. 12. *m* Coloss. I. 24. *n* Exod. IV. 22. *o* Psalm. LXXIX. 15. *p* Rom. I. 1-4. *q* Psalm. II. 7. *r* Psalm. CIX. 1. *s* Joan. I. 14. *t* Ephes. V. 31. 32. *u* Gal. III. 28. 29. *x* Joan. X. 30.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



## REGULA II.

*De Domini corpore bipartito.*

Regula bipartiti corporis Domini multo necessarior & a nobis tanto diligentius perspicienda, & per omnes Scripturas ante oculos habenda est. Sicut enim, ut supra dictum est, a capite ad corpus ratione sola videtur: ita a parte corporis ad partem, a dextra ad sinistram, vel a sinistra ad dextram reditus in supradicto capite claret. Dum enim dicit uni corpori: [a] *Thesauros aperiam tibi invisibiles, ut scias, quoniam ego sum Deus, & assumam te*: & adjecit: [b] *Tu autem me non co-* B *gnovisti, quoniam ego sum Deus, & non est alius absque me Deus, & nesciebas me.* Numquid, licet unum corpus alloquitur, in unam mentem convenit, *thesauros invisibiles aperiam tibi, ut cognoscas, quoniam ego sum Deus, propter puerum meum Jacob*: Et, *tu autem me non cognovisti?* In eadem: & non accepit Jacob, quod Deus promisit. Aut in unam mentem non convenit: *Tu autem me non cognovisti, & nesciebas me*: *Nesciebas* enim non dicitur, nisi ei, qui jam scit. *Non cognovisti* autem illi dicitur, qui licet, ad hoc vocatus sit, ut cognosceret, & ejusdem corporis sit visibiliter, & Deo labiis quidem appropinquet; corde tamen separatus sit. Huic dicit, *tu autem* C *me non cognovisti*. Iterum: [c] *Ducam cæcos in viam, quam non noverunt, & semitas quas non cognoverunt, calcabunt: & faciam illis tenebras in lucem, & prava in directum. Hæc verba faciam, & non derelinquam eos. Ipsi autem conversi sunt retro.* Numquid, quos dixit *non derelinquam*, iidem conversi sunt retro, & non pars eorum? Iterum dicit Dominus ad Jacob: [d] *Noli timere, quia tecum sum. Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente colligam te. Dicam Aquiloni, da; & Africo, noli vetare. Adduc filios meos de terra longinqua, & filias meas a summo terræ, & omnes in quibus vocatum est nomen meum. In gloriam enim meam paravi illum, & finxi illum, & produxi plebem cæ-* D *cam, & oculi eorum sunt similiter cæci, & surdas aures habent.* Numquid, quos in gloriam suam paravit, iidem sunt cæci & surdi? Iterum: [e] *Patres tui primo; principes eorum facinus admiserunt in me, & inquinaverunt principes tui sancta mea, & dedi perire Jacob, & Israel in maledictum.* [f] *Nunc audi me puer meus Jacob, & Israel quem elegi.* Ostendit illi Jacob dedisse perire, & Israel in maledictum, quem non elegerat. Iterum: [g] *Finxi te puerum meum, meus es tu Israel, noli oblivisci mei. Ecce enim delevi velut nubem facinora tua, & sicut nimbum peccata tua. Convertere ad me: & redimam te.* Numquid, cujus peccata delevit, cui dicit, *meus es tu*: Et, *ne obliviscatur sui*: com- E memorat eidem, & dicit, *convertere ad me*, aut alicujus antequam convertatur, peccata delentur? Iterum: [h] *Scio quoniam reprobatus reprobaberis: propter nomen tuum, ostendam tibi dignitatem meam, & præclara mea superducam tibi.* Numquid reprobato ostendit dignitatem suam, & præclara sua inducit ei? Iterum: [i] *Non* [1] *senior, non Angelus: sed ipse consideravit eos propter quod diligeres eos, &*

A *parceret illis. Ipse redemit illos, & assumsit illos, & exaltavit illos omnes dies sæculi. Ipsi autem contumaces fuerunt & exacerbaverunt Spiritum sanctum.* Quos omnes dies sæculi exaltavit, quo tempore fuerunt contumaces, aut exacerbaverunt Spiritum sanctum? Iterum aperte Deus uni corpori firmitatem, & interitum promittit, dicens: [k] *Hierusalem civitas dives, tabernacula quæ non commovebuntur, neque agitabuntur pali tabernaculi tui in æternum tempus, neque funes ejus rumpentur.* Et adjecit: [l] *rupti sunt funes tui, quia non valuit arbor navis tuæ, inclinaverunt tua vela, & non tollet signum, donec tradatur in perditionem.* Iterum ostendit breviter bipartitum Christi corpus: [m] *Fusca sum* B *& decora.* Absit enim, ut Ecclesia, quæ [n] *non habet maculam, aut rugam*, quam Dominus suo sanguine mundavit, aliqua ex parte fusca sit, nisi in parte sinistra, per quam nomen Dei blasphematur in gentibus, alias, *tota speciosa est*, sicut dicit. [o] *Tota speciosa es proxima mea: & reprehensio nulla est in te.* Etenim dicit, qua de caussa sit fusca & speciosa: *ut tabernacula Cedar, & pelles Salomonis.* Duo tabernacula ostendit: Regium & servile. Utrumque tamen semen Abrahæ. *Cedar* enim filius est Ismael. Alio denique loco, cum isto Cedar, id est, cum servo ex Abraham, diuturnam mansionem sic ingemuit Ecclesia dicens: [p] *Heu me! quia peregrinatio mea longiqua facta est: Ha-* C *bitavi cum tabernaculis Cedar, multum peregrinata est anima mea. Cum odientibus pacem, eram pacificus: cum loquerer illis, debellabant me gratis.* Non possum autem dicere, *tabernaculum Cedar*, præter Ecclesiam esse. Ipse enim dicit: Tabernaculum *Cedar & Salomonis*: Unde *fusca sum*, inquit *& decora*. Non enim, Ecclesia in his qui foris sunt, fusca est. Hoc mysterio Dominus in Apocalypsi septem Angelos dicit, id est, Ecclesiam septiformem, nunc sanctos & præceptorum custodes: nunc eosdem & multorum criminum reos, & pœnitentia dignos ostendit. Et in Evangelio unum præpositorum corpus, diversi meriti manifestat, dicens: [q] *Beatus ille servus, quem adveniens* D *dominus illius, invenerit ita facientem.* Et de eodem: [r] *si autem nequam ille servus, quem Dominus dividit in duas partes.* Dico: numquid omnem dividet, aut findet? Denique totum non totum: sed [s] *partem ejus cum hypocritis ponet.* In uno enim corpus ostendit. Hoc itaque corpus accipiendum est per omnes scripturas, sicubi Deus dicit, ob meritum Israel periturum, aut hereditatem suam exsecrabilem. Apostolus enim copiose ita disputat, maxime ad Romanos, in parte accipiendum, quidquid de toto corpore dictum est. [t] *Ad Israel*, inquit, *dicit: Tota die expandi manus meas ad plebem contradicentem.* Et ut ostenderet de parte dictum: [u] *Dico*, inquit, *Numquid repulit Deus plebem* E *suam? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abrahæ, tribu Benjamin. Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit.* Et postquam docuit, quemadmodum hæc locutio intelligenda esset; eodem genere locutionis ostendit, unum corpus & bonum esse & malum, dicens: [x] *Secundum Evangelium quidem inimici propter vos: secundum electionem autem, dilecti, propter patres.* Numquid idem dilecti, qui inimici, aut potest in caussa utrumque convenire?

*a* Isa. XLV. 3. *b* Ibid. ℣℣. 4. 5. *c* Isa. XLII. 16. 17. *d* Isa. XLIII. 5-8. *e* Ibid. ℣. 27. *f* Isa. XLIV. 1. *g* Ibid. ℣. 21. *h* Isa. XLVIII. 8. 9. *i* Isa. LXIII. 9. 10. sec. LXX. *k* Isa. XXXIII. 20. 21. sec. LXX. *l* Ibid. ℣. 23. *m* Cant. I. 4. *n* Ephes. V. 27. *o* Cant. IV. 7. *p* Psal. CXIX. 5-7. sec. LXX. *q* Luc. XII. 43. *r* Luc. XIX. 21. *s* Matth. XXIV. 51. *t* Rom. X. 21. *u* Rom. XI. 1. 2. *x* Ibid. ℣. 28.

1. LXX. οὐ πρέσβυς, οὐδὲ ἄγγελος. *Non legatus, neque angelus*: Et statim: ἀλλ' αὐτὸς ἔσωσεν αὐτούς. *Sed ipse salvavit eos.*

Ita Dominus in omnibus Scripturis. Unum corpus seminis Abrahæ in omnibus gentibus crescere & florere atque perire testatur.

## REGULA III.

### De promissis & Lege.

*Exponitur Paullus* ad Roman. & ad Galatas, *&* *Isaias* cap. 48.

AUctoritas Divina est, neminem aliquando ex operibus legis justificari potuisse. Eadem auctoritate firmissimum est, non defuisse, qui legem facerent, & justificarentur.

Scriptum est: [a] *Quæcumque lex loquitur, his dicit qui in lege sunt: ut omne os obstruatur, & subjectus fiat omnis mundus Deo. Quia non justificatur ex lege omnis caro in conspectu ejus. Per legem enim agnitio peccati.* Iterum: [b] *Peccatum vestri non dominabitur. Non enim estis sub lege.* Iterum: [c] *Et nos in Christum credimus: ut justificemur ex fide, & non ex operibus legis.* Iterum: [d] *Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, omnimodo ex lege esset justitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato: ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus.* Sed dicet quis: a Christo, & infra non justificat lex, suo tamen tempore justificavit. Huic occurrit auctoritas Apostoli Petri, qui, cum gentes a fratribus cogerentur sub jugo legis, sic ait: [e] *Quid tentatis Dominum imponere volentes jugum super collum discentium, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare?* Et Apostolus Paullus: [f] *Cum essemus*, inquit, *in carne, passiones peccatorum quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris, ut fructum afferrent morti.* Et contra, idem Apostolus dicit: [g] *Justitia, quæ ex lege est, conversatus sine querela.* Quod si tanti Apostoli auctoritas deesset: quid dici potuit contra testimonium Domini dicentis: [h] *Ecce! vere Israelita in quo dolus non est?* Quod & si Dominus hoc testimonium non dignaretur perhibere: quis tam sacrilegus, quis tam tumore stuporis elatus diceret, Moysen & Prophetas, vel omnes Sanctos justitiam non fecisse, aut justificatos non esse? cum Scriptura dicat de Zacharia & uxore ejus: [i] *Erant justi ambo in conspectu Dei, ambulantes in omnibus mandatis & justificationibus Dei sine querela*: & Dominus non venerit [k] *vocare justos sed peccatores.* Lex autem, quomodo justificari potuit a peccato, quæ ad hoc data est: [l] *Lex autem subintravit, ut multiplicaretur peccatum?* Illud autem scire debemus & tenere: numquam omnino interceptum esse semen Abrahæ, ab Isaac usque ad hodiernum. Semen autem Abrahæ non carnale, sed spirituale, quod non ex lege est, sed ex repromissione est. Alterum enim semen carnale est, quod ex lege est a monte Sina, [m] *Quod est Agar in servitute generans. Ille quidem, qui ex ancilla carnaliter natus est. Qui autem ex libera, ex promissione.* Non esse autem semen Abrahæ, nisi quod ex fide est, Apostolus dicit: [n] *Cognoscitis ergo, quoniam qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahæ?* Et iterum: [o] *Vos autem, fratres, secundum Isaac, promissionis filii estis.* Semen ergo Abrahæ, non ex lege, sed ex promissio-

A ne est, quod ex Isaac jugiter transit. Si autem constat semen Abrahæ, quod ex fide est, constat, quia numquam fuit ex lege. Non enim potuit ex lege esse, & ex fide. Lex enim & fides, diversa res est. Quia lex non est fidei, sed operum. Sicut scriptum est: [p] *Lex non est ex fide, sed qui fecerit ea, vivet in eis.* Abraham ergo fide semper filios habuit, lege numquam. Non enim ex lege promissio est Abrahæ, aut semini ejus, ut heres esset mundi, sed per justitiam fidei. Si enim qui per legem ipsi sunt heredes, vacua est fides, & vacua est promissio. Lex enim iram operatur. Si ergo nec fides, nec promissio Abrahæ destrui potest, ab ortu sui jugiter mansit. Nec, data lege, impedita est:
B quominus Abrahæ filii secundum promissionem fidei generentur. Dicit enim Apostolus, post quadringentos & triginta annos datam legem non obfuisse, nec destruxisse promissionem: [q] *Si enim ex lege*[1], *jam non ex promissione. Abrahæ autem, per repromissionem donavit Deus.* Et alio loco: [r] *Lex ergo adversus promissa Dei? Absit.* Videmus legem ad promissa non pertinere, nec aliquando alteram in alteram impegisse, sed utramque ordinem suum tenuisse. Quia sicut lex numquam fidei obfuit, ita nec fides legem destruxit. Sicut scriptum est: [s] *Legem ergo destruimus per fidem? absit, sed legem statuimus*, id est, firmamus: invicem namque firmant. Ergo filii Abrahæ non ex lege sunt, sed ex fide
C per repromissionem. Quærendum autem quemadmodum hi, qui ex operibus legis negantur potuisse justificari, in lege positi, & legem operantes, justificati fuerint. Quærendum præterea, cur post promissionem fidei, quæ nullo modo destrui potest, data est lex, quæ non est ex fide: ex cujus operibus nemo justificaretur, quia, [t] *Quotquot ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.* Apostolus denique huic quæstioni prospiciens, cum asserat omnimodo filios Abrahæ dono Dei semper fuisse per fidem non per legem factorum, ex alterius persona respondit sibi, dicens: [u] *Quid ergo lex factorum?* Id
D est: Si ex fide filii, cur data est lex factorum, cum sufficeret promissio generandis filiis Abrahæ, & fide essent nutriendi? [x] *Quia justus ex fide vivit.* Antequam enim se interrogasset: *Quid ergo lex, factorum?* jam dixerat, ut viverent, qui ex fide justificari non possent, hoc modo: [y] *Quoniam autem ex lege nemo justificatur apud Deum: justus autem ex fide vivit.* Ostendit præterea, dictum esse per Prophetam, *Ex fide vivit*: ut manifestum fieret, quemadmodum viverent, qui legem facere non possent. Sed minus lucet, quid sit: [z] *Justus ex fide vivit.* Non enim potuit quisquam justus in lege positus vivere, nisi opera legis fecisset, & omnia opera: sin minus, maledictus esset. Dedit Deus legem, & di-
E xit: [aa] *Non concupisces.* Statim occasione accepta, peccatum, per mandatum operatum est omnem concupiscentiam. Necesse est enim passiones peccatorum, quæ per legem sunt, operari in membris ejus, qui in lege est. Propterea ea data est: [bb] *ut abundaret peccatum*, quia virtus peccati, lex. Venundatus autem sub peccato, jam non quod vult, operatur bonum, sed quod non vult malum: consentit enim legi, secundum interiorem hominem.

*a* Rom. III. 19. 20. *b* Rom. VI. 4. *c* Gal. II. 16. *d* Gal. III. 21. 22. *e* Act. XV. 10. *f* Rom. VII. 5. *g* Philipp. III. 6. *h* Joan. I. 47. *i* Luc. I. VI. *k* Matth. IX. 13. *l* Rom. V. 20. *m* Gal. IV. 23. 24. *n* Gal. III. 7. *o* Gal. IV. 28. *p* Gal. III 12. *q* Ibid. ℣. 18. *r* Ibid. ℣. 21. *s* Rom. III. 31. *t* Gal. III. 10. *u* Rom. III. 27. *x* Rom. I. 17. Gal. III. 11. Heb. X. 30. *y* Gal. III. 11. *z* Habac. II. 4. *aa* Exod. XX. 17. Deut. V. 21. *bb* Rom. V. 20.

1. *Hereditas.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



Expugnatur autem aliter lege membrorum, trahiturque captivus, neque aliquando liberari potuit, nisi sola gratia per fidem. Est autem magnum crimen perfidiæ, non attendisse genus armorum, quibus violentia peccati expugnaretur, & e contra, magnificæ fidei est inquisisse & vidisse. Est ergo sacrilega mens, & male de Deo sentiens, quæ cum legem nullo modo humanitus posse fieri, & ad ulciscendum paratam videret; non intellexerit esse aliquod remedium vitæ: nec fieri potuisse, ut bonus Deus, qui sciebat legem, non potuisse fieri, alterum vitæ aditum non reliquisset: & adversum homines, quos ad vitam fecerat, undique versum vitæ vias clausisset. Hoc fides non tulit, non admisit. Sed cum infirmitate carnis, & virtute peccati urgeretur: Deus dedit claritatem. Sciens Dominum bonum & justum, & viscera suæ miserationis, contra opera manuum suarum non clausisse: intellexit esse iter ad vitam, & faciendæ legis remedium vidit, Deus enim cum diceret: *Non concupisces*: non denudavit, quemadmodum id provevenire posset, sed vere atque decise dixit: *Non concupisces*: quoniam id reperiendum reliquit. Si enim mandaret a se proventum postulari, legem destruxerat & fidem. Ut quid enim legem daret, si legem in omnibus factorum polliceretur? Aut quid fidei relinqueretur, si fidem, auxilium pollicendo, præveniret? Nunc autem bono fidei dedit legem, ministram mortis: ut amatores vitæ, fide vitam viderent, & justi, fide viverent, qui opus legis non ex sua virtute, sed ex Dei dono fieri posse crederent. Lex enim a carne fieri non potest: quæ cum facta non fuerit, punit. Quæ ergo spes homini faciendæ legis, & fugiendæ mortis: nisi opis & misericordiæ Dei, quam fides invenit? [a] *Caro legi Dei subjecta non est; neque enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu; siquidem Spiritus Dei in vobis est. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus*. Ostendit Spiritum Dei & Christi, idem esse. Ostendit præterea, qui Spiritum Dei habuerit, in carne non esse. Si ergo unus est Spiritus Dei & Christi; Prophetæ & Sancti quia Spiritum Dei habuerunt, Spiritum Christi habuerunt. Si Spiritum Dei habuerunt, in carne non fuerunt, & legem fecerunt: quia caro est inimica in Deum, & legi ejus subjecta non est. Qui ergo ad Deum confugit, accepit Spiritum Dei, quo accepto, mortificata est caro; qua mortificata, potuit facere legem spiritualis, liberatus a lege, quia justo non est posita. Et iterum: [b] *Si Spiritu Dei agimini, non estis sub lege*. Qua re manifestum, quia patres nostri, qui Spiritum Dei habuerunt, non fuerunt sub lege. Quamdiu enim quis in carne est, id est, Spiritum Dei non habet, dominatur ei lex. Si autem tradiderit se gratiæ, moritur legi, & facit in illo legem spiritus, mortua carne, quæ legi Dei subjecta esse non potest. Quod enim gerebatur, id etiam nunc geritur, non enim quia sub lege non sumus, cessavit interdictio illa concupiscentiæ, & non magis aucta est: sed nos in revelatam gratiam concurrimus per fidem, edocti a Domino, opus legis de ejus misericordia postulare & dicere: [c] *Fiat voluntas tua*: Et, *Libera nos a malo*. Illi autem in non revelatam per eamdem fidem coacti metu mortis, quam ministra lege parato gladio intentari videbant. Lex data est, donec veniret semen, cui promissum est & evangelizare fidem. Antea vero,

A lex cogebat in fide; qui sine lege non possit exprimi fides, ad exquirendam Dei gratiam, eo quod peccatum virtutem non haberet. Data vero lege, passiones quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris, urgentes in peccatum, ut vel necessitate, urgerentur in fide, quæ imploraret gratiam Dei in auxilio tolerantiæ. Custodiam carceris passi sumus, lege minante mortem, & undique versum insuperabili muro ambientem, cujus ambitus sola una janua fuit gratia. Huic januæ custos, fides præsidebat: ut nemo illum carcerem effugeret, nisi cui fides aperuisset: & qui hanc januam non pulsaret, intra septa legis moreretur. Legem pædagogum passi sumus, qui nos cogeret studere fidei, qui nos co-

B geret in Christo. Dicit enim Apostolus, propterea datam legem, ut nos custodia sua concluderet in fidem, quantum futurum erat revelari in Christo, qui est finis legis, quo vixerunt omnes, qui fidem gratiæ Dei exquisierunt. *Prius*, inquit, *quam veniret fides*, sub lege custodiebamur, conclusi in fidem, quam futurum erat revelari. [d] *Lex itaque pædagogus noster fuit in Christo*: ut ex fide justificemur. Lex inquam, [1] *fides* erat demonstratrix. Sed dicet quis: si in utilitate fidei, data est lex, cur non ab origine seminis Abrahæ, siquidem juge fuit? Revera, juge fuit. Jugis & fides, ut genitrix filiorum Abrahæ. Jugis & lex, per dignoscentiam boni & mali. Sed post promissionem filiorum Abrahæ, mul-

C tiplicatis eis secundum carnem, multiplicandum erat & semen Abrahæ, quod non est ex fide. Quæ multiplicatio, evenire non possit sine adjutorio legis multiplicatæ, & multitudo in fidem necdum revelatam, sicut jam dictum est, vel necessitate deduceretur. Providentia itaque Dei, sanctum ex augendo gubernandoque semen Abrahæ, ut severitate & metu legis, multi compellerentur in fidem, & semen fulciretur usque ad fidei revelationem. [e] *Lex autem subintravit, ut multiplicaretur peccatum. Ubi*, inquit, *multiplicatum est peccatum, superabundavit gratia*. Non dixit, *nata*, sed *superabundavit*. Ab initio enim data est fugientibus legis molestias atque dominium. Abundavit autem multiplicata le-


D ge, superabundavit vero in omnem carnem, revelata in Christum. Qui veniens restaurare, quæ in cælo, & quæ in terra, evangelizavit fidem his, [f] *qui proxime & qui longe*, id est, peccatoribus Israel & gentibus. Justi enim Israel ex fide, in eamdem fidem vocati sunt. Idem namque spiritus, eadem fides, eadem gratia per Christum semper data est. Quorum plenitudinem veniens, remoto legis velamine, omni genti largitus est, quæ modo, non genere a futuris differebant. Aliter enim numquam fuit semen Abrahæ. Quod si quisquam præter fidem justificatus est: filius Abrahæ non fuit. Quoniam filius Abrahæ dici non potest, si ex lege, & non sicut Abraham, ex fide justificatus est.

E Ab eadem namque imagine gratiæ & spiritus, in eamdem, transisse Ecclesiam, docet Apostolus, dicens: [g] *Nos autem omnes, revelata facie gloriam Dei speculantes, in eamdem imaginem commutamur, a claritate in claritatem*. Dicit & ante Passionem Domini gloriam fuisse, & negat ex lege excludi, id est, exprimi, produci, effici potuisse. Unde, manifestum est, ex fide fuisse. [h] *Ubi ergo*, inquit, *gloriatio? Exclusa est. Per quam legem? Et numquid operum? Non; sed per legem fidei*. [i] *Quid enim Scriptura dicit? Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei in justitiam*. Ad gloriam ex eadem gloria transivimus: quæ non fuit ex lege. Si ex

*a* Rom. VIII. 7-9. *b* Gal. V. 18. *c* Matth. VI. 10. 13. *d* Gal. III. 24. *e* Rom. V. 20. *f* Isa. LVII. 19. Ephes. II. 17. *g* II. Cor. III. 18. *h* Rom. III. 27. 28. *i* Rom. IV. 3.

1. *Fidei*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.




operibus fuit, habet gloriam, sed non ad Deum. A Etenim impossibile est, sine gratia Dei, habere aliquam gloriam. Una est enim gloria, & uno genere semper fuit. Nemo enim vicit, nisi cui Deus vicerit, quod non est ex lege: sed qui fecerit. In fidem autem, Deus infirmum facit adversarium nostrum. Propterea, * *qui gloriatur, in Domino glorietur*. Si enim quod vincimus, nostrum non est: non est ex operibus, sed ex fide. Nihil est igitur quod ex nobis gloriemur. Nihil enim habemus, quod non accepimus. Si sumus, ex Deo sumus: ut magnitudo virtutis, sit Dei, & non ex nobis. Omne opus nostrum, fides est. Quæ quanta fuerit, tantum Deus operatur in nobis. Cum in hoc gloriatur Salomon fuisse non ex homine: sed ex Dei B dono esse hominis continentia: [a] *Cum scivi*, inquit, *quia aliter non possum esse continens, nisi Deus dederit. Et hoc ipsum erat sapientiæ, scire, cujus hoc donum esset. Adii Dominum, & deprecatus sum*. Judicio Salomonis credendum est, non ex operibus, sed ex gratia Dei, omnes justificatos, qui scierunt opus legis a Deo implendum, quo possint gloriari. Dicit autem Apostolus: [b] *Ut omnis caro non glorietur in conspectu Dei*. Mali omnimodo, quod Deum non cognoverunt: justi, quod non suum, sed Dei sint opus. [c] *Inutilia*, inquit, *& abjecta elegit Deus, quæ non sunt: ut ea, quæ sunt, evacuarentur, ut non glorietur in conspectu Dei, omnis caro. Ex ipso autem vos estis in Chri-* C *sto Jesu, qui factus est vobis sapientia a Deo, & justitia, & sanctimonia, & redemtio: ut secundum quod scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur*. Et iterum: [d] *Gratia estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis*. Dei donum est, non ex operibus ne forte quis glorietur: ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo. Sic nulla caro aliquando ex lege, id est, ex operibus justificari potest, ut omnis justus ex Deo gloriam haberet. Est aliud, quod nemo glorietur in conspectu Dei: Deus enim sic suis operatur, ut sit quod & dimittat. [e] *Nemo est enim mundus a sorde, nec si unius diei sit vita ejus*. Et David dicit: [f] *Non introeas in judicium cum servo tuo, quoniam non justificabi-* D *tur in conspectu tuo omnis vivens*. Et Salomon in dedicatione templi: [g] *Non est*, inquit, *homo qui non peccavit*. Et iterum: [h] *tibi soli deliqui*. Quis enim gloriabitur, castum se habere cor? Aut quis gloriabitur, mundum esse a peccato? Parum fuit de corde casto, id est, a cogitationibus, nisi & a peccato se mundum nemo gloriaretur. Omnis victoria non ex operibus, sed Dei miseratione conceditur, sicut scriptum est: [i] *Qui te coronat in miseratione & misericordia*. Et mater Martyrum filio suo sic dicit: [k] *Ut illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam*. Justi autem perfecerunt voluntatem Dei voto atque conatu, qui nituntur & concupiscunt Deo servire, non tamen in lege. Quæ E si justificasset, omnes justi unius essent meriti, quia parem de omnibus exigit observationem: sin minus, operaretur maledictio: si autem disparis erat meriti, quis quantum credidit sibi dari, tantum gratiæ Dei miserentis accepit, transformatus a gloria in gloriam, sicut a Dei spiritu, id est, ex eodem in eumdem? Tale est enim, quia post Christum fides data est: quale, quia Spiritus sanctus, cum semper omnes Prophetæ & justi eodem spiritu vixerunt. Non enim aliter vivere potuerunt, quam spiritu fidei. Quotquot enim sub lege fuerunt, occisi sunt. Quia [l] *littera occidit, spiritus autem vivificat*. Et tamen dicit Dominus de eodem Spiritu: [m] *Nisi ego abiero, ille non veniet*, cum & Apostolis jam dedisset eumdem spiritum. Apostolus autem dicit, eumdem spiritum apud antiquos fuisse: [n] *Habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum*. Eumdem spiritum fidei, dixit habuisse eumdem, qui dixit: [o] *Credidi propter quod locutus sum*: & id confirmat, dicens: *Et nos credimus: ideoque & loquimur*. Dicendo: *Et nos*, ostendit & illos eodem spiritu fidei credidisse. Unde manifestum est, quia hæc justi non ex lege, sed spiritu fidei semper habuerunt. Quidquid per Dominum venit, plenitudo est, cujus pars fuit per eumdem. Sicut parvulus, qui cum nihil minus habeat a viro, tamen vir non est, & per incrementa non novorum, sed eorumdem membrorum, in eum venit plenitudo corporis, ut sit perfectus, idem tamen qui fuerat parvulus. Revera non erat in omnibus Spiritus sanctus ante passionem Domini: sed in illis qui per ipsum præsentem credebant, ut ipso victore, & cuncta perficiente, signati perficerentur. Nam justi, quos hic invenit, habuerunt Spiritum sanctum, ut Simeon & Nathanael, & Zacharias, & Elizabeth, & Anna vidua filia Phanuel. Promissio a lege separata est; neque cum sit diversa, immisceri potest. Non conditio infirmat promissionem; cogimur autem nos loqui ea, quæ sine igne doloris audire non possumus. Dicunt enim quidam, qui promissionum firmitatem, & quæ ex lege est, transgressionem nesciunt: promisisse quidem Deum Abrahæ, omnes gentes, (sed salvo libero arbitrio) si legem custodissent. Et si pericula imperitiæ quorumdam justorum salute patefacere prodest: sed cum de Deo omnipotente sermo est, moderari dicenda debemus, ne silenda reputando memoremus, & ex ore nostro, aliena licet, audiantur. Quare cum tremore loquentes, sua cuique pericula consideranda relinquamus. Manifestum est, præscisse Deum, futuros de libero arbitrio, quos Abrahæ promisit, aut non futuros. Alterum est duorum: si futuros, finita quæstio est; si non futuros [1], fidelis Deus non promitteret. Aut si hoc est statutum apud Deum, tunc promissos dare, si promissi vellent: profecto diceret, ne servus ejus ac credens, quia, quod promisit, potens est & facere, ludificaretur Abraham. Promissio autem illa est, quæ nihil conditionis incurrit. Sin minus; nec promissio est firma, nec fides integra. Quid enim stabile remanebit in Dei promissione, aut in Abrahæ fide, si id, quod promissum & creditum est, in eorum, qui promissi sunt, penderet arbitrio? Ergo & Deus alienum promisit, & Abraham incaute credidit. Ut quid etiam ipsa promissio, debitum postmodum facta est, dicente Deo: [p] *Benedicentur in te omnes gentes terræ, pro eo quod audisti vocem meam, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me?* Neque autem ex his, quibus facile est, & adversum Abrahæ meritum liberi arbitrii calumnia strepere; etiam post mortem ipsius Abrahæ, debitorem se ipsius confirmat Deus, & propter eum, se facturum, quod ejus filio promittebat, dicens: [q] *Ero tecum, & benedicam te. Tibi enim & semini tuo dabo ter-*

* I. Cor. I. 31. *a* Sap. VIII. 21. *b* I. Cor. I. 29. *c* Ibid. ℣℣. 28-30. *d* Ephes. II. 8. *e* Job XIV. 4. *f* Psal. CXLII. 2. *g* III. Reg. VIII. 46. *h* Psal. L. 6. *i* Psal. CIV. 4. *k* II. Maccab. VII. 29. *l* II. Cor. III. 6. *m* Joan. XVI. 7. *n* II. Cor. IV. 13. *o* Psal. CXV. 1. *p* Gen. XXII. 18. *q* Gen. XXVI. 3-5.

1. Alias fideles.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



*ram hanc, & statuam jurationem meam, quam juravi Abrahæ patri tuo, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & dabo tibi & semini tuo omnes gentes terræ, pro eo quod audivit Abraham pater tuus vocem meam.* Ecce firmatum est debitum Abrahæ. Non enim potuit per liberum arbitrium, post mortem amittere, quod vivus meruerat; noluerunt autem gentes credere. Quid faciet Abraham, cui debetur? quomodo accipiet fidei & tentationis suæ debitum, cujus debere Deo securus fuit? Cui si dictum est: [a] *Dabo quod promisi, & reddam quod juravi*: si voluerint gentes, non crederet, sed exspectaret fortuitum. Si conditione opus est, cum operario esse debet, non cum mercede. Operarius enim potest velle accipere aut nolle, non merces reddi, aut non reddi. Omnes enim gentes in mercedem fidei datæ sunt Abrahæ, sicut Deus dicit: [b] *Merces tua multa est*. Non enim si futuri essent, & non quia futuri erant, promisit. Quia non propter fidem Abrahæ, placuit Deo, salvas fore omnes gentes: quas non modo ante fidem Abrahæ, sed ante mundi constitutionem possedit. Sed quæsivit fidelem, cui id donaret, ex quo esset, cui id futurum statuerat. Abraham ergo non id meruit, ut essent, qui futuri erant, quos Deus elegerat, & conformes imaginis filii sui futuros esse prævidérat. In Genesi namque de præscientia Dei omnes gentes Abrahæ promissas, Scriptura testatur, dicens: [c] *Abraham autem fiens fiet, & erit in gentem magnam & multam & benedicentur in eo omnes gentes terræ*. Sciebat etiam quia disponebat Abraham filiis suis, & domui suæ post se, ut custodiant vias Domini, facere justitiam & judicium, ut superducat Deus in Abraham, quæcumque locutus est ad eum. Invenimus autem & conditiones, ut: *Si me audieritis, & volueritis*. Ubi præscientia Dei, ubi firmitas promissionis in hujusmodi conditionibus? Dixit etiam Apostolus, propterea ex fide, & non ex lege, datam esse promissionem, [d] *ut firma esset promissio*. [e] *Lex*, inquit, *iram operatur; ubi etiam non est lex, neque transgressio*. Propterea ex fide ut secundum gratiam *firma esset promissio omni semini*. Recte, *ut firma esset promissio*. Adjecit enim, *conditione non est firma*. Satis enim stultum est credere, in totum corpus convenire, quod bipartito corpori dicitur. Absit ut his dicat Deus: *Si me audieritis*, quos sciebat audituros, quos antequam faceret, noverat in imagine Dei perseveraturos, quos & promisit. Non est data conditio, id est lex, nisi impiis & peccatoribus: ut aut ad gratiam confugiant, aut justius puniantur, si irritam fecerint. Ut quid lex ad justos, quibus lex non est posita, qui propitio Deo legem sine lege faciunt, qui serviunt, qui ad imaginem & similitudinem Dei & Christi vivunt, qui volentes, boni sunt? Qui enim sub lege est, metu mortis, non est talis, misericors, non est imago Dei. Displicet illi lex: sed timet ultricem, nec perficere potest; quod non voto sed necessitate faciendum putat. Tradatur necesse est, propriæ voluntati; ut voluntas profecto præmium recipiat, quia animam non miscuit voluntati Dei. Displicet illi, quod Deus voluit. Etenim voluntate malus est, qui necessitate bonus est. Lex operi impedimentum est, non voluntati. Non est conjunctus Deo, qui si mali pœna non esset, malum sequeretur. Nec voluntatem Dei facit, qui gemit quod non suam fa-

A ciat. Non est misericors, qui timet esse crudelis. Sub lege est, servus est. Non furtum odit, sed pœnam metuit. Furetur autem necesse est, persuasus & victus, qui carnalis est sub virtute peccati, Spiritum Dei non habens. Qui autem amat bonum, imago Dei est, fide Dominica vivit, & *heres*, [f] *jam non est ancillæ filius*: qui accepit legem in timore, *sed liberæ* secundum Isaac, [g] *qui non accepit Spiritum servitutis in timore: sed adoptionem filiorum, clamantem Abba pater*. Qui diligit Deum, non timet serviliter. Scriptum est, timor enim servilis, cum odio est disciplinæ; Filii autem cum honore patris. Aliud est timere ex lege, aliud pro veneratione tremendæ Dei majesta-

B tis. Ejusmodi similes sunt patri suo, qui in cælis: commemorati & docti amant bonum, oderunt malum. Sine lege sunt, liberi sunt, ipsi promissi sunt: non ipsi dicitur: *Si me audieritis*, potest etenim audire: numquid conveniet in eum, quem Deus nondum prævidit auditurum? Et justi quidem, [h] *quos, Deus præscit*, sunt in ista lege. Dicitur & ipsis: *si me audieritis*; sed alia caussa, non quia possunt non audire: sed ut semper soliciti sint suæ salutis, & certi exitus sui. Non enim securus est unusquisque ex numero se esse præscitorum, Apostolo dicente: [i] *Ne ipse reprobus fiam*. Non est ergo illis, iræ operatrix ista lex, sed fidei exercitium, quo jugiter Dei gratiam quærant laborantes,


C ut perficiatur quod in illis Deus prævidit, & de libero arbitrio fuerint in vitam destinati. Alias impossibile est non audire eum, quem Deus auditurum prævidit, promisit, juravit. In quam vero partem lex proprie conveniat, licet uni detur corpori, Dominus in Evangelio declarat, dicens Apostolis: [k] *Si hæc scitis, beati estis si feceritis ea. Non de omnibus dico vobis: Ego scio, quos elegi*. Magna brevitas ostendentis unum corpus & separantis. Si enim diceret: Non de omnibus vobis dico; aut, non de omnibus dico, non ostenderet unum corpus. Nunc autem *non de omnibus dico*: ostendit quia & si non de omnibus, de illis tamen dixit. Sicut quis dicat, non de toto te di-

D xi, duo enim corpora mixta sunt, velut unum, & in commune, unum corpus laudatur aut increpatur. Sicut in Exodo, cum quidam contra vetitum, Sabbatis exisset ut manna colligeret, ait Deus Moysi: [l] *Quousque non vultis audire legem meam?* cum Moyses semper audierit. Quid de illa lege dicimus, quæ aperte promissioni videtur adversa? Scriptum est in Isaia: [m] *Si me audisses Israel, esset sicut arena maris numerus tuus*. Ecce increpatur Israel, quod vitio suo non fuerit factus sicut arena maris. Superest intelligere, quia si semper non audierit, semper exiguus erit. Et ubi firmitas promissionum? Sed hoc fit, quia prius volumus intelligere, quam credere, & fidem rationi subjicere.

E Si autem credamus omnimodo ita fieri, ut Deus juravit, dabit rationem fides. Quam perfidum est ratione quærere, & intelligimus firmitatem majorem esse promissionum, quam putamus infirmitatem. Hoc enim dictum: *Si audisset Israel*, commemoratio est justitiæ Dei, & confirmatio promissionum, dispositione Dei quosdam factos ad mortem, quosdam vero ad vitam. Propterea, præsentibus dixit, *Si me audissetis*: ut manifestum fieret, quia quos promisit, ut arenam futuros, ideo promisit, quia prævidit audituros. Ante Dominum

a Gen. XXVI. 4. b Gen. XV. 1. c Gen. XVII. 16. d Rom. IV. 16. e Ibid. ✝. 15. f Gal. IV. 30. 31.
g Rom. VIII. 15. h Ibid. ✝. 29. i 1. Cor. IX. 27. k Joan. XIII. 17. 18. l Exod. XVI. 26. m Isa. XLVIII. 18.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



enim Christum, cum hoc dictum est, [1] *numquam fuit semen Abrahæ, sicut arena maris?* Quod probare facile est. Primum, quia in Christo promisit hanc multitudinem: [a] *Non in seminibus quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo, quod est Christus.* Deinde, quia omnes gentes promisit, quod ante *Christum* fieri non potuit. Et si fuit ante Dominum numerus filiorum Israel sicut arena maris: sed cum falsis fratribus, qui non sunt filii Abrahæ. Non enim, quia omnes ex Abraham, omnes filii Abrahæ; aut quia Israel, omnes Israel. Sicut Apostolus, cum se [b] *Anathema optaret esse pro Israel*, quorum esset filiorum adoptio & testamenta, ostendit, non esse cujusmodi filios Abrahæ, sed de affectu carnalis necessitudinis dolere, quod ex ipso numero non essent. Non quod promissio Dei excidisset, dicens: [c] *Non tamen excidit sermo Dei, non enim omnes, qui sunt ex Israel, hi sunt Israel, neque quia sunt semen Abrahæ, omnes filii sunt: sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui sunt filii carnis, hi sunt filii Dei: sed filii promissionis deputantur in semen.* Ergo in antiqua multitudine, non fuit Abrahæ semen: nisi illis, qui secundum Isaac fidei & promissionis filii erant. Etiam hoc exemplum inducit: [d] *Si fuerit numerus filiorum Israel, sicut arena maris: reliquiæ liberabuntur*, id est, exiguum. Et, [e] *nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma essemus.* Ipsæ reliquiæ fuerunt semen Abrahæ: ne omnis Judæa, ut Sodoma esset. Iterum cum assereret, numquam Deum hereditatem suam reliquisse: sed sicut in adventu Domini, *pars Israel salva facta est*: ita semper fuisse. *Quid, inquit, dicit responsum divinum?* [f] *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genu ante Baal.* Sic nunc reliquiæ secundum electionem salvæ factæ sunt, dicendo: Si nunc in hoc tempore: ostendit & ante sic factum in Israel, ut reliquiæ, id est, modicum salvum fieret. Si autem, nec fides, nec ratio persuadet fidei, qui promissus fuerat, dictum esse: [g] *Si me audisses Israel; esset sicut arena maris numerus tuus.* Et Jacob, qui antequam nasceretur, datus est: idem libero arbitrio postmodum reprobatus est. Sicut Osee dicit: [h] *Judicium Domini ad Judam, ut vindicet in Jacob, secundum vias ejus, & secundum studia ejus retribuet ei*: quia [i] in utero supplantavit fratrem suum, & in laboribus suis invaluit ad Deum, & invaluit cum Angelo, & potens factus est. Si autem constat, in Jacob dilectum consummasse, non est idem qui in laboribus invaluit ad Deum & supplantator, sed duo in uno corpore. Figura est enim duplicis seminis Abrahæ, id est, duorum populorum in uno utero matris Ecclesiæ luctantium. Unus est, secundum electionem de præscientia dilectus: Alter electione suæ voluntatis, iniquus. Jacob autem & Esau, in uno sunt corpore, ex uno semine. Sed quod perspicue duo procreati sunt: ostensio est duorum populorum. Et ne quis putaret, ita perspicue fore separatos duos populos: ostensum est, ambos in uno corpore futuros in Jacob, qui & dilectus vocatus est, & fratris supplantator expressus. Itaque in duobus quantitas expressa est, non qualitas separationis. Ceterum, ambo qui separati sunt in uno futuri, antequam dividuntur, ostensi sunt. Et Isaac, [k] *venit*, inquit, *frater tuus cum dolo, & accepit benedictionem tuam.* Nisi ista locutio mystica sit, breviter ostendentis duo in uno

A corpore: nonne contra rationem est, ut benedictionem in proximum dolose acceperit, Scriptura dicente: [l] *Qui non juravit proximo in dolo; iste accipiet benedictionem a Domino?* Numquam autem Jacob, id est Ecclesia venit ad benedictionem, non comitante dolo, id est, falsis fratribus. Sed non, quia innocentia & dolus simul veniunt ad benedictionem, simul benedicuntur: quia [m] *qui potest capere, capiat*, & unum semen pro qualitate terræ, provenit. Non est autem contrarium, quod malum fratrum videtur supplantasse, quia non dixit: *In utero supplantavit Esau, sed fratrem suum.* Esau autem, ubique signum est, & nomen malorum: Jacob autem, utrorumque: illa ratione, quod pars

B mala simulet se Jacob, & sine dubio, uno nomine: pars autem bona, non potest se simulare Esau. Est hoc nomen malorum tantum: illud vero bipartitum. Ceterum de libero arbitrio, nec Jacob omne semen bonum, nec Esau omne malum, sed ex utroque utrumque. Ex Abraham ita bipartitum semen ostensum est. Natum est unum [n] ex ancilla in figura: ut ostenderetur etiam servos futuros ex Abraham, & recessit cum sua matre. Postquam vero recessit, inventum est in alterius semine, quod est ex libera, quod est ex Israel, qui accepit legem in monte Sina, quod est Agar in servitute generans. Illic in eodem populo secundum Isaac ex libera promissionis filii, id est, sancti & fideles mul-

C ti procreati sunt. Separatis itaque a credentibus figuris Israel & Esau, in uno populo totum postmodum provenit. Illic ab origine utrumque testamentum Agar & Isaac; sed pro tempore alterum sub alterius nomine delituit & delitescit, quia neque revelato novo quiescit vetus generando. Non ergo dixit, *Agar, quæ in servitutem generans.* Oportet autem simul ambos crescere usque ad messem. Sicut ergo tunc sub professione veteris Testamenti latuit novum, id est, gratia, quod secundum Isaac promissionis filios generaret ex libera, quod in Christo revelatum est: ita & nunc obtinente nova, non desunt servitutis filii generante Agar, quod in Christo revelabitur. Confirmat Apostolus, id

D nunc quoque inter fratres geri, quod tunc inter illos gerebatur, dicens. [o] *Vos autem fratres secundum Isaac, promissionis filii estis.* Sed *sicut tunc, qui secundum carnem natus est, persequebatur spiritualem, ita & nunc.* Et necessario addidit, [p] *sed quid dicit Scriptura? Expelle ancillam & filium ejus: non enim coheres erit filius ancillæ, filio liberæ.* Quod autem dixit, *sicut tunc persequebatur; ita & nunc*, non est inane. Apostolus enim interpretatus est *persequebatur.* Nam Scriptura dicit: [q] *Ludebat Ismael cum Isaac.* Numquid fratres, qui circumcisiones Galatis prædicebat, aperte illos, & non per lusum, id est, sine indicio persecutionis insequebatur? Sicut ergo de genere ludendi persecutorem dixit: ita & istos,

E qui Filios Dei, velut per communem utilitatem, id est, disciplinam legis, a Christo separare, & matri suæ Agar, filios militant. Alia enim non est caussa, qua filii diaboli irrepant, ad explorandam libertatem nostram, & simulent se fratres, & in Paradiso nostro velut Dei filios ludere: quam de subacta libertate filiorum Dei glorientur, qui portabunt judicium, qualescumque illi fuerint, qui omnem sanctum persecuti sunt, qui Prophetas occiderunt, qui semper Spiritui sancto restiterunt; inimici crucis Christi, negantes Christum in carne,

*a* Gal. III. 16. *b* Rom. IX. 3. *c* Ibid. ℣℣. 6-8. *d* Isa. X. 22. Osee I. 10. *e* Isa. I. 9. *f* III. Reg. XVIII. 19. Rom. XI. 4. *g* Isa. XLVIII. 18. *h* Osee XII. 2. *i* Gen. XXV. 23. Rom. IX. 10. *k* Gen. XXVII. 35. *l* Psal. XXIII. 4. *m* Matth. XIX. 12. *n* Gal. IV. 22. *o* Ibid. ℣℣. 28. 29. *p* Ibid. ℣. 30. *q* Gen. XXI. 9.

1. *Numquid.*

dum ejus membra oderunt, corpus peccati, filii exterminii, ministerium facinoris, qui veniunt secundum operationem satanæ in omni virtute, signis & prodigiis, spiritualia nequitiæ in cælestibus: quos Dominus Christus, quem in carne persequuntur, interficiet spiritu oris sui, & destruet manifestatione adventus sui. Tempus est enim, quod hæc non [1] *ministeriis*, sed aperte dicantur, imminente discessione, quod est revelatio hominis peccati, discedente Lot a Sodomis.

## REGULA IV.

### De specie & genere.

*Lux allata Ezechiel*, capp. 27. & 32. & 36. & 37. *Isai.* 13. & 24. *Hierem.* 25.

De specie & genere loquimur, non secundum virtutem Rhetoricam humanæ sapientiæ, quam qui magis omnibus potuit, locutus non est, ne crucem Christi fecisset inanem, si auxilio atque ornamento sermonis, ut falsitas, indiguisset. Sed loquimur secundum mysteria cælestis sapientiæ magisterio Spiritus sancti. Qui in quod veritatis pretium fidem constituerit mysterii, narravit in speciem genus abscondens, ut in veterem Hierusalem, totam, quæ nunc est per orbem Ecclesiam assumeret, aut in unum membrum, totum corpus, ut in Salomone. Sed hoc non minus occultum est, quam cetera, quæ non solum specie verbi, sed etiam multiformi narratione occultantur. Quamobrem, Dei gratia in auxilium postulata; elaborandum nobis est, ut spiritus multiplicet ingressus legendi, eloquiumque subtile, quod ad impedimentum intellectus, speciei genus, aut generi speciem inserit: genus species ne sit, facile possit videri. Dum enim speciem narrat, ita in genus transit, ut transitus non statim liquido appareat: sed talia transiens ponit verba, quæ in utrumque conveniant, donec paulatim speciei modum excedat, & transitus dilucidet, cum, quæ a specie cœperant, nonnisi in genus convenerint, & eodem modo genus relinquit, in speciem rediens. Aliquando autem a specie in genus non supradicto modo revertitur. Aliquando supradicto modo transit, & evidenter revertitur simili ordinis varietate: aut a specie in genus, aut a genere in speciem, finit narrationem. Aliquando redit ex hoc in illud non semel: & omnis narratio nec speciem excedit, nec genus præterit, in utrumque conveniens. Hæc varietas translationis & ordinis exigit fidem, quæ gratiam Dei quærat. Sic Dominus per Ezechielem loquitur, & regibus eorum, qui ab Hierusalem capti & dispersi fuerant, gentium jungit adventum, & in terra, quam Patres nostri possederunt, exprimit mundum. Septem enim gentes Abrahæ promissæ, figura sunt omnium gentium. [a] *Factus est*, inquit, *ad me sermo Domini, dicens: Fili hominis, domus Israel habitaverunt in terra, & polluerunt illam in via sua, & in idolis suis & peccatis: secundum immunditiam menstruatæ facta est via eorum ante faciem meam. Et effudi iram meam super eos, & dispersi illos inter nationes, quas ingressi sunt, & polluerunt illic nomen meum sanctum: dum dicunt ipsi, populus Domini hi, & de terra tua egressi sunt: & peperci illis, propter nomen tuum sanctum, quod polluerunt domus Israel in nationibus, in quas* A *ingressi sunt illic. Propter hoc, dic domui Israel. Hæc dicit Dominus: non vobis ego facio, domus Israel: sed propter nomen sanctum quod polluistis in nationibus, in medio quarum ingressi estis.* Illic incipit jungere genus: *Et sanctificabo nomen meum, sanctum illud magnum, quod pollutum est inter nationes, quod polluistis in medio earum, & scient gentes, quoniam ego sum Dominus, qui sanctificabor in vobis ante oculos eorum, & accipiam vos de gentibus, & congregabo vos ex omnibus terris, & inducam vos in terram vestram.* Aperte excedit speciem. *Et aspergam vos aqua munda, & mundabimini ab omnibus simulacris vestris, & mundabo vos, & dabo vobis cor novum, & spiritum no-* B *vum dabo in vos, & auferam cor lapideum de carne vestra: & dabo vobis carneum, & spiritum meum dabo in vos, & faciam, ut in justitiis meis ambuletis, & judicia mea custodiatis, & operemini. Et habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris. Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum, & mundabo vos ex omnibus immunditiis vestris.* Attingit speciem, non tamen relinquens genus: [b] *Et vocabo triticum, & multiplicabo illud: & non dabo in vos famem, & multiplicabo fructum ligni, & quæ nascuntur in agro: ut non accipiatis ultra opprobrium famis, in nationibus, & reminiscemini vias vestras pessimas, cogitationes vestras non bonas, & non odietis eas ante faciem eorum in* C *iniquitatibus vestris, & in abominationibus eorum. Non propter vos, ego facio, dicit Dominus. Notum est vobis, confundimini & revertimini de viis vestris, domus Israel. Hæc dicit Adonai Dominus: In die, qua mundabo vos ab omnibus iniquitatibus vestris, & inebriari faciam civitates, in figura terræ Judæ, quæ bellis vastata fuerat, coletur, propter quod fuit exterminata sub oculis omnis prætereuntis. Et dicent, Terra illa, quæ fuerat exterminata, facta est sicut hortus deliciarum, & civitates desertæ & exterminatæ & demolitæ, munitæ consederunt. Et scient gentes, quæcumque derelictæ fuerint in circuitu vestro, quoniam ego sum Dominus. Ædificavi demolitas, & plantavi exterminatas:* D *quia ego Dominus locutus sum & feci.*

Apostolus quoque ingressu Jacob promissum esse introitum gentium, sic interpretatur dicens. [c] *Donec plenitudo gentium intret: & sic omnis Israel salvabitur, sicut scriptum est: Veniet a Sion, qui liberet & auferat impietates ab Jacob.* Et eodem genere locutionis redit in speciem, dicens: *Secundum Evangelium quidem inimici propter vos.* Item in Ezechiele incipit ab specie, quæ conveniat & in genus, & finit in solo genere, ostendens, terram patrum mundi esse possessionem. [d] *Hæc dicit Dominus: Ecce ego accipiam omnem domum Israel de medio gentium, in quas ingressi sunt illic, & congregabo eos ab omnibus qui sunt in cir-* E *cuitu eorum, & inducam eos in terram Israel, & princeps unus erit eorum. Et non erunt ultra in duas gentes, nec dividentur ultra in duo regna: ne contaminentur adhuc in simulacris suis. Et liberabo eos ab omnibus iniquitatibus eorum, quibus peccaverunt in eis & emundabo eos, & erunt mihi in populum, & ego Dominus ero illis in Deum.*

Aperte transit in genus: *Et servus meus David princeps in medio eorum erit, Pastor unus omnium, qui in præceptis meis ambulabunt, & judicia mea custodient, & facient ea, & inhabitabunt in terra sua, quam ego dedi servo meo Jacob, ubi habitave-*

a Ezech. XXXVI. 17-28. b Ibid. ℣℣. 29-38. c Rom. XI. 25. 26. d Ezech. XXXVII. 21-23.

1. *Mysteriis*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



*runt patres eorum, & habitabunt in ea ipsi, & David servus meus princeps eorum in sæcula, & disponam illis testamentum pacis, & testamentum æternum erit cum illis. Et ponam sancta mea in medio eorum in sæcula, & erit habitatio mea in illis, & ero illis Deus: & ipsi erunt mihi populus. Et scient gentes, quia ego sum Dominus qui sanctifico eos, dum sunt sancta in medio eorum dicit Dominus.* Item illic egressui dispersionis Israel, gentium infert adventum.

Eremum figuram fuisse populi deserti, in quo Ecclesia nunc esse, manifestatur: & quod iidem mali quamvis una cum populo Dei ex gentibus revocentur in terram Israel, tamen in terra non sint. [a] *Vivo ego dicit Dominus si respondero vobis, & si ascenderit in cor vestrum hoc, & non erit, quemadmodum dicitis vos. Erimus sicut gentes, & sicut tribus terræ, ut serviamus lignis & lapidibus. Vivo ego dicit Dominus, nisi in manu forti & brachio excelso, & in ira effusa regnabo super vos, & educam vos de populis & recipiam vos de regionibus, in quibus dispersi estis in manu forti & brachio excelso, & ira effusa, & adducam vos in desertum populorum, & disputabo ad vos facie ad faciem: quemadmodum disputavi ad patres vestros in deserto terræ Ægypti, sic judicabo vos, dicit Dominus, & redigam vos sub virga mea, & inducam vos in* [1] *numero, & eligam impios de vobis & desertores: quoniam ex transmigratione eorum educam eos, & in terram Israel non intrabunt, & cognoscetis, quia ego sum Dominus.*

Item illi captivitati montium Israel promittit Deus ubertatem, & multiplicationem populorum usque in finem. [b] *Quoniam*, inquit, *dederunt terram tuam sibi in possessionem cum jucunditate inhonorantes animas, atque exterminaverunt in vastationem: propterea, propheta super terram Israel, & dic montibus & collibus, & rivis & nemoribus. Hæc dicit Dominus: Ecce ego in zelo meo, & in ira mea locutus sum, propter quod opprobrium gentium portatis. Ecce ego levabo manum meam super nationes, quæ sunt in circuitu vestro. Hi injuriam suam accipient: vestri autem montes, Israel, uvam & fructum vestrum manducabit populus meus, qui appropinquat venire. Quia ecce ego super vos & colemini, & seminabimini: & multiplicabo super vos totam domum Israel usque in finem, & habitabuntur civitates, & quæ desolatæ erant, ædificabuntur.* Item illic velut in novissima resurrectione, prima significatur. [c] *Locutus est*, inquit, *ad me, dicens: Fili hominis ossa hæc, omnis domus Israel est. Ipsi dicunt: Arida facta sunt ossa nostra, interiit spes nostra, expiravimus. Propterea propheta & dic: hæc dicit Dominus: Ecce ego aperiam monumenta vestra, & educam vos de monumentis vestris, & inducam vos in terram Israel, & scietis, quia ego Dominus, cum aperiam sepulcra vestra, & educam de monumentis populum meum, & dabo spiritum meum in vos, & vivetis: & ponam vos super terram vestram, & scietis quia ego sum Dominus.*

Numquid perspicue, cum resurrexerimus, tunc sciemus Dominum, & non nunc, cum per baptismum resurgimus? Aut mortui poterunt dicere: [d] *Arida facta sunt ossa nostra*, ut merito mortuis id promissum esse credamus? Quid enim est Sacramenti, ne in ambiguum veniret, aperuit Deus. Nam de novissima carnis resurrectione, neminem Chri- A stianum credimus dubitare. Et Dominus secundum Joannem has resurrectiones manifestat, dicens: [e] *Amen dico vobis: quia, qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium non veniet, sed transiet a morte ad vitam. Amen dico vobis, quoniam venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint, vivent. Sicut enim habet Pater vitam in se: sic dedit Filio vitam habere in semet ipso. Et potestatem dedit ei & judicium facere: quia filius hominis est.* Jungit novissimam resurrectionem: [f] *Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei, & exient qui bona fecerunt, in resurre-* B *ctionem vitæ: qui autem mala fecerunt, in resurrectionem judicii.* Primo dixit, *mortui qui audierint, vivent*. Secundo, *omnes, qui in monumentis sunt, exient*. Item quod in uno homine totum corpus significetur, in Regum libro promittit Deus David, de Salomone dicens: [g] *Suscitabo regnum ejus: ipse ædificabit mihi domum.*

Conveniunt ista: sed excedit speciem, dicens: [h] *Et dirigam thronum ejus usque in æternum.* Item in utrumque. *Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et si venerit injustitia ejus, arguam eum in virga hominum, & in artibus filiorum hominum; misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli, a quibus abstuli a conspectu* C *meo, & fidelis fiet domus ejus.* Iterum excedit speciem: *& regnum ejus in æternum in conspectu meo, & fidelis fiet domus ejus.* Iterum excedit speciem: *& regnum ejus in æternum in conspectu meo, & thronus ejus erit confirmatus usque in æternum.* Quod autem videtur in excessus specie thronum Christi promittere in æternum, thronum filii hominis promittit, & ita *Corpus* Christi, id est, Ecclesiæ. Non enim propter David promisit Deus regnaturum Christum: cui ante constitutionem mundi promisit hanc claritatem. Et per Isaiam sic dicit Deus Christo: [i] *Magnum tibi erit istud: ut voceris puer meus, & statuas tribus Jacob, & Israel dispersionem convertas. Ecce posui te in testamentum generis, in* D *lumen gentium, ut sis in salutem usque in novissimum terræ.* Quid majus Filio Dei vocari *puer meus*, & Israel dispersionem convertere, aut per eum factum esse ipsum Israel & cælum & terram, & quæ in eis sunt visibilia & invisibilia? Sed ei dixit magnum esse, qui Filio Dei mixtus est ex semine David. Omnis enim promissio Abrahæ & David, ipsa est, ut semen eorum misereretur ei, cujus sunt omnia, & esset coheres in æternum: non propter eos regnaret Christus, qui est omnium rex a Patre constitutus. Quid dicimus de Salomone? cum Deo est, an post idololatriam reprobatus est? Si cum Deo dixerimus: impunitatem spondebimus idolorum cultoribus. Non enim dicit Scri- E ptura, pœnitentiam egisse Salomonem, aut recepisse sapientiam. Si autem reprobatum dixerimus: occurrit vox Dei, quæ dicit, nec terræ quidem regnum auferre Salomoni propter David, sicut scriptum est in libro Regum: [k] *Disrumpens disrumpam regnum tuum de manu tua: & dabo illud servo tuo. Verum, in diebus tuis non faciam hæc, propter David patrem tuum. De manu filii tui accipiam illud. Verum omne regnum non accipiam, sceptrum unum dabo filio tuo: propter David servum meum, & propter Hierusalem civitatem, quam ele-*

*a* Ezech. XX. 31-38. *b* Ezech. XXXVI. 5-10. *c* Ezech. XXXVII. 11-14. *d* Ibid. ℣. 11. *e* Joan. V. 24-27. *f* Ibid. ℣℣. 28-30. *g* II. Reg. VII. 15. *h* Ibid. ℣℣. 13-16. *i* Isa. XLIX. 6. *k* III. Reg. XI. 11-14.


1. *In vinculis fœderis* Vulg. in Ezech. XX. 37.

gi. Quid enim prodest David, si propter eum filius ejus regnum terræ consequeretur, cæleste perditurus? Quo manifestum est, cum Deo esse Salomonem: cui regnum quidem terræ ablatum non est propter David, quod & dixerat: [a] *Arguam in virga hominum peccata ejus: misericordiam autem meam non auferam ab eo.* Quod si neque reprobatus est, neque idolorum cultores regnum Dei possident: manifestum est, figuram fuisse Ecclesiæ bipertitæ, Salomonem, cujus latitudo cordis & sapientia, sicut arena maris, & idololatria horribilis. *Disrumpens*, inquit, *disrumpam regnum tuum de manu tua: verum in diebus tuis non faciam. De manu filii tui accipiam illud.* Jugis operationis est, *disrumpens disrumpam:* sicut *benedicens benedicam, & multiplicans multiplicabo semen tuum.* Ostendit enim semper futurum Salomonem in filio, id est, in posteris: cujus posthumis Salomonis temporibus non aufert Deus regnum, secundum promissa Patrum: sed corrigit illud usque in æternum, ut auferat jugiter secundum idololatriam Salomonis, in suo peccato perseverantis. Alias, quomodo de manu Salomonis disrumpens disrumpit aut non disrumpit, si non nunc est Salomon in filiis bonus aut malus? Quod autem dicit: Verum, non omne regnum accipio: in speciem redit, incipiens aliam figuram in filio Salomonis & servo. In Jesu Nave quoque sic dicit Dominus, manifestans in uno homine futurum corpus ostendit: sed hoc loco malum tantummodo. [b] *Peccavit*, inquit, *populus & transgressus testamentum, quod disposui ad illos, furati sunt de anathemate, miserunt in vasa sua:* cum solus Achar de tribu Juda id fecisset. Quod corpus semper futurum intelligens Jesus, sic ait, cum eum occideret: [c] *Exterminet te Deus sicut & hodie.* Illud autem multo magis necessarium est scire: omnes omnino civitates Israel & gentium, vel provincias quas Scriptura alloquitur, aut in quibus aliquid gestum refert figuram esse Ecclesiæ. Aliquas quidem partis malæ tantum, aliquas bonæ, aliquas vero utriusque. Et si sint aliqua, quæ etiam in gentes, quæ foris sunt videantur convenire: in parte tamen, quæ intus est, convenitur omne corpus adversum, sicut in Israel captivo, promittitur gentibus ad Deum reditus. Impossibile est enim legem loqui ei, qui in lege non est: de eo loqui, ad ipsum tamen non: & sive alicubi sine ista occasione non in Israel specialiter alienigenas alloquitur, intus omnimodo credendi sunt: quoniam, etsi eveniebat specialiter quod prophetatum est, Ecclesia tamen est. Proprietas denique non omnibus speciebus [1] convenit. Nam & Damascus & Tyrus & Soor & aliæ multæ usque nunc exstant, quas Deus penitus tolli, nec restaurari dixerat. In alienigenis autem civitatibus Ecclesiam conveniri apertum est in Ezechiele, cui cum Dominus diceret, prædicere interitum in Theman, quæ est Esau, & in Dagon, quod est idolum allophylorum, intellexit parabolam esse adversum Hierusalem & templum. [d] *Factus est*, inquit, *sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, confirma faciem tuam super Theman, respice in Dagon, propheta in silvam summam Nageb: Audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus: Ecce, ego incendam in te ignem, & comedet in te omne lignum viride, & omne lignum aridum. Non exstinguetur flamma incensa: & comburetur in ea omnis facies a subsolano usque ad aquilonem, ut cognoscat omnis caro, quia ego Dominus succendi illud, non exstinguetur ultra. Et dixi, non Domine. Ipsi dicunt ad me. Nonne parabola est hæc, quæ dicitur?* [e] *Et factus est*, inquit, *sermo Domini ad me, dicens: Propterea fili hominis, propheta & confirma faciem tuam ad Hierusalem, respiciens sancta eorum: & prophetabis super terram Israel. Hæc dicit Dominus: Ecce ego educam gladium meum de vagina sua: & disperdam de te inimicum & injustum. Sic exiet gladius meus de vagina sua super omnem carnem a subsolano usque ad aquilonem, & sciet omnis caro, quia ego sum Dominus, qui emisit gladium meum de vagina sua, non egredietur ultra. Confirma* inquit, *faciem tuam, super Theman, & respice in Dagon.* Et interpretatus est dicens: *Confirma faciem tuam ad Hierusalem, & respice in sancta eorum.* Et ostendit in omnem Hierusalem, dicens: *Disperdam de te inimicum & injustum.* Ita futurum generaliter ait: *Sic exiet gladius meus super omnem carnem a subsolano usque ad aquilonem.* Ostendit in Hierusalem esse Theman, quam illic Deus interficit, & Dagon, & omnia exsecrabilia gentium operante filio David Salomone in filiis suis, quo etiam evidenter dejecta templa Dei & demolita, atque spiritualiter exusta, projecit in torrentem, id est, sæculum, qui nascitur filius David Josias, ut disrumpatur altare in Bethel, sicut scriptum est: [f] *Altare, altare, hæc dicit Dominus, Ecce filius nascetur de domo David: Josias nomen illi.* Ninive civitas alienigenarum, bipertitæ Ecclesiæ figura est. Sed quia ordinem lectionem interpretando prosequi, longum est: satis erit, quod specie convenire non potest dicere. [g] *Erat*, inquit, *Ninive civitas magna:* adeo, cum esset adversa Deo, ut metropolis Assyriorum, quæ & Samariam delevit, & omnem Judæam semper oppressit: sed in figura Ecclesiæ prædicante Jona, id est, *Christo*, omnis omnino liberata est. Eadem Ninive omnino insequenti Propheta peritura describitur, cui prædicans Dominus: [h] *Signum est Jonæ in ventre ceti.* Atque ut & ipse Propheta ostendit, non esse illam civitatem specialem, interponit aliqua, quæ speciei modum excedant. *Non erat*, inquit, *finis gentilibus illius: cum esset civitas unius gentis.* Et iterum: *Multiplicasti mercatus tuos super astra cæli*, id est, Ecclesiam. Et iterum: *Super quem non venit malitia tua semper?* Numquid potuit unius civitatis malitia, super omnem hominem, aut semper venisse, nisi illius, quam Cain fratris sanguine fundavit nomine filii sui, id est, posteritatis? Manifestius adhuc docet Propheta, Ecclesiam esse Ninive. [i] *Et extendet*, inquit, *manum suam in Aquilonem*, (id est, populum solis alienum adversus Meridianum) *& perdet Assyrium.* Et illud: [k] *Ninive, exterminium sine aqua in desertum: & pascentur in medio ejus greges, omnes bestiæ terræ & cameleonti, & hirci in laquearibus ejus cubabunt, & bestiæ vocem dabunt in fossis ejus, & corvi in portis ejus, quoniam cedrus altitudo ejus. Civitas contemnens, quæ habitat in spe, quæ dicit in corde suo: Ego sum, & non est post me.* Et adhuc: [l] *Quomodo facta est in exterminio, pascua bestiarum? Omnis, qui transit per illam, sibilabit & movebit manus suas.* [m] *O! illustris & redemta civitas, columba, quæ audivit vocem, non recepit disciplinam, in Domino non est confisa, & ad Dominum suum non appropinquavit. Principes ejus in ea, ut leones frementes, Judices ejus, ut lupi Arabiæ, non relinquentes in*

a II. Reg. VII. 14. b Jos. VII. 11. c Ibid. ℣. 25. d Ezech. XX. 45-49. e Ezech. XXI. 1-5. f III. Reg. XIII. 2. g Jonæ III. 3. h Matth. XII. 40. Luc. XI. 30. i Soph. II. 13. k Ibid. ℣℣. 13-15. l Ibid. ℣. 15. m Soph. III. 1-5.

1. Al. *evenit*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



*mane. Prophetæ ejus, spiritu elati, viri contemtores, Sacerdotes ejus* [1] *prophetant sacra, & conscelerant legem; Dominus autem justus, in templo ejus non faciet injustum.* Ægyptus item bipertita est. [a] *Ecce*, inquit, *Dominus sedet super nubem levem, & venit in Ægyptum.* [ Nubes, corpus est spirituale post Baptismum, & claritas filii hominis. Primus est enim adventus Domini jugiter corpore suo venientis, sicut dicit: [b] *Amodo videbitis venientem in nubibus cæli*] *& comminuentur manufacta Ægypti a facie illius, & cor ipsorum minorabitur in illis, & exsurgent Ægyptii super Ægyptios, &* [2] *expurgabit homo fratrem suum & homo proximum suum, & pugnabit civitas contra civitatem, & exsurget gens super gentem*, id est, Ægyptus super Ægyptum, & lex supra legem, sensus scilicet diversitate sub una lege: *Et turbabitur spiritus Ægyptiorum in ipsis, & cogitationes eorum dispergam.* Et postquam nunc generi speciem, nunc genus speciei miscuisset, adjecit, dicens: [c] *Die autem illo erit altare Domini in regione Ægyptiorum, & tituli ad terminos ejus Domino. Erit autem in signum in æternum Domino, in regione Ægyptiorum.* Non dixit, licebit esse altare ad terminos Ægypti in æternum: sed, erit. Ezechiel vero apertius ostendit totum mundum esse Ægyptum, dicens: [d] *O dies! quia prope est dies Domini, dies nubis, finis gentium erit: & veniet gladius super Ægyptios.* Et jungit speciem: *Et erit tumultus in Æthiopia, & cadent vulnerati in Ægypto, & cadent fundamenta ejus, Persæ & Cretes, & Lydi, & omnes commesticii, & filii testamenti mei, gladio cadent in ea cum ipsis.* Hoc autem factum est, cum post excidium descenderent in Ægyptum, & occiderentur illic a Nabuchodonosor secundum Hieremiæ prophetationem. Fiet autem & generaliter, novissimo die, quando cum Ægyptiis filii testamenti ceciderint, Ægyptiorum more viventes. Item per Ezechielem minatur Deus regi Ægyptiorum, & ejus multitudini, quod essent terribiles in sanctos, inter circumcisos deputati: quod non convenit, nisi in eos, qui sibi circumcisione, id est, sacris blandiuntur. Quoniam igitur dedit timorem suum super terram vitæ: ut dormiret in medio incircumcisorum vulneratus gladio Pharao, & omnis multitudo ejus cum ipso, dicit Dominus. Et illic a genere ad speciem: [e] *Hæc dicit Dominus: Circumjaciam te super terram popalorum multorum & extrabam te in bamo meo, & extendam te super terram campi tui: & constituam super te omnes aves cæli, & saturabo omnes bestias universæ terræ: & dabo carnes tuas super montes, & saturabo sanguine tuo colles, & rigabitur terra ab his, quæ de te procedunt; a multitudine tua in montibus vepres implebo abs te, & cooperiam cælum cum exstingueris, & obscurabo astra ejus, solem in nube contegam, & lunæ non lucebit lumen ejus. Omnia quæ lucent lumine in cælo obscurabuntur, & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus.* Jungit speciem: [f] *Et exasperabo cor populorum multorum: cum ducam captivitatem tuam in nationes, in terram, quam non noveras.* Excedit speciem: *Et contristabuntur super te multæ nationes, & reges earum, mentis alienatione stupebunt, cum volabit gladius meus super facies eorum, in medio eorum erit ad ruinam ex die ruinæ tuæ.* Redit ad speciem: *Quo-*

A *niam hæc dicit Dominus: Gladius regis Babylonis venit tibi in gladiis gigantum, & dejiciam virtutem tuam, pestes a nationibus omnes, & pendent contumeliam Ægypti, & conteretur omnis virtus ejus.* In genus: *Et perdam omnia pecora aqua multa: & non turbabit eam pes hominis ultra, & vestigium pecorum non calcabit eam. Tunc requiescent aquæ eorum, & flumina eorum, ut oleum habebunt, dicit Dominus.* Species: [g] *Et dabo Ægyptum in interium, & desolabitur terra cum plenitudine sua, & dispergam omnes inhabitantes in ea.* Genus: [h] *Et scient, quia ego Dominus sum. Operiam*, inquit, *cælum, cum exstingueris: & obscurabo astra ejus, solem in nube*

B *contegam & lunæ non lucebit lumen ejus. Omnia, quæ lucent lumine in cælo obscurabuntur super te: & dabo tenebras super terram tuam.* [ In passione Domini, non in terra Ægypti tantum fuerunt tenebræ: sed in toto orbe. Sed nec, capta Ægypto, obstupuerunt gentes, exspectantes ruinam suam ex die ruinæ ejus. Nam & de Soor sic scriptum est. [i] *Hæc dicit Dominus ad Soor: Nonne, a die ruinæ tuæ, in gemitu vulneratorum, dum interficiuntur gladio, in medio tui commovebuntur insulæ, & discedent a sedibus suis omnes principes maris, & auferent mitras & vestem aurium suarum: dispoliabunt se in stupore mentis, stupebunt & timebunt in interitu tuo, & ingemi-*

C *scent super te, & accipient lamentationem, & dicent tibi: Quomodo destructa est de mari, civitas illa laudabilis, quæ dedit timorem suum omnibus inhabitantibus in ea? & timebunt insulæ ex die ruinæ tuæ:* [k] *Ad clamorem vocis tuæ, gubernatores tui timore timebunt, & discedent de navibus omnes remiges tui & vectores & proretæ maris super terram stabunt, & ululabunt super te voce sua, & clamabunt super te amarum, & imponent super caput suum terram, & cinerem sternent, & accipient super te lamentationem filiorum, lamentum Soor. Quantum invenisti mercedis de mari? Satiasti gentes multitudine tua: & a commixtione tua locupletasti omnes*

D *reges terræ. Nunc autem contristata es in mari, in profundo aquæ commixtio tua, & omnis congregatio tua in medio tui. Ceciderunt omnes remiges tui: omnes qui inbabitant insulas contristati sunt super te, & remiges eorum mentis alienatione stupuerunt, & lacbrymatus est vultus eorum super te. Mercatores eorum de gentibus exsibilabunt te: perditio facta es, ultra non eris in æternum, dicit Dominus.*] Numquid in unam insulam conveniunt, quæ dicta sunt: aut sola potuit locupletare omnes reges terræ? Sed aliqua relinquimus locis opportunis: quibus etsi strictim dicuntur, videri possunt. Tyrus bipertita est, sicut per Isaiam dicitur, qui post multa speciei & generis, hoc

E quoque adjecit, dicens: [l] *Erit post septuaginta annos Tyrus, sicut canticum fornicariæ. Accipe citbaram angularem civitas fornicaria, oblita bene citbarizare, multa cantica canta: ut tui commemoratio fiat. Et erit post septuaginta annos, respectionem faciet Deus Tyri, & iterum restituetur in antiquum.* [ Numquid credibile est, universa regna terrarum, Tyrum venisse negotiandi causa? Quod si veniant; quæ utilitas, prædixisse futura Tyro, commercia omnibus regnis terræ, si non *Tyrus*, Ecclesia est, in qua omne terrarum negotium est æternæ vitæ? Sequitur enim & osten-

*a* Isa. XIX. 1-3. *b* Matth XXIV. 30. *c* Isa. XIX. 19. *d* Ezech. XXX. 3-5. *e* Ezech. XXXII. 4-8. *f* Ibid. ℣℣. 9-14. *g* Ibid. ℣. 15. *h* Ezech. XXXII. 7. 8. *i* Ezech. XXVI. 15-18. sec. LXX. *k* Ezech. XXVII. 28-36. sec. LXX. *l* Isa. XXIII. 15-17.

1. Græce βεβηλοῦσι *profanant*.

2. Lege *expugnabit*.


dit, quod ſit ejus negotium, dicens: [a] *Et erit negotiatio ejus & merces ſancta Domino.* Non enim in illis colligitur: ſed illis, qui habitant in conſpectu Domini. [b] *Omnis negotiatio ejus, edere & bibere & repleri, in ſignum memoriæ in conſpectu Domini.* Si ergo negotiatio ejus, ſancta Domino: quomodo poteſt omnibus eſſe regnis, niſi ubique fuerit iſta Tyrus? Sequitur enim aperte, oſtendit quid ſit Tyrus, dicens: [c] *Ecce Dominus corrumpet orbem terrarum, & vaſtabit illum, & nudabit faciem ejus: diſperget eos, qui inhabitant in eo, & erit populus ſicut ſacerdos.* [ Num illius orbis, cujus negotiatio ſancta Domino? *& famulus ſicut Dominus & famula ſicut domina.* ] *Et erit emens ſicut & vendens: & qui debet, ſicut ille cui debetur; & qui fænerat, ſicut ille qui fæneratur: quia corruptione corrumpetur terra, & vaſtabitur vaſtatione terra. Os enim Domini locutum eſt hæc. Planxit terra, curvatus eſt orbis terræ, planxerunt alti terræ. Terra autem facinus admiſit, propter eos, qui inhabitant in ea: quia tranſierunt legem, & mutaverunt juſſa teſtamenti æterni. Propterea ergo maledictio comedit terram: quia peccaverunt, qui inhabitant in ea. Propter hoc egentes erunt, qui inhabitant terram.* [ Numquid illi [1] gentes eſſe poſſunt, quibus in omnibus regnis terræ negotiatio eſt edere, & bibere, & repleri, non quodam tempore, ſed in ſignum memoriæ in conſpectu Domini? [d] *Et relinquentur homines pauci. Lugebit vitis, lugebit vinum. Gement omnes quorum jocundatur anima. Ceſſabit jocunditas tympano, cum ceſſabit impudicitia & divitiæ impiorum.* Numquid ſanctorum ceſſabit vox citharæ? *Confuſi ſunt: non biberunt merum, amarum factum eſt vinum illis, qui bibunt illud. Deſerta eſt omnis civitas: plaudent omnes ne introeant, ululate divini, ubique ceſſabit omnis jocunditas terræ, & relinquentur civitates deſertæ, & domus derelictæ peribunt.* ] Hæc omnia erunt terræ in medio gentium. Si deſerta eſt omnis civitas; quæ ſunt gentes, in quarum medio iſta faciant? Etſi aliqua horum videntur imperſpicue fieri, tamen omnia ſpiritualia ſunt. Omnem civitatem deſertam ſpiritualiter *mortuam* dicit: ſed Tyri illius meretricis, non cujus negotiatio ſancta toto orbe. Hieruſalem autem relinquentur homines pauci, ſalvo utique ſtatu eorum, qui perimunt. Pauci relinquentur ex eis, quos ſpiritualiter mortuos dicit: qui per recordationem vixerunt, quos Eccleſiaſticus non interfecerit: ſicut multis in locis legimus. Sed quia propoſitum nobis implendum eſt, duobus contenti ſumus exemplis. Minatur Deus ignem ex igni Iſrael, regi Aſſyriorum, id eſt, adverſo corpori, & dicit ad Syrum vel ad ſtipulam, poſt paululum, ignem futuros. [e] *Mittet*, inquit, *Dominus ſabaoth, in tuum honorem, ignominiam: & in claritatem tuam, ignem ardentem: & ardebit Iſrael lumen, & erit tibi ignis, & ſanctificabit illud in flamma ardente* ( ſcilicet lumen Iſrael ) *& manducabit quaſi fænum, ſilvam. In illo die ardebunt montes: & per præcipitia fugiunt, quaſi qui fugit a flamma ardente; & qui remanſerint ab illis, numerabuntur, & puer ſcribet illos.* [ *Qui remanſerint*, inquit, *ab illis*. Non enim poteſt ignis, qui comburit [2] ardere? Qui autem ex combuſtis ſuperaverint, ignis efficientur. In Zacharia legimus, illos remeare quos Eccleſia non occiderit, quod ad ſe convertantur: ceteros vero ſpiritualiter cruciatibus interficere. Siquidem ſtantibus oculos eruat, & carnes tabeſcere faciat: [f] *Habitabit*, inquit, *in Iſrael confidens: & hæc erit ſtrages, qua cædet Deus populos, quotquot militaverunt adverſus Iſrael. Tabeſcent carnes eorum ſtantibus eis ſub pedes ſuos: & oculi eorum fluent a foraminibus ſuis, & lingua eorum tabeſcet in ore eorum. Et erit in illa die alienatio magna ſuper illos, & apprehendet unuſquiſque manum proximi ſui, & implebitur manus ejus, manu proximi ejus* ( id eſt, cæcus cæcum ducens. ) *Et Judæa prœliabitur in Hieruſalem, & colliget viros omnium populorum, & aurum, & argentum, & veſtem, in multitudinem nimis. Et hæc erit ſtrages equorum, & mulorum, camelorum, & aſinorum, & omnium pecorum, quæ ſunt in caſtris illis ſecundum ſtragem iſtam. Et erit, quicumque relicti fuerint ex omnibus gentibus convenientibus ſuper Hieruſalem, & aſcendent quotannis adorare regem Domini Deum omnipotentem, celebrare diem feſtum ſcenopegiæ.* Elam alienigenarum eſt. Hic ſpeciali jungit generalem, monſtratque bipertitam. [g] *Hæc dicit Dominus: Confringam Nair arcus, in Elam principatus eorum.* Et excedit ſpeciem. *Superducam*, inquit, *quatuor ventos, a quatuor cardinibus cæli, nec erit gens quæ illuc non veniat, quæ expellat Elam.* Redit in ſpeciem: *Et terrebo illos, coram inimicis eorum, qui quærunt animas eorum: & ſuperducam eos ſecundum iram indignationis meæ, & mittam poſt eos gladium meum, donec conſumat eos.* Jungit genus: *Et ponam ſedem meam in Elam: & perdam inde regem & potentes. Erit in noviſſimis diebus in æternum captivitatem, Elam, dicit Dominus.* ] Numquid credendum eſt non fuiſſe gentem, quæ non venerit ad expugnandam Elam, aut illic ſedes Domini, cujus captivitatem vertit, niſi Eccleſiaſtica ſit figura? Quæ vero ſpecies: Siniſtræ tantum ſunt, ut Sodoma, ſicut ſcriptum eſt: [h] *Audite verbum Domini, principes Sodomorum*, & [i] *quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus: ubi & Dominus eorum crucifixus eſt.* Ex his Sodomis exiet Loth, quod eſt [k] *diſceſſio, ut reveletur homo peccati.* Babylon civitas adverſus Hieruſalem: totus mundus eſt in parte ſua, quam in hac Iſrael. Hæc conveniuntur: [l] *Viſio*, inquit, *adverſus Babylonem*, & dicit adverſus orbem terrarum venturos ſanctos Dei milites: *Tollite vicem & exſultate vicem illis, nolite timere, exhortamini; manus aperite magiſtratus: quia ecce ego præcipio. Sanctificati ſunt & vocati gigantes veniunt iram meam lenire gaudentes ſimul & injuriam facientes. Vox multarum gentium in montibus ſimilis gentium multarum, vox regum & gentium collectarum:* cum Babylonem gens & rex Medorum everterit. Sequitur enim & dicit, qui ſint iſti reges, & quæ Babylon. [m] *Deus ſabaoth præcepit genti bellatrici, venire de longinquo, de ſummo fundamento Cæli. Deus & bellatores ejus corruperunt univerſum orbem terræ. Ululate, proximus eſt enim dies Domini, & contritio a Deo aderit. Propter hoc omnes manus reſolventur, & omnis anima hominis trepidabit. Turbabuntur legati parturientis, & parietes circumſtantes, alius ad alium expaveſcent, & facies eorum ſicut flam-*

a Iſa. XXIII. 15-17. b Ibid. ℣. 18. c Iſa. XXIV. 1-6. d Ibid. ℣℣. 6-8. e Iſa. X. 16-19. f Zach. XIV. 11-16. g Jer. XXV. 35-38. ſec. LXX. ſed juxta Vulgat. XLIX. 35-39. h Iſa. I. 10. i Apoc. XI. 8. k II. Theſſ. II. 3. l Iſa. XIII. 1-4. ſec. LXX. m Ibid. ℣℣. 4-9.

1. Egentes, recte.

2. *Forte* tardare, *vel* manere, *vel* non ardere.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



*ma commutabuntur*. *Ecce enim dies Domini insanabilis venit indignationis & iræ ponere orbem terrarum desertum*, *& peccatores perdere ex eo*. [ *Diem Domini*, ex quo passus est, dicit: ex quo spiritualiter interficitur mundus, interficiente exercitu Dei: dum ejus lumen iniqui non vident, sicut serventur, dicens: [a] *Stella enim cæli exterioris & omnia luminaria ejus*, *lumen dabunt & tenebrescet*, *& non permanebit lumen ejus*. *Et infligam mortuis terræ mala*, *& injustis peccata eorum*, *& perdam injuriam scelestorum*, *& injuriam superborum humiliabo*. ] *Et erunt qui remanserint*, [ id est quos supradicti milites non occiderint ) *honorati magis quam aurum*, *quod non tetigit ignem*, & homo honoratus erit magis quam lapis ex Saphir: *Cælum enim indignabitur*, *& terra commovebitur a fundamentis*, *propter animationem iræ Dei in die*, *qua aderit indignatio ejus*. Jungit speciem: *Et erit qui relictus est: quasi capreola fugiens*, *& sicut ovis errans*, *& non erit qui colligat*, *ut homo ad populum suum convertatur*, *& venire in tribum suam festinet*. *Qui enim inciderit*, *superabitur*: *& si qui collecti sunt*, *gladio cadent*, *& filiæ eorum*, *in conspectu eorum cadent*, *& domus eorum diripient*, *& uxores eorum habebunt*. *Ecce*, *excito vobis Medos*, *qui non computant pecuniam*, *neque auro opus est illis*. [ Subtiliter inserit genus: cum enim [1] estis, non opus est auro & argento: nisi Ecclesiasticus, qui fruitur spiritualiter vita. [b] *Sagittationes juvenum confringent*, *& filiis vestris non miserebuntur*, *& super nepotes vestros non parcent oculi eorum*. ] Omnia spiritualiter, sicut de eadem Babylone, scripta sunt: [c] *Felix est*, *qui obtinebit*, *& collidet parvulos suos ad petram*. Neque enim regem Medorum, quod obtinuerit adversus Babylonem, dixit felicem, & non Ecclesiasticos, qui obtinent & collidunt filios Babylonis ad petram scandali. Obtinet autem, sicut scriptum est: [d] *Qui obtinet modo*, *teneat*, *donec de medio fiat*. Et post multa speciei & generis, clausura periochiæ aperte omnes ostendit esse Babylonem, & eos in terra atque in montibus suis, idest in Ecclesia perdere. [e] *Hæc dicit Dominus*: *Ponam Babylonem desertum*: *ut inhabitent in ea erici*, *& erit in nihilum*, *& ponam illud luti voraginem in perditionem*. *Hæc dicit Dominus sabaoth*, *dicens*: *quomodo dixi*, *sic erit*: *& quemadmodum cogitavi*, *sic perseverabit*, *ut perdam Assyrios in terra mea & in montibus meis*, *& erunt in conculcatione*, *& auferetur ab eis jugum eorum*, *& gloria ab humeris eorum auferetur*. *Hæc cogitatio*, *quam cogitavit Dominus in orbem terræ totum*, *& hæc manus alta super omnes gentes orbis terræ*. *Deus enim sanctus quod cogitavit*, *quis disperget*, *& manum illam fortem quis avertet*? ] Quotiescumque autem post excidium minatur ruinæ civitatis habitationem bestiarum, spiritus immundos dicit habitaturos in hominibus, quos sanctus Spiritus deseruit. Non enim hanc injuriam possunt interfecti habitatores, aut ruinam sentire. [f] *Sermones* ( inquit Amos ) *quos vidit super Hierusalem*, *& cœpit*. *In tribus impietatibus Damasci & in quatuor non aversabor eam*, *eo quod secabant serris ferreis in utero habentes*. Et iterum. [g] *In tribus impietatibus Idumææ & in quatuor non aversabor eam*, *propterea quod persecutus est in gladio fratrem suum*. Et multas alias civitates alienigenarum in Ecclesiæ figura convenit. Ubicumque aut *Idumæam*, *Theman*, *Bosor*, *Seir* nominat, fratres malos significat. Sunt autem possessiones Esau. *Serras* vero *ferreas*: homines dicit duros & asperos, qui secant parturientes Ecclesias. Item: omnes gentes quæ sub cælo sunt, in civitate Dei iram Dei bibere & illic percuti, Jeremias testatur, dicens: [h] *Sic dicit Dominus Deus Israel*. *Accipe calicem vini meri de manu tua*, *& potabis omnes gentes ad quas ego mitto te*: *& voment & insanient a facie gladi*, *quem ego mitto in medio illarum*. *Et accepi calicem de manu Domini*, *& potavi gentes ad quas misit me Dominus ad ipsas Hierusalem & civitates Judæ*, *& reges ejus*, *& principes ejus*: *ut ponerentur in desolatione*, *& in devastatione*, *& in sibilatione*, *& Pharaonem regem Ægypti*, *& pueros ejus*, *& potentes ejus*, *universum populum ejus*, *& omnes promiscuos ejus*, *& reges omnes alienigenarum*, *Ascalonem & Gazam & Accaron*, *& quæ contra faciem Azoti*, *& Idumæam & Moabitem*, *& filios Ammon*, *& regem Tyri*, *& regem Sidonis*, *& reges qui trans mare sunt*, *& Dedan & Theman & Bosor*, *& omnem circumtunsam a facie*, *& omnes promiscuos qui commorantur in deserto*, *& omnes reges Elam*, *& omnes reges Persarum*, *& universos reges a subsolano*, *qui longe & qui juxta sunt*, *unumquemque ad fratrem suum*, *& omnia regna terræ quæ super faciem terræ sunt*, *& dices illis*: *Hæc dicit Dominus omnipotens*: *Bibite & inebriamini*, *& vomite*, *& cadetis & surgetis a facie gladi*, *quem ego mitto in medium vestrum*. *Et ad eos qui noluerunt accipere calicem*, *ita ut bibant*, *dices*: *Sic dicit Dominus*: *Bibentes bibetis*, *quia in civitate in qua invocatum est nomen meum*, *super ipsam incipio vexare vos*: *& vos purgatione non eritis purgati*, *quia gladium ego invoco super inhabitantes terram*. ] *Potabis*, inquit, *Hierusalem*, *civitates Juda*, *& reges ejus & principes ejus*. Deinde dicit: *Et universa regna terræ*, *quæ super faciem terræ sunt*: ut ostenderet, ab speciali Hierusalem transitum fecisse ad generalem, in qua sunt omnes gentes terræ, quas illic Deus percutiet, sicut & interpretatus est, dicens: *Quoniam in civitatem in qua invocatum est nomen meum*, *in ipsa incipio vexare vos*, *& vos purgatione non eritis purgati*. Numquid Jeremias, cum esset in corpore qui de Judææ carcere numquam, nisi tractus, isset in Ægyptum: perspicue adjecto mero in calice id potum daret omnibus gentibus quæ sub cælo sunt, aut nunc per Ecclesiam prophetat? Quod si tunc quoque & nunc in Ecclesia locus est, manifestum est, & omnes gentes, ad quas ille Jeremias loquitur, conveniri in principali eorum parte. Si quid enim summum Sathanas, si quid grave, si quid dextrum in suo corpore habet: cælestibus miscuit, ut bellantium mos est, fortibus fortes opponere. Unde Apostolus dicit [i], non esse sanctis *pugnam adversus humanitatem*, *sed adversus spiritualia nequitiæ in cælestibus*.

*a* Isa. XIII. 10-17. *b* Ibid. ℣. 18. *c* Psalm. CXXXVI. 9. *d* II. Thess. II. 7. *e* Isa. XIV. 22-27. *f* Amos I. 1. 3. *g* Ibid. ℣. 11. *h* Jer. XXV. 15-29. *i* Ephes. VI. 12.

1. Forte istis.

## REGULA V.

### *De Temporibus.*

TEmporum quantitas in Scripturis frequenter mystica est tropo synecdoche; aut legitimis numeris, qui multis modis positi sunt, & pro loco intelligendi. Synecdoche vero, aut a parte totum est, aut a toto pars. Hoc tropo, 400. annos servivit Israel in Ægypto. Nam dicit Deus Abrahæ: [a] *Sciens scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & dominabuntur eorum & affligent eos annis* 400. Exodi autem scriptura dicit: [b] 430. *annos fuisse in Ægypto*. An non omni tempore servivit? Quærendum ergo, ex quo tempore: quod invenire facile est. Dicit enim Scriptura non serviisse populum, nisi post mortem Joseph, & omnium fratrum ejus, & omnium sæculi illius. [c] *Filii autem Israel creverunt & multiplicati sunt, &* [1] *Cethæi fuerunt & prævaluerunt, multiplicabat autem eos terra. Exsurrexit autem rex alter super Ægyptum, qui ignorabat Joseph, & dixit genti suæ. Ecce gens filiorum Israel magna multitudo, & valent super nos. Venite ergo circumveniamus eos*. Si autem post mortem Joseph cœpit servire populus, & 530. annis, ex quibus in Ægypto demoratus est, deducimus 80. annos regni Joseph (regnavit enim a 30. annis usque in 110.) erunt reliqui servitutis Israel, [2] anni 340. quod Deus dixit 400. Si autem omne tempus peregrinationis suæ servivit Israel, plus est quam Deus dixit. Si ex morte Joseph secundum Scripturæ sanctæ fidem, minus est. Quo manifestum est, 100. a toto partem esse. Nam post 300. annos, pars aliorum, 100. anni sunt. Propterea dixit, 400. annos. Si hic in omni summa temporis, ut puta post 9. dies est, aut post 9. menses: primus dies mensis 10. est, sicut scriptum: [d] *In utero matris figuratus sum caro 10. mensium coagulatus in sanguine*. Sicut autem in prima parte temporis cujusque tempus est, ita in novissima hora totus dies fit; reliquiæ mille annorum, mille anni sunt. Sex dies sunt mundi ætas, id est 6000. annorum. In reliquiis sexti diei, id est mille annorum natus est Dominus, passus & resurrexit. Item reliquiæ mille annorum dictæ sunt mille anni primæ resurrectionis. Sicut enim reliquiæ sextæ feriæ, id est, tres horæ, totus dies est, unus ex tribus sepulturæ Domini: ita reliquiæ sexti diei majoris quo surrexit Ecclesia, totus dies est, mille anni. Hoc enim tropo, constant tres dies & tres noctes. Noctis autem & diei, 24. horæ unum tempus est, nec adjiciuntur noctes diebus, nisi certa ratione. Alias, dies solos dicimus, sicut Apostolus dicitur mansisse apud Petrum 15. Numquid opus erat dicere, totidem diebus & noctibus? Sic enim scriptum est: [e] *Vespere & mane dies unus*. Quod si nox & dies, unum tempus est: novissima hora diei, & diem totum & noctem transactam retinet. Similiter & novissima hora noctis, totam diem & noctem futuram. Hora enim pars est utriusque temporis. Hora qua sepultus est Dominus, pars est sextæ feriæ cum sua A nocte quæ transierat, & hora noctis, qua surrexit, imminentis est pars diei. Ceterum, si neque in die præsenti nox est præterita, neque in nocte præsenti dies crastinus: non die resurrexit Dominus, sed nocte. Quoniam dies ab ortu solis est, sicut scriptum est: [f] *Luminare majus initium diei*. Dominus autem ante solis ortum resurrexit. Nam Marcus dicit: [g] *Oriente sole*, non orto, sed oriente, id est, ad ortum eunte: Lucas autem, [h] *diluculo*. Sed ne de hac locutione ambigeretur, alii Evangelistæ aperte noctem fuisse testantur. Nam Matthæus [i], nocte dicit venisse mulieres ad monumentum, & vidisse Dominum. Joannes vero, [k] *cum adhuc tenebræ essent*. Si autem Domi- B nus ante solem, id est, ante initium diei resurrexit, nox illa, pars erat illucescentis diei. Quod & competit operibus Dei, ut non dies obscuraretur in noctem, sed nox lucesceat in diem. Ipsa enim nox illuminatur, & efficitur dies: quod est figura eorum, quæ facta erant in *Christo*. Quoniam Deus qui dixit: [l] *De tenebris lumen fulgere in cordibus nostris*: Qui illuminavit tenebras, sicut scriptum est: [m] *Tenebræ tuæ sicut meridies erunt*. Et: [n] *Nox transivit, dies autem appropinquavit; sicut in die decenter ambulemus*. Prius est enim quod carnale est, deinde quod spirituale. Dies ergo primus & novissimus, a toto pars est. Solus medius plenus fuit, a vespera in vesperam, secun- C dum conditionem atque præceptum. Sicut Moysi dicit: [o] *A vespera in vesperam* [3] *obscuravi diem sabbatorum*. Quidam autem dicunt, ex die computandum: quoniam Dominus *tres dies & noctes* dixit, non tres noctes & dies. Sed hoc non longa ratione destruitur. Si enim ex die initium sepulturæ, in nocte finis: si autem in die finita est, a nocte cœpit. Nam si dies utrimque concluditur, plus erit unus dies. Dicunt præterea, non posse in die esse noctem præteritam, nec in nocte diem futurum: separatos tres dies & noctes oportere assignari, computantes primum diem, quo crucifixus est: alterum, trium horarum reparatarum, tertium sabbati, erit Domini dies 4. Qui autem D hanc circumventionem vitant, consentiunt a nocte quidem computandum: sed noctes a diebus debere separari, dicentes, in 3. horis tenebrarum importunarum primam noctem, alteram sabbati, tertiam illucescentis Dominicæ. Noctes quidem veluti tres sunt, sed dies duo. Primus in tribus horis post tenebras: secundus, sabbati. Non enim qui separatos dies promit, potest dicere in nocte qua resurrexit, fuisse diem futurum. Quod si id consentiat, consentiat necesse est, in reliquis diei sextæ feriæ, fuisse noctem præteritam. Quæ si tenebræ importunæ fuerunt, tres tamen horæ lucis, ejusdem sunt diei: nec amiserunt ordinem, quominus pars essent diei ac noctis suæ. Taceo 3. horas tenebrarum noctem E esse non potuisse, quod præter ordinem fuerint conditionis Dei. Quidquid enim signi est, non turbat elementorum rationabilem cursum. Non enim quia stetit sol & luna diebus [p] Josue [q] & Ezechiæ, solus sol reversus est: aliquid cursus inter solem & lunam mutilatum est & detractum, vel additum diei aut nocti, & nova exinde cœpit temporum aut neomeniæ supputatio, quam statuit Deus in


a Gen. XV. 13. b Exod. XII. 40. c Exod. I. 7-10. d Sap. VII. 2. e Gen. I. 5. f Ibid. ỷ. 16. g Marc. XVI. 2. h Luc. XXIV. 1. i Matth. XXVIII 1. k Joan. XX. 1. l II. Cor. IV. 6. m Isa. LVIII. 10. n Rom. XIII. 12. o Lev. XXIII. 32. p Jos. X. 13. q IV. Reg. XX. 10. Eccli. XLVIII. 26.

1. *Cethæi fuerunt* ] LXX. Exod. I. 7. χυδαῖοι ἐγένοντο, *fusi facti sunt*.

2. Immo quadringentis & 30. ut reliqui fiant demtis 80. anni 350. & ita Exodi XII. 40. *Joseph. lib. 2. antiquitat. cap. 6.*

3. *Obscuravi* ] Leg. cum Vulg. *celebrabitis*, aut cum LXX. *sabbatizabitis*, σαββατιεῖτε.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



solem & lunam, esse in temporum dies & annos, sicut in Genesi scriptum est [a]. Multo magis in illo die, nihil turbatum est, cui non sunt adjectæ 3. horæ tenebrarum, ut essent 15. Namque si solem obscuratum, & rursum ostensum diem dicimus, quod nomen, quem ordinem damus ipsi diei; qui fuisse dicitur, inter sextam feriam & sabbatum, nisi bis sabbatum fuit, & hebdomada illa 8. dies habuit? Certe, si contentio ratione minime sedari potest, compendio probamus, 3. horas tenebrarum non pertinere ad sepulturam Domini, eo quod adhuc viveret. Non enim potuit esse in corde terræ, nisi ex quo mortuus vel sepultus est; quod factum est in tribus horis sextæ feriæ, intra duodecimam. Quoniam post occasum solis, non licebat Judæis sepelire: cum esset pura cœna initium sabbati sicut Joannes dicit [b]. Illic ergo, propter cœnam puram Judæorum, quoniam proximum fuerat monumentum posuerunt Jesum. Dies autem noctibus dignitate, non novitatis ordine præferuntur; ut omnes masculi primogeniti sunt, sicut dictum est: [c] *Genuit filios & filias, & obiit.* Quod contra legem naturæ fit, ut omnes illi masculos primum genuissent. Nobis autem totum tempus, dies est. Omnia nova sunt, figuræ transierunt. Ex legitimis numeris sunt, *septenarius*, *denarius*, *duodenarius*. Idem est autem numerus, & cum multiplicatur: ut septuaginta, vel septingenti, vel toties in se: ut septies septem, aut decies deni. Sed aut perfectionem significant, aut a parte totum, aut simplicem summam. Perfectionem, [d] ut *septem spiritus*, *Ecclesiæ septem*. Aut ut dicit: [e] *Septies in die laudabo te*: aut [f] *septies tantum recipiet in isto sæculo*. Similiter *denarius*, ut alius Evangelista dicit; [g] *Centies tantum recipiet in isto sæculo*. Et Daniel, Angelorum & cæli vel Ecclesiæ innumerabilem multitudinem denario numero complexus est, dicens: [h] *Mille millia apparebant illi, & decies millies denaria circumsistebant*. Et David: [i] *Currus*, inquit, *Dei decies millies tantum*. Et de omni tempore, David: [k] *in mille sæcula*. Item, per duodenarium de omni Ecclesia dictum est [l] [1] 14400. *& duodecim tribus*, omnes gentes, sicut; [m] *Judicabitis duodecim tribus Israel*. A parte totum: quoniam [2] centum tempus legitimis numeris diffinitur, ut in Apocalypsi: [n] *Habebitis pressuram* 10. *dies*: cum significet usque in finem. Septuaginta autem in Babylone, idem tempus esse, importunum est nunc probare. Præter legitimos etiam numeros, quodcumque tempus in quocumque numero frequenter breviavit scriptura, sicut supradictum tempus, Hora appellatum est, dicente Apostolo: [o] *Novissima hora est*. Et dies: sicut, [p] *Ecce, nunc dies* [3] *salutationis. Et annum prædicare*; sicut per Isaiam; [q] *Prædicare annum Domino acceptabilem*. Quoniam non ille, quo Dominus prædicavit, solus fuit acceptabilis: sed & iste quo prædicat, sicut dictum est: [r] *Tempore accepto exaudivi te*; & Apostolus interpretatur: [s] *Ecce nunc tempus acceptabile*. Finis denique hujus anni, id est, judicii junxit, dicens: *Prædicare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis*. Et David: [t] *Benedices*, inquit, *coronam anni benignitatis tuæ*. Aliquando *hora*, *dies & menses*, annus est, sicut in Apocalypsi: [u] *Parati in horam, & diem, & mensem, & annum*, quod est, tres anni & dimidium. Ibidem, *menses* pro annis: *Datum est ei delere homines, menses quinque*. Aliquando, dies denario numero 100. dies sunt, sicut in Apocalypsi: [x] *Dies mille ducenti sexaginta*: Nam millies ducenties sexagies centeni centum viginti sex millia dies sunt, qui sunt anni trecenti quinquaginta, mensibus tricenorum dierum. Ibidem: unus mensis denario numero, 100. menses, ut: [y] *Civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus*. Nam quadragies bis centeni, 4200. menses sunt, qui sunt anni trecenti quinquaginta. Tempus, aut annus est, aut 100. anni: sicut, [z] *tempus, & tempora, & dimidium temporis*, quod est, aut 3. anni & dimidius, aut 350. Item: Unus dies aliquando centum anni sunt: sicut de Ecclesia scriptum est: [a] *Jacere in civitate, ubi & Dominus ejus crucifixus est, & post tres dies & dimidium*. [b] Et *oportet Filium Hominis Hierusalem ire, & multa pati a senioribus & principibus sacerdotum, & scribis, & occidi, & post tres dies resurgere*. Ipse enim tertio die resurrexit. Generatio aliquoties & centum anni sunt: sicut Dominus dicit Abrahæ: [c] *Quarta autem generatione revertetur huc*. In Exodo vero, non de servitutis, sed de totius peregrinationis tempore dictum est: [d] *Quinta autem generatione, ascendit populus ex Ægypto*, id est, post 430. annos. Item *generatio*, aliquoties 10. anni sunt: sicut Jeremias dicit: [e] *Eritis in Babylonia, usque ad generationes septem*. Ternarium numerum, eumdem esse, qui & denarius, idem plenius in Evangelio deprehenditur. Matthæus enim dicit, [f] *tribus* servis creditam Domini substantiam. Lucas vero [g] *decem*: quos decem in tres redigit, dum & ipse a tribus dicit exactam rationem. Aliquoties unus dies mille anni sunt: sicut scriptum est: [h] *Qua die gustaveritis ex arbore, morte moriemini*. Et septem dies primi, 7000. anni sunt. Sex diebus operatus est Deus, & requievit ab omnibus operibus suis die septimo, & [i] benedixit & sanctificavit illum. Dominus autem dicit: [k] *Pater meus usque modo operatur*. Sicut enim istum mundum sex diebus operatus est: ita mundum spiritualem, qui est Ecclesia, per 6000. annos operatur, cessaturus die septimo quem benedixit, fecitque in æternum. Id est quod Dominus inter cætera mandata nihil aliud crebrius præcepit quam observemus & diligamus *diem sabbatorum*. Qui autem præcepta Dei facit, sabbatum Dei diligat; id est, septimum diem quietis æternæ. Propterea Deus hortatur populum non intrare portas Hierusalem cum onere in die sabbati, & minatur portis, & intrantibus per eas & exeuntibus, sicut Hieremiæ mandat, dicens: [l] *Vade, sta in portis filiorum populi tui, in quas ingrediuntur reges Juda & egrediuntur, & in omnibus portis Hierusalem, & dices ad eos: Audite verbum Domini, qui intratis portas istas. Hæc dicit Dominus: Custodite animas vestras, & nolite tollere onera in die sabbatorum, & nolite exire portas Hierusalem, & nolite ferre onera de domibus vestris in die sabbatorum*, sicut

*a* Gen. I. 17. *b* Joan. XIII. 2. & XIX. 42. *c* Gen. V. *d* Apoc. I. 4. 11. *e* Psalm. CXVIII. 164. *f* Matth. XXII. Eccli. XXXV. 13. *g* Marc. X. 30. *h* Dan. VII. 10. *i* Psalm. LXVII. 18. *k* Psalm. CIV. 8. *l* Apoc. VII. 4. 5. *m* Matth. XIX. 28. *n* Apoc. IV. 10. *o* I. Joan. II. 18. *p* II. Cor. VI. 2. *q* Isa. LXI. 2. *r* Isa. XLIX. 8. *s* II. Cor. VI. 2. *t* Psalm. LXIV. 12. *u* Apoc. IX. 15. & 5. *x* Apoc. XI. 3. *y* Ibid. ꝟ. 2. *z* Dan. VII. 25. XII. 7. *a* Apoc. XI. 8. 11. *b* Matth. XX. 18. Marc. X. 33. Luc. XVIII. 32. *c* Gen. XV. 16. *d* Exod. XII. 42. *e* Baruch. VI. 2. *f* Matth. XXV. 13. *g* Luc. XIX. 13. *h* Gen. II. 17. *i* Ibid. ꝟꝟ. 2. 3. *k* Joan. V. 17. *l* Jer. XVII. 19-27.

1. Lege 144000. ex citato loco Apocal. 2. Certum. 3. *Salutationis*] Forte *salvationis*, aut *salutis*. Siquidem II. Cor. VI. 2. legimus [illegible]. Sic & apud Isaiam XLIX. 8. quo [illegible] Apostolus.

A *mandavi patribus vestris : & non obaudierunt in auribus suis , & induraverunt cervicem suam super patres suos , ut me non audirent , neque perciperent disciplinam . Eritque si me audieritis dicit Dominus , ut non inferatis onera per portas civitatis hujus in die sabbatorum , ut non faciatis omne opus vestrum , & sanctificetis diem sabbatorum , & intrabunt per portas civitatis hujus reges & principes , sedentes in sede David . Et ascendentes in currus & equos , ipsi principes eorum viri Juda , qui inhabitant Hierusalem . Et habitabitur civitas hæc in æternum , & venient de civitatibus Juda , & de civitatibus Jerusalem , & de terra Benjamin , & de terra campestri , & de terra quæ ad austrum , afferentes holocausta & incensa , &* B *manna , & thus , ferentes laudationem in domo Domini . Et si me non audieritis , ut sanctificetis diem sabbatorum , ut non portetis onera , neque intretis per portas Jerusalem : succendam ignem in portis ejus , & consumet domos Jerusalem , & non exstinguetur .* ) Sufficeret breviter mandasse non operari sabbatis . Ut quid : *Nolite inferre onera per portas Jerusalem?* Aut, si opus erat : & operis speciem diceret , id est , *nolite inferre per portas* . Non enim aliqui per muros & tecta , inferebant onera in civitatem . Hierusalem bipertita est, & portæ ejus bipertitæ . Per portas inferorum exitur de Jerusalem sancta : & per easdem intratur in maledicta. Qui autem intrant per portas, intrant in C æternam Jerusalem , *ut reges in curribus , & in equis , sedentes in sede David*, sicut per Isaiam : [a] *Adducent filii filiorum ex omnibus gentibus donum Deo cum æquis & curribus* [1] *in splendore multorum , cum umbraculis in sanctam civitatem* . Portæ sanctæ civitatis Jerusalem , *Christus est* , & vicarii ejus , custodes legis : interficientes vero prophetas & lapidantes ad se missos. Porta diabolus est , & vicarius ejus pseudoapostoli prævaricatores legis , claves regni cælorum alto sensu abscondentes. Ipsi sunt portæ , quæ non vincunt Ecclesiam , quæ supra petram fundata est . [b] *Quoniam fundamentum Dei stat* , sicut scriptum est : *Cognovit Deus , qui sunt ejus* . Si quis autem per præcepta præsidentium D cathedræ Moysi introiit , per Christum intrat . Ipsius enim sunt præcepta , ipse exponit onus peccatorum suorum , & sine illo non intrat in requiem sabbati . Si quis vero non per præcepta , sed per facta præsidentium cathedræ Moysi intrat , filius est gehennæ magis quam ipsi. Et requiescentibus universis , qui ante sabbatum manna collegerunt : ille cum onere suo inveniatur in die sabbati, in quo non est , manna colligere, neque onus exponere. Quia nolunt audire vocem filii Dei clamantis in Ecclesia & dicentis : [c] *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis , & ego vos requiescere faciam* . Isti sunt fures , qui non per januam veram , sed per portas suas intrant in suam Jerusalem . Et E succendet Deus ignem in portis Jerusalem, & comburet itinera ejus , & non exstinguetur . Ignis enim qui specialis Jerusalem portas exussit , exstinctus est . Apostolus autem sabbatum , & alia legis mandata, figuram esse futuri , sic ait : [d] *Nemo ergo judicet vos in cibo & potu aut in parte diei festi , aut neomeniæ , aut sabbatorum : quod est umbra futuri* . Multis in locis , unius temporis diversi eventus in speciem separatim describi duo tempora fecerunt , quasi ex ordine se insequentia . In genere autem, uno tempore est uterque eventus : [e] Si 14. anni sub Joseph , ubertatis & sterilitatis 7. anni sunt tantum , id est omne tempus passionis Domini , in cujus figura factus est Joseph dominus Ægypti , cum esset 30. annorum . Qui sunt itaque nobis 7. anni ubertatis & saturitatis : idem cæteri 7. sterilitatis & famis. Isto enim tempore minatur Dominus divitibus famem , pauperibus vero saturitatem . Promittit hæc bona ; & mala duplicis temporis uno tempore futura . Testatur scriptura Exodi [f] , quia manifestum est , omnium plagarum Ægypti immunem esse Israel : & per tres dies tenebrarum lumen habuisse . Quod nunc spiritualiter geritur , sicut Deus eidem Pharaoni postea comminatus est dicens : [g] *Dabo tenebras super terram tuam* . Aliquoties unum tempus in multas dividit partes : quarum singulæ totum tempus sint . Sic annus quo fuit Noe in Arca , dividitur in omnes numeros. Quoties tamen temporum mentio est , quaternarius numerus specialiter tempus est a Domini passione usque in finem . Quaternarius est autem , quoties aut plenus est , aut post tertium pars quarti , ut 340. aut tres & dimidio . Ceteri vero , ( nam pro locis intelligendi sunt ) signa sunt , non manifestæ definitiones . Quadraginta ergo diluvii dies totum tempus est . Nam isti sunt 40 anni in Ægypto , & 40. anni in eremo , & 40. dies jejunii Domini & Moysi & [2] Ecclesiæ , quibus in Ecclesia jejunat Ecclesia, idest , abstinet a mortuorum voluptatibus . Idem 40. dies quibus manducat & bibit Ecclesia cum Domino post resurrectionem 40. anni sunt quibus erat Ecclesia manducans & bibens sub Salomone , pace undique versum profunda , premente tamen eos bipertito Salomone : sicut eadem Ecclesia dicit : [h] *Pater unus oppressit nos* . Quadraginta dies , fuit aqua in statu suo , & totidem defecit : ut bis & defectio aquæ 10. mense , id est , perfecto tempore compleretur . Sed in genere , non ita est , ut quodam tempore invalescat , & deinde deficiat . Quoniam tempore quo valescit carnaliter , eodem deficit spiritualiter , ut ipsa elatio sit defectio , usque dum perficiatur tempus . Sic mundus regnans ponitur sub pedibus Ecclesiæ filii hominis . Qui sunt itaque 40. dies , exsolvit peccata Juda , & Israel 149. quod est unum atque idem . Et 7. mense sedit Arca , idem tempus : Et deficiebat aqua usque in 10. mensem , idem tempus . [i] Exivit de Arca 12. mense . Hic est annus libertatis Domini acceptabilis . Quo completo , manifestabitur Ecclesia , mundi pertransisse diluvium . Unaquæque pars hujus anni , idem annus est . Quale si diceret , Exiit de Arca quadragesimo die , aut mense 7. aut 10.

## REGULA VI.

### *De Recapitulatione .*

Recapitulationes , sunt istæ partes ab initio usque in finem : sicut Adam usque Enoch , id est , Ecclesiæ translationem , septem generationes , quod est , omne tempus . Rursus ab Adam usque ad Noe , id est , mundi reparationem , decem generationes , quod est omne tempus : & a Noe usque ad Abraham decem generationes . Nam & centum anni , quibus ab Arca fabricata est , omne tempus est

*a* Isa. LXVI. 20. *b* II. Tim. II. 19. *c* Matth. XI. 28. *d* Coloss. II. 16. *e* Gen. XLI. *f* Exod. X. *g* Exod. X. 21. *h* III. Reg. XII. 10. *i* Gen. VIII. 14.

1. *In splendore multorum* ] LXX. Isa. LXVI. 20. *ἐν λαμπήναις ἡμιόνων , in lampenis mulorum* .


2. Eliæ v. c. recte ut III. Reg. XIX.

quo Ecclesia fabricatur, & eo tempore, in diluvio A pereuntibus universis, gubernatur. Quod prudentibus plenius investigandum data via relinquimus. Quoniam ne copia Scripturæ interpretando foret: singula persequenda, & ea quæ hunc intellectum forte impediunt, removenda non putavimus, alio properantes. Inter regulas quibus spiritus lege signavit: quo luminis via custodiretur, nonnihil custodit recapitulatione sigillum ea subtilitate, ut continuatio magis narrationis, quam recapitulatio videatur. Aliquoties enim sic recapitulat: Tunc illa hora, illo die, eo tempore: sicut Dominus loquitur in Evangelio, dicens: [a] *Die qua exivit Loth a Sodomis, pluit ignem de cælo, & perdidit omnes.* Secundum hæc, [b] *erunt dies filii hominis*, quando B revelabitur illa ora, [c] *qui erit in tecto, & vasa ejus in domo, non descendat tollere ea, & qui in agro similiter non revertatur retro.* [d] Meminerit uxoris Lot. Numquid illa hora, qua Dominus revelatus fuerit adventu suo, non debet quis converti ad ea; quæ sua sunt, & uxoris Lot meminisse, & non antequam reveletur? Dominus autem illa hora, qua revelatus fuerit, jussit ista observari: non solum ut abscondendo quærentibus gratiorem faceret veritatem: sed etiam, ut totum illud tempus, diem vel horam esse monstraret. Eadem itaque hora, id est, tempore, ista observanda mandavit: sed antequam reveletur. Eadem quidem hora: sed in qua parte horæ, ratione agnoscitur. Aliquoties autem C non sunt recapitulationes hujusmodi, sed futuræ similitudines, sicut Dominus dicit: [e] *Cum videritis, quod dictum est per Danielem prophetam, tunc qui in Judæa sunt, fugient in montes.* Et inducit finem. Quod autem Daniel dixit: In Africa geritur neque eodem tempore finis. Sed quoniam licet non in eo tamen titulo futurum est. Propterea tunc dixit, id est, cum similiter factum fuerit per orbem: quod est discessio & revelatio hominis peccati. Hoc genere locutionis dicit Spiritus in Psalmis. [f] *Cum converterit Dominus captivitatem Sion: facti sumus velut consolati: Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exsultatione. Tunc dicent inter gentes, magnificavit Dominus facere cum* D *illis. Magnificavit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.* Dicendo vero: *Cum averterit Dominus captivitatem Sion*: tunc dixerunt [1] in gentibus. *Nunc avertet*, inquit. Tunc dicent in gentibus. Nos enim gentes, quorum captivitatem avertit. Sicut illorum in figuram, tempus habemus dicentes: *Magnificavit Dominus facere cum eis, magnificavit Dominus facere nobiscum.* De similitudine itaque tempus suum & nostrum, unum fecit & junxit, dicens: *Tunc dicent in gentibus* id est, cum similiter gentibus fecerit. Nec illud prætereundum puto, quod spiritus sine mysteriis vel allegoria aliud intelligi voluit. Super Joannem multi Pseudoprophetæ prodierunt in hunc mundum. In isto cogno- E scite spiritus Dei. [g] *Omnis spiritus qui solvit Jesum, & negat in carne venisse, de Deo non est: sed hic de Antichristo est. Quod audistis quoniam venit, & nunc in isto mundo præsens est.* Numquid omnis qui non negat Jesum in carne venisse, Spiritum Dei habet? Sed hanc negationem, in opere non in voce esse, & unumquemque non ex professione, sed ex fructibus intelligi debere: in omni Epistola qua non nisi de fructibus bonis & malis scripsit, subtiliter admonet, eodem genere locutionis, sicut dicit: [h] *In isto cognoscimus eum, si præcepta ejus custodiamus. Qui autem dicit: Quoniam cognovi eum, & mandata ejus non servat, mendax est.* Numquid ex professione dixit intelligi fratrem qui Deum nescit, & non ex operibus? [i] *Et qui dixerit, quoniam diligit Deum, & fratrem suum odit: mendax est.* Si enim ut dicit, diligit Deum: doceat operibus, adhæreat Deo, diligat Deum in fratre. Si credit Christum incarnatum; quiescat odire membra Christi. Si credit Verbum carnem factum: quid persequitur in carne, [k] *Verbum caro factum?* Quid persequitur verbum in carne? Quod dixit Dominus: [l] *Quamdiu fecistis uni ex fratribus meis minimis in me credentibus, mihi fecistis*: non operetur malum in Christi carne, id est, in servis ejus, quoniam Dominus & Ecclesia, una caro est. In qua carne si credit esse hominem: cur non diligit, aut quod crudelius est, cur odit, sicut scriptum est: [m] *Qui non diligit fratrem, permanet in morte.* Et, [n] *qui fratrem suum odit, homicida est.* Aliud majus evidentius signum cognoscendi Antichristi non esse dixit, quam qui negat in carne, idem odit fratrem? Tale autem quod dicit: [o] *Quoniam qui negaverit Christum in carne, de Deo non est*: quale, [p] *Nemo potest dicere Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto*: cum multi dicant Dominum Jesum, ipso contestante: [q] *Non omnes qui mihi dicunt, Domine Domine, introibunt in regnum cælorum.* Sed hoc loco Apostolus, [r] *neminem posse dicere Dominum Jesum Christum, nisi in Spiritu sancto* secundum conscientiam dixit, secundum interiorem hominem, non secundum solam professionem, ut ostenderet illis, qui dicunt Dominum JESUM, nihil minus habere ab his, qui charismatum generibus extolluntur. Sed unum atque eumdem Spiritum possidere omnem, qui Dominum Jesum crediderit, idem operibus credidisse monstraverit. *Nemo*, inquit, *potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto*: [s] *Divisiones autem sunt charismatum, idem vero spiritus. Et divisiones ministeriorum sunt: & idem Dominus.* Solvere autem Jesum, est non facere quod Jesum fecisse confitetur, sicut idem Dominus dicit: [t] *Qui solverit unum ex mandatis istis minimis, & sic docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum.* Et quid sit *solverit*, ex consequentibus aperit, dicens: *Qui autem fecerit, & sic docuerit.* Hanc ergo negationem, operum esse, non vocis, & Paullus Apostolus confirmat dicens: [u] *Dominum scire confitentur, factis autem negant.* Et iterum: [x] *habentes formam pietatis, virtutem autem ejus negantes.* Hoc sensu dicit quosdam fratres, Christum non voce sancte prædicare, sed corde. Nam voce sancte prædicant. Consentit denique prædicationi eorum, & mandat audiri, dicens: [y] *Quid interest sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur?* Dominum enim Christum Antichristus non voto, sed occasione prædicat. Alio tendens, per Christi nomen ingreditur: quo sibi viam sternat, quo sub *Christi* nomine, ventri pareat, & his, (quod turpe est dicere) sanctitatis & simplicitatis nomen imponat, signis & prodigiis cubiculorum opera Christum esse asseverans. Quos salubri cautione vitare admonet Apostolus dicens: [z] *Filii abstinete vos a simulacris.*

*a* Gen. xix. 24. *b* Matth. xxiv. 37. *c* Marc. xiii. 15. 16. *d* Luc. xvii. 32. *e* Matth. xxiv. 15. Dan. ix. 27. *f* Psal. cxxv. 1-3. *g* I. Joan. iv. 3. *h* I. Joan. II. 3. 4. *i* 1. Joan. iv. 20. *k* Joan. I. 14. *l* Matth. xxv. 40. *m* I. Joan. III. 14. *n* Ibid. v. 15. *o* II. Joan. v. 17. *p* 1. Cor. xii. 3. *q* Matth. vii. 21. *r* 1. Cor. xii. 3. *s* Ibid. vv. 4. 5. *t* Matth. V. 20. *u* Tit. I. 16. *x* II. Tim. III. 5. *y* Philipp. I. 18. *z* I. Joan. V. 21.

1. Lugentibus v. c.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
390.



## REGULA VII.

De diabolo & corpore ejus.

*Loci duo illustrati, Isaiæ* cap. 14. *& Ezech.* 28.

De diabolo & corpore ejus breviter videri potest, si id quod de Domino & ejus corpore dictum est, id quoque observetur. Transitus namque a capite ad corpus, eadem ratione dignoscitur, sicut per Isaiam de rege Babylonis dicitur: [a] *Quomodo cecidit Lucifer de cælo, mane oriens? contritus est in terra qui mittebatur ad omnes gentes? Tu autem dixisti in animo tuo: In cælum ascendam, super stellas Dei ponam sedem meam, sedebo in monte alto super montes altos in aquilonem, ascendam super nubes, ero similis altissimo. Nunc autem ad inferos descendisti in fundamenta terræ, & qui viderint te, mirabuntur super te, & dicent: hic est homo, qui concitat terram, movet reges, qui ponit orbem terræ totum desertum. Civitas autem destruxit abductosque non solvit. Omnes reges gentium dormierant in honore, in domo sua. Tu autem projectus es in montes velut mortuus, abominatus cum omnibus qui ceciderunt in desertis gladio, & descenderunt ad inferos. Quomodo venisti? sicut vestimentum sanguine conspersum, non erit mundum, ita nec tu eris mundus, quia terram meam perdidisti, & plebem meam occidisti. Non eris in æternum tempus semen nequam, para, filios tuos interfice, peccatum patris tui non resurgant.* In regem Babylonis, & omnes reges, & omnis populus significatus, unum enim est corpus. *Quomodo*, inquit, *cecidit de cælo lucifer, mane oriens, confractus in terra: qui mittitur ad omnes gentes? Tu autem dixisti in animo tuo: In cælum ascendam, super stellas Dei, ponam sedem meam.* Diabolus hoc sibi promittit. Non enim sperat renitendo in cælum posse ascendere, qui ne dejiceretur, resistere non valuit. Multo magis ista homo sperare non potest: & tamen hominem esse sic dicit: *Hic est homo qui incitat terram.* Sed præter hanc rationem, quam neque diabolus, neque homo sperare potest, se posse in cælum ascendere, & super stellas Dei sedens, similem se Deo fieri, etiam ipsa Scriptura aliud inquirendum admonet. Nam si in cælum & supra stellas Dei dicit se sedem suam positurum: quomodo in monte alto sedebit, aut super montes in Aquilonem vel in nubibus ut similis sit altissimo? non enim altissimus in hujusmodi habet sedem. Cælum, Ecclesiam dicit: sicut procedente Scriptura videbimus. De hoc cælo cadit lucifer matutinus. Lucifer enim bipertitus est: sicut Dominus dicit in Apocalypsi de se & de suo corpore: [b] *Ego sum radix & genus David, & stella splendida matutina, sponsus & sponsa.* Item illic: [c] *Qui vicerit, dabo illi stellam matutinam*: id est, ut sit stella matutina sicut Christus, quem accepimus. Pars ergo lucifer, id est, adversum corpus, quod est diabolus, reges, & populus, cadit de cælo, & confringitur in terra. His regulis dicit Sapientia: [d] *Audite ergo reges & intelligite: discite judices finium terræ, præbete aures, qui continetis multitudinem, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est vobis potestas a Domino, & virtus ab Altissimo; qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur.*

A *Quoniam, cum essetis ministri regni illius, non recte judicastis, neque custodistis legem.* Rex ergo Babylonis totum corpus est: sed pro locis intelligimus, in quam partem corporis conveniat. *Cecidit de cælo lucifer*, in omne corpus potest convenire. *In cælum ascendam, super stellas Dei ponam sedem meam*, similiter, & caput: majores, qui stellarum Dei, id est, sanctorum dominum dominandum putant, cum ipsorum minores dominentur, sicut scriptum est: [e] *Major serviet minori.* Huic Esau, id est, fratribus malis, sic dicit Dominus per Abdiam Prophetam: [f] *Exaltans habitationem suam, dicens in corde suo: Quis me deducet ad terras? Si exaltatus fueris sicut aquila, & inter stellas ponas nidum tuum, inde te detraham, dicit Dominus.* B [g] *Sedebo in monte alto super montes altos, in aquilonem, ascendam super nubes, ero similis Altissimo.* Mons altus, populus est superbus. Montes alti, singuli quique, qui adunati montem faciunt, id est, corpus diaboli. Multos enim esse montes malos, dicit Scriptura: [h] *Transferentur montes in corde maris.* Iterum: [i] *Fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est Deus.* Nam & corpus Domini, id est, Ecclesia, mons dicitur: & singuli qui Ecclesia, faciunt montes, sicut scriptum est: [k] *Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum ejus annuntians imperia ejus.* Et iterum: [l] *Perdam Assyrios in terra mea, & in montibus meis*: C Et iterum: [m] *Suscipiant montes pacem populo, & colles justitiam.* Et iterum: [n] *Montes exsultabunt velut arietes, & colles velut agni ovium.* Deus in monte Sion habet sedem, & in montibus Israel, & in nubibus sanctis suis: quod est Ecclesia. Scriptum est: [o] *Timeat a facie Domini omnis terra: quoniam exsurgit de nubibus sanctis.* Iterum, [p] *nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem.* Iterum: [q] *Nimbus & nubes in circuitu ejus.* Et quod in monte Sion habiter, sic dicit: [r] *Cognoscetis, quia ego sum Dominus Deus vester, habitans in Sion monte sancto meo.* Et diabolus in monte sedet, sed Seir, qui est Esau, id est, fratrum malorum: quem montem D Deus increpat per Ezechielem, & dicit in lætitia universæ terræ desolaturum, quod adversum Israel inimicitias exerceat. Ipse est mons, ipsi montes Aquilonis. In his diabolus sedet; & nubium cæli veluti dominatur. Hactenus, [s] *se similem dicit altissimo.* Duæ sunt partes in Ecclesia, *Austri & Aquilonis*, id est, Meridiana & Septentrionalis. In parte meridiana, Dominus manet. Scriptum est: [t] *Ubi pascis, ubi manes in meridiano?* Diabolus vero, in Aquilonem, sicut Deus dicit populo suo: [u] *Illum persequar ab Aquilone a vobis, & expellam illum in terra sine aqua*, id est, in suos; *& exterminabo faciem ejus in mare primum, & posteriora ejus in mare novissimum*, quod est in populos primos E & novissimos. Instar Ecclesiæ, fabricatus est iste mundus, in quo Sol oriens, non nisi per Austrum, id est, meridianum iter habet; & decursa Australi parte, invisibilis vadit in locum suum rediens. Sic & Dominus Deus noster Jesus Christus, Sol æternus partem suam percurrit, unde & meridianum vocat. Aquiloni vero, id est, adversæ parti non oritur: sicut iidem cum in judicium venerint, dicent: [x] *Justitiæ lumen non luxit nobis.* Timentibus autem Dominum, [y] *oritur Sol justitiæ: & sanitas in pennis ejus*, sicut scriptum est. Malis vero me-

*a* Isa. xiv. 12-21. *b* Apoc. xxii. 16. *c* Apoc. II. 28. *d* Sap. vi. 2-5. *e* Gen. xxv. 25. *f* Abdias I. 3. 4.
*g* Isa. xiv. 13. *h* Psalm. xlv. 3. *i* Psalm. xvii. 8. *k* Psalm. II. 6. *l* Isa. xiv. 25. *m* Psalm. lxxi. 3.
*n* Psalm. cxiii. 4. *o* Psalm. xxxii. 8. *p* Isa. V. 6. *q* Psalm. xcvi. 2. *r* Ezech. xxxv. 3. *s* Isa. xiv. 14
*t* Cant. I. 6. *u* Joel. II. 20. *x* Sap. V. 6. *y* Malach. iv. 2.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

ridie nox est: sicut scriptum est: [a] *Dum sustinent ipsi lumen, factæ sunt illis tenebræ, fulgorem obscura nocte ambulaverunt, palpabunt sicut cæcus parietem, & cui non sunt oculi, palpabunt & cadent meridie, quasi media nocte.* Iterum: [b] *Occidet sol meridie, & tenebricabit super terra dies luminis.* Iterum: [c] *Propterea nox erit vobis de visione, & tenebræ vobis erunt ex divinatione, & occidet sol super prophetas, & obscurabit super eos dies luminis.* Huic populo ex Austro comminatur Deus, sicut per Ezechielem Soor increpat, dicens: [d] *Spiritus Austri contrivit te.* Is enim confringere permittit, dicens: [e] *Exsurge Aquilo, & veni Auster: perfla hortum tuum, & defluent unguenta mea.* Exsurgente enim nequam spiritu, resistit Spiritus sanctus, qui Domini hortum perflat, & *eliciuntur unguenta*, id est, odor suavitatis offertur. Et per Ezechielem, idem ex reliquiis populi mali sic dicit Deus, *adducere super populum suum*, partem ejusdem populi, quod est mysterium facinoris: [f] *Ecce ego super te Gog, principem Mosoch & Tobel: & congregabo te, & adducam te, & ponam te a novissimo Aquilone, & adducam super te montem Israel: & perdam arcum de manu tua sinistra, & sagittas tuas de manu dextera, & dejiciam te super montes Israel.* Hoc autem geritur, a passione Domini: quoadusque de medio ejusdem mysterii facinoris discedat Ecclesia, quæ detineat, ut in tempore suo detegatur impietas, sicut dicit Apostolus: [g] *Et nunc quid detineat, scitis, ut in suo tempore detegatur: Mysterium enim jam nunc operatur iniquitatis: tantum, ut qui detinens detinet modo, donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille impius.* Et in Hieremia legimus, peccatores Israel in Aquilone convenire, Domino dicente: [h] *Vade & lege sermones istos ad Aquilonem, & dic: Convertere ad me domus Israel, dicit Dominus.* Meridianum vero pars est Domini; sicut & in Job scriptum est: [i] *A meridiana parte germinabit ibi vita.* Aquilo diaboli: Utraque autem pars, in toto mundo. [k] *Ascendam*, inquit, *nubes: ero similis altissimo. Nunc autem ad inferos descendes in fundamenta terræ. Qui viderint te, mirabuntur super te, & dicent: Hic est homo qui concitat terram, commovet reges, qui ponit orbem terræ totum desertum.*) Numquid in diabolum convenit, *Qui viderint te, mirabuntur super te?* Aut in regem novissimum, *cum ad inferos descendes?* Ipso enim ad inferos descendente, non erit qui miretur, mundo finito. Non enim dicent: *Hic est homo qui concitavit terram, reges, & posuit orbem terræ totum desertum:* sed *incitat, & commovet & ponit.* Hominem enim totum corpus dicit tam in regibus quam in populis: cujus hominis superbi partem cum Deus percutit, & ad inferos dejicit, dicimus: *Hic est homo qui incitat terram, commovet reges*, scilicet sanctos: *Qui ponit orbem terræ totum disertum:* irridentium vox est, non confirmantium, sicut ibi: [l] *Qui dissolvit templum, & triduo illud suscitat.* [m] *Dixit enim: Fortitudinem faciam, & sapientiam intellectus. Auferam terminos nationum, & fortitudinem illarum vastabo, & comminuam civitates cum habitantibus: & totum orbem comprehendam manu, velut nidum, & velut ova derelicta auferam, & non erit qui effugiat me, aut contradicat mibi.* Numquid ista quæ sibi promittit, valet implere? Ponit quidem *orbem terræ totum desertum*, sed orbem suum. *Civitates autem destruxit*, utique sui orbis. Est enim bipertitus, mobilis & immobilis: sicut Paralipomenon: [n] *Commoveatur a facie Domini omnis terra. Etenim fundavit orbem terræ, qui non commovebitur. Abductosque non solvit.* ] Potest, inquit, in speciem convenire; quod captivis in nullo relaxasset, sed inimicis raptum æstimans, principali tota in eos uteretur potestate. Quod objurgat Deus, dicens: [o] *Ego quidem iratus sum modice: ipsi autem adjecerunt in mala.* Verumtamen in figuram generalitatis facta & dicta sunt, & spiritualiter implentur: dum hi qui dominantur, humilitatis subditos aut tentationis causa vel merito sibi subditos sine respectu pietatis atque communis conditionis affligunt, quibus non sufficit potestas, sed ea immoderatius uti contemnunt, quod culpat, dicens: [p] *Persequentes retributionem.* Et iterum: [q] *Extendit manum suam ei in retribuendo.* Parum est enim quod inimicus est; adhuc gestit & in subditum vindicare, sicut scriptum est: *Omnes subditos vobis compungitis.* Dissimulans odisse Dominum, inimicum & vindicatorem: quod per vindictam quam soli sibi Deus exceptavit, aliquid sanctitatis usurpet. Scriptum est enim: [r] *Mibi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.* [s] *Omnes reges terræ dormierunt in honore, homo in domo sua.* [ *Reges*, sanctos dixit. Nam non omnes reges vel privati in domo sua dormierunt, sicut sancti in domo (sua) quam delegerunt. *Tu autem projectus es in montes velut mortuus abominatus, cum omnibus qui ceciderunt inferti gladio, & descendunt ad inferos.* Diabolo dicit, *Projectus es in montes*, in quibus sedet. Denique non dixit mortuus: sed *velut mortuus abominatus*. Adhuc enim vivit: licet ipse in suis gladio perimatur, & *ad inferos descendat*. Sicut enim Dominus, quidquid sui patiuntur, se pati dixit [t]: ita & diabolus ipse in suis inculcatur, ipse abominatus confringitur, sicut scriptum est: [u] *In diminutione populi, comminutio principis.* Diabolus ab homine suo non separatur: nec homo in quo diabolus non est, potest dicere: *Ero similis altissimo*. Nec diabolus, hic homo, qui incitat terram: nisi in homine fuerit. Sicut Dominus, homo dici non potest, nisi in homine; nec homo, nisi in Christo. Sed quid in quem conveniat, pro locis observandum est. Iterum corpus ipsius diaboli convenit dicens: [x] *Quomodo venisti? sicut vestimentum sanguine conspersum non est mundum, ita nec tu eris mundus: quia terram meam perdidisti, & plebem meam occidisti. Non eris in æternum tempus, semen nequam: para, filios tuos interfice peccatis patris tui, ut non resurgant.* [ Heic ostendit non convenire in speciem. Rex enim Babylonis, qui terram Domini vastavit, & populum occidit, id est, Nabuchodonosor mundus obiit, in æternum vivit: corpori dicit sui cujusque temporis parare quos genuerit, interfici peccatis ejus quo ipse, qui convenitur genitus. Novissimus enim rex non filios, sed fratres habere potest. Neque *velut mortuus* cum ad inferos descenderit, sed *motuus*. Per Ezechielem sic Deus increpat regem Tyri: [y] *Quoniam exaltatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, habitatione Dei habitavi in ordine maris. Tu autem homo es, & non Deus: & dedisti cor tuum tam-*

a Isa. LIX. 9. 10. sec. LXX. b Amos VIII. 9. c Mich. III. 6. d Ezech. XXVII. 16. e Cant. IV. 16.
f Ezech. XXXIX. 1-4. g II. Thess. II. 6-8. h Jer. III. 12. i Job. XI. 17. k Isa. XIV. 14-17. l Marc. XV. 29.
m Isa. X. 13. 14. n I. Paral. XVI. 30. Psalm. XCV. 9. o Zach. I. 15. p Isa. I. 23. q Psalm. LIV. 21.
r Rom. XII. 19. s Isa. XIV. 18. 19. t Matth. XXV. 40. u Prov. XIV. 28. x Isa. XIV. 19-21. sec. LXX.
y Ezech. XXVIII. 2-19. sec. LXX.

*quam cor Dei. Numquid sapientior es tu Daniele? Sapientes arguerunt te sapientia tua. Numquid sapientia tua, aut doctrina tua fecisti tibi virtutem & aurum & argentum thesauris tuis? Numquid in multa doctrina tua, & in mercatu tuo multiplicasti virtutem tuam? Propterea hæc dicit Dominus: Quoniam dedisti cor tuum, sicut cor Dei: propter hoc, ecce ego induco super te alienas pestes ex gentibus, & exinanient gladios tuos super te, & super decorem doctrinæ tuæ: & vulnerabunt decorem tuum in perditionem, & deponent te, & morieris morte vulneratorum in corde maris. Numquid dicturus es in conspectu interficientium te: Deus ego sum? Tu vero homo es, & non Deus. In multitudinem incircumcisorum peribis, in manibus alienorum: quia ego locutus sum, dicit Dominus. Tu es signaculum multitudinis & corona decoris: in deliciis paradisi Dei fuisti, omnem lapidem optimum habens in te alligatum; Sardium, Topazum, Smaragdum & Carbunculum & Sapphirum, & Jaspin, & argentum & aurum & Ligyrium & Achatim & Amethistum, Chrysolithum & Beryllum, & Onychium: & auro replesti thesauros tuos & apothecas tuas. Cum Cherubin posui te in monte sancto Dei: fuisti in medio lapidum igneorum, abiisti sine macula in diebus tuis, ex qua die creatus es, donec invenirentur iniquitates tuæ in te. A multitudine negotiationis tuæ implesti promtuaria tua iniquitate & peccatis: & vulneratus es a monte Dei. Abduxit te Cherubin de medio lapidum inferorum, exaltatum est cor tuum in corde tuo: corrupta est doctrina cum decore tuo. Propter multitudinem peccatorum & iniquitatem negotiationis tuæ, contaminata sunt sancta tua: educam ignem de medio tui, hic te devorabit. Et dabo te cinerem in terra tua, in conspectu omnium videntium te, & omnes qui te noverunt inter nationes, contristabuntur super te, Perditio factus es, & non eris in æternum tempus.)* *Quoniam exaltatum est*, inquit, *cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, habitatione Dei habitavi in corde maris:* & in hominem convenit dicentem; *Ego sum Christus*; & in diabolo, qui *in corde maris*, id est, populi habitat, sicut Deus in corde sanctorum suorum sedet. Populus, *in corde maris*, id est, in voluptate vel altitudine sæculi habitat, sicut in alio loco dicit Deus eidem civitati: [a] *Satiata & honorata es nimis in corde maris. In* [1] *qua multa deduxerunt te remiges tui: Spiritus Austri contrivit te in corde maris virtutis tuæ.*] *Tu autem homo es, & non Deus.* Et diabolus in homine, homo dictus est: sicut Dominus dixit in Evangelio: [b] *Inimicus homo hoc fecit.* Et interpretatus est, dicens: [c] *Qui ea seminat, diabolus est.* Homo diaboli, Deus esse non potest. Propterea in utrumque convenit: *Tu homo es, & non Deus. Dedisti cor tuum, tamquam cor Dei. Numquid sapientior es tu Daniele?* In *Daniele*, totum corpus est Ecclesiæ: quia non potest esse peccati sapientior in negotiis vitæ, sicut ille sapientior est in suo quam filii lucis. Potest etiam in speciem convenire: quoniam *Daniel* specialiter confundit regem Babylonis, in figuram, qui Prophetico spiritu regem superbum ad confessionem unius Dei, Ecclesiastica majestate prostravit; qui confessione suarum virtutum, & cælesti sapientia, Babylonis superstitiones evertit. *Sapientes te* [2] *non arguerunt sapientia tua.* Non solum enim Daniel sapiens, sed etiam tres pueri, qui re-

A gem & omne regnum ejus cum ipsis diis suis, unum Dominum asserendo, *eodem Deo* præsente confuderunt. Iidem nunc usque generaliter ejusdem tam externas quas intestinas Babylonis, lumine veritatis disrumpunt. *Numquid in scientia tua, aut sapientia tua fecisti tibi virtutem, & aurum & argentum thesauris tuis? Numquid in multa scientia, aut in mercatu tuo multiplicasti tibi virtutem tuam?* & exaltatum est cor tuum in virtute tua. Putant enim superbi & beneficiorum omnipotentis Dei ingrati, sua virtute aliquid posse, & sapientia ditari, nescientes scriptum esse: [d] *Non levibus cursus, non fortibus prælium, neque sapienti panis.* Et iterum: [e] *Numquid magnificabitur securis sine conciso-*
B *re?* Et non quidem prudentibus divitiæ, & non scientibus gratia. Hæc enim non sunt in nostra potestate, sed a Deo conferuntur. [f] *Quid enim habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, tamquam non acceperis?* Et iterum: [g] *Non glorietur sapiens, in sapientia sua.* [h] *Propterea hæc dicit Dominus: Quoniam dedisti cor tuum, sicut cor Dei: propterea, ecce ego induco super te alienos, pestes ex gentibus: & exinanient gladios suos super te, & super decorem scientiæ tuæ.* Etsi potest in speciem convenire, quod reges sæculi per suam superbiam, dominos se appellari patiuntur; tamen hoc quoque convenit in genus. Frequenter enim inducit Deus in Ecclesiam alienigenas, &
C multos in morte vulnerat. Sed etiam occulta persecutione multos inducit ex gentibus, in quibus tentet populum suum, & occidat nequam per similes, sic Matthatiam. *Et vulnerabunt decorem tuum in perditionem.* Aliquos enim non in perditionem, sed cum spe sanitatis vulnerant. *Et deponent te*, id est, humiliabunt: & morieris morte vulneratorum in corde maris. Non diceret vulnerato, *morieris morte vulneratorum*: nisi quia non aperte vulneratur, & moritur: sed ipse est, in quibus vulneratur. *Numquid narrans narrabis in conspectu interficientium te: Deus sum ego?* Id est, numquid divini generis titulis terrebis eos, quibus traditus fueris, tam spiritualiter quam car-
D naliter? *Tu vero homo & non Deus, in multitudine incircumcisorum periturus es manibus alienorum: quia ego locutus, dicit Dominus.* Nunc aperuit, quo genere se ille dicat Deum: dum minatur & in multitudine incircumcisorum periturum manibus alienorum: quod non convenit, nisi in eum qui sibi circumcisus videtur. Rex enim Tyri, mortem solam potuit timere: *Nonne a circumcisis*, aut cum eis moreretur. *Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, accipe lamentum super principem Tyri, & dic illi: Hæc dicit Dominus: Tu es signaculum similitudinis, & corona decoris in paradiso Dei fuisti.* Numquid diabolo factus es paradisus, ut ipse quod paradisum
E perdiderit, increpetur? Homo fuit in deliciis paradisi, ipse est *signaculum similitudinis*, qui ad similitudinem Dei factus est. *Signaculum* autem *ad decorem* dixit: sicut per Aggæum dimicantibus hujus adversum se fratribus promittit Deus Ecclesiæ, dicens: [i] *Ego commovebo cælum & terram, mare & aridam; & convertam currus & sessores. Et descendent equi & sessores eorum unusquisque in gladio ad fratrem suum. In die illo dicit Dominus omnipotens, accipiam te Zorobabel filium Salathiel, servum meum, & ponam te signaculum, quoniam te elegi, dicit Dominus omnipotens. Zoroba-*

a Ezech. xxviii. 25. 26. b Matth. xiii. 28. c Ibid. v. 39. d Eccl. ix. 11. e Isa. X 15. f 1. Cor. iv. 7. g Jer. ix. 23. h Ezech. xxviii. 7. 8. i Aggæi II. 22-24. Eccli. xlix. 13.

1. Lege *aqua*.

2. [illegible]

*bel*, omne corpus eſt. Etenim exinde nuſquam legimus commorum ſupra ſe veniſſe Zorobabel. Hic eſt ex tribu Juda, qui ſub Dario meruit ædificare Hieruſalem. Ipſe quoque in figura fundavit domum Dei, & perfecit ſicut idem Dominus dicit: [a] *Manus Zorobabel fundaverunt domum hanc, & manus ejus perficient eam*. Quod eſt autem ſignaculum hoc & corona ſpeciei, ſicut Deus promittit Eccleſiæ dicens: [b] *Videbunt gentes juſtitiam tuam, & reges claritatem tuam, & vocabunt nomen tuum, quod Dominus nominavit. Illud erit corona ſpeciei in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Tu etiam non vocaberis derelicta: & terra tua non vocabitur deſerta. Tibi etiam nomen vocabitur, voluntas mea, & terra tua orbis terrarum*. Homo eſt itaque ſignaculum ſimilitudinis, & corona ſpeciei: cujus pars, in ipſo decore divinæ ſimilitudinis, & deliciis paradiſi, id eſt, Eccleſiæ perſeverat. Altera vero pars, ne in æternum vivat, inter ipſam atque arborem vitæ, [c] flammeus enſis evolvitur. Adam namque ſicut Apoſtolus dicit [d], *umbra futuri eſt*. Sic & hi fratres, diviſus eſt in Cain & Abel. *Omnem lapidem optimum habens in te alligatum; Sardium, & Topazium, & Smaragdum, & Carbunculum & Sapphirum, & Jaſpin, argentum & aurum, & Ligurium & Achaten & Amethiſtum & Chryſolitum & Beryllum & Onychium: & auro repleſti theſauros tuos, & apothecas tuas in te*. Hæc & in diabolum conveniunt, & in hominem. Iſti enim duodecim lapides & aurum & argentum, omneſque theſauri diabolo adhærent delegati. Denique, *habes in te alligatum*: Et iterum: *Apothecas tuas in te*. Sicut corpus Domini a ſanctis ornatur: promittente Deo & dicente: [e] *Extolle oculos tuos in circuitu, vide omnes filios tuos, collecti ſunt, & venerunt ad te. Vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus illis indueris, & ſuperimpones illos: ſicut ornamentum novæ nuptæ, quia deſerta tua & diruta, & quæ ceciderunt, nunc anguſtiabuntur ab inhabitantibus*. Et in Apocalypſi [f], eadem civitas duodecim lapidibus fundata conſtruitur. *Omnia*, inquit, *lapidem optimum*, & enumeravit duodecim: ut oſtenderet in duodenario numero perfectionem. [g] *Omnia*, enim, *quæ fecit Deus, bona ſunt*. Horum diabolus uſum, non naturam mutavit. Et omnes homines excellenti ſenſu & potentis ingenii, aurum ſunt & argentum, & lapides pretioſi ſecundum naturam: ſed ejus erunt in cujus obſequio, naturæ ſuis fruuntur. Quoniam, cui ſe ſignaverit quis in obedientia: ſervus eſt ejus, cui obaudit, ſive peccati ſive juſtitiæ. Ita fit, ut & diabolus habeat aurum & argentum, & lapides pretioſos. Omnia quidem, non ſua ſecundum originem: ſed ſua, ſecundum voluntatem. Nam & in Job ſcriptum eſt diabolo: [h] *Omne aurum maris ſub eo eſt*. Et Apoſtolus, [i] *vaſa aurea & argentea*, dicit *eſſe quædam in contumeliam*. Non enim, ſicut quidam putant, omnia lignea & fictilia reprobavit, cum ex eis ſint aliqua in honorem, ipſo dicente [k]: Figulum luti, aliud quidem fingere *in honorem*, aliud vero *in contumeliam*. Et ex ligno, aliud ad præparationem eſſe, aliud in ſacrilegium: ex auro & argento, id eſt, ex magnis & perſpicuis dixit immundos. Nam & in Apocalypſi: [l] *Meretrix* (id eſt, corpus adverſum) *purpura, cocco, & auro, & argento, lapidibuſque pretioſis ornatur: habens poculum aureum in manu, plenum*

[A] *exſecrationum & immunditiarum totius terræ*. Iſta ſunt ergo diaboli ornamenta, lapides pretioſi: quibus *lapides igneos* imitatur, & homo in ſe habet theſauros tam facinorum quam perſpicuos. Ipſe enim ſuorum portator eſt, quem facultates ſuæ velut compedes ligaverunt. Præter illa, quæ ab utroque ſexu corporis diaboli ornanda eduntur: etiam his, quæ defoſſa habent, inſitum eſt cor. [m] *Ubi enim erit theſaurus, illic erit & cor hominis*. Vetus enim homo & terra ejus, unum corpus eſt: quoniam ipſe quoque terra eſt. Unde Apoſtolus non ſolum ea, quæ corpore admitti poſſunt, ſed & avaritiam, membrum eſſe poſſidentis, ita definivit dicens: [n] *Mortificate itaque membra veſtra,* [B] *quæ in terra ſunt, fornicationem, immunditiam, paſſionem, concupiſcentiam malam, & avaritiam, quæ eſt idolorum ſervitus. Propter quæ venit ira Dei*. [o] *Ex qua die creatus es tu cum Cherubim, impoſui te in monte ſancto Dei*, id eſt, in Chriſto, vel Eccleſia. *In medio lapidum igneorum fuiſti*, id eſt hominum ſanctorum, qui adunati, montem Dei faciunt. Angeli enim alterius ſubſtantiæ, lapides dici non poſſunt, quia corpus non habent. [p] *Abiiſti ſine macula tu, in diebus tuis: ex qua die creatus es tu, donec invenirentur iniquitates tuæ in te, a multitudine negotiationis tuæ*. *Lapides*, Eccleſiam eſſe ſic dicit Petrus: [q] *Ecce vos fratres, tamquam lapides vivi, coædificamini in domos ſpiri-* [C] *tuales*. Quam domum, igneam eſſe; & hanc, malos fratres ardere ſic dicit Deus: [r] *Erit domus Jacob, ignis: domus autem Joſeph, flamma: Domus vero Eſau, ſtipula. Exardeſcent in illos & comedent eos: & non erit ignifer in domo Eſau, quoniam Dominus locutus eſt*. ] Cum enim peccat homo dejicitur de monte Dei, & non erit ignifer, amiſſo Spiritu, & ſuccendetur in cinerem. *Peccaſti, & vulneratus es a monte Dei: & abduxit te Cherubim de medio lapidum igneorum*. [ Cherubim, miniſterium Dei eſt: quod excluſit univerſos malos de Eccleſia, ſed ſpiritualiter. Qui enim veſtimentum nuptiale non habet, hic in ſæculo excluditur de medio recumbentium: Denique in tene- [D] bras, id eſt, in obdurationem mittitur: donec in ignem in æternum deſcendat. Futuro enim ſæculo, nemo miſcebitur choro ſanctorum, qui poſtea excludatur. *E al atum eſt cor tu.m in decore tuo, corrupta eſt ſcientia tua in decore tu..* ] Corrupta eſt ſcientia ejus, qui ſciens prudenſque erat & ſtudio affectatæ ſapientiæ aſſerit diſſimulata veritate, mendacium: ſicut Spiritus dicit: [ſ] *Cum cognoviſſent Dominum, non ut Dominum magnificaverunt, aut gratias egerunt: ſed nugati ſunt in cogitationibus ſuis, dicentes ſe eſſe ſapientes*. [ *Corrupta eſt ſcientia* eorum, qui alios docent, ſe ipſos non docent. Corruptus eſt decor: qui generi ſuo, operum ſimilitudine non reſpondet. [t] *Propter multi-* [E] *tudinem peccatorum tuorum. In terram projeci te: In conſpectu regum dedi te dehoneſtari*. Et diabolus eſt in terram, id eſt, in hominem, & homo de ſublimitate Eccleſiæ, in conculcationem, ſi Hieremias dicit: [u] *Dejeci de cælo in terram gloriam. In conſpectu regum*. Chriſtianorum dixit: quorum pedibus conculcatur diabolus & homo ejus: *Propter multitudinem peccatorum tuorum, & iniquitatem negotiationis tuæ, contaminantur ſancta tua*. ] Videtur veluti principalem titulum exprobraſſe, *corpore* diaboli, negotiationis magis dicit, & *theſauros*, ſpirituales nequitiæ. Sicut enim ſpiritualis juſtitiæ

*a* Zach. IV. 9. *b* Iſa. LXII. 2. 4. *c* Gen. III. 24. *d* Rom. V. 14. *e* Iſa. XLIX. 18. 19. LX. 14. *f* Apoc. XXI. 19. 20. *g* Gen. I. 25. *h* Job. XLI. 21. *i* II. Tim. II. 20. *k* Rom. IX. 21. *l* Apoc. XVII. 4. *m* Matth. VI. 21. *n* Coloſſ. III. 5. 6. *o* Ezech. XXVIII. 14. *p* Ibid. V. 15. *q* I. Pet. II. 5. *r* Abd. V. 18. *ſ* Rom. I. 21. *t* Ezech. XXVIII. 18. *u* Thren. II. 1.

negotiatio, est thesaurus, ut dicit Dominus: [a] *Simile est regnum cælorum homini negotiatori*. Et iterum: [b] *Thesaurizate vobis thesauros in cælo*. Iterum: [c] *Dedit servis suis substantiam suam, ut negotiarentur*. Iterum: [d] *Negotiatores Carthaginenses resistentib. &c.* Iterum: [e] *Negotiatio ejus & merces sancta Domino*. Et Apostolus: [f] *Est*, inquit, *negotiatio magna, pietas*: ita spiritualis nequitia, negotiatio est thesaurus peccatorum, sicut Dominus dicit: [g] *Homo malus, de thesauro cordis emittit mala*. Et Apostolus: [h] *Thesaurizas tibi iram in die iræ*.

*Propter iniquitatem*, inquit, *negotiationis tuæ contaminantur sancta tua*. Qui enim non recte sanctitate Dei utitur, suam efficit, sicut Deus dicit de sabbatis suis: [i] *Sabbata vestra odit anima mea. Educam ignem de medio tui: hic te devorabit*. Ignis, Ecclesia est: quæ cum discesserit e medio mysterii facinoris, tunc pluet ignem Dominus a Domino, de Ecclesia, sicut scriptum est: [k] *Sol exortus est super terram, & Lot intravit in Segor: & pluit Dominus super Sodomam & Gomorrham, sulphur & ignem a Domino de cælo*. Hic est *ignis*, quem supra dixit: [l] *Domus Jacob, ignis: domus autem Esau, stipula. Exardescent in eos, & comedent illos: & non erit ignifer in domo Esau*. In Genesi iterum scriptum est: [m] *Cum contereret Deus omnes civitates in circuitu, commemoratus est Deus Abrahæ, & emisit Lot e medio subversionis: cum subverteret Deus civitates, in quibus inhabitabat in eis Lot*. Numquid Lot non merebatur propria justitia liberari, ut diceret Scriptura: *Commemoratus est Deus Abrahæ, & emisit Lot e medio subversionis?* Aut, *In civitatibus habitabat*, & non *in civitate*: ut diceret, *Civitates, in quibus habitabat?* Sed prophetia est futuræ discessionis. Memor enim Deus promissionis ad Abraham, ejecit Lot de omnibus civitatibus Sodomorum, quibus veniet ignis ex igni Ecclesiæ, quæ de medio eorum educetur. [n] *Et dabo te in cinerem in terra tua*, id est, in hominibus vel ipsos homines in terra sua, qui in terra Dei esse noluerunt. *In conspectu hominum videntium te*, id est, intelligentium. Numquid diabolus in homine videri potest? [o] *Et omnes, qui te noverunt inter nationes, contristabuntur super te*. Cum enim Dominus percutit aut detegit malos, contristantur qui eorum auxilio fulciri solent, corporis sui parte debilitata. *Perditio facta es: & non eris in æternum*.

*a* Matth. XIII. 45. *b* Matth. VI. 20. *c* Luc. XIX. 13. *d* Ezech. XXVII. 12. *e* Isa. XXIII. 18. *f* I. Tim. VI. 6. *g* Matth. XII. 35. *h* Rom. II. 5. *i* Isa. I. 13. *k* Gen. XIX. 23. *l* Abdiæ ℣. 18. *m* Gen. XIX. 29. *n* Ezech. XXVIII. 18. *o* Ibid. ℣. 19.

# SANCTI AURELII

## CARTHAGINIENSIS EPISCOPI

## EPISTOLA AD OMNES EPISCOPOS,

## PER BYZACENAM ET ARZUGITANAM PROVINCIAM CONSTITUTOS,

### de damnatione Pelagii atque Cælestii hæreticorum.

DILECTISSIMIS *ac desiderabilibus Fratribus ac consacerdotibus, Donatiano primæ sedis, Januariano, Felici, Palatino*, [1] *Primiano, Cajano, & alii Cajano, Januario, Victorino, & ceteris per tractum provinciæ Byzacenæ & Arzugitanæ constitutis, Aurelius episcopus*.

SUper Cælestii & Pelagii damnatione, eorumque [2] dogmatis, participem se sancta dilectio vestra in plenario concilio fuisse commeminit, dilectissimi ac desiderabiles Fratres. Sed quoniam, pro honore Dei, [a] *in cujus manu cor regis est constitutum*, gloriosissimorum Principum christianorum fidem rectam & catholicam [3] custodientium accessit auctoritas, quam per humilitatem meam universis coepiscopis voluerunt intimari: idcirco honorabilem fraternitatem vestram, missis exemplaribus, instruere festinavi, ne quid mali, [4] in aliqua parte provinciæ, ex supradictorum serpentina persuasione, ab universali Ecclesia totius orbis exclusa, fortasse subrepat.

Ob hoc ergo tam necessaria constitutio christianorum Principum caritatem vestram latere non debet, & ad me ab eis datæ literæ: quarum simul exemplaribus lectis, quemadmodum subscribere unusquisque vestrum debeat, dilectio vestra cognoscet, sive quorum synodalibus gestis subscriptio jam tenetur, sive qui non potuistis eidem plenario totius Africæ interesse concilio; quo, cum in supradictorum hæreticorum damnatione, omnium vestrum fuerit [5] integra subscriptio, nihil omnino fit, [6] unde ullius, vel dissimulationis, vel negligentiæ, vel occultæ forsitan pravitatis, aliqua videatur merito remansisse suspicio.

*Et alia manu*. Opto, Fratres, bene vivatis mei memores. Dat. Kalend. Augusti, Carthagine, Monaxio & Plinta coss.

*a* Prov. XXI. 4.

*VARIÆ LECTIONES ET RATIO EMENDATIONIS.*

Vidimus veteres duas editiones, unam Isidori Mercatoris, alteram, quæ omnium optima, nonnullorum Prosperi opusculorum.

1. *Primiano, Cajano*, &c. ] Mss. Magd. *Primino, Gajano*, &c. Uss. *Gatano*. Bal. *Galano*, &c.

2. *Dogmatis* ] Magd. Bal. Uss. *dogmatibus*, minus apposite ad historiam.

3. *Custodientium* ] Magd. *constituentium*. De industria forte peccaverunt heterodoxi, præ adulatione erga Principes.

4. *In aliqua parte provinciæ, ex supradictorum*, &c. ] Magd. *provinciarum supradictarum*. Bal. *provincia supradictorum*, omnes non male.

5. *Integra* ] Bal. *integrata*, minus apposite ad historiam, & mentem scribentis. Vide notas.

6. *Unde ullius vel dissimulationis* ] Magd. *imbecillius sive dissimulationis*, omnino corrupte.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.

DONATIANO PRIMÆ SEDIS, &c.) Præfuit Donatianus Eccleſiæ Teleptenſi, totique Byzacenæ provinciæ, in qua duas videtur hoc anno habuiſſe ſynodos, alteram ante Paſcha, alteram circiter autumni tempus. In illa excepit legationem provinciæ proconſularis, qua functi ſunt Vincentius Culuſitanus, & Fortunatianus Neapolitanus: in iſta accepit literas Aurelii cum Honorii conſtitutione. Prioris acta habentur in ſecundo tomo maximæ Collectionis conciliorum; poſterioris nihil ſupereſt. Verum in prioris conſignatione opinor irrepſiſſe mendum: neque enim haberi potuit VI. Kalendas Martias, incidiſſet enim in Quadrageſimæ diem nonam, Paſcha incidente in diem 30. Martii. Atque ita, quod abnorme fuiſſet his temporibus, abfuiſſent Patrum media pars a ſuis Eccleſiis, magnam partem Quadrageſimæ. Neque vero mendum ſatis emendaveris, ſi, quod pronum videtur, reſtitueris decadis notam X. habitamque dixeris ſynodum XVI. Kalend. Martias. Nam & hæc dies fuerit prima Quadrageſimæ, qua nefas eſſet Epiſcopis abeſſe a ſuis Eccleſiis. Quod ſi ſervata numerali nota VI. pro Martiis Kalendis reponantur Februariæ, atque ita ſynodus habita dicatur die 27. Januarii, ſic omnia belle congruent: nam ſervatus fuerit canon Nicænus, de cogenda ſuæ provinciæ ſynodo a Primatibus ante Quadrageſimam Paſchæ; & feria ſecunda, datum fuerit ſynodo initium, quod ſolemne; & Patres ſuis Eccleſiis interfuerint principio Quadrageſimæ.

Donatianus porro celebre in Africana Eccleſia geſſit nomen: namque interfuit concilio Carthaginienſi ante Collationem ann. 411. concilio Africano cum Aurelio præfuit ann. 418. Teleptenſe concilium coegit ann. 419. eodem anno præſedit cum Aurelio concilio Africano, canoneſque præcedentium ſynodorum recognovit, & ſecundus poſt Aurelium ſubſcripſit.

Occaſione Donatiani Teleptenſis, emendandum eſt, quod Binio & Chriſtophoro Juſtello ſubrepſit, quaſi Donatianus, non ætatis jure, ſed civitatis, primatum ſuæ provinciæ obtinuerit: id enim omnino veritati pugnat, quandoquidem in ſynodica concilii Byzaceni, primas Muzonius appellatur tantum ſenex, ut ſolent alii, qui reliquis provinciis præter Proconſularem, præerant privilegio ætatis.

JANUARIANO, &c.) Ex novem Epiſcopis, quorum nomina inſcribuntur epiſtolæ, quinque nominantur in concilio Teleptenſi, Donatianus, Januarianus, Felix, Januarius, & Victor; reliquorum quatuor, Palatini, Primiani, & utriuſque Cajani nulla fit mentio. Crediderim ego, utrumque Cajanum atque etiam Primianum pertinuiſſe ad Arzugitanam ſeu Tripolitanam provinciam. Palatinus Byzacenus fuit. Erat autem Januarianus Tubulbacenſis, Felix Segermitenenſis, Januarius Cenculianenſis, Palatinus Boſetenſis, Victor Culletenſis, vel Bahanenſis Eccleſiæ præſul.

SUPER CÆLESTII ET PELAGII DAMNATIONE, EORUMQUE DOGMATIS.) Digna ſunt duo, quæ hic obſerventur. Alterum, appellari priore loco Cæleſtium, tum Pelagium, licet ille foret diſcipulus, hic magiſter. An quod Cæleſtius presbyter, Pelagius erat tantum monachus? An quod totum pondus negotii, latente Hieroſolymis Pelagio, jamdudum in Cæleſtium incubuerat, poſtquam ex diſcipulo *totius agminis ductor* factus eſſet, ut loquitur Hieronymus [1]? An quod Afris cum Pelagio ipſo rei nihil fuerat, plurimum cum Cæleſtio? An quod de gratia tunc minus, quam de peccato originali quæſtio fervebat, quæ pars erroris Cæleſtio defendenda, quaſi ſortitione obvenerat?

Alterum, nullam fieri tota Aurelii epiſtola mentionem octo canonum adverſus hæreſim conſtitutorum in poſteriore concilio plenario, idcirco certe, quia non ipſis ſubſcribendum erat, ſed tractoriæ Zoſimi pontificis, qua continebatur utriuſque hæretici tota cauſſa, ſententiaque ſimul Eccleſiæ catholicæ, ambos cum ſuis dogmatibus damnantis.

IN PLENARIO CONCILIO, &c.) Illo nempe, quo accepta eſt catholica Zoſimi tractoria, cum privatis ad Afros literis, & unde poſt receptam, communi omnium ſubſcriptione, ſedis apoſtolicæ ſententiam, actæ ſunt laudibus cumulatæ gratiæ fidei vindici. Huic autem concilio, quod decimo quinto loco poſuimus [2], interfuit Donatianus Teleptenſis primæ ſedis in provincia Byzacena Epiſcopus.

A ACCESSIT AUCTORITAS, &c.) Nomen auctoritatis poſitum eſt ad ſignificandam conſtitutionem, uſu non infrequente codicis Theodoſiani: idem enim adhibetur ad ſignificandam legem, *leg. unic. de centur.* & pro reſcripto, *leg. 31. de petit. cap.* 5. Hinc apud Collectorem appendicis additæ ad epiſtolam Cæleſtini ad Galliarum Epiſcopos, dicta eſt *regularis auctoritas*, pro decretali ſententia.

VOLUERUNT INTIMARI.) In omnibus editis codicibus legitur, *voluit intimari*; ſed Latinitatis leges coegerunt pluralem numerum pro ſingulari reponere.

AB UNIVERSALI ECCLESIA TOTIUS ORBIS EXCLUSA.) Hæreſim dicit excluſam ab univerſali Eccleſia, quam damnatam ſciebat a ſede apoſtolica; miſſas enim ad univerſos orbis Epiſcopos literas non dubitabat ſubſcribendas fore ab omnibus catholicæ partis Epiſcopis. Eodem ſenſu, qui communis omnium hujus ævi, ſcripſit Poſſidius, B Honorium imperatorem ſecutum fuiſſe catholicæ Eccleſiæ judicium, tunc cum ſecutus eſt latam a ſummis duobus Pontificibus ſententiam: perinde quaſi ea ætate, unum idemque haberetur Eccleſiæ catholicæ, & ſedis apoſtolicæ judicium in rebus fidei.

TAM NECESSARIA CONSTITUTIO CHRISTIANORUM PRINCIPUM.) Neceſſitatem exigendæ in cauſſa Pelagianorum ſubſcriptionis, de qua eſt tota conſtitutio, explicuimus prolixe in diſſertatione ſingulari ſuper ea re [3], omneſque neceſſitatis cauſſas revocavimus ad unam præcipue Pelagianorum pertinaciam. Et vero, ut nulla fuit hæreſis verſuta magis, artibuſque inſtructa malignioribus, quam Pelagiana, ita neque ulla pertinacior adverſus omnes Eccleſiæ ſæculique vires.

AD ME AB EIS DATÆ LITERÆ.) Quæ literæ intelligantur, non ſatis apertum eſt. An aliquæ a conſtitutio- C ne diverſæ? favet orationis ſeries. An quæ forent eædem cum ipſa conſtitutione? forma literarum ita docet. An prima conſtitutio, quam pertinax malum geminari coegit, quæque cum epiſtola, id eſt, cum ſecunda conſtitutione ad Aurelium miſſa ſit? probabile admodum eſt. An denique cum epiſtola ad Aurelium venit ſimul ad Vicarium Africæ mandatum Principis, aut edictum Præfecti P. cujus utriuſque exemplaria directa ſint ad coepiſcopos? id dictu verius.

EIDEM PLENARIO TOTIUS AFRICÆ INTERESSE CONCILIO.) Quod concilium plenarium, aut quis potius concilii plenarii conſeſſus ſignificetur, explicuimus, non ſine laborioſa inquiſitione, in diſſertatione de ſynodis: oſtendimus enim in tertio conſeſſu concilii ann. 418. habiti ſubſcriptum fuiſſe acceptæ Zoſimi tractoriæ, actaſque pro damnatis hæreticis Pontifici gratias, eaſque, ut par erat, ampliſſimas.

D INTEGRA SUBSCRIPTIO.) In appendice Salviani a Baluzio editi legitur *integrata*, apud reliquos editores *integra*: utrobique non improbabili ſenſu, quamquam ſecundo meliore, quandoquidem univerſos alloquitur Aurelius, & ab omnibus poterat integram, a paucis integratam ſubſcriptionem exigere. Quæ vero ſubſcriptio cenſeri debeat integra, definit Leo Magnus [4] de Pelagianis ſcribens ad Nicetam Aquilejenſem.

NIHIL OMNINO SIT UNDE ULLIUS, &c.) Cauſſas affert exigendæ ab omnibus Epiſcopis ſubſcriptionis in hoc negotio, nempe quod non immerito quidam haberentur ſuſpecti nomine, vel *diſſimulationis*, cum ſinerent ſecretis tractatibus homines, nova & inuſitata meditantes, occultare ſacrilegium publica auctoritate damnatum; vel *negligentiæ*, ut qui pravas hæreticorum diſputationes publica oppugnatione non deſtruerent; vel *occultæ pravita-* E *tis*, propter tacitum conſenſum, quo aſtruerent damnatos errores. Unicus autem pœnæ, quam maximam Imperator minaretur, vitandæ modus fuit integra ſubſcriptio, ideſt, qua pateret mens pura: una enim eademque culpa eſt eorum, qui aut diſſimulando conniventiam, aut non damnando favorem noxium præſtiterunt.

Sub finem obſerva, quod facit ad commendationem epiſtolæ, hanc ad Epiſcopos ſcriptam ab eo, qui ſcientiſſimus foret canonum, ſanctitate eximius, retinentiſſimus epiſcopalis dignitatis, Auguſtino in rebus agendis conjunctiſſimus, & fere unus: ut ſcientia, ſanctitas, dignitatis ſtudium, Auguſtini ſocietas, tantam Aurelio auctoritatem tribuant hac in parte, quanta poteſt eſſe maxima, etiam ad Præſulum exemplum.

1. *In epiſt. ad Cteſiph.* 2. *In diſſert. de ſynodis.* 3. *Cap.* 2. 4. *Epiſt.* 86.


# FABII MARII VICTORINI AFRI

VIRI CLARISSIMI

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA:

Nunc primum restituta & illustrata.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
390.



# FABII MARII VICTORINI AFRI

## VIRI CLARISSIMI

## AD JUSTINUM MANICHÆUM LIBER

### *CONTRA DUO PRINCIPIA MANICHÆORUM, & de vera carne Christi.*

I. LOqui ei, qui jam olim multa lectione, continui laboris vigiliis indefessis, tenuerit quid ad fidem legis debeat confiteri, errantis est, Justine, sed amantis. Unde ego malui quanti te habeam pandere, & libenter accepi id me apud te laborasse, uti præintelligeres adhuc tibi esse requirendum quod Manichæus, & ut is Andreas actibus eloquitur, atque Thesauro revelavit. Quo ego conventus adtente disquiro vere hæc diceres, necne: diversa contrariaque nobis ab uno esse principio, differendum habens pro voto, eadem non abnui respondere. Volo autem, faxis frater, operæ esse pretium hunc laborem. Libellum frequenter relege destinatum, & ipse volvendo quæ dicuntur altioris inquisitionis secreto penetra vel indaga. Vincit enim verba visus interior, & abditum immensi etiam ipsius mentis suspiciones fastigat & cæcat, quibus cum pie & reverenter quæritur, delectat potius quam terrere intelligitur. Namque homo uterque victurus, cum unum principium esse sanctæ mentis intentio percontatur, caroque hæc nostra, quam abditis cum herbis & graminibus quæ diligitis, unum eumdemque suum ac totius mundi, prout sibi est agere, veneratur auctorem. Admirans autem ego ipse, & obstupescens pertinax tuum consilium, quod carnem oderis, & gramina venereris, nondum scio utrum hæc ab uno an diversis fatearis. Quod si ab uno dices, quid incidas vides: si ab altero, incautum est alterius propter alia laudare factorem, suum vero propter ea quæ in se sunt arguat & objurget. Sed ne hæc dicendo increpem potius quam respondeam, si moverint, post dicentur: modo accipe quæ quæsisti.

II. Valere & licere nobis quærere de his quæ ultra nos atque mundum sunt, cum pæne ipsi nobis simus incogniti, amens est & insanum, verique periculi ambigere unde & quomodo, vel a quo sis, cum esse te & cum carne haberi non audeas dubitare, videasque perspicue in mundo te degere, & tui conditoris ope, cum ei es tamen obtemperans, liberari: habeasque confessum quod salvator unus sit, & quod ab uno factore sis paveas confiteri, dividens quidem alterum factorem carnis, animæ alterum conditorem. Dicimus igitur hæc imaginantes quod mundo uterque dominantur, & facturam suam in homine custodiunt: insistens pariter ne dispereat quod de suis regnis quisque perfecit. Respuit hæc sol præclarus, & casta virginitas atque gloriosus siderum chorus, totiusque mundi omnis hæc fabrica refutat atque abjicit, originem sibi a duobus diversis & duobus ingenitis obvenire. Violatur enim profanis sensus nebulis, si tantus splendor fulgoris immensi antiquioribus tenebris atque earum parte consistat. Sic enim contingit ut ex ipsis sol sit, si de duobus principiis omnis mundus ut esset accepit. Plane quia nostrum non est in his intelligentiam detinere, atque in hac sensus peregrinatione consistere, fugimus & horremus eum, cujus etiam ipsi victores sumus, a se esse confiteri. Denique capias desidero, quale est dicere carnem absque eo esse a quo exordium cuncta sumserunt: eamque in regnis superioribus habitare, ubi est illa virginitas memorata, gloria, lux prædicata: quæ quia in Christum inde descendit, ibi non esse non potest æstimari. Inde enim est Christo habere carnem, cum de Maria dicere tua non patitur veneratio. Dicemus ergo ab altero esse quod Deum sumsit? Quid agendum erat sumturo, si non qui est conditor fabricaret? Ac si composuit, numquid est digna mereri?

III. Hic ut video laudatur inventor & conditor, si in ea dignata est æternitas habitare. Si autem alia illa caro quæ in Christo, non tamen antiquior, & Deus factor posterior invenitur. Si antiquior, cur ipsa in mundo non est, & cur in cælo est, ubi carneus nullus est? Et si ipsa in mundo non est quæ in Christo, unde in regnis alienis externis oris obvenit creatura? aut unde hic animæ copulatur? aut quare valet tam frequenter sibi animas captivare, ut pæne plus potens in regnis pareat alienis? & quid laborat auctor interioris hunc interiorem e carne liberare? aut cur unde liberandus erat, eum ut clauderetur admisit? Certe totum hic quod mundus est regnum est veritatis & lucis, & qui factor ejus est dominatur. Si in hoc omni proprio sibi regno unum est alterius quod caro dicitur, hæcque sola tantum possit & valeat, ut impulsa ejus anima jactetur fluctuans & fatigata languescat, quantus in suis regnis esse possit qui factor carnis est intuemur. Si enim hoc regnum quod mundus omnis est, ejus esse capiamus, a quo carnem credimus ministram ejus; dicemus solem, & illum chorum, ac virginem singularem, e latebrarum fonte claruisse. Quod ego quidem libens amplector, & elata lætitia gaudeo profiteri, unum his omnibus conditorem, eumque quem lucem esse, & veritatem, atque totum haberi fas sit, piæ inquisitionis secreto caussa curæ penetrantis agnitum venerari. Ita habere exsultantis animæ recordatio elevat sensus, & omnes curas spiritus

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



fluctuantis festis rationum caussis origo melior consolatur. Quidquid sæcula dicuntur, aut regna numerantur, vel mundi habentur, quidquid omni prisco prius antevenit, unum esse, exsistere singularem, quodque immensum haberi eo colligitur, quod totum sit, sed unus dicatur.

IV. Aliter quidem, Justine, quod ipse est, aliter quæ ab ipso. Quod ipse est unum est, totumque est quidquid ipse est: quod vero ab ipso est, innumerum est. Et hæc sunt, quibus repletur omne quod uno toto clauditur & ambitur. Verum quod varia sunt quæ ab ipso sunt, qui a se est & unum est, variis eum convenit dominari. Et ut omnipotens apparet, contrariorum etiam origo ipse debuit inveniri. Idque plane jam illius silvæ est, quæ omne lignum materie discrevit specierum, arborum genere dispar atque dissimile: & tota tamen silva ac penes discreta confusio, in innumeris milium miliorum materie lignum esse conspicitur & videtur, & non tamen natura denotatur. Hæc similitudinum esse quæ decreta sunt, atque quæ ab altero ut essent eis contigit provenire, mecum & tu intuens recordaris. Illa vero, illa immensa & a semet ipsis, ipsa carere similitudine, comparatione viduari, exemplo deficere nemo dubitabit: quo cogitur confiteri, & ad id urgetur artari nostræ intentionis ingressio ad illa excelsi abdita indefessis finibus meantia, ad secretius secretorum penetrare venerandum rerum, sola quidem quantum tamen valet natura, quantum sermo sufficit fari, adgredi, adtingere vel temptare. Et ideo immenso quid erit simile jam requiro.

V. Dicito, si vales, qui compationibus fidem largiens consecutum te credis per imaginum umbras veritatem. Sed ut video deficis non tu, Justine, rebus, quam tibi res. Atque si, ut aisse soles & nunc dicis aliud regnum, numquid hoc est aliud nescio quod regnum quod & immensum? Sed non video convenire ut immensum dicatur, si esse & alteri non negatur: ubi enim incipit esse alteri, illic deficit finis alterius, & neuter est infinitus. Quod si ita est ut finitum sit, a quoquo ipsorum esse respuo vel abutor. Tamen quia ab altero sumus, & mundus a se non est, quique quantusvis sit, est tamen finitus, si non ceteris, utique vel factori: adeo infinitum factorem ejus sacrosanctum est confiteri. Ergo omnia quæ in mundo sunt, ea quæque sunt quod ipse mundus est, ab eo esse principio intueor & cognosco, quod unum & solum a se ipso in se sibi est, quodque immensum totumque infinite porrigitur, & eo meat ut non sit atque deficiat, ubi alteri esse sit vel exsistere: aut haberi aliud nequit esse quod tamen externum sit vel divisum, fiatque æmulum aut consistat inimicum, quod in suis positum & commanens vinci recipiat, & post captivetur, atque intra victoris regna adsit adtractum, translatumque ibi esse desinat, cesset ubi ei esse fuerit ante bellum. Certe si in eo adhuc est, adhuc superatum non est: ac si est, forte reparetur. Quoto id numero fiet? quantis sæculis pugna ista durabit? quando cessabit? exstinctus aut si jam victus est, in suis non est: & usquam est? quin immo ei esse jam desit & cessat. Ita & omnia quæ ejus erant cum suo fonte perierunt, atque sublata sunt. Si perierunt, nulla ejus umquam sunt: & caro quæ est, non ejus est, sed illius qui vicit potius.

VI. Tu forte malis victorem istum tropæum sibi ad sua regna vexisse ex his aliqua quæ qui victus est possidebat. Esto licet sint hæc, non tamen inimica sunt, quæ manubias qui vicit abduxit. Inimicam tu vero carnem Deo adhuc hodie confiteris. O ignaviam triumphantis! o otium verberati! o læsi torporem! o lacessiti pigras vires! o domini auctoritas conquiescens! Captivis tuis in tuo regno fatigaris; & qui vincere bellando valuisti, adsuescis parcendo superari. Habeantur tali ordine quæ prima sunt, & longe retro antequam mundus est errores colligat ista suspicio. Certe a se utrumque ais, quos bello coisse commemoras. par his virtus est, quibus a se origo & una æternitas reperitur. Audeam hic ego alterum dicere meliorem, atque majus esse in altero suspicari: nonne incido vel incurro, & æterno ipsi, quod unum semper est, reus constituor & addicor? Habendo quod æternum est superari, & quod a se est unum non esse non paveam profiteri: atque quod omnipotentem fateamur, alicui non aliquando adseram dominatum? Cæca res & omni obscurius tenebroso panditur sacrilegi erroris. Cura dementi fando victum esse quod a se est, ut & victorem qui a se est metus exagitet captivati, quod est ingenitum subjacere. De oppressis ergo regnis se victor auxit omnipotens, & quod ingenitum percontaris, promis abolefieri vel auferi. Quin & erit a se esse quem sequitur non futurum, cum victoris succumbens virtuti aut occidet, aut ducetur.

VII. Deinde quem dicemus suis non fuisse contentum, ut pugna quam memoras oriretur? lucem an tenebras? Si lucem, eguit tenebris, & delectata est tetro. Ubi est quod habetur omnipotentes, quod intelligitur totum, si in eo aliquid non erat, quod extrinsecus erat, & aliis regnis habebatur, & sibi erat veritas qui quidem erat, quod adhuc omnipotentis dominatio non habebat? At nunc movisse bellum tenebras opinemur, & statuamus umbram fulgoris ingeniti exsistentem suis propriis solidis conspirasse. Si lux illa ignis est, tenebræ ad incendium convenerint, ut earum solidum, quod ipsis erat, ad conflictum veniens extrinsecus ureretur. Sin autem inanes sunt, & ideo non utuntur, ubi rogo est coire solidis cum inani? Hæc sentire, atque meando sensu ad tam interna venisse, plane audax est & vesanum. Imaginari conflictum inani cum solido, profundo cum excelso, finito cum infinito, cum luce tenebris, falso cum vero, & quantillo cum toto? Non patior, frater, hæc dissonantia pari modo exorta condicere, atque ea æternitate memorare & ita locare, ut utrique his esse sit: sed esse uni ei tribuo, qui a se est, alteri vero adserens non haberi velim. Namque ista si respuis, edoceas quæ substantia sit inani, quid exterius infinito, quid æterno antiquius, quid toto tantumdem: ut capiam id esse & re haberi, & duas rebus origines non negabo. Hæc si aliquis Indus eloquitur, aut Persa commemorat, suæ genti præcipiat, suo cardini consenescat. Est enim illic aliter divina sapere, quibus est aliter uti jure. Tametsi natura homines sint, tamen ut separantur sermone, sint & ratione discreti, nec aliter habeatur de talibus, quorum aliter & corpus alitur, aliter aptatur habitus, aliter species limatur usu sumendi, aliter retinetur, forma altera etiam plerique nascuntur, & quod loquor sint gentes enumeris. Jam vidisti ne ergo quot Manis, [1] Zora-

[1]. *Zoradis* ] In hujus hominis Magi Magiæque inventoris nomine efferendo multum fuisse variatum, pluribus docet Cotelerius ad *Recognit. Clement.* lib. IV. cap. XXVII.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

dis, aut Buddas hæc docendo deceperint? ad quæ-rcnda revocemur.

VIII. Quod sumus, Justine, ab eo sumus qui omnipotens est, & a se exsistens constitisse perspicitur; cui, in quod non sit, non esse est. Adeo nec obvenit esse qui & prœlium commoveret. Verum quod duæ habentur species, hæque contrariæ vel diversæ, boni malive, solidi & inanis, excelsi & profundi, veri & falsi, lucis ac tenebrarum, æterni & temporalis, vitæ & mortis, & omnium contraria, non a duobus esse principiis rerum ordo edocet & revelat. Nam si duo æterna intueri, eaque inimica advertere sit sentire, hæc tenuisse sub eventus est. Ipsa principia colocasse, & formidinis trepidæ anxio pavori ingenita tradidisse, cum pugnatura regna tristis cura vexaret, Parthis licuerit fortasse, qui eventus bellantium fuerint fabulati. quæ conditiones pactaque convenerint, qui finis compresserit bellum, quem dominum constituit e duobus securior casus. Sed quia utrum tractatur, ingenito & victori, ut video, fit periculum: ergo fratres vincitur quod a se est, & quod sine initio est finietur & non erit, aut jam finitum est. Evasi, respiro: non est alter qui meus factor dicatur, aut si adhuc periret & manet, in suis habitat regnis, & ipse meus in hoc mundo non erit factor: isque mihi est conditor, qui & opifex mundo: a quo casta virginitas, gloriosus siderum chorus, sol præclarus cælo sunt constituta, aut supernis, ut aisse soles, navibus conlocata. Itaque exsultemus ovantes, jam non peritura caro gratulare. A tuo enim Christo es salvatore, sive cum in Adam es & Maria, seu cum in superioribus sumta vasa æterni esse meruisti. Jam non spe promissionis desolata, imis detrusa, defluis consenescens: jam crucis pretio restituta, immortalitatis gloria vestieris.

IX. Et hoc dignum est ea, quæ totum quod æternitas est & immensum emeat, intrata cepisti. Hic enim jam delectat Babylonis magos ac Ctesiphonticos cantatores secretorum suorum notare mysteriis: quorum posse, est carmini nunc suscitare spiritus, nunc vocare. Melior vero est, & plane divinum, nostri salvatoris carnem sepulcris obrutam suscitasse. Non enim ambigit quispiam mortuum fuisse quod potuit sepeliri: & si carni desuper venienti vulnerarum mors inhæsit, in Christo caro nostra resurrexit. Quid tamen caussæ erat carnem sumere, si non ipsa levabatur? Sed si alia illa est, mortalis certe est quæ recipit occidi. Hoc immensum & inæstimabile, hominis habitasse membris. Nisi ab æterno esset, non esset omnipotens: hoc eodem in æterno esse quæ contraria dicuntur agnosce. Eidem mori fuit, cui pater ingenitus, & ætas & æternitas invenitur: & ut omnipotens vere noscatur, nasci de virgine non negatur. Quid jam sit quod omnipotens est, æternum, infinitum, totumque: quid, quod immensum & excelsius cuncto summo sit, & sublimi, a quo omne quod rebus est manet ac veniat, adverto commonitus dicente omnium salvatore, qui se filium docens patrem sibi esse dignatus est indicare: quem Deum pandens, omnia ipsum esse etiam admiratus Jesus, quantum mensura mundi meruit, revelavit. Ob quod unum & solum principium Deus est, & Deus solus veritas: atque ipsa veritas lux est, & lux semper æterna: omneque quod verum est solidum est, & semper est, atque perspicuum perseverat & manet. Quod autem a se verum est numquam vincitur, quod solidum est inane nihil habet, quod lux est tenebras non admittit, atque eas nescit,

A ac si admittit, & in eam veniunt, sibi esse destunt. Magis vero aliis non sunt, quæ sibi esse cessarunt. Sin autem adhuc in suo sunt, extra hunc mundum sunt, & cum his adhuc confligitur, estque incertum an superentur, an vere pereant aliquando. Quod si adhuc ambigitur, etiam mundus, aut caro, in eo non ut ab altero esset accepit: sed de eo illi obvenisse est, a quo & præclarus sol mundo minister est constitutus. Imaginans namque tenebras id esse quod malum dicitur, capies & intelliges: non quidem accipiens ita esse dari tenebris, ut luci esse habetur & lumini; sed ita quod ex actu alterius, qui vere est, efficitur vel apparet. Est enim in rebus tam super-
B nis, quam aeris, atque ex his ipsis nostris, quod ex actu alterius ut esset invenerit: ut, ex radio solis, calor; ex flatu venti, frigus, quod ligat amnes, quod scindit terram calore. Terra ergo ardore solis aperitur, amnium fluenta ligantur gelu.

X. Hæc quidem ita advertenda, alterius actu aliud effici, ut in his quæ sunt videre sit, quod in eis qualitate non inest, ex actu alterius inveniat oboriri. Aliter vero est quod e re æterni quæ est, quod totum est alterius se datur evenire. Sunt enim tenebræ non sistentes, non solidæ, non penetrantes: sed inane quid quod luce depereat, & esse sibi non habere cum illa resplendet. Contigit enim his
C non esse lucis actu, quia ipsæ substantia non sunt, lucis substantia recipiunt deperire. Si ergo est tenebris a lumine deperire, ab eodem illis advenit apparere, eo modo ut profundo obvenit ab excelso, atque nihilo a toto. Nam cum totum æternum sit, tamen & nihilum est quod nulla substantia usquam est. Excelsum enim est, sed profundum ejus est: nam si excelsum non sit, profundum non potest apparere. Solidum si nescias, inane non perspicis. Sunt ergo quæ substantia sunt, sunt & quæ non sua substantia utentes sunt: quia illa sunt quæ substantia sunt, ex his apparere illis obvenit quæ substantia non sunt, ut pruinæ, ut gelus: quæ apparent, sed quia substantia sua non utuntur, ex actu frigoris
D illis esse obvenit, fluescunt & soluta depereunt. Et glacies tamen ex aqua est, sed aeris rigore constringitur. Duo ergo video aquæ esse, liquorem & gelum. Igitur substantia quod est, liquor est: quod autem ei actu obvenit, ejus ipsius fit in glaciem quod gelascit. Sed quia glacies ipsa substantia nulla est, deperit & aufertur, & tamen aquæ liquor manens substantia perseverat.

XI. Et hac quidem mundana sunt: quæ aut a creatore sunt, aut natura. Verum illa superiora postrema, atque sine initio prima, quæ similitudine carent, comparatione deficiunt, quæ non imaginum exemplo formantur, quibus nihil par est,
E nihil prius: quibus ultra non potest æstimari, quæ eo solo comprehensa sunt, quod incomprehensa noscuntur, non ea causa vel forma actum habent, atque illa quæ dicta sunt, quæ mundus habet iste compositus. Sed ut eis est valere, quæ infecta, quæ ingenita, quæ infinita, quæ totum sunt, ita his esse perspice vel intende: ut sit unum & solum quod omnipotens est, quod totius omnes habetur, quod perspicitur infinitum, hoc est & con[illegible] [illegible], suique solido invisibili exstans dominatur & regnat, utensque venerationis suæ admiranda substantia illo divino actu suo, quo aut motum est, aut immotum. Verumtamen id ipsum quod quidem est [illegible] originem præstat ut totum. Nihilo enim, cum totum est omnipotens, per eum obvenit ut [illegible] enim omnipoten[illegible] erit

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

ut totum sit, si præter ipsum aliud quicquam nihil erit. Ergo est quod dicitur nihil, sed substantiam non habet: est & quod dicitur totum, & substantiam habet. Sed ei esse est, illi non esse est. Deus est ergo veritas, qui totum est, & infinitus consistit. Quia, nihilum extra totum esse potest, recte illud, Justine, quod alocale intelligitur, extra fines habetur, falsum dicitur: si tamen potest ratio aliqua admittere, ut finem ubicumque intelligas ei quem totum esse perspicis, & indagas. Etenim si æterno totum occupatur, nihilum ubi sit non habet: ac si omnipotens omnia est, nihilo esse eo modo tantum intelligetur quod est quod extra totum est, non aliquid sit habeatur. Denique si omnipotentem ita metiaris, ut sit tibi & alius qui non sit omnipotens, Deo major locus dicetur, atque utroque ingentior: si propriis regnis diversa principia ingenita utentur, atque æmula consistunt.

XII. Hoc intelligere, vel tenere æterno omnipotente aliquid esse majus, incautæ confusionis barbarus sensus est: atque coæternum esse quod bellat, & opinari vinci alterum de æternis, ejus est qui dicat & ipsam lucem quocumque sæculo non futuram. Id ipsum tamen si exaudis, jam solem intelliges non futurum. Et cum ei esse sit cœpisse; si & a se exsistenti quod periturum sit fit periculum, ergo bellat ingenitus, ingenitumque est quod ab ingenito superatur. Numquid audes de ingenitis quid prius cœperit æstimare? ac de solo ordine forte dissimules, cœpisseque pariter fabuleris? Potesne majus & minus de æternis ingenitis arbitrari? Si tenebras anteferes, ipsis dabis omne principium, & earum erit esse majores. Si lumen fateris antiquius, ab eo omnia confiteris. Si utrumque æque coævum perspicis, aut vinci neutro erit, aut manebit alteri quod unus exceperit. Et ubi hic erit omnipotens vel æternus? numquid in altero ipsorum victor erit, & in pari exsistentia fiet caussa dissimilis, & ingenitorum bellum reget eventus, aut suscipiet casus? Absit animæ sensui advertere hunc errorem, atque tam amentem intelligentiam confiteri abjiciat spes humana. Unus exstat ingenitus, ab uno domino cuncta provenerunt. Verum quod diversa ejusdem sunt caussa omnipotens invenitur ab omnibus creaturis, & ante principia & fines.

XIII. Ita ergo ex vero quod est provenit & falso esse, ut & umbræ de solidis. Si enim solidum non sit, neque umbra sit. Et hoc est mysterium veri verum. Quæ enim vere sunt, ex his apparent & quæ non sunt, ut & sibi a se fit, atque aliis ut sint fundat ex se, non sui opera, non labore, non materia, non natura, neque substantia. Si enim est omnipotenti esse totum, quod extra est, ejus est. Quod si quid sine eo obvenit, est neuter omnipotens, & actu casu principia accedentibus crescunt minuta utique quando addita fecerunt. Umbræ denique quæ materia, quæ natura est, quæ sine altero non apparet, neque habetur in tenebris? Sed quia hæc sua substantia non est, neque a se ipsa est, evanescit ac deperit, & tamen solidum, e quo interdum umbra est, consistens suo robore perseverat. Mirare Manis Babylon ista mysteria, & has omnipotentis divitias: confitere nihil esse quod non ejus sit quem æternum venereris, quem dominum fatearis, cui sit nihil anterius. Et quemadmodum convenit aliquid non ejus vel ab eo esse, ante quem aliud nihil intendas? Sed quod turbaris anceps vagi erroris cura solicitus, immo vani studii labore confusus, deceptus hebeti sensu, auspicantis animæ rudimenta majoris inquisitionis amentia sauciasti. Revoca in prima vestigia curas indomitas, & cessa credere unam æternitatem duo regna sumsisse, & se quidem, ut ais, ipsa temptantia.

XIV. De duobus æternis si vinci uni erit, æternitas præcisa residebit. Habent ergo lux & tenebræ paria, atque in se diversa, immo contraria: potentia una convenit, sed in altera aliquando cessabit. Jam non eadem est, si ubicumque speratur, si alter ipsorum ante deficiet, erit, Justine, ut fatearis unum esse principium, si unus victor est de duobus. Certe quod intelligo in superioribus excelsis, & omni altitudini extremo, nihil habitare quod malum dicatur, quod ultra Angelos & Archangelos humanæ devotionis pavens veneratio suspicatur. Sacrilegum est eloquium malum in talibus habitare, aut si ei illic est sedes, & ipse creator accipitur, creaturæ omni, & ipsi soli diabolus dominatur. Si enim coæternus est, ibi est, aut si ibi non est, in suo nescio quo regno est. Credo alterum non habet solem, non cælum, non mundum, non lucem, non veritatem. Et si ei ipsi alibi regnum est, nihil commune ejus est nobis: aut si in hoc mundo est, jam victus est, jam sole est, jam non habet vires. Quod si fateris, intelligis ipse hoc dici non posse principium, quod dominanti perspicis captivatum. Numquid convenit rebus duo esse summa, duo ima, duo infinita? Infinita duo dici non possunt, quia ubi alter incipit, est finis alterius: summum autem ideo est, si ultra eum nihil est: atque ita imum, si intra eum nihil est, totumque tunc habetur, quando aliud non habetur. Hoc si unus & solus Deus est, summus, infinitus, ac totum, atque omnipotens, atque omnitenens, ipse principium unus & solus est.

XV. Ne perturberis, ne anxius tam venerandi veri admiratione territus obstupescas & cæceris, eo quod de bono auctore malum non potest oboriri. Recte in creaturis ista percontor, ut quæ creata sunt aliud ex se quam ipsa sunt non emittant, ut amarum de dulce, ex igni aqua, ex umbra inferi partus, ex ligno homo, ex incarneo caro, & alia quæque omnis mundus enumerat. Verum omnipotenti hæc adscribi non possunt. Est disciplina ut lex ei sit quid ex eo esse possit, quid non possit, quid ab ipso, quid per ipsum. Recte ista colligis & adstringis, si omnipotentem minime confiteris. At si sparsa per totum ejus virtus est & æternitas, neque ei ut esset ex altero obvenit, utique omnia aut ab eo, aut de eo, aut per eum, aut obveniunt, aut creantur. Ideo ergo & malum ab eo ut esset accepit. Malum tamen hoc quod Dæmon dicitur; cetera enim si qua sunt quæ malum dicas, substantiam non habent, aut naturam. Dæmon autem nunc bonus, nunc malus, Angelica creatura consistit, sicuti docet Attici oris expressio, dicentis: ΑΓΑΘΟΣ ΔΑΙΜΩΝ, & ΚΑΚΟΣ ΔΑΙΜΩΝ. Et eum ipsum bonum esse, qui κακός dicitur post dicemus. Reliqua autem quæque malum dicis, si errorum vitia conquiescant, nascendi originem non habebunt.

XVI. Ne sane conteris mali impulsu esse qui in vitia ire præcipitet, quasi exsistentis alicujus, aut orti factive substantia. Anima est, quæ in libertate consistens, dominationem sibi concessam liberi arbitrii licentia violavit. Cupiditate & concupi-

ſcentia curioſa potius decipitur quam ſuperba. De- A inde duarum ſubſtantiarum dominum nobis eſſe dominantem, aut geminæ vel potius multiformis naturæ humana regna innumeris gentibus dominantur. Ita enim delectaris exemplis, ut diligas æterna perpetua per mortalia & caduca perſpicere. Carnem negas in Chriſto, & hominem confiteris: natum non vis, & vixiſſe non abnuis: occiſum a Judæis clamas, & quod vulneratum eſt æſtimas non fuiſſe. Ita mortua membra adſeris damnatorum dextra lævaque cruciatorum, ut in ipſius Chriſti eſt impletus interitus: & verum hominem carne non vis, ubi veram invenis ſepulturam. Ecce, Juſtine, quod vere eſt, non fuiſſe conaris adſerere, & quod non eſt nec fuit, perſiſtere niteris B adprobare. Sed te ipſo commonitus præceptore conſtanter eloquor: Mori æterno poſſibile fuit; carnem non fuit habere poſſibile? Poſſibile ei & firmaſſe quod non erat; non fuit poſſibile duas naturas mundo concedere, lucis & tenebrarum? Dominus contrariorum origo virtute non eſſet, qui ſibi ut eſſet ex ſe eſt? Ceſſa, Juſtine, ceſſa iſtius vanitatis barbariem diligenti cura captare, & Romanus vir a Perſico vel Armeniorum ſacrilegio nitere removeri. Nequaquam enim convenit tenebris, aut diabolo auctoribus Mani in vitæ æternæ gloria regnis veræ lucis habitare. Et caſſum nunc uſque jugi inedia inimicæ, ut ais, carnis membra tenuaſti, cenſens ipſe animæ officere meritis ac naturæ paſti corporis ſuccos, ad pinguedinis diſtentæ graſſamina, atque ipſorum abdominum mole prægravari, ſi poſt hunc jejuniorum laborem ad creatorem tuum, quem ais aut diabolum, aut exteriores tenebras, reverteris. Melius arbitror ac plane pronuntio, Deum omnipotentem tuum conditorem eſſe fatearis, ut vere templum Dei ſis, ſicut Apoſtolus eloquitur Paullus dicens: [a] *Vos templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis.* Quod ſi hoc honore viduaris, ut neque templum Dei ſis, neque ſpiritus ejus habitet in te, Chriſtus non ſalvator hominis venit, ſed abactor: quod quidem dicere prohibet fas divinum, & majeſtatis ejus æternitas non admittit. Si enim templum ejus non ſumus, neque ſpiritus ejus in nobis eſt, quid ei & nobis eſt? Si enim ejus ſumus, utroque ejus ſumus, & anima & corpore, & eſt illud verum ac catholicum ſancto ore prolatum: [b] *Omnia in omnibus Deus*, qui unus & ſolus principium eſt, omnipotens ſine initio, & univerſi totum, infinitus per omnia. Cui eſt honor & gloria.

*a* I. Cor. III. 16. *b* I. Cor. xv. 28.

EJUSDEM

# VICTORINI

## DE VERBIS SCRIPTURÆ:

### * *FACTUM EST VESPERE ET MANE DIES UNUS.*

*Cœperit ne a veſpera dies, an a matutino.*

I. SI divinæ ſcripturæ ſimpliciter legerentur, num- C quam lectio cujuſquam capituli ab aliquo male intelligeretur, ſed ut ſe continent pie & juſte unanimiter ſuſciperentur. Ceſſabat philonica diſputatio, ceſſabat & ſyllogiſticus ſermo, ceſſabat omnis ſuperſtitioſa adinventio: nec umquam agnoſceretur in quocumque hominum tenebroſa conlatio. Omnes unum ſentirent, invicem ſibi adquieſcerent, eadem profiterentur, ut lucidiſſima lectio ſe declarat. Namque carus noſter & amicus fecit nobis quæſtionem, utrum totus mundus competentes ſibi horas haberet, necne: *Denique*, ait, *ego enim dico, ſi hic prima hora eſt, totum mundum prima hora teneret. Nam abſurdum mihi videtur audire diverſas horas dici per quatuor partes terræ contineri. Dico* D *autem cum ſint omnes habitabiles, quomodo probari mihi poteſt unam horam non omnes homines poſſidere? Sed dico, cum hic dies ſit, oſtendite mihi in qua parte noctem eſſe adſeveretis, quando totæ plagæ cæli per diem inlucidentur. Nec enim Moyſes aliter nos docuit libro Geneſeos, quam ut dies, dies toto mundo eſſet, & nox, nox orbem univerſum tenebris obtineret.* Itaque, amice, ſi ſufficiunt ad quæſtionem hæc quæ a te dicta ſunt, peto ut concedas patienter, & audias a nobis quæ vera ſunt. Sed non quo deprehendas humana commenta, quam magis adprobes divina eſſe dicta. Unde ſi auctoritatis inventa fuerit lectio, locum nobis concedere habes dicendi, ut poſſis planius ediſcere, qualiter beatiſſimus Moyſes breviter de die ac nocte ſignificaverit. Namque & Salomon docet nos dicens: [a] *Bonus ſpiritus tuus eſt in omnibus; propter quod quicumque errant, partibus corripis: de quibus autem peccant, admones adloquendo, ut relicta imperitia credant in Dei verba.* [b] Omnis enim ſcriptura ſpiritu Dei inſpirata, dicit Apoſtolus Paulus quia indiget interpretatione. Nam & [c] *Apollo potens in ſcripturis* erat maxime, qui & ſpiritu fervebat: & tamen hunc apprehenderunt Aquilla & Priſcilla, & diligentius illi viam domini manifeſtaverunt. Facile enim ſapientes reprehenduntur. Scit enim Dominus cogitationes ſapientium quoniam vanæ ſunt.

II. Pandimus itaque ſingula quæ lectio Geneſeos doceat. Sed longum eſt ſermonem de his quæ ſupra dicta ſunt facere: & de cælo ac terra, tenebris & abyſſo, aqua & ſpiritu diſputare intermittamus, quia necdum tempus eſt aliquid de his dicere, quam nunc magis ad propoſita reſpondere, atque ſatisfacere. Eſt quidem quod tenebræ totum mundum poſſidebant, ut lectio ſuperiori textu declarat. Sic namque dictum eſt: [d] *Fiat lux, & facta eſt lux.* Requiritur a ſapientibus ubi facta

* Gen. I. 5. *a* Sap. xii. 1. *b* II. Pet. I. 20. *c* Act. xviii. 24. *d* Gen. I. 3.

sit lux: nec enim tenebræ substantivæ erant, ut philosophi dicunt, & figuratio quædam materialis in illis erat: nihil sunt. Sed absit a nobis cum illis aliquid sentire, quando divina scriptura dicat Deum creasse tenebras & fecisse cælum. Quod ergo a Deo fit, substantivum esse creditur. Unde si substantivæ sunt, non luce facta in nihilum redactæ sunt. Sed neque simul mixtæ sunt, quia utrumque substantiæ sunt, quæ sibi contrariæ hodieque sunt, ut calidum frigido, vel dulcedo amaritudini. Sed quando temperantur invicem, sibi necessaria esse dinoscuntur. Cesset itaque calumnia, si secundum substantiam contrarias diximus, sed necessarias in gignendi creatura, & requiescendi ab operibus omnibus esse. Ostendimus tamen luce facta tenebras non ablatas, sed immo docet Scriptura in parte eas redactas, hoc est in medio orbe condensatas, ut lux facta mediam partem mundi inluminaret. Nec enim Dei substantia est lux mundialis, quæ facta est ut totum orbem possideret. Alia autem lux quæ vera est, quæ totum mundum inluminare potest, de qua Evangelista dicit: [a] *Est lux vera, quæ inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Vera itaque lux inluminat totum mundum, quia tenebræ cedunt locum suo auctori: sicut & sol a vero lumine obscurabitur, tenebrisque contegetur. Illa autem quæ vera lux necdum est, ideo mundum universum suo apice desemel inluminare non potuit, immo non debuit, ne dies definita esse adjudicaretur, sed momentis horarum velociori cursu statueretur. Infirmitas enim creaturæ apparet totum mundum non posse circumvallare. Ideoque partibus hodieque dinoscitur peragrare.

III. At vero, si totum orbem luce sua possideret, nequaquam horam in die aliquam demonstraret: quandoque totum mundum inluminaret, non erat quod perambularet. Secundum hanc rationem, quam disputavimus, recte intelligere poterimus prophetam Moysem dicentem: [b] *Et separavit Deus inter lucem & tenebras*. Quid autem est separare, si non distantiam inter hæc facere? Qui si distantia instituit & contra alterum, & ea ipsa in divisione esse decrevit, ita ut lucem vocaret diem, tenebras vero noctem, aliud nunc audimus ex alio appellatum. Cur vero aliud non erat gratum, si quod primum denuntiatum est sufficeret? postea vocaret diem tamquam in mentem illi venerit. Sed absit a nobis nolle requirere manente prædicto nomine diem appellari: quod subsecutus est utique duodecim horarum spatium conclusit significare. Nec enim dies hodie si dominica appellatur, sine horis competentibus definitur. Cum ergo diem dicis, horam quamcumque definitam usque ad vesperam statuis. Ita dominus meus Moyses lucem vocatam dicit esse diem, ut nos non sine officio duodecim horarum usum cottidianum dictum fuisse dinosceremus. Denique subsecutus ait: [c] *Et factum est vespere, & factum est mane dies unus*. Quod si vesperam & postea diem factam appellat, consummatas horas facturæ illius designat. Namque Salomon in libro Ecclesiastes interrogat: [d] *Quid est quod factum est? ipsum quod fiet: quod autem fuit, ipsum est quod futurum est*.

IV. Igitur, amice, si hodie dies ita definitur, quare non credamus prophetæ dicenti ipsum in initio factum esse quod hodie fiat: nihil novum sub sole esse, neque adjectum aliquid esse, neque diminutum? Manet vespera usque in matutinum, noctisque horas adimplens, & sic una dies definita appellatur, in quo matutinum non primi diei esse dicatur, sed secundi initium inveniatur. Requirimus autem utrum in die Dominus noster operatus est, an in nocte? Certe si in die, matutinum istud non primi diei esse adjudicatur, quando firmamentum cæli in eo fieri mandatur. Si autem secunda die firmamentum factum est, secundi diei matutinum esse apparuit. Æquilibratio enim diei & noctis definita exstiterat: propter quod unus dies in numero appellatus erat. Iterum dicit Scriptura: [e] *Congregetur aqua in congregatione una, & pareat arida*, quam germinare mox præcepit herbam pabuli secundum genus suum, & ligna fructifera. In quibus factum est vespere, factum est & mane dies tertius. Itaque si matutinum istud de die tertia suscipis, cur dicit Scriptura: [f] *Fiant duo luminaria in firmamento cæli, sic ut luceant super terram in inchoatione diei & noctis: ita ut dividant inter diem & noctem, & sint in signa, dies & tempora & annos?* Nullus autem hominum legem sciens, qui tibi consentiat tertia die solem & lunam factam fuisse.

V. Forte si te ipsum interrogem, respondebis mihi quarta die facta esse, & contendes matutinam istam de tertia die esse. Quæ matutina vere de tertia die si fuisset, numquam priores nostri quarta die factum solem & lunam professi fuissent. Qui si quarta die facti sunt, matutinum istud non de tertia die est, sed de quarta, in qua sol & luna & cetera facta sunt. Denique dividunt inter diem & noctem in inchoationibus suis. Sic enim æquilibravit inter eos auctor eorum, ut tantumdem mundi spatium tenerent, percurrerent: non quo adimpleto officio receptaculum haberent requiescendi, sed immo suis limitibus incessabiliter currunt. Namque sol quod per annum ambulat, luna illud triginta diebus currere dinoscitur. Peragrantes cyclum orbis ad punctum priorem reversi sunt, unde processerant. Non ergo pausaverunt cum totum cyclum cucurrerunt: aut doce scriptum esse, & ego conquiesco. Sed non doces, quia nec invenis, sicut Salomon dicit: [g] *Oritur sol, & occidit sol, & ad suum locum revertitur. Ipse oriens vadit ad Austrum, & gyrans circumit usque ad Aquilonem*. Si existimas occidere solem, redde nobis rationem quomodo ad suum locum revertitur. Unde si subterfugit te sensus falsa effingere, crede Salomoni dicenti ipsum orientem ad Austrum ire, ita ut gyrans perveniat ad Aquilonem: [h] *Quia gyrans gyrando peragrat spiritus, in circuitum suum convertitur spiritus*. Quid apertius poterimus nos disputare, quando propheta paucis verbis quæstionem nostram deliniaverit, spiritum esse qui gyrans gyrando incessabiliter orbem totum peragret? Sic dies unus definitur, & ad alium matutinum transitur, propter quod in dies, menses, annos instituti sunt.

VI. Fac tibi de cetero satis, & consenti parentibus nostris prioribus hæc tradentibus quæ supra memorati sumus, lucem istam non totum orbem tenere, sed medium. Et ideo quacumque sol respexerit, diem & horas fieri. Ita cum peragrans agrando delato spatio horas mutet. Quod si verum est, ubi matutinum factum fuerit, manere

*a* Joan. I. 9. *b* Gen. I. 4. *c* Ibid. ℣. 5. *d* Eccle. I. 9. *e* Gen. I. 9. *f* Ibid. ℣. 14. *g* Eccle. I. 5. *h* Ibid. ℣. 6.

diutius non poterit ibi matutinum: quia cum sol ambulat ad alia loca, horæ semper se mutant, & ita fit ut perveniatur ad vesperam. Sequens vero est in officio noctis quod horæ supplent. Sed cum matutinum oriri videmus, defectum tenebrarum esse recognoscimus. & quando vespera fit, dies occasum patitur. Sic enim climata cæli distinxit inter diem & noctem, ut quacumque parte sol gressum fecerit, matutinum habeatur; totidemque luna ubi peragrarit, vespera esse agnoscatur: quæ sequentis diei esse dicitur. Stultum namque est audire noctem priorem secundum vesperam factam fuisse, postque matutinum ortum esse. Quod si vespera prior facta fuisset; non aliquem noster legislator reveritus esset, unam noctem in numero noctium illam pronuntiare. Nemo quod primum & principale habet contemnit illud enuntiare, & id quod subsequens est audiat nominare. Itaque si ab hominibus nihil tale deprehenditur, quomodo a vobis reputatur ut matutinum posterius factum dies unus appelletur? Quare non profiteris quod prius legisti, lucem factam & diem appellatam, postque tenebras noctem vocatam? Non ergo ante nox facta est, quam dies. Sic nec vesperam credere debes, quam matutinum diei primum intelligas factum fuisse.

VII. Quod autem matutinum scriptura tacuit, rationem pandit quando lucem fieri præcepit. Quid autem ortus lucis ostendere potuit, si non matutinum esse definivit? Nec enim dies extra matutinum appellari potuit: recteque dicimus, Deus cum lucem vocavit diem, matutinum intra eum conclusit. Namque finito die vespera oriri cœpit, quæ nocte tota operando perveniret ad matutinum de secundo die, in qua firmamentum fieret. Et licet de tertia & quarta die, in qua solem & lunam fabricavit, disputaverimus; tamen plenius requiramus in qua die homo factus sit, utrum quinta die aut sexta, ut inveniatur vespera si prior est a matutino. Dixit enim Deus: [a] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum: masculum & feminam fecit eos, deditque illis omne pabulum ad escam. Et factum est vespera, & factum est* A *mane dies sextus*. Unde si matutina ista de sexta die est, homo ergo quinta die factus est. Nam si sexta die factus est, adprobatur matutina ista de septima die esse, in qua Deus requievit. Quod si minime; redde mihi hic opera sexti diei ubi sunt, quo consummata sunt omnia quæ die sexto facta esse dixit. Quinto autem die invenio aquas produxisse, reptilia, atque volatitia; non hominem, qui de terra factus cum quadripedibus & bestiis terræ. Quod si quinta die homo cum supradictis factus est: neque ea quæ aquæ produxerunt invenimus, neque illa quæ sexta die consummata sunt. Et quomodo Scriptura dicit septima die requievisse Deum ab omnibus operibus suis, quando inve- B nio post hominem & ea quæ cum homine sunt facta, consummatam esse omnem operam quam Deus initiaverat facere? Itaque si quinta die homo & supra memorata facta sunt, quinta die omnia consummata invenimus esse, ut sexta die definiamus, Deum ab omnibus operibus suis requievisse. Quod si post aquarum creationem intelligas vesperam, invenire poteris non quarti diei principia, sed quinti noctis initia. Quod si verum est, matutinum istud, quod post vesperam appellatum est, non ad quintam diem pertinere, sed ad sextam, quia in eo scriptura docet nos, quod homo factus est. Unde post facturam ejusdem hominis vesperam factam dicit, & matutinum, quod vere septimi C diei est principium. In ipso enim matutino requievit Deus ab omnibus operibus suis, quæ cœperat facere: non in vespera quæ sexti diei sequentia erat. Tu nunc, amice, perspice planius lectionem, & fac animo tuo satis, non posse noctem præponi diei, sic neque vesperam matutino, in quo actus & opus diei definitum ostenditur, & sic vespera prosecuta appellatur. Denique post sexti diei vesperam cessavit mentionem facere ex ipsa, sicut de matutina, quam aperte lucideque septimam diem propheta denuntiavit ipsam esse. Unde si non ipsa, tu nunc doce de dilectione septimam vesperam, ut sequatur illam & matutinum. Quod si non invenis, crede lectioni septimam diem ipsam esse, quæ post vesperam matutinum appellata est.

[a] Gen. I. 26. 27. & 31.



Secul. IV.
circa
Ann. Chr.
390.

# CANDIDI ARIANI

## Ad Marium Victorinum Rhetorem,

### *De Generatione divina*

## L I B E R.

I. OMnis generatio, o mi dulcis senectus Victorine, mutatio quædam est. Immutabile est autem omne divinum, scilicet Deus. Deus autem qui pater est in omnibus, & omnium prima caussa est. Si igitur Deus, inversibile & immutabile: quod autem inversibile & immutabile, neque genitum est neque generat aliquid. Si igitur hoc sic se habet, ingenitus est Deus. Etenim generatio, per conversionem & per mutationem generatio est. Nulla enim neque substantia neque substantialitas, neque exsistens neque exsistentitus, neque exsistentia neque exsistentialitas, neque potentia, ante Deum esse, fuit. Quis enim potentior Deo? Num potentia, aut exsistentia, aut substantia, aut ὂν? Ista enim omnia, aut ipsum est quod Deus est, aut post ipsum. Ipse enim cuncta præstat. Sed fuerint prius ista. Et quomodo potuerunt, quum voluerunt, Deum generare? Neque enim erant perfecta, neque sui ipsa substitutiva. Imperfecta igitur. Quomodo ergo sua & ipsorum potentia aut genuerunt aut fecerunt Deum, imperfecta quum essent, perfectum? Si autem Deus imperfectus, sine caussa est generare, quod jam fuit. Eadem ratio, si perfecta perfectum genuerunt. Sive igitur perfecta fuerunt, sive imperfecta: Deum generare, aut sine caussa, aut per superfluum, aut impossibile. Primo quidem antiquius dicitur, ab omni quod est potentia: sed ad ipsum esse aliquid, sine actu & operatione, non pervenit potentia ipsa per semet ipsam; quum sit potentia, non actio; non potentificata potentia in generationem alicujus, nedum in Dei. Manet enim potentia in eo, quod est potentialiter esse, sine actione. Unde igitur natus est Deus?

II. Videamus igitur, num fortasse substantia, num substantialitas, ante quam Deus fuit, fuerit? Num exsistentia, num exsistentialitas? Sed enim substantia subjectum quum sit, alteri subjectum est, ei quod in ipso est: & ut alterum est, ab eo quod in ipso est. At vero aliud & aliud non recipitur circa Deum. Non enim in alio, ut aliud est, Deus est. Non enim aliud Deus, aliud Deum esse. Simplex enim quiddam, Deus: non igitur ex præexsistente substantia. Ingenitus ergo Deus. Magis enim præstat Deus substantiam, quam præexstitit substantia ante Deum: quæ quidem est subjectum, & alterius, ut aliud, & ut receptaculum effecta: illo scilicet potior, cujus est receptaculum, & idcirco posterius adnata. Ista eadem oportet intelligere ex exsistentia & exsistentialitate. Differt autem exsistentia ab exsistentialitate, quoniam exsistentia jam in eo est, ut sit jam esse ei: at vero exsistentialitas potentia est, ut possit esse quod nondum est. Multo magis autem differt exsistentia a substantia: quoniam exsistentia ipsum esse est, & solum est; & non in alio esse, aut subjectum esse alterius, sed ipsum unum & solum esse: substantia vero non solum habet esse, sed & quale, & aliquid esse: subjacet enim in se positis qualitatibus; & idcirco dicitur subjectum. Quomodo A igitur Deus, præexsistente exsistentia, aut exsistentialitate, aut potentia exsistentiali sive ipsa exsistentia, natus est, in solo quod est esse, his exsistentibus, & non habentibus actionem vel agendi virtutem atque vim?

III. His ergo, sic se habentibus, neque ὂν ante Deum fuit, neque ὀντότης. Multiplica enim est, & composita ex substantia & qualitate. Si igitur neque potentia fuit, neque exsistentia, neque exsistentialitas, quæ imaginem habent simplicitatis: multo magis ὂν & ὀντότης, & substantialitas & substantia. Post genita enim sunt ab exsistentialitate & ab exsistentia. Si ista omnia postgenita, B genita ergo sunt: si genita ista, aliud fuit a quo genita. Ingenitum igitur illud, a quo genita ista omnia. Quid istud, nisi illud ex quo omnia, Deus? Ingenitus igitur Deus: siquidem caussa horum omnium, Deus. Quid vero esse Deum? qualis? aut qua caussa ipsum Deum esse? Etenim prima caussa est, & sibi caussa; non quæ sit altera alterius: sed ipsum hoc quod ipsum est, ad id ut sit, caussa est: ipse sibi locus, ipse habitator. Non sic ut imaginatio duorum fiat, ipse est unum & solum. Est enim esse solum. Enimvero ipsum esse, ipsum idem est, ipsum vivere & intelligere. Secundum enim quod est, & vivit & intelligit: & secundum quod vivit, & est & intelligit: & secundum quod C etiam intelligit, & vivit & est: & secundum unum tria, & secundum tria unum, qualitas simplex & unum simplex. Simplex autem, principium compositorum: principium autem, sine principio: præcedit enim, nullum ante se principium habens; propter quod est principium. Hoc est autem Deus. Sine ortu igitur, & ingenitus est Deus. Quod autem ingenitum, sine ortu: quod sine ortu, sine fine. Finis enim incipientis est. Si vero ista duo habet, infinitum est: si infinitum, incomprehensibile, incognoscibile, invisibile, invertibile, immutabile. Inversio enim & mutatio, principium & finis est: alii quidem principium, alii finis. Sed nihil horum Deus. Inversibilis ergo & D immutabilis Deus. Si autem ista Deus, neque generat neque generatur. Inversio enim quædam & immutatio, generari & generare. Huc accedit, quod generare est dare aliquid ei qui natus est, aut totum aut partem ejus qui generat. Si totum dat, interit qui generat: aut minuitur, si partem. Si enim Deus manet semper idem, non igitur generat.

IV. Hoc idem apparebit, si quis dixerit generationem a Deo secundum istos modos esse: scilicet, juxta effulgentiam, juxta radii emissionem, juxta puncti fluentiam, juxta emissionem, juxta imaginem, juxta characterem, juxta progressum, juxta quod superplenum est, juxta motum, juxta actio- E nem, juxta voluntatem, juxta nominatum typum: aut si quis alius fuerit ad istud modus. Sine inversione enim, & nihil horum talium est. Primum quidem refulgentia, & motus est, & assignat tempus, & recessionem quamdam secedentem in pro-

priam substantiam. Quæ refulgentia etiam si sem- A per manet, discernibilis pars a toto est. Si autem non vana generatio est, ab eo quod semper est, in id est quod non semper est. Quid deinde? Non est inversio, effulgentia? A substantia enim luminali, quasi fugiens & eructatus splendor. Refulgentia enim substantialis, non substantia. Et si substantia, non eadem substantia. Jam ergo inversio prioris, quod secundum.

V. Videamus igitur generationem juxta radii emissionem. Est igitur connexus radius, & connectitur illi a quo progressus est radius. Nihilominus inversus est, si est genitus: aut non est generatio, si radius semper in ipso manet. Si juxta B puncti fluentum generatio ibi, quomodo? immobile enim punctum & terminus lineamenti, quod neque partem habet neque alterius pars est. Si ergo illud sic est, non procedet a semet ipso: si enim procedit, jam non punctum, sed jam lineamentum. Immutatur ergo. Sed enim Deus, [1] invisibile est. Non igitur Deus, quod punctum. Si autem manet punctum, non ab ipso lineamentum. Immobile enim punctum: in motu autem vel a motu, lineamentum: & juxta istum modum nulla in Deo generatio, nec a Deo. Quid deinde juxta emissionem? quemadmodum secundum eam in Deo generatio? Si enim emittitur a semet ipso, aliquid primum minuitur: aut ergo in substantia, aut in C divinitate, aut in actione. Deinde, id quod emittitur, aut ipsius potentiæ est, aut non ipsius. Si ipsius, & quomodo duo dii, & æquales? & ut quid duo, si æquales? Quod autem potest unus, hoc idem & alter: & non est necesse multiplicari perfectam plenitudinem in uno. Si autem non ejusdem potentiæ quod progreditur; & immutatur Deus, & a parte totum passus est: quod incongruum Deo est. Nulla igitur generatio in Deo & juxta hoc.

VI. Similiter autem & juxta imaginem. Multum enim differt imago ab imaginabili: illud ut substantia, istud juxta qualitatem solum adumbratum phantasma. In aliquo enim alio substantiam D habet imago, & non a se subsistit: neque secundum quodpiam est, in quo est. Non ergo imago, id quod genitum a Deo est. Consequutio enim quædam, imago est, ejus cujus imago est. Eadem ratio est, si juxta characterem. Character enim signaculum est substantiæ: & ipse per semet nihil: & est in alio, qui figuretur. Igitur nil tale in Deo. Oportet enim quod generetur a Deo, consubstantiale esse. Character autem non est consubstantiale. Non igitur juxta characterem generatio in Deo est. Sed an juxta progressum & motum generatio a Deo? Differt autem progressio a motu. Quoniam omnis quippe progressio a motu & in motu: non tamen omnis motus est progressio: E intus enim motus, non progressio, sed solum motus. Est enim progressus, foras pergens motus. Quid ergo dicimus, juxta progressum generationem esse a Deo? Semel, an sæpe, an semper? Si semel, qui usus? & si bonum quod progreditur, cur pauper Deus in progressu? Si sæpe vel semper, quid novum genuit? Et prima progressio, necessario imperfecta, si alius fuit indigens in sui perfectione.

VII. Ex quibus apparet, quoniam neque consubstantiale est quod generatur, neque sine conversione generatio a Deo. Si autem hoc incongruens Deo, nulla ergo generatio a Deo. Magis autem incongruum nobis apparet, si juxta motum generatio. Aut enim intus motus est, aut progrediens: si intus, nulla generatio: si progrediens, eadem. Immutatio ergo. Et si motus progrediens, non consubstantialis. Deinde si progrediens, in suam substantiam processit, aut in alicujus effectionem. Primum si passus est Deus, motus in motum: & hoc inversio est. Deinde si in suam substantiam processit, substantiam non habuit: si in alterius substantiam, aliud fuit a Deo quod operatum fuit a Deo: & magis effectum, quam generatio a Deo. Non consubstantiale igitur, & conversio prioris in id quod secundum est. Nulla igitur a Deo generatio. Dicunt autem quidam, quod juxta superfluum generatio a Deo, superplenum generatio a Deo. Superplenum autem dicunt, sicut fons superbulliens habet quod superabundet, effundens & semper plenus. Sic & a Deo, quemadmodum quod a fonte quod superest, [2] quod effunditur. Et hæc generatio a Deo. Sed in eadem rursus recurrit ratio. Si enim superplenum, & semper plenum: semper ergo a Deo generatio: non enim deficit fons. Quod autem crescit, effunditur. An manet, quod augetur? Nec non igitur effunditur id quod superplenum est: quoniam inconveniens, non effundi quod superest. Sed effundit, & semper effundit: semper enim superfluit. Ergo & novi angeli, & novi mundi. Inconveniens enim, non effundi quod semper effluit. Sed si semel superplenum, immutatio ergo Dei & inversio Dei, duplex: sic & istud incongruum: nulla ergo secundum hoc in Deo generatio. Si vero juxta superplenum, insuper nec consubstantiale quod effunditur ipsi Deo. Deus enim superabundans: quod autem effunditur, ipsum effusum est tantum, non autem semper abundans. Aliud igitur est quod post illud superabundat: ergo aliud post aliud, & aliud.

VIII. Dicunt quidam juxta voluntatem generationem, & juxta actionem. Est autem, ista duo idem accipere, voluntatem & actionem, magis in Deo. Simul enim agere & velle est in Deo. Attamen & est differentia, etsi in eo quid est velle, & actus Deo: etenim velle in hoc quod est velle, est caussa actionis. Actio enim, effectio voluntatis. Aliud ergo voluntas ab actione: & verbi est, prius est & posterius. Impossibile, ambo idem. Deo igitur primum voluntas, posterius actio. Non juxta tempus dico, sed juxta ut sit caussa alii essendi. Voluntas igitur in confesso est, quoniam substantia non est, nec actio. Deinde aliud quiddam est ab actione & voluntate, ipsum opus. Opus enim, operantis opus: non tamen ipse operator, opus. Opus ergo non consubstantiale operanti: ergo non generatio: neque quod effectum est, genitum est: & opus, non generatio neque filialitas, neque filius, neque unigenitus, neque consubstantialis: magis autem quum necdum sit ipsa substantia, ante quam Deus velit generare aliquid. Effectus namque [3] Dei est omnis substantia. Non est igitur substantia, Deus. Per Deum enim substantia. Quomodo igitur, quum posterius sit substantia, Deum substantiam dicimus? Si enim Deum substantiam dicimus, cogit nos ratio confiteri, substantiam esse priorem Deo. Etenim vere substantia subjectum quoddam est. Quod autem subjectum, non est simplex. Simul enim intellectus accipit aliquid aliud

1. *Invisibile* ] An *indivisibile*?
2. *Quod effund.* ] Relativum delendum videtur.
3. *Dei est omnis subst.* ] Heic incipit Mabill. editio in *Analect.* pag. 21. fol.

in subjecto esse, quum diei subjectum audierit. Sed enim simplum quoddam Deus est: insubstantialis ergo Deus. Si ergo insubstantialis est Deus, consubstantiale nil Deo; etiamsi a Deo appareat nasci, aut natum sit.

IX. Dicunt autem quidam, generationem esse a Deo juxta nominatum typum. Deus enim spiritus est. Spiritus autem, quum in naturam suam intendit, in semet ipsum residit. Istiusmodi motum, typum nominant. Quid deinde vero? Ab istiusmodis motione, filialitas quædam repente erumpit: & hæc generatio a Deo. Quomodo igitur? ut effluentum an ut emissio, aut ut refulgentia, aut aliud quid horum? Quid deinde? An ut pars a toto, an ut a toto totum? At quodcumque horum, aut imperfectum est, si partem effundit, & diminutio quædam sit patris, quum pars sit filius; aut vana generatio. Si vero totum a toto apparuit, nulla caussa est, ab eodem ipso id ipsum generari. Et si duplex generari necessitas fuit: utrumque ergo imperfectum; & id quod est prius, & id quod est posterius in conversione. Sed enim insurgente [1] in semet ipsum, apparuit tantummodo aliud sine aliqua effulgentia. Id est manifestum: quoniam quod secundum est, ex iis est quæ aliquando non fuerunt. Factum est ergo, non natum: & idcirco non consubstantiale. A Deo igitur nulla est generatio.

X. Quid autem ex istis omnibus colligitur, mi dulcis VICTORINE? Quoniam Dominus Jesus Christus [a] qui est λόγος apud Deum, per quem effecta sunt omnia, & sine quo nihil factum est: neque generatione a Deo, sed operatione a Deo, est primum opus & principale Dei: [b] *cui dedit nomen quod est super omne nomen*, filium eum appellans & unigenitum, quod solum opera sua fecit. Efficit autem ex iis quæ non sunt: quoniam [c] potentia Dei, quod non est, adducit ut sit. Hoc autem & Jesus per quem facta sunt omnia: hoc est ex iis quæ non sunt, ea quæ sunt effecit. Sed isto distat quod Deus facit, ut sit perfectum omnimodis: Jesus autem alia, non eodem modo, etsi perfecta effecit. In quo igitur Jesus est effector eorum quæ sunt, ex iis quæ non sunt, secundum opera-

A tionem? Et [d] in patre ipse est, & in ipso pater: & [e] ambo unum sunt. In quo autem non idem potest, alter accipitur. Non enim aliud omnimodis perfectum operari potest. Sed neque propria operatione operatur, neque propria voluntate: sed eadem vult quæ pater. Et ipse [2] etiam habet voluntatem; dicit tamen: [f] *Non sicut ego volo, sed sicut tu*. Et multa [3] in voluntate patris non scit: sicut [g] judicii diem. Et iste passibilis est, ille vero impassibilis: & ille est qui misit, iste vero qui missus est: & alia istiusmodi; [4] ut quia iste induit carnem, in eo quod mortuus est, in eo quod resurrexit a mortuis: quæ omnia filio contigerunt. Patri autem incongruum, operi autem ejus non incongruum:

B [5] quod quum sit opus in substantia, quæ quidem receptrix est diversarum qualitatum & magis contrariorum.

XI. Quod autem Deus fecerit Jesum Christum, sacra lectio dicit in Actibus Apostolorum: [h] *Certissime autem sciat omnis domus Israel, quoniam fecit nobis Deus Dominum Jesum Christum, quem vos crucifixistis*. Item apud Salomonem: [i] *Fecisti me præpositum ad omnes vias*. Hoc autem significat & in Evangelio secundum Joannem, quum dicit: [k] *Et quod est effectum, in ipso vita fuit*. Si in ipso ergo aliquid factum, & ipse factus est: magis autem, si ipse vita est. Nullus igitur velut insuave

C accipiat, Jesum Christum esse opus Dei, omnimodis perfectum Dei virtute: Deum vero ingenitum, Spiritum ingenitum, super omnes spiritus: unigenitum vero, operatione, potentia, filium substantiam factum, non de substantia. Etenim omnis & prima substantia, Jesus: omnis actio, omnis λόγος, initium & finis omnium quæ sunt, corporeorum aut incorporeorum, intellectibilium ac intellectualium, intelligentium ac intellectorum, sensibilium ac sensuum: præprincipium, præcaussa, præstatio, effector, capacitas, plenitudo: per quem effecta sunt omnia, & sine quo nihil: salvator noster, universorum [6] emendator: ut servus in nostram salutem, Dominus autem in

D peccatorum & impiorum punitionem: gloria vero & corona justorum atque sanctorum. Amen.

*a* Joan. I. 1. 3. *b* Philipp. II. 9. *c* Rom. IV. 17. *d* Joan. XIV. 9. 11. *e* Joan. X. 30. *f* Matth. XXVI. 39. *g* Marc. XIII. 32. *h* Act. II. 36. *i* Prov. VIII. 22. *k* Joan. I. 3. 4.

1. *In semet ipsum* ] Mabillon. *in se Spiritu*.
2. *Etiam* ] Mabillon. *etiam si*.
3. *In voluntate patris* ] Sic recte Mabillon. Deest vox *patris* in *Orthodox.* Jo. Heroldi pag. 461. edit. Basil. 1555. qua utimur.
4. *Ut quia iste ind.* ] Mabillon. *in eo quod ind.*
5. *Quod quum sit op.* ] Mabill. *Sit opus*. Legendum forte, *quippe quum sit opus*.
6. *Emendator* ] Mabill. *emendatio*.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
390.

# MARII VICTORINI AFRI,

## VIRI CONSULARIS,

## RHETORIS URBIS ROMÆ,

## *De generatione divini Verbi*,

### CONFUTATORIUM CANDIDI ARIANI,

### AD EUMDEM.

I. MAgnam tuam intelligentiam quis fascinavit, o generose CANDIDE? De Deo dicere, supra hominem audacia est. Sed quoniam inditus est animæ nostræ [1] νοῦς ἠθικὸς, & spiritus desuper missus ad figurationes intelligentiarum inscriptas ex æterno in anima nostra: movet ineffabiles res ad investigabilia mysteria Dei voluntatum atque operationum, quasi mentis elatio animæ nostræ. Vult enim videre, & etiam nunc in tali sita corpore, quod difficile est intelligere solum, edicere autem impossibile. Dicit enim beatus Paullus: [a] *O altitudo divitiarum sapientiæ & cognoscentiæ Dei, quomodo ininvestigabilia sunt judicia Dei, & sine vestigiis ejus viæ!* Dicit etiam Esaias: [b] *Quis cognovit mentem Domini, aut quis fuit ejus consiliator?* Vides igitur, quanti constat cognitio de Deo. Sed quoniam de divina generatione scribis tam audenter: & nos tibi primo quidem de scripturis ostendemus, filii Domini Jesu Christi generationem æternam. An scripturas quas legimus, vanas opinaris? Si ut nomine, sic & re Christianus est quispiam; necesse habet venerari scripturas, inclamantes Dominum Jesum Christum. Si igitur necesse tibi est scripturas recipere; est & necessarium ea quæ in ipsis de Christo dicuntur, sic quemadmodum dicuntur, accipias & credas. Dicunt autem [2] Jesum Christum filium Dei esse unigenitum, ut dicit David propheta: [c] *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Et Paullus Apostolus: [d] *Quia ipse proprio suo filio non pepercit.* Et rursus: [e] *Benedictus Deus & pater Domini nostri Jesu Christi.* Deinde & ipse Jesus Christus frequenter dicit: [f] *Ego & pater unum sumus.* Et: [g] *Qui videt me, videt & patrem meum.* Et: [h] *Ego in patre, & pater in me est.* Hæc dicens, [3] Deus fuit, si mentitus non est: si autem mentitus est, non opus Dei omnimodis perfectum. Sæpe & multi & millies dicunt ista: an tibi non apparet dici hæc ita ubique?

II. Audi de nobis aliud. Nos dicimus esse nobis patrem Deum, & eum quam maxime. Quæ caussa, & juxta quid? Quoniam, inquam, caritate [i] *prædestinavit nos in adoptionem per Christum.* Numquid & Christum per adoptionem filium Deus habet? Nullus id ausus est dicere: fortasse nec tu.

A Vides ne, qualis blasphemia ex hoc dicto nascatur? Dicimus esse nos heredes Deo patri, & per Christum heredes, per adoptionem exsistentes filii: & Christum esse verum filium, per quem nobis efficitur esse filios & coheredes esse in ipso Christo. Multa dixisti de Christo & vera, & ut se habent: quoniam potentia Dei est, & [4] omnipotens, & universus λόγος, & omnis operatio, & omnis vita & alia plurima. Assecutus ergo est hujusmodi bona, effectus ex iis quæ non sunt? Et beatum est, quod non est ex eo quod vere est? Qui sic concipit intellectus, sine Deo est, sacrilegus & plenus blasphemiæ. Dominus ipse est super omnia quæ sunt, omniaque quæ non sunt. Et ipse igitur quum, ut di-

B cis, sit factus ex iis quæ non sunt, poterit ipse facere omnia quæ sunt ex iis quæ non sunt? Attamen Deum, id quod sit & semper sit, non quod aliquando non fuerit, credimus esse. Præstat igitur quod est, [5] & præstat per ineffabilem generationem, & præstat exsistentiam, νοῦν, vitam: non qui sit ista, sed super ista & semper omnia. Si igitur Deus non est quod non est, est autem supra id quod est, vere ὤν, potentia ipsius τοῦ ὄντος, quæ operatione in generationem excitata, ineloquibili motu genuit τὸν ὄντα, omnibus modis perfectum, a toto potentiæ totum. Deus ergo est [6] totum πρόον: Jesus autem ipsum hoc totum ὄν, sed jam in exsistentia & vita & intelligentia, uni-

C versale [7] omnimodis τέλεον ὄν. Hic est finis, hic principium, hic filius, hic πᾶς λόγος, hic qui apud Deum & in Deo λόγος, hic Jesus Christus, ante omnia quæ sunt, & quæ [8] vere sunt; prima & omnis exsistentia, prima & omnis intelligentia, primum & omnimodis τέλεον ὄν, ipsum primum ὄν, nomen ante omnia nomina; ab ipso enim omnia nomina, sicut declarabitur.

III. Volo autem audire, o mi dulcissime CANDIDE, quid [9] esse æstimas, quod non est. Si enim Deus omnium caussa est, & ejus cui est esse, & ejus cui non est esse, caussa est Deus. Sed si caussa, non est id quod non est. Caussa enim ut ὂν

D est: quippe unde & a qua sit id, cui futurum est ὄν. [10] Et hoc ipso, caussa vere super ὄν. Quod igitur nondum ὄν, id est, quod non est; ad hoc,

*a* Rom. XI. 33. *b* Isa. XL. 13. *c* Psalm. II. 7. *d* Rom. VIII. 32. *e* Ephes. I. 3. *f* Joan. X. 30. *g* Joan. XIV. 9. *h* Ibid. ℣℣. 10. 11. *i* Ephes. I. 5.

1. Νοῦς ἠθικὸς, & spir.] Sic edit. Basil. At Mabillon. νοῦς πατρικὸς, *sensus paternus & spir.*

2. *Jesum Chr.*] Sic Mabillon. Sed Orthodox. *Jesum Christum esse salvatorem omnium fidelium, Dei unigenitum. Dicit David* cet.

3. *Deus fuit*] Mabill. *si Deus fuit, non mentitus est. Filius ergo Dei, Christus. Si ment.*

4. *Omnipotens*] Mabill. *omnipotens potentia.*

5. *Et præstat per ineff. gener.*] Hæc Mabill. pag. 22. quæ desunt in Orthodox. pag. 462.

6. *Totum*] Hanc vocem addimus ex Mabill. Et mox ex eodem, *Jesus autem ipsum hoc totum ὄν.*

7. *Omnimodis*] Sic Mabillon. At Orthodox. *omnibus*, minus recte. Mox pro τέλεον sive τέλειον habet Mabill. *perfectum*. Et paullo post, *hic est filius, hic omnis λόγος*, præcedentibus omissis.

8. *Vere*] Mabill. *vera*.

9. *Esse*] Deest hoc verbum in Orthodox. sed habet Mabillon.

10. *Et hoc ipso* cet.] Mabill. *Sed esse hoc ipso, quod caussa supra vere ὄν.* Minus recte, ut videtur; quemadmodum & quæ statim sequuntur.

ὂν caussa est. Ideo προὸν dicitur: & juxta istam A rationem caussa est Deus, & eorum quæ sunt, & eorum quæ non sunt.

IV. Definiendum est ergo id quod non est: quod quidem intelligitur & vocatur quatuor modis: juxta negationem [1] omnino omnimodis, ut privatio sit exsistentis: juxta alterius naturam ad alterius naturam, ut hoc non est illud: juxta nondum esse, quod futurum est [2] & potest esse: juxta id quod super omnia quæ sunt, habet [3] est; ut quia non est aliquid istorum, nec convenit cum aliquo eorum. Quid igitur dicimus Deum? τὸ ὄν, ἢ τὸ μὴ ὄν? Sed utique ipsum appellamus ὄν: quoniam eorum quæ sunt, pater est. Sed pater eorum quæ sunt, non est τὸ ὄν, si nondum sunt ea quorum pater est. Hoc non licet dicere, hoc nefas est intelligere, [4] eorum quæ sunt, μὴ ὂν caussam appellare. Caussa enim prior est ab iis quorum caussa est. [5] Supremum ὂν igitur Deus est; & juxta quod supremum est, μὴ ὂν Deus dicitur: non per privationem universi ejus quod sit, sed ut aliud ὂν ipsum, quod est μὴ ὄν: juxta ea quæ futura sunt, τὸ μὴ ὄν: juxta quod caussa est ad generationem eorum quæ sunt, τὸ ὄν.

V. [6] Verum est igitur dicere Deum patrem [7] τοῦ ὂν, juxta caussam eorum quæ sunt, & eorum quæ non sunt. Voluntate igitur Dei in generationem veniunt & quæ sunt, & quæ non sunt. Et non æstimes quæ non sunt, quasi per privationem eorum quæ sunt. Nihil enim istorum neque exsistit, neque intelligitur. Si enim mundus & omnia superna subsistunt, omnia & sunt. Nullum enim μὴ ὄν, juxta privationem: sed subintelligentia quædam est, ab iis quæ sunt, privationem eorum subintelligere, non subsistentis, ne ipsius quidem subintelligentiæ, nec sic exsistentis, ut eorum quæ sunt. Quædam vero quæ non sunt, quodammodo sunt, ut ipsa quæ nunc quidem sunt: quæ post generationem [8] & sunt & dicuntur, & ante generationem aut in potentia sua aut in idea fuerunt. Sed unde vel ex quo generata sunt? Secundum illos modos scilicet; juxta alterius naturam, & juxta id quod nondum est, quod futurum est, & potest esse.

VI. Primo ergo Deus & super quæ sunt est, & super quæ non sunt: quippe [9] generator ipsorum & pater, juxta quod caussa est. Deinde secundum generationem a Deo aut secundum [10] effectionem, quæ sunt apparuerunt. Apparuerunt autem & μὴ ὄντα. Ipsorum autem quæ sunt, alia sunt vere quæ sunt, alia quæ sunt, [11] alia quæ non vere non sunt, alia quæ non sunt. At illa quæ vere non sunt, non recipit in esse plenitudo Dei. Juxta enim id quod est esse, & id quod est aliquo modo esse, plenitudo Dei. Plenitudo enim est [12] τῇ μόνῃ ἐμφάσει exsistente in intelligentia eorum quæ vere non sunt: quæ juxta [13] subjectionem, ab his quæ non vere B quidem sunt. [14] Quodam tamen modo νοῦς cuncta incipiens, imaginata est circa id quod vere non est.

VII. Audi quemadmodum dico. Sunt quædam ejusmodi, quæ sunt natura manifesta, sicut quæ sunt & omnia supercælestia: ut τὸ πνεῦμα, καὶ ὁ νοῦς, ἡ ψυχή, τὸ νόημα, ἡ παιδεία, ἡ ἀρετή, ὁ λόγος, opinio, perfectio, [15] sententia, vita, intelligentia: & adhuc superius, exsistentialitas, vitalitas, intelligentitas: & adhuc super omnia ista, ὂν μόνον: & istud ὅ ἐστι ἓν μόνον ὄν. In ista si ἡμῶν νοῦς recte ingreditur, comprehendit ista & ab his formatur: & stat intelligentia, jam non in con- C fusione inquisitionis exsistens. Sed quoniam intelligentia talis de altero est, comprehensio & definitio quædam efficitur. Alia ὄντα solum ὄντα [16] esse intelligimus: quoniam in eo quod quidquid tale est, alterius est & aliud, ut intellectuale ad intellectibile. Ergo intellectibilia sunt ea quæ vere sunt: alia quæ tantum sunt, intellectualia. Sunt autem ista omnia, animarum in natura intellectualium, nondum intellectum habentium; quæ sunt, sed ad intelligentiam accommodata. Excitatus [17] enim in anima ὁ νοῦς, intellectualem potentiam animæ illustrat & illuminat, & [18] intellectuat ac figurat: & innascitur animæ intelligentia atque perfectio. Idcirco & substantia dicitur anima, quo- D niam omnis substantia subjectum est. Subjectum autem alteri [19] alicui subjacet: subjacet autem anima τῷ νόει, & πνεύματι ἁγίῳ ἡ ὕπαρξις τῆς ψυχῆς. [20] Substantia igitur anima.

VIII. Omnia ergo [21] quæ animæ sunt, solum ὄντα

1. *Omnino omnim.* ] Sic Mabill. Sed Orthodox. *juxta negationem, ut privatio sit exsistentis, ut omnibus modis esse negetur.*

2. *Et potest esse.* ] Hæc habet Mabill. quæ desiderantur in Orthodox.

3. *Est* ] Forte *esse*.

4. *Eorum* cet. ] Mabill. *eorum quia sunt caussa ὂν appellare*. Rectius quidem, ut videtur, ex præcedentibus, si tamen hæc sic reformentur: *eorum* QUÆ sunt, CAUSSAM *ὂν appellare*. Verum nihil forte mutandum, ob ea quæ sta- E tim sequuntur.

5. *Supremum* cet. ] Sic Mabill. quem sequi maluimus. Orthodox vero ita: *Super ὂν igitur Deus est; & juxta ea super quæ omnia est μὴ ὂν Deus dicitur: non per privationem ejus universi quod sit, sed ut aliud ὂν ipsum quod est μὴ ὄν, juxta τοῦ μὴ ὄντος, τὰ μὴ ὄντα, καὶ μὴ ὄντα, καὶ μὴ ἀληθῶς μὴ ὄντα.*

6. *Verum est igit.* ] Heic in Orthodox. sub finem pag. 462. plura occurrunt perperam transposita, quæ spectare noscuntur ad §. IX. ut ad eum locum monebimus. Recte vero procedunt omnia in edit. Mabill. ubi quæ hoc loci leguntur, extant pag. 22. in Orthodox. autem pag. 463. circa medium.

7. Τοῦ ὂν ] Sic Orthodox. Forte τοῦ ὄντος. Sed nihil muto. Ceterum Mabillon. ita: *Verum est igitur dicere Deum patrem esse, & juxta caussam esse & eorum quæ sunt. Voluntate* cet.

8. *Et sunt & dicuntur, & ante gener.* ] Hæc desunt apud Mabillon. pag. 23. exscriptoris vitio, ob repetitam scilicet vocem *generationem*. Quæ item statim sequuntur ibidem, minus recte repræsentantur.

9. *Generator* cet. ] Sic Mabillon. At Orthodox. *generator est, & pater est, juxta id quod caussa.*

10. *Effectionem* ] Hanc Mabill. lectionem alteri Orthodox *effectorem* prætulimus.

11. *Alia quæ non vere non sunt* ] Ita edit. Mabill. μὴ ἀληθῶς μὴ ὄντα, ut infra ipsemet auctor. Orthodox. *alia quæ non vere sunt*. Mox Mabill. minus recte: *Ad illa — non recepit esse. — Juxta enim quod est esse, & aliquo modo esse plenitudo.*

12. Τῇ μόνῃ ἐμφάσει *exsistente* ] Mabill. *sola emphasi exsistentiæ.*

13. *Subjectionem* ] Orthodox. *subjectio*. An *subjectum*?

14. *Quodam tam.* ] Heic plane cæcutiit Mabillonianus exscriptor.

15. *Sententia* ] Mabill. *exsistentia*. Atque hujusmodi lectio confirmari videtur ex iis quæ sequuntur, præcedentibus affinia, nimirum EXSISTENTIALITAS, *vitalitas, intelligentitas.*

16. *Esse* ] Ex Mabill. hanc vocem sumus mutuati: apud quem tamen deesset subsequens *intelligimus*.

17. *Enim* ] Male in Orthodox. *est*.

18. *Intellectuat* ] Mabillon. *invultuat*. Fortasse rectius: sic enim infra §. VIII. loqui amat auctor: *figuratum & vultuatum est.*

19. *Alicui* ] Mabill. *alicubi*: quod non placet. Mox vero ibidem, *τῷ νόει & spiritui* dumtaxat, reliquis Græcis omissis.

20. *Substantia igitur anima* ] Hæc Mabillon. quæ desunt in Orthodox.

21. *Omnia ergo — non quæ vere sunt* ] Hæc est lectio Mabillon. At Orthodox. *Omnia ergo quæ sunt & animæ, solum ὄντα sunt, quæ non vere sunt*. Statim vero Mabill. *Anima igitur non caussa apprehendit.*

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.

sunt, non quæ vere sunt. Anima igitur comprehendit quæ vere sunt: quoniam si ingreditur νοῦς in animam intellectualem, comprehendit item [1] & ὄντα ἀληθῶς: intelligit enim anima, quoniam anima est: & sic ab iis ἃ ἀληθῶς ὄντα ἐστὶ, intelligentia efficitur eorum quæ sunt. At vero alia quæ non vere non sunt, & quæ non sunt, ab istis intelligentiam sumunt per conversionem intelligentiæ τοῦ ὄντος. [2] Etenim non intelligitur τὸ μὴ ὂν, secundum quod non ens: sed juxta τὸ ὂν intelligitur τὸ μὴ ὄν. Accipitur ergo τὸ μὴ ὂν, quasi quædam exterminatio τοῦ ὄντος. Exterminatio autem insiguratum quoddam est, [3] & non est ut ὄν. Omne enim τὸ ὂν in exsistentia vel qualitate figuratum & vultuatum est. [4] Insiguratum autem, quoddam aliquid est: ideo τὸ μὴ ὂν aliquid quodammodo est. Sunt ergo τὰ μὴ ὄντα: & ideo etiam sunt quæ vere non sunt: & potiora sunt ad id quod est esse, ea quæ non vere non sunt, quam quæ μὴ ὄντα sunt. Propter quod efficitur τῶν ὄντων [5] quidam naturalis ordo τοῦ ὄντος, τὰ ὄντα.

IX. Diximus [6] ergo quæ sunt, & etiam quæ vere sunt. Dicamus nunc quæ sint quæ vere non sunt, & quæ sint quæ non sunt.

Intelligibilis & intellectualis quum sit Dei essentia [7] & potentia, juxta intelligentiam apparuerunt cuncta quæ sunt. Sed intelligentia dupliciter operatur: sua propria potentia intellectuali, & juxta limitationem intelligendi, etiam sensu. Rursus autem sensus, simulacrum quum sit intellecti & limitamentum intelligendi, si perfecte percipit operationem intelligentiæ quæ illum fortificat in operari atque agere, efficitur sensus propinquus atque vicinus puræ intelligentiæ. Et ista est quæ cælestia comprehendit, & ea quæ in æthere, & ea quæ [8] in natura & ea quæ in ὕλῃ gignuntur & regignuntur, & alia hujusmodi quorum est potentia in sensuali intelligentia: & est illud esse quodammodo esse & non esse. Cælum etenim, & omnia in eo, & universus mundus ex ὕλῃ consistens & specie, in commixtione est: ergo non est [9] simpliciter. Hujus ergo mundi quæ partes sunt, participantes animæ intellectualis potentiæ & naturæ, sunt in natura eorum quæ non vere non sunt. Utuntur enim intelligentia, sed juxta sensum intelligentia: & sunt juxta sensum versibilia & mutabilia, juxta vero intelligentiam inversibilia & immutabilia. Quomodo

A autem sensus istud apprehendit? Sed non apprehendit nisi qualitates; substantiam autem, id est subjectum, nec percipit nec apprehendit: versibiles enim sunt qualitates; substantia vero inversibilis. [10] Quum autem anima sit substantia, tamen est versibilis. Quomodo istud? Sic habeto.

X. Quum suscipit anima & intelligit quæ sunt in mundo, si illa intelligit quæ sunt animalia & animata; in eo quod est habere animam, sunt quæ non vere non sunt. Quodam enim modo μὴ ὄντα, juxta quod animam habent: quodam modo μὴ ὄντα juxta id quod [11] conversibilem ὕλην habent & qualitates versibiles: & sunt hæc quæ diximus [12] μὴ
B ὄντως μὴ ὄντα. Quum autem intelligimus sub anima ὕλην (in anima dico ὕλην, quidquid sine intellectuali anima est, circumlato sensu) ipsa comprehendit circa qualitates quasi μὴ ὄντα quæ sunt: sunt enim versibiles qualitates; & juxta hoc, μὴ ὄντα. Etenim ipsum subjectum [13] quæ ὕλη dicitur, indeterminatum est; & ideo sine qualitate dicitur. Si autem determinatur, qualitas dicitur, & non qualis ὕλη. Sed sunt primæ qualitates in corporibus primis, igne, aere, aqua, terra: quæ sunt, sed per se, sine commixtione vel alicujus [14] unione. Si enim ista, qualitates; & ista, ὕλη: qualitates igitur ὕλη. Non enim ut accidens accidit τῇ ὕλῃ; sed ipsa est qualitas: [15] non potest
C enim esse qualitas, ipsa per semet, sed eo quod est; hoc ipso ὕλη est. Et semper quidem ὑλικὴ quum sit, nihil aliud quam ὕλη est. Sicut & anima, juxta quod intellectualis est, anima est; & juxta quod semper movetur & a se movetur, non secundum duplicationem neque secundum accidens, ista anima est, sed quod istæ qualitates, substantia est anima. Sic etiam ὕλη ipsa qualitas, ipsa substantia ὕλη. Differt autem anima ab ὕλῃ. Dicunt enim quidam, quod anima ὕλη est; quod subjectum & qualitas [16] eadem sit substantia, eademque sit substantia & anima & ὕλη. Sed differt, ut dixi: quoniam anima intellectualis quum sit, intelligit semet ipsam. At vero ὕλη [17] omnimodis intelligens
D quum sit, neque intelligentiam neque sensuum in sensu ullum habet. Et idcirco anima ea est quæ sunt: [18] quum ipsa sola & pura est, ex iis est quæ sunt: mixta vero τῇ ὕλῃ, ex iis est quæ non vere non sunt. Sola autem ἡ ὕλη, omnium quæ non sunt nutrix est. Anima vero & ἡ ὕλη, omnium

1. *Et ὄντα* ] Mabill. *& ὄντα, hoc est, ipsa illa intellectualia*. Paullo post Orthodox. *At vero alia & quæ non sunt, ab istis* cet. Mabillonium sequimur.

2. *Etenim* cet. ] Mutilus & mendosus hic locus apud Mabill. ubi sic: *Etenim non intelligit τὸ μὴ ὄν. Accipit ergo τὸ μὴ ὄν, veluti exterminatio τοῦ ὄντος est. Exterm.*

3. *Et non est ut ὄν* ] Mabill. *sed tamen est, non tamen sicut ὂν est*. Mox ibidem, *& in exsistentia & in qualitate*.

4. *Insigur.* ] Paullo aliter Mabill. apud quem mox, *& idcirco sunt, quæ non vere non sunt*.

5. *Quidam natur.* ] Mabill. *iste naturalis ordo ὄντος, ὄντα ὄντα; μὴ ὄντος, μὴ ὄντα, μὴ ὄντα*.

6. *Diximus* cet. ] Ita continenter Mabill. At in Orthodox. perperam transposita occurrunt sub finem pag. 462. ut superius ad §. III. admonimus.

7. *Et potentia* ] Hæc desunt apud Mabill.

8. *In natura* cet. ] Mabillon. *in natura & in ὕλῃ*. Et mox: *& est illis esse*. Forte melius.

9. *Simpliciter* ] Mabillon. *simplex*. Et statim: *Hujus igitur mundi quæ partes sunt participantes animæ intellectualis, in potentia & in natura sunt eorum quæ vere non sunt*. Minus recte, ut videtur, cum distinctione, tum in textu.

10. *Quum autem anima* cet. ] Sic Mabill. At Orthodox. *Quum autem sit substantia, tamen est versibilis. Quomodo istud se habet? Quum suscipit anima & intelligit quæ sunt animata & animalia* cet.

11. *Conversibilem* ] Hanc vocem omittunt Orthodox.

12. *Μὴ ὄντως μὴ ὄντα* ] Ita rescripsimus, auctorem secuti, qui alibi dixit *μὴ ἀληθῶς μὴ ὄντα, quæ non vere non sunt*. Perperam utraque editio. Mabillon. enim *μὴ ὄντος μὴ ὄντα*: Orthodox. vero, *μὴ ὄντος* dumtaxat. Et statim eadem Orthodoxographa, pag. 463. circa medium, post verba *μὴ ὄντος*, subdunt: *ea quæ futura sunt, & quorum est caussa. Ad generationem autem* cet. quæ leguntur superius sub finem §. IV. At Mabillonianum exemplar quod sequimur, post *μὴ ὄντα* subjicit: *Quum autem intelligimus* cet. quæ in Orthodox. leguntur 464. lin. ult. & seqq. Omnia scilicet perturbata sive male compactorum exemplarium vitio, sive librariorum inscitia.

E

13. *Quæ* ] Forte *quod* scripsisset alius quam Victorinus. Paullo post Mabill. *Et sunt primæ qualitates, ignis, aer, aqua, terra, ipsa secundum se sine commixt.*

14. *Unione* ] Sic ex Mabillon. pro *unius* Orthodox.

15. *Non potest enim esse qualitas* ] Ista quæ habet Mabillon. desunt in Orthodox. fortasse ob repetitum *qualitas*.

16. *Eadem sit substantia — & ὕλη* ] Mabillon. heic deferimus. apud quem sic: *eadem ipsa sit substantia & animæ & ὕλη*, fortasse ὕλης.

17. *Omnimodis intelligens* ] Malim *omnimodis* NON *intelligens*. Mabillon. *omnimodis omnino intelligens*.

18. *Quum ipsa sola* cet. ] Pessime heic Mabillon. exemplar.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.

nutrix est, sed anima, propria virtute omnium nutrix est & vitæ generatrix: ἡ ὕλη vero sine anima, effeta & densa facta, in æternum manet, animationem ab anima habens. Sunt igitur & dicuntur ista, μὴ ὄντα. De iis ergo quæ non sunt, ita se habet.

XI. Habes igitur quatuor: quæ vere sunt, quæ sunt, quæ non vere non sunt, quæ non sunt. Per conversionem autem & [1] complexionem horum nominum, adhuc duo modi subaudiuntur: quæ non vere sunt, & vere quæ non sunt. Sed enim ea quæ non vere sunt, ea tantum quæ sunt significant: solum enim sunt, quæ non vere sunt. At vero quæ vere non sunt, ad id ut sint, locum non habent. Deo enim plenis omnibus, nefas & impossibile, quæ vere non sint, & dici & esse: quæ intelligentia sola, sicut declaravimus, [2] differunt, non ab iis quæ non sunt, sed ab iis quæ sunt [3] secundum privationem adnascuntur in anima, neque in sua substantia, neque in intelligentia positis quæ vere non sunt.

XII. Eamus igitur ad videndum, quid sit Deus, & in quibus est. Quæ vere prima & honoratiora sunt, numquid in ipsis Deus? Sed & his caussa est, & ipsorum dator & pater. Nec est dicere, ipsum esse hæc, quibus ipse dedit ut essent. Quum enim unus & solus sit, [4] assimilata esse voluit; [5] & non ipsa illum unum: sed illud quod est unum esse, hoc voluit ipsa multa esse. Forsitan dices, o Candide, Meus hic sermo est: & secundum istam rationem dico, ex iis quæ non sunt, natum esse filium Dei: secundum electionem, non secundum generationem. Sed μὴ ὄντα quæ esse diximus? numquid ea quæ omnino non sunt? Sed jam in confesso est, quod non: etiam in confesso est, quod quæ non sunt, juxta modos dicuntur quatuor: [6] ex quibus duo juxta nihilum omnino, & juxta super omnia: alii vero [7] juxta alterius naturam, & juxta quod nondum est; & tamen est potentia ad esse, & nondum actione esse.

XIII. Quid igitur Deus, si ne unum quidem est, neque quæ vere sunt, neque quæ sunt, neque quæ non vere non sunt, neque quæ non sunt? Ista enim præstat Deus ut caussa, istis omnibus. Eorum autem quæ vere non sunt, Deum esse, nefas est suspicari. Necessario enim Deum per prælationem & eminentiam τῶν ὄντων dicimus, supra omnem exsistentiam, supra omnem vitam, supra omnem cognoscentiam, super omne ὄν, [8] & πάντων ὄντων ὄντα: quippe inintelligibile, infinitum, invisibile, sine intellectu, insubstantiale, incognoscibile: & quod quum super omnia, nihil tamen de iis quæ sunt: [9] & quoniam supra quæ sunt, nihil de his quæ sunt: μὴ ὂν ergo Deus est.

XIV. Quid autem istud τὸ μὴ ὂν, super τὸ ὂν est? quod [10] intelligatur ut ὄν, neque ut μὴ ὂν omnino: sed ut in ignoratione intelligibile, quoniam ὄν, & quoniam μὴ ὄν; quod sola sua potentia, τὸ ὂν in manifestationem adduxit & genuit. Est autem λόγος, istud sic se habere. [11] Quid vero Deus qui supra ὂν est, ab eo quod ipse est, sicut ipse est, ὄντα produxit? An ab alio? an a nullo? Ab alio? Sed quo alio? Nihil enim ante Deum fuit. Sed neque ex altero ut Deo, quoniam nihil ei par. [12] A nullo? Sed quomodo? Si enim τὸ ὂν produxit, verum est dicere quoniam a semet ipso qui super τὸ ὂν est, τὸ ὂν generaverit potius quam de nihilo. [13] Quod enim super τὸ ὂν primo est, absconditum ὄν est. Absconditi vero manifestatio, generatio est. Siquidem & potentia ὄν, operatione ὂν generat: nihil enim sine caussa in generatione. Et si Deus caussa est omnium, [14] caussa est & τοῦ ὄντος in generationem: quippe quum super τὸ ὂν sit, vicinius quum sit τῷ ὄντι, & ut pater ejus & genitor. Etenim gravida occultum habet quod paritura est. Non enim fetus non est ante partum, sed in occulto est: [15] & generatione pervenit in manifestationem ὂν operatione, quod fuit ὂν potentia. Et, ut quod verum est dicam, ὂν operatione τοῦ ὄντος, etenim foris operatione generat. Quid autem generat? quod fuit intus. Sed quid fuit intus in Deo? nihil aliud quam ὄν; verum quippe τὸ ὄν: magis autem πρόον, quod est ὑπεράνω τοῦ παντὸς ὄντος: genus inquam quod est ens super entis entia, [16] ὂν jam operante potentia. Hic est Jesus Christus. Dixit enim ipse: a *Si interrogaverit, Quis te misit? dicito, ὁ ὤν*. Solum enim illud ὂν semper ὄν, ὁ ὢν est.

XV. Filius ergo Jesus Christus [17] τὰ μὲν ὄντα, & solus natus filius: quia ille πρόων nihil aliud genuit quam ὄν [18] ante omnia & omnimodis perfectum ὄν; quod non potest esse cum altero, & quoniam quod omnimodis perfectum est, altero non eget. Universale enim ὄν, & solum ὄν, &

a Exod. III. 14.

1. *Complexionem horum nominum*] Sic recte Mabillon. At Orthodox. pag. 465. circa med. post vocem *complexionem* habet *& solus natus filius* cet. quæ inferius habentur §. XV. Illa autem *horum nominum* & quæ sequuntur, exstant ibid. pag. 464. sub initium. Omnia scilicet fœde inversa.

2. *Differunt*] Deest hoc verbum apud Mabillon.

3. *Secundum privat.*] Sic utraque editio: ubi tamen aliquid deesse videtur.

4. *Assimilata*] *Simulata* Mabill. mendose, ut videtur.

5. *Et non ipsa illum unum*] Mabillon. *non illud ipsum unum*.

6. *Ex quibus duo — alii vero.*] Hunc locum ita ex Mabill. refinximus, qui male se habet in Orthodox.

7. *Juxta alter.*] Mabill. *juxta ad aliud naturam, & juxta quod nondum est; quod est potentiam esse, non jam actionem esse.*

8. *Et πάντων ὄντων ὄντα*] Mabillon. *&* ὄντος (forte ὄντως) ὄντα. Mox ibidem, *sine intellectuali — & quod super omnia, nihil de his quæ sunt*. Minus recte, ut videtur.

9. *Et quoniam supra quæ sunt*] Sic Mabill. At Orthodox. *quoniam est supra quæ sunt*.

10. *Intelligatur*] Mabillon. *non intelligatur*. Fortasse rectius ex seqq.

11. *Quid vero Deus qui — ὄντα produxit?*] Mabill. sic interpungit: *Quid vero Deus? qui — ὄντα produxit.*

12. *A nullo? sed quomodo?*] Mabillon. *A nullo igitur. Et quomodo Deo?* Paullo post, *τὸ ὂν generavit quamquam de nihilo*. Perperam.

13. *Quod enim cet.*] Mabillon. *Quid enim supra ὂν prime* (sic) *est? absconditum ὂν est. Mox in generatione est.*

14. *Caussa est & τοῦ ὄντος cet.*] Heic Mabillon. lectionem expressimus. Orthodox. omissis *caussa est*, sic: *& τοῦ ὄντος. In generatione quippe: quum super τὸ ὂν sit, vicinius; quum sit τῷ ὄντι, & pater ejus & genitor.*

15. *Et generatione — potentia*] Ita Mabill. At Orthodox. *& generatione provenit in manifestationem ὄν, & operatione quod jam fuit ὂν potentia.*

16. *Ον jam*] Orthodox. *quod jam*: nullo sensu.

17. *Τὰ μὲν ὄντα*] Sic Orthodox. pag. 464. lin. ult. ubi legendum videtur *τὸ μὲν ὄντως*. Hæc autem non agnoscit Mabillon. Quæ vero statim sequuntur, *& solus natus filius* habent eadem Orthodox pag. 465. circa med. pluribus importune interjectis. Vide sis observata superius ad §. XI. Ceterum omnia rite intercurrunt apud Mabillon. pag. 24. sub fin.

18. *Ante omnia — perfectum ὄν*] Hæc desunt in Orthodox.

unum & super genus generale ὄν, unum est & solum ὄν. Quoniam vero istud ὄν, non illud ὄν est quod perfectam potentiam habet, [1] potentia natum est istud ὄν, ante omnia quæ vere sunt, & quæ sunt ἀρχαῖα ὄντα, ἀφ' ὧν πάντα εἰσί. Ipse est inquam, a quo sunt omnia quæ sunt, & per quem, & in quo. Hujus gratia ὄν quod operatione est, imago est illius τοῦ ὄντος, quod potentia est, secundum nullum progressum semper in semet ipso manens.

XVI. Quid deinde? Dicimus Jesum τὸ ὂν primum, ante omnia ὄν, per quem omnia quæ sunt. Hoc est enim nomen super omne nomen: principium enim nominum τὸ ὄν, & principium substantiarum, sicut frequenter & in multis declaravi. [2] Rursus B Jesum Christum τὸ ὂν naturaliter circa Deum esse, & magis & in principo λόγον, & ipsum istum λόγον Deum esse dicimus. [3] Deinde tres per κηρυχίδια Joannem, αἰωνίως quæ confitemur: & dicimus hoc ita se habere. Dictum est enim quod in principio sit λόγος, & ut tu dicis, non est principium quod præcedit aliud principium: sine principio enim principium, si quidem & est & dicitur principium. Qui igitur in principio fuit, [4] ex αἰῶνος est, sive in Deo sive circa Deum, [a] Erat [5] enim circa Deum λόγος, C & in principio. Ergo semper fuit. Si semper fuit, necesse eum est esse, non cum iis quæ non sunt, neque factum esse. Dicit Joannes: [b] *Deum nemo vidit umquam*. Rursus: [c] *Unigenitus Dei filius qui est in gremio patris, ipse enarravit*. Habemus igitur ista eadem, [6] quoniam Jesus Christus ὄν est, quoniam λόγος est, quoniam in principio fuit, quoniam circa Deum fuit, quoniam in gremio fuit & est. Ipsa omnia nonne manifeste & dilucide significant, filium Dei esse cui attribuuntur ista, ὂν & ante omnia ὄν; si pater Deus, ante quam est ὄν, esse potentia accipitur ipsius quod ὂν est? Quod quidem ὂν a sua potentia in suo patre exsilivit; ipsum τὸ ὂν manifestationem acci- D piens, quod fuisset occultum: & ista, divina & ineffabilis generatio est. Exterminandum igitur dogma est, ex iis quæ non sunt, [7] esse sive prodiisse Jesum.

XVII. Videamus rursus aliud. Λόγος est Jesus. Quid igitur est λόγος? Dico; quoniam est patrica quædam activa potestas, & quæ [8] immota sit, & quæ se ipsam constituunt, ut sit in actu, non in potentia. Si ergo istud sic est, quare ὁ λόγος circa Deum erat? Necessario circa id ipsum, ut per αὐτὸν λόγον omnia gignerentur, & sine ipso A nihil. Operatur ergo Deus per λόγον, & semper operatur λόγος. Est ergo activa potentia immota, & quæ semper operetur, & quæ constituat, ut sit actione quod fuit [9] potentia. Istum ergo dicimus, quod in principio fuit. In principio autem esse, non generatum esse significat. Et vere propterea Deus [10] est λόγος, quoniam in principio fuit sicut Deus, & circa Deum fuit. Non genitus est λόγος, quum Deus ipse λόγος sit, sed quiescens & silens λόγος: ut videas necessitatem cognoscendi, non genitum esse λόγον multo magis, quam ipsum fieri ex iis quæ non sunt.

XVIII. Quid deinde cognoscentia nostra? quemadmodum fertur? [11] quomodo movetur circa λόγον? Non sic λόγον videt, quasi aut propter aliud est, aut alterius est juxta quod est. Ad hoc est, ut aliud esse constituat, & omnino non aliter. Pater ergo & generator omnium λόγος, per quem omnia effecta sunt, & sine quo factum est nihil. Sed αὐτοῦ τοῦ λόγου potentiam, aliud constituendi & faciendi potentiam, sic non oportet intelligere & audire, sicut in omnium [12] caussa. Ipse enim constitutus est etiam & αὐτοῦ τοῦ λόγου. Si enim prima caussa, non solum aliorum omnium caussa, sed [13] sui ipsius est caussa. Deus ergo a semet ipso, & Deus est.


XIX Sed quoniam esse hoc ipsum, quod est moveri & intelligere, hoc est agere; primum est potentia; & constitutiva potentia; primum inquam est. Necessario igitur ipsum esse præcedit. Ergo & intelligere & moveri & agere ab eo est, quod est esse. Est autem secundum quod est, in actu esse: hoc est, filium esse; & magis istud, [14] quam illud ipsum esse quod est pater: quod est esse, hoc est agere & operari. Non enim aliud ibi esse, aliud operari. Simplex enim illud unum, & unum & solum semper. In patre igitur filius, & in filio pater.

XX. Quomodo igitur effectum est? quomodo filius & pater, si simul? Neque solum simul ambo, sed unum & solum & simplex. [15] Sed hoc non oportet quærere: sufficit enim credere. Dicamus igitur, quum fas est. Primum manifestum est; quoniam λόγος neque aliud, neque ab alio, sed circa Deum. Dicit enim evangelium: [d] *In principio erat λόγος, & λόγος erat circa Deum*. Rursus dicit: [e] *Unigenitus filius qui est in gremio patris*. Quomodo ista dicta aut accipis aut intelligis? [16] Romani πρὸς τὸν Θεὸν, *apud Deum* dicunt, quasi ad intus, vel penitus intus, id est in Dei

[a] Joan. I. 1. [b] Ibid. ℣. 18. [c] Ibid. [d] Joan. I. 1. [e] Ibid. ℣. 18.

1. *Potentia natum est istud ὂν*] Hæc vicissim desiderantur apud Mabillon.
2. *Rursum cet.*] Mabillon. *Rursum vero Jesum, non λόγον circa Deum esse diximus*.
3. *Deinde cet.*] Hæc est lectio Orthodox. At Mabillon. *Clamat res ipsa per cervicem* * *Joannem: Æones etiam confitentur, istud sic se habere*. Utrobique sane mendose.
4. *Ex αἰῶνος*] Mabill. *ex æterno*.
5. *Erat enim circa Deum λόγος*] Heic dubio procul ad Joan. I. 1. respexit Victorinus: sed minus recte tum heic tum sæpius infra, sacri textus verba πρὸς τὸν Θεὸν, *circa Deum* vertisse videtur. Agnoscit tamen ipse Vulgatæ lectionem *apud Deum* infra §. XX. illamque *circa Deum* respuit §. XXVI.
6. *Quoniam cet.*] Mabill. *quoniam Deus ὂν est*. Et mox, *in gremio Dei est*.
7. *Esse sive prodiisse Jesum*] Mabill. *esse Deum*.
8. *Immota*] Perperam Mabill. heic & paullo post, *in* E *mota*: apud quem paullo ante recte *patrica* sive patria, pro quo mendose *patriam* in Orthodox.
9. *Potentia*] Mabill. *in potentia*.
10. *Deus est λόγος*] Sic Mabillon. Male Orthodox. *Deus & λόγος*.
11. *Quomodo mov.*] Mabillon. ita distinguit: *quomodo movetur? juxta λόγον?* Et mox legit *quoniam* pro *quasi*.
12. *Caussa*] Mabill. *caussando*: quod non placet. Et mox *constituerunt*, pro *constitutus*. Optime, meo quidem judicio.
13. *Sui ipsius*] Mabillon. *sibi ipsi — a semet ipso & λόγος, & Deus est*.
14. *Quam*] Ita cum Mabill. legere malim, quam cum Orthodox. *quoniam*.
15. *Sed hoc cet.*] Male apud Mabill. *si hoc oportet quærere?* Mox ibid. *Dicamus in quantum fas est*.
16. *Romani cet.*] Sic Mabillon. apud quem tamen desunt *quasi ad intus*. Orthodox. *Romani πρὸς τὸν Θεὸν dicunt quasi ad intus cet.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



exsistentia : & hoc verum. In eo enim quod est A esse, inest & operari. In Deo enim λόγος : & sic in patre filius. Caussa enim est, ipsum esse ad actionem : oportet enim esse primum, cui inest operari : [1] & hoc est Deus. Ista ergo duo, duo dico secundum virtutem : secundum autem intelligentiam simplicitatis, dico unum solum. Si igitur [2] principium caussa est ipsum esse ad operationem & actionem, generatur agere ab eo quod est esse. Esse autem pater est : operari ergo filius.

XXI. Quæ igitur generatio est, aut apparentia [3] generationis? Primum autem si oportet istud dicere, ne quis ἔμφασιν temporis accipiat. Primum, B secundum intelligentiam dico. Primum igitur dicimus [4] in semet ipsum conversum, & moveri & intelligere intus in requie positam beatitudinem, omnimodis perfectam custoditam. Est autem ipsum beatitudinis & magnitudinis Dei, & intus & foris, & moveri & operari. Omne enim quod est omne, & intus & foris est. Quomodo istud, & intus & foris, Deo exsistente & [5] in omni & in toto, postea dicendum.

XXII. Nunc autem accipe caussas intelligendi, ἔμφασιν temporis [6] penitus abesse, si juxta prius & posterius, omnino sine tempore effectis omnibus. Ex æterno enim omnia. Deus igitur omnimodis perfectus, & super omnimodis [7] perfecta : is qui omnia creavit, & qui omnium caussa est : non illud ipsum solum, quod unum fuit & solum; sed & multa & omnia quæ potentia [8] sunt esse, fuit & voluit esse omnia. Alia vero, sine actione, quomodo possibile fuit esse? Exsilivit igitur Dei voluntate actio : ipsa autem actio, Dei voluntas fuit : simplex enim omne ibi. Λόγος ergo qui est in Deo, ipse Deus est, ipse voluntas, ipse intelligentia, ipse & vita, ipse actio : ex se genito motu, ab eo quod est esse, processit in esse suum proprium : id est, in quo est agere; apparuit ipsum agere, quod quidem effecit omnia. Ipsum vero natum est ab eo quod est esse, [9] in id quod est agere; habens in eo quod est agere, & esse. Sicut illud esse, & agere habet & esse : [10] Sic hoc, agere habet & esse. Ipsum autem agere, hoc est esse; ut illud esse, hoc est quod agere. Unum ergo & simplex, ista duo.

XXIII. Id si ita est, neque ex nihilo Jesus, qui ab eo quod est esse, apparuit actio; quum ipsa actio, [11] & hoc fuit quod est esse : [12] neque non est propter ista duo τὸ ὁμοούσιον; quia idem est, quod substantiæ unius ejusdem est. Unum utique est una actio : quippe quum ipsum agere & esse sit. Hic est filius, hic a patre, hic circa Deum, hic qui in gremio patris, hic est intus, hic est foris. Opere enim foris, in eo quod est esse intus : & in Patre ipse Deus in Deo, [13] qui idem omnino est ei : actione autem qui sit filius. Et ubicumque est, & esse est & actio : & isto modo, & pater est & Deus est, & filius est & λόγος.

XXIV. Ubi igitur est ille nefarius intellectus & blasphemus? Ubi habet locum aliud quid esse, & ab alio [14] habet locum? Ubi est quod amplius dicit, ex nihilo esse Jesum Christum, filium Dei? Ubi est illud, quod nihilum est? Quomodo quod nihilum est, potest incidere in Deum aut in cogitationem Dei? Vera enim excogitatio, ex veris est. Porro quod vere non est, falsum est. Non igitur excogitat Deus, quod vere non est. Sed nos fallit, quoniam Dei potentia in isto magis credimus, si ab iis quæ vere non sunt, efficiat ea quæ vere sunt. Sed in quantum Dei potentiæ omnia potest, in tantum juxta quod potentia est, nihil aliud generat quam quorum potentia est ut sint. Eorum autem quæ vere non sunt omnimodis, omnino nulla potentia est.

XXV. Quomodo ergo nulla exsistente potentia eorum quæ vere non sunt, effecta est actio eorum C quæ sunt? Quippe si est Dei potentia, ut ad esse ducantur ea quæ esse non possunt : jam secundum potentiam habent esse, vel sunt [15] ὄντα, illa ipsa quæ omnino εἰσὶ μὴ ὄντα. Et idcirco non esse illa diximus, quæ in abscondito posita & in potentia, nondum tamen apparuerunt in actione. Fuerunt enim omnia in Deo. Eorum enim omnium quæ sunt, λόγος semen est. Λόγος enim in Deo : in operatione, id est in virtute Dei, qui est filius Dei, apparuerunt omnia quæ facta sunt.

XXVI. Sed dicunt quidam sacrilegi : Si circa Deum fuit λόγος, & supra gremium Dei exsistens D filius; non intus in gremio, sed foris intelligitur. Quid vero? Anima homini inspiravit Deus ex se, ex intus : omnium autem creatorem, liberatorem ac sanctificatorem illius ipsius animæ, & totius corporis redemtorem [16] & erectorem, non ex intus? Nonne angelicam naturam ex intus emisit? Quando autem hominem de terra formavit, & altera pecora & quadrupedia, [17] & rursus ex aqua animantia cuncta, & ceterorum in aere ea ex alio in aliud, & illud ex quo primum ex iis quæ non sunt : Jesum vero unde dicis? Ante omnia namque filius. Num ergo ab inani, & omnino de nullo? Deinde corpus ejus formavit : animam vero aut E spiritum corpus non habuit, ante quam in mundum ingrederetur? Habuit ne animam? Eam igitur

1. *Et hoc est Deus* ] Hæc desunt apud Mabill. fortassis incuria exscriptoris.

2. *Principium* ] Deest item hæc vox apud Mabillon. Et mox ibid legitur *ad actionem* tantum. Paulo post ibid. *generatur autem genere*. Male.

3. *Generationis* ] Mabill. *actionis*. Mox *neque emphasim*. Non recte.

4. *In semet ipsum* ] Mabill. *esse in semet ipsum*. Et mox *custodit* pro *custoditam*.

5. *In omni* ] Sic optime Mabill. At Orthodox. *homini*. Pessime.

6. *Penitus abesse* ] Hæc omittit Mabill. apud quem paullo post, *& æterno*. Utrumque non bene.

7. *Perfecta* ] Melior videtur hæc lectio Orthodox. quam altera Mabill. *perfectus*.

8. *Sunt* ] Hæc vox abest a Mabill. immerito ut videtur. Mox ibid. *alia vero omnia sine actione*.

9. *In id quod est agere* ] Sic Mabill. At Orthodox. *in quod est agere*.

10. *Sic hoc agere habet & esse* ] Hæc desunt in Orthodox. quæ sumsimus ex Mabill.

11. *Et hoc fuit* ] Mabill. *& in eo fuit*.

12. *Neque non est cet.* ] Mabill. *neque non ὁμοούσιον, quia esse quod substantiale est, unum utrique est, & una actio : quippe* cet.

13. *Qui idem omnino est ei* ] Hæc desunt apud Mabill.

14. *Habet locum* ] Ista redundare videntur, si admittatur interrogatio. Magis placet hujusmodi lectio Mabill. *Ubi habet locum aliud quid esse & ab alio, & magis ex nihilo Jesum Christum & filium?*

15. Ὄντα ] Hanc vocem desumsimus ex Mabill. quæ desideratur in Orthodox.

16. *Et erectorem cet.* ] Mabillon, *& erectorem in angelicam virginem non intus emisit?*

17. *Et rursus cet.* ] Mabill. *& rursus ex aqua animam viventem avium, & aliorum in aquis; & hoc ab alio in aliud; & hoc est ab his quæ non sunt : Jesum vero* cet.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

insufflavit, sive insibilavit: neque enim in eum. Quomodo enim in ipsum, quum nondum haberet corpus? Sed si quod insibilavit, fuit id ipsum filius. Si istud ita est, est ergo a Deo filius: sic & spiritus. Non enim ex nihilo spiritus. Dicit enim Deus: [a] *Omnem* [1] *spiritum ego emisi*. Insufflando ergo, super se insufflavit Deus, & sic natus est filius: non ergo fecit illum Deus. Non ergo circa Deum vel supra gremium foris est, sed intus. Utrumque testificatur David dicens: [b] *Eructavit cor meum Verbum bonum*. Non ergo, quod est filius, factum est, sicut omnia: contra id quod dicit Deus. Nam si factus est; ante quam fieret, non erat Verbum Dei.

XXVII. Quid igitur dicimus? Nonne est necessarium confiteri, si Verbum fecit omnia, [2] primum omnium esse Verbum, velut Verbum omnimodis Verbum, Verbum quod nos & prophetæ & evangelistæ nominamus λόγον & filium? Moses sic dicit: [c] *In principio fecit Deus cælum & terram*. Secundum Aquilam hoc idem sic: *In capitulo fecit Deus*: [3] ut Hebræi Mosis dictum pronuntiant: sive *in principio* sive *in capitulo*, in Christo eum fecit Deus. Principium ergo & caput, Christus. Et hoc frequenter dicitur: *Creavit omnia in Christo*. Λόγος enim Christus ut semen est omnium. Primus ergo Christus: ante enim omnem creaturam fuit. [4] Unde igitur Christus? Si Verbum est, a Deo: si voluntas, a Deo: si autem motus aut actio, a Deo: & si ipsum agere & esse est, juxta ipsum esse pater est, filius autem actio est: & quoniam ipsum esse actio est, & agere est esse; idcirco ὁμοούσιον & pater & αὐτὸς λόγος.

XXVIII. Sed quomodo ὁμοούσιον, nondum exsistente substantia? Nomina vero ab iis quæ posterius sunt, & ab iis quæ post Deum, & inventa & assumta sunt. Et quoniam non est invenire nomen dignum Deo, ab iis quæ [5] scimus nominamus Deum; habentes in intellectu, quoniam non proprie nominamus nec appellamus: quemadmodum dicimus, Vivit Deus, intelligit Deus. Proinde a nostris actionibus nominamus actiones Dei, exsistente tamen illo super omnia; neque tantum exsistente, [6] sed quasi exsistente, οὐδ᾽ ὄντως ὑπάρχοντος, ἀλλὰ ὄντος μικρῷ ὑπάρχοντος. Isto etiam modo substantiam, exsistentiam, & cetera hujusmodi apponimus Deo, [7] & ejus essentiæ οὐσίαν aliter dicimus, aliter se habente substantia creata ad quod inest sibi, & ad suum etiam esse.

XXIX. Similiter & quum dicimus, [8] quod Deus factus est Christus vel homo: non quod vere factus sit, sed quoniam unus sit, & in omnibus sit,

A & omnes in ipso: idcircoque dicatur omnibus omnia factus, ut essent: non quod factus sit ut esset, sed quod effectus sit ad ita esse. Siquidem non dicitur, Filius Dei factus est, sed [d] quod est factus nobis Dominus; sicut Salomon dicit: [e] *Et fecisse me supra vias tuas*. Nam de æterna divinaque generatione supponit statim: [f] *Ante omnes me genuit Dominus*. Dicitque Joannes: [g] *Quod factum est, in ipso vita erat*. Quid deinde? Nonne Deus creaturam fecit, & in creatura primum cælum & terram? Non ergo fecit Christum. Natus est ergo Christus, non factus. Ubicumque enim dicitur factus, post primum & æternum generari, dicitur post effectus esse. Sicut [h] de muliere dicitur factus; & in Actibus Apostolorum: [i] *Certissime igi-*
B *tur cognoscat domus Israel, quoniam* [9] *istum Christum Deus fecit, quem tulistis in ligno crucis*. Ista omnia post generationem, quæ una est & sancta & ineffabilis, hæc inquam omnia dicuntur. Non ista dicuntur in ejus exsistentiam, sed in actus & administrationem potentiæ & virtutis ejus. De generatione igitur qua est filius Dei, manifestum est & quod ὁμοούσιον substantia ejus, in majestate, in propria significantia intelligentiaque, intellecta secundum esse [10] exsistentiæ substantiæ. Et sic demonstratum, quomodo [11] ὁμοούσιον.

XXX. Habes, mi CANDIDE, quod reliquum est
C dicere. [12] Si filius Dei Jesus, generatione filius. Dicis enim: „ Si generatio motus, & motus mutatio; mutationem autem in Deo esse, impossibile est intelligere: ergo nefas dicere necesse est, nonnihil a Deo gignibile: non igitur Jesus Dei generatione filius. „ Bono quidem ordine deduxisti: [13] sed quem circumduxisti? Forte me? sed magis te. Dixisti enim, quod fecit Jesus Deum. Quid deinde? Facere nonne motus est? nihilo minus quam agere. Agere enim, facere est: sicut & facere, agere. Ambobus ergo in motu exsistentibus, necesse est sequi mutationem: quam in Deo constituere, sicut est declaratum, incongruum est. Confitendum igitur aut facere non esse motum,
D aut non omnem motum esse mutationem. Sed enim facere, motus est: & Deus juxta motum fecit; cui nullo modo mutari contingit, & omnino non congruit quomodolibet accidens recipere. Relinquitur ergo, non omnem motum mutationem esse. Si non omnis motus mutatio est, quid magis eligendum circa Jesum? secundum generationem illum esse, aut secundum effectionem? Juxta divinam intelligentiam, secundum generationem. Etsi enim Deus simul ac dicit, facit quæ facit: Sed dicere, motus est, præexsistente silentio: mutatio est igitur, silenti dicere. Si autem per Verbum fecit Deus, ante fuit Verbum quam facere. Si ante fuit
E Verbum quam facere, juxta generationem ante

*a* Isa. XLII. 5. Zach. XII. 1. *b* Psalm. XLIV. 2. *c* Gen. I. 1. *d* Act. II. 36. *e* Prov. VIII. 22. *f* Ibid. ✝. 25. *g* Joan. I. 3. 4. *h* Gal. IV. 4. *i* Act. II. 36.

1. *Omnem spir.* ] Mabill. *Omnes spiritus ego emisi insufflando. Si ipse insufflavit: a Deo filius & natus est filius: non fecit illum Deus.*

2. *Primum omn.* ] Mabill. *primum esse Verbum, & Dei generatione esse Verbum universale, Verbum omnimodis, perfectum Verbum, quod* cet.

3. *Ut Hebr.* ] Mabill. *& Hebræi: Sive in capitulo sive in principio, in Christo fecit Deus.*

4. *Unde igitur Chr.* ] Mabill. lectionem & interpunctionem heic sequimur.

5. *Scimus* ] Mabill. *sumus*. Cetera vero, sive mendosa, sive male interpuncta.

6. *Sed quasi exsist.* ] Mabillon. *sed quasi exsistente, neque ὂν exsistente, sed ut ὄν. Isto* cet.

7. *Et ejus essent.* ] Mabill. *& ejus esse οὐσίαν dicimus, aliter se habenti ad quod est ei esse. Similiter* cet.

8. *Quod — vel homo* ] Mabill. *quoniam factus est Christus.*

9. *Istum* ] Cum Mabill. ita legimus. Orthodox. *Jesum*.


10. *Exsistentiæ substantiæ* ] Mabill. *exsistente substantia*.

11. Ὁμοούσιον ] Mabill. ὁμοούσιος. Et sic paullo ante rescribendum videtur *ὁμοούσιος substantia*.

12. *Si filius* cet.] Hæc juxta Mabill. sunt verba Candidi Ariani. Sic enim ibi: *Si filius Jesus, generatione filius: si autem generatio, motus* cet. Vide superius ejusdem Candidi opusculum §. VII.

13. *Sed quem circ.*] Ita cum Mabill. legimus. Orthodox *Sed quid circumduxisti? forte te, sed magis inquam te.*

*Sæcul. IV circa Ann. Chr. 390.*



fuit. Generat enim ὁ νοῦς Verbum. [1] Generatio igitur Jesu, qui λόγος est. Quem Jesum gnari rerum dicunt secundum tres modos filium esse, veritate, natura, positione. Secundum veritatem esse filium, hoc ipso quod substantia est: & ipsum idcirco & simul & ejusdem substantiæ esse, [2] quomodo & pater & λόγος & filius & Deus. Natura autem filius in animali generatione. Positione vero in adoptione. Sunt & alii modi: ut moribus, ætate, disciplina; ut Apostolus Paullus dicit: [a] *Ego vos genui*. Modus igitur secundum veritatem & altior modus est, & omnibus divinior. Quis autem modus sit generationis sive filietatis ejus, sive juxta significatos sive alios modos: confiteor ego Deo, cujus hoc potentia factum est.

XXXI. Dictum est a nobis sufficienter, ut credo, in aliis libris, a quo sit progressio & descensio; regressioque promissi sancti Spiritus declarata est: & de triplici unitate & unali trinitate. Nec suffero audiens dogma vestrum de Spiritu sancto, blasphemia plenum: „ Quod iste Spiritus in [3] sanctificationem est, & qui tantummodo sanctificet „ & doceat: & quod ipse factus sit, sicut omnis
A „ creatura. „ Quum tamen ipse Spiritus differat propria sua actione a filio, cui tamen semper præsens est: sicut & ipse filius actione differt a patre suo, qui tamen sit pater juxta id quod est esse. Sicque istorum trium unum & idem exsistentium, una divinitas & non multifida majestas; sed ὐδὲ ἀντίθεια μήτε ἄθεια: sed tria unum, & unum tria: & ter posita, unum idemque atque solum. Sed de iis tribus alia nobis oratio.

XXXII. Salva nunc nos pater, concede nobis peccata nostra. Et hoc quidem de Deo dicere, quid sit, peccatum est: & quomodo sit dicere, peccatum est: [4] & non una voce venerari, quantum
B fieri potest sobria, sed enuntiare velle. Sed quoniam dedisti nobis Domine sancte pater Spiritum [b] dividentem nobis prout vult, des nobis & cognoscentiam. Fidem enim habemus, & dicimus: omnigenam tamen de te ignorationem habentes. Attamen te patrem Deum, & filium Jesum Christum Dominum nostrum, & Spiritum in omni verbo semper confitentes, [5] qui cum tecum & filio eodem vivit in æternum. Amen.

*a* I. Cor. IV. 15. *b* I. Cor. XII. 11.

1. *Generat.* ] Mabill. *Generatione igitur Jesus, quoniam λόγος Jesus.*
2. *Quomodo* cet. ] Mabillon. *quomodo & Deus & λόγος est pater & filius.* Et mox *animalium* pro *animali*.
3. *Sanctificationem* ] Mabillon. *significationem*. Et paullo post: *Qui quidem ipse Spir.*
4. *Et non una voce vener.* ] Mabil'. *& humana voce divina non venerari, sed enuntiare velle. Sed* cet.
5. *Qui* cet. ] Hæc desunt apud Mabillon.



# CANDIDI ARIANI

## AD MARIUM VICTORINUM RHETOREM

## EPISTOLA.

I. MUlta licet colligas, o amice VICTORINE, & argumenta, & exempla, quibus approbare nitaris natum Christum esse, non factum: Arius tamen vir acris ingenii, ejusque discipuli, & inter eximios excellens Eusebius, suis epistolis de isto sententias protulerunt; quas [1] epistolas nunc subjicimus.

Arii ad Eusebium. „ Domino desideratissimo, homini Dei fideli, recta opinanti, Arius qui persecutionem patitur ab Alexandro papa injuste, propter omnia vincentem veritatem, pro qua & tu propugnas, in Domino salvum esse. Patre meo Ammonio veniente ad Nicomediam, rationi debitum apparuit salutare te per ipsum, simulque & [2] communem facere caritatem tibi innatam, & affectionem quam habes ad fratres, propter Dominum & Christum ejus: quoniam magnifice nos exportat & persequitur, [3] & omne malum movet adversum nos episcopus, ut fuget nos de civitate quasi homines [4] sine Deo, quoniam non consonamus ipsi publice dicenti: [5] Ingenitogenitus est: semper Deus: semper Filius: simul Pater simul Filius [6] consubsistit ingenite Filius Patri: [7] semper genitus est: [8] neque ad intelligentiam, neque exiguo aliquo præcedit Deus filium: [9] semper filius ex ipso est Deo filius. Et quoniam Eusebius frater tuus qui in Cæsarea est, & Theodotus, & Paullinus, & [10] Athanasius, & Gregorius, & Aetius, & omnes qui circum orientem dicunt, quod [11] præexsistit Deus filio sine principio: anathema facti sunt, excepto solo Philogonio, & Hellanico, & Macario hominibus hæreticis; [12] quibus non insonuit, quod filium dicunt alii eructationem, alii emissionem, alii, simul ingenitum. At istorum [13] sacrilegia nec audire possumus, etiam si decies mille mortes nobis minentur hæretici. Nos autem [14] dicimus & sapimus, & docuimus & docemus; quoniam filius non est ingenitus, neque pars ingeniti juxta ullum modum, nec ex subjecto aliquo, sed quod voluntate & [15] cogitatione subsistit ante tempora & æones plenus Deus, unigenitus, & immutabilis, & ante quam genitus esset aut creatus vel definitus aut fundatus, non fuit: ingenitus enim non fuit. [16] Persequimur, quoniam diximus: principium [17] habet filius, Deus autem sine initio. Propterea persequimur, & quia diximus, quia non de exsistentibus est. Sic autem diximus, juxta quod nec pars Dei est; nec ex subjecto aliquo: idcirco persequimur. [18] Jam tu scis. Confortari te in Domino, preces facio, memorem tribulationum nostrarum, Collucianista, vere Εὐσέβιε. „ Hæc Arius dicit.

II. Et de his Eusebius juxta istum modum talia ad Paullinum. [19] „ Quoniam enim neque duo ingenita audivimus, neque unum in duo divisum, neque corporale aliquid quod patiatur, diximus aut credidimus, domine: sed unum quidem ingenitum, unum autem quod ab ipso vere, & non ex ejus substantia factum, [20] universale naturæ ejus quæ sit ingenita, neque participans, vel non ex ejus substantia: sed factum omnino alterum natura & potentia, ad perfectam similitudinem & [21] affectionis & potentiæ ejus qui efficit quod factum est. Cujus princi-

1. *Epistolas — Arii*] Scripsit hanc epistolam Arius ad Eusebium Nicomediensem: eamque recitant Epiphanius *Hæret.* LXIX. §. VI. Theodoritus *Hist. eccl.* lib. I. cap. V. & Nicephorus *Hist. eccl.* lib. VIII. cap. IX. Exstat eadem Latine in *Tripartita* lib. I. cap. XV.

2. *Communem*] Legendum videtur *commonitam*. Græce ὁμῶ τι ὑπομνῆσαι τὴν ἔμφυτόν σου ἀγάπην.

3. *Et omne malum movet*] Græce, καὶ πάντα κάλων κινεῖ; adeoque vertendum, *& omnem machinam movet*. Pro κάλων legebat interpres κακόν.

4. *Sine Deo*] Græce ἀθέους, *impios* vertit Valesius.

5. *Ingenitogenitus est*] Gr. ἀγεννητογενής ἐστιν.

6. *Consubsistit ingenite Filius Patri*] Hæc male interpunguntur in editis. Græce, συνυπάρχει ἀγεννήτως ὁ υἱὸς τῷ Θεῷ. *Filius Deo coexsistit ingenite.*

7. *Semper genitus*] Theodoritus ἀειγεννής; Epiphanius vero & Nicephorus ἀειγενής, per simplex ν.

8. *Neque ad intell.*] Gr. οὔτε ἐπινοίᾳ οὔτε ἀτόμῳ τινί. Valesf. *Nec cogitatione, nec ullo temporis puncto*. Magis placet Ariani Candidi versio, *nec exiguo aliquo*. Mentio enim *temporis*, ubi agitur de Filii æternitate, minus apta videtur.

9. *Semper filius — Deo filius*] Hæc *semper filius* paullo ante dicta, heic redundant, absuntque a textu, ubi tantum sic: ἐξ αὐτοῦ ἐστι τοῦ Θεοῦ ὁ υἱός. Ceterum hæc omnia in Græcis aliter digesta.

10. *Athanasius*] Editi perperam *Anastasius*. Epiphanius, Theodoritus & Nicephorus, Ἀθανάσιος. Nimirum Arius Athanasium illum heic nominat Nazarborum episcopum, qui Arianorum patrocinium suscepit adversus Alexandrum episcopum Alexandrinum, quique apertius hæresim suam prodidit, quum ait Filium Dei unam ex centum ovibus: ut nos edocet magnus Athanasius lib. *de Synod.* §. XVII.

11. *Præexsistit Deus filio sine principio*] Candidus presse Græcis inhæret quæ sic se habent: προϋπάρχει ὁ Θεὸς τοῦ υἱοῦ ἀνάρχως. Valesius clarius: *Deum principii omnis expertem exsistere ante Filium, asserunt omnes per orientem episcopi.*

12. *Quibus non insonuit*] Gr. ἀκατηχήτων, *nec eruditis in fide*. Mox interpres *simul ingenitum* reddit quod est Græce συναγέννητον. Valesf. *coingenitum*.

13. *Sacrilegia*] Gr. καὶ τούτων τῶν ἀσεβειῶν οὐδὲ ἀκοῦσαι δυνάμεθα. *At istorum* IMPIETATES *ne audire quidem possumus.*

14. *Dicimus & sapimus*] Gr. τί λέγομεν καὶ φρονοῦμεν: *quid dicamus & sentiamus.*

15. *Cogitatione*] Gr. βουλῇ, *consilio*. Mox interpres *& æones*. Gr. πρὸ αἰώνων, *ante sæcula*.

16. *Persequimur*] Gr. διὰ τοῦτο διωκόμεθα. *Propterea persecutionem patimur*. Paullo ante in textu, οὐκ ἦν· ἀγέννητος γὰρ οὐκ ἦν. *Non erat: ingenitus enim non erat.*

17. *Principium habet filius, Deus autem sine initio*] Ita sane Græca: sed ea omisit Valesius interpres: vel forte typotheta ob repetita, *propterea persecutionem patimur*.

18. *Jam tu scis* cet.] Hic locus in editis ita male habitus: *Jam tu scis confortari te in Domino. Preces facito*, (al. *facio*) *memores tribulationum nostrarum Collucianista vere* Εὐσέβιε. Græce: λοιπὸν σὺ οἶδας. ἐρρῶσθαί σε ἐν Κυρίῳ εὔχομαι, μεμνημένον τῶν θλίψεων ἡμῶν, συλλουκιανιστὰ ἀληθῶς Εὐσέβιε. Quæ sic vertit Valesius: *Reliqua tu nosti. Opto te in Domino valere, memorem vexationum nostrarum, vere Conlucianista. vere Eusebi.*

19. *Quoniam* cet.] Hanc Eusebii Nicomediensis epistolam ad Paullinum Tyri recitat Theodoritus *Hist. eccl.* lib. I. cap VI.

20. *Universale* cet.] Græce καθόλου τῆς φύσεως τῆς ἀγεννήτου μὴ μετέχον: *nec ullo modo natura ingeniti particeps.*

21. *Affectionis*] Gr. διαθέσεως. Valesio interprete, *natura*. Multa de hac voce lexicographi veteres. Hesychius præ ceteris: Διάθεσις. σχῆμα. ἀγάπη. ἀπόδοσις. προαίρεσις.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



„ pium non solum sermone inenarrabile, sed & A excogitatione; nec hominum solum, sed & eorum qui super homines sunt omnino esse incomprehensibile credidimus. [1] Et hæc non legimus nobis substituentes, sed a sancta scriptura didicimus. Dicimus conditum eum esse, & fundatum, [2] & factum substantia; & immutabili & ineffabili natura & similitudine ea quæ sit [3] ad facientem didicimus: Sicut ipse Dominus dicit: [a] *Deus condidit me principium viarum suarum, & ante æonem fundavit me, ante omnes colles genuit me.* Si autem ex ipso, hoc est, ab ipso erat sicuti pars ejus aut ex effluentia substantiæ, non conditum jam, neque fundatum esse dictum, nec tu ignoras domine. Vere id enim quod ab B ingenito exsistens est, conditum amplius ab altero, vel a se ipso, aut fundatum non fuisse, a principio ingenitum quod fuisset. Si autem natum illud dicere, substantiam quamdam præstare est, veluti ex substantia paterna ipsum fuisset, & habere ex ipso identitatem naturæ, cognoscimus quod non de ipso solo natum esse dixerit scriptura, [4] sed, & in dissimilibus ipsi in omnibus naturaliter. Etenim & in hominibus dicit: [b] *Filios genui & exaltavi, ipsi autem me respuerunt.* Et: [c] *Deum qui te genuit, dereliquisti.* Et alibi: [d] *Quis*, inquit, *est qui peperit* [5] *glebas roris?* Non naturam ex natura exponens, sed naturæ uniuscujusque eorum quæ generata sunt, ex ejus voluntate generationem: nihil est enim de substantia ejus: cuncta autem voluntate ejus facta, unumquodque ut & effectum est. Et ille quidem Deus: quædam autem [6] ad similitudinem ejus per ipsum λόγῳ similia futura: quædam autem juxta participationem substantiæ facta, omnia autem per ipsum a Deo facta, omnia autem ex Deo. Quæ accipiens [7] & destruens secundum quæ adest tibi divinitus gratia, scribere domino meo Alexandro cura. Credidi enim quia si scripseris ipsi, pudorem illi facias. Saluta omnes qui sunt in Domino. Salvum te, & pro nobis orantem divina gratia custodiat, domine. „

*a* Prov. VIII. 22. 23. *b* Isa. I. 2. *c* Deut. XXXII. 18. *d* Job XXXVIII. 28.

1. *Et hæc non* LEGIMUS *nobis substituentes*] Scripserit fortasse interpres Græce, ut alibi sæpe, λογισμοὺς, pro *legimus*. Sic enim in textu: καὶ ταῦτα οὐχὶ λογισμοὺς ἑαυτῶν ὑποθέμενοι. Valesius: *Atque hæc non ratiocinatione nostra collecta*.

2. *Et factum substantia*] Habet quidem Theodoritus καὶ γεννητὸν τῇ οὐσίᾳ. Sed noster interpres legebat γενητὸν per simplex ν. Et sic sane scribere mallet etiam Valesius. Hoc enim, inquit, magis convenit dogmati Arianorum, qui Filium Dei *factum* & creatum esse dicebant.

3. *Ad facientem*] Sic in *Hæresiol*, edit. Basil. 1556. Perperam in bibl. PP. Paris. 1644. *ad faciendum*. Gr. πρὸς τὸν πεποιηκότα, *ad factorem*. Mox, *ante æonem*, Gr. πρὸ τοῦ αἰῶνος, *ante sæculum*.

4. *Sed & IN dissimil. — naturaliter*] Leg. DE *dissimil.* Gr. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνομοίων αὐτῷ κατὰ πάντα τῇ φύσει. Vales. *sed etiam de aliis quæ natura prorsus ab illo discrepant*. Sic mox Arianus interpres ἐπ' ἀνθρώπων vertit *in hominibus*; rectius, *de hominibus*.

C 5. *Glebas roris*] Theodoritus juxta LXX. *Job* XXXVIII. 28. τίς ὁ τετοκὼς βώλους δρόσου; Vulg. *Quis genuit stillas roris?*

6 *Ad similitudinem ejus per ipsum*] Verba *per ipsum* & alia nonnulla heic redundant. Locus integer Græce sic se habet: τὰ δὲ, πρὸς ὁμοιότητα αὐτοῦ λόγῳ ὅμοια ἐσόμενα· τὰ δὲ καθ' ἑκουσιασμὸν γενόμενα· τὰ δὲ πάντα δι' αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γενόμενα· πάντα δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ. Id est: *Quæ autem ad similitudinem ejus verbo similia sunt futura, ejus voluntate facta sunt. Omnia autem per ipsum a Deo. Omnia denique ex Deo.*

7. *Et destruens — gratia*] Gr. καὶ ἐξεργασάμενος κατὰ τὴν προσοῦσάν σοι θεόθεν χάριν. *Et pro divinitus concessa tibi gratia perpoliens.*

# MARII VICTORINI AFRI

## VIRI CONSULARIS

## ADVERSUS ARIUM

## LIBER I.

I. IN primo sermone hujus operis, & multa & D fortiora quædam etiam horum, o amice CANDIDE, proposita atque tractata abs te sunt; quæ quamquam ut oportuit dissoluta sunt, tamen idcirco ista ex eorum epistolis audire volumus: ut dum hæc omni refutatione convincimus, illa quoque ex istorum refutatione vincamus. Et primum definiendæ sunt Arii Eusebiique sententiæ, in quo nobis consentiant, in quibus discrepent, in quibus ipsi sibi videantur adversi. Arius ait, *quoniam filius non est ingenitus*. Item Eusebius, hoc idem *quod duo non sint ingenita*. Nobis quoque ista sententia est. Arius, *filius*, inquit, *pars ingeniti non est, neque est ex aliquo subjecto*: hæc duo & Eusebius. Et adjicit: *neque unum in duo divisum*; id E est autem, filium partem ingeniti non esse. Sed Eusebius: *Neque pars, neque effluentia*, inquit, *est*. Hoc nos consimiliter negamus: nam neque pars patris filius, neque effluentia quæ manando inde, minus fecerit unde manarit. Jam vero ex non subjecto esse, ferre non possumus: non quod nos ex aliquo subjecto esse dicamus, sed quod a patre ut filium. Arius, *voluntate*, inquit, *Dei subsistit filius ante tempora & æones*. Idem & Eusebius, Nos ante omnes æones, & ante omnia tempora; sed genitum dicimus, non factum, non creatum, non fundatum. Arius dicit, *filium factum*, scilicet *plenum Deum, unigenitum, immutabilem, qui ante quam crearetur non fuerit, propterea quod non sit ingenitus*: Hæc eadem Eusebius, adjiciens, *quod filius omnia facienti sit similis*: Nos contra, non enim similem, sed eumdem dicimus, quippe ex eadem substantia. Præterea addit Eusebius, principium filii sciri nec ab homine posse, neque ab aliqua superiore vel potentia vel excogitatione: & audet tamen dicere, figmentum esse filium, voluntate & sententia patris subsistere, non ex aliquo exsistenti. Istud non est principium filii dicere: si enim dicit hoc, ex non exsistentibus est, non est patris neque pars, neque effluentia. Non solum



principia novit, ſed & τοὺς λόγους principiorum. Si autem non, quæ audacia eſt dicere: Hoc Deus, hoc Chriſtus eſt: hoc pater, hoc filius? Nos autem dicimus, patrem ut patrem, filium ut filium.

II. Et primum ut ille verſiculis quinque quod adſerebat, docuiſſe ſe credidit, filium factum eſſe, non natum; ſic nos filium natum primum ſacra omni lectione docebimus. Deinde id ipſum, hoc eſt, ſubſtantialiter filium, permittente Dei ſpiritu, ut poſſumus adſeremus. Atque ex hoc primum ſumatur exordium. Paullus ad Epheſios: [a] *Hujus rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, ut det vobis ſecundum divitias gloriæ ſuæ, virtute confortari per ſpiritum ſuum in interiore homine, habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris, in caritate radicati & fundati, ut poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo & longitudo, & altitudo & profundum: ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ caritatem Chriſti, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui poteſt ſuper omnia facere abundantius quam petimus aut intelligimus, ſecundum virtutem quæ operatur in nobis*, ipſi gloria *in Chriſto Jeſu, & ἐκκλησίᾳ, in omnes generationes ſæculorum.* Quid ex his apparet poſſibile eſſe cognoſcere Deum, & Dei filium: & quomodo pater, quomodo filius? Eſt autem & illud in Evangelio ſecundum Joannem: [b] *Deum nullus vidit umquam: unigenitus filius qui eſt in gremio patris, ille expoſuit.* Poſſibile igitur dicere de Deo, & idcirco & de filio Quis enim de patre expoſuit? filius. Quis iſte? *qui eſt in gremio.* Non ſolum igitur proceſſit, ſed & in gremio ſemper eſt filius, ſufficiens doctor de patre. Quid enarravit? quomodo Deus. Et Judæi ante & ethnici enarraverunt: quid ergo enarravit? patrem Deum, ſe autem filium, & quod ex eadem ſubſtantia, & quod a patre exierit. Dicit enim: [c] *Neque me noſtis, neque patrem meum. Si enim me noſſetis, noſſetis & patrem meum.* Hoc numquam diceret, *noſſetis*, niſi filius, & filius ſubſtantialiter, *Si me noſſetis, noſſetis & patrem.* Figmentum enim ſi eſſet, non ex ipſo pater noſceretur, ſed potentia Dei & divinitas, ut Paullus dixit: [d] *Mirabilia enim ejus a creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta noſcuntur: æterna quoque ejus virtus ac divinitas.* Et Spiritus ſanctus expoſuit de Chriſto, ſicuti dicit Salvator in Evangelio ſecundum Joannem: [e] *Spiritus ſanctus quem mittet pater in meo nomine, ipſe vos docebit omnia.* Si igitur ſic ſunt iſta, didicimus & patrem & filium & in ſanctis ſcripturis, & a ſpiritu quem doctorem habet fide ſanctus vir.

III. Dicamus igitur ſcripturas, & primum ſecundum Joannem: dicit enim [f] quomodo λόγος & in principio erat, & circa Deum erat, & quomodo Deus erat λόγος. Numquid de alio dicit λόγου; omnino de filio. Quid ergo λόγος, ſi ex nullo eſt ſubjecto? quomodo λόγος potentiam habet, ut per ipſum creentur omnia, ipſe qui ſit ex nullo ſubjecto? Impoſſibile enim, ſemen eſſe omnium quæ ſunt, quod ex nihilo factum eſt. Deinde ſi in principio erat, quomodo principium: ſecundum quod principium eſt, ſine principio eſt: qui erat

A in principio, erat ſemper. Quæ igitur audacia? quæ blaſphemia? Non erat aliquando, dicere, toties Joannes dicente: Erat λόγος in principio, erat ad Deum, erat Deus λόγος ipſe? Erat hic in principio ad Deum. Licet enim *erat* præteriti temporis ſignificationem habeat, frequenter non ſine principio; ſed heic ſine principio accipiendum, quoniam dixit: *In principio erat.* Quod & vos ſignificatis ante tempora, ante æonas dicentes: [g] *Omnia*, dicit, *per ipſum facta ſunt, & ſine illo effectum eſt nihil.* Etenim ſine λόγῳ quid eſt, quod non ut ſit accipiat? Solus enim λόγος, ſecundum quod λόγος, eſt & ſibi & aliis ipſum quod eſt, [1] ipſe præſtet omnibus quæ ſunt. Et idcirco æqualis
B quidem patri. Cauſſa enim principalis & ſibi & aliis cauſſa eſt, potentia, & ſubſtantia. Cauſſa exiſiſtens. Præ cauſſa autem pater. Unde filius diſtabit hoc, quod movetur & operatur in manifeſtationem, propter magnam divinitatem nobis incognoſcibiliter operante patre. Supra enim beatitudinem eſt pater & idcirco ipſum requieſcere. Operari enim etiam, ſi imperfectionem operatur, in moleſtia motus: iſta beatitudo eſt, ſecundum quod eſt operari perfecta.

IV. Audi igitur & aliud. Quod eſt eſſe, pater eſt: quod eſt operari, λόγος: & prius eſt quod eſt eſſe; ſecundum, quod eſt operari. Habet quidem ipſum
C quod eſt eſſe, intus inſitam operationem: ſi enim motu, hoc eſt, operatione, quæ vita aut qui intellectus eſt: ergo non eſt ſolum eſſe, ſed ipſum quod primum eſt eſſe, propter quod eſt ei quieſcere ſolum ipſum eſſe: eſt iſto modo & quod eſt operari, quod eſt ſecundum, quoniam non intus, ſed cum foris operatur, operari dicitur. Apparente enim operatione, & eſt & nominatur operatio, & ut generatio ſui ipſius & æſtimatur & eſt: ſic igitur id ipſum quod eſt operari, & ipſum eſſe habet, magis autem non habet: ipſum enim operari eſſe eſt; ſimul enim & ſimplex, & eſſe & operari, eorum quæ ſupra ſunt natura eſt declarans & ſortita: ſecundum quod eſt requieſcere, ipſum eſſe &
D ſubſtantiam; ſecundum autem quod eſt in motu eſſe, actionem, operationem: hoc autem quod eſt in motu eſſe, declaratio eſt ejus quod eſt eſſe ſecundum actionem. Et idcirco [h] *erat lumen* quod eſt *verum, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum.* λόγος ergo lumen eſt quod eſt verum; & idcirco [i] *quod eſt factum, in ipſo vita eſt, & vita erat lumen hominum:* & ipſe λόγος, lumen verum [k] *in mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt*; qui filius eſt Dei, de quo dicit: [l] *Deum nemo vidit umquam: unigenitus filius qui eſt in gremio patris, ipſe enarravit de λόγῳ.*

V. Omnia ſupra dixit & conjunxit de filio, nul-
E lum alium filium declarans, quam τὸν λόγον. Erat igitur filius ad Deum, & in principio erat, & ipſe Deus erat, & per ipſum omnia facta ſunt, & ipſe eſt unigenitus: & veluti prodiens quidem a patre, ad patrem erat propter hoc quod eſt operari; propter vero quod eſt eſſe in gremio patris exſiſtens, enarravit de patre, declaratio patris effectus ſecundum quod eſt operari. Quod maxime λόγος eſt ipſe filius, ipſe lumen, ipſe vita. Quod Deus eſt filius, ſic dicit Joannes: [m] *Et Deus erat*

*a* Epheſ. III. 14-21. *b* Joan. I. 18. *c* Joan. VIII. 19. *d* Rom. I. 20. *e* Joan. XVI. 16. *f* Joan. I. 1. *g* Ibid. ℣. 3. *h* Ibid. ℣. 9. *i* Ibid. ℣℣. 3. 4. *k* Ibid. ℣. 10. *l* Ibid. ℣. 18. *m* Ibid. ℣. 1.

1. *Ipſe præſtet*] Aut *præſtat*, aut *quum ipſe præſtet*, legendum videtur.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

λόγος. Et rursus: [a] *Nullus ascendit in cælum, nisi* A *qui de cælo descendit*. Quod vita est filius: [b] *Ut qui credit in ipsum non pereat*. Et rursus: [c] *Sed habeat spem, vitam æternam*. Quod filius: [d] *Unde filium suum unigenitum tradidit*. Filium dixit, & suum, & unigenitum. Quid amplius ad verum filium? Quod ipse vita: *ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam*. Quod ipse filius Christus est: [e] *Non enim misit Deus filium, ut judicet mundum, sed ut salvet mundum*. Quod lumen, de ipso dicit: [f] *Quoniam lumen venit in mundum*. Joannes non erat verum lumen, & idcirco dicit: [g] *Non sum Christus*, sed quod missus sum. Missus est ergo Joannes. Christus autem filius, [h] *qui desuper venit, supra omnes est*. Et rursus: B *De cælo veniens*. Dicitur quidem quod sit missus a Deo; ut [i] *filium enim misit Deus*. Sed ista duo, & veniens, & misit, & filium in patre, & patrem in filio esse significant; quoniam Christus vita Samaritidi dicit: [k] *Tu ab eo peteres, & tibi daret aquam viventem*. Et rursus: [l] *Omnis qui biberit ex aqua ista, iterum sitiet: qui autem biberit ex ista aqua quam ego dabo ipsi, non sitiet in omni sæculo: sed aqua quam ipsi dabo, efficietur in ipso fons aquæ scatentis in vitam æternam*. Quod Christus salvator: [m] *Et scimus, quoniam iste est Salvator mundi*. Quod filius Dei est: [n] *Pater meus usque nunc operatur*. Quis hoc dicit? Christus. Quæ blasphemia ipsius, patrem dicere C qui non sit pater? quæ ira Judæorum [o] audientium patrem Deum, & irascentium in eum, qui dixit, quod filius esset Dei, cum non esset filius Dei: si enim non fuisset, non diceret. Sed dixit, & Dei cultor dixit; veritate igitur dixit, & idcirco incredulitas Judæorum punitur.


VI. Post ista, omnis responsio ad Judæos, & filium Christum, & patrem Deum declarat: [p] *Quæ facit pater, & ego facio: non facit filius a semet ipso, nisi viderit patrem facientem: pater enim amat filium: suscitat pater a mortuis, suscitat & filius*. [q] *Habet pater vitam in semet ipso, habet & filius*. Et omnia deinde. Quod λόγος filius, & filius Christus: D [r] *Et λόγον ejus non habebitis in vobis manentem, quoniam quem misit ille, ipsi vos non creditis*. Quod filius: [s] *Pater meus dat vobis panem de cælo verum*. Quod Christus non ab homine homo: [t] *Panis enim ex Deo est, qui descendit de cælo*. Quod vita: *Et vitam dans mundo*. Et postea dicit: [u] *Ego sum panis vitæ*. Quod ex Deo: [x] *Non vidit patrem aliquis, nisi qui est a patre*. Quod pater & filius alius in alio: [y] *Sicuti misit me vivens pater*. Si vita filius, vivens pater, filius in patre: sicuti enim quale prius est, deinde qualitas; sic vivens primus Deus, sic vita. Qui enim genuit vitam, vivens est: vivit vita a vivente patre. Non enim ante vita, & sic Deus E vivens, sed Deus vivens prior. Sic vita, & sic vivens vita. Et idcirco deinde dicit: [z] *Et ego vivo propter patrem*. Ergo & pater in ipso. Quod & panis est, & vita: [a] *Et qui accipit me, ille vivet propter me*. [b] *Hic est panis de cælo descendens: Non sicuti patres vestri manducaverunt, & mortui sunt, manducans istum panem vivet in omne sæculum*.

VII. Numquid homo ista dicit de semet ipso, qui sit solum homo? si enim homo ista dicit, blasphemat, & [c] *peccantes Deus non audit*. Sed enim dicit Christus quod audiat illum Deus: Non ergo peccator, neque homo. Et dictum est: [d] *Vana spes in hominem*. Et dicitur: [e] *Nos vero in Deum nostrum speramus*. Christus ergo Deus, non ab alia substantia: [f] *Vivens pater, & ego vivo propter patrem*. Et: [g] *Panis vitæ sum ego*: [h] *qui istum manducat, vivet in sæculum*. Cuncta ista unam substantiam significant: Et idcirco dicit Jesus quod desuper est, qui dicit ista: [i] *Si igitur videritis filium hominis ascendentem ubi fuit prius?* Quod spiritus Deus est, dictum est: [k] *Spiritus Deus est*. Et quod filius spiritus est vivificans, quod ista fides sit perfecta in Christum, dicit Petrus: [l] *Verbum vitæ æternæ habes: & nos credimus in te Domine, quoniam tu es Christus filius Dei*. Quid est verbum vitæ æternæ? quoniam si quis te audit, vivet in æternum. Quod a Deo: [m] *Ego scio ipsum, quod ab ipso sum*. Quod substantia patris Christus: [n] *Ego in patre, & pater in me*. Hoc non per dignitatem solum, sed per substantiam. Si enim per dignitatem solum, quomodo ipse dicit: [o] *Pater meus major me est*: & pater mittat, mittatur filius? Rursus autem datur filio a patre dignitas: Secundum hoc igitur pater in filio. Numquid & filius dat dignitatem patri, non habenti substantiam? Igitur & pater in filio, & filius in patre.

VIII. Sed ista. Et iterum quod ipse Christus, qui filius patris, & ipse est Spiritus sanctus: [p] *Jesus stabat, & clamabat: Si quis est qui sitit, veniat & bibat. Qui credit in me, quemadmodum dixit scriptura, flumina ex ventre ipsius manant aquæ viventis*. Est illud quidem dictum de illo qui accipit spiritum; qui accipiens spiritum efficitur venter, effundens flumina aquæ viventis. Dat autem hunc spiritum Christus, dat & aquam viventem, ut ipse dicit, scriptura de spiritu dixit istud. Venter igitur qui accipit spiritum, & ipse spiritus venter, a quo manant flumina aquæ viventis: sicut scriptura dicit: [q] *Hoc autem dixit de spiritu quem futuri erant accipere credentes in ipsum: nondum enim spiritus erat datus, quia Jesus nondum erat glorificatus*. Sed rursum iterum flumina spiritus, venter autem ex quo flumina Jesus; Jesus enim est spiritus. Jam ergo Jesus venter de quo flumina spiritus. Sicuti enim a gremio patris, & in gremio filius; sic a ventre filii spiritus; ὁμοούσιον ergo tres; & idcirco in omnibus unus Deus. Quod non sit ex mundo: [r] *Ego sum lumen mundi*; propter ipsum enim vivit mundus, ac vivet quam diu obedierit ei. Quod omnes tres spiritus, jam dixit: [s] *Deus spiritus est*. Et dicentibus quibusdam: [t] *Ubi est pater tuus?* dixit: *Neque me nostis, neque patrem meum: Si me sciretis, scire possetis & patrem meum*. Spiritus autem sanctus Spiritus manifeste; ista autem omnia & pater, & ex patre: ὁμοούσιον ergo. Non enim spiritus ut alii: illi enim a Deo, non ex Deo: ὁμοούσιον igitur ista tria. Quod filius verus: [u] *Ego enim ex Deo exivi*, ut ex gremio patris, *& advenio in mundum*. Quod ante quam in carne esset, erat Christus: [x] *Abraham pater vester lætabatur ut videret diem meum: & vidit &*

[a] Joan. III. 13. [b] Ibid. ℣. 15. [c] Ibid. [d] Ibid. ℣. 16. [e] Ibid. ℣. 17. [f] Ibid. ℣. 19. [g] Joan. I. 20. [h] Joan. III. 31. [i] Ibid. ℣. 17. [k] Joan. IV. 10. [l] Ibid. ℣℣. 13. 14. [m] Ibid. ℣. 42. [n] Joan. V. 17. [o] Ibid. ℣. 18. [p] Ibid. ℣℣. 19-21. [q] Ibid. ℣. 26. [r] Ibid. ℣. 38. [s] Joan. VI. 32. [t] Ibid. ℣. 33. [u] Ibid. ℣. 35. [x] Ibid. ℣. 46. [y] Ibid. ℣. 58. [z] Ibid. [a] Ibid. [b] Ibid. ℣. 59. [c] Joan. IX. 31. [d] Psal. CVII. 3. [e] Psalm. XIX. 8. [f] Joan. VI. 58. [g] Ibid. ℣℣. 35. 48. [h] Ibid. ℣. 59. [i] Ibid. ℣. 63. [k] Joan. IV. 24. [l] Joan. VI. 69. 70. [m] Joan. VII. 29. [n] Joan. XIV. 10. 11. [o] Ibid. ℣. 28. [p] Joan. VII. 37. 38. [q] Ibid. ℣. 39. [r] Joan. VIII. 3. [s] Joan. IV. 24. [t] Joan. VIII. 19. [u] Joan. XVI. 27. 28. [x] Joan. VIII. 56. 58.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.



*gavisus est*. Et rursus: *Ante Abraham ego sum*. quod non homo: [a] *Cum sum in mundo, lumen sum mundi*, Quis autem dedit cæco visum? homo? impossibile: [1] & ego, quod filius Dei: [b] *Tu credis in filium Dei? Respondit ille: Quis est Domine, ut credam in eum? Dixit ipsi Jesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est*. Quod ex eadem substantia & potentia: [c] *Ego & pater unum sumus*. Et rursus: [d] *Pater in me, & ego in ipso*.

IX. Unde dictum in Paullo: [e] *Qui in forma Dei exsistens, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo*. Ista igitur significant & unam esse substantiam, & unam potentiam. Quomodo enim, *Ego & pater unum sumus*? & quomodo, *Pater in me, & ego in patre*, si non a patre substantiam habuisset & potentiam, genitus de toto totus? & quomodo, *Non rapinam arbitratus est, æqualem esse patri?* Non enim dixit, Non arbitratus est æqualem esse, sed, *Non arbitratus esse rapinam*. Vult ergo inferior esse, non volens rapinam arbitrari æqualem esse. In istis enim arbitrari est, aut non arbitrari rapinam esse æqualem, quæ sunt æqualia. Sed putavimus æqualem secundum potentiam dictum esse. Primum non est illud Arii dogma, quod major est pater dignitate, potentia, claritate, divinitate, actione: æqualia enim dixit: & si secundum istud æqualia, impossibile secundum istud æqualia esse, si non & substantia eadem, Dei enim eadem ipsa est & potentia, & substantia, & divinitas, & actio: Omnia enim unum, & unum simplex. Huc accedit, si ab alia substantia erat filius, & si maxime ex nihilo; quæ illa substantia recipere valens istas divinitates & potentias? æqualitas æquali connectitur, & simile simili. Æqualis igitur filius & pater, & propterea & filius in patre, & pater in filio, & ambo unum.

X. Sed ista nunc. At vero illa Joannis videamus: Ipse Salvator dicit: [f] *Ego sum resurrectio, quoniam ipse vita*: Quis autem iste? Martha dicit: [g] *Quoniam tu es Christus filius Dei, qui in mundum venisti*. Quod non sic filius, quemadmodum nos: Nos enim adoptione filii, ille natura. Etiam quadam adoptione filius & Christus, sed secundum carnem: [h] *Ego hodie genui te*. Si enim istud, solum hominem filium habet: sed [i] *Ante Abraham* [2] *ego sum*, dicens, quod natura filius erat primum, declaravit. Non igitur Photinianum dogma verum. Deinde nos non gentes solum, sed & qui dispersi sunt filii. Dei igitur filius Christus; filii & nos: sed nos per adoptionem, nos per Jesum Christum, nos ut filii dispersi: num & Christus sic filius? Natura igitur Jesus filius, nos adoptione filii. Quod natura filius, & ipse dicit sæpe: [k] *Pater gratias tibi ago quod me audisti*: Et: [l] *Pater salva me ex ista hora*. Et rursus: [m] *Ego ex ore patris processi*. Ista non, ut nos dicimus, secundum patrem Deum dicta sunt: Non enim mendax Deus, nec impius, filium se dicens, & patrem Deum qui

A omnino non esset: sed propter corpus passionem induxit, ut implerentur omnia in mysterio. Quod & ante quam in corpore, fuit Christus: [n] *Et glorificavi, & rursum glorifico*: In mysterio enim in carne humiliavit semet ipsum. Ergo ante istud, & post istud glorificatus est Jesus. Quod propter mysterium & timens inducitur, & postulans aliqua: [o] *Non propter me venit hæc vox, sed propter vos*. Eadem similiter ista facio, non propter me, sed propter vos.

XI. Quod filius hominis ipse Christus, lumen in mundo filius Dei est: [p] *Nos audivimus a lege, quoniam Christus manet in æternum: & quomodo dicis*
B *tu, quod filium hominis oportet altificari? Quis est filius hominis. Dixit ipsis Jesus: Adhuc paullulum tempus lumen in vobis est*. Et deinde: [q] *Quamdiu lumen habetis*, [3] *credetis in lumen, ut filii luminis efficiamini*. Quod ὁμοούσιος Deo: [r] *Ego sum via, & veritas, & vita. Nullus venit ad patrem, si non per me. Si cognovistis me, & patrem meum cognoscetis: & amodo cognoscitis ipsum, & vidistis ipsum*. Et rursum ad Philippum: [s] *Qui vidit me, vidit & patrem. Non credis quod ego in patre, & pater in me est?* Et rursus ista & talia, in quibus manifestum est, quod & pater est juxta quod est, & filius est juxta quod est, & idcirco duo sunt. Sed quoniam & pater in filio, & filius in patre,
C ὁμοούσιοι. Non oportet igitur dicere duæ personæ, una substantia; sed duo, pater & filius, ex una substantia: dante patre a sua substantia filio substantiam in hoc in quo genuit filium, & ex ὁμοούσιοι ambo. [4] Quod ipse facit, & faciet omnia, quoniam ego a patre. [t] *Et quod resurgitis in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in me*. Quod paracletus & Christus: [u] *Si me dilexeritis, & mandata mea custodieritis: & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis; ut vobiscum sit in æternum*, Quis autem est alius paracletus: [x] *Spiritus veritatis, quem mundus videre non potest: quod eum non videt*. Alium autem paracletum, id est, Christum viderunt; quod in carne, non cre-
D diderunt in ipsum. Quod potentia Christi sit paracletus: [y] *Vos autem cognoscitis ipsum, quoniam apud vos manet*. Ergo dedit ipsum ipsis Christus, dixit enim: *manet in vobis, & in vobis est*.

XII. Ex his quid apparet? Si Deus spiritus, & Jesus spiritus, & sanctus Spiritus, spiritus, ex una substantia tria; ὁμοούσια ergo tria. Quod a Christo Spiritus sanctus, sicut Christus a Deo, & idcirco unum tria: [z] *Non vos relinquam orphanos, veniam ad vos*. Et rursus dicit: [a] *Illa die cognoscetis, quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis*: Secundum spiritum ista. Quod a filio paracletus: [b] *Paracletus autem sanctus Spiritus, quem*
E *pater mittet in nomine meo, ille vos docebit omnia quæ ego dixero*. Manifestum ex his, quod in Christo Deus, & in sancto Spiritu Christus, primum paracletus Christus, paracletus sanctus Spiritus.

*a* Joan. IX. 5. *b* Ibid. ℣℣. 35-37. *c* Joan. X. 30. *d* Joan. XIV. 10.11. *e* Philipp. II. 6. *f* Joan. XI. 25. *g* Ibid. ℣. 27. *h* Psalm. II. 7. *i* Joan. VIII. 58. *k* Joan. XI. 41. *l* Joan. XII. 27. *m* Joan. XVI. 28. *n* Joan. XII. 28. *o* Ibid. ℣. 30. *p* Ibid. ℣℣. 34-35. *q* Ibid. ℣. 36. *r* Joan. XIV. 6. 7. *s* Ibid. ℣℣. 9. 10. *t* Ibid. ℣. 13. *u* Ibid. ℣℣. 15. 16. *x* Ibid. ℣. 17. *y* Ibid. *z* Ibid. ℣. 18. *a* Ibid. ℣. 20. *b* Ibid. ℣. 26.

1. *Et ego*] Forte, *sed ego*.
2. *Ante Abraham*] Ita corrigendos duximus editos codices, per se ferentes *ante Adam*.
3. *Credetis*] Forte, *credatis*.
4. *Quod ipse facit, & faciet omnia*] Legendum videtur, *Quod ipse facit*: respicit enim ad illud *Joan. XIV. 12. Opera quæ ego facio, & ipse faciet: — quia ego ad Patrem vado*. Sic statim *Et quod* RESURGITIS *in nomine meo*, legendum plane PETIERITIS: heic enim locum recitat *Joan. XIV. 13.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

Deinde [1] misit Christus Deus: quæ locutus est Christus, ipsa loquitur sanctus Spiritus. Sed Christus locutus est in parabolis, & fecit signa: ergo in occulto omnia, quod ipse in carne erat: sicut ipse intus, sic & verum intus in parabolis & signis. Spiritus autem sanctus docet omnia: etenim Spiritus sanctus loquitur spiritui hominum; ipsum quod est loquitur, & quod est loquitur in nulla figura: Et ideo *ipse docebit vos*. Et quæ loquitur? *Quæcumque dixero*, dixit Christus. *Dixero*, de futuro est. De quo futuro? Non eo quod nunc, sed eo quod est post ascendere ad patrem. Et si iste paracletus veniens a Deo in nomine Christi, illa docet quæ dicit Jesus: ipse ergo Jesus, an ipse alter Jesus? an ipso altero paracleto, hoc est, Spiritu sancto inest Jesus, sicut in ipso Deus? Ista hac serie tribus exsistentibus, & unum sunt tria, & ὁμοούσιον: quippe dicente Christo: [a] *Eo & venio ad vos*: a Deo alius dabitur vobis paracletus, qui quæcumque habet, a me habet, & quæcumque habet pater, tradidit mihi omnia. Etenim omne mysterium hoc est, pater inoperans operatio, filius operans operatio, [2] id est quod est regenerare: sanctus autem Spiritus operans operatio in quod est regenerare.

XIII. Sed ista quidem & in aliis dicta. Quod λόγος, hoc est, Jesus vel Christus, æqualis est patris, & inferior: [b] *Eo ad patrem, quoniam pater major est me*. Item dicit Paullus: [c] *Non rapinam arbitratus est se æqualem esse Deo*. Et id quod dictum est: [d] *Ego & pater unum sumus*. Et quod operatio & pater, & filius: & quod non diceret, me major est pater, nisi fuisset æqualis: accedit etiam, si totus ex toto, & lumen ex lumine, & si omnia quæ habet pater dedit filio: omnia autem sunt & substantia, & potestas, & dignitas, æqualis patri, sed major pater: quod ipse dedit ipsi omnia, & caussa est ipsi filio ut sit, ut isto modo sit. Ad hoc autem major, quod actio inactuosa: beatior enim quo sine molestia, & impassibilis, & fons omnium quæ sunt, requiescens, a se perfecta; & nullius egens: filius autem ut esset, accepit, & in id quod est agere, ab actione procedens, in perfectionem veniens, motu efficitur plenitudo. Sed quoniam in ipso, & in ipsum, & per ipsum gignuntur omnia; semper plenitudo, & semper receptaculum est, qua ratione & impassibilis & passibilis. Ergo & æqualis & inæqualis: Major igitur pater. Quod paracletus a Deo, & a Christo: [e] *Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre, Spiritum veritatis, qui a patre adveniet*. Quod duplex potentia τοῦ λόγου ad Deum: una in manifesto, Christus in carne: alia in occulto, Spiritus sanctus. In præsentia ergo cum erat λόγος, hoc est Christus, non poterat venire λόγος in occulto, hoc est, Spiritus sanctus: [f] *Etenim si non discedo, paracletus non veniet ad vos*. Duo ergo & isti, ex alio alius, ex filio Spiritus sanctus, sicuti ex Deo filius conrationaliter, & Spiritus sanctus ex patre. Quod omnia tria unum, pater non silens silentium, sed vox in silentio, filius jam vox; paracletus vox vocis: [g] *Cum venerit Spiritus veritatis, præibit vobis in veritate omni*: non autem verum dicit a semet: Christus enim veritas: *sed quæcumque audiet, loquetur, & ventura dicet vobis: Ille me honorabit, quoniam ex meo accipiet, & nuntiabit vobis*. Deinde adjungit: [h] *Omnia quæ habet pater, mea sunt*. Dicit ergo: *ex meo accipiet*, quod una motio, hoc est, actio agens Christus est, & Spiritus sanctus: & primum est vivere, & ab ipso quod est vivere, intelligere: Vivere quidem Christus, intelligere Spiritus: Ergo Spiritus a Christo accipit, ipse Christus a patre, & idcirco & Spiritus a patre.

XIV. Omnia igitur unum, sed a patre. Quod Christus & a patre processit, hoc est, quod Deus ipsum misit, hoc est, a Deo processit, dicit enim: [i] *Quoniam ego a Deo processi: processi a patre*. Cognoscendum quod & dixit: *& exivi*. Sed quod *a Deo* præposuit, *a Deo processi*: quod significat, quod Deus ipsum misit. Credite igitur hoc primum, quoniam ego a Deo exivi. Quod autem a Deo, & ut quis? Ab illo Deo qui pater meus est: *Exivi* igitur *a patre, & veni in mundum*. Hujus orationis naturalis ordo iste est: Processi a patre, exivi a Deo, veni in mundum. Sed effectus & locutionis ordo ab hominibus: *quoniam vos dilexistis me & credidistis, quod a Deo exivi*; hoc enim primum in fidem. Deinde autem *processi de patre*, exponens a superioribus cujus erat dixit, unde & ipsi dicunt: [k] *Credimus quod a patre existi*. Quid autem supra dimisit Deum & patrem? non dicit enim, [l] *non sum solus: quoniam pater mecum est*; & non est intelligere quod pater passus est: neque enim ipse, sed homo ejus. Quod in resurrectionem carnis venit? [m] *Glorifica filium, ut filius glorificet te: sicut ei dedisti potestatem universæ carnis, ut omne quod dedisti ipsi, det ipsi vitam æternam*. Ergo non solum homo Christus, sed Deus in homine. Quod hoc sit vitam habere, credere in Dominum & in filium ejus: [n] *Est autem æterna vita, ut cognoscant te unum & verum Deum, & quem præmisisti Jesum Christum*. Quod fuit ante mundum: [o] *Et nunc glorifica me pater apud te ipsum gloria, quam habui antequam mundus esset*. Quod homines a Deo, non tamen ex Deo: [p] *Manifestavi tui nomen hominibus quos dedisti mihi*. Ex isto manifestum: quod non omnes *tui erant, & mihi eos dedisti, & verbum tuum custodierunt: Nunc cognoverunt, quoniam omnia quæ mihi dedisti, a te sunt*. Et quid mirabile, si homines a Deo, si & caro, quod ipse eam formavit? Quid igitur? numquid sic & Christus? Absit. Totus hic locus hoc struit, quod homines a Deo sunt, sed non omnes. Rursus & istud, quod Christus erat ante constitutionem mundi, quod omnia tradidit pater filio, si & nomen dedit, dicit enim: [q] *Custodivi eos in nomine tuo, quos mihi dedisti*.

XV. Habemus ergo quod Christus habet nomen patris, & quod vita est, & habet potestatem dare vivere. Quod ipse vita est, & pater vita, dictum est: [r] *Misit me pater vivens*. Et hæc est substantia Dei & Christi; ὁμοούσιοι ergo. Deinde dictum est, lumen Christus, & Deus verum lumen: ista enim ad intelligentiam: num aliud est Spiritus sanctus? Nihil. Quod deinde lumen, non substantia: sic ergo ὁμοούσια. Et omnia quæ habet Deus, habet filius, ὁμοούσια ergo. Sed de isto posterius. Quod natus est: [s] *In istud natus sum, &*

a Joan. XIV. 28. b Ibid. c Philipp. II. 6. d Joan. X. 30. e Joan. XV. 26. f Joan. XVI. 7. g Ibid. ℣℣. 13. 14. h Ibid. ℣. 15. i Ibid. ℣℣. 27. 28. k Ibid. ℣. 30. l Joan. VIII. 16. m Joan. XVII. 1. 2. n Ibid. ℣. 3. o Ibid. ℣. 5. p Ibid. ℣℣. 6. 7. q Ibid. ℣. 12. r Joan. VI. 58. s Joan. XVIII. 11.

1. *Misit Christus Deus*] Edit. Basil. *misit Christum Deus*.
2. *Id est quod est*] Sic editt. Paris. & Lugd. at Basil. *in id quod est*. Et statim: *sanctus autem Spiritus operans operatio in id quod est regenerare*.

*in istud veni in mundum*, ut regnem. Quod a Christo Spiritus sanctus: [a] *Insufflavit* Christus *&* *dixit: Accipite Spiritum sanctum*. Ista omnia secundum Evangelium Joannis. Videamus etiam & secundum Matthæum pauca; similia enim prætereo. Quod & satanas fatetur Christum Dei esse filium, dicit enim: [b] *Si tu es Filius Dei*. Et istud ter dicit: Sed in secundo confitens de filio Dei tentavit, si ipse esset Christus, dicit enim: *Filius es tu Dei, mitte te deorsum. Scriptum est enim: quod Angelis suis præcipiet de te*. Confitetur; qui dicit, *de te*, Dei filium confitetur, & hunc confitetur. Deinde confitentur rursus dæmones. [c] *Exibant etiam dæmonia a multis, exclamantia & dicentia: Tu es filius Dei*. Audi Ari, audi Eusebi, & omnes audite Ariani, & maxime qui dicitis ab eo quo est esse Christum: sed secundum serpentis intellectum: quoniam pater ὄν est, qui fecit Christum: Ideo ex eo quod est esse filium dicentes. Audite ergo, filium dicit Dei satanas, cui promisit regnum mundi, scit omnia quæ in supernis: inde enim est. Quid enim post tertiam tentationem, quod diabolus abscessit, confessus est filium esse Dei? Quod & dæmones dixerunt filium esse Dei? [d] *Quid nobis & tibi fili Dei, venisti?* Quod non oportet dubitare de Christo: [e] *Beatus est qui non scandalizatur in me*. Quod omnia patris filius habet: [f] *Omnia mihi tradita sunt a patre, nullus cognoscit filium nisi pater, nec patrem nisi filius cognoscit, & cui vult filius revelare*. Quæ caussa, solum filium scire patrem, aut patrem ut cognoscat filium? nisi quod nullus habet substantiam ejus. Omnia enim quæ in claritudine, & in divinitate, in potentia, in ipsa actione & cognoscunt patrem, & colunt. Sed quoniam cognoscere, hoc est, scire ipsius Dei, ipsum quod est ei esse, hoc est, substantiam ejus: Idcirco nullus cognoscit Deum, nisi substantiam eamdem habens filius, & habens ab ipso. Alio enim modo nullus potuit videre, sicuti dictum est: [g] *Unigenitus, qui est in gremio patris, ille enarravit*. Quod est esse Deum? in gremio enim, & in μήτρᾳ substantiæ, ὁμοούσιον, uterque, & substantia & divinitate consistens, uterque in utroque, & cognoscit uterque utrumque.


XVI. Quid igitur & tu Valentine dicis? Processit primus αἰών, & volens videre patrem non potuit. In gremio patris esse filium, & semper esse Joannes dicit. Non solum ergo patrem videt, sed etiam in patre semper est. Quod est magnum peccatum adversum sanctum Spiritum dicere: [h] *Omnis blasphemia & peccatum remittetur hominibus. Et si quis dixerit sermonem adversum filium hominis, remittetur ei: Qui autem dixerit adversum sanctum Spiritum, non remittetur ei neque in isto sæculo, neque in futuro*. Primum respiciendum, quod Spiritus sanctus Dei est. Dixit enim: [i] *In Spiritu Dei ego ejicio dæmonia*. Deinde de blasphemia & peccato quod peccarunt Judæi, sicuti dixit, quale esse in sanctum Spiritum. Primum, quod blasphemia & peccatum in Spiritum sanctum non remittetur alicui. Peccatum est, blasphemiter cum voluntate dicere. Sed istud non sufficit. Dixit secundum: etiamsi invitus aliquis dicit qualemcumque sermonem, quod non est peccatum, non relinquetur illi in omni sæculo. Si igitur sanctus Spiritus, Dei Spiritus est, & sanctus Spiritus a Dei filio omnia habet; una substantia tribus a substantia patris, ὁμοούσια: ergo tria, hoc est, simul ὁμοῦ. Si enim patris substantia Spiritus, & filius, Spiritus; sanctus autem Spiritus, patris est Spiritus? In quo ordine ponitur sanctus Spiritus? & præcedit enim, si patris est Spiritus; & sequitur, si a filio habet quod est. Et rursus filius, secundum quod Spiritus, unus est & pater, & est in filio pater, & omnes in alternis exsistentes: ergo ὁμοούσιοι sunt, unam & eamdem substantiam habentes, & semper simul ὁμοούσιοι divina affectione secundum actionem subsistentiam propriam habentes.

XVII. Sed ista rursus sufficiunt nobis quæ dicta sunt in Evangeliis. Quod Christus Dei filius ipse Salvator dicit: [k] *Quomodo dicunt Christum filium David esse, & ipse David dicit in libro Psalmorum: Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis? David ergo Dominum vocat, & quomodo filius ejus?* In isto Christum & antequam esset in carne mea, & spiritum Dei esse, & Deum esse ipse hæc demonstrat. Videamus igitur & Apostolum, dicit enim de Christo ad Romanos: Quoniam Deus est Christus [l] *in diem iræ & revelationis justi judicii Dei*. Sine dubio hoc de Christo: ipse enim judicabit: quoniam apud Deum τὸ μὴ ὄν nihil est. Exemplum de Genesi inducit Paullus: [m] *Quia patrem multarum gentium posui te ante eum cui credidisti Deo, qui vivificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt tamquam sint*. Quoniam Spiritus Dei Spiritus Christi, & idem Spiritus sanctus: [n] *vos vero non estis in carne, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis: si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est ipsius*. Totius mysterii virtus in baptismo est, ejus potentia in accipiendo spiritu. Hoc si ita est, dictum est: *vos in spiritu estis*: quem sanctus Spiritus dedit vobis. Qui iste est spiritus, adjunxit: *Si tamen spiritus Dei habitat in vobis*. Quis est iste? *Si quis autem spiritum Christi non habet*. Idem ergo Dei spiritus & Christi spiritus. In quo & illud perspiciendum, quod idem est spiritus Christi, quod ipse Christus. Sequitur enim: [o] *Si autem Christus in vobis*. Unde & spiritus Dei, Deus. Una igitur substantia, quia idem spiritus: sed in tribus, ὁμοούσιον igitur. Unde non similis substantia, quia idem spiritus: nec tamen idcirco passiones eædem & in patre, quia unus spiritus: in duobus enim tantum velut passiones, quia jam progressi spiritus sunt.

XVIII. Sed ista plenius postea. [p] *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia. Ex ipso*: dicitur, ut de patre: *Per ipsum*, ut de Christo: *In ipso*, ut de Spiritu sancto. Alibi autem sic dicit: In ipso, per ipsum, ad ipsum. Quod Deus Christus. [q] *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnes Deus benedictus per omnia sæcula sæculorum*. Ad Corinth. prima: [r] *Si enim cognovissent, numquam Dominum majestatis crucifixissent*. Quod Christus, sicuti Deus, incomprehensibilis, aut vix comprehensibilis est, sed & quemadmodum dictum est: [s] *Quæ oculus non vidit, quæ auris non audivit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se*. Deinde dicit, quod intelligit ista: [t] *Sicut spiritus hominis ea quæ in homine, sic & ea quæ Dei, spiritus Dei*. Si de Christo ista dicit, his apparet, quod non est facile scire generationem filii. Nam neque νοῦς

*a* Joan. xx. 21. *b* Matth. iv. 3. 6. *c* Luc. iv. 41. *d* Marc. I. 24. *e* Matth. xi. 6. *f* Ibid. ℣. 27. *g* Joan. I. 18. *h* Matth. xii. 31. 32. *i* Ibid. ℣. 28. *k* Matth. xxii. 43-46. *l* Rom. II. 5. *m* Rom. iv. 17. *n* Rom. viii. 9. *o* Ibid. ℣. 10. *p* Rom. xi. 36. *q* Rom. ix. 5. *r* I. Cor. II. 8. *s* Ibid. ℣. 9. *t* Ibid. ℣. 11.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



percipit Dei filium, nec modum generationis scire potest. Si autem de præsentia ejus, & istud supra oculum, supra auditum, supra νῦν est. Si autem, ut quidam intelligunt, dicit ista de his quæ præparavit Deus diligentibus ipsum: multo magis mirabilis est generatio, & vix comprehensibilis. Si ista sic sine intellectu sunt, quid ex his queas dicere, ab his quæ non sunt, esse Christum, aut similis substantia est Christus? Comprehensibilia & definita. At vero esse ὁμοούσιον non solum incomprehensibile, & habet contradictiones multas. Si enim ὁμοούσιος & ipse ingenitus: si ὁμοούσιος quomodo alter, quomodo alius pater, alius filius? Si ὁμοούσιος, quomodo alius passus est, alius non? Ex isto enim Patripassiani. Sed quoniam Dei voluntate inquirit omnia, & ea quæ Dei, spiritus qui in nobis inhabitat, invenietur modus divinæ generationis, juxta quem & ὁμοούσιος manifestabitur, & illa exterminabuntur: [a] *Nos enim accepimus non mundi spiritum, sed Dei.* Quod idem spiritus Deus & Christus est, & sanctus spiritus, & idem unus spiritus. [b] *Propter quod notum vobis facio, quod nullus in spiritu Dei dicit, anathema Jesu. Et nullus potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto. Divisiones autem gratiarum sunt, idem autem spiritus: & divisiones ministeriorum sunt, sed idem Dominus, & divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui omnia in omnibus operatur.* Si igitur in spiritu nullus dicit Anathema Jesu, ipse est spiritus & Dei, & sancti Spiritus. De quo idem istud dicit: *Et nullus potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.* Præterea amplius istud dicit quod divisiones gratiarum a spiritu sunt, a Deo quidem gratiæ, divisiones autem a spiritu; in actionem enim alia exsistentia Spiritus sanctus, in substantia ὁμοούσιον, quoniam Spiritus sanctus sicut & ministerium Domini; ipse etenim dividit ministeria in operatione vitæ operans, & ipse in substantia sua secundum operationem vitæ. In substantia autem ὁμοούσιος. Quod spiritus & operationes a Deo. Operationes autem multæ, sed in omnibus idem Deus. Differt autem Deus, quod ipse facit divisiones operationum, ipse tamen in omnibus omnia operans; ipsum enim esse operationis caussa cum sit, operationum divisiones facit, & ipse Deus juxta substantiam spiritus cum sit ὁμοούσιον actioni, omnia ergo tria actione ὁμοούσια & substantia ὁμοούσια. Quod omnia tria spiritus, & quod a patre Spiritus: a patre substantia.

XIX. Quod Christus vita est, & quod spiritus, dictum est: [c] *Spiritus autem vivificat.* Et ibi rursus dicit: [d] *Dominus autem spiritus est.* Quod Christus de Deo, non ex his quæ non sunt: [e] *Ut non splenderet illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.* Si Imago Dei Christus, de Deo Christus. Imago enim imaginalis imago. Imaginalis autem Deus; imago ergo Christus. Sed imago imaginalis imago est, & quod imaginale est principale. Imago autem secunda, & aliud secundum substantiam ab eo quod imaginale. Sed non intelligimus ibi imaginem sicuti in sensibilibus. Heic enim nec substantiam intelligimus imaginem: umbra enim quædam est in aere, aut in aqua per quoddam corporale lumen corporalis effluentiæ per reflexionem figura, ipsa per semet nihil, nec proprii motus, imaginalis solum substantia, neque corpus, neque sensum, neque intelligentiam habens; & ablato aut turbato in quo figuratum est, omnino nihil & nusquam est. Alio igitur modo dicimus Christum imaginem Dei esse, primum esse, & per semet esse, & quæ sit intelligens esse; & viventem dicimus imaginem, & vivefacientem, & semen omnium quæ sunt: λόγος enim per quem omnia, & sine isto nihil. Sed ista omnia etiam Deo attributa sunt: ergo ὁμοούσιοι Deus & λόγος. Et quare imago Dei λόγος? Quoniam Deus in occulto, in potentia enim; λόγος autem in manifesto: actio enim; quæ actio habens omnia quæ sunt in potentia, vita, & cognoscentia secundum motum producit & manifestat omnia: propter quod omnia quæ sunt in potentia imago est actio, unicuique eorum quæ in potentia sunt speciem perficiens, & exsistens per semet, a nihilo enim nulla substantia. Omne enim esse inseparabilem speciem habet; magis autem ipsa species, ipsa substantia est: non quod prius sit ab eo quod est esse species, sed quod definitum facit species illud, quod est esse species. Etenim quod est esse, caussa est speciei esse in eo, quod esse est. Et ideo quod est esse, pater est. Quod species, filius. Rursus quod ipsum quod est esse, præstat speciei ipsum quod est esse: esse autem speciei, imago est ejus quod est esse. Quod est juxta caussam: Primum quod est esse ὁμοούσιον, ergo esse ipsis duobus, & secundum esse imago est primi esse sine tempore: primum & secundum dico juxta caussam. Aliud alio ad ipsum quod est esse pater & filius. Quod autem non retrorsum caussa, idcirco pater pater, & filius filius. In eo autem quod esse est, ambo simul sunt, & semper ambo, ὁμοούσιον juxta quod est esse, secundum autem quod est potentia & actione, potentia pater, actione filius. Natus igitur filius, habens in actione & potentialiter esse, sicuti potentialiter esse habet ipsum actionem esse in semet ipso, quod est potentialiter esse. Ipsum autem habet, secundum intellectum accipite, non enim habet, sed ipsum est. Simplicia enim ibi omnia. Sed dixi secundum Evangelium: [f] *quæcumque habet pater, eadem habet filius.* Secundum istam rationem & pater in filio est, & filius in patre, & ὁμοούσιον ambo, & imago filius patris; ipsum enim esse duorum ὁμοούσιον. Quod autem alterum ab altero imaginale & imago. Et rursus, quod alter ab altero, unum ingenitum, aliud genitum; sine tempore autem ista, quod in principio ista, & ab æterno in æternum. Neque igitur qui hominem dicunt Christum, neque qui ex nihilo, neque qui ex aliquo tempore, nec alii hujusmodi in ista perspectione locum habent.

XX. Videamus autem & istud. Dicit Moyses dictum Dei: [g] *Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem.* Deus dicit ista, *faciamus*: cooperatori dicit, necessario Christo, & secundum imaginem dicit. Ergo homo non imago Dei, sed secundum imaginem: solus enim Jesus imago Dei, homo autem secundum imaginem, hoc est, imago imaginis. Sed dicit *secundum imaginem nostram*. Ergo & pater & filius imago una. Si imago patris filius est, & ipsa imago pater, imagine ergo ὁμοούσιοι. Ipsa enim imago substantia est: unum enim est & simplex & ibi esse & operari: ita autem sunt & substantia & species. Substantia autem cum sit imago, ὁμοούσιοι pater & filius, patre exsistente secundum quod est esse, etiam quod est agere: filio autem exsistente secundum quod est agere, etiam quod est

a I. Cor. II. 12. b I. Cor. XII. 3-6. c Joan. VI. 63. d II. Cor. III. 17. e II. Cor. IV. 4. f Joan. XVI. 15. g Gen. I. 26.


esse, unoquoque habente id quod sit, juxta quod A maxime est, antiquius exsistente quod est esse, ab eo quod est agere; Pater autem quod est esse, & maxime pater ipsum quod est esse, cui inest & actio potentialiter. Et rursus ut juniore exsistente quod est agere filius, ut junior ab eo quod est esse, habens filium in eo quod est agere a primo quod est esse. Propter quod unus pater juxta quod est esse, unus filius juxta quod agere, uterque simul exsistens in utroque, sicut demonstratum est: ὁμοούσιοι ergo. Dicamus ergo: *Faciamus hominem, & ad imaginem* quid est? & quid est *ad nostram?* Deinde hoc quid est: *& juxta similitudinem*: sic enim dictum, differentiam significat & imaginis & similitudinis. Multa cum sit quæstio de quo dixe- B rit: *Faciamus hominem juxta imaginem nostram*, concedendum nunc quod de anima hominis, sive de ambobus, sive enim de sola anima, nihil aliud intelligitur, nisi de anima: ipsa enim sola est juxta imaginem Dei, & juxta similitudinem. Imaginem dicimus esse Dei Christum, ipsum autem λόγον. Juxta imaginem ergo Dei animum dicimus, rationalem dicentes. Non enim λόγος anima, sed rationalis: & quod totum vita Christus: anima autem vivit, quod vita substantiam habet: Juxta imaginem ergo Dei anima: Christus autem Dei. Quid autem intelligimus hoc, *juxta similitudinem?* Quemadmodum λόγος substantia est, sicuti declaratum est: quoniam & λόγον esse ipsum est, & C ipsum quod esse; λόγος autem est agere, & est motum esse, & quoniam simplex est ibi omne istud ipsum esse & agere, hoc est quod est esse, quod est ibi substantia; sic & anima quo anima est, hoc est quod est esse, & substantiam esse; quod autem est a se se movens, imago est substantiæ: Magis autem ipsa substantia juxta speciem substantiæ, & ideo in definitione animæ cum dicimus, quid est anima? proprie dicimus & substantialiter, quod a se movetur. Manifestum & ex isto, quod substantialis imago, magis autem substantia est animæ, quod a se movetur. Hoc autem est rationale juxta imaginem τοῦ λόγου rationalem esse. Aliud igitur est *juxta imaginem* esse, quod D quidem substantia est; aliud autem *juxta similitudinem* esse, quod non est substantia, sed in substantia nomen qualitatis declarativum. Sed sicuti Deum, sic & imaginem, hoc est, Christum substantiam accepimus: perfectionem autem juxta quale significativum intelligimus. Et si simile quale significat necessario, quomodo dicimus animam rationalem esse, & perfecte rationalem juxta similitudinem perfectionis in Deo? perfectam esse dicimus animam, *juxta imaginem*, ergo nunc & in mundo; *juxta similitudinem* autem postea fide in Deum & in Jesum Christum, qualis esset futura si Adam non peccasset. In quo igitur rationalis est, ad rationem *juxta imaginem* est; in quo futura perfecta E est, *secundum similitudinem*. Aliud igitur est, imaginem esse, & aliud juxta imaginem, & magis aliud juxta similitudinem. Quæ igitur blasphemia, ὁμοούσιον dici Patrem & Filium: cum imago sit Filius juxta substantiam, non juxta similitudinem? Sed nunc sic.

XXI. Eamus vero ad alia. Quod in Christo creatura, sed non una: Sunt enim creaturæ tres: una quidem cum creata sunt omnia per Christum; secunda creatura nostra in Christo secundum baptismum, sed in Christo, & alia in Christo commutatio fit. Unde [a] *si qua in Christo nova creatura*, dictum est: Quod antequam esset Christus in carne: [b] *Qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit*. Quod fuit tempus in quo peccatum non noverat? Antequam esset in carne, ad Ephesios. Quod antequam esset Christus in carne: [c] *Benedictus Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus, in Christo Jesu, secundum quod præelegit nos ante constitutionem mundi*. Quod fuit Christus antequam esset in carne: [d] *Quoniam fueratis illo tempore sine Christo, abalienati a conversatione Israel*. Quod Deus Christus: [e] *Spem non habentes, & sine Deo*. Hoc est, sine Christo. Quod spiritus est qui omnia colligat: [f] *Cupientes custodire unitatem spiritus in colligatione pacis. Unum corpus, & unus spiritus. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus, & pater omnium, qui in omnibus, & per omnia, & in omnibus*. Ad Galatas quod Christus Deus: [g] *Paullus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, & Deum patrem*. Et rursus: [h] *Evangelium quod evangelizatum est a me, non est juxta hominem; non enim ego ab homine accepi ipsum, sed per revelationem Jesu Christi*. Ad Philippenses, quod Christus Spiritus: [i] *Et in subministratione Spiritus Jesu Christi*. Quod ὁμοούσιος, & simul patri filius: [k] *Istud enim sapite in his quod & in Christo, qui in forma Dei exsistens, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominis effectus, & figura inventus sicuti homo*. Primum Photini, & ab isto, & ante istum, qui hominem dicunt Jesum & solum ab homine factum; cognoscant impiam blasphemiam in Christo, qui in forma Dei exsistens. Quando exsistens? Antequam veniret in corpus: dixit enim, quod exinaniverit se ipsum & acceperit formam servi: Erat igitur & antequam homo fieret. Et qualis erat? λόγος Dei, forma Dei. Quid est istud, æqualis exsistens Deo? quod est ejus ipsius & potentiæ substantiæ: dixit enim æqualem esse. Etenim æquale & magnitudinis, & quantitatis est declarativum: magnitudo autem substantiæ molis magnitudo est, qualitas enim non habet magnitudinem, neque a substantia quod est esse habet. Solum autem quantum substantiæ, magnitudine quantum est. Et idcirco declarans beatus Paullus Dei substantiam, omnia quanta dicit: [l] *Ut Dei cognoscatis altitudinem, longitudinem, latitudinem, profundum*.

XXII. Secundum ista ergo æqualis Deo exsistit Christus. Non enim dixit similis Deo, quod non significat substantiam, sed in substantia alterum quid, ad similitudinem juxta accidens, sicuti secundum similitudinem homo ad Deum, alia cum sit Dei, alia hominis substantia. Ex hoc nefas est dicere hominem æqualem esse Deo. Si igitur Christus forma est Dei, forma autem substantia est, id ipsum enim forma & imago: est autem forma & imago Dei λόγος, & semper λόγος ad Deum, ὁμοούσιος λόγος Deo, ad quem & in principio, & semper est λόγος. Esse autem imaginem & substantiam, & simul cum substantia, quod ὁμοούσιοι dicitur, ex hoc manifestum. Dixit enim Apostolus: *Semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens*. Numquid enim formam solum accepit hominis, non & substantiam hominis? Induit enim & carnem, & in carne fuit, & passus est in carne,

a II. Cor. V. 17. b Ibid. ꝟ. 21. c Ephes. I. 3. 4. d Ephes. II. 12. e Ibid. f Ephes. IV. 3-6. g Gal. I. 1. h Ibid. ꝟꝟ. 11. 12. i Philipp. I. 19. k Philipp. II. 5-7. l Ephes. III. 18.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.




& hoc est mysterium, & hoc quod salutare sit nobis. Si igitur exinanivit se ipsum, & Christus exinanivit se ipsum, & antequam in carne esset, fuit Christus. Et si fuit ante istud, quoniam se ipsum exinanivit, ipse induit carnem. Quare enim se exinanivit, si, ut dicis, o Marcelle, aut Photine, assumsit hominem quasi quartum esset? Oportebat enim λόγον qui esset manere, assumere hominem, & modo quodam inspirare spiritum ad actiones. Sed dixit, *exinanivit se ipsum*. Recte: qui habebat induere hominem. Quid igitur est, *exinanivit se*? universalem λόγον non esse universalem in eo quod est esse λόγος, carnis, & fieret caro: Non igitur assumsit hominem, sed factus est homo. Est igitur forma substantia, cum substantia, in qua est forma, ὁμοούσιος igitur formæ substantiæ principali, & potentialiter priori, quod ista præstat formæ esse, & in substantiam esse, & semper simul esse: sine enim altero alterum non est. Secundum igitur quod forma a substantia, substantia est forma quæ sit substantiæ, istud Dei filius est. Quod forma substantia, quod autem semper substantia cum forma, semper pater, semper filius ad patrem, hoc est, λόγος ad Deum, hoc autem semper. Sed quoniam ista forma substantia est, quæ imago est, & λόγος est, quem filium Dei esse dicimus, secundum quod λόγος est omnium quæ sunt, λόγος est. Universalis enim λόγος filius Dei est, cujus potentia proveniunt, & procedunt in generationem omnia, & consistunt. Ipsius ergo potentia, procedens & simul exsistens cum patre, facit omnia & generat, & ipsa hæc potentia in eo quod est ei præcedere, quæ quidem actio dicitur, ipsa patitur si quid patitur, juxta materias & substantias, quibus præstat proprium ad id, quod est illis esse, inversabili & impassibili exsistente universali λόγῳ qui semper est ad patrem, & ὁμοούσιος. Et idcirco de filio dicitur, quod est impassibilis & passibilis, sed in progressu passio, maxime autem in extremo progressionis, hoc est, cum fuit in carne: illæ enim passiones non dicuntur, generatio a patre, motus primus, & creatorem esse omnium: ista enim substantialia cum sint, magis autem substantiæ: λόγοι enim exsistentium juxta potentiam substantiæ sunt ipsorum: non igitur passiones.

XXIII. Sed ista. Et rursus, quid igitur dicunt Photiniani? si ὁμοούσιος Filius Patri, quomodo Deus ex Maria hominem natum filium habuit? Quid autem & Ariani dicunt? si ὁμοούσιος & λόγος, & substantia simul est filius cum patre? Nefas enim dicere istud: Erat quando non erat. Et istud nefas: de iis quæ non sunt esse. Impii & illi rursus, qui dicunt ὁμοούσιον esse filium patri. Substantia enim secundum quod substantia est, non est alia, ut sit similis ad aliam: eadem enim est in duobus, & non est similis sed ipsa. Sed alia cum sit, non quo substantia est similis dicitur, sed secundum quamdam qualitatem: Impossibile ergo & incongruum ὁμοούσιον esse aliquid. Præterea simile quod in alteritate est, aut in eadem est, divisa in duas partes substantia, aut in alia: quo enim receptibile est dissimile esse, hoc receptibile est similem esse: Substantia autem secundum quod substantia est, non recipit similem esse, aut dissimilem: juxta quod autem receptibilis est, qualitatis similis aut dissimilis dicitur, in potentia sua vel exsistentia manente substantia, vel eadem vel diversa. Quid autem vero illa substantia vel Dei, vel τοῦ λόγου numquid receptibilis est dissimilitudinis, ut dicatur similis esse? Sed impossibile, nec similis ergo, non igitur ὁμοιούσιον. Videamus igitur & istud: Si simile aut in eodem genere substantia est, ut hominis aut animalis: similis enim est & homo homini, & animal animali: aut in alio genere, velut homini lapis, aut statua equo. Quomodo igitur dicunt ista duo ὁμοιούσια esse? si in eodem genere, ut in animali, magis præcedit substantia: Si autem in ipsa substantia, aut divisa aut alia superiore substantia nata; sed utrumque aut subalternum est, & alterum subjectum, sed divisa, neque in æqualia, neque in inæqualia, habet alterum perfectum, sed duo perfecta, & a perfecto perfectum. Non igitur in ipsa similitudine, quippe & similitudo: si istud, sic necesse est in alio genere. Unde igitur, an alterum quid? Ex nihilo igitur: aut duo principia, sed nihil horum: quoniam & unum principium, & eorum quæ sunt omnia caussa: Pater secundum τὸν λόγον, qui in principio erat, & idcirco semper erat: non ergo ex nihilo erat. Si vero & istud, neque & in eo quod alterum genus & similitudo. Quomodo autem dicit non quod Jesus arbitratus est semet ipsum æqualem esse Deo, sed quod *non rapinam arbitratus est æqualem esse*: Ea enim quæ natura sunt æqualia, non per divinitatem propriam, sed quæ juxta fortunam facta sunt æqualia, quasi rapina æqualia sunt. Magna igitur confidentia, & vere naturalis divinitas ad id quod est æqualem esse, non arbitrari rapinam Deo æqualem esse.

XXIV. Sed ista. Et rursus ad Colossenses quid dicit: quod [a] *ante omnia* primus Jesus. Duplex enim generatio ejus: Una quidem in divinitatem, & filiationem, occulta, divina, & quæ fide intelligatur: Alia autem in carnem venire, & ferre carnem. Illa quidem sola generatio a Deo potentiæ manifestatio: ista autem acceptio magis carnis, non generatio. Si igitur est prior, non ab homine est Salvator: Si generatio est, non est figmentum: Si autem a Deo generatio, non de nihilo: Si imago Dei Jesus, ὁμοούσιος est: Imago enim, substantia cum substantia, cujus & in qua est imago. Et quod imago substantia, a substantia ejus in qua est vel subsistit genita, in declarationem intus potentiæ: hinc pater qui intus, hinc filius qui foris. Rursus quod filius λόγος, est in actionem festinans substantia: vita enim λόγος, & intelligentia λόγος, processit in substantiam eorum quæ sunt intellectibilium, & hylicorum, & idcirco actio ipsius τοῦ λόγου, propter imbecillitatem percipientium ipsum, & patitur, & passibilis est, vel potius passibilis dicitur: dicit enim beatus Paullus de Christo: [b] *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis suæ; in quo habemus redemtionem & remissionem peccatorum: qui est imago Dei invisibilis, primogenitus ante omnem creaturam. Quoniam in ipso creata omnia, quæ in cælis & quæ in terris, visibilia, & invisibilia, sive sedes, sive dominationes, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum, & in ipso constituta sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt: ipse est caput corporis Ecclesiæ quæ est principium, primogenitus a mortuis, ut fieret in omnibus ipse primarius: quoniam in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare & per ipsum reconciliare, & reconvertere omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus sive ea quæ in terris, sive ea quæ in cælis*: Totum mysterium in

a Coloss. I. 17. b Ibid. vv. 13-20.



ista expositione dictum est, quod ὁμοούσιον, dicit ex isto qui est imago invisibilis Dei, quod filius primogenitus, quod non creatus ante omnem creaturam dixit: si enim & ipse creatus esset, non diceret, ante omnem creaturam: & proprie dixit primogenitus quod est de filio. Jungamus ergo sensum: *primogenitus ante omnem creaturam*. Ergo hic genitus ut filius; illa creatura, ut quæ creata sit: non autem quod & alium postea genuit, sed quod ante omnem creaturam primogenitus. Est autem omnis creatura & eorum quæ in cælis, & eorum quæ in terris, visibilium & invisibilium. Sine creatura ergo filius; natura igitur & generatione filius. Quod Christus λόγος est, & quod λόγος omnium quæ sunt, ad id ut sint, caussa; & idcirco dictum est, quod in ipso condita sunt omnia & per ipsum condita: λόγος enim & caussa est ad id quod est esse, iis quæ sunt, & est receptaculum eorum quæ in ipso sunt. Quod autem omnia in ipso, ipsum receptaculum completur omnibus quæ sunt, & ipsum est & plenitudo: & idcirco [a] *omnia per ipsum, & omnia in ipsum, & omnia in ipso.*

XXV. Si igitur ex nihilo erat filius, quomodo ista? Sine fide igitur & impossibile sic ista talia esse. Et rursus, si non ὁμοούσιον, quomodo & pater plenitudo & filius? simul enim omnia plenitudo; & an ὁμοούσιον plenitudo velut animæ, & alia quæ creata sunt? Omnino impossibile. Etenim ὁμοούσιον, sicuti dictum, in alteritate est: alter enim similis substantia non potest dici, nisi in ipsa non sit, illius autem potentiæ si altera substantia est, & ab ipsa quod est illis esse habent omnia quæ sunt, impossibile est unum esse omne: nunc vero Deo patre & filio λόγῳ ὁμοουσίῳ exsistente, quoniam per λόγον omnia in unum vocantur, & sunt a Deo omnia, & Deus omnia in omnibus, sine passione patre exsistente, sicut idem monstratum est. Quod autem Jesus λόγος, qui & omnium quæ sunt spiritus est vivificans, fons vitæ æternæ, secundum mysterium veniens in carnem, & in morte peccatorum vicit mortem, & in æternam vitam mortua suscitavit. Quod autem Deus potentia est ipsius fontanæ æternæ vitæ, & propterea filius est λόγος, fons vitæ æternæ exsistens potentia patria, primogenitus a mortuis, & idcirco omnia in ipsum conversa unum fient, hoc est spiritalia: ergo ὁμοούσιος Dei filius, quod æternæ vitæ fons est, sicuti pater potentia ipsius, & quod per ipsum filium unum fient omnia, quoniam per ipsum omnia. Quod Jesus, hoc est λόγος & semen est, & velut elementum omnium quæ sunt, maxime autem jam in ἐνεργείᾳ & manifestatione eorum quæ sunt, quod [b] *in eo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*, hoc est, in operatione substantialiter: In patre enim potentialiter omnia inhabitant. Et idcirco Jesus λόγος imago est patris Dei, hoc ipsum quod est, potentia est, jam hoc quod est actionem esse: omne enim quod in actionem exit, & imago est ejus quod est potentialiter, & ejus quod est potentialiter filius est quod in actione est, ex iis filius & pater ὁμοούσιοι. Quod ex Jesu omnia, & ideo ex Deo omnia, omnia dico quæcumque sunt, [c] *& non tenens caput Christi, ex quo omne corpus per actus & conjunctiones subministratum & productum, crescit in incrementum Dei:* unum enim omnia, etiamsi differentia sint, quæ sunt: Non enim corpus totius universi velut acervus est, qui acervus tactu inter se solo granorum corpus efficitur, sed maxime quo alternatis in se invicem partibus, ut catena continens corpus est: catena enim Deus, Jesus Spiritus, νοῦς anima angeli & deinde corporalia omnia subministrata. Igitur plenitudo, quippe producta est.

XXVI. Si igitur omnia unum, quippe in substantia, multo magis Deus & filius, non solum insubstantiatum, sed consubstantiatum. Insubstantiata enim sunt omnia ὄντα in Jesu, hoc est, ἐν τῷ λόγῳ sicuti dictum est: [d] *Omnia in isto sunt condita*: ὁμοούσια autem ista non sunt. Non enim quasi οὐσία est illud primum esse quod est Deus, neque autem ut substantia imago, quod est filius, sed simul solum istorum, quod est esse Divinitatis ad caussam, est esse iis quæ sunt: sola igitur ὁμοούσια Deus λόγος, ad Timotheum prima: [e] *Etenim confidenter magnum quoddam est pietatis mysterium, quod manifestatum est in carne, justificatum in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum in mundo, receptum in gloria.* Hoc non est de prima generatione, sed de secunda: hoc enim est magnum mysterium, quod Deus exinanivit semet ipsum cum esset in Dei forma; deinde quod passus est, primum in carne se esse, & humanæ generationis fatum habere, & in crucem tolli. Non autem fierent ista mirabilia, si fuissent illæ aut ex homine solum, aut ex nihilo, aut ex Deo secundum facturam: Quid enim exinanivit, si non erat ante quam esset in carne? Et quid erat, quod dixit æqualis Deo? Æqualis autem quomodo, qui ex nihilo factura esset? Idcirco ergo *magnum mysterium, quod manifestatum est in carne*. Fuit ergo antequam esset in carne, sed manifestatum dixit in carne: intelligibiliter enim erat & intellectualiter; sensibiliter autem, & incarnaliter tunc manifestatus est. Potentia enim τοῦ λόγου juxta suam substantiam vitæ est, semper substantia, secundum quod vita, & vivefacit, & revivefacit, & non permittit esse in morte quæcumque vivefacit. In prima igitur motione omnia in vitam adduxit, & ista est descensio τοῦ λόγου, quod quoniam a patre exiens, iis qui in cælis sunt, & Angelis, aut thronis, vel gloriis, & hujusmodi quæ sunt, dedit suam propriam vitam potentia patria: λόγος enim omnium est, per quem facta sunt omnia. Et rursus, quod non esset vivefacere, nisi esset materia ad potentiam vivefaciendi, effecta est materia mortua naturæ, quæ vivefacta suas militias emisit vivificatione divina, & corrupit hominem, sed λόγος, vita perfecta complevit mysterium, & apparuit in materia, hoc est, in carne, & in tenebris. Quomodo enim erat possibile apparere quod fuisset, nisi in carne, hoc est, in sensu appareret? Omnia ergo effectus λόγος, & in omnibus, & genuit omnia, salvavit, & regnavit, vita æterna exsistens in spiritu: Ergo *justificatus est, apparuit Angelis*, veniens ergo *prædicatus est gentibus*. Fuit igitur antequam veniret: *Creditus est in mundo*, sic enim & Isaias fatetur prophetans: [f] *Laboravit Ægyptus, & mercimonia Æthiopum & Sabaim: Viri altissimi in te ambulabunt, & tibi erunt servi, & retro te sequentur ligati manicis, & te venerabuntur & te precabuntur, quod in te Deus est, & non est Deus extra te: tu es enim Deus, & non sciebamus, Deus Israel.* Prædicatus ergo in mundo, receptus in gloria divinitatis & ab initio, & ini-

[a] Rom. XI. 36. [b] Coloss. II. 9. [c] Ibid. ℣. 19. [d] Coloss. I. 16. [e] I. Tim. III. 16. [f] Isa. XLV. 14.

tio, & postea, & semper ab æternis, & in sæcula sæculorum, Amen.

XXVII. Vide autem & istud ad ὁμοούσιον quomodo spiritus dicit Isaiæ: *In te Deus, & non est Deus extra te:* Quod filio dicit Domino nostro, manifestum *in te Deus*, hoc est, quod dictum est: *Pater in me*. Aliud autem, *& non est Deus extra te*. In isto verbo omnes hæreses prædicit. Ad istud quid dicunt omnes Judæi? & qui dicunt hominem esse Jesum? Et qui dicunt ex nihilo? & fuit quando non fuit? erat enim Deus & semper unus Deus. Si enim Jesus λόγος & λόγος semper ad Deum; & λόγος unus Deus; & non est alius, ὁμοούσιον ergo Deus. Et λόγος rursus si Deus est quod est esse, hujus autem Dei, & ejus quod est esse, virtus & sapientia Jesus, hoc est λόγος, unus Deus, & non est alter. Unalitas ergo λόγος & Deus, & ipsum quod est esse, & λόγον esse, idem simul in eo quod est esse subsistens, & idcirco ὁμοούσιον. Quod autem λόγος est, hoc est, vitam & νοῦν esse: Ista enim sunt virtus & sapientia Dei, quod est Salvator Jesus, progressio est & generatio, & in substantiam filietas processio, & in actionem effulgentia & refulgentia. Hoc autem non fuit quando non fuit, sed semper fuit: semper ergo pater, semper filius. Et pater tantum pater, & filius tantum filius: ad patrem autem, quoniam id quod est esse, quod est Deus & pater, caussa est τῷ λόγῳ ad id quod est ei esse, nec reversum autem: & est proprium ejus, quod primum est esse, quiescere. τοῦ λόγου autem proprium movere & agere, & non localiter moveri, neque in locum translatione sed motione quæ animæ est meliore & diviniore, quæ propria motione & vitam dat, & intelligentias parit subsistens in se ipsa, & non discissa a propria potentia in operationem.

XXVIII. Sed ista. Et rursus: Sunt enim & alia in sacra scriptura, quod Deus Jesus, quod ante æones: quod filius, & natura filius, & in carne filius, & maxime in carne filius vocatus, quod tunc salvavit omnia ὄντα, & tunc vicit inimicitias divinitatis, & omnem mortem, & quod ipse passus sit secundum motionem: Pater autem non secundum cessationem. Si ista sic sunt, hoc deest solum, quomodo intelligendum ὁμοούσιον, aut ὁμοούσιον esse filium patri: Hoc enim dogma nunc expergefactum est, & quidem olim rumoribus jactatum, quod non oporteat dici ὁμοούσιον, sed magis ὁμοιούσιον: nunc inventum hoc dogma. Audent autem & hoc dicere, quod olim, non dico quando olim: sufficit enim quod mihi non ab æone, neque a præsentia Jesus, sed olim datum sit ante annos centum, concedo, & plures. Ubi latuit? ubi dormiit ante undecim annos? cum in Nicæa civitate fide confirmata per 300. plures Episcopos, Arionitas excludentes, in qua synodo istorum virorum Ecclesiæ totius orbis lumina fuerunt. Vetus igitur dogma quod fugerat: si non fuit, [1] convictum est, & nunc cœpit: si fuit, aut contentione siluit, aut cognitionis & veritatis sententia fugatum est: forte tunc tu patrone dogmatis non solum in vita, sed episcopus fuisti: tacuisti & tu, & socii & discipuli, & condoctores, & toto tempore postea, usquequo Imperator Romæ fuit, præsens audisti multa contraria, conviva exsistens istorum hominum quos nunc anathematizas: iratus vel

A quod sine te fidem scripserunt. An coactus a magistris legatus venisti in defensionem proditionis? Sed quid differt, sive triginta, sive septuaginta, sive amplius, & sive sæpius eadem fides in destructionem aliarum αἱρέσεων effecta est? una cum sit, & ab uno incipiens, & operata usque nunc. Tu autem scribis ista & dicis: quæ Samosatenus Paullus, & Marcellus, & Photinus, & nunc Valens & Ursacius, & alii istiusmodi in hæresi religiosi inventi destructi sunt. Numquid ὁμοούσιον dicentes? Non. Quomodo autem blasphemantes? Samosatenus sicuti Arius: ex nihilo, & quod fuit quando non fuit, quod factura filius, & omnino omnimodis dissimilis patri. Quid Marcellus & Photinus?
B Tantum hominem ex homine Jesum, & esse Triadem extra Jesum. Et nunc Valens, & Ursacius reliquiæ Arii. Propria ergo blasphemia, propter quam ejecti sunt. Tum autem idcirco vicisti eos, quod ὁμοούσιον dicis, non enim dixerunt ὁμοούσιον: & sic victi sunt.

XXIX. Videamus ergo etiam & hoc quod dicis, & quomodo dicis: sic sapiunt & Afri, & Orientales omnes; quare igitur scribis ad illos, ut ejiciant a sancta Ecclesia ὁμοούσιον? Dicunt ergo istud: Non oportuit ad eos scribi: si oportuit scribi, oportuit & persuadere illis, non solum jussione, sed rationibus & sacris scripturis: debeas enim non solum
C ὁμοούσιον destruere, sed & ὁμοούσιον adstruere. Nunc autem supra infra in ὁμοουσίῳ perversionem nihil aliud dicis, quam quod istud dicentes necesse sit confiteri substantiam præexsistere, & sic explosum patrem & filium esse. Primum non est necesse: Deus enim & substantia, & substantiæ caussa est, & omnibus quæ sunt præexsistit, & universæ exsistentialitati, & universæ essentialitati: Ab ipso enim omnia & ea quæ sunt, & nomina. Ex isto igitur Deo, substantiæ principium qui est, & ideo qui sit substantia ὁμοούσιος filius in ipso & cum ipso. Quippe forma ejus qui sit & imago & character, sine quibus Deus non intelligitur nec intelligentiam ascendit: non tamen quod non sit, quod est
D simplex Deus: & non quod ista quasi aliud, quod in se ipso sint, aut ut accidentia, sed istud ipsum Deum esse: & sic esse ὁμοούσιον est quod est esse, & pater quod est esse. Quod autem sic esse filius est, Deus enim quod est esse, sic autem esse λόγος, & hoc significat semper quod dicit: [a] *Ego & pater unum sumus*. Et: [b] *Pater in me, & ego in patre*. Et: [c] *si quis me vidit, vidit & patrem*, ὁμοούσια enim. Quid ergo dicit, dicens: præexsistit substantia, ὁμοούσιον est? Quid vero si ὁμοούσιον est, non necesse est sic intelligere quod præexsistat substantia, a quo duo ista substantia similia facta sint? & secundum tuam rationem, & tu in id ipsum incurris, quod metuis in ὁμοούσιον. An
E tibi soli licet intelligere ὁμοούσιον, patre dante substantiam filio; nobis autem non est ista excogitatio ὁμοούσιον esse, patre caussa exsistente ad hoc ut sit filius, substantiam Deum esse, & tu fateris ὁμοούσιον: esse enim dicis & patrem & filium. Quis, cui similis? secundum dignitatem, & dignitatem nominum filius patri? sed tamen & pater filio: sic enim sunt omnia ad aliquid, si istud est similitudo, & dicimus ὁμοούσιον, similem esse dicimus filium patri; & quomodo accipiemus Isaiæ dictum: dicit enim: [d] *Ante me non fuit alius Deus, & post me non erit similis*.

*a* Joan. X. 30. *b* Joan. XIV. 10. *c* Ibid. ℣. 9. *d* Isa. XLIII. 10.

1. *Convictum* ...] Forte *confictum*, aut *nunc factum*.

XXX. Quid ergo λόγος? ante Deum, an post Deum, an cum Deo? si ante Deum, non ingenitus Deus, nec pater Deus, nec principium principiorum: si autem post Deum οὐχ ὅμοιος, sed similis alius Deus. Sed si istud nefas dicis, non solum potentia, dignitate, deitate, sed & substantia: quid est esse substantia simile? Ex ipsa ista substantia, secundum quod ista ipsa substantia est, idem est, non simile: simile enim qualitate efficitur, quæ similitudo colore, habitu, affectione, virtute, forma similitudo est. Jesus autem, hoc est, λόγος, imago est Dei non similitudo. Imago Dei dicitur, non enim Deus imago, sed Deus imagine & substantia Deus, non ut duo, una enim substantia, & una imago; unde unus Deus, & unus λόγος, & unus pater, unus filius, & ista unum: unum enim & istud unum, non duo: & ideo simul, & substantia ipsum quod est alterum unum, & ideo istud non alterum unum, sed magis & solum unum. Sed ista. Et rursus, quid dicimus esse substantiam, sicuti sapientes & antiqui definierunt? quod subjectum, quod est aliquid, quod est in alio non esse; Et dant differentiam exsistentiæ & substantiæ, & exsistentiam quidem & exsistentialitatem præexsistentem subsistentiam sine accidentibus, puris & solis ipsis quæ sunt in eo, quod est solam esse quod subsistat; substantiam autem subjectum cum iis omnibus quæ sunt accidentia, in ipsa separabiliter exsistentia, in usu autem accipientia & exsistentiam, & substantiam, ubicumque eodem modo esse aliquid significantes utimur istis nominibus. Sit igitur sic, sive in æternis sive in mundanis: licet enim dici sive exsistentiam, sive substantiam, sive quod est esse vere substantiam: ibi motio est, & non simpliciter motio, sed prima motio, quæ genus sit, & ipsa status, & idcirco ipsa substantia. Sed ista & longioris, & alterius quæstionis. Nunc autem fatemur, quod sit ibi substantia, quæ habet secundum proprium significatum hoc: aliquid ὂν esse; adversus autem eos qui dicunt nomen substantiæ non esse positum in sanctis scripturis. Non quidem substantiæ forte non est, denominata a substantia sunt, unde enim deductum ἐπιούσιον quam a substantia? [a] *Da panem nobis ἐπιούσιον, hodiernum.* Quoniam Jesus vita est, & corpus ipsius vita est, corpus autem panis, sicuti dictum est: Da nobis panem de cælo. Significat ἐπιούσιον ex ipsa, aut in ipsa substantia, hoc est, vitæ panem. Sic rursus & Paullus in Epistola ad Titum: [b] *populum περιούσιον*, circa substantiam, hoc est circa vitam consistentem populum, sicuti & in oblatione dicitur: *Munda tibi populum circum vitalem æmulatorem bonorum operum circa tuam substantiam venientem.* Videtur mihi idem significari in Jeremia propheta, ubi dicit: [c] *Quia quis stetit in substantia Domini, & vidit verbum ejus? quis præbuit aurem & audivit?* Et post modicum dicit: [d] *& si stetissent in substantia*, sed in substantia substantia scribunt, non insubstantia. Sed si quis intellectum certe intelligit, nihil aliud invenit, nisi istud: Si quis in eo quod Dei est esse steterit, hoc est in substantia, quod in ipsa ὁμοούσιος filius, statim λόγον ejus videt; debemus enim quod ulterius non est, interius aliquid stare facere, τὸν νοῦν insubstantia substantia Dei, hoc est in substantia, & statim comprehendimus & Deum, & λόγον, ὁμοούσιον enim, & simul ambo unum.

XXXI. Sed videris. Supponamus dicere substantiam Dei id illud quod est esse; & τοῦ θεοῦ quod est esse, esse Deum, & pietas, & confessio: quæ igitur substantia Dei? Si substantia dicitur in mundanis, ut animal, ut homo, necesse est dicere in æternis substantiam esse Deum, sed vides ipsum Deum juxta illud esse, quod dicimus, aut lumen, aut spiritum, aut ipsum esse, aut potentiam ejus quod est esse, aut intelligentiam universalem, aut potentiam universalis intelligentiæ, aut universalis vitæ vel actionis, aut aliorum istiusmodi in quo sit, fontem esse omnium eorum quæ vere sunt, aut quæ sunt. Sed dicunt scripturæ lumen esse Deum, spiritum esse: hæc autem substantiam significant, non enim accidens; cui primo quod est esse accidit, si istud accidens? Sed nulli: Impossibile enim ultra esse aliquid supra quod est esse. Ergo substantia, juxta quod est esse lumen, & spiritus, quod est simplex & incompositum, quæ ibi & idem lumen & spiritus: est autem lumini & spiritui imago, non a necessitate naturæ, sed voluntate magnitudinis patris: ipse enim se ipsum circumterminavit. Et idcirco dicitur, tu te ipsum intelligis, sed & filio intelligibilis, filius ergo in patre imago, & forma, & λόγος, & voluntas patris, juxta quod voluntas patris, alteri juxta quod voluntas patris filius. Omnis enim voluntas progenies est, juxta quod universalis voluntas, unigenitus, semel enim totius plenitudinis λόγος prosiliit e potentia Dei: ista potentia λόγος exsistens genuit λόγον, hoc est, in manifestationem & operationem adduxit. Sic igitur voluntate patris, voluntas apparuit ipse λόγος filius: est igitur Dei voluntas λόγος cum ipso qui semper est, & ad ipsum ipsa voluntas filiatio est: pater ergo, cujus est voluntas, filius autem voluntas est, & voluntas ipse est λόγος: λόγος ergo filius. Non enim λόγος locutio quædam est, sed potentia ad creandum aliquid, confabulans iis quibus futurum est esse secundum ὀντότητα virtutem unicuique propriam substantiam, & ipse λόγος forma, quæ cognoscentia est Dei: per λόγον enim solum cognoscentia efficitur. Propter quod dictum est λόγον esse ad Deum, & est λόγος verbum, lumen a lumine, aut spiritus a spiritu, & substantia a substantia, non prima & secunda secundum tempus, sed secundum quod caussa est alii, ut sit potentia: semper simul, non enim abscissa est effulgentia luminis, sed semper in lumine est, & ipse lumen exsistens operatur omnia λόγος exsistens, a se movens, & quæ semper movens, copiam habens: illud Patris omnipotentem esse.

XXXII. Quæ igitur heic similitudo, quæ consilio ut efficiatur & generetur, ut dicis, ad generationem filii? A se movens pater a se se generans filius; sed potentia patris se se generans filius: voluntas enim filius, unde enim si ipsa voluntas non est a se se generans, nec voluntas est: sed quoniam Dei est voluntas, equidem ipsa quæ sit generans, generatur in Deo. Et ideo Deus pater, voluntas filius, unum utrumque, magis autem & unum, & solum unum non counitione, sed simplicitate: progressa quidem voluntate in potentiam actuosam, non abscedente tamen a substantia propria & eadem motione: Ista enim tria ibi unum sunt, substantia, motio, voluntas. Substantia pater, juxta id ipsum motio & voluntas: rursus filius motio & voluntas, & juxta id ipsum & substantia, & hoc est ὁμοούσιον. Habeamus exempli

[a] Matth. VI. 11. [b] Tit. II. 14. [c] Jer. XXIII. 18. sec. LXX. [d] Ibid. ℣. 22.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

gratia istud quod ego nunc dico: sic enim nunc oportet dicere, quoniam multi in anima corpus esse dicunt, sed nunc secundum dicendi usum anima sit in corpore. Anima in humano corpore est; in eo quod anima est, substantia est, sicuti vel hyle, vel corpus. Istæ enim mundanis duæ substantiæ. Et sicuti hyle formam habet, hoc est speciem, ut est corpus, aut aliud aliquid; unum quidem ὑλικῶς est in molem concretum. Necesse est enim aliquid quamdam quantitatem esse: quantumcumque igitur est quod est hylicum: Sic enim quantitate definitur hyle, ut subsistat, & substantia fiat, jam aliquid exsistens. Isto modo & anima, substantia incorporalis quæ sit, definitionem & imaginem habet: vitalem potentiam & intelligentialem, bipotens enim, & gemini luminis: etenim & vivificat vitam dans animalibus, & habet coinquinatum τὸν νοῦν, & ὁμοούσιον, & idcirco ὁμοούσια omnia; simul enim substantia & motus id ipsum cum sit, secundum subjectum anima, juxta quod vivit & vivificat: & juxta quod intelligit, & intelligentia est una motione, ut una ipsa cum sit, quæ species est ipsius, definitur enim motione, & exsistit unum ὄν, duplici potentia in uno motu exsistente: vitæ & intelligentiæ: impassionabiliter quidem ista, in actione duo, in una motione, id est, quod generatur, & Filius unigenitus animæ ipse vita, ipse νοῦς exsistens, & prima potentia cum eo quod ei esse vita est: quo enim est, hoc est quod est vita: illud enim esse isti ipsi quod substantia est, & vita est, & supra vitam est; non enim aliud vivificat, neque semet ipsum: non enim ab alio quasi aliud accipit, hoc enim ipsius quod est esse, ipsi est moveri, & motionem esse; & quod est motio, hoc vita est; & quod vita est, hoc est intelligentia. Ista enim substantialia dico, motiones, vitam, intelligentiam, nullam dicens sensibilium motionum nec in locum transitum: duo ergo hæc, vita & intelligentia, ὁμοούσια sunt ei quod est esse, hoc est, animæ. Quæ duo una est motio, quæ quidem prima potentia vitæ est, forma enim eo quod est esse, vita est. Definit enim infinitum esse, quod est prima potentia motionis, secunda autem potentia ipsa motio; quoniam quod definitur, & intelligentia comprehenditur a vita, innata intelligentia substantiaque sit, juxta quod est intelligentia & subsistens, & per semet ipsam deducta a substantia vitæ. Unum hæc duo, & unum juxta motum filius est, unigenitus animæ, nihil passionis patientis juxta quod animæ est: hoc autem est vel mater, vel pater unigeniti filii, motione in duplicem potentiam procedente, quæ sola patitur: motio enim passio, & motione passio, in motione enim motio & status: statum autem esse in motione passio est, & in motione esse a statu est passio, ergo & motio: motione igitur omnis passio. Hæc autem duplex, secundum vitam & intelligentiam: secundum vitam quidem passio, quod adhuc indiget alterius quod vult vivefacere; & ideo juxta quod ejus est particeps, & alias patitur passiones usque in mortem. Secundum autem intelligentiam, quoniam & ista indigens est ejus quod intelligibile est, ut intelligentia subsistat; magis passiones & infirmitates incurrit, & volvitur insensibilibus, & per phantasiam in falsam subsistentiam circumducitur. Istis igitur exsistentibus, ista patientibus, manet anima juxta substantiam, custodiens in semine motionis potentiam vitæ & intelligentiæ, qua semper manente vita & intelligentia accenditur, magis autem erigit, si in fontanam vitam, hoc est, in Christum, & fontanam intelligentiam, hoc est, in sanctum Spiritum resurgit resuscitata anima.

XXXIII. Sed ista sicut in similitudine. De Deo enim, & de λόγῳ, hoc est, Filio Jesu Christo, & Spiritu sancto diviniore intelligentia utentes, suscipiamus istorum ὁμοούσιον unitatem. Primum inquirendum, si idem est Deus, & Deo esse, an aliud aliquid? Si idem, jam & esse est, & agere: Si autem aliud Deo esse, aliud Deum esse, præexsistentiale est Deo esse, quippe in potentia exsistens ad id quod est esse, quod vere magis id est quod est esse: potentia enim omnia præexsistens & principium, & ante est quam vere ὄν. Sed istud beate, in quiete esse æstimant omnino omnimodis: in motu solum quod caussa sit omnibus in qualicumque motione exsistentibus. Et dicunt istud prænoscentia concipi, quæ ipsa per semet nihil est, sed conceptione quod præexsistit suscipitur. Sed scriptura, & omnis intelligentia istum Deum & esse dicit, & ante ipsum nihil esse, qui & id est quod est esse, & id quod operari. Istum Deum confitemur & colimus, principium omnium quæ sunt: actione enim sunt; quæ sunt: ante enim actionem nondum sunt; actuosum enim Deum accipimus, sicut in principio fecit Deus cælum & terram, & fecit Angelos, hominem, & omnia in cælis & in terra. Iste igitur verus Deus & solus Deus, quia & potentia & actione Deus, sed in æterna: ut Christus & potentia & actione, sed jam foris & aperta. Pater igitur Deus prima actio, & prima exsistentia & substantia, & principale τὸ ὄν, actione a se sua se se qui generet sine principio, semper exsistens a se, exsistens infinitus, omnimodis perfectus, omnipotens, immutabilis, semper sic & eodem modo exsistens, substantialis in semet ipso: λόγος exsistens ad id ut sint omnia, non ut aliud aliquid, aut ut alterum, sed simul simplicitate coexsistens, & unitione unum est: hoc enim quod λόγος est, id ipsum est quod est esse, & ipso quod est esse, λόγος est: ipse enim λόγος Deus est, unum ergo & ὁμοούσιον: non enim sine actione Deus, sed operatur Deus, sicuti dictum.

XXXIV. Substantia autem Dei imago est, actio, filiusque est; per quam intelligitur, & quod sit declaratur: [a] *Qui me vidit, vidit & Patrem.* Et ipsa substantia exsistens, habens esse, & a se. Quoniam autem caussa ipsi est id in quo est, imago ipsa filius est ejus, in quo est ineffabili generatione, & maxime ingenerabili generatione, aut magis semper generante generatione: quod & Alexander dixit. Et dicitur semper pater, semper filius simul exsistens. Ergo & semper consubstantialis coexsistens, unum exsistens, in patre filius est; cum autem operatur, procedit: cum procedit, in filio est pater. Quomodo autem istud dicimus? Deus & λόγος unum est & unitum, & idcirco ὁμοούσιον, sed quod Deus, juxta quod Deus est, ejus quod & esse potentia est, & omnium quæ sunt, ad id quod est esse, caussa est λόγος juxta quod est: λόγος paterna est potentia, ad subsistere facere ipsum quod est esse: principale ipsum quod est esse, & principium, & perfectio. Ab eo enim quod est esse universale, & supra universale omne universale esse, & juxta genera, & juxta species esse, & individua, quod est esse illis habet. Si igitur λόγος habet esse, est enim λόγος id ipsum quod est esse ipsi & λόγος, ergo ex illo quod est

[a] Joan. XIV. 9.

supra universale esse, esse est: sed universale quod est esse λόγος est: Deus autem id quod est supra universale esse, filius autem quod est universale esse: pater ergo supra universale quod est esse, ὁμοούσιον ergo in eo quod est esse, ad id quod est esse, & quod supra universale ad universale: hoc autem & progressio est; ab eo enim quod est supra universale, universale egreditur, & magis certe intelligenti & egreditur, & manet, non enim derelinquitur universale. Ergo & subsistit per semet ipsum quod est universale & intus est in eo quod est supra universale: connexum ergo est, & inseparatum est; & istud luminis refulgentia dicitur, omnia luminis habens, sed non accipiens, neque enata, sed connaturalis, ὁμοούσιος semper existens. Non igitur motu locali, neque immutatione: immutabilis enim pater, & immutabilis filius, & semper pater, semper filius, etiamsi filius credatur in patre imago exsistens, & ejus quod esse forma, sicut dictum est, sive juxta progressum refulgentia luminis filius est. Iis sic exsistentibus, & magis unum exsistentibus, refulgentia enim splendor luminis, & ipsa in se lumen habet a patre & in lumine est, & foris: ergo & in patre filius, & quod annexus est splendor luminis, magis ad lumen esse splendor dicitur, non in lumine; etiamsi a lumine resplendeat in lumine est, & hoc significat: [a] *In principio erat* Λόγος, & Λόγος *erat ad Deum*: ὁμοούσιον ergo & filius & pater, & semper ista, & ex æterno, & in æternum.

XXXV. Dicimus & alia. Λόγος est ad Deum, in confesso est. Quid est λόγος? per quem omnia, & in quo omnia, & in quem omnia; istum esse & Jesum in confesso est. Quod λόγος est filius Dei, filius autem Jesus de quo dicit Paullus: [b] *Qui nos eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii caritatis suæ.* Quis igitur iste filius? ipse, inquit, [c] *in quo habemus redemtionem, per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum* nostrorum. Iste quis est? qui natus est ex Maria. Quid deinde? istud solum? numquid maxime quod in eo, qui ex Maria erat? Erat & ante quam ex Maria. Quid autem inducit, [d] *qui est imago Dei?* numquid hoc solum, de Maria? non: imago enim Dei ab æterno imago. Si igitur in filio habemus spem, & ipse per sanguinem suum redemit nos: ipse autem imago est Dei; imago ergo filius est Dei. An ego dico istud? Non solus, sed & Paullus; quomodo enim dicit? [e] *Primogenitus omnis creaturæ.* Quis primogenitus? Filius. Quis filius? Filius qui ex Maria. Quis filius ex Maria? primogenitus totius creaturæ. Quis totius creaturæ primogenitus? qui imago Dei est. Necesse est enim primogenitum esse ante omnem creaturam imaginem Dei. Quis autem est imago, λόγος? Quis λόγος? qui erat in principio: Sine enim imagine Deus quomodo? Et quis λόγος? [f] *qui ad Deum erat, & per quem effecta sunt omnia, & sine quo effectum est nihil.* Quomodo imago λόγος est? & λόγος filius? & ipse qui de Maria? magis autem qui in eo qui de Maria. Ex iis manifestum, si filius Dei redemit nos per sanguinem suum, qui de Maria filius est, & ipse imago est Dei; Dei est filius: si enim totius creaturæ primogenitus, necessario filius, numquid alius? Absit: unigenitus enim Dei est filius. Necesse est ergo eumdem ipsum esse filium, & imaginem, & eum qui de Maria. Quomodo enim imago Dei filius, si non primogenitus totius creaturæ? Et quomodo imago Dei, qui Filius de Maria post omnia facta natus est? Manifestum ergo, quod ipse primogenitus. Quid vero quod natum est de Maria? non creatura est: sed si filius Dei, imago Dei ante omnem creaturam natus est, ipse est in eo, qui de Maria natus est. Manifestum igitur quod ipse unigenitus.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.




XXXVI. Post illud perspiciendum, quomodo idem ipse & imago, & filius λόγος est. In confesso est quod imago filius est. Dixit enim Paullus: filius Dei [g] *imago est Dei.* Dico ipsum esse λόγον, de quo dictum est: *In principio erat* λόγος. Dicit enim Paullus quomodo filius primogenitus totius creaturæ, quod [h] *in ipso creata sint omnia, quæ in cælis & quæ in terra, quæ visibilia & quæ invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates. Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt.* Vides quæ dixerit de filio, quod ideo primogenitus, quia omnia creata sunt ex ipso, & per ipsum, & in ipso. Tria ergo dicit, ex quibus quod dictum est, omnia per ipsum, cui datum est semper, quod confessione est τῷ λόγῳ. Si igitur Paullus filio dedit *per ipsum*; ipsum autem quod est per ipsum, dedit Joannes τῷ Λόγῳ primus Apostolus & Evangelistes: ante omnes consonant dicta. Quid erit dubitandum, ut non sit filius λόγος? Quid vero alia duo quæ dedit filio, cujus magis propria? necessario τῷ λόγῳ; potentia enim ejus, omnium quæ sunt subsistentia est. Sed si & istud, *in ipso sunt omnia*, ut dictum est, quod in ipso creata sunt omnia, & ideo in ipso omnia, quoniam efficientur omnia spiritualia, quod & Paullus significat, in consummatione mundi: [i] *Nam cum omnia illi subjecta fuerint, tunc ipse subjicietur ei, qui subjecit ei omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.* Quid istud, & quomodo posterius? Nunc quomodo spiritualia. Verum igitur quod de Maria filius est Dei, & ipse imago & ipse λόγος, & ipse ante sæcula & omnem creaturam, & quod omnis creatura per ipsum creata est, & in ipso, ex ipso, & consequenter quæ dicta sunt.

XXXVII. Quis ergo sine sensu, quis sacrilegus Arius? quis sine Deo non videt quis Jesus? & unde Filius unigenitus? Esse autem & Deum λόγον ὁμοούσιον, hoc est, & patrem & filium, ex istis manifestum: quæ dedit filio Paullus, eadem dedit & patri, tria ista cum dignitate paterne in uno, ut appareret, & divinitas una, & substantia, & potentia paterna. Ad Colossenses istud dixit de filio. Ad Romanos autem de patre eadem: [k] *Quis enim cognovit mentem Domini? aut quis consiliarius fuit ejus? aut quis prius dedit, & reddetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia.* Vides quemadmodum eadem, & sic eadem dedit, & patri & filio, in ὁμοούσιον: primum tria & tria, deinde eadem & patri, & filio: hoc autem per quem omnia & patri & filio datum est: quoniam filius λόγος, qui est omnium quæ sunt potentia actuosa, in ea quæ sunt, & quod in filio pater est, in ipso & pater actuosa potentia exsistit: simul enim & filius in patre, & pater in filio: una ergo potentia, hoc est, una substantia exsistit: ibi enim potentia, substantia: non enim aliud potentia, aliud substantia. Idem ergo ipsum est & patri & filio. Hoc autem *ex quo omnia*, & ipse filius; hoc igitur patri ut proprium: *in*

a Joan. I. 1. b Coloss. I. 13. c Ibid. ℣. 14. d Ibid. ℣. 15. e Ibid. f Joan. I. 2. 3. g Coloss. I. 15. h Ibid. ℣℣. 16-18. i I. Cor. xv. 28. k Rom. xi. 34-36.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



*quo omnia*, quod λόγος & locus eſt: factorum enim & operum per ſemet ipſum ipſe eſt receptaculum. Ibi autem exſiſtentibus omnibus quæ ſunt efficitur plenitudo: etenim & Jeſus pater eſt omnium operum, eorum quæ per ſemet ipſum. Unum ergo pater & filius. Sed quod non extrinſecus ingrediuntur opera: unde enim? nihil enim extra; in ſe ipſo ergo omnia: ipſe ergo & receptaculum & habitator. Et quoniam in filio pater, & pater habitator: proprium igitur filio *in quo omnia*, reliquum ergo hoc, & in ipſo, hoc dico eſſe commune: in conſummatione enim unum omnia, & ideo Paullus ad Corinthios dicit: [a] *Unus Deus pater ex quo omnia, & nos in ipſo; & unus eſt Dominus Jeſus, per quem omnia, & nos per ipſum.* Aut quomodo alius in ipſo? quoniam & in aliis locis ſic poſitum eſt de patre, *ex quo omnia, per quem omnia, in ipſo omnia*. De filio autem, *in quo omnia, per quem omnia, in quem omnia*: æqualia igitur omnia & filio & patri dedit Paullus: recte. Quod ὁμοούσιος pater & filius, & idcirco dictum eſt: *Tunc ipſe ſubjicietur ei, qui ſubjecit ipſi omnia, ut ſit Deus omnia in omnibus.*

XXXVIII. Vide virtutem dicentis; [1] conducit enim ὁμοούσιον: filius ſubjicit patri omnia virtute ſua, ut videtur, ſed ut eſt paterna: dicit enim: *Subjicietur ei qui ſubjecit ipſi omnia.* Cui ſubjicietur? Deo. Quis ſubjicietur? filius, cui ſubjicit omnia Deus. Actio igitur & pater & filius. Subſtantia igitur ubi? In qua actio ipſa, magiſque ſit actio, quæ eſt ſubſtantia, ὁμοούσιον ergo. Dicit Paullus & hoc, [b] *cum tradiderit regnum Deo & Patri.* Ipſe igitur nunc regnat, & ſecundum propriam actionem Chriſtus ſubjicit omnia, & inimicitias, & ipſam mortem exterminat: ipſe igitur ſubjicit, ſicuti dicit Paullus, *cum evacuaverit omnem potentiam.* Sic dicit quod filius propria virtute facit iſta. Adjicit, & iſtud: [c] *Oportet enim illum regnare.* Deus quidem rex omnium: ſed quoniam ὁμοούσιος & filius, & magis λόγος, hoc eſt, potentia & ſapientia Dei; neceſſe eſt regnare primum ſapientiam, per quam ſubjicientur omnia; λόγῳ enim & ſubſiſtunt, & ſubjicientur omnia: quoniam & dicitur, & dictum eſt, quod λόγος hoc eſt filius, ſubjicit omnia, & idcirco adjecit Paullus: [d] *Quouſque ponat inimicos omnes ejus ſub pedibus ipſius.* Quis? Cujus? manifeſte, quia filius patris. Sed quoniam in filio pater, idcirco pater filio ſubjecit omnia, & ideo maxime filius inimicos habet, non pater: & quoniam ambo, id eſt, bona ambiguitas intellectus, & idcirco ὁμοούσιοι, [e] *poſtremus inimicus evacuabitur mors*: ſi enim Jeſus vita eſt, & æterna vita, evacuabitur a vita mors: omnia igitur Jeſus, id eſt, filius ſubjicit patri. Sed quoniam ὁμοούσιος patri & ipſa ſubſtantia, & ipſa potentia, ſecundum quod primum eſt eſſe patrem, & quod eſſe primum eſt, ſecundum autem operari, vivere, intelligere, quoniam duobus cauſſa eſt quod primum; neceſſe eſt dicere patrem ſubjicere filio. Dicit ergo, *cum tradiderit regnum Deo & patri*, neceſſario filius; & *cum evacuaverit omnem principatum & potentiam*, neceſſario filius. Dicit rurſus: [f] *Cum autem omnia ſubjecta ſunt, manifeſtum quod extra ipſum qui ſubjicit ipſi omnia*: non parva intelligentia.

A XXXIX. Sed nunc dimittamus. Quid vult nos intelligere, quod Deus cauſſa qui ſit, & præpotens, & præprincipium potentiæ, ipſe fecit omnia, cum filius facit? & ſi pater in filio, & filius in patre, ipſe in filio facit, quæ filius fecit: & [g] *quæ pater facit, filius facit indifferenter*: igitur aut patri, aut filio dantur omnia; ſive operationes, ſive requies: in altero enim ad alterutrum, & nihil alterum, quod in uno alterum. Et idcirco unum ſolum, & nihil alterum, ſed ſubſiſtentia propria & pater & filius eſt; ab una ex patre ſubſtantia. Filius autem, hoc eſt, λόγος, activa potentia eſt, & quæ faciat, & quæ vivificet, & ſit intelligentialis: omnia igitur juſta & generat,
B & facit ſecundum vitam, & regenerat ſecundum intelligentiam veritatis & Dei, quam dat Jeſus omnibus λόγος cum ſit, omnium & intellectuum, & univerſaliter omnium quæ ſunt. Si igitur iſte generat, & iſte regenerat omnia, iſte ſubjicit omnia, non ſolum homines, ſed & ut dicit Paullus, omnem principatum, & omnem potentiam; numquid iſta ut homo, an ut λόγος? Etenim ipſum ſubjicere non temporis ſolum ejus ex quo de Maria filius; ſed & ante, & poſtea. Si enim diluvium factum eſt, ſi Sodoma & Gomorrha incenſa, ſi hæc & talia multa facta ſunt, ſi in præſentia prima triumphat inimicos in ſemet ipſo, ſi in ſecunda præſentia *noviſſimus inimicus evacuabitur*
C *mors*; filius λόγος facit iſta, ſed potentia paterna. Facit igitur omnia ſpiritus ſpiritualia, *tunc & ipſe ſubjicietur Deo, ſubjicienti ei omnia*: evacuatis enim omnibus, requieſcit activa potentia, & erit in ipſo Deus ſecundum quod eſt eſſe, & ſecundum quod eſt quieſcere: in aliis autem omnibus ſpiritualiter, ſecundum ſuam & potentiam, & ſubſtantiam. Et hoc eſt, [h] *ut ſit Deus omnia in omnibus*: non enim omnia in unoquoque, ſed Deo exſiſtente in omnibus, & ideo omnia erit Deus, quod omnia erunt Deo plena.

XL. Dicamus & alia: [i] *Non enim erubeſco Evangelium Dei.* Virtutem & potentiam Paullus dicit
D Chriſtum Jeſum, hoc enim Evangelium dicit & de iſto; [k] *Chriſtus* ergo *Dei & ſapientia & virtus*. Quid deinde ſapientia & virtus Dei? non ipſe Deus? Non enim ut in corporibus, aut in corporalibus, aliud eſt oculus, aliud viſio. Aut in igne, aliud ignis, aliud lumen ejus: eget enim oculus & ignis alterius alicujus, & oculus alterius luminis, ut ſit ex ipſo & in ipſo; viſio ignis & aeris, ut ſit ex ipſo lumen. Sed ſicuti viſionis potentia in ſe habet viſionem tunc foris exſiſtentem, cum operatur potentia viſionis, & generatur a potentia viſionis viſio, unigenita ea ipſa: nihil enim aliud ab ea gignitur, & ad potentiam viſionis viſio eſt, non intus ſolum, ſed & intus in potentia,
E in actione magis foris, & ideo ad potentiam, quippe viſio cum ſit, ὁμοούσιον ergo viſionis potentiæ viſio, & unum totum. Et potentia quidem quieſcit, viſio autem in motu eſt: & per viſionem omnia viſibilia fiunt, & paſſiones circa viſionem ſunt, viſionis potentia impaſſibili exſiſtente, & ſine paſſione viſionem generante. Sic igitur & virtus & ſapientia Dei ipſe Deus, eſt totum, quod ſimplex, & quod unum, & unius & ejuſdem ſubſtantiæ, & ſimul ex æterno, & ſemper, & a patre, qui ſui generator eſt exſiſtens. Sapientia igi-

a I. Cor. VIII. 6. b I. Cor. XV. 24. c Ibid. ✝ 25. d Heb. X. 13. e I. Cor. XV. 26. f Ibid. ✝ 27. g Joan. V. 19. h I. Cor. XV. 28. i Rom. I. 16. k I. Cor. I. 24.

1. *Conducit* ] Forte *concludit*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

tur & virtus operationis, hanc enim virtutem nunc significat: conjunxit enim sapientiam & virtutem. Ergo horum potentia est Deus, & ideo pater, quod ab ipso ista: gignit enim ista in actionem & impassibiliter, quod ὁμοούσια sunt potentia & actio & Deus, & Dei virtus, & sapientia: quæ cum activa sunt, juxta ea quæ foris sunt curam habentia, ad Deum sunt, semper sapientiam dantia, semper vivificantia, non Deum, sed a Deo factam per semet ipsa omnem creaturam: & si qua passio, in actione passio est. Isto modo sive λόγος est Jesus, sive lumen, sive refulgentia, sive forma, sive imago, sive virtus & sapientia, sive character, sive vita ὁμοούσιον apparebit λόγος & Deus Pater, & Filius, Spiritus, & Christus.

XLI. Adhuc inducamus eadem ipsa. Vitam dicentes Christum, quomodo ὁμοούσιος est Deo? Dicit Joannes: [a] *Quod factum est, in ipso vita erat.* Et iterum: [b] *Sicuti enim pater habet vitam in semet ipso, sic & filio dedit vitam habere in semet ipso:* Quid tam simul? Quid tam idem? Habet pater in se vitam: habet & filius in semet vitam. Quid est habere vitam in se ipso? Ipsum sibi vitam esse, non ab alio accipere vitam, sed a se ipso & aliis dare. Dicit aliquis similis substantiæ esse, non tamen ὁμοούσιον esse. Illud jam dictum, quoniam, simile substantia non dicitur: neque enim est juxta quod substantia est, magis autem si ejusdem substantiæ est, idem substantia dicitur, non simile, simile enim juxta qualitates, ut ignis substantia est, & aer secundum substantiam idem, ὕλη enim ambo: qualitatibus autem simile, aut dissimile, notione virtutum, & aliis simile. Dic & terra, & aqua gravitate & densitate, aut aliis talibus, in quibus & istud accidit, quæcumque sint similia, eadem esse dissimilia, alia & alia qualitate. Simile enim non idem, neque idem unum, sed idem geminum: unum & ista non substantia, sed numero unum. Nos nunc de substantia perquirimus, quæ in Deo, aut filio, aut ipsa est, aut eadem: aut modo quodam & ipsa & eadem. Quomodo ergo ipsa est adventante filio, & tanta faciente & in cælo & in terra, & intrante in carnem? Quomodo Jesus filius, quod significat patrem, quomodo & tres sunt substantiæ, Deus, λόγος, Spiritus sanctus: non enim oportet dicere, nec fas est dicere, unam esse substantiam, tres esse personas. Si enim ista ipsa substantia & egit omnia, & passa est, Patripassiani ergo & nos: absit. Quid igitur? eadem est, non ipsa: sed si istud, aut præexsistente substantia duo, aut ab eadem scissione, aut amissione partis ejusdem ipsa facta est eadem: neque dimissione, neque diminutione filius natus est, sed perfectus pater, & semper perfectus, & semper pater: perfectus filius, & semper perfectus, & ex æterno & in æternum filius. Quomodo igitur eadem, in duobus enim quæ eadem? sed pater & filius unum, & qui pater, pater: & qui filius, filius. Et non idem pater & filius, nec idem filius pater ejus cujus filius est. Non ergo unum sunt: neque ipsa, neque eadem est substantia. Relinquitur ergo modo quodam esse & ipsam & eamdem. Non enim fas est dicere alterius esse substantiæ patrem & filium: quoniam quod sit ipsa dicemus, sive Deum & λόγον dicemus, sive Deum & Dei virtutem & sapientiam. Sive quod est esse & vitam, sive quod est esse intelligere, aut intelligentiam, sive esse & vitam intelligere, sive patrem & filium, sive lumen &

A effulgentiam, sive Deum & characterem, sive Deum & formam & imaginem, sive substantiam & speciem, sicut ibi, non ut heic, sive substantiam & motionem, sive potentiam & actionem, sive silentium & effatum ipsum substantiam esse confitendum. Deum enim quod est esse dicentes, filium vitam; quomodo separamus vitam ab eo quod est esse, sive in patre, sive in filio? Etenim pater in se ipso habet vitam, & filius, excepto quod filius a patre accepit quod habet. Pater ergo & Filius a se orti, a se potentes ad vitam, sic mihi intellige habere dicere, quomodo Evangelium, *& pater enim habet in se vitam.* Habere ergo non B quasi aliud sed ipsum est, sed in intellectu.

XLII. Ista diximus. Si igitur pater in semet ipso habet vitam, vita est, & substantia ejus vita est, & sic filius. Dicit enim: [c] *Ego sum vita:* pater ergo vita est, & filius vita. Omnis vita juxta quod vita est, motus est, vivificans quibus posse est vivificari. Et idcirco definitio animæ & vitæ ista est: quod a se movetur esse. Et ut substantia ejus istud dicitur, multo magis ergo ista in Deo & Λόγῳ. Quid ergo diximus? vita pater & substantia est, & se movens substantia, & nihil aliud se movens motio nisi vita ipsa: igitur C & substantia, & vita. Sed quoniam in motu intelligentia quasi aliud adintelligitur, & non perfecte aliud. Ipsum autem vivere ad aliud veluti mixtione in utroque alterius, juxta quod vita est, & motus est, unum est. Rursus juxta quod vita est, in ipsum aliud unum, & idcirco eadem substantia. Sed sive ipsa, sive eadem, ὁμοούσιον necessario & simul est: quoniam duo simul sunt; etenim sine altero numquam fuit alterum. Unum ergo & unum sunt ista. Hoc igitur quod est esse vitam, & per semet esse motionem, pater est: Hoc autem quod est motum esse, & per semet esse vitam, filius est. Caussa enim motionis vita. Pater ergo & magis principalis vita, motionem re- D quiescentem habens in abscondito, & intus se moventem: Filius autem in manifesto motio, & ideo filius, quoniam ab eo quod est intus processit. Magis autem motio exsistens, quod in manifesto. Isto modo & vita filius a patre vita, qui sic accipit vitam esse a præprincipali principio. Natum universale ab universali, tota ex tota, & idcirco dicit: [d] *Vivens pater misit me, & ego vivo propter ipsum.* Si igitur generans in vita, & filius secundum motionem filium, secundum autem motum vitam esse, vitam filio dante patre in motionem, generationem & simul vitam, ipse autem in semet ipso ὁμοούσιον; ergo pater & filius & unum est E semper, & ex æterno natus est, & alter in altero, & inseparabilis separatio, & in patre filius, & in filio pater, & maxime filius actio, quoniam filius cum actione vita: Pater autem secundum id quod est esse, vita; & secundum quod est vitam esse, actio. Manet igitur pater, & impassibilis manet. Operatur filius, & in manifestationem ducit. Et Deus intus operatur, exsistente actione juxta potentiam. Et in patre, & in filio juxta actionem actio est.

XLIII. Ista hujusmodi oportet revocare ad illa omnia quæ præposuimus: sive Deus est λόγος, sive lumen & effulgentia, sive silentium & effatum, sive alia quibus unum & simul & ὁμοούσιον apparet, & ingenita generatio. Ubi igitur habet locum quod simile est ὁμοούσιον, dicere? qua caussa


[a] Joan. I. 3. 4. [b] Joan. V. 26. [c] Joan. XIV. 6. [d] Joan. VI. 58.

dicitur? Semper & mysterium totum hoc est: Unus Deus, & Pater, & Filius & Spiritus sanctus unus Deus. Simile ergo quomodo unus Deus? At ὁμοούσιον necessario unus Deus. Si enim velut non simul, necessario duo; si autem simile illud alterum, necessario alterum ὁμοούσιον; ergo necessario alterius substantiæ. Isti Ariani, isti Lucianistæ, isti Eusebiani, isti Illyriciani, sed abjicientes aliqua, auferentes aliqua & mutantes, omnes diversæ opinionis hæretici. Huc accedit, si ὁμούσιον pater & filius, quomodo dicit Salvator: [a] *Ego sum veritas?* Si id quod dictum est verum est, filius cum sit veritas: minor pater, similis qui sit veritati, non veritas. Quanta blasphemia ista? Si autem veritas Deus, veritas filius, sicuti ipse filius dicit, & vere dicit, ὁμοούσιον Deus est filius: non ergo duplex, sed una semper veritas, & valde foris, & deorsum valde, quod est simile veritati, quod forte in mundo exsistat similitudo veritatis, ubi & error, & corruptio, & omnis passio. Ipsum ergo veritatem esse, substantia est; non enim aliud substantia, aliud veritas: quod enim simplex, hoc veritas, simplex Deus, simplex filius, veritas Deus, veritas filius, & Deus & filius una veritas. Veritas enim in semet ipsa veritas. Item si similis veritati est filius, id est, quod simile est ducit, quæ ducit? si autem veritas, in veritatem ducit. Sed enim ad Deum ducit, & Deus veritas, in veritatem ducit ergo. Sed impossibile, cum ipse veritas non sit, in veritatem ducere: Veritas ergo & pater, & filius, sicuti & dicitur: [b] *Quem mittit ad me pater, iste ad me veniet.* Ex istis omnibus non solum concluditur, sed manifesta efficitur confessio, extra mutationem esse motum in Deo. Non enim localis neque cum passione generatio, aut corruptione, aut augmento, vel minutione, neque aliqua immutatione; est enim movere ibi, & moveri ipsum quod est esse simul & ipsum, & simplex, & intellectu, unum in uno, sicut in potentia, & actione. Semper quidem, ὁμοούσιον in eo quod est esse, secundum autem agere ab eo quod est esse, filius, & pater. Sed sicuti dictum est, & in filio pater, & in patre filius.

XLIV. Num timor ex isto nascitur, esse nos ista dicentes quasi Patripassianos? Multum differt serpentinum dogma a veritate. Illi enim Deum solum esse dicunt, quem nos patrem dicimus, ipsum solum exsistentem & effectorem omnium, & venisse non solum in mundum, sed & in carnem, & alia omnia, quæ nos filium fecisse dicimus. Si enim dicimus patrem, patrem: & filium, filium, unum & dicentes, & ideo λόγος, id quod unum, non solum unum dicentes, sed unum & unum. Aliud autem impassibile, unum aliud passum, quomodo ergo Patripassiani sumus? Deus enim nec procedit a semet ipso, neque in manifesto actio est, neque velut in motione: quod intus motio veluti non est motio; λόγος autem qui fit in motionis potentia, magis motio & actio est, fertur potentia sua in effectionem eorum quæ sunt? quo enim λόγος, hoc caussa est eorum quæ sunt: quo autem caussa, hoc non in se manet semper, qui fit in eo quod est λόγος. Et secundum hoc est iste inversibilis & immutabilis, sed in iis quæ sunt juxta genera eorum: quæ sunt alius & alius, ipso quo universalis λόγος est, in patre manens idem ipse. Passiones igitur ubi? neque in patre, neque in filio: sed juxta quæ sunt genere suo non recipienda, virtutem totam τοῦ λόγου, quodlibet universalis: unoquoque exsistente, & illo distribuente suum proprium, ut Angelorum, Potentiarum, Thronorum, Dominationum, Potestatum, animarum, & sensibilium, & ipsius carnis. Passio igitur in istis, & juxta hæc non τοῦ λόγου, hoc est, filii. Secundum carnem ergo Salvator passus est, secundum spiritum autem quod erat, sine passione. Unde differt nostrum dogma a Patripassianis. Non enim filium esse passio est, sicuti dictum, nec facere aliquid nec loqui: divina enim potentia sine passione fiunt omnia, & ista magis sua, & substantialis, & divina motio est, non passio. Deinde de isto non fuerunt Patripassiani, sed de cruce: Quod Pater crucifixus est dicentes sacrilegi: Impassibili passiones implicantes, & non intelligentes, necessario aliquid impassibile esse, si est aliud quod patiatur. Nos tamen impassibilem & filium dicimus, juxta autem quod λόγος caro factus est, passibilem. At vero miseratio, & ira, & gaudium, & tristitia, & alia hujusmodi ibi non sunt passiones, sed natura, & substantia. Si igitur spiritus benevolentia, ipse per se optimus, quibusdam in vitam, quibusdam in mortem est; non sua natura mutatus, sed patientium materia & voluntate, signaturam immutabilem divinitas pro accipientibus aut ut oportet, aut aliter affici dicitur, vel pati: quoniam a nostris sensibus quæ divina sunt æstimamus. In sensibilibus enim juxta quod animal est animal, hoc est, anima utens corpore, vel corpus animatum, juxta sensum pati dicitur; vere autem neque per semet solius animæ sunt passiones, multo magis spiritus λόγου & Dei. Impassibilis enim divina natura est.

XLV. Discedant ergo Patripassiani, quoniam nos & patrem dicimus, & filium, ipsum solum passibilem juxta motum in hyle. Discedant Ariani, quoniam nos naturæ filium dicimus, ante omnem creaturam genitum. Discedant & ἀπὸ τοῦ ὄντος dicentes Christum esse, quod a Deo factus sit, qui Deus ὂν est. Nos enim filium dicimus naturam, & a patre ipsum esse, & in patre. Discedant Marcelli & Photini discipuli, ipsum enim Verbum dicimus in carne fuisse, non aliud Verbum esse, & aliud hominem, in quo Christum dicunt esse, sed ipsum λόγον carnem induisse. Illi enim dicunt esse & Deum, & λόγον, & Spiritum. Quartum autem filium, id est hominem, qui ex Maria, quem assumsit λόγος, & ut ministrum rexit cui homini dicunt, & sedem paratam esse. Exciderunt ergo a Trinitate. Si autem manet Trinitas sola, ipse homo & λόγος; quem λόγον, nos supra filium demonstravimus. Non autem hoc significat: & λόγος, caro factus est, corruptus λόγος in carnem conversus est; sed λόγος, per quem effecta sunt omnia, & omnia effectus, & caro factus est, ut in carne cum esset, totum hominem sua passione & morte juxta passiones corporis mercaretur. Si enim non erat ipse homo de Maria, quare exinanivit semet ipsum? Et quid est [c] *formam servi accipiens?* & quid rursus est, [d] *& λόγος caro factus est?* Discedant & Basilii, ὁμοούσιοι. Nos enim ὁμοούσιον dicimus, & veritate, & juxta Synodum in Nicæapoli. Sic enim & pater, & filius unum ambo, & semper, & simul ambo, & quoniam ὁμοούσιον. Quod autem ὁμοούσιον dicunt, & si confitentur filium a patre habere substantiam, sed aliud quidem dicunt, dicentes neque generatione filium, neque faciendo esse a Deo, sed compulsu istorum duorum,

*a* Joan. XIV. 6. *b* Joan. VI. 37. *c* Philipp. II. 7. *d* Joan. I. 14.



& generationis & faciendi, veluti lapidis & ferri, atque inde emitti flammam. Ista dicentes occulti Ariani sunt. Primum non generatione dicentes Dei filium esse, sed factura, quod dogma est Arii; factura enim est, quod a compulsu exsilit, & ex nihilo est. Non enim a ferro aut lapide flamma, quod maxime Arius insanus sapit. Etsi collisio facta est, fuit quando non fuit: & si compulsum faciendi & generatione factus est filius, præexstitit factio & generatio antequam fuisset filius. Posteriora autem ista. Quomodo ergo compulsio? Et hoc Arii: deinde quomodo ista collisio? & quorum & in quo? Numquid voluntatum in Deo concursio? Numquid passionum aut differentiarum, maxime contrariarum motionum? Et si istud passus est pater, qui est sine passione, & non ex sua substantia apparuit ei filius: collisione enim duarum aut voluntatum, aut passionum, nec voluntas facta est, nec passio, multo magis nec substantia a substantia paterna, sed extra quædam substantia, quæ ex nihilo exsisteret de λόγῳ ad patrem. Suspicari ista, impia blasphemia.

XLVI. Diximus de ὁμοούσιον, & sufficienter diximus: hoc enim nobis propositum. Quomodo autem si ὁμοούσιον, filius, & semper cum patre est, & procedit, & descendit, & ascendit, & mittitur, & facit quæ voluntatis sunt patris, & quomodo imago cum sit Dei, in dextera sedeat Dei, & quid sit dextera, & quid sedere, & quid est per quem facta sunt omnia, & quomodo omnia, & quid est quod nihil factum est sine ipso, & quomodo & ipse voluntatem habet, & quæ facit, voluntate patris facit, & quomodo perfectus, & a perfecto patre ut imperfectus & corpus accepit, & nunc corpus fert, & si sanctum spiritale, & simile eorum hominum, qui post sancti erunt, & quomodo semperque qui moveatur, & a se genitus potentia quidem patris: ista enim omnia ὁμοούσιον, definiunt. Si quis dignus sit intelligere, & in isto libro inveniet Fidem sic esse, & permittente Deo, & Jesu Christo Domino nostro, & Spiritu sancto dicimus, ne quis blasphemiter intelligens meum dogma dixerit, omnia enim a sancta scriptura & dicuntur, & sunt. Dicemus maxime illud, e quo gignuntur multæ hæreses, quod Evangelia, & Apostolus, & omnis vetus scriptura de Deo quidem dicit omnia, & de Jesu Christo, hoc est de λόγῳ incarnato, hic enim mysterium salutis nostræ egit, hic nos liberos fecit, redemit: in istum credimus secundum crucem, & juxta resurrectionem a mortuis Salvatorem nostrum, idcirco Paullus dicit: [a] *Non enim judicavi quidquam scire in vobis nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum.*


XLVII. Confitemur igitur Deum patrem omnipotentem, confitemur filium unigenitum Jesum Christum, Deum de Deo, lumen verum de vero lumine, formam Dei, qui habet substantiam de Dei substantia, naturam, generationem, filium simul cum patre consubstantiatum quod Græci ὁμοούσιον appellant, primogenitum ante constitutionem mundi, & primogenitum ante omnem creaturam, hoc est, & ante substantiam veniendi, & generationis, & revivendi, primogenitum a mortuis λόγον, qui sit omnium universalis λόγος, λόγον autem ad Deum, λόγον in postremis temporibus incarnatum, & cruce vincentem mortem & omne A peccatum, Salvatorem nostrum, judicem omnium, semper cum patre substantialem & ὁμοούσιον, potentiam activam a patria potentia, & generantem, & facientem omnia, & substantiam exsistendi omnium, & generationem, & revivifcentiam: quoniam vita est æterna, & Dei virtus, & sapientia: ipsum inversibilem, [1] immutabilem juxta quod λόγος est, & quod semper λόγος est: juxta autem quod est creare omnia, & maxime juxta in hyle actionem impassibiliter patientem. Ut fons aquarum immutabilis, impassibilis, extra omnem motionem, cum fluit, & in flumen advenit, juxta alveum & genera & qualitates terræ creditur pati, semper servans potentiam aquæ suam, & sicuti flumen irrigat terram, nullam diminutionem sentiens, B ad hoc quod est esse aquam; sic Christus ille est fluvius, de quo Propheta dicit: [b] *Qui irrigat, & infundit totam terram:* sed Christus totus omne irrigat, & visibilia & invisibilia, flumine vitæ omnium eorum quæ sunt substantia irrigat. In quo autem vita, est Christus: in quo rigat Spiritus sanctus: in quo potentia est vitalitatis, Pater & Deus: totum autem unus Deus. Confitemur ergo & Spiritum sanctum ex Deo Patre omnia habentem, τῷ λόγῳ, hoc est, Jesu. Christo tradente illi omnia, quæ Christus habet a Patre. Et isto hujusmodi modo simul confitemur esse hæc tria, ex isto quod unum, & unum Deum, ὁμοούσια ista, & semper simul & patrem, & filium, & Spiri- C tum sanctum ineffabili potentia, & ineloquibili generatione filium Dei, Jesum Christum, λόγος qui sit, & Deum, & imaginem, & formam, & characterem, & refulgentiam patris, & virtutem, & sapientiam Dei, per quæ appareat & declaratur Deus in potentia omnium, & exsistens, & manens, & agens omnia secundum actionem filii, id est, Jesu Christi, quem incarnatum, & crucifixum, & resurgentem a mortuis & ascendentem in cælos, & sedentem ad dexteram patris, & judicem futurum venire viventium & mortuorum, Patrem omnis creaturæ & Salvatorem, & voce, & toto corde confitemur semper, ἀμήν. Gratia & pax a Deo patre, & filio ejus Jesu Christo Do- D mino nostro, sic ista confitenti in omnia sæcula sæculorum.

XLVIII. Spiritus, λόγος, νοῦς, sapientia, substantia, utrum idem omnia, an altera a se invicem? Et si idem, communione quadam, an universitate? Si communione quadam, quid primum, quid ex alio, & qua communione? si universitate & ista, & quæ differentia, & quæ communio? si a se invicem altera omnimodo, altera in alia ut subjectum, alia ut accidens: an juxta alium alterum modum? Si igitur omnimodis altera, & ἑτερόνυμα, & alterius substantiæ. Sed nihil omnimodis alterius substantiæ: eorum enim quæ sunt E ὂν genus, & magis genus in eo quod est esse. Sed quoniam esse dupliciter, & ipsum τὸ ὂν dupliciter, est enim vere esse, est & solum esse. Si igitur τὸ ὄν, vere ὂν & solum ὂν ad omnia ὄντα, & solum ὂν ad solum ὄντα, sive συνωνύμως, sive ὁμωνύμως dicuntur, non omnimodis altera sunt: participatione igitur cujusdam communionis omnia quæ sunt, ad altera sunt. Etenim quod τῷ ὄντι est, hoc quod non ὂν est, opponitur, quasi contrarium secundum privationem nulla participatione ad se invicem; ergo nec alterum. Si igitur quæ sunt,

a I. Cor. II. 2. b Gen. II. 6.

1. *Immutabilem*] Al. *mutabilem*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



etiam differentia sint & altera, quadam tamen communione eadem sunt, & secundum istum modum & eadem altera sunt; & istud duobus modis sive altera in identitate, sive eadem in alteritate; sed si eadem in alteritate, magis in alteritatem vergunt: Si autem altera in identitate, maxime identitas apparet. Quid igitur istis concinat hinc perspiciendum.

XLIX. De Deo & λόγῳ, hoc est, de patre & filio Dei permissu sufficienter dictum, quoniam unum quæ duo. Dictum & de λόγῳ, hoc est de filio & de Spiritu sancto, quod in uno. Si igitur quæ duo, unum, & in uno duo; illud unum in quo sunt duo, quoniam cum illo est, & ex æterno cum ipso semper: quæ simul sunt sibi invicem eadem, duo unum sunt; necesse est igitur ista idem esse. Quomodo istud sit: Audi, ut dico. Ante omnia quæ vere sunt, unum fuit sive ipsum unum, antequam sit ei esse unum. Illud enim unum oportet dicere & intelligere, quod unam imaginationem alteritatis habet, unum solum, unum simplex, unum per concessionem, unum ante omnem exsistentiam, ante omnem exsistentialitatem, & maxime ante omnia inferiora, ante ipsum ὄν, hoc enim unum ante ὄν. Ante omnem igitur essentitatem, substantiam, subsistentiam, & adhuc omnia quæ potentiora unum, sine exsistentia, sine substantia, sine intelligentia. Supra enim hæc, immensum, invisibile, indiscernibile universaliter, & his quæ in ipso, & his quæ post ipsum, etiam quæ ex ipso. Soli autem sibi & discernibile, & definitum ipsa sua exsistentia, non actum, ut non quiddam alterum sit ab ipso consistentia, & cognoscentia sui, impartile undique, sine figura, sine qualitate, neque inqualitate: sine qualitate quale, sine colore, sine specie, sine forma, omnibus formis carens. Neque quod sit ipsa forma, qua formantur omnia, & universalium & partilium omnium quæ sunt. Prima caussa omnium principiorum, principium omnium intelligentiarum, præintelligentia omnium potentiarum, fortitudo ipsa motione celebrior, ipso statu stabilior. Motione enim ineloquibili status est, statu autem ineffabili superelativa motio est. Continuatione omni densior, distantia universa altior, definitior universo corpore, & major omni magnitudine, omni incorporali purior, omni intelligentia & corpore penetrabilior, omnium potentissimus, potentia potentiarum, omni genere, omni potentia, omni specie majus, totum vero quæ sunt omnia ipsum exsistens omni toto majus, corporali, & incorporali, omni parte magis pars inenarrabili potentia, pura, exsistens præ omnibus, quæ vere sunt.

L. Hic est Deus, hic Pater, præintelligentia, præexsistens & præexsistentia, beatitudinem suam & immobili motione semet ipsum custodiens, & propter istud non indigens aliorum, perfectus super perfectos, tripotens in unalitate, spiritus perfectus & supra spiritum. Non enim spirat, sed tantum spiritus est in eo, quod est ei esse, spiritus spirans in semet ipsum, ut sit spiritus; quoniam est spiritus inseparabilis a semet ipso, ipse sibi & locus, & habitator in semet ipso manens, solus in solo, ubique exsistens, & nusquam simplicitate, unus qui sit, tres potentias couniens exsistentiam omnem, vitam omnem & beatitudinem. Sed ista omnia & unum, & simplex unum, & maxime in potentia ejus quod est esse, hos est exsistentiæ potentia, vitæ & beatitudinis. quod enim est & exsistit potentia, quæ sit exsistentiæ, ac potentia est vitæ & beatitudinis, ipsa per semet ipsam, & ideo & λόγος sui ipsius, & vivere, & agens, habens secundum ipsam suimet ipsius inexsistentem exsistentiam, indiscernibilis spiritus counitio, divinitas, substantialitas, beatitudo, intelligentialitas, vitalitas, optimitas, & universaliter omnimodis omnia, pure ingenitum προόν, unalitas counitionis nulla counitioni. Isto igitur uno exsistente, unum proinde exsiliit unum, in substantia unum, in motu unum, & motus enim exsistentia, quoniam exsistentia motus. Istud igitur unum exsistentialiter unum, sed non ut Pater inexsistentialiter unum, qui est secundum potentiam exsistentialiter unum. Habet enim potentiam, & magis habet quod ei futurum est secundum operationem esse, & secundum veritatem non habet, sed est: quoniam potentia, coactio actuosa sit omnia, est sine molestia, & vere omnimodis non egens, quæ sit ab hoc ut sit omnia potentia: Etenim qua potens nata actio eget, agens ipsa unalitas.

LI. Igitur ista secundum istud quod esse dicimus unum, unum vita est, quæ sit motio infinita, effectrix aliorum, vel eorum quæ vere sunt, vel eorum quæ sunt, exsistens λόγος, ad id quod est esse quæ sunt, omnia a sesemet movens semper in motu, in semet ipsa habens motum, magis autem ipsa motus est: sic enim Scriptura divina dicit: [a] *quod dedit ipse pater Deus in ipso esse vitam esse*. Iste filius est λόγος, qui est ad Deum, iste per quem facta sunt omnia, iste filius & filietas tota paternitatis totius semper qui sit & filius, & ex æterno: filius autem & semet mota motione, potentia enim progrediente, & veluti immobili præexsistentia, & non mota juxta quod potentia fuit. Ista motio nusquam requiescit & a semet ipsa exsurgens, & in omne genus motus festinans: quippe vita quæ sit infinita, & ipsa in vivificatione veluti foris apparuit. Necessario igitur vita nata est, vita autem filius, vita motio, a vitali præexsistentia vita, existentia in constitutione, & apparentia omnium totorum, quæ juxta potentiam pater est, ut ab eorum quæ vere sunt intelligentia præintelligentia apparet. Ista igitur exsistentia est totius exsisteniæ vita, & juxta quod vita motus quasi femineam sortita est potentiam, hoc quod concupivit vivificare. Sed quoniam sicut demonstratum, ista motio una cum sit, & vita est sapientia, tota conversa in sapientiam, & magis in exsistentiam patriam, magis aut retro motæ motionis in patriam potentiam, & ab ipso vivificata vita recurrens in patrem, vir effecta, descensio enim vita, ascensio sapientia. Spiritus autem & ista. Spiritus igitur utraque: in uno duo, & sicut exsistente vita prima exsistentia, necessitas fuit in virginalem potentiam subintrare, & masculari virginis partu virum generari filium Dei. In prima enim motione, primam dico in apparentiam venientem, veluti defecit a potentia patris, & in cupiditate insita vivefaciendi, intus quidem exsistens vita, motione autem foris exsistens in semet ipsam recurrit: Rursus in semet ipsam conversa venit in suam patriam exsistentiam, virtute effecta & [1] perfecta in omnipotentem virtutem effectus est perfectus spiritus,

[a] Joan. V. 26.

1. *Perfecta* ] Al. *per facta*.

nutu in superiora converso, hoc est intro. Sic secundum typum oportuit ordinem esse, & cum est in corpore spiritus, hoc est, filio Christo, & quasi diminutionem pati, & a Virgine nasci, & ipsa veluti diminutione sua patria virtute, hoc est, exsistentia diviniore & prima resurgere & renovari, & reverti in patrem, hoc est, in exsistentiam & potentiam patriam.


LII. Quomodo istud est, adhuc audeo dicere, ut nostra incidentia plurima expositione manifesta fit. Ponamus intelligentiam: secundum istum modum Deus potentia est istarum trium potentiarum exsistentiæ, vitæ, beatitudinis, hoc est, ejus quod est esse, quod vivere, quod intelligere. Quod autem in unoquoque istorum tria, manifestum & quod est esse primum, & secundum quod est esse secundum ipsum vivere & intelligere, sine ulla unitione, sed simpliciter simplicitas & istud manifestum sicuti demonstratum, illud & tale quod est esse, Deum esse manifeste, sicuti demonstratum; potentia potens præstandi quod esse omnibus, non ab eo quod esse ut partem dans & paternam & effectricem potentiæ unicuique quod est esse ei proprium consistens: hoc autem per ministrantem λόγον, hoc est per vitam quæ omnibus præstat vivere, & tunc subsistit, aliquis accipiens quod est esse secundum quod est vitam accipere. Si igitur esse Dei, non ab eo quod sibi esse omnibus præstat, sed ministrante hoc quod est vitam esse; ipsum autem vitam esse in eo est quod est Dei, esse unum & idem est quiescenti, quod est esse patri, cum eo quod est esse vitæ secundum idemtitatem, motus est ex sua potentia a patria potentia dependens. Et quoniam omnis potentia naturalis est voluntas, voluit vitam movere semet ipsam, insita juxta substantiam motione impassibiliter, erecte in id quod est. Naturalis enim voluntas, non passio. Secundum igitur quod est esse Dei, in quo potentia exsistentiæ est, substantialitas patria, secundum potentiam, secundum istud esse ipsum & vita est. Si ergo movit vita semet ipsam, motio autem voluntas, patria ergo motio, & patria voluntas, quoniam patria potentia vita. Sed si secundum quod est esse vita, motio est, propria ergo motio vitæ est. Sed quoniam motio aliunde ad aliud fertur, veluti ab eo quod est intus foras, quod vita & potentia est, & natura, & voluntas: & maxime istud exsistentia ipsius, ideo effulgentia dicitur esse vel progressio, aut elevati spiritus manifestatio, operatrix in vivefaciendo id quod omne totum est essentitatis. Intus igitur exsistentis vitæ, juxta quod est motionem esse ipsam vitam, proles ejus quod est patrem esse vita est: secundum quod motio est. Sed quoniam motio juxta quod motio est, nullam elationem habens, ab eo quod est intus progressa foras est, sicut sensus ab eo qui νοῦς est, potentiam fontanam & universalem accipiens, juxta motionem & intus & foris est: motio enim νοῦς est, sic & vita juxta quod motio est, filius est factus manifesta motio a motione patria, quæ in occulto est, quæ secundum primam potentiam exsistentia est. Rursus vita secundum quod motio est, procedens a patria motione, & intus & foris est: sed enim vita motio est: vita igitur & intus & foris est, vivit igitur Deus, vivit ipsa vita, ergo & Deus & vita unum. Igitur ista duo & in unoquoque, & alterum & idem: in filio igitur pater, & in patre filius.

A LIII. Exclamat igitur veritas, quod ὁμοούσια ista secundum idemtitatem counita alteritate. Rursus si pater vita, & filius vita, quoniam filius vita cum sit secundum quod motus est, & intus & foris est, vivit Deus, vivit filius, & foris vivunt omnia ubique filio exsistente. Et quoniam in filio pater, ubique & pater. Rursus item quoniam in filio pater: cum videritis filium, & intellexeritis, videbitis & intelligetis patrem. [a] *Si quis me videt, videt & patrem*: propter hoc enim dictum est. Quoniam filius forma est patris: non autem nunc forma esse foris extra substantiam intelligitur, neque ut in nobis adjacens substantiæ facies; sed substantia quædam subsistens, in qua apparet & de-
B monstratur quod occultum & velatum est in alio. Deus autem ut velatum quiddam est: nemo enim videt Deum: forma igitur filius, in quo videtur Deus. Si enim exsistentia Deus, potentia, substantia, motus, & vita in occulto Deus velut sine forma. Ergo si manifesta vita, & manifesta juxta motus potentiam, vita juxta motum in occulto, in apparentia, in exsistente motione intelligitur, pronuntiatur, videtur. Adhuc sic quod est esse, pater: quod autem vita, filius, cum sit impossibile id quod est esse comprehendere: in occulto enim illud est, vita autem juxta quod vita est, jam & illud est esse: in vita igitur apparet quod est esse; igitur vita ejus quod est esse. Sed enim pater Deus
C quod est esse, filius autem vita, filius ergo vita patris Dei forma est, in qua speculatur potentia patria. Credendum igitur in filium Dei, ut vita in nobis fiat, quæ est & vera, & æterna vita. Si enim habebimus fidem in Christum Nazarenum, incarnatum de Maria, in filium Dei idem habebimus, qui fuit & effectus est Spiritus incarnatus. Quomodo istud audivi, dico.

LIV. Sed oportet prius videre, quomodo alia cui attribuentur patri, an filio? Dico autem Spiritum, λόγον, νοῦν, sanctum Spiritum, sapientiam, substantiam, primum pater & filius idem, filius autem & sanctus Spiritus idem: exsistentia igitur
D & vita idem; ergo exsistentia & beatitudo idem: rursus esse & vita idem, & vita & intelligere idem. Dictum de istis est in libro qui ante istum, & in aliis, quoniam in uno tria, & idcirco eadem tria: συνώνυμα ἄρα τὰ τρία, secundum nomen quod obtinet unumquidque istorum potentiam suam. Etenim quod est esse, & vita & intelligentia: sic & aliud ad alia; eadem igitur & συνώνυμα, eadem congenerata, igitur & consubstantialia ista. Sed quasi apparet alteritas quædam in istis, & maxime, idcirco eadem non ipsa; quædam enim sua potentia in occulto, & manifesta alia & sunt & intelliguntur: exsistentia autem in eadem potentia simul potentia & consubstantialia sunt, & in
E istis solis inest unum esse eadem, aliis vero ab istis in idemtitate altera esse & eadem.

LV. Nunc autem perspiciendum quid significent alia nomina in primis posita. Dico autem spiritus, λόγος, νοῦς, sanctus Spiritus, sapientia, substantia. Spiritus substantiæ nomen est vel exsistentiæ, quod quidem esse significat, & in eo quod quid est & appellatur & intelligitur. Si voles nosse quid est Deus, Spiritus ejus quod sit esse significat: ergo Deus & Spiritus quod est esse significat. Rursus quid est vita? Quod Spiritus: Spiritus ergo & vita quod est esse significat: sic & Spiritus sanctus quod est esse secundum istud ipsum nomen signifi-

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
390.



[a] Joan. XIV. 9.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



rat, cum differentia duorum primorum uno nomine nominatorum. Quæ differentia substantialis cum sit, quod est significat. Ex iis jam apparet, quoniam substantia unoquoque exsistente quod est esse significat. In istis tribus igitur spiritus substantia, ὁμοούσια ergo. Quoniam Spiritus non diviso Spiritu: quippe unus cum sit in tribus, sed naturæ, potentiæ & actionis una cum sit exsistentia patria, & ipsi quod est esse habenti tria se se generantia substantia sunt omnipotentia: neque igitur præexstitit exsistentia. Pater enim suæ ipsius substantiæ generator, & aliorum secundum verticem fontana est exsistentia: neque scissa est ipsa exsistentia: & exsistentia, & potentia in eo quod est esse, in unoquoque istorum trium juxta majestatem omnem & omnipotentiam, & omnibus modis perfectionem, quæ semet generat, ipsam se substituentem, a se se moventem, se semper moventem, consubstantialem, simul potentem ipsum hoc quod sic est esse, & ipsum quod est esse patre dante. Dicit Salvator: [a] *Omnia quæ habet pater mea sunt, & idcirco dixi: ex meo accipiet*: [b] *Non enim loquetur a semet ipso, sed quæcumque audit, loquetur*. Sanctus igitur Spiritus si loquitur, a filio loquitur; ipse autem a patre. Vox igitur, & λόγος, & Verbum, isti tres, propter quod unum tres. Sed pater quidem in silentio loquitur, filius in manifesto, & in locutione sanctus Spiritus non in manifesto loquitur, sed quæ loquitur spiritualiter loquitur.

LVI. Ista igitur tria vera lumina, magis autem unum lumen, verum unus λόγος, una vox, unum Verbum, hoc est, una potentia activa, consonat, antequam faciet esse quiddam. Animæ autem quod alia substantia sit, manifestum: Facta enim a tripotenti Spiritu, neque pure vox, neque verbum, sed sicut ἠχὼ audit ut loquatur, imago magis vocis quam vox. Et hoc est Joannis [c] *vox exclamantis in deserto: Dirigite viam Domini*: anima enim in deserto, hoc est in mundo exclamat, quoniam scit Dominum Deum & vult mundari, ut Domino fruatur Deo; & ista dicit testimonium de Deo, & præmissa est in mundum ad testimonium testimonii: testimonium enim Dei Jesus Christus, Filius ergo Dei, filius Joannes Domini. Etenim Joannes [d] *non erat lumen, sed venit ut testimonium diceret de lumine*. Verbum igitur, & vox filius est, ipse vita, ipse λόγος, ipse motus, ipse νοῦς, ipse sapientia, ipse exsistentia, & substantia prima, ipse actio potentialis, ipse ὤν, primum vero ὂν ex quo omnia ὄντα, & per quem & in quo: qui est medius in Angelo Trinitatis, patrem declarat præexsistentem, & complet sanctum Spiritum in perfectionem: ut enim dicit Paullus beatus: [e] *Evangelium virtus est Dei & sapientia*: per virtutem Filium significans, quod omnia per ipsum; verbo enim virtutis fient omnia, & sancti Spiritus sapientia perfecta fiunt omnia. Si igitur Deus ista, simul ista tria. Quoniam autem unum duo, omnia simul exsistunt in cognitione simul exsistente vita in patre, in qua est sanctus & Spiritus secundum exsistentiam, quoniam tria unum erant, & semper sunt. Si igitur æterna vita filius elucescentia est prææternæ vitæ, ipse autem vita, cognoscentia perfecta & æterna vita: Tunc enim perfecta cum cognoverit & quæ, & cujus sit, quoniam & semet ipsa & jussione patris: Tunc enim in semet exsistens, non sit infinita, salvans & salvata a semet ipsa, necesse est intelligere & dicere: quod poten- A tia Dei in ipsa est, hoc est pater in filio, ipsa autem per semet ipsam infinita fuit. Et hoc significat: [f] *& λόγος care factus est*. Infinito enim motu in inferiora vita descendit, & vivefecit corruptionem, cujus caussa universalis λόγος & potentia vitæ caro factus est, ut dixit Angelus: [g] *Spiritus sanctus adveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*. Natus est igitur Jesus Christus secundum carnem de Maria, & ex sancto Spiritu, virtute Altissimi.

LVII. Omnia igitur Christus Dominus noster, caro sanctus Spiritus, Altissimi virtus, λόγος. Ipse implevit mysterium, ut omnis vita cum carne ad- B impleta lumine æterno recurrat ab omni corruptione in cælos. Neque igitur solum caro, neque solum sanctus Spiritus, neque solum Spiritus, nec λόγος solum, sed simul omnia Dominus noster Jesus. Sanctus ergo Spiritus omnis beatitudo in prima ingenita generatione, quæ sola generatio est & dicitur, ipse pater, ipse filius fuit. Spiritu enim moto a semet ipso, hoc est vitæ perfectæ in motione exsistentis, volentis videre semet ipsam, hoc est potentiam suam, patrem scilicet, facta est ipsa manifestatio sui, quæ generatio est & dicitur, & juxta hoc foris exsistens. Omnis enim cognoscentia, secundum quod cognoscentia est, foris est ab illo quod cupit cognoscere. Foris autem dico, si- C cut in inspectione secundum quod est videre semet ipsam: quod est scire vel videre potentiam illam præexsistentem in patriam. In isto igitur sine intellectu temporis tempore, ab eo quod erat esse veluti egrediens in inspiciendum ipsum quod erat, quoniam ibi omnis motus substantia est alteritas nata, cito in idemtitatem revenit. Non enim secundum dorsum effulgentia, sed sicuti lumina, aut vultus se intuentes visione in se invicem, id ipsum unum eodem modo & perfectum substitit. Lumina autem undique ut vultus se aspicientes sunt, & dorsum non habent, & mystice dicitur Deus, secundum dorsum videtur: nulla igitur diminutione totum semper unum mansit, maxime potentificata D counitione potentia patria. Sanctus igitur Spiritus motus primus intus, quæ sit excogitatio patria, hoc est sui ipsius cognoscentia: præcognoscentiam enim cognoscentia præcedit. Juxta istum ergo cognoscentiæ modum naturalem foris effectam intelligentiam natus est filius, vita factus: non quod non fuerit vita, sed quoniam foris vita magis vita, in motu enim vita. Hic est Λόγος qui vocatur Jesus Christus, per quem effecta sunt omnia, semen omnium ad id ut sint, quippe vita qua sine, impossibile est esse aliquid in iis quæ sunt, & in iis quæ non sunt, quæ consecutiones sunt.

LVIII. Quoniam autem diximus unam motionem E & eamdem, & λόγον & sanctum Spiritum, λόγον in eo quod vita est: sanctum Spiritum quod est esse cognoscentiam, & intelligentiam esse: Quoniam quæ diximus id ipsum esse vitam & cognoscentiam: & quoniam diximus motam in prima motione intelligentiam: Iste enim ordo naturalis & divinus potentia cum sit, necesse fuit intelligentiam ad suimet ipsius cognoscentiam moveri: Natus est filius, λόγος qui sit, hoc est vita virtute patria, generante intelligentia, hoc est quod esse omnium quæ sunt, veluti æternum fontem: Non falletur ergo, si quis subintellexerit sanctum Spiritum matrem esse Jesu, & supra & deorsun, supra quidem ut dictum, deorsum autem isto modo: Necesse fuit

*a* Joan. XVI. 15. *b* Ibid. ℣. 13. *c* Matth. III. 3. *d* Joan. I. 8. *e* Rom. I. 16. *f* Joan. I. 14. *g* Luc. I. 35.

A liberationis gratia omne divinum, hoc est seminarium spirituum omnium universaliter exsistentium, & id quod est esse primum, hoc est universalem λόγον, ab inferiore hyle & corruptione omni incarnari, in mortificationem omnis corruptionis & peccati: tenebræ enim & ignoratio animæ direptæ ab hylicis potentiis eguerunt lumine æterno in auxilium ut λόγος animæ, & λόγος, carnis mysterio mortis detrusa corruptione in reviviscentiam, & animas, & carnes per sanctum Spiritum administratorem ad divinas & vivefacientes intelligentias erigerent cognoscentia, fide, amore. Respondit igitur Angelus Mariæ & dixit illi: [a] *Spiritus sanctus adveniet in te, & virtus Altissimi inumbrabit tibi*. B Hæc duo in motu, quæ sunt λόγος & sanctus Spiritus, ad id ut gravida esset Maria, ut ædificaretur caro a carne, Dei templum & domicilium advenerunt: Sanctus quidem Spiritus potentia in motu, generationis enim principium motus; virtus autem Altissimi ipse λόγος est: [b] *virtus enim & sapientia Dei λόγος Jesus*. Sed de λόγῳ, hoc est de filio, *obumbrabit tibi*, dixit. Perfectum enim, divinum & splendide ut est clarum non capit humana natura. Et hoc significat: [c] *& λόγος caro factus est*. Magis autem obumbrationem significat, quod dictum est: [d] *Exinanivit semet ipsum*.

LIX. Habemus ergo secundum ordinem præmissa Dei & patrem, & filium ὁμοούσιον, & ὁμοουσία C secundum idemtitatem in substantia. Una enim substantia Spiritus, is ipsum esse est. Ipsum esse autem & vita & intelligere est. Ista tria, in singulis quibusque, & ideo una divinitas, & unum; quod omne unus Deus, quia unum pater, filius sanctus Spiritus: secundum potentiam & actionem solum apparente alteritate. Quod Deus in potentia, & in occulto motu movet & imperat omnia, ut in silentio; λόγος autem filius, qui est Spiritus sanctus, & voce confabulatur ad generanda omnia secundum vitam, & secundum intelligentiam substituentia, ad id quod est esse omnibus. Ex iis apparet, λόγος ipse & Spiritus sanctus νοῦς & sapientia: id ipsum etenim & Paullus dixit divine: D [e] *Quis cognovit νοῦν Domini?* Et rursus de ipso: [f] *Virtus & sapientia Dei*. Salomon etiam sapientiam de ipso dicit, & multa nomina in filium revocantur, & ipsum & substantiam dicit Paullus ad Hebræos: [g] *imago substantiæ ejus*. Et item consubstantialem populum dixit & Jeremias: [h] *quia quis stetit in substantia mea, & vidit Verbum meum?* Et rursus: [i] *Si stetissent in substantia mea, & audissent verba mea*. Et Evangelium secundum Matthæum: [k] *Panem nostrum consubstantialem da nobis hodie*. In parabola Lucas: [l] *Dixit junior de filiis patri: Da mihi congruam partem substantiæ*. Et rursus: [m] *Ibi dissipavit substantiam suam*. Quod enim inde descendit, potentias suas non tenuit. E Ista animæ sunt, sed dixi istud adversum negantes οὐσίας nomen positum esse in sacris scripturis. Accedit autem, quod animam, hoc est hominem Deus fecit ad imaginem & similitudinem suam.


LX. Quid vero ista significent, audi ut dico: Summus νοῦς, & sapientia perfecta, hoc est λόγος universalis, idem ipsum enim in æterno motu, circularis motus erat a σημείῳ primo & in summo vertice circularis exsistens juxta ipsum σημεῖον, cyclica caussa inseparabiliter conversa, ut a patre, & in patrem, cum patre exsistens, incedens, simul exsistens, & in patre erat filius, & in filio pater. Prima substantia, & in substantia jam substantia, spiritalis substantia secundum νοῦν, generatrix, & effectrix substantia, præprincipium universæ intelligibilis, & intellectualis & animæ, & hylicæ universæ substantiæ in hyle. Si igitur prima motio, vita, inquam, & intelligentia: ista enim illud perfectum unum & solum. Non solum circularis motio ista, sed sphærica, & magis sphæra, & vere omnimodis perfecta sphæra. Si enim esse & vivere & intelligere, & si vita ipsum esse est & intelligentia, & summitates, & medium est in unoquoque, sic & intelligentia: unum igitur istorum tria sunt in se circulata & participantia invicem sibi. Magis autem simul exsistentia sine aliquo intervallo, sphæra est & prima, & perfecta, & ipsa sola sphæra: at vero alia juxta similitudinem sphæricam magis. Ex ista ratione necessario, & τημεῖον, potentia est, & γραμμὴ & γραμμὴν operans σημεῖον est: & a semet ipso exiens, & exiens non semper, in mansione, & in motu simul, semper simul, κύκλῳ semet circulans undique sphæram esse Deo ubique exsistente. Quippe cum sit τημεῖον a quo, & in quod omnis motio conversione reducitur, hic est Deus λόγος totus, νοῦς totus, totus sapientia, omnipotens substantia, substantia quem veremur, quem colimus, solo Spiritu videntes, ipsius nutu & voluntate in ipsum erecti gratia crucis miserante nos Domino nostro Jesu Christo: ἀμήν.

LXI. Erecta motione cyclica rectam dico, quod a σημείου in σημεῖον, hoc est a patre in patrem in apparentia istius motionis & divinitatis universæ, & τὸν λόγον, & filii exsistit jussione Dei imago juxta imaginem & simitudinem Dei imago imaginis, hoc est filii: imago enim patris filius, ut demonstratum est: hoc autem est, quoniam filius vita est, imago igitur vitæ anima effecta est. Anima autem cum suo νῷ, ab eo qui νοῦς est, potentia vitæ intellectualis est, non νοῦς est, ad νοῦν quidem respiciens quasi νοῦς est: visio enim ibi unitio est, vergens autem deorsum, & aversa a νῷ, & se & suum νοῦν trahit deorsum. Intelligens tantum effecta, non jam ut intelligibile, sed si sic perseveraverit, eorum quæ super cælum sunt mater est, lumen, non verum lumen, & quidem cum suo proprio νῷ lumen. Si vero in inferiora respicit, cum sit petulans, potentia vivificandi fit, vivere quæ faciet in mundum, & ea quæ in mundo usque ad lapidem lapidum more, ipsa etiam cum νῷ facta. Etenim cum quidem, λόγος sit anima, non λόγος: cumque in medium spirituum, & intelligibilium, & τῆς ὕλης proprio νῷ ad utraque conversa, aut divina fit, aut incorporatur: ad intelligentiam etenim suæ licentiæ est, & privatione veri luminis propter scintillam tenuem proprii τοῦ νοῦ rursum vocatur; quoniam quidem solum est, tenebrata autem deorsum dicitur. Etenim summitates τῆς ὕλης puriores animandi vim habentes, caussa sunt lumini velut in sua descenderet. Quare enim dictum est: & ista discernit, dicit aliquis, si talis est anima. Quomodo dictum est: [n] *Faciamus hominem juxta imaginem & similitudinem nostram?*

LXII. Inspiciendum prius quid est homo, denique quid imago, & quid differt imago a similitudine,

a Luc. I. 35. b I. Cor. I. 24. c Joan. I. 14. d Philipp. II. 7. e Rom. XI. 34. f I. Cor. I. 24. g Heb. I. 3. h Jer. XXIII. 18. sec. LXX. i Ibid. ℣. 22. k Matth. VI. 11. l Luc. XV. 12. m Ibid. ℣. 13. n Gen. I. 26.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.




& quomodo homo juxta imaginem & similitudinem, non imago ac similitudo effectus sit: & quid est, *ad nostram?* Dualiter enim homo, quod est in consuetudine, ex corpore & anima intelligitur. Quidam putant ex corpore & anima triplici: Quidam autem ex corpore & anima tres potentias habente. Quidam rursus dicunt ex corpore & νῷ partili, & anima & spiritu, quo consistit fluens corpus. Adhuc quidam de corpore quadripotenti quatuor elementorum & anima duplici, & duplici τῷ νῷ. Mea intelligentia hæc: Corpus enim, sicut demonstratum: accepit enim pulverem Deus & plasmavit Adam, hoc est, fabricata jam terra, summitates terræ & florem habemus principia corporis. Geminum etiam νοῦν, geminam animam declarat Evangelium κατὰ Ματθαῖον & Λουκᾶν: sic enim dicunt: [a] *Sic erit & præsentia filii hominis: Tunc duo erunt in agro; unus accipietur, & unus relinquetur: duæ molentes in pistrino, una accipietur, & una relinquetur.* Lucas autem adjecit de corpore duo, [b] *ipsa nocte erunt duo in uno lectulo, unus accipietur & alter relinquetur.* Alia autem similiter. Ergo quia in agro, λόγος duo sunt, vel νοῦς & λόγος cælestis, & alius hylicus. Et molentes duæ animæ, cælestis & hylica: & accipietur igitur cælestis νοῦς vel λόγος cælestis anima, hylicus autem λόγος, & anima relinquetur. Quomodo istud, audi. Homo ex anima & corpore consistendus. Ex corpore, quod a terra compositum, habet ergo animam terra hylicam, & factus est Adam, juxta corpus animal, sicuti est animal de aqua & terra. Alia animalia in animam vivam, sed Adam non sic, insufflavit enim Deus in faciem ejus ibi omnem potentiam sensibilem, cui adest νοῦς in discretionem sensus. Alia igitur anima divinior cum suo νῷ: sensibili enim potentiæ hylicus νοῦς est insitus, & consubstantialis hylicæ. Si igitur istud est, λόγος cælestis, hoc est νοῦς vel Spiritus divinus est in anima divina. Ipsa autem divina anima in hylico spiritu, hylicus autem spiritus in hylica anima, hylica autem anima in carnali corpore; quod oportet purgari cum tribus omnibus, ut accipiat lumen æternum, & æternam vitam: hoc autem perficit fides in Christo.

LXIII. Dicamus igitur quomodo talis anima juxta imaginem Dei, & juxta similitudinem effecta sit, & si sola anima homo, ut dicit Paullus [c], alius terrenus, alius animalis, alius spiritalis, & ista omnia in uno homine, sed maxime hominem interiorem frequenter dicit, sic enim est anima: colligit enim νοῦν, & divinam animam; & dicit cælestem hominem, reliquum autem terrenum hominem. Si istud est, anima nostra juxta imaginem est Dei, & Domini Jesu Christi. Si enim Christus vita, & λόγος est, imago est Dei, in qua imagine perspicitur pater Deus, hoc est quod est esse in vita: hoc est enim imago ut dictum est: & si est Christus vita, quod est autem vivere, hoc est λόγος ipsa autem vita, hoc est quod est esse, hoc autem quod est esse, pater est. Et si rursus ipsa

A vita hoc est quod intelligere: id autem est sanctus Spiritus, & tria ista sunt omnia, & in unoquoque tria, & unum tria & omnino ὁμοούσια. Si igitur anima, secundum quod anima est, & animæ esse est, & vivere & intelligere est: tria ergo superioris Triados anima est, ut imago imaginis. Est enim juxta quod anima est in eo quod est esse, & vitam dans, & intelligentiam, ante intelligere simul habens, ὁμοούσια in uno, & sunt singula ut sua substantia, non scissione, non divisione, non effusione, nec protensione, neque partu præcisa, sed sempiterna tria: aliud exsistens in alio exsistente, & ista substantialiter; juxta imaginem ergo. Et sicut pater esse est, filius autem B duo, sed in motu & in actu; sic anima in eo quod anima, ut potentia patria: vivificatio autem & intelligentia in motu. Ista ergo esse animæ juxta imaginem patris & filii: sic autem esse juxta similitudinem, ὁμοούσιον ergo etiam ipsa in sua unalitate, & simili substantia: in triplici potentia, ipsa generans, ergo ipsa se movens, & semper in motu in mundo motionum, fons & principium, sicuti pater & filius ipsius animæ motionis & creator, & præcaussa, & præprincipium.

LXIV. Adhuc dico in occulto mysterium magnum: sicuti divinior Trinitas unalis, secundum quod per se effulgenter fecit animam in mundo intellectibili in C substantiam & propriam substantiam, quam proprie dicimus substantiam: sic animæ trinitas unalis secunda explicavit imaginationem insensibili mundo, ipsa anima semper quæ sursum sit mundanas animas gignens, & istud ergo juxta imaginem & similitudinem. Videamus ergo si & juxta carnem quidem, & juxta carnem dicunt præ divinatione, quoniam futurum erat ut Jesus indueret carnem. Ego autem dico forte si & in isto quod λόγος, & carnis est λόγος, & Deus & corporalis, & super omne corpus dicitur: potentia enim universorum & omnium Deus, non frustra secundum imaginem corporis. Si enim futurum est nostrum corpus & carnem resurgere, & induere incorruptionem, & D fieri spiritualis caro, sicuti & Salvator noster juxta omnia & fuit, & resurrexit, & ascendit, & futurum est ut veniat: & si post resurrectionem immutabitur, accipientes spiritale indumentum, nihil impedit juxta imaginem carnis superioris τοῦ λόγου hominem factum esse. Ad istud enim testimonium dicit Propheta, dicens: [d] *Et fecit Deus hominem juxta imaginem Dei.* Si fecit Deus secundum imaginem, pater juxta filii imaginem: Si autem istud dicit, *fecit ipsum masculum & feminam*, ut prædictum est, *fecit hominem juxta imaginem Dei*; manifestum quoniam & juxta corpus & carnem valde & mystice, τῷ λόγῳ in mare & femina exsistente: quoniam ipse sibimet filius erat, in primo & secundo partu spiritaliter & carnaliter. Gratia Deo patri, & filio ejus, Domino nostro Jesu Christo, ex æterno in omnia sæcula sæculorum, Amen.

*a* Matth. XXIV. 40. 41. *b* Luc. XVII. 34. *c* I. Cor. XV. 44. *d* Gen. I. 27.



# MARII VICTORINI AFRI

## VIRI CONSULARIS,

## ADVERSUS ARIUM


## LIBER II.

I. DEum omnipotentem omnes fatemur Christum Jesum nos nunc; mox tamen fatebuntur omnes, quibus fides in Christum filium. De utroque quod sint ambo, & singuli: quippe ut pater Deus, filius Jesus Christus, tota nobis religio est, & spes tota, & in isto fides. Sed cum fatemur singulos duos, unum tamen Deum dicimus, & ambos unum Deum, quod & pater sit in filio, & filius in patre. Alii unum Deum dicunt patrem solum, filium vero hominem, sed hos nunc omittamus: Etenim Jesum filium cum dicimus & antequam de Maria nasceretur, fuisse filium confitemur. Nam si [a] *in principio fuit λόγος, & λόγος fuit ad Deum, & Deus fuit ipse λόγος, & hoc fuit in principio*, qui cum postea *λόγος caro factus est*, idem est Λόγον esse & Jesum. Si enim *in principio erat λόγος*, in principio filius, qui postea in carne Jesus, propter mysterium, quod mandato patris implevit. Fatendum est igitur a principio fuisse filium. De patris substantia, an extra dicimus? Sed istud quærendum. Num Deum non fatemur esse? Fatemur. Qui igitur esse istud ἀνούσιον dicimus, an ἐνούσιον? id est sine substantia, an substantiam? Ανούσιον inquiunt. Accipio, sed quæro ἀνούσιον quomodo, qui substantia non sit omnino? an qui supra substantiam sit, id est ὑπερούσιον? Sine substantia quis dicat, Deum qui esse fateatur? esse enim illi substantia sua, non illa nobis nota, sed ipse quod est ipsum esse, est ipse non ex substantia, sed ipsa substantia, parens omnium, a se sibi esse tribuens, prima substantia, universalis substantia, ante substantiam substantia. Per id igitur quod ὑπερούσιος est, ἀνούσιος a quibusdam dicitur, non quod sit sine substantia, quippe cum sit: veneremur ergo Deum, & esse dicamus, id est ἐνούσιον, qui constituit omnia, cælum & terram, mundum, spiritus, Angelos, animas, animalia, & hominem ad imaginem & similitudinem imaginis eorum. Quid igitur cum sit ἐνούσιος? Deus pater utique dicitur, sic fatemur, & pater Unigeniti: omnium fides ista. Num igitur fallit intelligentiam Verbum, ambiguo suo? Genuit enim vos, & de hominibus dixit Deus: si igitur significat genui & creavi, ut creaturam, & naturaliter de mea substantia genui. Quid magis unigenito? quid ei qui filius est? quid ei qui unus & solus? quid ei in quo pater est? quid ei qui in patre est? quid ei qui λόγος est, qui [b] *in principio erat, & erat apud Deum, & Deus est, & per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil*. Quid autem hoc significat, quod Christus unigenitus? Si enim Deus omnium pater est secundum creaturam, quomodo hujus unigeniti pater, si non alio modo & ex substantia, non ex nihilo? Erat autem non alia substantia ante omnia quam patris: de patris ergo substantia Christus.

II. Age: nunc esse in Christum fatemur. Quæramus eodem modo hoc, esse ἐνούσιον est, an ἀνούσιον? Jam supra dictum ἀνούσιον esse non posse cui sit esse. Quid igitur? istud esse, unde est; ἐκ τοῦ ἀνουσίου, an ἐκ τοῦ ἐνουσίου, id est, ab eo quod est esse, an ab eo quod est non esse? Deus, ut inquiunt, esse est: Christus item esse, sed cœpit tamen. Verum hoc est. Sed istud esse quod cœpit, ab eo cœpit, quod fuit aliquo modo fuisse, ut omnia divina, & a divinis orta, potentia semper sunt ac fuerunt: processus autem eorum actus est, & ex motu manifestatio, & quidem natalis? Quid enim Dei nascitur, cum Deus sit ingenitus? an illud credibile est, aut fas est dicere, ex nihilo vel natum esse Christum, quem dicimus Dei filium? qui est Dominus majestatis; & cetera quæ supra diximus & in aliis libris. Hoc vero postremo hæresis dicit, cui similis & illa est, vel quæ a Maria dicit cœpisse Christum, vel quæ non ipsum Λόγον induisse carnem, sed assumsisse hominem, ut eum ipse Λόγος regeret, atque hoc Marcellus: quod superius autem, Photinus. Excludamus igitur omnes qui hæc atque hujusmodi de Christo sentiunt: loquamur cum his, qui Christum Dei filium dicunt, & filium natum, quippe cum fateantur unigenitum, genitum utique, non factum. Parum istud est, adjiciunt, de patre filium, de Deo Deum, de vero lumine lumen verum, utique & consequentia de Spiritu, Spiritum, & in patre filium, & in filio patrem; hæc cum fateantur consilio nullo, ratione timoris potius quam veritatis. Alii substantiam heic nominandam negant, alii nominant, sed similem volunt, non eamdem dicere. Quibus illud primum perspiciendum est, quod propheta Isaias dixit: [c] *Nullus fuit ante me Deus, & post me nullus erit similis Deus*. Si filius Christus, utique post Deum Christus; nullus autem similis post Deum, Christus ergo non similis Deo. Aut si non post Deum, certe cum Deo, nam ante Deum nullo modo ὁμοούσιον. Et David sic [d] *nullus similis tibi*. Deinde, quod multis docuimus, substantia in eo quod substantia est, maxime si sit ejusdem generis, & hæc in duobus pluribusve sit, hæc eadem non similis dicitur esse substantia; ut anima substantia est, sunt licet multæ animæ, in eo quod animæ sunt, una est illis eademque substantia. Non quod præcesserit illa substantia & præexstiterit, sed simul semper exstiterit, ita & in ceteris. Quanto magis in Deo? cum ipse sit origo substantiæ, cum quo divino quodam ortu filius a patre accepta substantia, semper cum eo, & in eo, ut alter atque idem ejusdem substantiæ, nulla vel illius diminutione, vel hujus acceptione consubstantiali completiva unalitate Deus atque virtus ejus semper qui fuerit, & semper exstiterit, hoc est Deus & Λόγος, Deus & forma ejus, pater & filius, Deus & Jesus Christus, Deus & virtus & sapientia, ὁμοούσιον: ergo hoc si dictum ὁμοούσιον ut ὁμοούσιον, cum in eadem sunt specie simul exsistentes, ὁμοειδεῖς ejus-

a Joan. I. 1-3. b Ibid. c Isa. XLIII. 10. d Psalm. LXX. 19.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



dem temporis & ætatis. Heic vero ὁμονδιακὴς significat consubstantiale simul & substantiam sine composito vel discretione, sed simul semper quod sit rerum virtutibus actionibusque discretum.

III. Heic oriuntur quæstiones: Prima, quod in sacris scripturis substantiæ mentio facta non sit, & magis non ὁμοούσιον non sit lectum. Alia quod si hoc ita est, compassus est filio pater. Tertia, quod si hoc ita sit, neque pater major, neque minor filius, neque alius mittens, alius missus. Et hæc & hujuscemodi talia. Primum igitur illud de substantia videamus, non est in Deo substantia, neque in Christo: An non est lectum? si non est, ut supra diximus: quia omnino non est, sic accipimus; an quia omnino supra substantiam est, Deum non esse nobis nefas dicere: substantia est enim quod Deus est, quod spiritus, quod lumen est. Cur enim addimus & verum lumen? Etenim in divinis, & in Deo sic accipiemus substantiam, ut in hylicis corpora, & in corporalibus animum. Hæc enim est ibi substantia, esse supra substantiam: Deum esse omnes fatentur cum sit potentia substantiæ, & ideo supra substantiam atque ex hoc substantia: etenim potentiæ inest esse. Certe Deus omnipotens est, & quorum origo vel caussa est, ipse ille omnia est virtute scilicet & modo quodam, unde dictum a Paullo: [a] *Ut sit Deus omnia in omnibus:* ergo & ὂν est, & exsistens, & substantia, quæ omnia cum sit: quia parens omnium est, potentia igitur omnia est. Non dubitandum ergo dicere substantiam Dei: quia cum nos circa prima vel summa proprie verba deficiunt, non congrue demum apud nos quod convenire possit intelligentiæ aptamus; ut heic quod est, Deo esse, substanti jure dicamus. Eodem modo accipiamus Christum & esse substantiam, & de patre ejus esse substantiam, quippe cum sit & ipse lumen de lumine, Deus de Deo, Spiritus, Λόγος per quem facta sunt omnia. Et cum sit ita, ut usque ad mysterium corporale substantia sua venire voluerit, de quo dictum ab Apostolo: [b] *Et non secundum Christum: Quia in illo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* quod est οὐσιακῶς; Deus enim potentia, & Λόγος actio, in utroque utrumque: nam & potentia quod potest esse est, & quod est, potest esse. Ipsa igitur potentia actio est, & ipsa actio potentia. Actio est ergo & pater, agit & filius, agit & pater: ideo pater, quia potentia gignit actionem: & ideo filius actio; quia actio ex potentia: ergo & pater in filio, & filius in patre, sed utrumque in singulis, & idcirco unum. Duo autem, quia quo magis est, id alterum apparet: magis autem pater potentia, & actio filius; & idcirco quia magis actio, magis autem actio, quia foris actio. Hoc si ita est, & substantia pater & filius, & una substantia, & de patre substantia, & simul substantia, & semper, & ex æterno simul pater & filius, eadem simulque substantia, hoc est, ὁμοούσιον. An non est lectum in scripturis divinis? Primum qui hoc negat, rem fatetur, sed scripturæ quærit auctoritatem. Quomodo autem non iniquum est, ideo rem non admittere, quia majores omiserint, aliquo fortasse casu, vel caussa, cum ratione vincaris? Verum quid lectum negant substantiam? an de Deo & Christo substantiam? an ὁμοούσιον ipsum? De Deo & Christo substantia lecta est. De Deo lecta in propheta Hieremia: [c] *Quis stetit in substantia Domini, & vidit verbum ejus? quis præbuit aurem, & audivit?* Item paullo post: [d] *Et si stetissent in substantia, & audissent verba mea.* Item lecta substantia apud prophetam David: [e] *Et substantia mea in inferioribus terræ.* Lectum apud Paullum ad Hebræos de Christo: [f] *Qui est character substantiæ ejus.* Sunt & alia exempla, verum hæc sufficere arbitror.

IV. At enim apud Græcos posita est ὑπόστασις, non οὐσία. Videamus quid intersit. Οντα nominant Græci tam ea quæ sunt in æternis, quam ea quæ in mundo atque terrenis: in æternis igitur Deus est omnipotens, caussa omnium; & fons & origo omnium quæ sunt, id est τῶν ὄντων πάντων. Quid igitur damus Deo? hoc quod est esse, an omnibus damus esse, do, non damus? Equidem ratio sic se habet, ut primum esse sit Deus. Verum quia potest accipi esse non aperte quid sit illud esse, si jam comprehensibile erit, ὂν dicitur, id est, forma quædam in notitiam veniens, quod tale esse jam ὂν & ὕπαρξις dicitur, omnis ὕπαρξις habet quod est esse; quod autem est esse, non continuo καὶ ὕπαρξις est, neque ὄν, nisi potentialiter, non in manifesto ut ὂν dicatur; est enim ὂν figura quædam formatum illud quod est esse, quod tamen purum tunc purum intelligitur, cum intelligitur jam formatum: forma enim intellectum ingenerat, manifeste pronuntiat aliud esse formam, aliud quod formatum est. Quod autem formatum est, hoc est esse: forma vero est, quæ intelligi facit illud quod est esse. Hoc ergo quod est esse, Deo damus, formam autem Christo, quia per filium cognoscitur pater, id est, per formam, quod est esse; & heic dictum est: [g] *Qui me vidit, vidit & patrem.* Est ergo & Deus ὕπαρξις, & Christus ὕπαρξις; Ὕπαρξις enim cum forma quod est esse, & quia semper simul sunt, & forma esse est, & ipsum esse forma, unde pater in filio, & filius in patre: est enim esse & in patre, quod est potentia, quod prius est ab eo quod est forma. Est item rursus & in filio esse; sed istud, quod est esse proprium a patre habet, ut sit illi formam esse; alter ergo in altero, & ambo unum. Ergo ὂν Deus, ὂν Filius, id est enim τὸ ὂν esse cum forma: omne enim quod est ὂν esse, est cum forma: hoc & exsistentia dicitur & substantia & subsistentia, quod enim ὂν est, & exsistit & subjectum est. Hoc autem est quod est esse sine connexo ullo, quod simplex est, quod unum; manifestior igitur subsistentia est, & exsistentia est, & substantia dicitur. Si ergo dicitur de Deo subsistentia, magis de Deo dicitur substantia; & magis ista, quoniam subjectum significat, & principale quod convenit Deo. Non sit autem subjectum sicut in mundo substantia, sed quod honoratius & antiquius & secundum fontem universitatis. Verum quod est esse, quod præstat Deus his quæ sunt, ut unumquodque sit ὁμοούσιος: ergo esse formam habens, & primum solum verum: quoniam quod est illud esse purum est, hoc magis substantia est. Quoniam autem rursus & forma est esse, & ipsa substantia est, sed hoc ὑπόστασις dicitur: jam enim formatum esse substantia est, formatum autem esse est Deus, quod Deus est, & pater, sic & filius, quod Λόγος & filius. Subsistentia ergo proprie dicitur de ambobus, quod est substantia: quoniam quod est esse principale, cum forma substantia dicitur. Hæc autem & substantia di-

*a* I. Cor. xv. 28. *b* Coloss. II. 8, 9. *c* Jer. xxIII. 18. sec. LXX. *d* Ibid. ℣. 22. *e* Psalm. CXXXVIII. 15. *f* Heb. I. 3. *g* Joan. xIV. 9.

citur, & ideo dictum est, de una substantia tres A subsistentias esse, ut ipsum quod est esse subsistat tripliciter, ipse Deus, & Christus, id est, Λόγος & Spiritus sanctus. Ergo ὑπόστασις jure Deo datur jure Λόγῳ, id est, patri & filio. Id autem Latini substantiam dicunt, quia diximus & substantiam dici posse, scilicet id quod esse est, magis formatum esse. Quæ cum ita sint, lecta est ὑπόστασις, hæc autem est οὐσία, sicut probavimus.

V. Nunc videamus utrum ibi, ubi legimus, aliud significet, ὑπόστασις, quam οὐσία. Multi enim æstimant copias atque fortunas significari hoc verbo, ὑπόστασις scilicet; sed si dixit: [a] *Si stetissent in ὑποστάσει Domini, vidissent Verbum ejus*. Quod B heic intelligimus ὑπόστασιν Domini, nisi id quod est Deus? Est autem Deus spiritus, lumen, potentia, omnipotens, & hujusmodi talia. Hic qui stat & intelligit, non autem erat qui intelligit, stat ergo: intelligens autem Deum intelligit & videt Λόγον Dei filium; manifestum ergo hanc Dei esse ὑπόστασιν, quia intellecta & Verbum intelligitur, simul enim sunt, & hoc est ὁμοούσιον. Hoc & iterum dicit: *Quia si stetissent in mea ὑποστάσει, & verbum meum audissent*. Supra videre; heic autem posuit utrumque, hoc est quo intelligere. Is enim rem intelligit, qui in rei substantia stat, id est, in primo fonte rei, ut omnia quæ sunt ejus intelligat. Quid deinde? cum alibi vel C in Davide, vel in Evangelio posita est & lecta ὑπόστασις, numquid aliud quam οὐσία intelligitur? [b] *ὑπόστασίς mea*, inquit David: de Deo utique, *Ὑπόστασις mea in inferioribus terræ*. Dicit enim: occultum se nemo credat, quia utique sum & omne quod sum & substantia mea, & in inferioribus terræ: Ubique est enim Deus, vel spiritus Dei, quæ Dei substantia est.

VI. Volo nunc & illud videre in Evangelio per parabolam & exemplum positum. Dixit enim *pater familias* quidam duobus filiis [c], *ὑπόστασιν suam divisit*; utique fortunas & patrimonium intelligimus. Sed si hoc referri ad Deum oportet, erit D ὑπόστασις & heic potentia omnis & virtus. Hanc consumit unus filius qui a Deo recedit: etenim qui peregrinatur a Deo, nec spiritum Dei habet, nec lumen, nec Christum, hic apud se consumit substantiam Dei. Hæc est enim Dei ὑπόστασις, ut diximus; sive nunc heic divitias dicamus, vel patrimonium, nihil differt: sic enim dictum est ab Apostolo Paullo: [d] *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei!* Si igitur divitiæ Dei, sapientia & scientia sunt: & si sapientia & scientia ipsa virtus Dei est, virtus autem Dei Christus est, Christus autem Λόγος est; Λόγος & vere filius, filius autem in patre ipse est: ipse ergo, divitiæ patris; ipse ὑπόστασις est. Jam igitur nihil inter- E est, utrum ὑπόστασιν divitias intelligamus, an οὐσίαν, dummodo id significetur quo ipse Deus est. Ergo lectum est de Deo vel ὑπόστασις vel οὐσία: hoc autem & de Christo intelligitur. Dictum est: [e] *Ego in patre, & pater in me*. Quod quidem ideo bis dictum, quia in patre esse potuit filius, non tamen & in filio pater, sed ut plenitudo atque idem unum in singulis esset. Si autem eadem ὑπόστασις, ὁμοούσιον ergo. Eadem autem: nam Christus Deus de Deo, & lumen de lumine. Ergo ὁμοούσιον. Id autem si ex æterno & semper necessario simul, ergo vere ὁμοούσιον.

VII. At enim hoc ipsum ὁμοούσιον lectum est. Omnia enim quæ diximus lecta sunt: vobis dico, qui jam fatemini de Deo, vel quod lumen sit, vel quod spiritus. Dicitis ergo de Deo Deum, de invisibili Spiritu Spiritum, & verum lumen de vero lumine, quæ sunt ὑποστάσεις Dei. Verum cum dicitis Christum, Deum de Deo, lumen de lumine, & talia: ubi sic legistis? an vobis licet sic dicere, unde magis ὁμοούσιον probatur, nobis dicere ὁμοούσιον non licebit? Verum si ideo dicitis lumen de lumine, quia & Deus lumen dictus, & Christus lumen, & item & Pater Deus, & Christus Deus dictus; id quidem manifestum, verum de Deo non lectum, lumen de lumine; at licuit sumere. Liceat ergo de lectis non lecta componere. Ὁμοούσιον lectum negatis; sed si aliqua similia, vel similiter denominata lecta sunt, jure pari & istud denominatum accipere debemus. Dei οὐσία lumen est, hoc lumen vita est, & ista vita, ista intelligentia, hoc esse Deum, hoc esse Christum satis declaratum est. [f] Vivit pater, & ego vivo; [g] pater habet in se vitam, & filio dedit habere apud se vitam; [h] quæ habet pater, ea mihi dedit omnia. His & aliis sæpe probamus, eadem in patre esse & in filio, & quod semper & ex æterno: Et ideo ὁμοούσιον appellatum est.

VIII. Sed unde hoc verbum, audi Evangelium, audi Paullum Apostolum, audi orationem oblationis, quoniam vita est Deus; & æterna vita. Nos Christiani, id est, qui in Christum credimus, docemur in Evangelio [i] quomodo Deum patrem rogare debeamus, in qua oratione cum multa petimus, tum petimus panem, qui panis vita est, (sic enim dictum est: [k] *Hic* enim *est panis, qui de cælo descendit*.) Hanc vitam & Christi & Dei, id est, æternam quod nomine ipse dicit, ἐπιούσιον ἄρτον, ex eadem οὐσία panem, id est, de vita Dei: consubstantialem vitam. Unde enim filii Dei erimus, nisi participatione vitæ æternæ? quam nobis Christus a patre afferens dedit. Hoc ergo est, [l] δὸς ἡμῖν ἐπιούσιον ἄρτον, id est, vitam ex eadem substantia, etenim si quod accipimus, corpus Christi est, ipse autem Christus vita est, quærimus ἄρτον ἐπιούσιον, divitiæ enim in Christo corporaliter habitant; Græcum igitur Evangelium habet ἐπιούσιον, quod denominatum est a substantia, & utique Dei substantia: hoc Latini vel non intelligentes, vel non valentes exprimere non potuerunt dicere, & tantummodo *quotidianum posuerunt*, non ἐπιούσιον. Est ergo & nomen lectum, & in Deo substantia, & dici potest Græce quod etiam Latine non exprimitur; dicitur tamen Græce quia intelligitur. Ergo nos qui Christum credimus, quia ab eo vitam æternam speramus, quia ipse vita est, cum ipsum sequimur, & cum eo, & circa ipsum, & circa vitam æternam sumus, & appellamur λαὸς περιούσιος. Hinc sanctus Apostolus ad Titum Epistola sic dixit Græce: [m] ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον ζηλωτὴν καλῶν ἔργων. Latinus cum non intelligeret περιούσιον ὄχλον, περιούσιον, τὸν περιόντα, id est, circa vitam quam Christus & habet & dat, posuit *populum abundantem*. Quid meriti est ut salvetur populus quo abundat? Hoc autem rursus magna caussa & veluti necessitas, quo περιούσιος. Hinc oratio oblationis intellectu eodem precatur eum: σῶσον περιούσιον λαὸν, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων. Ergo lecta sunt omnia, denominata ab οὐσίας hinc

a Jer. xxiii. 22. sec. LXX. b Psalm. cxxxviii. 15. c Luc. xv. 12. d Rom. xi. 33. e Joan. xiv. 10. f Joan. vi. 58. g Joan. V. 26. h Joan. xvi. 15. i Matth. vi. 9. k Joan. vi. 59. l Luc. xi. 3. m Tit. II. 14.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

itaque compositum ὁμοούσιον de Deo & Christo, A quod & ab ratione non est alienum : habet enim οὐσίον, [1] quam habent superiora nomina, & eodem modo denominatum est: & hoc nomen omnes excludit hæreticos ; necessario ergo positum a majoribus. Dicendum ergo & semper tractandum est.

IX. At enim quia non intelligitur, & scandalum facit tollendum & de fide & tractatu, aut certe Latine ponendum. Non intelligitur; dicunt. Ergo nec Latine potest dici. Non intelligitur, quare vos timetis istud? qui enim oppugnant, timent tamen : si timetis; hæretici estis, hoc excluso subintrare cupitis. Num si οὐσίαν in Deo negatis, ὁμοούσιον ideo tolli vultis, quia οὐσίαν fatentur? B Ergo intelligitis & timetis. Si autem & Basilius ὁμοούσιον dicit, & hoc quoque nomen adversum vobis est, & ideo & hoc repudiatis, quia semel οὐσίαν negatis in Deo. Si autem ideo repudiatis, quia intelligitis; & ipse Basilius intelligit qui ὁμοούσιον dici vult, de quo post loquemur. Non est ὁμοούσιον nomen, quod non intelligitur. Latine, inquiunt, dicatur. Quia difficile dicitur, ideo expetitis; & si dicatur, sequimini. Magnum miraculum! verbum vos hæreticos facit, vel potius sonus verbi, quod Græce dicitur. Deinde si Latine dixero, quia Ecclesia habet Græcos, & quia omnis scriptura vel veteris testamenti & novi, & Græce & Latine scripta est, si non ponimus Græce, C interrogati a Græcis, quid respondebimus? Necessario dicendum est ὁμοούσιον: ergo ponendum. Quid autem? In scripturis non multa sunt nomina, vel Græca, vel Hebraica, aut interpretata, aut non interpretata? ut [a] Ἠλεὶ, Ἠλεὶ, λαμὰ σαβαχθανεί. Item *Golgotha*, & *Emmanuel*. Item: [b] *Si quis non amat Dominum nostrum Christum filium*, ἀνάθεμα. Sexcenta alia aut interpretata, posita tamen : aut non interpretata, & sola posita; aut *anathema*, quod non exprimitur, nec latine nec Græce, & tamen positum est, & quotidie usurpatur, sicut & *Alleluja*, & *Amen*, quæ in omni lingua incommutabiliter dicuntur. Licet igitur ponere eodem modo ὁμοούσιον. Certe D verbum cum tollendum est, aut quia obscurum est, tollitur, aut quia contrarium, aut quia minus vel plus exprimit, aut quia supervacuum est. Hoc non obscurum est; nam & nos diximus quod significet; & vos quia intelligitis, timetis : & Basilius, quia intelligit, mutat. Contrarium autem non est, nam cum de substantia jam omnes fateamur : substantia est enim Deus, Spiritus, lumen; quæ de Deo patre & Christo dicuntur. Hoc verbum ὁμοούσιον, cum de substantia dicatur, non potest esse contrarium. Sed minus aut amplius exprimitur. Corrigendum potius quam auferendum. Jam vero supervacuum quomodo? quia jam dictum, ubi dictum : an quia non utile, quod excludit hæ- E reticos maxime Arianos? Quod majoribus positum ut murus & propugnaculum? Sed nuper est positum. Quia nuper erupit venenata cohors hæreticorum, quo tamen conditum juxta veterem fidem, nam & ante tractatum, multi orbis episcopi trecenti quindecim in civitate Nicæa quam per totum orbem decretam fidem mittentes, episcoporum millia in eadem habuerunt, vel illius temporis, vel sequentium annorum. Probatum autem ab Imperatore Imperatoris nostri patre.

X. Sed Latine hoc nos dici volumus : nec hoc vobis negabitur, vos qui substantiam negatis in Deo, quamque a Basilio vincamini, & tu, Basili, qui substantiam confiteris, utrique vestris vocibus ὁμοούσιον confitemini. Nempe dicitis Deum, & eumdem dicitis lumen, eumdem spiritum. Qui dicit ista, substantiam dicit Dei. Nam qui dicit patrem vel omnipotentem, vel bonum, vel infinitum & talia, non substantiam, sed qualitatem dicit. Item filium dicitis Λόγον, lumen, spiritum; & ista substantiam significant. Rursus cum dicitis Deum, dicitis Deum de Deo, verum lumen de vero lumine: argumentum timoris Basilii tollitis, ne sit superior substantia, ex qua duo sunt. Si enim de Deo Deus, & lumen de lumine, utique patris substantia filii est : quia ipse Deus pater, ipse substantia est, de qua substantia filius Λόγος, lumen, spiritus: etenim cum dicitur filius, item Salvator, item Jesus Christus, secundum qualitatem, non secundum substantiam dicitur. Sic reliqua vel patri dantur vel filio, ergo substantiam fatemini. Vos autem certe Basilio credite, qui eadem de Deo, & de Christo dicit; lumen Deum: spiritum, λόγον, & substantiam confitetur. At enim in istis ὁμοούσιον non est: ita est, si non in ὁμοουσίῳ eamdem substantiam intelligas. Sin autem cum componitur verbum, idem in duobus vel pluribus significatur ὁμοειδής, quod eadem sit specie : & ὁμῆλιξ, quod eadem ætate, & quod ὁμώνυμος, eodem nomine, concordia ὁμονοίᾳ, eodem corde, eadem ἐννοίᾳ: ergo consubstantiale quod sit eadem substantia est. Sin autem ὁμοῦ intelligitur, erit ὁμοούσιον, Latine *simul consubstantiale*, non ab aliquo alio, sed Dei potentia ex æterno. Etenim si [c] *In principio erat* λόγος, *&* λόγος *erat ad Deum*, quoniam principium ante nihil habet: si enim habuerit, desinit esse principium : Ex æterno Deus, & ex æterno λόγος. Simul ergo ambo, & semper simul, nec aliquando alter sine altero, nec filius ex eo quod non est aliquando. Heic ergo exclusus Arius, qui protulit ἐνιότε οὐκ ἦ: sententia ejus fuit & illa, ἐξ οὐκ ὄντων esse filium, id est de nihilo. Significat ὁμοούσιον simul esse, & substantiam: Adversus utrumque sacrilegium verbi hujus potentia repugnat, quo ὁμοούσιον dicitur : sive enim ita est, ut ὁμοούσιον sit ejusdem substantiæ, ut ὁμοειδής, sicuti supra docuimus, excluditur quod dictum est, esse Christum ex nihilo : si enim Deus & Λόγος eadem substantia sunt, Deus & Λόγος non solum non ex nihilo, sed ne ex simili quidem substantia. Si vero ὁμοούσιον ex eo quod est, simul esse substantia intelligitur, hoc est simul esse substantiarum, simul Deus & λόγος, & ex æterno semper simul pater & filius.

XI. Ex hoc excluditur quod dictum est : *fuit quando non fuit*. Hoc si ita est, hoc uno, id est, ὁμοούσιος, omne venenum Ariani dogmatis internecatur. O docti episcopi! o sancti! o fidem spiritu confirmantes! o verbum, vere verbum Dei! quod Deus & λόγος ostenditur, simul ex æterno, & semper eademque substantia. Dictum igitur Latine est ὁμοούσιον : unde necessario etiam Græce ponendum atque tractandum. Sed adjiciamus etiam nunc aliquid, quo per confessionem vestram & per lectionem deificam Latine expressum ὁμοούσιον approbetur. Lectio divina dicit : pater in filio, &

a Matth. XXVII. 46. b I. Cor. XVI. 22. c Joan. I. 1.

1. Heic videtur deesse *significationem*, *denominationem*, vel quid simile.

filius in patre. Et ne parum sit ad fidem ipse Dominus noster Jesus Christus dicit: [a] *Ego in Patre & Pater in me.* Quid ergo: Hæc nomina insunt sibi invicem? an virtutes, an substantiæ, an sapientiæ & potestates? pater quo pater est, in filio esse non potest. Item filius, in patre esse non potest, sed quo virtutis substantiæ sibi est, hoc est in altero. Inde alterum in altero: unum redditur etiam subsistentibus singulis; unum tamen, quia idem in utroque intelligitur & nominatur. Ergo & pater in filio, & filius in patre. Sed isto modo. Hoc si ita est, videamus cetera. Dicitis, & recte dicitis, Jesum Christum Dominum nostrum, Deum de Deo, & lumen de lumine. Vicinum est, similiter dicere & istud. Dicamus ergo, vereque dicamus in Deo, lumen in lumine. Quod quidem ideo non & reversim dicitur, quia unum verbum est in duobus. Nam pater & filius duo sunt vocabula, & idcirco verti invicem possunt, ut & pater in filio dicatur, & filius in patre. At vero cum unum nomen in duobus dicitur, Deus in Deo, eodem modo dicetur & cum de altero dicitur, eadem ratio & cum dicitur lumen in lumine. Necessitate igitur nominis unius semel quidem dicitur, sed propter duo patrem & filium bis & intelligitur & auditur. Dicamus igitur Jesum Dei filium, Deum de Deo, lumen de lumine. Dicamus & illud, Deum in Deo, lumen in lumine. Si enim, ut fatemur omnes, & filius in patre est, & pater in filio; est autem pater & Deus, & lumen, ita tamen ut de patre filius hic sit, unde necessario & vere est dicere: & Deus in Deo, & lumen in lumine. An durum illud est? sed necessario fatendum est & sic esse & sic se habere.

XII. Quid si etiam lectum est, & ex duobus istis unum apertissime sic positum, ut a me non inventum, sed sacra lectione sit jam probatum? Hymnicus David in libro Psalmorum, qui clavis A mysteriorum omnium dicitur, sic Deo psallit: [b] *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen:* Deo dictum æstimamus, an Christo? an utrique? Quia cuicumque recte: in patre enim filius, & in filio pater. Sed si patri Deo, hoc erit illud: [c] *Si in substantia mea stetissent, & verbum meum audissent.* Si autem filio, hoc erit illud: [d] *Qui me videt, videt & patrem.* Ergo *in lumine tuo videbimus lumen.* Est igitur lumen, *in lumine tuo videbimus lumen.* Neque enim dubitandum est quando & hoc sequatur, cum illud quod eodem modo est, & re sit, & lectione probatum. Quod si ita est, colligamus omnia: jam ὁμοούσιον apparebit & Græce intelle-B ctum, & Latine pronuntiatum. Credimus in Deum patrem omnipotentem, & in filium ejus unigenitum. Verum fiat: Satis est jam de hoc. Isaias sic ita: [e] *Laboravit Ægyptus, & mercimonia Æthiopum & Sabaim. Viri altissimi in te ambulabunt, & tibi erunt servi, & retro sequentur, ligati manicis te venerabuntur, & te precabuntur, quod in te Deus est, & non est Deus extra te.* Jesum Christum Dominum nostrum, Deum de Deo, lumen de lumine: consubstantialem, simul substantialem: sic reliqua ad symbolum quæ junguntur, & ad fidem explicitum est, & absolutum ὁμοούσιον plenum est, & de eadem substantia, & in eadem substantia, & semper simul si placet Latine sic ha-C beatur. Si autem unum verbum Græcum, quod magna expressione, magnaque brevitate utrumque concludit, placet manere, de Deo & Domino nostro perseveret; ὁμοούσιον vero magis ac magis teneatur, scribatur, dicatur, tractetur, in Ecclesiis omnibus prædicetur. Hæc enim fides apud Nicæam, hæc fides Apostolorum, hæc fides catholica. Hinc Ariani, hinc hæretici vincuntur universi. Pax cum his qui ita sentiunt, a Deo patre & a Jesu Christo Domino nostro. Amen.



[a] Joan. XIV. 10. [b] Psalm. XXXV. 10. [c] Jer. XXIII. 22. sec. LXX. [d] Joan. XIV. 9. [e] Isa. XLV. 14.

# MARII VICTORINI AFRI


## VIRI CONSULARIS

## ADVERSUS ARIUM

## LIBER III.

I. ΛΟΓΟΣ vel νοῦς divinus ut sede utitur, atque ut corpore, anima cælesti; ea vero sensuali νοῦ, vel Λόγος insensuali anima, ut ipse sensualis in corpore est, & ideo in qualicumque corpore. Omne autem quod ex divinis est, ad sua quasi pars eorum est, sed ut imago, ut id in aliis & assertum est, & probatum; quippe cum in ipsis divinis Λόγος Dei imago sit: sic igitur cetera; ergo omnium divinorum. Ut enim Dei Λόγος imago est, ita τοῦ Λόγου anima quæque hoc genus ibi, cetera imagines sunt. At in natura sensuali non imagines, sed magis simulacra, ac simulamenta dicenda. Ita enim rerum progressio est, ut effulgentia luminis, imago sit luminis: unde substantia eadem est in summis & æternis, quia imago luminis, lumen est. Ut enim de Spiritu, non nisi Spiritus: & de vero, verum; & de Deo, Deus: sic D & de substantia, substantia: Spiritus enim, & verus, & Deus substantia est. Omne autem quod est unicuique suum esse, substantia est. Sed hoc esse quod dicimus, aliud intelligi debet in eo quod est esse: aliud vero in eo quod est ita esse, ut unum sit substantiæ, aliud qualitatis. Sed ista sic in sensibilibus & in mundo. At in divinis & æternis ista duo unum: omne enim quod ibi simplex, & hoc Deus quod lumen, quod optimum, quod exsistentia, quod vita, quod intelligentia: at de hoc & in aliis diximus. Omnia ergo ibi substantialiter simplicia, inconnexa, cum numero unum, nec numero unum, sed ante numerum unum, id est, ante unum quod est in numero, hoc est plane simplex, solum sine phantasia, quod alterum. Unde quod inde nascitur, imago, non scissio, nec effusio, sed effulsio: nec protensio, sed apparentia, nec

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
390.



germinatio potentiæ, quam potentiæ actio: ubi enim actio, aut unde? nisi in potentia atque ex potentia? Et quando aut ubi potentia? nisi cum actione & in actione? Non ergo alterum in altero, nec aliquando simile, quia idem semper. Et quia effulgentia declaratur lumen, vel actio declaratur potentia: idcirco, [a] *Qui me videt, videt & Patrem*. Et quia potentiam ipsam solam nemo videt, [b] *Deum nemo vidit umquam*. Et quoniam potentia cessans vita est, & cessans intelligentia, hæc autem vita & intelligentia actio est; si quis Deum viderit, moriatur necesse est: quia Dei vita & intelligentia in semet ipsa est, non in actu: omnis autem actus foris est, hoc vero est nostrum vivere, quod foris est vivere: ergo est mors Deum videre, [c] *nemo*, inquit, *umquam Deum vidit & vixit*; simili enim simile videtur. Omittenda igitur vita foris, omittenda intelligentia, si Deum videre volumus, & hoc nobis mors est.

II. Quoniam autem hæc vita & intelligentia Λόγος est, qui Christus est: per Christum & nos omnia: per ipsum est ergo Λόγος, & vita, & intelligentia. Quare? quia ista omnia motus, & adjectio est: nos ergo si sumus in Christo Domino, per Christum videmus, id est vitam veram, hoc est per imaginem veram. Et quia veram, ergo ejusdem substantiæ, quia & in actione potentia est: ibi ergo Deum videmus, & hinc illud: [d] *Qui me videt, videt Deum*. Quod vero de potentia actio, ideo de Patre Filius, ac de Spiritu Λόγος: & quia de Spiritu Spiritus, ideo de Deo Deus: ergo de substantia eadem substantia, ut supra docuimus. Potentia Deus est, id est, quod primum exsistentiæ universale est esse, quod secum, id est, in se vitam & intelligentiam habet: magis autem ipsum quod est esse, hoc est, quod vita atque intelligentia motu interiore & in se converso: est ergo motus in Deo, & ex hoc & actio, unde dictum: [e] *Amen, amen dico vobis: non potest Filius a semet ipso facere aliquid, si non viderit Patrem facientem: quæ enim ille facit, eadem & Filius facit*. Similiter ergo & Pater & facit & agit, sed intus, unde cum nullo eget extrinsecus, semper plenum, semper totum, semper beatum est. Verum quoniam vita atque intelligentia motus sunt; omnis autem vita vivificat; omne vero quod vivificatur, foris est.: itemque intelligentia quod intelligit foris est, & id quod intelligit intus, tracta & vita ex intelligentia, vel effulgente vel illuminante intelligit. Unde de Deo atque ex eadem substantia est, & substantia, & vita, & intelligentia, itemque motus cum intus in se est, idem est quod substantia: qui cum inde spectat, & ut foras emineat, id est, ut operetur atque agat, hic partus est, hic natalis. Et quia motus unus est, unigenitus filius, motus autem unus sive illa vita, sive intelligentia: etenim vitam motum esse necesse est. Vivefacit enim omnis vita, unde motus est vita, qui sive in se exsistens, atque in se conversus substantia ipse sibi est; sive foras spectat, unde magis dicitur motus: nam intus motus cessatio est, vel mota cessatio, cessansque motus: debet enim Deus utriusque, cessationis dico & motus, & parens esse, & ipsa substantia, quod societate, & quadam forma, ad utrumque fons est, est simplex ipse & unus semperque unus ac solus, & ut supra diximus, totus. Qui

A cum in cessante motu accipitur atque intelligitur, hoc est Deus, atque ipse pater est, semper atque ex æterno pater: quia semper motus ex substantia, & in substantia, vel potius ipsa substantia, qui cum foras spectat, hoc est autem foras spectare, motum vel motionem esse: quod ipsum hoc illud est se videre, se intelligere, ac nosse velle.: cum autem se videt, geminus exsistit & intelligitur videns, & quod videtur: ipse qui videt, ipsum quod videtur, quia se videt: hoc est igitur foras spectans, foris genitus vel exsistens, ut quid sit intelligat. Ergo si foris est, & si genitus, filius: & si filius, unigenitus, quia solus, qui est omnis actus, atque omnis & universalis, & unus est mo- B tus, idem autem motusque substantia: ergo & pater, & filius una eademque substantia: consubstantiale igitur, id est, ὁμοούσιον.

III. Omnia ergo filius, ut omnia pater. Sed quia potentialiter prior est substantia, quam actus ac motus: Prius autem ad vim dixi & ad caussam, quia motui caussa substantia: omnis enim motus in substantia, ergo necessario generator est pater, & item necessario omnia quæ pater habet, habet & filius: [f] *Omnia*, inquit, *quæ habet pater, mihi dedit*. Et item: [g] *Pater ut ipse habet ex se vitam, ita dedit filio ex se habere vitam*: ergo ut pater, ita filius vita est, & ex se vita. C Ipsa est enim vita, quæ sibi & aliis est vis vivendi, non aliunde vita. Igitur motus, & principalis motus, & unus motus, & a se motus, & unigenitus motus: hic est Λόγος: etenim vita est, per quem vivunt omnia. Et quia vita est, ipse est per quem sunt facta omnia, & in quem facta sunt omnia: quia purgata omnia in vitam æternam redeunt. Et omnia in ipso facta sunt, quia quæ facta sunt, in ipso vita sunt: nihil enim quod sit, cui sit esse suum, ex quo ipsi vita sit esse quod sit. Ergo in Christo facta sunt omnia, quia Christus λόγος est. Vita autem nec cœpit, quia a se sibi semper est, unde numquam definit, & infinita semper est, & per omnia, & in omnibus D usque a divinis & a supracælestibus ad usque cælestia, cælosque omnes, æthera, aera, humida atque terrena, omniaque quæ oriuntur e terra, omniaque cetera. Ergo & corpus caroque nostra habet aliquid vitale, omnisque materia animata est, ut mundus exsisteret, unde eruperunt jussu Dei animalia. In carne ergo inest vita, id est λόγος: vitæ autem inest Christus: quare λόγος caro factus est. Unde non mirum quod mysterio sumsit carnem, ut & carni & homini subveniret, sed cum carnem sumsit, universalem Λόγον carnis sumsit: nam idcirco omnis carnis potestas in carne triumphavit, & idcirco omni subvenit carni, ut dictum est in Isaia: [h] *Videbit te omnis caro salu-* E *tare Dei*. Et in libro Psalmorum. [i] *Ad te omnis caro veniet*. Item & universalem λόγον animæ: nam & animam habuisse manifestum, cum idem Salvator dixit: [k] *Tristis est anima usque ad mortem*. Et item in Psalmo: [l] *Non derelinques animam meam in inferno*. Quod autem sumserit universalem λόγον animæ, his manifestum in Ezechiele: [m] *Omnes animæ sunt meæ, ut anima patris, sic & anima filii*. Item universalis animæ λόγος & ex hoc ostenditur, quod & irascitur, cum maledicit & arbori fici, & dicit: [n] *Sodomis & Gomorrhis in illa die commodius erit quam vobis*. Sic

*a* Joan. XIV. 9. *b* Joan. I. 18. *c* Exod. XXXIII. 20. *d* Joan. XIV. 9. *e* Joan. V. 19. *f* Joan. XVI. 15. *g* Joan. V. 26. *h* Isa. XL. 5. LII. 10. Luc. III. 6. *i* Psal. LXIV. 3. *k* Matth. XXVI. 33. *l* Psal. XV. 10. *m* Exech. XVIII. 4. *n* Matth. X. 15. XI. 23.

etiam multis in locis. Item & cupit, cum dicit: [a] *Pater si fieri potest, transferatur a me hic calix.* Ibi etiam ratiocinatur: *sed fiat potius voluntas tua.* Hæc & alia multa sunt quibus ostenditur animæ λόγος universalis: assumtus ergo homo totus, & assumtus, & liberatus est: in isto enim omnia universalia fuerunt, universalis caro, anima universalis, & in crucem sublata atque purgata sunt per salutarem Deum λόγον, universalium omnium universalem: per ipsum enim omnia facta sunt, qui est Jesus Christus Deus & Salvator, & Dominus noster, Amen.


IV. Λόγος igitur quæ sunt, quæque esse possunt, quæve esse potuerunt, veluti semen ac potentia exsistendi, sapientia ac virtus omnium substantiarum de Deo ad actiones omnes, Deus potentia patris actuque, quo filius ipse cum patre unus Deus est. Etenim cum sint istæ exsistentiæ viventes intelligentesque, animadvertamus hæc tria, esse, vivere, intelligere, ita tria esse, ut unum semper sint, atque in eo quod est esse. Sed in eo quod est esse dico, quod ibi est esse: in hoc igitur esse, hoc est vivere, hoc intelligere omnia substantialiter, & unum subsistentia: vivere enim ipsum id est quod esse; neque enim ita in Deo, ut in nobis aliud est quod vivit, aliud vita quæ efficit vivere. Etenim si ponamus accipiamusque ipsum vitam esse atque exsistere, quodque ei potentiæ sit, id ipsum sit ei esse; clarum fiet unum atque idem nos accipere debere esse & vivere: hæc ratio est, visque eadem intelligentiæ est utique illi. Hoc ipsum ergo intelligere, hoc est quod est ei esse, idque esse quod est intelligere: ipsum hoc intelligere intelligentia est: esse ergo, esse & vitæ & intelligentiæ est, id est, quod vita & intelligentia: unum igitur quod vita, & idem esse quod est intelligentia. Quod si hæc in singulis atque in binis unum, sequitur ut ipsum vivere hoc sit, quod intelligere: nam si esse hoc est vivere, atque esse id quod intelligere; fit unum vivere atque intelligere, cum sit illis unum quod est esse. Huc accedit quod ipsum esse nihil est aliud quam vivere: quod enim non vivit, ipsum esse ei deperit, ut quamdiu quidque sit, hoc sit ei suum vivere, unde commoritur esse cum vita. Sed nos cum de æternis loquimur, aliud vivere accipimus: sed hoc ipsum scire quod vivas, scire porro hoc est quod intelligere: Ergo scire intelligere est, & scire quod vivas, hoc est vivere: id ergo erit intelligere quod vivere. Quod si ita est, ut unum sit vivere & intelligere, & cum unum sit esse quod est vivere atque intelligere; substantia unum, subsistentia tria sunt ista: cum enim vim ac significantiam suam habeant, atque ut dicuntur & sunt; necessario & sunt tria, & tamen unum, cum omne quod singulum est unum, tria sint, idque Græcis ita dicitur: ἐκ μιᾶς οὐσίας τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις. Hoc cum ita sit, esse ut fundamentum est reliquis: vivere enim & intelligere ut secunda & posteriora, ut natura quadam in eo quod est esse, velut inesse videantur, vel ex eo quod esse quodammodo ut exstiterint, atque in eo quod est suum esse, illud primum ac fontanum esse servaverint: numquam enim esse sine vivere atque intelligere; neque vivere atque intelligere sine eo quod est esse jam probatum est.

V. Hujus rei ad intelligentiam hoc sit exemplum. Ponamus visum vel visionem per se vi sua atque natura potentialiter exsistentem, hoc est ejus esse, potentiam habentem visivam ad videndum, quod erit jus videre: & item potentiam habentem videndo visa quæque discernere, quod est contra intelligere: hæc si potentia sunt, nihil aliud quam esse dicitur, & manent, & ut quieta sunt, atque in se conversa tantum ut sint, operantur solum visio, vel visus exsistentia, & idcirco solum esse numeranda. At cum eadem visio operatione videndi uti cœperit, quasi progressione sui visio; quasi inquam, non enim progreditur, nec a se exit, sed intentione ac vigore propriæ potestatis, quod est ei vivere omnia quæ sunt ei obvia, vel quibus incurrendo obvia conspexerit cum officio vivendi fungitur, vita ipsius visionis est, quæ motu operante vivere indicat visionem, tantum in eo quod videt puro videndi sensu non discriminante, nec dijudicante quod videt. Quod quidem nos accipimus æstimatione, ut opinemur videre solum sine intelligentia: cum autem videre, quod est vivere visioni, videre non sit, nisi capiat comprehendatque quod viderit; simul ergo est & judicare quod viderit: ergo in eo quod est videre, inest dijudicare: neque enim si viderit, quomodocumque viderit non dijudicavit illud ipsum, vel quod viderit. Ergo, ut dicimus, in eo quod est videre, est dijudicare: in eo autem quod est esse visionem, inest videre: inconnexa igitur ac magis simplicia in eo quod sunt, non aliud quam unum, visio, videre, discernere; quo pacto & in eo quod est discernere, inest videre, & in eo quod est videre, inest esse visione, atque ut vere dicam non inest, sed eo quod est visio, in eo est videre atque discernere: ita in singulis omnia, vel unumquidque omnia unum.

VI. Extolle te igitur atque erige spiritus meus, & virtute qua a Deo mihi es inspiratus, agnosce, Deum intelligere difficile, non tamen desperatum: nam ideo nosse se voluit, ideo mundum & opera sua divina constituit, ut eum per ista omnia cerneremus: λόγος certe, qui ejus filius, qui imago, qui forma est, a se ad patrem intelligendi transitum dedit. Deum igitur in qua natura, in quo genere, in qua vi, in qua potentia ponimus? intelligimus? æstimamus? vel qua phantasia intelligentiæ attingimus, atque in eum provehimur? Et cum intelligibilem esse dicimus, certe insufflatione Dei anima nobis atque ex eo pars in nobis est, quæ in nobis est maxima: attingimus igitur cum eo, quo inde sumus atque pendemus. Certe post Salvatoris adventum, cum in Salvatore ipsum Deum vidimus, cum ab eo docti atque instructi sumus, cum ab eo sanctum Spiritum intelligentiæ magistrum accepimus; quid aliud tantus intelligentiæ magister dabit, nisi Deum nosse? Deum cognoscere? Deum fateri? Et majores nostri quæsierunt quid esset, aut quis esset Deus; & his ab eo qui in ejus gremio semper est, responsum est ita: [b] *Me videtis & patrem meum quæritis, olim vobiscum sum: qui me vidit, vidit & patrem, ego in patre, & pater in me.* Ergo quid dicimus? Deum nempe Spiritum, & Spiritum vitæ: dictum enim est, vita pater est, & item Christus spiritus est. Et ipse rursus de se dixit: [c] *Ego sum vita.* Et [d] *Ut pater habet in se vitam, ita & filio dedit habere ex se vitam.* Eodem modo Spiritus sanctus Spiritus est, utique & ipse vita. Nam omnia Christus accepit a patre, [e] *& omnia*, inquit, *ei dedi.* Et item: *Quæ habet mea sunt.* Ergo habet

a Matth. XXVI. 39. b Joan. XIV. 9. 10. c Ibid. ℣. 6. d Joan. V. 26. e Joan. XVII. 7. 8. 12.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



vitam, & vitam a se esse. Quare istud? quia ubi vita est, ibi est, a se esse vitam: & si istud ita est, ibi est intelligere se vitam esse, & quid esse sit vivere: & quid esse quod vita est: conjuncta igitur omnia, & unum omnia & una substantia, & vere ὁμοούσια, vel simul, quod est ὁμοῦ, vel eademque substantia.

VII. Pater igitur esse est; hoc enim ceteris principium & primum ad phantasiam secundorum: hic Deus, is cum duobus ceteris Deus, hic unus Deus, quia quod est vivere & intelligere, hoc ipsum est quod est esse; & duobus istis quod vivere atque intelligere, ab eo provenit quod est esse. Nemo igitur separet Spiritum sanctum, & profana blasphemia esse nescio quid suspicetur, quia & ipse de patre est, quia ipse est & filius, qui de patre est: namque post id quod est esse, id est exsistentia vel substantia, vel in altius [1] metu quodam propter nota nomina conscendas, dicasque vel exsistentialitatem, vel substantialitatem, id est, ὑπαρχότητα, οὐσιότητα, ὀντότητα, omnibus his esse quod dico manens in se, suo a se motu vivificans potentia sua, qua cuncta vivificentur, & potentificantur, plena, absoluta, super omnes perfectiones omnimodis est divina perfectio. Hic est Deus supra νοῦν, supra veritatem, omnipotens potentia, & idcirco non forma; νοῦς autem, & veritas, forma, sed non ut inhærens alteri inseparabilis forma, sed ut inseparabiliter annexa ad declarationem potentiæ Dei patris eadem substantia vel imago vel forma. Illud igitur primum quod esse diximus, quod Deus est, & silentium dictum, & quies atque cessatio. Quod si ita est, potentiæ progressio, quæ non quidem progressio, sed apparentia est; & si progressio non dimittens unde progreditur, sed cum connexione progressio, magis autem apparentia: non enim fuit aliquid extra quod progressio fieret. Ubique enim Deus, & omnia Deus: ergo potentiæ progressio actus exstitit: is actus, si silentium Deus est, Verbum dicitur: [2] sed cessatio, motus: si essentia, vita. Quod ut docuimus, in eo quod est esse & vivere, in eo quod est silentium est tacens Verbum, & in eo quod est quies vel cessatio inest vel occultus motus, vel occulta actio. Necessario itaque ex hac cessatione natus motus, & nata actio est, vel a silentio Verbum, vel ab essentia vita. Ergo ista essentia, silentium, cessatio, Pater, hoc est, Deus pater. At vero vita, Verbum, motus aut actio, filius & unicus filius; quia nihil aliud quam unum, vel vita, vel Verbum, vel motus aut actio, magisque omnia ista motus aut actio: etenim omnia illa activa sunt, vita & Verbum, motu vigent, & motu operantur; universalis autem motus, qui principalis est motus, a se oritur: quid enim est motus, nisi a se sibi motus sit? Nam si ab alio movetur, est quiddam aliud quam motus, quod ab alio movetur: & si illud quod hoc nescio quid movet, motus non est, movere non potest: unde enim moveat non habebit. Sin motus a motu nascitur, motus ergo a se nascitur. Sed hoc est: [a] Dedit ei pater vitam, ut ei vita esset.


VIII. Ergo motus, & unus est motus, & a se motus. Et cum in parte occultus sit, atque inde hic motus apparens a patre motus. Et quia a motu motus, ideo a se motus, & unus motus, unde unicus filius. Hic Λόγος universalis in omnibus per quem facta sunt omnia. Hic vita omnibus quia quæ facta sunt vivunt omnia. Hic etiam Jesus Christus est, quia ad vitam salvabit omnia. Unus ergo motus, & unus filius & unicus, quia unica vita, & una vita, solaque æterna. Ergo ὁμοούσιος filius patri: Vita enim pater, & vita filius, quæ οὐσία est: item motus pater, & motus filius quæ οὐσία est, neque enim ibi aliquid accidens; ergo & Verbum pater, licet tacens Verbum, Verbum tamen, & Verbum filius, & hoc οὐσία. Quidquid enim vel est, vel agit atque operatur οὐσία, & ubi magis οὐσία, Verbum. Non enim ut hic aer sonans, Verbum, sed ut hic aliquid agens Verbum. Unus ergo filius, quia unus motus: una vita, quia una sola vita quæ æterna. Nec enim vita, quæ aliquando moritur. Numquam autem moritur, si se sciat. Scire autem se non poterit, nisi Deum sciat, & Deum qui vita est, & vera vita est, ac fons vitæ. Hoc si ita est, Deo cognito cognoscet omnia: quia a Deo omnia, & in omnibus Deus, & Deus omnia. Hoc Joannes clamat: [b] *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum & verum Deum, & quem misisti Jesum Christum.* Cognitio est vita. Porro autem sive vita, sive cognitio motus est unus, & idem motus agens vitam, & per vitam cognitionem, & per cognitionem vitam: idem ergo motus, duo officia complens, vitam & cognoscentiam. Λόγος autem motus est, & Λόγος filius. Filius igitur unicus in eo quod filius; in eo autem quod Λόγος, geminus. Ipse enim vita, ipse cognoscentia, utroque operatus ad animarum salutem mysterio crucis: & vita, quia de morte liberandi fueramus: mysterio autem cognoscentiæ per Spiritum sanctum: quia is magis est datus & ipse omnes docuit, & testimonium de Christo dixit. Quod est cognitionem vitam agere, & ex hoc Deum cognoscere, quod est vitam veram fieri, & hoc est testimonium de Christo dicere. Ita Dei filius Christus, id est Λόγος, & filius vita; & quia id est motus etiam & cognoscentia, filius est opere quo vita est Jesus exsistens. Opere autem quo cognoscentia est, Spiritus sanctus & ipse exsistens, ut sint exsistentiæ duæ, Christi & Spiritus sancti, in uno motu, qui filius est. Et hinc & a patre, Jesus, [c] *ex ore Altissimi processi*: & Spiritus sanctus, etiam ipse à patre, quia unus motus utrumque in exsistentiam protulit. Et quia [d] quæ habet pater filio dedit omnia: ideo & filius qui motus est, dedit omnia Spiritui sancto: omnia enim quæ habet, [e] *de me habet*, inquit; etenim quia & ipse motus est, de motu habet: non enim filius illi dedit, sed [f] *ille*, inquit, *de meo habet*. Principaliter enim motus vita est, & ipsa vita scientia est & cognoscentia; ergo quidquid habet cognoscentia, de vita habet. Hæc summa Trinitas, hæc summa Unalitas: [g] *Omnia quæcumque habet pater mea sunt; propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.*

IX. Hoc igitur satis clarum faciet, esse quod pater est, & vitam quod est filius, & cognoscentiam quod est Spiritus sanctus, unum esse, & unam esse substantiam, subsistentias tres, qui ab eo quod

a Joan. VI. 26. b Joan. XVII. 3. c Eccli. XXIV. 5. d Joan. XVI. 15. XVII. 10. e Joan. XVI. 14. 15. f Ibid. g Ibid. v. 15.

1. *Metu* ] Forte *motu*.

2. *Sed* ] Forte *si*.



est esse, quæ substantia est motus, quia & ipse, ut docuimus, ipsa substantia est, geminans potentia valet, & vitalitatis, & sapientiæ, atque intelligentiæ, ita scilicet, ut in omnibus singulis tria sint: ergo Spiritus sanctus scientia est & sapientia. Hoc ita esse probant sacræ lectiones: [a] *Quis Dei mentem cognovit, nisi solus Spiritus?* [b] *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro.* Quis testis sine scientia? Et scientia ipsa quia sapientia est, docet nos esse filios Dei. Item: Quis autem scrutatur corda? quis scit cogitationes spiritus? Item quomodo ad scientiam junguntur ambo? [c] *Veritatem dico in Christo.* Ubi veritas, ibi scientia, quia veritas Christus; ideo & scientia, quod est Spiritus sanctus. Et item: [d] *Non mentior, testimonium mihi perbibente conscientia mea in Spiritu sancto.* Quid est enim aliud conscientia, quam cum altero scientia? Nunc nostra cum Spiritu, ergo Spiritus scientia: & Christus est scientia, quia veritas; ergo & Christus & Spiritus scientia. At enim Christus vita: Quid si Spiritus vita: unus enim, ut dixi, motus est, & eadem vita quæ scientia: quid enim in Christo doctus, id est, a Deo; & cum dico doctus, a scientia dico, quod sive a Christo, sive ab Spiritu, unum atque idem est; Quid enim dicit Paullus, cum utrumque idipsum esse declaret? [e] *Prudentia vero spiritus, vita est.* Æstuat enim & rebellat, ac repugnat secum error, imprudentia, inscientia; & hoc [f] *prudentia carnis*, quæ imprudentia, & quia Deum nescit, *mors est*: ergo *prudentia spiritus, vita atque pax est*: quo modo jam juncti isti sunt, & unum sunt.


X. Doceamus quod Deus & scientia sit & vita, quamquam ab ipso ista Paullus: [g] *O* inquit, *altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei!* Sic dictum ab eodem: [h] *Multiformis sapientia Dei.* Hinc & secretum Dei, hinc & Christus dictus sapientia, hinc & illud: [i] *Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, altitido, profundum, scire etiam supereminentem scientiæ caritatem Christi.* Ita & scientia Deus est, & nos scientia liberat, sed per Christum tamen: quia ipse est & scientia, & janua, & vita, & λόγος, & omnium per quem facta sunt omnia. Ergo & scire ista, & etiam caritatem in Christum habere debemus. Hæc atque alia plurima, & Deum scientiam esse, & Christum, & Spiritum sanctum, satis clarum etiam vitam esse, uno licet satis probatur exemplo; nam in aliis libris uberius approbavimus: [k] *Sicuti enim Pater vitam habet in semet ipso, sic dedit & Filio vitam habere in semet ipso.* Item dicit: [l] *Sicut me misit vivus Pater, ita & ego vivo propter Patrem.* Sunt igitur ista sic singula, ut omnia tria ista sunt singula, una [1] omni ergo substantia est pater, ergo filius, Spiritus sanctus, Deus, λόγος παράκλητος, unum sunt, quod substantialitas, vitalitas, beatitudo, silentium, sed apud se loquens silentium, Verbum, Verbi Verbum: quid etiam est voluntas patris, nisi silens Verbum? Hoc ergo modo cum Verbum pater sit, & filius Verbum, id est, sonans Verbum atque operans: ergo, inquam, si & pater, & filius Verbum est, una substantia est. Deinde [m] *justum*, inquit, *meum judicium est, quia non quæro facere voluntatem meam, sed ejus qui me misit.* Ergo una voluntas, unde una substantia: quia & ipsa voluntas substantia est. Verbum autem ipsum vitam esse sic ostenditur: [n] *Non vultis ad me venire, ut vitam habeatis.* Deinde & de hoc totum mysterium est, quod expono: [o] *Omne quod mihi datum est a Patre apud me habeo.* Quia vero idem motus est quod esse, & quod est esse, motus est, & quia quadam intelligentia prius esse, ab eo quod moveri, sed prius κατὰ τὸ αἴτιον, id est, secundum caussam: ideo dedit pater filio & motum, qui & quod est esse habet. Ergo motum esse est λόγος: igitur qui motus est, habet & esse: esse autem vita est & scientia: habet igitur omnia, quia patris habet esse: ergo voluntatem patris implet filius. Quæ autem voluntas? nisi quia cum pater vita sit, motus est vita ejus: hæc voluntas est, vivere facere alia. Hæc ergo & τοῦ λόγου, id est, Christi. [p] *Quæ est*, inquit, *voluntas patris qui me misit? ut ex eo quod mihi dedit nihil perdam, sed resurgere faciam id ipsum postrema die. Hæc enim voluntas est patris mei, ut omnis qui videt filium, & in ipsum credit, habeat vitam æternam, & in die novissima resurgat.* Videre autem est, Christum scire Deum Dei filium, vitam, & vitæ Deum; & hoc est accepisse Spiritum sanctum Verbum, id esse quod vita. Hinc probatum est: [q] *Post quem ibimus? Verbum vitæ habes; & nos credimus, & cognovimus, quod tu es Christus filius Dei.* Totum mysterium Christus Dei filius, Christus Verbum, & ipsum Verbum, vitæ æternæ Verbum. Ergo hoc Verbum quod vita; & hoc qui audit, & credit, utique cognoscit Deum: ergo & Spiritum sanctum habet.

XI. Pronuntiata heic plena fides est, quippe a discipulis. Item ad Judæos dicit: [r] *Me si sciretis, sciretis patrem meum. Neque me scitis, neque patrem meum.* Et recte. Quamquam enim & in patre filius, & in filio pater, exsistentia vel substantia in vita, & vita in substantia; invisibilis tamen cum sit substantia, non intelligitur nisi in vita. Magis autem vita Christus, quamquam & substantia: ergo pater in filio cognoscitur. Unde? *Quia non scitis me, nec patrem; si sciretis me, sciretis & patrem.* Ipsum hoc quid est? Sciretis a me esse, quia ipse & scientia, quod est Spiritus sanctus. Item ad illos quia Verbum est, & Verbum pater: ergo una substantia. [s] *Item qui me misit verus est, & ego quæ audivi ab ipso, ea loquor.* Pater filio loquitur, filius mundo: quia pater per filium, & filius virtute Verbi patris facit omnia, id est, secum loquens Verbum per Verbum in manifesto loquens facit omnia. Secum autem loquens Verbum Deus est cum filio, quia pater & filius unus Deus. Ipse præterea dicit: [t] *Amen, amen dico vobis: si quis verbum meum custodierit, mortem non videbit.* Et ipse rursum: [u] *Novi enim patrem, & verbum ejus custodio.* Uterque Verbum, sed ut dixi. Illud quantum aut quale est in Joanne? [x] *Propterea me pater amat, & ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo illam a me tollit, sed ego eam pono a me ipso: licentiam habeo ponere eam, & licentiam habeo sumere eam.* Christum numquam dictum esse animam, satis manifestum est: sed nec Deum di-

[a] I. Cor. II. 16. [b] Rom. VIII. 16. [c] Rom. IX. 1. [d] Ibid. [e] Rom. VIII. 6. [f] Ibid. [g] Rom. XI. 33. [h] Ephes. III. 10. [i] Ibid. ✝. 18. [k] Joan. V. 26. [l] Joan. VI. 58. [m] Joan. V. 30. [n] Ibid. ✝. 40. [o] Joan. VI. 37. [p] Ibid. ✝✝. 39. 40. [q] Ibid. ✝✝. 69. 70. [r] Joan. VIII. 19. [s] Ibid. ✝. 26. [t] Ibid. ✝. 51. [u] Ibid. ✝. 55. [x] Joan. X. 17. 18.

1. *Omni*] Forte *omnia*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



ctum animam. Etenim Pater Deus dictus, Spiritus dictus. Item filius λόγος dictus, spiritus dictus, & sine dubio Deus: quippe cum ambo unus Deus. Ergo hæc, λόγος, πνεῦμα supra animam sunt; sua superiore substantia, longe alia substantia animæ & inferiore, quippe a Deo insufflata & genita, & sola vere substantia dicta, quod subesset suis in se speciebus, & eodem pacto ut hyle.

XII. Huc accedit quod vita Deus, vita Christus, & ex se vita utique, sed ut patre dante Christus habeat ex se vitam: ergo vita superior ab anima. Priora enim ζωὴ & ζωότης, id est, vita, vitalitas quam anima: ergo illa ὁμοούσια Deus & λόγος, pater & filius. Quippe ut ille Spiritus, & hic Spiritus: & hic vita, & ille vita. Item Verbum & Verbum, & cetera. Spiritus igitur habet potestatem animam sumendi, ponendi, & resumendi. Etenim vita, & a se vita potestatem habet sumendi, ponendi illud, quod sua potentia, sui participatione facit vivere: etenim anima ad imaginem imaginis Dei facta: [a] *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Ergo inferior, & a Deo atque λόγῳ magis orta vel facta. Numquam ipse Deus aut λόγος, sed quidem λόγος, non ille qui filius generalis vel universalis, atque omnium quæ per ipsum facta sunt, semen, origo, fons. Illius vero λόγος anima: quomodo, aut qui, & dixisse memini, & suo loco esse dicturum. Ergo universalis, quia spiritus & vita, non anima, habet potestatem a semet ipso animam ponere, & rursum animam sumere. Deus igitur & λόγος, vel quia vita sunt, vel quia Spiritus, vivunt & semper vivunt. Quippe qui a se vivunt. Ergo illa ὁμοούσια. Anima vero ὁμοούσιος, hæc cum assumitur a divinis, id est, a λόγῳ; neque enim a Deo: Λόγος, enim motus est, & motus anima, & motus a semet ipso motus, unde imago & similitudo anima τοῦ λόγου est. Ergo cum assumitur, nihil adjicitur vitæ: quippe cum ex vita, id est, ex vivendi potentia animæ vita fit. Animam igitur cum assumit Spiritus, veluti ad inferiora trajicit potentiam atque actiones, cum mundum & mundana complet: ergo Spiritum, & maxime Λόγος spiritus, qui vita est, in potestate habet & sumere animam, & ponere: cum autem sumit, mundo veluti nascitur, & potentia ejus, cum mundo colloquitur: cum vero ponit, a mundo recedit: & non operatur in mundo carnaliter, nec tamen spiritaliter. Hoc nos mortem ejus nominamus, & tunc esse dicitur in inferno, non utique sine anima. Hinc petit [b], ne *Deus animam suam relinquat in inferno*. Ergo eam quia rediturus ad mundum est, & ad ejus actum secum ab inferis ducit, quasi resumit ergo animam, id est, actus, mundum iterum accipit, & quia actus in mundo plenos ac totos Λόγος agit, & qui Spiritus est, & animam, & corpus, rursus ergo sanctificandum fuit, quia rursus ista susceperat. Ivit igitur ad Spiritum, & sanctificatus redit, cum Apostolis egit, post sanctum Spiritum egit. Quis igitur est Spiritus sanctus? id est, λόγος, unus enim motus, & ideo dictum: & si discedo & præparo vobis, rursus venio. Quis enim venit post abitum Christi, nisi Spiritus S. Paracletus?

XIII. Id ita esse quod dico: ut pater & filius A unum sint: item quod Jesus & Spiritus sanctus unum sint: ac propterea omnes unum sint, juncta lectione Joannes declaravit; cœpit namque a Λόγου: [c] *Ego sum*, inquit, *via, & veritas, & vita. Nemo venit ad patrem nisi per me.* Quis enim ad id quod est esse, & verum esse pervenit, quod pater est, nisi per vitam: vita enim quæ vera vita est, quia æterna est, hoc est vere esse: nihil enim mutatur, nihil corrumpitur, quæ genera mortis sunt, vita esse, verum vita est: [d] *Vivit*, inquit, *Deus*. Ergo vitam esse, Deus est. Et [e] *Ego*, inquit *vivo*. Quicumque ad Christum venit, ad vitam venit, & sic per vitam ad Deum: ergo juncti sunt Deus & λόγος. Et hinc illud B est: [f] *Qui me cognovit, cognovit & patrem.* Et: [g] *Qui me vidit, vidit & patrem.* Hinc & illud: [h] *Non credis, quod ego in patre, & pater in me?* Hinc & illud mystice: [i] *Et si quid aliquando petieritis in nomine meo, istud faciam.* Quid est petere in Christi nomine? animam æternam fieri, lucem Dei videre, ad ipsum videndum venire, æternam vitam habere, non divitias, non filios, non honores, nihilque mundanum, sed spiritale omne, atque omne, quo uniti Deo Christo jungamur: hoc enim est, ut glorificetur in Filio, id est, vita æterna, quam petentibus dabo.

XIV. Subjungitur deinde plenissime de Spiritu C sancto, quid sit, unde sit, quod ipse sit: [k] *Si enim*, inquit, *me amatis, mandata mea custodite. Et ego rogabo patrem meum, & alium Paracletum dabit vobis, ut vobiscum sit in omne tempus.* Quid est Paracletus, qui afferat adstruatque apud Patrem homines omnes fideles atque credentes? Quis est iste? unus ne solus Spiritus sanctus? an idem & Christus? Etenim ipse dixit: *alium Paracletum dabit vobis Deus.* Dum dixit *alium*, se dixit alium; dum dixit *Paracletum*, operam similem declaravit, & eamdem quodammodo actionem. Ergo & Spiritus Paracletus, & Spiritus sanctus, alius Paracletus, & ipse a patre mittitur. Jesus ergo Spiritus sanctus: motus enim Spiritus, unde & D Spiritus motus, eo quod Spiritus: [l] *Spirat enim ubi vult.* Et ipse nunc dicit, *Spiritus veritatis*, & ita ei nomen est Spiritus sanctus, Spiritus etiam Christus, Spiritus & Deus, omnes ergo Spiritus. Verum Deus substantialiter Spiritus: inest enim in eo quod est substantia & motus: vel potius substantia ipsa, qui est motus, sed in se manens, ut sæpe jam diximus, & retinendi caussa sæpe repetemus. At vero Jesus & Spiritus sanctus motio, vere mota motio; unde foris operans, sed Jesus spiritus apertus: quippe & in carne: Spiritus autem sanctus occultus; Jesus quippe qui intelligentias infundat, non jam qui signa faciat, aut per parabolas loquatur ipsum se esse, ipse sic docet: E [m] *Non vos dimittam orphanos, veniam ad vos.* Ipse autem in Spiritu sancto esse occultum, sic docet: [n] *Mundus me jam non videbit, vos autem videbitis me, quoniam vivo ego & vos vivetis.* Hoc etiam sancto Spiritui datum, [o] *ut penes vos sit in æternum spiritus veritatis.* Et de se dixit: [p] *Ego sum veritas.* Deinde adjecit: [q] *Quem mundus non potest videre.* Et de se dixit: [r] *Jam me mundus non videbit.* Deinde adjecit: [s] *Quoniam ipsum non videt, neque cognoscit ipsum.* Sed & Christum nemo cognovit: [t] *In sua venit & mundus eum non cognovit.* Adjecit: [u] *Vos cognoscetis ipsum*,

*a* Gen. I. 26. *b* Psalm. xv. 10. *c* Joan. xiv. 6. *d* Job. xvii, 2. *e* Joan. xiv. 19. *f* Joan. xv. 23. *g* Joan. xiv. 9. *h* Ibid. ℣. 11. *i* Joan. xiv. 14. *k* Ibid. ℣℣. 15. 16. *l* Joan. III. 8. *m* Joan. xiv. 18. *n* Ibid. ℣. 19. *o* Ibid. ℣. 16. *p* Ibid. ℣. 6. *q* Ibid. ℣. 19. *r* Ibid. *s* Ibid. ℣. 17. *t* Joan. I. 11. *u* Joan. xiv. 17.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.


*quoniam manet in vobis*, *& in vobis est*. Et ipse A
de se ita : [a] *Vos videbitis me*. Et quoniam Christus vita est, de se adjunxit : [b] *Quoniam ego vivo*, *& vos vivetis*. Et quia Spiritus sanctus intelligentia est, utroque autem mundus ipse caret, ideo adjecit : [c] *Quoniam apud vos manet*, *& in vobis est*. Unde autem aut est in illis, aut jam manet Spiritus sanctus, si adhuc postea venturus est, & non jam per Christum apud illos esse cœpit? Ergo juncti atque ex uno sunt, qui motus est. Id apertius in sequentibus declaratur, ait enim : [d] *Hæc vobis dixi apud vos manens. Paracletus autem Spiritus sanctus*, *quem mittet Pater in nomine meo*, *vos docebit omnia quæcumque dico. Ego*, inquit, *in vobis maneo*. Data est enim vita, nec ab illis jam B
Christus abscedit : sunt igitur & spiritali motu, quod est Christum in illis manere : ipsi autem animæ, in quibus spiritus manet, nec aliquando discedit, dictum tamen : [e] *Nunc ibo ad Patrem*.

XV. Quid istud sit, facile intelligi potest, si accipiatur ex mysterio dictum, & corporali mysterio : nam spiritaliter cum & ipse in Patre sit, & pater in ipso, quo, aut quare ibit? Ex eodem mysterio est, quod ad Christum Spiritus columbæ similis venit, & quod nunc Spiritus mittetur a patre, & mittetur ad patrem, Christo eunte & petente ut mittatur : a morte enim vita revocata, & vita non ipsa vita, quia Λόγος est : hæc enim mor- C
tem nescit, magis hæc ipsa interficit mortem ; sed vita quæ in hominibus resurrexit a morte. Quam utique induit simul cum corpore, & eam ab inferno resumsit. Propter hanc igitur sanctificandam, eundum fuit ad patrem, sed corporaliter atque animaliter, id est, in id quod in se pater fuerat penetrandum potentialiter atque exsistentialiter : hoc igitur modo ivit ad patrem. Denique nec absentiæ tempus edictum, sed contra dictum [f], quod nocte quæ sabbatum sequitur, apparuerit Mariæ, tangi noluerit priusquam iret ad patrem : nuntiavit Maria discipulis : eadem nocte ad ipsos venit ostendens manus & latus, utique tangi jam non prohibens. Post Thomas palpavit, tetigit, ipso D
quidem hortante, quia ille desperabat, quod significat sanctificatum jam fuisse. Quam ergo breve hoc tempus est, sed propter mysterium dictum : *ibo ad patrem* : nam cum ipse in patre, & in ipso pater sit, quo ibit? Eodem ergo mysterio : *quem vobis mittit pater*, quia pater mittit, cum Christus mittit. Denique sic ait : *Mittit Pater in nomine meo*, id est, pro me : aut *in nomine meo*, quoniam spiritus Christus, & ipse Spiritus sanctus : aut *in nomine meo*, quia Spiritus sanctus ipse de Christo testimonium feret, sic enim dictum : [g] *Ille testimonium dicit de me*. Quis ille? *quem vobis ego mitto a patre* : juncti ergo omnes : ego mitto, a patre mitto, Spiritum veritatis mitto : E
medius ergo Λόγος, id est, Jesus ipse mittit : Motus enim principalis universalisque qui vitalis ac vita est, mittit intelligentiæ motum, qui sicuti docuit, ex vita atque ipsa vita est : scire enim quid sit, hoc est vivere, hoc est esse. Hoc autem esse quid est, quam ex Dei substantia esse, quod est Spiritum esse? unde nos spiritales efficimur, accepto Spiritu a Christo, & hinc æterna vita : Spiritus ergo appellata est ista Trinitas. Nam dictum : [h] *Deus spiritus est*. Item dictum a Paullo ad Corinthios secunda : [i] *Dominus autem Spiritus est : ubi autem Spiritus Domini*, *ibi libertas*. Utique ista de Christo, ipse vero Spiritus sanctus dictus, quod sanciat Sanctos, id est Sanctos facit ; & certe ipse est Spiritus Dei : dictus est enim prudentia, sapientia, omniumque rerum scientia, ita enim de eo subjungit : [k] *Ille convincet mundum de peccato*, *& de justitia*, *& de judicio. De peccato*, inquit, *quoniam in me non credunt*, vel quod vita sit Christus, vel quod Dei Filius, & a Deo missus, & qui peccata dimittat. *De justitia autem*, *quoniam ad Patrem pergo* : tot enim in mysterio passionis, quia fidem mandatorum servavit & implevit : quippe cum dixerit, cum aliud vellet : [l] *Fiat voluntas tua*. Itemque quia monitos derelinquens, jam non ita videndus relinquebat, justitiæ fuit, iis actis omnibus ire ad patrem, nec ire ad patrem tantum, sed cum illo jam esse : Nam idcirco dicitur : [m] *Sedet ad dexteram patris. De judicio : quoniam princeps hujus mundi judicatus est* : mysterio enim crucis omnes adversæ Christo ab eodem Christo triumphatæ sunt potestates. *Hæc*, inquit, *docebit Spiritus sanctus*. Quid eligitur? De salute mysterium Paracletus complet, & non completa Christus abscidit : An quia idem ipse Christus est & Spiritus sanctus? vel quia ipse eum mittit? vel quia Spiritus habet omnia Christi? Habet omnia, per Christum celebratur.

XVI. Et tamen videamus quid acturus est, Spiritus scientiam daturus gestorum, & insinuationem scientiæ, quasi vim testimonii, ac magis judicii habiturus, vel ad pœnitentiam vel ad pœnam ; *de peccato*, inquit, *quod in me non crediderunt*. Ergo ut sciat mundus jam pœnam suam. *De justitia autem*, *quod ad Patrem vado*. Et hoc potest esse de peccato quod injuste fecerunt, qui eum in crucem sustulerunt : quia se filium Dei dicebat. Et nunc pergit ad patrem, quod item erit omnium, si in Deum credant, & faciant Dei jussa ; ut & ipsi ad patrem pergant : justificantur enim, nam [n] *Abraham credidit*, *& reputatum est ei ad justitiam*. Deinde *de judicio*, inquit, *quod princeps mundi judicatus sit*. Hæc, ut cernitur, non ad salutem quæ jam a Christo completa est, sed pertinent ad scientiam rerum gestarum : Est enim pater loquens silentium, Christus vox, Paracletus vox vocis. Ergo Spiritus sanctus in isto actu alter Paracletus, in salutis mysterio cooperator ut Christus, in Spiritu vero sanctificationis quod Deus. Si igitur & hoc modo Christus quod spiritus ; sed Deus in mysterio æternæ vitæ Christus, in sanctificatione Spiritus sanctus : Sanctificat autem Deus, ut dictum : [o] *Sanctifica eos in veritate*, patri filius dicit, ergo sanctificat pater : Item Christus sanctificat, ut dictum : [p] *Et pro iis sanctifico me ipsum*, *ut sint ipsi sanctificati in veritate*. Item sanctificat Spiritus sanctus, nam & baptizare ad sanctificationem pertinet : dictum ergo in Actis Apostolorum : [q] *Joannes baptizavit aqua*, *vos autem Spiritu sancto tingemini*. Quod superfudit se illis ad scientiam : nam jam sanctificati fuerunt baptismo invocato Deo Christo ; Spiritui sancto etenim sic dictum est : *Sanctifica eos in veritate*. Et veritas Christus est : Paracletus etiam Spiritus est veritatis : ergo omnis qui baptizatur, & credere se dicit, & fidem accipit veritatis, id est, Spiritum

[a] Joan. xiv. 19. [b] Ibid. [c] Ibid. ℣. 17. [d] Ibid. ℣℣. 25. 26. [e] Joan. xvi. 16. [f] Joan. xx. 1. 17. 18. 19. 20. 27. 29.
[g] Joan. xv. 26. [h] Joan. iv. 24. [i] II. Cor. III. 17. [k] Joan. xvi. 8-10. [l] Matth. xxvi. 42. [m] Ibid. ℣. 64.
[n] Gen. xv. 6. [o] Joan. xvii. 17. [p] Ibid. ℣. 19. [q] Act. I. 5.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.




sanctum, fitque sanctior a Spiritu sancto, & ideo dictum in Actis Apostolorum: [a] *Sed accipietis virtutem adveniente in vos Spiritu sancto*. Non ad sanctificationem, sed scientiam, & ad ea quæ promisit in Evangelio Christus de Spiritu sancto, id est, de Paracleto. Primum ut testimonium de Christo dicat, sic enim ait: *Accipietis virtutem adveniente in vos Spiritu sancto, & eritis mihi testes in Jerusalem*. Sed & Lucas dicit: [b] *Nondum quidem misso spiritu*. Jam tamen testimonium dicit. Paullus tamen in omnibus Epistolis suis quid aliud agit, nisi de Christo testimonium dicit? & post abscessum Christi solus Christum vidit, & soli apparuit. Spiritus ergo per Christum, & Christus per Spiritum sanctum adsuit. Item dicit testimonium Joannes & Petrus: [c] *Quod audivimus, quod vidimus, quod palpavimus*. Et in Actis Apostolorum & ipse, & Lucas qui scripsit de iis, de David ita dicit: [d] *Propheta cum esset, & sciens quia jurejurando jurasset illi Deus; ex fructu ventris ejus sedere super thronum illius, providens locutus est de resurrectione Christi: quia neque relictus est in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem. Hunc ergo Jesum resuscitavit Deus, cujus nos omnes testes sumus*. Quando ista dicunt? [e] *Cum jam factus esset de cælo sonus, & tamquam vi magna, Spiritus ferretur, qui replevit totam domum, & repleti sunt Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis*. Deinde dicunt Apostoli de peccato mundi, quod non credidit Christo, in Actis ita: [f] *Sicut vos scitis, hunc decreto consilio & præscientia Dei traditum per manus scelestas, & suffixistis eum cruci, & occidistis quem Deus suscitavit*. Item in Actis Apostolorum referente Petro, [g] *David non ascendisse in cælum, sed dixisse ita: Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram*. Hoc etiam Paullus dixit: [h] *Qui resurrexit, qui est in dextera Dei*. Ergo docuerunt quod post resurrectionem ad Patrem ivit. Idem mox adjecit: [i] *Qui & interpellat Patrem*. Ergo si Christus interpellat, Paracletus etiam ipse. Item in Actis, quod ad patrem ierit, testimonium est: [k] *Videntibus illis elevatus est: & nubes suscepit eum ab oculis ipsorum; cumque intuerentur euntem illum in cælum*, & reliqua.

XVII. Dicta sunt jam tria de testimonio in Christum, de peccato, de justitia, nunc de judicio. Sic per Spiritum sanctum locutus Paullus ad Romanos: [l] *Deus autem pacis conteret satanam sub pedibus vestris velociter*. Item ipse ad Ephesios: [m] *Qui ascendit in altitudine captivam duxit captivitatem*. Item in Apocalypsi ipse dixit: [n] *Et habeo claves mortis & inferi*. Item ibi: [o] *Et factum est prælium in cælo, Michael & Angeli ejus bellarunt adversus draconem*. Et totus locus demonstrat diabolum judicatum. Cum igitur approbatum sit tres istas potentias, & communi & proprio actu & substantia eadem, unitatem deitatemque confiscere; non sine ratione rerum in duo ista revocantur, in Filium ac Patrem: etenim cum quasi geminus ipse Pater sit, exsistentia & actio, id est, substantia & motus, sed intus motus, αὐτόγονος motus, & hoc quod substantia est motus; necessario & Filius, cum sit motus, & αὐτόγονος motus, eadem substantia est: eadem enim hæc inter se sine conjunctione unum sunt, & sine geminatione simplex, suo ut proprio exsistendi versum, vi autem potentiaque: quia numquam sine altero alterum, unum atque idem tantum actu; sed qui foris est, in passiones incidente, alio autem interiore semper manente atque æterno, quippe originali & substantiali, & idcirco semper patre, qua ratiocinatione & semper filio. Paullus in omnibus Epistolis: [p] *Gratia vobis & pax, a Deo Patre nostro, & Domino nostro Jesu Christo*. Item: [q] *Non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, & per Deum Patrem*. Item in Evangelio: [r] *Ego & Pater unum sumus: Ego in Patre, & Pater in me*.

XVIII. Nos quoque patrem & filium religiose semper usurpamus, & recte secundum rationem supradictam: etenim motus, ut supra docuimus, filius, atque ipse motus vita & scientia, vel sapientia. Certe Paullus plenissime expressit quod intelligi voluimus: [f] *Gratias ago*, inquit, *Deo meo semper pro vobis in Christo Jesu, quod omnes locupletati estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia*. Verbum Christum diximus, id est vitam, scientiam Spiritum sanctum, ergo unum: *in Christo enim*, ait, *locupletati estis*. Quod cum ita sit, si Deus & Christus unum, cum Christus & Spiritus unum; jure tria unum, vi & substantia: prima tamen duo unum diverse, hoc ut sit pater, actualis exsistentia, id est, substantialitas; filius vero actus exsistentialis: duo autem reliqua ita duo, ut Christus & Spiritus sanctus in uno duo sint, id est, in motu, atque ita duo, ut unum duo: prima autem duo, ut duo unum, sic cum in uno duo, & cum duo unum, Trinitas exsistit unum. Nam quid ego de Spiritu sancto, de quo tractatum est pluribus, multa commemorem? Ex ipso concipitur Christus in carne, ex ipso sanctificatur in baptismo, Christus in carne; ipse est in Christo qui in carne, ipse datur Apostolis a Christo qui in carne est, ut baptizent in Deo, & in Christo, & Spiritu sancto: ipse quem Christus in carne promittit esse venturum, quadam agendi distantia; idem ipse & Christus, & Spiritus sanctus; & quia Spiritus, idcirco & Deus: quia Christus quod Spiritus, ideo Deus: unde pater, & filius, & Spiritus, non solum unum, sed & unus Deus.

a Act. I. 8. b Joan. VII. 39. c I. Joan. I. 1. d Act. II. 30-32. e Ibid. ℣℣. 2. 4. f Ibid. ℣℣. 22-24. g Ibid. ℣. 34. h Rom. VIII. 34. i Ibid. k Act. I. 9. 10. l Rom. XVI. 20. m Ephes. IV. 8. n Apoc. I. 18. o Apoc. XII. 7. p Gal. I. 1. q Joan. X. 30. r Joan. XIV. 9. f I. Cor. I. 4. 5.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
390.



# MARII VICTORINI AFRI
## VIRI CONSULARIS,
## ADVERSUS ARIUM
## LIBER IV.

I. VIvit ac vita unum ne, an idem, an alterum? Unum. Et cur duo nomina idem, & quomodo? cum sit aliud in actu esse, aliud ipsam actionem esse, ergo alterum. Sed quomodo alterum? cum in eo quod vivit, vita sit, & in eo quod vita est, vivat necesse est: non enim caret vita quod vivit, aut cum sit vita non vivit: alterum igitur in altero, & ex hoc in quolibet altero duo: & si ut duo, non ut pure duo, quippe cum alterum in altero, & id in utroque, idem ergo. Sed idem in duobus est, & a se alter: is ergo & idem est, & alterum in quolibet horum aliquo. At si idem est, & ad se utrumque idem & unum est; quodlibet enim altero exsistente quod alterum est, neutrum ut geminum; ergo si utrumque hoc ipso quod est, & alterum est, erit apud se utrumque unum; at cum utrumque apud se unum est, in altero idem unum est: at cum idem unum est, vere unum est utrumque: nullo enim utrumque distat, nec exsistendi virtute, nec tempore, fortasse caussa, & hoc altero prius est.

II. Hoc quo facilius judicetur, sic ista melius retractabimus. Vivere ac vita ita sunt, ut & hoc quod est vivere, vita sit: & hoc quod est vita, sit vivere; non ut duplicatum alterum in altero sit, neque alterum cum altero est: hæc enim est copulatio: num & ex hoc etiamsi inseparabiliter junctum sit, unitum est non unum? nunc vero cum ipso eodem opere vitam esse sit vivere, & eodem modo vitam esse sit. De iis enim loquimur duobus, de vivere, & vita; non de eo quod ad effectum vitam habet & vivere. Quamquam & ipsum tertium, & in eo quod vitam habet, & ut alterum ex altero, sed ut unum utrumque. Ex quo apparet, quid ipsa per se exsistentia in suis rebus valeant, cum substantia una atque eadem manente, esse suum nulla sui innovatione custodiant: namque vitæ esse suum, est moveri: ipsum autem moveri, hoc est vivere. Esse igitur & vivere est, & esse vitam: una ergo eademque substantia: namque unicuique in eo quod sit suum esse, substantia est. Etenim in supernis æternisque, id est, in intellectibilibus atque intellectualibus, nihil accidens, nihil qualitas, nihil geminum, vel cum altero, sed omnia viventes sunt, intelligentesque substantiæ, puræ, simplices, uniusmodi, hoc ipso quo sunt & vivunt & intelligunt; conversumque quo intelligunt, hoc ipso etiam sunt. Vivit igitur ac vita una substantia est.

III. Sed quoniam intellectus ita se pandit, atque ita sermo processit, ut & in eo quod est vivere, vita sit; & in eo quod vita sit, ideo sit vita, quia vivit: videndum, & intenta ratione quærendum, utrum naturalis ista complexio, & bigemina exsistentiæ modo pura simplicitas una ve sit, an duæ. Si nihil interest, vivere, & vita sit;

A & vitam esse, vi insit & vivere; jure ac merito unam istorum, non geminam copulam ad exsistentiam sui esse dicemus. Sin autem primum, aliud est vivere, aliud vitam esse. Et item si distantia est, ut nunc vita caussa sit ad vivendum, nunc ipsum vivere caussa sit, ut vita sit: duo sunt ista, sed gemina inter se, atque apud se simpliciter unita: potentia enim Λόγῳ suo atque divino refert ista geminari, ut ejusdem naturæ ac potentiæ, alterum cujus sit id, a quo hoc alterum. Atqui est nonnulla distantia, parva illa sit licet, unde non est frustra geminatio. Etenim non idem actio & agere, nec potentia & operatio, nec ut verius dicam, idem caussa est, quod effectus: illa enim B origo, hic partus est. Unde cum duo ista, vivit ac vita, sit actio atque agere: quamquam in se simulque sint, tamen & alia vi atque natura existimanda sunt, ut alterum alterius caussa sit, alterum exsistat effectum. Sed ut mihi intelligentia est, ac probata sententia, cum in principali naturalique primæ divinitatis exordio, primum sit quod est vivere, secundum vero quod vita; ita enim ratio docebit, & ipsa veritas approbabit; sit ut vivere caussa sit, effectusque vivendi vita sit, quod tamen ipsum vivere & vita sit: simul enim ista, & simul semper, quod cognoscitur, erant. Aliud vita ad secunda tertiaque, vel deinceps quæ vivunt ordinata caussa atque principium, ita scilicet C ut idem sit simulque vita quod vivere; sed hoc vivere, secundum de vita, cum vita est: Illud primum ac principale vivere, simul & vita caussa est vitæ, & fons, & origo viventium. Scio hoc obscurum videri posse, non tam rerum, quam eorumdem repetitionem sermonum, quod duo ista tali copulatione nectuntur, ut cum sit vivere, vita sit: & cum sit vita, sit vivere; unde constituto quolibet uno, frustra alterius videbitur facta geminatio.

IV. Audi lector, audi quod miraberis lector: ista tam dura, tam tortuosa, tam clausa tractatu de Deo & de divinis, simplici disputatione pan- D demus. Deum certe fatemur omnes, Deum omnipotentem, Deum supra omnia, Deum ante omnia, Deum, a quo omnia. Hunc cum fatemur, etiam esse sine dubio confitemur. Esse huic quid credimus? quid putamus? [a] *Spiritus*, inquit, *Deus est*, lumen; & verum lumen Deus est. Quid hoc esse creditur, quod spiritus dicitur? nempe spiritum intelligere cogimur quamdam exsistentem, viventem, intelligentemque substantiam: in supernis quidem, & circa Deum maxime quasi humilem & alienum; & in posterioribus, nomen non credunt convenire substantiam. Sed cur a nobis fugiatur hoc verbum? cum esse, cuique hoc ei sit esse substantiam. Et in Jeremia Deus loquens ita dicit: [b] *Quod si in mea substantia staretis, videretis Verbum meum*. Sic etiam ibi non multo post, &

*a* Joan. IV. 24. *b* Jer. XXIII. 22. sec. LXX.

Sæcul. IV. circa Ann. Chri. 390.

aliis in locis multis. Eſt igitur ſpiritus ſubſtantia; id eſt eſſe ejus: colligamus igitur κατὰ Ἰωάννην dictum: [a] *Spiritus Deus eſt; & adorantes eum, in ſpiritu & veritate adorare oportet.* *Deus*, inquit *ſpiritus eſt*, hoc eſt Dei, quod eſt eſſe: ergo ſubſtantia Dei, ſpiritus eſt, eadem ſubſtantia, hoc eſt quod vivens: non ut aliud ſit ſubſtantia, aliud vivens; ſed ipſum vivens ut ſit ipſa ſubſtantia. Si enim dictum eſt ab eodem: [b] *Spiritus eſt qui vivificat:* utique is qui vivificat, qui vivit, & vitæ potentia eſt: ergo vivit ſpiritus, vivit Deus. Porro autem quia vivit, ut ſupra diximus, & vita eſt, Spiritus ergo & vita eſt, ut idem Joannes ait: *Spiritus vita eſt:* Ergo Deus cum eſt Spiritus, & vivit & vita eſt. Paullus etiam ad Romanos: [c] *Nulla ergo damnatio iis qui ſunt in Chriſto Jeſu, & non juxta corpus ambulant: lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Jeſu liberavit me a lege peccati & mortis.* Spiritus vitæ, inquit, tria enim iſta ſpiritus ſunt, Deus, Jeſus, Spiritus ſanctus.

V. Ac de Deo probatum puto & ſpiritum eſſe: ſpiritum autem & vivere, & vivere facere, & vitam eſſe ſubſtantialiter, ut iſta intellecta ſint, & ſimplex & una ſubſtantia, ut hoc ſit ſpiritum eſſe, quod vivere, & vitam eſſe. Sed non iſtud quod noſtrum eſt vivere, quod animalium, quod elementorum, quod creatorum ex elementis, quod mundi, quod omnium in mundo, quod Angelorum, dæmonum, vel etiam eorum quos in mundo de mundo deos nominant: non, inquam, illud vivere in Deo eſt. Hoc Deus eſt, quod eſt vivere animæ, aut uniuſcujuſque, aut illius univerſalis atque fontaneæ; non ut ibi Angelorum, non ut ibi thronorum, gloriarum vel ceterorum in æternis exſiſtentium, vel in intellectualibus, vel intellectibus: ſed illud vivere, unde hæc pro ſuo exſiſtendi genere vitam recipiunt & vivunt, illo quodammodo progrediente, & iſta prout capere poſſunt potentiam viventis vigoris afflante, a ſe ſibi, per ſe, in ſe ſolo ſimplex, purum ſine exſiſtendi principio a quo fuſum magis, vel progreſſum, vel natum principium eſt, per quod crearetur vivere ceterorum. Etenim vivere vitam parit; nam vi naturali prior actor, quam actio: Agens enim actionem genuit, & quaſi ex ipſa vocabulum & rem cum ipſe tribuerit, ipſe ſuſcepit. Hoc cum rectum, etiam ratione admodum verum eſt: certe Deus, cui ad omnipotentiam principalemque ſummitatem hoc nomen convenit Deus: Deus, inquam, primum, ſi in Dei operibus dicendum aliquid primum: ſed intelligentia humani ingenii ut ſe exſerat, & res capiat, rebus vel ſimul exſiſtentibus, vel ſimul fuſis; & ortus, & diverſos ortus, & quaſi tempus attribuit. Deus inquam primo univerſalium exſiſtentias ſubſtantiaſque progenuit: has Plato ideas vocat, cunctarum inexſiſtentibus ſpecierum ſpecies principales; quod genus in exemplo eſt ὀντότης, ζωότης, νόησις: Et item [1] τετότης & τερότης, atque hoc genus cetera: genera igitur generum profunduntur, adeo omnium potentiarum potentiæ univerſaliter principales. Ergo ὀντότης, id eſt, exſiſtentialitas, vel eſſentialitas: ſive ζωότης, id eſt, vitalitas, id eſt, prima univerſalis vitæ potentia, hoc eſt, prima vita fonſque omnium vivendi. Item νόησις, intelligendi vis, virtus, potentia, vel ſubſtantia vel natura: hæc tria accipienda ut ſingula, ſed ita, ut quia ſuo plurimo ſunt, hoc nominentur, & eſſe dicantur: nam nihil horum eſt, quod non tria ſit;

A eſſe enim, hoc eſſe ſi vivat, hoc eſt in vita ſit. Ipſum vero vivere, non eſt vivere quod vivat intelligentiam non habere: quaſi mixta igitur & ut res eſt, triplici ſimplicitate ſimplicia. Quidquid enim hoc ipſo quo eſt, & alterum eſt, non aliquando dicendum geminum, ſed ſemper unum.

VI. Verum de iis pluribus alibi. Deus igitur eſt vivere, quod ſummum, primum, fontaneum, principaliter principale, tria iſta genuit, id eſt, ſuo vivendi opere, ut exſiſterent procreavit. Iſta igitur opere provenerunt, & hæc proles, iſta generatio eſt, ut ab agente actus, ab eo quod eſt eſſentitas vel eſſentia, a vivente vitalitas vel vita,
B ab intelligente νόησις, intelligentium univerſalium univerſalis intelligentia naſceretur. Prius eſt igitur vivere, quam vita: quamquam in eo quod eſt vivere, vita ſit: ſed vivere ut parens vitæ eſt, vita & proles, & quod gignitur, quippe a vivente generata. Deus igitur eſt vivere illud primum vivere a ſemet ipſo, vivere ante omnium vivere, & ante ipſius vitæ vivere: agens enim & ſemper agens, & nullo principio agens, non ab actione agens eſt, ne actio vel phantaſia principii ſit ad agentem, ſed ut actio agentis opere, vel progenita ſit, vel exſtiterit, vel effuſa ſit. Hoc utique agere in eo ponimus, quod eſt vivere: Deus ergo vivere eſt, & principale vivere: vita autem ut
C genitum. Vivere ergo pater eſt, vita filius: namque quod in eo factum eſt, vita eſt, & ipſe filius dicit: [d] *Ego ſum via, ego veritas, ego vita.* Hæc vita eſt, quæ orta eſt ab eo quod pater vivit, & hoc illud eſt: [e] *Ego* enim *de Deo exivi.* Item ipſe de ſe ita dicit: [f] *Qui ſitit, veniat ad me, & bibat: qui credit in me, ſicut dixit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Hinc & illud eſt, quod Samaritanæ reſpondit: [g] *Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu magis petiſſes eum, & dediſſet tibi aquam vivam.* Item poſtea: [h] *Omnis qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterum.* Samaritana aqua, mundana eſt anima: [i] *Qui autem biberit de aqua quam ego*
D *dedero ei, non ſitiet in ſempiternum, ſed aqua quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Iis atque hujuſmodi innumerabilibus exemplis ſatis clarum ſit, Chriſtum Dei filium vitam eſſe, & æternam vitam: quippe qui & ipſe ut pater Spiritus ſit. [k] *De Spiritu* enim *quod naſcitur, ſpiritus eſt:* Spiritus vero ſpirat, & a ſe ſpirat: ſpirare autem vivere eſt. Porro quod a ſe ſpirat, a ſe vivit: quod a ſe vivit, ex æterno & in æternum vivit: numquam enim ſe deſerit, quod ſibi cauſſa eſt, ut hoc ipſum ſit quod exſiſtit. Cum igitur pater ſit quod eſt vivere, ut ſupra docuimus: vivere autem ſit vitam eſſe; itemque cum vita id ſit quod gignitur ab eo quod eſt vivere:
E neceſſario id eſt vita, quod vivere: vivit enim & vita hoc ipſo quia vita eſt, atque ex ſe vita eſt: ex ſe enim ei eſt vivere: verumtamen ex illo primo, quod eſt principaliter vivere, quod eſt pater, ubi & unde exſiſtit vita, cui ineſt & vivere, & ex ſe vivere, quod eſſe filium Jeſum Chriſtum probamus, intelligimus & fatemur.

VII. Iſta omnia quæ a me dicta ſunt, quemadmodum in Evangelio κατὰ Ἰωάννην ſignificata atque afferta per ipſa Salvatoris verba videamus: [l] *Miſit me vivus Pater, & ego vivo propter Patrem.* Ac ne qui iſtum in carne Chriſtum dixiſſe iſtud cre-

[a] Joan. IV. 24. [b] Joan. VI. 63. [c] Rom. VIII. 1. 2. [d] Joan. XIV. 6. [e] Joan. XVI. 27. [f] Joan. VII. 37. 38. [g] Joan. IV. 10. [h] Ibid. ℣. 13. [i] Ibid. & ℣. 14. [k] Joan. III. 6. [l] Joan. VI. 58.


1. Forte ταυτότης & ἑτερότης.

deret ; subjunxit statim : [a] *Hic est panis qui de* A *cælo descendit*. Deinde vitam esse, & æternam vitam sic testatur, sic docet : [b] *Nisi acceperitis corpus filii hominis, sicut panem vitæ, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis : qui autem edet carnem ejus, & bibet ejus sanguinem, habet vitam æternam*. Omne ergo quod Christus est, vita æterna est; vel spiritus, vel anima, vel caro : horum enim omnium ipse Λόγος est. Λόγος autem principalis vita est ; ergo etiam ea quæ induit, vita sunt ; unde ista & in nobis vitam æternam merebuntur per Spiritum quem Christus nobis dat, facta & ista spiritalia. Ac ne qui crederet de Christo carnali Christum ista dicere, & non de toto se, qui est Spiritus, anima, caro, quid B ait ? [c] *Quid si videritis filium hominis ascendentem ?* Quis est filius hominis ? Spiritus, anima, caro : Hæc enim habuit cum ascendit, & cum quibus ascendit. Quid ergo est quod adjicit ? ut spiritus intelligatur : [d] *Ubi primum fuit* : hoc est, spiritus : atque vita, quod Pater, quod Deus, unde hæc ὁμοούσια, id est, consubstantialia sunt, nullo tempore extra se exsistentia, principaliter principalia ; una eademque substantia, vi pari, eadem potentia, majestate, virtute, nullum altero prius, nisi quod caussa est alterum alterius, & idcirco alterum : Sed idem alterum verum, quia idem unus Deus : quia vero alterum, idcirco primum & secundum : & quia caussa alterum alterius, idcirco pater, quod C caussa est : id vero quod ab altero, filius : in substantia vero nulla distantia, nulla temporis discretio, nulla significatio; unus motus, una voluntas, & aliquando phantasia alterius voluntatis, sed semper eadem.

VIII. Hæc ita esse sacra primum lectione doceamus, deinde ut ordo poscit, ut rerum necessitas flagitat, & perspiciamus in iis quibus est una eademque substantia, cur alter mittentis, alter missi potestatem gerant : imperantis alter, alter ministri : alter motu agendi a passionibus libero, alter per infinitos actus in creandis sæculis infinitus, & iis quæ sunt in sæculis, subjecit usque ad mortem D innumeras passiones. Vivit quod primum est, vivit ex se se, vivit æternum, & hoc Deus est. Quod ipsum vivit, ut docui, exsistentiæ, vel substantiæ vim habet, & naturam vitæ & intelligentiæ : immo ipse in eo quod est ei esse, hoc est illud quod dicimus vivere, & hoc quod intelligere, & hoc Deus est : ergo quod est Deo esse, exsistentiæ caussa & pater est. Et quoniam in ipso suo esse vita ei est, & in eo etiam nosse qui sit, & vitæ universalis, & intelligentiæ fons est. De tribus enim istis quæ simplici exsistentia in Deo sunt, vel quæ Deus sunt, magis esse Deus est : quod ex se habet vivere, & vitam esse, vel intelligere, & intelligentiam esse, ut supra docui- E mus, & in pluribus. Ut jam reliqua duo, vitam dico & intelligentiam accipiamus, ut genita ab eo quod est esse, suum esse habentia ab eo quod est primum esse motum, pro priore exsistendi vim ac nomen vitæ intelligentiamve sortita. Omnia enim in tribus terna sunt quodammodo & ordine nominata : non quod non in singulis tribus trina sunt, sed quod motu id operantur quod esse dicuntur : esse enim primus motus est, qui cessans dicitur motus, idem intus motus : cum enim se ut exsistat operatur, recte & intus motus, & cessans motus est nominatus. Hinc nos motum esse dicimus,

quod est vivit ac vivere ; jam vero cum ex eo quod est vivit ac vivere confecta quodam modo & genita in habitus speciem ipsius quod est vivit ac vivere forma formata sit, hæc vita, hæc filius nominatur. Ut enim forma quælibet, vel ibi posita ubi est, vel alibi ducit nos ad cognoscendum eum cujus est; sic vita facit nos nosse quid sit vivere : Actus enim est vivere, & in actu momentis omnibus cursus, & ideo dictum : [e] *Deum nemo vidit umquam*. Quis enim videat vivere, quod Deus est, sine vita quæ lineamentis agendis in quadam specie coit & exsistit, ut sit forma viventis ? Ergo ejus quod est vivere, forma est vita, per quam, vel in qua quod est, vivit ac vivere videtur, accipitur & agnoscitur, quod a patre significat dictum Salvatoris : [f] *Qui me videt, videt & Patrem* : Filius enim Dei, forma Dei est, id est, vita, quæ est forma viventis. Dictum enim a Paullo ad Philippenses : [g] *Qui cum in forma Dei constitutus esset, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis Deo*. Item ad Colossenses : [h] *Qui est imago invisibilis Dei*. Ergo Jesus Christus & imago, & forma Dei. Diximus autem quod in forma videtur, id cujus forma : & eodem pacto & in imagine videtur is, cujus imago est, maxime si is cujus imago, est invisibilis, sicut heic dictum : *Imago Dei invisibilis*. Eodem modo dictum in Evangelio κατὰ Ἰωάννην : *Deum nemo umquam vidit, nisi Unigenitus Filius, qui de sinu ejus exivit*. Et item sic Moysi dictum : [i] *Faciem meam non videbis, quis enim faciem meam vidit & vixit ?* Permisit tamen posterganea sua videri, id est, deorsum, ceteraque præter faciem.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
390.



IX. Quot heic mysteria ? quot genera quæstionum ? quot signa ad declarandum & Deum, & Jesum Christum, & substantiam esse, & unum ambo esse substantiam, & simul utrumque unam esse substantiam, & a patre filio esse substantiam ? Quæ cuncta, atque hujusmodi alia, nullo modo explicari, intelligi atque approbari possunt, nisi superior tractatus manifestis perceptionibus illucescat. Sit igitur nobis fixa sententia, quod Deus spiritus sit, & spiritus de quo & filius spiritus, & spiritus Spiritus sanctus. [k] *De spiritu* enim *quod nascitur, spiritus est* : [l] *spiritus autem vivificat*. Quod vivificat, utique ipsum vivit : quod vivit, quia spiritus est, a se vivit : & quod a se vivit, hoc ipsum est quod vivit : & quia quod a se vivit, cum ipsum sit quod est vivit, nec aliud habet quod vivere dicatur : non enim vivificatum est, sed vivit ipsum, vivit vel vivere exsistens : & quia vivit, ac vivere agere est, in eo quod a se vivit, numquam cœpit : non enim exspectavit alterum, ut numquam se deseruit, aut deseret : ex æterno igitur atque in æternum vivit principalis & universalis substantia vivendi, non ut substantia sit, & sic vivens; sed ipsum quod est vivens, hoc ipsum substantia est : neque enim cum ipsum vivens, ac vivit, & vivere esse, & quodammodo esse intelligatur, non suum sibi esse quod sit, substantia est, hoc & lectione omni sacra, & rerum ipsarum vocibus spiritus nominatur.

X. Spirat autem spiritus, & a se spirat, & Deus spiritus est : spirat vero, hoc est, quod vivit : Vivit ergo a se & semper spiritus, qui Deus est : vivit inquam, atque in actu vivendi, & ipso opere vita cum vivit, opere vitam cum vivit,

a Joan. vi. 50. b Ibid. vv. 54, 55. c Ibid. v. 63. d Ibid. e Joan. I. 18. f Joan. xiv. 9. g Philipp. II. 6. h Coloss. I. 15. i Exod. xxxiii. 20. k Joan iii 6. l Joan. vi. 63.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

operatur. Nata ergo est vivente Deo vita æterna, generata est, & quia vivit, ipsum substantia est; & quod est ab eo quod vivit, & vita ipsa substantia est, per eadem æqualis ac simul, quia ipsum vivit vita est, atque ipsa vita vivendo exsistit ut vita sit. Spiritus ergo est vivere, & vita spiritus est: complectitur se utrumque, & in utrumque est, & alterum non ut geminum & adjectum, sed simplicitate ex se atque in se exsistentis, quasi alterius substantiæ duplicatum, numquam a se discretum, quia in singulis geminum. Etenim vivere cum vita est, & vita rursus cum eo est quod est vivere: Vivere autem, ut docuimus, Deus est, vita Christus: & quia vivere ut generator est vitæ: actu enim, quod est vivere, ut quædam prolis vita generatur, [1] fit vivere pater, filius vita, ista ipsa quidem, qui alterum altero, idcirco duo. Unde enim duo, nisi alterum ab altero? & semper quod ab altero est, filius est, illud autem unde alterum, pater. Sed nunc non ita alterum ut discretum atque diversum, sed tantum alterum ab altero, ut conficiens atque confectum, & generans atque generatum, conjunctione substantiæ utrumque unum, cum & vivere vita sit & vita ipsa vivere: hinc pater & filius, unus Deus. Et quia conversio naturalis exsistentiæ non nisi una est: ut enim in eo quod est vivere inest vita, & item in eo quod est vita, inest vivere; una sola & conversio est. Unde cum in eo quod vita est, insit & vivere; idcirco unigenitus filius consubstantialis patri, unus & ipse filius, pater unus. Unde una eademque substantia, & simul ac semper: Hoc est enim ὁμοούσιον, ὁμοῦ οὐσίαν ἔχων, simul substantiam habens, paremque exsistendi vim atque virtutem, eamdemque substantiæ naturam, nullo tempore præeunte: quod nos consubstantiale dicimus, caussativo priore quod est vivere, ad id quod vita est, ut illud generans ac pater, hoc genitum ac filius, & sit, & esse dicatur. Ergo quia insunt sibi, & licet pater cum sit, filius non sit: rursusque cum filius, qui est ejus cujus est filius, pater non sit; tamen vi rerum, & substantiæ parilitate: cum vivere vita sit; & una sit vivere, merito divina Salvatoris voce pronuntiatum est: [a] *Et ego in Patre, & Pater in me*. Hinc & illud est: [b] *Ego & Pater unum sumus*: Etenim cum rerum vi & natura ipsa duce nihil sint omnia si non vivant, & motu vitali vacua, nec molem hylicum aut exsistentiæ vel imaginem, vel speciem habere credantur: Fluendi enim ac refluendi natura incondite subsistendi, non recipit vis lubrica inconstans, nec formam recipit, ut aliquid esse dicatur.

XI. Unde carens eo quod est aliquid esse, etiam esse suum tenet, ut recte nullo modo esse dicitur. At nunc comprehensa & tota, atque in partibus circumsistens, & formata, atque hoc corporata, & ad aliquid esse specie aliqua capta & esse creditur: quia motu vitali, & ab infinito certis lineamentis septa, in sensus certissimos promovetur. Ergo hylica quæ sunt, ut esse videantur, facit vis potentiaque vitalis; quæ defluens a λόγῳ illo qui vita est, quem dicimus filium, per Archangelos, Angelos, Thronos, Glorias, ceteraque quæ supra mundum sunt, primo in corpora, atque ἄυλα, naturali sua substantia munda atque puriora cum currit ac labitur, lucem suam majore sui communione patitur, mox in animam fontemque animæ gradatim veniens. Quia anima imago τοῦ λόγου est, quasi quadam cognitione majorem defluendi accipit cursum. Et quia in animanda anima properat, fit ei in animanda ejus petulantior appetitus. Hinc in hylen mersa, & mundanis elementis, & postremo carnalibus vinculis implicata, corruptioni atque ipsi morti se se miscens, vivendi idolum materiæ fæcibus præstat. Vivunt ergo cuncta terrena, humida, aerea, ignea, ætherea, cælestia, non λόγῳ illo priore, nec vitæ integro lumine, sed propter copulationem hylicam saucia luce vitali, vivunt supra cælestia, & magis vivunt, quæ ab hyle & a corporeis nexibus recesserunt, ut puriores animæ, & Throni, & Gloriæ: Item Angeli atque ipsi Spiritus, alii ut in alio, id est in sua substantia vitam habentes: alii ipsa vita sunt: Jesus autem Christus, & sanctus Spiritus: nam & de hoc mox docebimus: simul cum Deo, sed a Deo tamen vita sunt, sed universali vita vivunt, & a se vivunt, & non in altero habentes quod vivunt, sed ut hoc ipsum illis esse sit vivere & vitam esse, & scientiam esse patre tradente, hoc est, principaliter exsistente eo quod est vivere. Ergo [2] hæc omnia enumerata vivant, & nihil sit vel in æternis, vel in mundanis aut hylicis, quod non pro natura sua vivat: utique confitendum est, esse vim quamdam vel potentiam qua cuncta vivefiant, & quasi vivendi fonte in vitales spiritus erigantur, ut ex hoc & vivant, & quia vivunt, esse sortita sint.

XII. Quis est iste, unde in æterna atque in mortalia vitalis spiritus spirat, quo vigent cuncta, quo subsistunt, quo actus proprios sumunt, quo & generata sunt, & generatura proveniunt? Deus, sine dubio Deus, & quod menti nostræ venerationi est vivendi pater, numenque vivendi. Hunc vel potentiam vitæ, ut in aliis diximus, vel vitam summam principemque, & generaliter generalem, atque omnium viventium originem, caussam, caput, fontemque dicemus: Principium exsistentium, substantiarum patrem, qui ab eo quod ipse est, esse ceteris præstat, secundum vim ac naturam percipientium vivendi potentiam, substantiamque moderatus. Quid ipse, aut in quo? Quippe vivus verusque: Unus, ut nos de se loqui sinit: Vivit, & ex æterno & in æternum vivit, ex se habens illud ipsum, quod ei substantia est: Vivit; non enim ei accedere actus aut debuit aut potuit, ne aliquando a se minus: sed semper perfectus, plenus ac totus, in eo quod est ei esse, inest etiam sic esse: ceteraque post Deum sunt, & potentiæ sunt, & actiones potentiæ, quæ vi sua jam esse creduntur, ut omnia & esse, & habere videantur, quæ maturis processionis actibus exsistentia in suo opere heic habere provenit: Actiones autem dicuntur, cum exsistendis processibus gignunt, ac foras promunt quod esse possunt. Ut semen jam potentia est, & culmus, & folia; vel mas aut femina venereæ cupiditatis effusio; sed hæc in mundo atque sub luna: supra vero in æthere atque cælo actiones sunt, atque actionibus vivunt, sed genita etiam quod futurum fuerant facta: ex ortu enim suo in operationes proprias, suasque dimissa, suos actus naturæ continentis contagione discurrunt.


XIII. Quod si hæc quæ in mundo sunt, actus sunt, quanto magis illa quæ in æternis ac supra cælestia sunt, actus sunt & actiones sunt, quæ mundana ista genuerunt? Item & anima & An-

*a* Joan. XVI. 10. 11. *b* Joan. X. 30.

1. *Fit*] Forte *sic*.

2. Forte deest *cum*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 390.



geli ex animis, & ſupra animas: Nam & anima αὐτογόνῳ, ideſt, ſuo & a ſe ſibi orto motu fertur, αὐτοκίνητος dicitur, unde ἀκίνητος: ergo ſemper in motu eſt, quod eſt ſemper agere, & eſſe ipſam ἐνέργειαν, ut ſit ei ſubſtantia, ille motus. Dictum eſt enim: [a] *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Habet ergo αὐτόγονον κίνησιν, id eſt, motum a ſe ortum, ut Deo eſt, ut Chriſto: Sed quia non eſt ille prior ſpiritus, idcireo alia ſubſtantia, & facta, non a ſe exſiſtens, ſed facta ut a ſe haberet motum: quippe anima aliud, aliud vita: vita enim vivendi habitus eſt, & quaſi quædam forma, vel ſtatus vivendo progenitus, in ſe continens ipſum vivere, atque id eſſe quod vita eſt, utrumque ſit una ſubſtantia: non enim vere alterum in altero, ſed unum ſimplici ſuo geminum; & idcirco in ſe, quia ex ſe; & ideo ex ſe, quia aliud operatur in ſeptima ſimplicitas: quies enim nihil gignit; motus vero & agendi operatio format ſibi ex ſe quod ſit, vel potius quonammodo ſit: namque eſſe, vivere eſt: vitam autem eſſe, motus quidam eſt, id eſt, forma viventis, confecta ipſo illo cui forma eſt: illud autem quod eſt conficiens, id eſt vivere: quia numquam cœpit: a ſe enim quod vivit, non incipit, quia ſemper vivit, unde nec vita incipit: cum enim conficiens ſine exordio, & id quod conficitur caret exordio. Simul ergo ut utrumque & conſubſtantiale. Vivere autem Deus eſt, vita Chriſtus: Et in eo quod eſt vivere, vita eſt, & in eo quod eſt vita, vivere. Hoc quidem modo alterum in altero, quia confectum & conficiens alterum in altero. Ut enim conficiens in confecto, ita confectum in conficiente, maxime ſi ſemper iſta: ergo & pater in filio, & filius in patre: etenim conficiens & confectum conficiens, & confectum conficiente confectum: ergo una ſubſtantia, non una duobus, & in una duo; ſed quia in qua Deus, in eadem filius, id eſt ejuſmodi: ut enim vivit Deus, ita vivit & filius: in quali ſubſtantia pater, in tali filius.

XIV. Sed ſi vivit inquiunt, pater, vivit & filius, & idcirco eadem talique ſubſtantia ambo: Subſtantia autem iſtius vivit, cum utrumque ſit, vivit utrumque, ſine ortu eſt utrumque ſempiternum. Sed hoc excluditur Evangeliſtæ ſacratis verbis; loquente ipſo filio Domino noſtro Jeſu Chriſto: [b] *Vivit Pater.* Hic fons ſine ortu eſt. At ubi aliunde principium? *Et ego*, inquit, *vivo propter Patrem.* Si ergo propter patrem, a patre accepit: & ſi accepit, genitus ab ingenito: & ſi vivit, exſiſtentia certa eſt, viſque ſubſtantiæ in utroque cum iſto uniuſmodi vivit, eadem patri & filio, ſed filio a patre ſubſtantia eſt. [c] *Quod enim de ſpiritu naſcitur, ſpiritus eſt*: ergo de tali patris ſubſtantia, talis filii ſubſtantia. Atque ut oſtendatur magis a patre data & ſubſtantia, & eadem unaque ſubſtantia, dictum quod vivit, ac vita ſubſtantia eſt: ergo eadem Deo, & a Deo Chriſto filio ſubſtantia; hoc dicente Evangeliſta: [d] *Ut enim Deus habet ex ſe vitam, ita & Filio dedit ex ſe habere vitam*: ὁμοούσιος ergo Chriſtus cum Deo: id eſt conſubſtantialis, quod eſt ejuſdem ſubſtantiæ, id eſt primæ, principalis, univerſalis, unde omnia quæ ſunt, & vivunt vitam habentia ἔπακτον, id eſt, inlatam, non a ſe genitam, neque quo ſit ipſorum vivere, quod eſt Dei & filii. Tantum quippe omnibus eſt ceteris ex vita, quantum largitur Chriſtus. In Deo vivere ut principale conficiens A eſt vitam, uno atque eodem exſiſtentiæ fonte, nullo priore vel tempore vel poteſtate, dumtaxat circa ſubſtantiam. Unde ſive hoc accipiamus eſſe ὁμοούσιον, quod eadem ſit ſubſtantia, nulla dubitatio eſt, eamdem eſſe, quia & qui vivit, jam vita eſt, quod eſt Deus: & qui vita eſt, vivit, quod eſt Chriſtus: & utriſque a ſe vita eſt, ſicuti dictum eſt: *Ut habet ex ſe vitam Pater, ita & Filio dedit ex ſe habere vitam.* Si autem hoc accipimus ὁμοούσιον eſſe, quod eſt ὁμοούσιον εἶναι, ſimul eamdem eſſe ſubſtantiam: facilius id & manifeſtius approbatur quo patrem dixi eſſe vel filium. Vivere enim & vita ita ſimul ſunt, & ſemper ſimul, ut & in eo quod eſt vivere, vita ſit: & B rurſus id ſit vita, quod vivere.

XV. Etenim capiamus exemplum: quamquam quod dico res ipſa eſt potius, non exemplum. Deum nihil aliud eſſe diximus quam vivere, ſed illud principale, illud unde omne vivere omnium, ceterorum actio ipſa in agendo exſiſtens, atque in hujuſmodi motu eſſe ſuum habens, quod eſt vel exſiſtentiam, vel ſubſtantiam ſuam habens: quamquam ne habens quidem, ſed exſiſtens ipſum, quod ſit principaliter & univerſaliter vivere. Id autem quod conficitur ex iſto actu, & quaſi forma ejus eſt, vita. Ut enim αἰὼν conficitur præſenti ſemper rerum omnium actu, ita vivendo & ipſo vi- C vendi ſemper præſenti opere vita conficitur. Et ut ita fingamus, vitalitas hoc eſt, ut vitæ forma ad potentiam ſuam ſubſtantiamque generatur. Sed & noſtrum vivere conſtat ex præſenti ſemper tempore. Non enim vivimus præteritum, aut vivimus futurum, ſed ſemper præſenti utimur. Hoc enim ſolum tempus eſt, quod ipſum ſolum, quia ſolum tempus eſt, imago eſſe dicitur τοῦ αἰῶνος, id eſt, æternitatis. Quomodo enim αἰὼν ſemper per præſentia habet omnia, & hæc ſemper? Nos quoque quia per præſens tempus habemus omnia quæ habere poſſumus, idcirco hoc tempus noſtrum τοῦ αἰῶνος imago eſt, quia noſtrum præſens non iiſdem, neque idem ſemper eſt præſens: conficitur ergo vivendo D vita, ac ſimul exſiſtendo formatur: ac formatio apparentia eſt; apparentia vero ab occultis ortus eſt, & ab occultis ortus & natalis eſt, & ejus natalis, qui & antequam ſic oriretur exſtiterit: hinc & in vivendo vita, antequam vita; & poſterior tamen vita, quia vivendo vita, & ſemper atque ex æterno vita: quia in eo quod eſt, vivit, & ex æterno vivit, eſt vita. Cum igitur vivat Deus, ſit vita Chriſtus, quia vita oritur exſiſtens ab eo quod & vivit; neceſſario vivit pater, eſt vita filius, ita ut ſupra docuimus, ut & in eo quod eſt vivit, vita ſit: & in vita inſit & vivere. Ergo filius ὁμοούσιος patri, ut ſupra docuimus cum exemplis.

E

XVI. Nunc illud ſequitur quid ſit cum his ſanctus Spiritus explicatus. De Deo iſta & dicta ſunt, & probata: Deum eſſe quod eſſe, Spiritum eſſe quod eſt vivere. Item lumen eſſe quod eſt intelligentiam eſſe, & ſcientiam. Etenim lumen nihil occultum, nihil obſcurum eſſe permittit, aperit, illuſtrat, illuminat. Eſt igitur Deus hoc ipſum quod Deus, eſt eſſe, eſt eſſe primum & principale omnibus quæ ſunt, pro modo percipientium eſſe præſtans, ut ante docuimus, hoc id eſt, vivere, hoc intelligere, id eſt, hoc quod eſt eſſe, hoc eſt ſpiritus, hoc lumen. Iſta enim in uno ac ſimplici, immo unum ac ſimplex. Hoc ſunt quod eſt


a Gen. I. 26. b Joan. VI. 58. c Joan. III. 6. d Joan. V. 26.

esse, hoc vel exsistentiam, vel substantiam jure dicimus. Verum cum principale istorum sit illud, quod est esse; duo autem alia vivere & intelligere motus esse intelligantur, cum omnis motus a quiete nascatur. Quies autem est id quod est esse; ab eo vero quod esse, nascitur motio, exin actio: motio autem primi illius quod est esse, vivere & intelligere. Utrumque enim motus est, & unus motus, duas virtutes præstans officio gemino, una eademque substantia. Nam substantia iis motus est: non enim in iis aliud est esse, aliud moveri. Sic item non aliud est vivere, aliud intelligere, quantum ad substantiam pertinet. Etenim viventis est intelligere, & intelligentis vivere, per actus se vertente uno motu: ita tamen, ut manente opera actuque vivendi intelligentiæ actus agitetur: unde cum Christus vita sit, Spiritus autem sanctus scientia & intelligentia: omnia tamen Spiritus sanctus quæ habet a Christo accepit, Christus a patre, id est ab eo quod est esse; exstiterit vita, & vivere exstiterit scientia & intelligere: nec tum, cum illud esse primum ita sit, ut cum esse sit, sit & moveri.

XVII. Quamquam dicatur quies, movetur autem intus motu unde vivit sibi, & intelligit semet ipsum. Ergo a motu interno, extra & quod est foris natus est motus, ab eo quod est intus esse, & ab eo quod est intus vivere, foris vivere, ab eo quod est intus intelligere; foris intelligere, movente se vita & intelligentia. Sunt enim motus eodem modo exsistente simul, eo quod est esse, ut & intus esset & foris, ista Trinitas intus, cum Deus unus & solus foris, cum Jesus Christus intus & foris, cum ambo Deus unus, atque ex iis cum Deus ὁμοούσιον Christo, necessario & Christus ὁμοούσιον Spiritu sancto, ac per hoc & per Christum Deo: ipse etiam de Deo egressus est. Si enim omnis motus qui foris est, a Dei motu qui intus motus est, ergo & iste a Deo. Etenim scientia & intelligentia, exsistentia est utriusque ac potentia cognoscentiæ; idque hoc ipsum motus est, hoc ipso quod motus substantia: necessario igitur in Christo, vel Christus est, & ab ipso habet omnia, quia a vita quod Christus est, substitit intelligentia, & ideo alter. Hoc enim dictum: [a] *& a me habet omnia*. *Habet* autem & *a me*, duo sunt: ergo alter & alter: Sed quia motus & ipse Spiritus sanctus, motus & Christus, & quia vita vera Christus est, & credentibus in se dat vitam veram, hoc est æternum, & adest apud Deum credentibus in se, quod Dei sit filius, idque per fidem: idcirco per Christum reconciliamur Deo; propter vero hominum obrutam sui & Dei memoriam, opus est Spiritu sancto, si accesserit scientia, [b] *& intelligere quæ sit latitudo Dei, quæ longitudo, quæ profunditas, & altitudo*; & confirmata fuerit caritas, & fides in Christum per Spiritum sanctum, quia scientia est, fiet salvus: plene namque ipse dicit testimonium de Christo, & docet omnia, & est interior Christi virtus, scientiam tribuens, & ad salvationem proficiens, unde alter Paracletus. Etenim mortuis per peccata hominibus vita prius danda fuerat, ut erigerentur in Deum per fidem, quod erat jam vivere ex Dei vita quam attulit Christus in carne, ut carni etiam subveniret. Quare confirmatis hominibus per fidem in Christum filium Dei, etiam scientia danda videatur, & de Christo, & perinde de Deo: Item de mundo, ut eum argueret: Quæ cum intellexissent, facilius ad Dei lucem hominis sui divinorumque intelligentia liberarentur terrenorum mundanorumque contemtu, & desiderio quod excitat scientia divinorum.

XVIII. Venit ergo posterior, id est fides posterior operari: recedente enim Christo, qui per miracula & per præcepta seminaverat fidem, quod ipse Dei filius esset, & vitam in se credentibus daret, completa sunt spiritu omnia, & fides cognitione in Christum adulta succrevit, & ipso in Christo semper præsente, sic enim dixit: [c] *Non enim loquetur a semet ipso, sed quæcumque audierit loquetur, & futura annuntiabit vobis: ille me honorificabit, quoniam de meo accipiet*. Ergo de vita intelligentia, & ipsa vita de vivendo, id est, de patre filius, de filio Spiritus sanctus; sic enim subjunxit: [d] *Omnia quæcumque habet pater, mea sunt*: propterea dixit, *mea sunt*, quia quæ pater habet filii sunt, esse, vivere, intelligere: hæc eadem habet Spiritus, omnia ergo ὁμοούσια. Idem tamen ut ostenderet suam præsentiam semper κατὰ Ματθαῖον sic loquitur: [e] *Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis, & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Ex hoc ostenditur quodammodo idem Jesus, idem Spiritus sanctus, actu scilicet agendi diversi, quod ille docet intelligentiam, iste dat vitam. Etenim idem ipse & unus motus & primus motus: quo contingit, ut qui vivit, & vere vivat, & intelligat, & vere intelligat, qui vere intelligit, vere vivat. Atque ut idem manifestetur Jesus, & Spiritus sanctus, attendamus istud: nempe Spiritus sanctus doctrina est, intelligentia, ipsaque sapientia & Christo & Deo sapientia datur: atque hoc Christus nomine nuncupatur, quod est (Evangelium) Christum esse Dei filium, quod (Evangelium) definitur Dei virtus atque sapientia, ut Paullus ad Romanos [f]. Item Salomon: [g] *Omnis sapientia a Deo est, & cum eo fuit semper ante ævum*. Ecce ὁμοούσιον apparet cum sapientia & de Deo datur, & a Deo datur, utique Christo & Spiritui sancto. Et cum dictum est, quod cum Deo semper fuerit, quod ὁμοούσιον est apparet, cum sapientia & de Deo datur utique Christo & Spiritui sancto. Et cum dictum est, quod cum Deo semper fuerit, quod ὁμοούσιον est, ostenditur simul cum patre. Deinde cum dictum, *ante ævum*, non ergo cum in carne, tunc Christus. Item [h] *prior omnium creata est sapientia*, si primogenitus Christus, sapientia Christus. Deinde quod sequitur, *Spiritus sanctus: & intellectus prudentiæ ab ævo*. Si Spiritus sanctus prudentia est, & intellectus; si scientia, & doctrina. Christus est sine dubio, quia ipse est ab ævo, id est, ex æterno, & primogenitus, & quod est amplius, unigenitus. Hæc & alia in multis tractata libris a me, ὁμοούσιον probant non solum Deum & Christum, sed etiam Spiritum sanctum. Demus igitur vel accipiamus Deum id esse, quod est primum & principale vivere, quod est verum & principale esse: non enim est, quod non vivit: hoc ipsum vivere operatione ipsa conficere, & generare vitam, apertum fecimus. In eo vero quod vita est, scientia & intelligentia inest: vivit ergo Deus, & vivendo vita est Deus, & cum vita est, intelligentia est. Sed hæc tria ut unum ac simplex, &

*a* Joan. XVI. 14. 15. *b* Ephes. III. 18. *c* Joan. XVI. 13. 14. *d* Ibid. ℣. 15. *e* Matth. XXVIII. 19. 20.
*f* Rom. I. 16. *g* Eccli. I. 1. *h* Ibid. ℣. 4.



in eo ut principale sit, id est, hoc sit quod esse magis exsistentia principali est Deus vivens, necessario & semet ipsum intelligens. Hinc enim omnia intelligens, quia semet ipsum intelligit. Omnium exsistentiarum caussa est, & ideo omnia: ergo vita & intelligentia in id accepta, quod est esse intus, semper operantur, quod est vivere. Vivere autem Deo hoc est quod est esse: Esse igitur cuncta, unus & omnipotens Deus est. Quid igitur? si intus in se operatur, vel se potius operatur vita & intelligentia? Quomodo ista veluti foris apparere potuerunt? & quid est foris aut intus ὂν λόγον? Quæsierunt philosophi & docti ad legem viri, quid sint & ubi sint. Quid sint, substantiam eorum vel exsistentiam ut explicemus: ubi sint, utrum inde an extra, & in omnibus reliquis, an in utroque & ubique.

XIX. Hæc quidem nos in aliis libris exsequenter pleneque tradidimus. Verum nunc ista summatim breviterque dicemus. Ante ὂν & ante λόγον, vis & potentia exsistendi illa est, quæ significatur hoc verbo quod est esse, Græce quod est τὸ εἶναι. Hoc ipsum esse duobus accipiendum modis: unum, ut universale sit, & principaliter principale: unde in ceteris esse sit, alioque esse est ceteris quod est, omnium post vel generum vel specierum, atque hujusmodi ceterorum. Verum esse primum ita imparticipatum est, ut nec unum dici possit, nec solum, sed per prælationem ante unum, & ante solum, ultra simplicitatem, præexsistentiam potius quam exsistentiam, universalium omnium universale, infinitum, interminatum, sed aliis omnibus, non sibi: Et idcirco sine forma intellectu quodam auditur. Et præintelligentia potius quam intelligentia accipitur, cognoscitur, creditur. Hoc illud est quod diximus vivere vel vivit, illud infinitum, illud quod supra universalium omnium vivere est ipsum esse, ipsum vivere, non aut aliquid esse, aut aliquid vivere, unde nec ὄν. Certum enim etiam quiddam est ὄν, intelligibile, cognoscibile. Ergo si non ὄν, nec λόγος, λόγος enim definitus est, & definitor: sive enim est ratio, sive exsistentiæ ipsius potentia, sive res illæ quas intelligentia accipit, ut uniuscujusque sit ei esse: cognoscat quod non cognoscit, nisi animadvertat & capiat quæ sint illa, quæ præstant unicuique substantiam: & hic λόγος, rerum per quem creata sunt omnia, universalis potentia, continens universaliter omnium res, præstans ad exsistentiam unicuique sua & propria. Ergo quia sua unicuique & propria præstat, definit, & determinat, etiam illud ὄν facit. Imponendo enim infinito terminum rebus ad exsistentiam sui unicuique format rem, & intelligentiam infinitate sublata subjicit. Est ergo in eo quod rerum est potentia ad pariendas efficiendasque exsistentias λόγος: ex eo autem quod definit, atque concludit unumquodque formam tribuens, ὄν, est jam existens, cum fuerit ejus quod est esse certa forma.

XX. Hoc cum ita sit, videamus an nullius primi, quod est esse, sit λόγος. Si dicimus infinitum, si dicimus immensum, indiscretum; res quibus esse consistit, non capimus, non tenemus: ergo λόγος ejus nullus est. Sed quoniam fieri non potest, ut sit quoquo modo & sine λόγῳ suo sit hoc ipsum exsistens quod est, infinitus est, sine dubio ei λόγος suus est, sed latitans, & occultus, ut sit in eo quod est esse ipsum λόγον esse; vel potius ipsum

A λόγος nihil aliud est, quam ipsum esse: hoc autem est quod dixi vere primum, illud & universaliter universale vivere, quamquam ut docuimus, sit ipsum vivere, & vita, & intelligentia definita: nam potentiæ τοῦ λόγου; etenim definitum quidnam atque formatum est: intelligentia vero & definiens: tamen quia ista intus sunt, & in se conversa sunt, omnia ἄγνωστα, ἀδιάκριτα, incognita, & indiscreta sunt: ita & Deus quod est esse, id est vivere, incognitus & indiscretus est; & ejus forma, id est, vitæ intelligentia, incognita & indiscreta est: sunt enim ista nihil aliud quam esse, quod est vivere. Quod cum infinitum, & forma ejus infinita est, ibi manens, & nihil aliud quam B esse exsistens. Cum autem foris esse cœperit, tunc forma apparens imago Dei est, Deum per semet ostendens; & est λόγος, non jam inde πρὸς τὸν Θεὸν λόγος, in qua vita & intelligentia, jam ὄν: quia certa cognitio & exsistentia, quæ intellectu & cognitione capitur: sed quemadmodum foris exstiterunt ista, & utrum ipsa forma, quæ intus est emissa, foras est, an se ipsum ejecit? sed cum illa intus forma indiscreta & infinita sit, quomodo & in ea quæ foris est, illa cognoscitur, an alia est hæc? sed si alia, non ergo ab illa nata vel emissione, vel sua motione: & si ita ut alia non pars, nec eadem nec omnino ὁμοούσιος, & deinde unde hæc apparuit?

C

XXI. De altero ergo duo principia, an de nihilo? nihilum non est sub Deo τῶν ὄντων. Deinde si Dei potentia vel voluntate exstitit, non est nihilum Dei potentia vel voluntas. Etenim si omnipotens Deus, omnipotentia ejus & caussa omnibus, & ipsa exsistentia est. Num ergo quod reliquum est dicere audemus, a se orta hæc forma est? & quomodo cum esset in patre, inscio patre, an jubente? si jubente, non ergo a se: an insciente? est ergo aliquid quod non potentia Dei fuit, aut est quod sine illo fuit, cum de λόγῳ qui ejus dicitur forma, ita dictum sit: [a] *Per quem facta sunt omnia & sine quo factum est nihil.* Quid istud est? D tantarum confusionum quæ separatio? quæ si non veritas vel vita est veritatis. Adsit Spiritus sanctus: quid inspiratum nobis sit, modo auditor attendat, pura exponentes simplicitate pandemus. Interea unum moneo, sine tempore hæc accipi convenire, ex æterno semper nullo temporis principio, sed ut sit unum utrumque principium & generator & genitum. Primum in rebus æternis, divinis maximeque primis manentia quieta, & in eo quo sunt exsistentia, nulla sui per motum mutatione generarunt. Primus Deus, deinde λόγος, vel νοῦς, vel quidquid alter est, vel uterque, ut spiritus, ut vivere, vel vita, ut intelligentia, vel cognoscentia: anima vero sola mota generationes E habet. Hæc omnia sic domus: τριδύναμος est Deus, id est, tres potentias habens, esse, vivere, intelligere: ita ut in singulis tria sint, sitque ipse unum quodlibet trium nomen, quo se præstat accipiens, ut supra docui, & iis multis: nihil enim esse dicendum, nisi quod intelligit. Triplex igitur in singulis singularitas, & unalitas in Trinitate: ista vero tria progressu suo exponemus.

XXII. Omnium quæ sunt, quæque esse possunt, aut esse potuerunt, exsistentiam, vitam, intelligentiamque pro rerum ac substantiarum captu, & participationes præstant, sortita sunt: Est enim in omnibus esse suum, vivere suum, intelligere suum,

[a] Joan. I. 3.

suumque sentire, ut sint ista umbra vel imago trium omnium superiorum: ergo Deus cum sit, ut ab omnibus dicitur, unum, & solum unum. Nonnulli autem dixerunt Deum esse unum omnia, & nec unum: omnium enim principium, unde non omnia, sed illo modo omnia. Istud autem hac de caussa & primum quidem Deum, esse unum & solum. Illa tria, quia non copulatione consistunt, sed exsistendo quod sunt ipso, & quod alterum credimus sunt, necessario unum, nec ullo modo alterum. Sed de hoc sæpe dictum. Quod vero dictum unum omnia, & nec unum, omnium enim principium, satis aperte dilucideque declarat, patrem rerum omnium & principium Deum: qui cum unum non est, magis omnia est: quia & omnium caussa est atque principium, & in omnibus omnia. Quæ cum ita sunt, erit Deus omnia, exsistens omnivivens, omnividens, & omniintelligens. Et quoniam diximus, confici ab actu potentiam: sic enim se prima habent, ut cum sint omnia a divina energia, id est actus, & operationes; necessarium est, ut a Deo principio omnium potentiarum, universaliter universalium fons & origo nascatur. Iste namque rerum progressus est, ut cum omnia a Deo, potentiæ & actus a Deo, qui supra potentias & actus accipitur, orta hæc esse credantur.

XXIII. Verum cum a nobis dictum sit Deum actum quemdam esse, quod est vivere, sed hoc vivere quod supra omne est vivere, & ex æterno, atque in æternum, vivere simul intellectu acceptis, & eo quod est esse, & eo quod intelligere, sed sic simul, ut ne phantasia quidem copulationis sit: necessario autem vivendi actu, uti docui, confitetur atque exsistit forma quam universalem potentiam nominamus, per singula illa formata, quam ex omni exsistentia, ex omniviventi omniviventia, ex omnividenti omnividentia. Hæc singula potentiæ ut nota & determinata: Sed cum in uno omnia, vel unum omnia, aut cum unum omnia, vel nec unum, nec omnia, fit infinitum, fit incognitum, indiscernibile, incognoscibile, & quod vere dicitur ἀοριστία, id est, infinitas, & indeterminatio. Etenim omnium esse sit, & omnium vivere, & omnium intelligere, & id unum, & sine phantasia alterius unum: unde nec unum, quia omnium principium: unde & ipsius unius. Ex hoc cogimur jam necessario & illa de Deo dicere, ut ejus incomprehensibile sit & esse, & vivere, & intelligere, nec solum ut incomprehensibile ejus sit esse, vivere & intelligere; ut nec esse quidem ista videantur quod ille supra omnia sit: quare & ἀνύπαρκτος, & ἀνούσιος, & ἄνους, & ἄζων, sine exsistentia, sine substantia, sine intelligentia, sine vita dicitur: non quidem per στέρησιν, id est, non per privationem, sed per supralationem; omnia enim quæ voces nominant, post ipsum sunt: unde nec ὄν, sed magis προόν. Eodem modo præexsistentia, prævidentia, præcognoscentia horum quæ conficiuntur: Ipse autem præexsistens, prævidens, præcognoscens: sed hæc omnia apparentibus secundis & intellecta sunt, & nominata. Postquam enim apparuit cognoscentia, & intellecta & appellata est præcognoscentia; eodem modo & præexsistentia, & præviventia. Erant quidem hæc, sed nondum animadversa, nondum nominata. Unde & incognoscibile omne quod Deus est. Sed quoniam tunc cognoscibile & habetur & dicitur, cum est cognoscentia: relativa sunt enim, & se invicem tenent & pariunt, aut invicem interimunt, nondum cognoscibile illud non fuit, quia non fuit cognoscentia. Non quo non fuit illud,

A quod cognoscibile sibi fecit cognoscentia; sed quia erat quidem quod cognoscibile esse posset, non quo cognoscibile esset: quod tunc fit & accipitur, cum adintelligitur, quod & intelligentia esse possit. Hoc modo igitur & in Deo, & esse poterat, & erat ex hoc cognoscibile; quia & esse poterat, ex hoc erat cognoscentia.

XXIV. Quid ergo ex his? Quoniam si hæc postea nata sunt, fuerunt in Deo: & si fuerunt, quia Deus unum, & ista unum, & id quod Deus, & ista unum quia Deus. Ista idem ergo cognoscibile & cognoscentia; sed ita ut cognoscibile quod sit, hoc sit cognoscentia. Etenim cum virtus horum trium una sit: esse enim nihil aliud est quam vivere, atque ipsum vivere intelligere, cum sit & intellectum esse; tota vis singulorum in eo est quod
B est cognoscere, vel esse cognoscentiam. Sed esse cognoscentia non potest, nisi sit cognoscibile: in his autem primis ubi quod est esse, id est quod vivere, & quod intelligere, esse cognoscibile non potest, nisi ipsa cognoscentia nondum apparens, sed se intus tenens, manensque quieta, cessans, atque in se versa sibi se cognoscibilem præbens. Cum enim ipsa cognoscentia lateat, atque apud se sit, forinsecus in se intrans, sed naturaliter mersa in eo, in quo ei esse est manens; ejus formæ est, ut cognoscibile esse possit cum excita cognoscentia velut egressa se circumspiciens, cognoscentiam se fecerit, cognoscendo se fit cognoscibile suum facta. Hoc igitur, si fas est dicere, hoc inquam, modo
C illud primum, unum illud solum, illud Deus, vel spiritus, vel spirans, vel lumen, vel luminans, vel exsistens, vel omniexsistens, vel exsistentia, vel omniexsistentia, vel vivens, vel omnivivens, vel vita, vel viventia, vel omniviventia, vel intelligens atque cognoscens, vel omniintelligens, omnicognoscens, vel omniintelligentia, omnicognoscentia, omnipotens, omnimodis perfectus, interminatus, immensus, sed ceteris, sibi terminatus & mensus, super omnia, & idcirco nullum de omnibus, ac magis ex quo omnia: ergo unum & solum unum: principium enim omnium. Unde non unum omnia manens in se, neque in se, ne duo auditor accipias, sed ipsum manens vel man-
D sio, quies quietus, quiescens magis, quia a quiescente quies, ut supra docuimus. Unde dictus est & sedere quasi in centro τῶν πάντων ὄντων, id est, omnium quæ sunt, unde universali oculo id est, lumine substantiæ suæ, qua vel esse est, vel vivere, vel intelligere, in eas τῶν ὄντων, non versabili aspectu videt, quia & quies est, a centro simul in omnia unus est visus. Hæc Deus, sed quomodo Deus pater, & quis filius, aut quomodo filius, & postea quomodo Jesus filius omnium esse principium, ante omnia esse, est omnium esse, principium non tam quietem esse est, quam ipsam quietem esse. Omnia enim quæ genita factave sunt, ex motu genita factave sunt. Motus autem
E ipse, quo motus est, antequam movetur quies est; contrarius enim ortus contrariorum fiunt, ita ut contrario ortu contrarium unde hoc ortum est pereat non esse, ut ex vita mors, & ex morte vita. Item ex eo quod est esse: & ex eo quod non esse, esset. Et item ex quiete motus, & ex motu quies.

XXV. Sed advertamus acrius, atque audaci intelligentia rerum vim, altitudinemque videamus, ut proposita ista sunt, si diligens circumspector advertat, reperiet esse exsistentiam quamdam & in his, quorum phantasia quadam est interire: namque cum vita sit cui adest esse, ex qua mors na-

scitur; est etiam morti esse, si ex morte nascitur vita. Itemque si ex eo quod est esse, efficitur non esse; necessario erit etiam ipsum non esse, si ex eo nascitur quod est esse: itemque si cessatio est, motus esse cessationem necesse est, si motus nascatur. Quid igitur? nonne ortu contrariorum contraria, aut mori, aut non esse creduntur? Videtur ita, sed contra est: nam utraque manent, nec intereunt ab æterna substantiali sua qualitate. Quomodo istud sit, dicam, adsit Deus, fiet facilior explicatio. Esse in æternis hoc est esse, quod vivere, quod intelligere. Sæpius hæc & diximus, & probavimus. Id autem esse ita est, ut sint ibi viventes, intelligentesque substantiæ: has accipiamus pro modo exsistentium res tres præstare, & participatione sui cuncta retinere, & in noetis vigere, sola esse simplicia, divina, æterna: in mundanis vero & hylicis inesse quidem, sed carnalibus variis ac mortalibus sustineri. Heic ergo mors si est, corporum mors est; & si plenior adhibeatur intentio, nec corporum, id est, in eo quod hyle sunt; sed horum corporum, in ea specie quæ nunc est, effecta quodam interitu dissolutio: sola igitur corporis species dissoluta cum in elementa dispergitur, manent ac sunt unde victura reparantur. Etenim cum in mundo & hyle sit, quæ elementis certis semper exsistit, & cum imagines illorum trium, heic quoque, id est, in mundo se præbeant, quid mors agit illa cum & in suis imaginibus æterna sint? Imagines dico potentias per omnia a lineis animæ defluentes. Cum igitur æterna sint ista, æterna & in hyle elementa: mors si sola composita solvit funditus interit. Unde recte dicitur, quod ex vita mors efficiatur, quod ex vigore vivendi compositi cujuslibet corporis fiat usque ad certa resolutio, & rursus in aliam compositionem iisdem cunctis fiat ex morte reparatio. Hoc modo & esse in mundo accipiendum, hoc modo heic & quies, & motus: at in divinis, quia nulla sunt corpora, mors nulla: sed & vita alio modo, quippe illa principalis & vera; & idcirco ibi progressio non natalis, aut si placet, natalis magis apparentia & manifestatio. Item illa alio modo esse, & non esse, & alio motus atque cessatio: etenim Deus vivit: id autem est esse & intelligere, quæ ista unum tria conficiunt, potentias tres, exsistentiam, vitam, intelligentiam.

XXVI. Sed quia illa tria unum quomodo sint, docui: unum quodlibet tria sit, sic & ista tria unum sunt: sed in Deo hæc tria esse sunt, in filio vivere, in Spiritu sancto intelligere: ergo esse, vivere, intelligere, in Deo esse sunt: exsistentia autem, vita, intelligentia, forma sunt: actu enim interiore & occulto ejus, quod est esse, vivere, intelligere: Intus enim ita sunt & occulta, magisque supra esse, & supra vivere, & supra intelligere Deus est. Unde & ἀνέννοος, vel ἀνύπαρκτος & item ἄζων, ἄνους dicitur, præintelligentia quadam inventus, & magis per formam suam cognitus, sed inhærentem & consubstantialem sibi. Et hoc est, quod in patre est filius: quod cum ita sit, idem filius quod pater, unde & filius Deus, quia hoc est forma, quia id quod est iis cujus forma. Etenim cum esse, vivere, intelligere Deus sit, forma autem sit exsistentia, vita, intelligentia: ista me dicere sic accipias velim, ut supra ista sit Deus. Quod si ita est, fit idem forma quod substantia: Eodem enim modo valent & sunt ista habentia vel exsistentia, esse, vivere, intelligere: ita cum

A duo λόγοι sint, unus per quem unumquidque sit: alius per quem quomodo sit: tamen quia eadem vi habet quomodo & quidque sit, necessario fit unus λόγος, idem valente forma quod substantia. Ergo si idem valet, & idem est forma, istius tamen substantiæ quod ipsa substantia, substantialis enim forma est, idem erit filius quod pater, aut neque pater, neque filius ante egressum foras, sed unum ipsum solum.

XXVII. Hoc cum ita sit, cum sit ei intelligere & intelligentia, sit idem intelligentia quod vita & quod est esse: cum autem magis agendi virtus sit intelligere, quam esse, quam vivere; & cum hoc
B esse sit intelligere quod sit, & cum hoc sit vivere, intelligere quod vivat: necessario sit intelligere vel intelligentia Deus est, cum intelligit Deus, se ipsum intelligit, cum autem se ipsum intelligit, non ut alter alterum, sit ut intelligentia ipsa se intelligat. Quod cum est, se esse efficit, atque in exsistentiam provenit, fitque sibi quod est esse: atque eodem modo intelligendo exsistit & suum vivere, quibus cunctis a se natis, vel magis a se exsistentibus, ingenitus Deus est, exsistens ex ingenitis: quæ unum cum sint, unum & simplex, unus Deus est, & hæc est ut intus intelligentia, quæ sine aliquo motu se intelligit, quippe quæ cum intelligit, exsistit: & cum exsistit, intelligit. Et hoc est
C Deus, & utique hoc ex æterno atque in æternum.

XXVIII. Verum quoniam imaginem Dei filium dicimus Dei, genita est enim forma, ut ab eo quod est esse, vivere, intelligere, gigneretur exsistentia, vita, intelligentia. Quædam enim in his forma est, per quam ut per imaginem intelligitur quid sit esse, vivere & intelligere; necessario per formam intelligitur Deus, nam ipsum [a] *nemo vidit umquam*. Ergo forma Dei cum accipitur in Deo Deus est: cum autem intelligit se Deus, per formam se intelligit: sed & ipsa forma intelligat necesse est. Etenim intelligens ac vivens exsistentia, cum nihil aliud intelligat, quam quod ista Deus sunt. Et hæc sæpe jam docui. Cum autem
D ipsa intelligentia intelligit quod sit intelligentia, (necessario enim sequitur, ut & se intelligat intelligentia) veluti exsistens a semet ipsa se intellexit, fecitque se extra: quod foris est intelligendo, se, id est, motu suo. Unde est hæc foris intelligentia, & hic est filius, hic est λόγος, natus filius, quia alius a Deo, de Deo tamen, id est, de eo quod est exsistens: & vivens, intelligentia, quæ Deus est, atque intus intelligendo se intelligentia foras se protulit, atque exstitit patri, in quo & ipsa fuit, atque est semper imago exsistens per intelligentiam internam, quæ esse est atque exsistere, ac propterea imago imaginis genita.

E XXIX. Duæ igitur intelligentiæ, una intus exsistens quod est illi esse: alia exsistens, quod est illi intelligendo esse. Hæc foris, hæc filius. Quoniam vero intelligendo se intelligentia Deum intellexit, utique intelligentiam internam, illa autem Deus est; intellexit & verum esse, & verum vivere, & verum intelligendo exstitit & ipsa verum esse, verum vivere, verum intelligere. Etenim qui unum intelligit, & habet unum, & est unum: secundum ejus apud se intelligentiam: sic ergo filius, id est, intelligentia, intelligendo se genita, intelligentia intellexit Deum, & omnia illa quæ ingenita Deus sunt, & intelligendo πλήρωμα quærendo,

[a] Joan. I. 18.


SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.

& πλήρωμα intelligendo, unde idem exstitit quod pater. Etenim cum πλήρωμα pater sit necessario, χώρημα suum habet infinitum, licet & sibi finitum: ubi πλήρωμα suum tenet & capit, eodemque modo filius recipiendo & quærendo: hoc est enim recipere χώρημα, exsistere, intelligendo autem totum quod pater, πλήρωμα exstitit genitus, & ipse totus ex toto: & quia intelligentia est intelligens intelligentiam, cum lumen rerum sit intelligentia, exsistit lumen ex lumine: & quia intelligentia utraque, verum lumen ex vero lumine. Itemque cum Deus sit intus intelligentia, ista intelligendo se intelligentia Deus ex Deo est: ὁμοούσιον ergo in omnibus, in eo quod est esse, & vivere, & intelligere. Item in eo quod uterque χώρημα & πλήρωμα est: item in eo quod imago & imago: dictum est enim [a] *ad imaginem nostram*. Et in eo quod lumen & lumen, & in eo quod verum lumen, & verum lumen: & in eo quod Spiritus & Spiritus: & in eo quod motus & motus: sed pater motus quiescens, id est, interior, & nihil aliud quam motus, non motione motus: filius autem motione motus est, uterque tamen motus. Item uterque actio & opera, uterque vita, & uterque a se habens vitam, voluntas & voluntas, eadem virtus, sapientia, Verbum Deus, & Deus Deus vivus, & Deus vivus, ex æterno & ex æterno invisibilis & invisibilis: nam dictum a Matthæo: [b] *Nemo novit filium nisi pater, neque patrem nisi filius*. Simul ambo: hoc enim significat ὁμοούσιον, præter eamdem οὐσίαν: Hæc cuncta illo pleno intelligi possunt: [c] *Omnia quæ habet pater, mihi dedit*. Et, *Omnia quæ habet pater, & ego habeo*. Omnia, inquit: si omnia, ὁμοούσιον filius patri: Idem ergo: & si idem, par: & si par, recte Paullus de filio Dei Jesu Christo dixit: [d] *Qui cum esset in Dei forma, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis Deo*.

XXX. Multa heic divina & magnifica mysteria continentur. Primum quod Christus forma Dei est, in quo ostenditur omnia habere quæ Deus habet: hoc enim est quod & imago dicitur, sicuti de ipso dictum: [e] *Qui est imago Dei*. Habet igitur & Deus imaginem suam: & filius imago Dei est, etenim si dictum: [f] *Faciem Dei nemo umquam vidit*. Et dictum: [g] *Posterganea mea videbis*. Est sine dubio facies Deo, est filio, vel potius est & filius imago Dei, ut dictum est: *Qui cum in forma Dei fuisset*. Unde jure dictum: [h] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Est ergo filius, & si alter, est: non enim idem pater, idem filius; illis rebus omnibus supra a me positis idem, idem autem, hoc est, eadem habens exsistentia sua propria. Unde & idem, & alter: etenim cum heic dictum: *cum fuisset in forma Dei*, utique aliud accipiendum quod forma est, aliud Deus. Sed videris, sit calumniæ locus, ut forma Dei sit in ipso Deo forma, ut sit una & indiscreta substantia. Quid sequentia quemadmodum intelligemus? *Non est arbitratus rapinam se æqualem Deo*. In sua exsistentia positi est, se cum altero credere, vel dicere æqualem. Quid vero illud, [i] *se exinanivit, & formam servi suscipiens?* De Christo accepimus, quod mortuus est, an de Deo? At nullus dixit umquam. Deinde cum dicitur de patre, qui filium suum excitavit a mortuis, nonne satis clarum est, alium esse patrem, alium filium; alium esse suscitantem, alium suscitatum? Ergo forma Dei. Aliud forma, aliud Deus est; & est quidem Deo forma, sed filius Dei forma in manifesto, Dei vero in occulto: sic enim omnia & exsistentia, & vita, & cognoscentia Dei intus in occulto, filio in manifesto: sic cetera χώρημα, πλήρωμα, imago, lumen verum, veritas, spiritus, motus, actio, operatio, vita, & a semet ipso vita, voluntas, virtus, sapientia, Verbum Deus, Deus vivus, & cetera alia omnia. Sed hæc veluti foras, & in manifesto; illa in se atque circa exsistentiam, vel ipsa potius quod est exsistentia; hæc autem in actu agente quod est in manifesto. Postremo hæc omnia filius habet, sed patre dante quod vehementer expressum in eo, quod cum filius habet a se, inquit, sed adjunxit: [k] *Pater ei dedit ut haberet a se vitam*. Vera igitur imago, atque exsistentia in omnibus eadem, sed patre dante: ergo ὁμοούσιον & pater & filius, sed patre dante. De eo enim quod diximus patrem esse, vivere, intelligere; exsistentia genita est, ut vita, intelligentia: & hæc est Dei forma, hæc est filius: sed filius cum in patre est, unum totum intus, Deus agens, operans, se utens, se fruens, fons atque in se plenitudo omnium.

XXXI. Sed quoniam, uti docuimus, intelligentia vi potentiæ suæ, necessario dum in semet se se vertit, intellexit semet ipsam, hoc quodammodo gemina facta, velut intus & foris filius est, genitus ab exsistentia patris: nam exsistentia est intelligentia, quæ & vita est: apparens ergo & exsistens est Deus de Deo. Et quoniam in quolibet uno de tribus cuncta sunt, esse, vivere, intelligere: cum intelligentia intelligentiam genuerit, genitus est filius, & omnia habet filius quæ pater, & habet a patre. Item quoniam hæc omnia sunt per quæ creantur omnia: quæcumque enim sunt, accipiunt suum esse, suum vivere, suum intelligere; filius cum hæc omnia sit, quippe imago patris, & actu actuoso sit, id est, ut hoc præstet ceteris pro natura exsistentium, est necessario universis totisque cunctis λόγος, id est, vis & potentia, per quam, quæ sunt ut sint esse provenit, per quem Deus fecit & facit omnia, & sine quo nihil fit. Hoc appellant alii motum activum, verbum, rationem operantem. Quoniam tamen cum operatur, inest in illo vis patria, in se operatur, unde multa ita dicuntur, ut cum ipsius sit quod faciat, tamen ipse in patrem refert omnia, ut: [l] *pater me misit*. Et: [m] *Non meam, sed patris facio voluntatem*: Et mille talia. Attendamus tamen istum locum: inveniemus quasi ipsum per se facere, ut sua sponte: [n] *Non est arbitratus rapinam se æqualem Deo*. Et item: [o] *Se exinanivit, & formam servi sumens*, qui habebat dominium. Ista omnia sunt sua voluntate facientis. Sed potest credi ipse facere, cum in ipso pater sit, ex quibus sunt & illa: [p] *Ego do vitam in æternum*. Et: [q] *Ego sum janua*, [r] *ego vita, ego veritas*. Item: [s] *Sicut enim pater suscitat mortuos & vivificat, sic & filius quos vult vivificat*. Hæc vera, hæc varia, & in omnibus magis vera intelligentia facit & filium in patre esse, & in filio patrem, & tamen ut pater, ut alter sint & unum, tamen duo sint, quoniam autem alter pater, alter filius: quippe cum pater filii fons, filius ut flumen, quod excurrit ex fonte: in fonte autem ut manens aqua, & quieta est, pura, immaculata, sine scatendi spe-

a Gen. I. 26. b Matth. xi. 27. c Joan. xvi. 15. d Philipp. II. 6. e II. Cor. iv. 4. Coloss. I. 15. f Exod. xxxiii. 20. g Ibid. ṽ. 23. h Gen. I. 26. i Philipp. II. 7. k Joan. V. 26. l Joan. vi. 58. m Ibid. ṽ. 38. n Philipp. II. 6. o Ibid. ṽ. 7. p Joan. X. 28. q Ibid. ṽ. 7. r Joan. xvi. 6. s Joan. V. 21.



cie, sibi occulto motu apertiore per diversa discurrens, terrarum quas sulcat qualitatibus & afficitur, & quodam modo patitur; sic & filius aqua sua, suaque substantia, quæ patris est, semper purus, immaculatus, impassibilis, regionibus per quas discurrit, locisque, vel supracælestibus, vel cælestibus, vel intracælestibus, nunc spumat, ut occurrentibus saxis, quæ sunt ex generibus animarum campus quietus excurrit. Recipit igitur passiones, non in eo quod substantia est, sed in actu atque operatione. Nam cum mysterium adventus sui compleret, tum jam passionem sustinuit, ut se exinaniret, ut personam servi susciperet. Sic & reliqua, in quibus omnibus actus est & operatio. Quamquam & in primo exsistentiæ suæ actu, sicuti in B multis libris docuimus, passio exstiterit recessionis a patre, unde tenebræ, id est, hyle consecuta est, non creata. Sed hæc plenius alibi.

XXXII. Nunc quid assertum est, quid probatum? Deum patrem, filium Deum ὁμοούσιον esse, esse tamen & patrem in substantia, & filium in ea quidem substantia, sed sibi exsistentem actum agente in actu passione exstitisse, numquam separatum a patre, ex æterno & esse, & fuisse, & futurum esse. Actu, quia intra naturam agendi est, & cum patre, vel in patre esse; & extra hoc dici, & intus & foris cum ipse agat, quia de patre ei actus est, patre agente agere dicitur, & tamen omnia C patrem per illum agere dicitur; hunc esse λόγον omnium, & universaliter universalium, & generum, & specialium, & partialium λόγον. Et quia omnium & incorporalium, ergo & corporalium pro sua vi ad id quod esse possunt, ut sint λόγος: unde & mysterii ordinatione novissimis sæculis λόγος, quia omnium exsistentium adumbrata per Spiritum sanctum Maria Virgine incarnatus est ipse ille, quem supra demonstravimus, filius, eodem modo ut esset in corpore, quo Spiritus sanctus in nobis, non totus: nam ut Deus ubique est, sed ut pars ejus: omnium enim divinorum pars hoc semper est, quod est totum, ut est anima in corporibus, ut virtus ac disciplina in animis, vel sol aut D ejus lux in oculis. Ipsum autem λόγον, ipsumque illum quem demonstravimus filium, fuisse in corpore, omnia Evangelia declarant, Apostolus omnis, omnes Prophetæ. Cum enim prædixerunt futurum Christum, in carne futurum prædixerunt, quippe cum ante in carnem dicant & visum, & apparuisse, ut Abrahæ, ut Jacob. Et ipse in carne dixerit: [a] *Abraham vidit diem meum, & gavisus est.* Et Apostolus, in sacro isto ac mysteriis pleno loco, declarat maxime filium Dei ante carnem, & ipsum postea sumsisse carnem: [b] *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu, qui cum in forma Dei constitutus fuisset.* Utique hoc quando ante carnem fuit, ergo & ante carnem & fuit qualis & E quantus. *Forma*, inquit, *Dei*. Quid istud est, forma idem quod pater. Quid est forma? in qua pater cernitur. [c] *Qui me videt, videt & patrem.* Utique non in eo quod videbatur, sed in eo quod ipse Deus divina substantia, λόγος, vita. Hoc igitur fuit ante carnem: namque quid adjungit? *Non arbitratus est rapinam ut esset æqualis Deo.* De se ergo cogitat, & de Deo: facit igitur ut non sit æqualis, sed fuit. Quid deinde adjicit? [d] *Sed se exinanivit.* Quid exinanivit? aut unde, si non fuit?

A Adjicit adhuc: *Et servi sumsit formam, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus tamquam homo. Humiliavit semet ipsum, subditus factus usque ad mortem, mortem autem crucis*; Quid hic non ex omni parte declarat Jesum Christum & filium Dei? Nam sic dictum: [e] *Deus misit filium suum* & missum suæ potentiæ, ac suæ etiam voluntatis arbitrio cuncta facientem, ut se nollet æqualem, ut se exinaniat, ut induat servi formam: fuit ergo qui fuit Dei forma, fuit qui se exinanivit: is autem ipse est Jesus, qui sumsit imaginem servi, & inventus homo est, qui se subdidit usque ad mortem, ut designetur plenius Jesus Christus, usque ad mortem crucis.

XXXIII. Hæc viris fidelibus satis probata sunt, & ante carnem fuisse, & in carne eumdem filium fuisse, illum qui ante sæcula est genitus, illum qui ascendit in cælum, & inde descendit, illum qui nobis de cælo panis est: illum qui in carne dicit: [f] *Redde mihi pater honorem meum, quem habui apud te*: utique supra cælos, & ante carnem, illum: λόγος est, & [g] *in principio λόγος, & juxta Deum λόγος, & qui λόγος Deus est, & per quem λόγον facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil*; illum [h] *qui illuminat hominem in hunc mundum venientem*: Illum [i] qui *λόγος caro factus est.* Audisti in principio, λόγος, audisti quod λόγος ipse caro factus est: Audi quod ipse Dei filius sit, & de patre genitus, sit illa quam diximus supra generatio. Dicit Evangelista: [k] *Deum nemo vidit umquam, nisi unigenitus solus filius, qui est in sinu patris.* Melius autem dicemus gremio. Græci ἐν κόλπῳ, id est in gremio. Sed vel hoc verbum, vel illud significat & genitum filium, quod est foris esse, tamen cum patre esse, cum dictum est: *Qui est in sinu patris.* Omnibus lectionibus ita esse diligens & fidelis quæsitor intelliget. Jam vero Spiritum sanctum alio quodam modo ipsum esse Jesum Christum occultum, interiorem, cum animis fabulantem, docentem ista, intelligentiasque tribuentem, & a patre per Christum genitum, & in Christo: quippe cum unigenitus filius Christus sit, multis nos libris exposuimus; & quod exemplis plurimis approbavimus, satis clarum est. Hoc modo atque hac intelligentia ut pater & Deus cum filio ὁμοούσιον, & filius quod ipse vita est cum eo. Quia autem ipse intelligentia est Christus, & Spiritus sanctus ὁμοούσιον intelligitur: Unde juncto patri filioque accepto, quod sit idem quod Spiritus sanctus, eo quidem modo, quo filius idem est quod pater; ita tamen, ut quomodo pater & filius unum cum sint, sic tamen Pater sit etiam filius, exsistentia unusquisque sua, sed ambo una eademque substantia: sic Christus & Spiritus sanctus cum ambo unum sint, exsistit tamen Christus sua exsistentia, & Spiritus sanctus sua: sed ambo una substantia, ex quo omnes, id est, tota Trinitas una, atque eodem modo juncto patre cum filio, filioque cum Spiritu sancto. Atque ista ratione patre cum Spiritu sancto per Christum juncto, singulis quidem exsistentibus unum, omnis Trinitas sit, atque exsistet illud ὁμοούσιον, cum sit omnibus una eademque simul ex æternitate substantia. Hæc nobis salus est, hæc liberatio, hæc totius hominis plena salvatio, sic patrem omnipotentem Deum credere, sic Jesum Christum filium, sic Spiritum sanctum. Amen.

*a* Joan. VIII. 56. *b* Philipp. II. 5. 6. *c* Joan. XIV. 9. *d* Philipp. II. 7. 8. *e* Gal. IV. 4. *f* Joan. XVII. 5. *g* Joan. I. 1-3. *h* Ibid. ℣. 9. *i* Ibid. ℣. 14. *k* Ibid. ℣. 18.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.

# MARII VICTORINI AFRI
## VIRI CONSULARIS,
## DE ΟΜΟΟΥΣΙΩ RECIPIENDO.

I. Miror adhuc rationem intelligendi unam inter nos non certa mente teneri: Omnes recte intelligimus, nec tamen jungimur. Dicam ergo omne myſterium, omnium verba, ſententias, intellectus, oratione brevi, Arium ut poſſimus excludere. Græci quos Ἕλληνας, vel Paganos vocant, multos deos dicunt. Judæi vel Hebræi unum: Nos, quia poſterior veritas & gratia eſt, adverſum Paganos unum Deum dicimus: adverſum Judæos, patrem & filium: ita dicentes duos, patrem & filium, ſed unum tamen Deum complexi religiones ambas, adverſum utramque alterius contrario repugnamus. Et Pagani quidem lapſi multum, & elementa & cibos ſuos deos eſſe dixerunt. Judæi errore carnali Chriſtum negant, quem aliter confitentur. Noſtrum igitur dogma eſt ad probandum, quod docuit veritatem, & correxit errorem. Id autem facile cognitu erit, ſi cognoſcatur vis verbi a majoribus poſiti, quod ὁμοούσιον nominatum eſt, nec errare quemquam volo, cum tantum de patre & filio ὁμοούσιον dixero: quia Spiritus ſanctus & a patre eſt, & in filio. Hæc autem ratio contra Arianos, & contra hæreticos maxime prævalebit. Eſſe Deum fatemur; ita eſt eſſe: Chriſtum fateamur ſic eſſe: iſto modo dico, eſt Deus, eſt Chriſtus. Quid eſt autem iſtud eſſe? lumen eſſe, Spiritum eſſe, Deum eſſe, Λόγον eſſe fatemur. Ergo hæc nemo negat: hoc eſſe Græci οὐσίαν, vel ὑπόστασιν dicunt: nos uno nomine Latine ſubſtantiam dicimus. Et οὐσία Græci pauci & rari, ὑπόστασιν omnes.

II. Diſtat quidem; verum nunc omittamus. Scriptura divina Græce ὑπόστασιν ſæpe dixit, Latine ſubſtantiam. Et dixit de Dei ſubſtantia propheta Jeremias: [a] *Quod ſi ſtetiſſent hi in ſubſtantia Domini, Verbum meum vidiſſent*. Quid autem eſt ſtare in ſubſtantia? intelligere Dei ſubſtantiam, quod verum lumen ſit, quod ſpiritus infinitus ſit. Hoc cum intellexiſſent, intelligerent Λόγον Domini, hoc eſt, Verbum Domini vidiſſent. Et ſic & paullo poſt idem Jeremias loquitur [b]. Dicit David: [c] *Et ſubſtantia mea in inferioribus terræ*, & de Deo dicit, & ſubſtantiam dicit, & quid ſit hoc manifeſtum eſt. Dicit Apoſtolus ad Hebræos: [d] *Qui eſt character ſubſtantiæ ejus*. Characterem enim dixit Spiritum ſubſtantiæ Dei. Sunt alia multa exempla, ſed quid intereſt? lectum eſt quod ſit, & dicatur Dei ſubſtantia. Eſt autem ſubſtantia Dei, lumen, Spiritus, Deus. Item ſubſtantia Chriſti eſt λόγος, lumen, Chriſtus. Hinc omnes vere dicimus Chriſtum verum lumen de vero lumine, Deum de Deo: recte ergo dicitur ejuſdem eſſe ſubſtantiæ, hoc eſt ὁμοούσιον. Fatemini ergo ὁμοούσιον, cum dicitis lumen de lumine, Deum de Deo, cur repugnatis? propterea quod eſt Græcum? Ὁμο, tale eſt, ut cui jungitur nunc ſignificet ejuſdem rei, nunc ſimul cum re res eſt, utputa ſpecies, quod Græce εἶδος dicitur junguntur iſta ὁμο & εἶδος, & ſignificat ejuſdem ſpeciei: ſic ὁμώνυμον, ejuſdem nominis. Ergo cum jungitur ad οὐσίαν ὁμο, fit ὁμοούσιον, ejuſdem οὐσίας, id eſt ejuſdem ſubſtantiæ. Ex hoc A excluditur Arius, qui dixit, ex nihilo Chriſtum. Item diximus ὁμο ὁμοῦ ſignificare, cum jungitur rei, nihil aliud, quam ſimul eſſe rem dicere, ut ὁμοηλικής ſimul una ætate, & ὁμοτρόφους, ὁμοῦ τραφέντας, ſimul nutritos? ergo ὁμοούσιον, ſimul ſubſtantiale dicemus, vel conſubſtantiale. Ecce habemus & Latine nomina: quod ſi ita eſt, & ex hoc excluditur Arius, qui dixit, *fuit quando non fuit*. Etenim ſi dicimus, ſemper pater, ſemper filius, & ſi [e] *in principio erat λόγος, & Λόγος apud Deum*, quoniam principium ſine ortu eſt, & ſine tempore ſemper fuit Deus, ſemper λόγος, ſemper pater, ſemper filius. Hoc ſi ita eſt, excluſum eſt, ut dixi, *fuit quando non fuit*. Ecce eſt in utroque ὁμο- B ούσιον, contra Arium poſitum, univerſamque Arii hæreſim.

III. Hæc ſi vera ſunt, accipite ὁμοούσιον: nam ſi non vultis, novelli Arii non latetis. Sed ut ex veſtris actibus clarum eſt, dicitis quidem Chriſtum Deum de Deo, lumen de lumine; verum factum, atque hoc modo natum non de ſubſtantia Dei, ſed de nihilo, idque ab aliis cogitis per argumenta veſtra, ut audire poſſitis magis quam dicatis ipſi, & quare argumenta? O Deus, o Chriſte ſuccurre: ſi de Deo natus eſt Chriſtus, aut diviſus aut minutus eſt Deus. Hæc atque hujuſmodi indigna ſæpe profertis quaſi corpus ſit Deus, aut corporeus, C aut hyle: heic enim diviſio vel diminutio poteſt eſſe. Sed de iſto multa jam diximus, quemadmodum in divinis, in incorporeis maximeque in anima, in ſpiritu, in mente, & magis in Deo aut motus ſit, aut partus omnimodis. Etenim perfecta neque augeri, neque minui poſſunt, maxime circa ſubſtantiam, αὐτόγονα enim cum ſunt & αὐτοδύναμα, de Deo dico de ſpiritu, qualia ipſa ſunt, talia emittunt: Nec ibi generatio immutatione generatio, neque ulla paſſio ibi, vel phantaſia aliqua paſſionis. Interea his rationibus veſtris quid cogitis nos fateri de nihilo Chriſtum eſſe natum? Num minor veſtra blaſphemia eſt, cum vos eadem ſentiatis? Aut cur non eſt aperta veſtra profeſſio, ſi D ita ſentitis? Verum contraria vos loqui non videtis: Dicitis enim Deum de Deo, lumen de lumine. Hoc de nihilo eſt, cum dicatis unde. Ergo de Deo Chriſtus, non ergo de nihilo, de lumine non de nihilo; de Deo enim, de ipſius ſubſtantia intelligitur. Nam aliud eſt quod a Deo eſt: nam omnia a Deo, Chriſtus autem de Deo eſt: ipſe vero Chriſtus Λόγος eſt, vel Λόγος Chriſtus eſt.

IV. Poſtremo quærite quid ſit Λόγος, & invenietis Λόγος de nihilo eſſe non poſſe. Sed illi vos fallunt, illi inquam, qui non intelligentes modum generationis, dicunt, [f] *nativitatem Domini quis enarrare poteſt?* Primum de hominibus dictum videri E poteſt, quis? vel, nemo. Spiritus autem ſanctus & inſinuare, & narrare poteſt. Unde & nos Dei patris, & Jeſu Chriſti Domini noſtri permiſſu diximus; & certe non deſperatum hoc, ſed cum miraculo dictum eſt. Deinde ſit modus generationis ignotus, nos de ſubſtantia loquimur: ſi pater

*a* Jer. XXIII. 22. sec. LXX. *b* Ibid. ℣. 18. *c* Pſalm. CXXXVIII. 15. *d* Heb. I. 3. *e* Joan I. 1. *f* Iſa LIII. 8.

& filius, ὁμοούσιον. Quomodo autem Deus pater, A & quomodo Λόγος filius sit, cognitu difficile. Nunc autem hoc non videtur esse quærendum: prius enim confitendum, quod de substantia patris filius, & sic quomodo filius; qui modus est vere difficilis, & a nobis alibi tractatus. Ergo nunc de ὁμοούσιον. certe ut satisfiat vobis, (pacem enim volumus cum omnibus) habemus quomodo exprimamus ὁμοούσιον, primum consubstantiale vel simul consubstantiale. Deinde si dicimus Deum de Deo, lumen de lumine: Lumen autem pater est, item filius lumen: cum dicamus quia in patre est filius, & in filio pater est, dicamus etiam qui recte dicimus Deum de Deo, lumen de lumine; quod verum erit, & plenum ὁμοούσιον. An dubitatis? Quid si & hoc lectum est? blasphemia est contradicere. David XXXV. B Psalmo: [a] *Est* enim *fons vitæ*, &: [b] *In lumine tuo videbimus lumen*. Fatemini jam & hoc, & ὁμοούσιον. Similiter hoc objici potest ei qui dicit similem substantiam: eamdem enim nos dicimus & simul substantiam, certe dictum in Isaia: [c] *Nemo ante te Deus, & nemo post te similis Deus*. Et David: [d] *Quis tibi similis erit Deus?* Hæc adversus eos, qui similem substantiam dicunt: sed & multa prætereo, quæ plenius uberiusque tractata sunt, contra eos tractatus, quos ipsi miserunt. Nam de illis non loquendum, qui dissimilem dicunt: nec de illis, qui eos qui ista tractant quæ dicimus, Patripassianos putant. Omnes enim isti & alii hæretici facile refutati sunt majore tractatu. Deus adesto Pater, & Deus Domine Jesu Christe, ut sit in plebe tua ὁμουσία per ὁμοούσιον. Amen.

*a* Psalm. XXXV. 10. *b* Ibid. *c* Isa. XLIII. 10. *d* Psalm. 34. 10.

# MARII VICTORINI AFRI
## VIRI CONSULARIS,
## *DE TRINITATE*
## HYMNUS I.

Adesto lumen verum pater omnipotens Deus.
Adesto lumen luminis, mysterium & virtus Dei.
Adesto sancte Spiritus, patris & filii copula.
Tu cum quiescis pater es, cum procedis filius.
In unum qui cuncta nectis, tu es Spiritus sanctus.
Unum primum, unum a se ortum, unum ante unum Deus.
Præcedis omne quantum, nullis notus terminis.
Nihil in te quantum, quia neque quantum ex te est.
Namque ex te natum unum gignit magis, quam tenet quantum.
Hinc immensus pater est: mensus atque immensus filius.
Unum autem & tu pater es, unum quem genuit filius.
Quod multa vel cuncta sunt, hoc unum est quod genuit filius.
Cunctis qui ὄντος semen est, vera virtus seminis.
In quo, atque quo gignuntur cuncta, virtus quæ fundit Dei.
Rursusque in semen redeunt genita quæque ex semine.
Operatur ergo cuncta Christus qui omnis est virtus Dei.
Namque Christus in quiete motus est, summus Deus.
Atque ipse motus sapientia est, & virtus Dei.
Nullo a substantia distans: quia quod motus,
Hoc substantia est, quique motus, quia in ipso atque ipse est.
Ex Deo dictus Deus, natus autem: quia motus est;
Omnis enim motus nutus est, unumque cum sit Deus.
Ac Dei motus, unus & idem Deus exsistit.
Tamen motus ipse esse, ut sibi sit hoc quod ipse motus est.
Sed quia Dei motus est, habet in se motus Deum.
Rursusque ipso quia Dei motus est, habet in se motum Deus.
In filio igitur pater est, & in patre est ipse filius.
C Sunt ergo singuli atque in semet semper, cum sint singuli.
Hinc duobus una virtus, hinc una substantia est.
Sed patre dante, quæ sibi sit filius substantia est.
Esse enim prius est, sic moveri posterum.
Non quo tempus illi adsit, sed in divinis ordo virtus est.
Esse nam præcedit motum, re prius, non tempore.
Hoc esse dicti in Deo memorant substantiam.
Hic autem motus ortus est, nam gignit motus substantiam.
Substantiæque generatio quid aliud quam substantia est?
Ergo motus & patris est, filius ergo eadem substantia est.
D Hunc λόγον Græci vocarunt, intus in patre Deum:
Caussa qui sit ad partum atque ad ortus omnium.
Nihil namque absque hoc creatum est: per hunc creata cuncta sunt.
Hic λόγος si Christus est, & si λόγος vita est genitus,
Λόγος a patre est: est enim vivus Deus, in quo cum
Substantia Deus sit, Deusque sit vita substantia.
Genitus autem filius vita est, una est substantia.
Λόγος Deus, indiscretus ergo semper, semper & alter.
Simul missus, mittenti par, & fons tamen manans, semper
E Discurrit, spargens vitas, missus ut flumen filius.
Hinc substantia unum ambo, fons Deus, flumen filius.
Sed quia in divinis substantia hoc idem quod vita est.
Vitaque ipsa est sapientia, ut præcedit esse.
Cui inest princeps ac simplex vivere, sic adest.
Intelligens sapiensque semper cum præcedit vivere.
Non quo præcedat quidquam alterum, neque quo sit omnino alterum.
Sed quo progressu actum sit ter triplex alterum.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 390.

Filius, actusque vita est, qua procedunt & creantur omnia.
Fit idem doctor & magister, idem perfector spiritus.
Seminatas sæclis animas irrigans scitis sophiæ.
Sophia autem cum sit Christus, idem Christus filius docet,
Profectus Patre Patrem & Christum Spiritus.
Hinc patris cuncta Christus: hinc habet Christi cuncta Christus.
Sic Christus meus inter parentem & se se alterum
Spiritum implet parentem, dum esse præstat omnibus.
Atque esse cunctis vita est: & hoc est quod in Christo factum est.
Quid quia jungit ac salvat omnia, ac docet verum Deum.
Christum sequentes, Christo renato sanctus jungit Spiritus.
Ergo Christus omnia, hinc Christus mysterium.
Per ipsum cuncta & in ipso cuncta, atque in ipsum omnia.
Cujus altitudo pater est, ipse vero totus
Progressu suo longitudo, & altitudo patris est.
Hinc Christus apparens sæclis, ad profundum doctum idque arcanum,
Et intimus intus docendo, Christus occultus factus spiritus.
Omnes ergo unum spiritum, omnes unum lumen.
Hinc singulis vera, hinc tribus una substantia est.
Progressa a patre filio, & regressa a spiritu,
Quia tres exsistunt singuli, & tres in uno singuli.
Hæc est beata Trinitas, hæc beata unitas.

# MARII VICTORINI AFRI

## VIRI CONSULARIS,

## HYMNUS II.

Miserere Domine, miserere Christe, miserere Domine, quia credidi in te, miserere Domine, quia misericordia tua cognovi te.

Miserere Domine, miserere Christe: tu spiritus mei λόγος es, tu animæ meæ λόγος es, tu carnis meæ λόγος es.

Miserere Domine, miserere Christe: Vivit Deus & semper vivit Deus, & quia ante ipsum nihil est, a se vivit Deus.

Miserere Domine, miserere Christe: Vivit Christus, & quia Deus ei generando dedit, ut a semet ipso vivat Christus, quia a semet vivit, semper vivit Christus.

Miserere Domine, miserere Christe: Quod si a semetipso vivit pater: & patre generante a se vivit Filius, consubstantiale patri est, quod ut semper vivit Filius.

Miserere Domine, miserere Christe: Animam Deus dedisti mihi, anima autem imago vitæ est, quia vivit anima in æternum, vivat & anima mea.

Miserere Domine, miserere Christe: Si ad similitudinem tuam Deus pater, & ad imaginem Filii homo factus sum, vitam creatus sæculis, quia me cognovit Filius.

Miserere Domine, miserere Christe: Amavi mundum, quia tu mundum feceras: detentus mundo sum, dum invidet mundus tuis: nunc odi mundum, quia nunc percepi Spiritum.

Miserere Domine, miserere Christe: Succurre lapsis Domine, succurre pœnitentibus: quia divino & sancto judicio tuo quod peccavi, mysterium est.

Miserere Domine, miserere Christe: Cognosco Domine mandatum tuum, cognosco reditum in anima scriptum mea, propero si jubes redire, nostri Salvator Deus.

Miserere Domine, miserere Christe: Diu repugno, diu resisto inimico meo, sed adhuc mihi caro est, in qua victus diabolus, tibi triumphum magnum, nobis fidei murum dedit.

Miserere Domine, miserere Christe: [a] *Velle mihi adjacet*, mundum & terras linquere: sed imbecilla pluma est, velle sine subsidio tuo: da fidei pennas, ut volem sursum Deo.

Miserere Domine, miserere Christe: Jam portas quæro spiritus, quas pandit Spiritus testimonium de Christo dicens, & quid sit mundus docens.

Miserere Domine, miserere Christe: Pater qui genitus semper, qui repræsentas Deum, da claves cæli, atque in me vince diabolum, in sede lucis ut quiescam, gratia salvatus tua.

[a] Rom. VII. 18.

# MARII VICTORINI AFRI

## VIRI CONSULARIS,

## HYMNUS III.

DEus Dominus, sanctus Spiritus: O beata Trinitas.

Pater, Filius, Paracletus: O beata Trinitas.

Præstator, minister, divisor: O beata Trinitas.

Spiritus operationum, Spiritus ministeriorum, Spiritus gratiarum: O beata Trinitas.

Unum principium, & alterum cum altero & semper alterum cum altero: O beata Trinitas.

De qua Pater substantia, & ipse substantia Filius, Spiritusque substantia, sed [1] ter ipsa substantia: O beata Trinitas.

Pater perfectus, perfectus Patre perfecto Filius; perfecto Filio sanctus perfectus Spiritus: O beata Trinitas.

Fons, flumen, irrigatio: O beata Trinitas.

In tribus ter gemina, sed una actio: O beata Trinitas.

Exsistentia, vita, cognitio: O beata Trinitas.

Caritas, gratia, communicatio: O beata Trinitas.

Caritas Deus est, gratia Christus, communicatio sanctus Spiritus: O beata Trinitas.

Si caritas est, gratia est; si caritas & gratia, communicatio est: omnes ergo in singulis, & unum in tribus: O beata Trinitas.

Hinc ex Deo Apostolus Paullus: [a] *Gratia Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio sancti Spiritus vobiscum*. O beata Trinitas.

Ingenitus, unigenitus, id est procedens genitus: O beata Trinitas.

Generator, genitus, regenerans: O beata Trinitas.

Verum lumen, verum lumen ex lumine, vera illuminatio: O beata Trinitas.

Status, progressio, regressus: O beata Trinitas.

Invisibilis invisibiliter, visibilis invisibiliter, invisibilis visibiliter: O beata Trinitas.

Omnis potentia, omnis actio, omnis agnitio: O beata Trinitas.

Impassibilis impassibiliter, passibilis impassibiliter, impassibilis passibiliter: O beata Trinitas.

Semen, arbor, fructus: O beata Trinitas.

Ab uno omnia, per unum omnia, in uno omnia: O beata Trinitas.

Unus simplex unus, unum & solum unum, & solum & semper unus. Alter unus, ex uno unus idem unus, & omnia unus unitor omnium, virtus unius, operans unum, ut fiant omnia: O beata Trinitas.

Ex æterno ingenite, ex æterno genite, ut omnia æterna sint genite: O beata Trinitas.

Tu creari imperas, tu creas, tu creata recreas: O beata Trinitas.

Tu Pater cunctis substantia es, tu Filii vita, tu Spiritus salvatio: O beata Trinitas.

Substantia ipsa vita est, vita ipsa qui est, æter- A na salvatio est: Pater ergo, & Filius, & Spiritus sanctus est: O beata Trinitas.

Tu esse cunctis præstas, tu Filii formam, tu Spiritus reformationem: O beata Trinitas.

Tu Deus infiniti & definiti Pater es: O beata Trinitas.

Tu o Fili, quia vita es, infinitus es; qui a mortuis vitam revocas, definitus es; tu quoque & infiniti & definiti Pater es: O beata Trinitas.

Tu etiam Spiritus sancte, quia salvatio es, definitus es, & quia definito quod infinitum est retines, & infiniti & definiti pater es: O beata Trinitas.

B Si ergo ter Pater unitas, omnis autem a te o Deus paternitas, unum & Deus, & omnis paternitas: O beata Trinitas.

[2] Tu λόγον Deus creasti, hinc Deus factus Pater, & quia a te creatus est λόγος, & ipse quia in illo es, factus est λόγος Deus. Hæc duo unum sancto unxisti Spiritu: simplex ergo & unum es factum in tribus. Spiritus, λόγος, Deus: O beata Trinitas.

Primum ὄν, secundum ὄν, tertium ὄν, & simplex tria: O beata Trinitas.

Ον omne substantia est, ὄν formata substantia est: formata substantia aut sibi tantum, aut alteris, aut sibi aut alteris nota est: O beata Trinitas.

C Substantia Deus est, forma Filius, notio Spiritus: O beata Trinitas.

Ον primum, ὄν verum Deus es: ergo omnis & tota substantia, Deus es: O beata Trinitas.

Ον secundum omnis forma Christus est: universalis autem substantia, cum universalis est, forma est substantia: igitur cum forma est, & Deus Christus est: O beata Trinitas.

Ον tertium sanctus est Spiritus, sanctus Spiritus, totius exsistentiæ demonstratio est. Demonstratio autem numquam nisi nota demonstrat: Nosse autem in divinis hoc est quod habere est. Cognoscentia enim ipsa eademque substantia est. Habet ergo Deum, habet Christum quem demonstrat Spi- D ritus sanctus: O beata Trinitas.

Immensus, infinitus, invisibilis Deus es, sed aliis immensus, infinitus, aliis & invisibilis: tibi mensus, tibi finitus, tibi visibilis: Hinc ergo & forma tibi est, ergo & Λόγος: idem es, quia Λόγος forma est: & quia forma tibi notitia es, notitia autem Spiritus sanctus est: id ergo & Deus, & Λόγος, & Spiritus sanctus es: O beata Trinitas.


Tu Fili visibilis, es enim universalis & omnium forma: Cum enim vivificas cuncta, fit forma de vita: Forma autem semper in substantia, & forma omnis notitia est: Ergo in substantia Deus es, in forma Λόγος, in notitia Spiritus sanctus: O beata Trinitas.

a II. Cor. XIII. 13.

1. Caute lege, *ter*, id est in tribus: alioquin certum est substantiam seu naturam non numerari, sed esse unam. Simplicissimam plusquam unam numero.

2. Caute lege: nam solet Victorinus *creandi* & *faciendi* verbo pro generandi & producendi uti.

SÆCUL. IV CIRCA ANN. CHR. 390.



Tu quoque Spiritus sanctus notio es: omnis autem notio formæ & substantiæ notio est: Cognoscis igitur Deum, & habes Dei formam. Hinc & Deus, & Filius, & Spiritus sanctus es: O beata Trinitas.

Esse Deus es, Spiritum esse Christus, apparere quod sit Spiritus Paracletus: O beata Trinitas.

Hinc Christum misit Pater, Christus Paracletum, Christus ut Paracleto, Christo ut appareret Pater: O beata Trinitas.

Secreta atque in occulto substantia Deus est: secreto atque in occulto forma Deus es: secreta atque in occulto notio Deus est: Hinc [1] pro ὄν istorum τῶν ὄντων Deus es: O beata Trinitas.

Publica jam apparensque substantia λόγος es: & quia publica & apparens, forma autem quia Patris forma es, hinc tibi substantia es. Ergo in te pater est, quia pater substantia est. Eadem autem substantia, neque enim alia ulla substantia. Si ergo λόγος apparens forma est, forma substantiaque ipsa; apparens autem forma apparensque substantia notio est: idem tu λόγος, & Deus, & Spiritus sanctus es: O beata Trinitas.

Omnis notio cognoscentia est, omnis cognoscentia substantia est, cognoscentiaque ipsa forma est: es ergo Spiritus sanctus publicata forma, apparensque substantia, sed salvans regeneransque, non manens generansve substantia es: O beata Trinitas.

Una igitur Deus, λόγος, Spiritusque substantia est, manens in tribus, exsistensque ter in omnibus tribus. Hoc autem & forma & cognoscentia est, sic triplicatur omnis simplex singularitas: O beata Trinitas.

Tu Deus incognite, tu incomprehensibilis Deus es, sed incogniti atque incomprehensibilis Deus es, quasi quædam forma sine forma est. Hinc pro ὄν cum ὄν diceris magis defectus ac requies. Hinc cessantis cognoscentiæ forma est noscentiæ: O beata Trinitas.

Tu λόγος forma cum sis, forma patris es: hinc ergo & imago patris es. Et cum forma patris es, est tibi forma & ipsa substantia, & quia forma eadem & substantia est: hinc in te Pater est, & tu in Patre. Item quia forma es, notio ibi est, ergo & substantia tibi nota, ex hoc notus & Pater est. Quippe cum in sinu ejus sis ab eo genitus, verum ergo & tu ὄν verum, ἐκ τοῦ ὄντος τὸ ὄν: Omne autem ὄν semper in tribus: O beata Trinitas.

Tu Spiritus sancte connexio es: connexio autem est, quidquid connectit duo, ita ut connectas omnia, primo connectis duo, esque ipsa tertia complexio duorum, atque ipsa complexio nihil distans uno, unum cum facis duo: O beata Trinitas.

Tres ergo unum, & ergo ter, ergo ter tres unum: O beata Trinitas.

Hinc Pater summus mittit λόγον, missus creat, & ministrat omnia, portans in salutem nobis carnem simul & sanctam crucem, remeans victor ad Patrem, salvandis nobis esse misit alterum: O beata Trinitas.

Semper cum Deo Christus est juxta substantiam: Etenim vita semper est. At quoniam vita, actio autem ut agat incipit, hoc est Christus natus est: ex æterno autem Deus & Christus agit: ex æterno igitur Deus Christus natus est: O beata Trinitas.

In cælos qui ascendit Christus est: de cælis qui descendit idem est. Non ergo ab homine, sed usque ad hominem Christus est: O beata Trinitas.

Hic est Deus noster, hic est Deus unus, hic unus & solus Deus: O beata Trinitas.

Hunc oramus cuncti, & oramus unum, unum Patrem & Filium, sanctumque Spiritum: O beata Trinitas.


Da peccatis veniam, præsta æternam vitam, dona pacem & gloriam: O beata Trinitas.

Libera nos, & salva nos, justifica nos: O beata Trinitas.

1. Forte προὸν heic & infra.



Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
390.



# SANCTI VIGILII
## EPISCOPI TRIDENTINI
# EPISTOLA I.
### AD SIMPLICIANUM EPISCOPUM MEDIOLANENSEM, de martyrio SS. Sisinnii, Martyrii & Alexandri.

*Ex editis Surii, Bollandi, &c.*

I. Domino sancto ac venerabili Patri, bonis omnibus præferendo Simpliciano, Vigilius Episcopus Tridentinæ ecclesiæ, salutem.


Quamvis facta Martyrum mentione, non verbis merita, sed verba meritis commendentur; potiusque sit constantiæ silentio præterire, quibus est probata virtus: tamen quia me suggerere caussas, loca pugnasque martyrii pietas impulit, admonuit debitum, coegit officium; trepidante mærore linguam paginæ non negavi, quia nec abscondi poterat lucerna sub modio, nec vox pii sanguinis reticeri. Post multos namque patientiæ gradus & sedulas pugnas, recens perfidiæ accessit iniquitas; quia ministri in ecclesiis quæ nuper fundatæ fuerant, lacessiti sunt, ac martyrii titulos comparaverunt; B parati ad omnia, libenter omnia sustinentes, nulli dantes occasionem, occasione gloriæ gloriam meruerunt. Quorum vita, ut summa rerum fastigia referam, propter scientiæ notitiam, fuit tam solicitudinis quam propositi singularis: nam omnes liberi nexu conjugii, Deo immaculatas animas, ut sanctas hostias, præstiterunt. Denique primus, vocabulo Sisinnius, novam Christiani nominis pacem intulit barbaræ nationi: quam per annorum seriem, quod in se fuit, jugiter custodivit, nullum consortium pollutæ hospitalitatis agnoscens, velut Lot Sodomis, stupendo timore religionem servavit: sed ovis tuta [1], quamvis in luporum medio constituta, ovile quæsivit, quod, impensis pusillæ fi- C dei votis munificus, primus in illa regione fundavit: cujus minister, si mecum recensere dignaris, per hoc velut ex debito esse promeruit, senex ut ævo, ita merito præcesserit.

II. Lector quoque Martyrius, ejus adminiculo sociatus, jam nominis pignore commendante, eum religiosæ professionis exordia post militiam temporalem catechumenus induit. Nam projecto a se cingulo, rejectoque parentum vel fratrum carnalium cœtu, intelligens se se veræ lucis auctore Deo gratiam consecutum, inter Lectores officio sociatus, divinæ laudis canticum auribus primus surdæ regionis intonuit, attentus operibus jugiter spi- D ritalibus, lassatus jejuniis continuis, lectionis suæ pædagogus, in lucrandis animabus anxius: quare brevi temporis impendio tantum fenus ante præmisit, ut illi corona merito crederetur. Quid liberatas animas referam, in sinum Abrahæ plena luce profectas, quas perfida superstitiosorum dierum observantia, alienato jure naturæ, crudeli morte damnabat? Verum ille, subductus maternis uberibus lacte turgentibus, peregre enutritus, condecentem semper matri quærebat affectum, resurrectionem exemplis prædicatam viden- A tibus oculis dicaturus. Hæc sunt pauca de multis.

III. Alexander quoque, Martyrii consanguinitate germanus, tertius Trinitatis hostiam complens, parem confessionis januam reseravit. Nam patriam, Dei caussa [2] peregrinus parentesque deseruit, comes in probationibus fidus, fide magnanimus, miseratione propensus. Et si testimonio meo utcumque creditur, non sunt, nisi ipsi sibi, altrinsecus præferendi: quos commendari non opus fuit, nisi forte quod decuit. At vero hactenus sunt allevata fastidia, si adhuc auribus libenter admittis. Nam fumosa gentilitas contra vaporem fidei, zelo diaboli flamma furoris incaluit: exinde jam lentum fomitem serpens, quod opibus, ut dixi, fidei paupertate devota, primus id loci Diaconus ecclesiæ tabernaculum posuisset. Accessit quoque justæ ad titulos caussæ, quod condonari hostias diabolo de Christiana domo, Diaconi fideli ministerio prohiberet, & lustri feralis vexillo præferri vexillum vetuit [3] passionis. Nam invitata sub uno præmio manus, ad sanguinem convolavit; ac matutinis horis, nimium antecedentis diei vulneribus fatigatum, nec aliter lectulo deprehensum, emerita quiete sepelivit. Lector quoque haud umquam impiger, & ad ministerium antelucanum serviebat, cui in sacrificio Diaconus famulabatur; & medicinam vulneribus memoratus Martyrius exhibebat, quam opere quo deprehensi sunt, compleverunt. Siquidem secedens ad hortum Lector, qui ecclesiæ cohærebat, captus, vitæ suæ arborem a radice plantavit. Ostiarius etiam passioni adjunctus est: in hospitio deprehensus, animam suam ut non obtulit, ita non negavit. Verum omnes in unum collecti, per aliquot spatia tracti, Deo animas exspirarunt. Et duorum quidem ductum est corpus exanime: tertio vero quo tenacior vita, ita fuit pœna sensibilior: nam vivus suas spectavit exsequias. Præparatus est de sacris ecclesiæ culminibus seu trabibus rogus: hæc flamma martyres velavit. Reverenti autem voto, cogitamus nobiscum, ut id loci basilica construatur, ubi primum fidei gloriosæ testimonium meruerunt. Nunc me immeritum, in utroque consortem, paterno amore consolare; & cum eodem [4] sanctos apud ipsos exorator accede, quatenus possim die illa fimbriam aut sacerdotum aut martyrum, jam omnibus sepositis, peccator attingere. Salutamus speciali servitio sanctitatem tuam: quæso, ut mærorem meum Domino commendare digneris. *Item alia manu.* Denegare non potui, quod tuum in nobis erat, gloriosius fieret suscipientis merito, non gratia largientis. Dies autem passionis sanctorum, quarto Kalendas Junias, sexta feria, luce nascente.

1. Ed. *tota*. 2. Ed. *deinde peregr.* 3. Ed. *meruit*. 4. Ed. [illegible].

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



EJUSDEM

# SANCTI VIGILII

## EPISTOLA II.

### AD S. JOANNEM CHRYSOSTOMUM,

DE IISDEM MARTYRIBUS.

*Ex Bibliotheca Vaticana in Majo Bollandiano.*

*Incipit Epiſtola ſancti* VIGILII *de laudibus beatiſſimorum martyrum* SISINNII, ALEXANDRI *&* MARTYRII *: quorum reliquiæ per* JACOBUM *virum illuſtrem ad* JOANNEM *epiſcopum urbis Conſtantinopolitanæ pervenerunt.*

I. AD ſanctas aures novus caritatis hoſpes non aliter applicaret, aut verecundiam primi motus non provocatus impelleret, vel imbueret ignotus alloquium; niſi provocaret & præmium. Ab homine itaque apoſtolico, frater cariſſime, præſentis tenor atque epiſtolæ incipiet plenitudo, ut facili confinio intelligas, quod martyrum præconia ſubſequantur. Jacobus etenim, deſideriorum cæleſtium vir fidelis, Comitivam reclinaturus in Chriſti comitibus dignitatem, ſanctorum recentium & vapore fumantum reliquias poſtulavit. Reclinaturus dixi, quia deponi non poteſt, quæ apud Dominum dignitas cumulatur. Cui ego ſatis timidus, nec parum prudens cauſſæ, mecum diſpenſatione luctatus, quo minus diſtributor idoneus, pæne dum vereor denegavi: quod ſemper debere, ut quis feneretur, expendi feceram. Confiteor; multum multorum privatam timui privato timore jacturam, niſi ad Jacobum reſpexiſſem, ſancto Joanni per quædam alimenta reverentiæ traditurō, ut delegato amore per religioſa vocabula martyrum, deferretur, & iterum ſanguine jungeretur, non peregrina germanitas. Hanc quoque inter cetera opinionem fidei libenter accipiens, quæ bene in meo mærore ridebat, tantum diſtuli, non negavi. Diſtuli, ut iterum lentitudo mea aperte proderetur, qui ſequi meos comites minime meruiſſem. Confiteor, optavi: ſed non eſt in ſolo deſiderio corona juſtitiæ. Nunc autem ſi decens ordo gravis non erit auribus ſitientibus, a regionis ſitu vel itineris inchoabo; ſumma rerum veſtigia ſine faſtidio ſecuturus, ut proclivius confluat inundatio meritorum, ſi ad originem fontis capaci amore pervenias.

A B C D

II. Poſitus namque (cui inquilinum eſt Anagnia vocabulum) locus vigintis quinque ſtadiis a civitate diviſus, tam perfidia quam natura anguſtis faucibus interclusus, uno pæne aditu relaxatus (iter trium martyrum dicas) qui reſupinus molli dorſo, vallo ex omni latere deſidente, caſtellis undique poſitis in coronam, vicinis ſibi perfidia conſpirantibus, ſpectaculi genus exhibet ſcena naturæ. Cauſſa loco deerat: ſed fuit cauſſa Chriſtus idonea, ut daret diaboli ludus pompam martyrio. Non ſit auribus audientis odioſa locorum relatio. Fuit enim ſibi ſemper male ſocius, concavus in montibus conſonus locus: ad quem cum Chriſti primum militia conſcendiſſet, tubis ſæpe excita truculenta gentilitas, æmulo furore bellique clangoribus inflammatur. Verum unum genus pugnæ ſanctorum fuit perfectum, omnia ſuſtinere, laceſſitos cedere, patienter ferre, paſſuros privata manſuetudine furorem publicum refrenare, vincere detrectando: ſed præ-

deſtinata gloria maturi exitus titulis perurgebat, quos debitus ordo pepererat. Nam prætermiſſis ambagibus & longis anfractibus amputatis (ſolum non reticebo) quibus eſt virtus nutrita martyrum, damnum laudis ablaturo compendio.

III. Cum adhuc eſſet in ſupradicta regione nomen Domini peregrinum, neque ullum ſignum eſſet quod (fidei) ſignaculum demonſtraret, fuerunt hi tunc numero, nunc merito ſingulares advenæ, tam religione quam gente, a quibus non immerito Deus prædicaretur ignotus, longi temporis quieta converſatione compoſiti, dum nulla fidei utilitas titillaret. Verum nunc, ſi cauſſa in Dominum furgentis odii requiratur, (violatæ) pacis titulus fuit; quia unus ex his, nomine Siſinnius, utroque grandævior, in quo eſſet vel ſola venerabilis ſenectus, eccleſiam propriis ſumtibus elevavit. Fide ditior quam facultate, locuples ſpiritu, pauper cenſu, tradidit ovile paſtori. Factus eſt cujus erat conditor, excubator: ſed fuit lupis ovile contrarium. Invidit ruina diaboli culmen erectum. Hæc fuit ſors prima martyrii, ut oves dum agnum perſequuntur, occiderent. Addita eſt velut hoſtia, illa Deo juſtior cauſſa: quod cum luſtrale malum circa fines agrorum cuperent ducere ſcena ferali, ac ſata naſcentia tam protererent quam fœdarent; Chriſti quoque germina calcaturi, luctuoſis ornatibus coronati, ululato carmine diaboli, diverſarum pecorum pompis erectis in Domini ædem vexillis, nuper de ſua gente converſum, victimas dare cogebant operibus tenebrarum. Quod cum Domini miniſtri ſine ſuo reatu fieri vix viderent, quia adſiſtentes ipſi quoque operibus videbantur communicare confuſis; oppignerata ſunt illa die ſanctorum corpora cædi funeſtæ, dilata tamen palma victoriæ.

IV. Heic conferre, frater, paullulum volo tecum titulos rerum, ne cui pedeſtre videatur martyrium eſſe humilitate ſuſceptum; quia vile putatur bonum omne quod præſens eſt; cum novum ſit atque mirandum, ſine invidia temporis ſuſcitatum, & ita completum, ut nec ante quid præceſſerit, nec ſequatur; ſed ſit ſingulare, quod ſolum data conſummatione concluſum. Ovem qui a prædone cuſtodit, puto, non mercenarius, ſed Chriſti oſtenditur eſſe diſcipulus; & qui fugit, conductitius; qui non deſerit, paſtor. Qui ponit animam, vivit; qui ſervat, amittit. Nam quid aliud egit Magiſter & Dominus, niſi ut non derelinqueret deſertores; aut Agnus, niſi ut agnam defenderet, ut pro ovibus pia victima conſummaretur? Sed ingreſſurus paſſionum portam, poſt editam multipli-



eem causam, peregrinam laudem non contraham, A neque furabor: quia nec aliena velle, martyrum est; nec fallere, sacerdotum: nisi quia impossibilem me, ut insequendo ista confiteor referendo; & in hoc minime, quia minora dicturus.

V. Post vexillum namque diabolicorum lustrorum, quod, ut retulimus, erat indicium gloriæ mox futuræ, una nocte dilatam adscenditur ad coronam. Nam matutinis horis auroræ repente cæli umbra cedente, manus inopinata, sed conspirata colligitur, præustis armata sudibus atque securibus, & quod rimantibus diaboli ira telum fecisset; ibique Levitis aliquantis in ecclesia deprehensis, hymnum cantantibus matutinum, fit vasta depopulatio, B sæva direptio: profanantur omnia tam secreta quam divina mysteria; fit postremo præda, religio. Ne quis hoc vulgare putet fuisse certamen, cum aut insensibilia idola a sensibilibus diruuntur, aut saxorum moles cum suis molitoribus commoventur; ut de cultore & de colendo incertum habeas, quem judices duriorem. Petra Christus in omnibus vexabatur, angularis lapis reprobabatur a gentibus, probandus iterum; mundo sanguine ædificaturus ruinam surgentem. Habebat inter ista fides spectaculum suum. Sisinnii tunc Diaconi corpus lectulo tenebatur, confossum ac saucium pristinis quoque vulneribus, cum aut ovem ad hostiam revocare, aut hostia fieri juberetur, nisi feralibus hostiis consen- C sisset; tuba percussus qua canticum diaboli personabant, non immerito qui sonum fidei primus intulerat: securibus cæsus, qui securem ab infecunda gentilitatis arbore defendebat. Ac ne longius protraham confirmata; emerita, ut diximus, lectuli deprehenditur quiete; confessus, credo, ut privato mysterio ad crucem citius perveniret, paralyticum populum soluturus.


VI. Per lignum funibus alligatur Lector quoque Martyrius: Confessor consimiliter & assertor nominis sui; qui canticum novum, tunc primus, & nunc solus in terra aliena cecinerat; inter strepentes & horridos jubilos pastorales, jam tunc dulcis D eloquii redditis Deo laudibus, ut superius memoravi; ac Diacono Sisinnio medicinam vel fomenta contulerat, sanaturus dolores, quamvis vulnera suscepturus; revocans eximiis haustibus animam fugientem, non corpori, sed passioni. Verum sanctus, jam martyrii ad Christum itinere destinato, aquæ potum, quia vinum passionis venerat, refutabat, quod vitæ verioris fluentis miscuerat calice propinato. In hac itaque cura deprehensus, qui semper de animarum sanctitate solicitus, non sibi soli natus, aut soli sibi certe victurus, in horti qui contiguus jungebatur secreta secessit, hoc est ab ecclesia non recessit. Est enim, sicut melius nosti, hortus ecclesia, sepibus mandatorum plantata E viventium. Non ingessit corpus, quod negare nolebat: nec temeritatis sumsit audaciam, confidentia pietatis. Sicut in Africanis regionibus dicitur, qui in ultroneum funus armantur, quod sine timore faciunt, ambiunt præ tumore. Stetit autem martyr futurus, captus, liber; intrepidus, confessus; agens gratias, vulneratus; saucius corpore, mente securus; cæso capite, privato baptismate, lotus cruore. Nemo illum sequi meruit qui fugere putabatur, unde vana similisque timori est secessisse, religio: sed comprehensi justa confessio demonstravit, quod ille stetit tantum ut vinceret; ille secessit, ut & persecutor in ejus gloria deperiret. De horto quo fugerat, Martyrius adducitur. Genus est hoc secessisse mysterii, ut purpureus flos locis vernantibus inquilinus, non immerita tingeretur rosa, novum præcedens martyrem; aut inter albentes liliorum per baptismum comas rigatis omnibus recidiva morte plantatis, voluntas vitæ tacita dictaretur. Transfixus etiam stipitibus ducebatur ad idolum: sed ante victima esse promeruit, quam ad aram diaboli perveniret.

VII. Tertia quoque, Alexandrum honoratura, Domini corona completur. Familiariter invenit aditum, qui ad Christi januas excubabat; quo custode velum templi tecta gentilium corda dirupe- rant. A multitudine studiose quæsitus, quia zelo fidei satis omnibus notus, captus, non tamen captivatur; timor, non timuit. Illusus sæpe est Christi discipulus, in hocque vivaciorem pœnam fecit major in tormentis martyrialibus labor: ac sic compensaturus dignitatem excessu passionis, forte promeruit, ut nihil in tribus esset inferius. Nam in ceteris furor tormenta non distulit; hunc lenta in Dominum pœna servavit: sensit se scire quod sustinebat, spectator corporis sui: & quamvis supradictum ex Diacono martyrem illata vulnera distulissent, hunc sibi exhibuerunt tormenta custodem. Junctis namque ac nexis corporibus, ac per publicum tractis more canum, sed non ad vomitum reversuris, vivus inter illos Alexander innexis pedibus ducebatur, per scopulos partem membrorum palpitantium dimissurus, donec ad loci, vitæ inquam, terminum duceretur. Itum est post hæc in religiosa fastigia, hoc est, alta Dei templa; post corpora, strata solo culmina, sacratis facta pyra trabibus, in conspectu Saturni, idoli veteris tempestate longæva. Præmissis in ignem geminis atque germanis ante corporibus, stetit saucius Alexander, iterum confessurus; cui præmium vitæ propositum est, ut vita careret; flammam præsentem si velit evadere, dicat se eorum tenebris consensisse. Verum illi, transversa tuenti & impiorum munera reprobanti, contra lucem lux ante oculos fuit; pœnam timor pœnæ prohibuit: calor fidei repulit flammam: gradus reverentiam ordo quoque tenuit passionis. Ultimus suscipitur: sed non inter fratres infimus coronatur. Impletum est, fratres, in tribus ministris, nunc vero in cælestis lætitiæ convivio, mysterium Trinitatis; cum & alii potuissent hostia viva pati, forte consimili, nisi cuncta trino perfecta numero censerentur. Fuimus enim inter hæc portio forte non minima: & horum caussa sumus a gentibus increpati; nec dereliquimus socios: sed electionem habet gradus.

VIII. Multa præterea diebus propinquantibus passionis, non tam demonstrata sunt quam veritate depicta, quæ in compendium dimittimus; ut per hæc pauca quæ gesta sunt, plenius mysteria doceamus. Si tamen mecum patienter relegere relata dignaberis, ab ipsis cunabulis regionis quidem, Sisinnius fuit Cappadox gente vel Græcus, apud vos olim sanguinis primi; fide velox, spiritu magnanimus, laboris prodigus, ad omnia perseverans, metam suam palma concludens non sera, [1] septima repromissionis forte venturus, junctus semper copula caritatis, pace concordans, divinæ frena retinens disciplinæ, jugalis tanti populi domitor, Christi index; postremo futuri gregis aut sanguinis germani (sicuti usus, magister rerum loquitur) ducatum viæ tenens, periculi proculcator audax & au-

1. Forte *optima*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



ctor agnoscitur, ut secure pone tenus agmina subsequantur. Ita in nostro fidei indice matutino primatus fuit sanguinis & ducatus: qui post demonstratam viam duxit ad vitam, aut induxit ad gloriam, seductor salutis, cognitor veritatis; Propheta testante, [1] *Et index meus in matutino*. Atque ut plus facta mysteria cumularent, & Indici suo non deesset indicium; cum velut animal traherent sancti Sisinnii corpus exanime, collo aerii testis tinnitum concavum ligaverunt, quod vulgus tintinnabulum vocant; insultantes corpori, increpantes morti, exprobrantes non vindicem Christum; & irridentes Domini discipulum, impleverunt salutare mysterium. Quid enim voluit sibi ille tinnitus aut sequacibus animalibus utilis sonus, decori B quoque congruus, collo suspensus? nisi quod vox ructaret nomen Christi, rauca clamando surdis; & principem, ut gregis, ita gentis, in omnibus approbaret. Primus enim verbum religiosæ vocis increpuit, primus concavis vallibus personavit: adhuc prope brutis animalibus, aut certe pecoribus dux pastus intacti, novi tinnitor auditus, florulentæ legis ruminator in gentibus.

IX. Ordine proposito, Martyrii sibi quoque consequens nomen, prophetiam quam tenebat implevit: exposuit vocabuli parabolam, verus in omnibus revelator: adrisit quod vocabatur nomen, & meritis cumulavit: statuit natale vocabulum, ut ori- C gine, sic passione venturum. Quid pœnæ conscia horti secreta dissolvam? quod illo se primum contulit, ad quod iterum martyr intravit, januam paradisi, mundam voluptatem ac venerandas sui veris delicias meditatus; animatum florem, male hærentem adhuc spinæ sæculi, locis virentibus plantaturus; a virgine demonstratus, cujus erat hortus. Quid me iterum ad mysteria facta revolvitis? Illa virgo prodidit, quæ suos tenere semper optavit: voluit dimittere quem recepit: cultorem quem probavit, elegit. Jam noti amoris affectu Deum quoque tenuit invitatum, dicente in Canticis Salomone, [a] *Descendat frater meus in hortum suum*. Descendit, & certe descendit: nam exire D noluit quem dives voluntas adamavit quoque tempore passionis, ut rem notam nostris temporibus exprimamus. In horto cum Judæis comprehendit Dominum Scariotes. Nemo de tali secessione discipuli caussetur: ita Magister & Dominus invenitur. Putatus est hortulanus, rigator viventium, plantator animarum. Hortus est ergo non fugientis, sed confugientis asylum, intelligentibus horti facient meruisse paradisum.

X. Alexandro vero quod conferre mysterium mor- A tis potuit, qui totum vivus implevit; nisi quod ad gentis vitium nomen adrisit; ut Alexandria putaretur Anagnia, privatis religiosa portentis, numerosa dæmonibus, biformis Anubibus, idolis multiformis semi-hominibus, quod est legis irrisoribus; plena Isidis amentia, Serapis fuga; blanda postremo inquilinorum mater criminum, quin potius noverca; viperarum alumna progenie, per sobolem venenatæ gentis, quæ nescit concipi, nisi patris orbitate lætetur; nescit crescere, nisi morte nascatur; nescit vivere, nisi nesciverit matrem; ut in fidei conversione malæ sobolis proles, concepta jactura Dei Patris, capite denegato nata, perfossa alvo matris Ecclesiæ parta, per sanctorum mortem vitæ sumat originem; sed jam crescit damno fecundior, leto vivacior, lætior post mærorem. Nam planum est & plene perspectum, quod est scripturis dictantibus referatum [b], cuncta uno peccato [2] conclusa, ut omnes misericordiam mererentur. Hi sunt centuplicati reditus passionis, quibus suos jam gens illa reatus absolvit: captivitas liberos fecit, laxavit indulgentia vinculatos. Cælum tunc consensit in tenebras, lux inhorruit passione, mentis credo perfidiæ cæcitate confusa.


XI. Crede, frater, oculis fratris. Umbra quædam nigræ nubis totam texit sive contexuit regionem; proxima terræ fulmina crepuerunt; dirus sæpe fragor intonuit; coruscans rutilus plus ignis emicuit: conscium sanguinis diceres cælum. Non est ultra post umbram peregrinæ, ut ita dixerim, noctis, manifestam celare sub nebula veritatem. Dies quoque horrorem prodidit passionis, non tantum refugus, sed privatus. Nam sextæ feriæ lux alma processerat, semper post Deum amica martyribus: tenens reverenter partem adhuc dominici corporis, per sanctos alumnos famulis Dei præstitit famulatum, æmulante tamen invidia religionis sorte ventura. Sic se asserit Dominus operibus suis; sic se socium præstat in omnibus, ut æqualitate jungatur & tempore. Spectator, confiteor, fui inter ista mysteria, & ad sanctorum cineres excubator: qui particeps esse non merui, sensi ad quod pervenire non potui. Vidi, vix hodieque credulus mihi: excedunt facta reverentiam relata dictorum: unde Dei erit, frater, asserere quod elegit, & testanti testimonium perhibere. Suscipe nunc, frater, trium munera puerorum, aut tres pueros de camino, anheli ignis adhuc propemodum ambulantes incendia; & nisi invidus flammæ furor femineces suscepisset, historiæ revixisset exemplum: ita omnia se pæne simili honore pinxerunt: Vox, Ros, Numerus, Caminus. Vox fidem consonam: Ros, pluviam; Caminus, pyram; Numerus Trinitatem.

*a* Cant. V. 1. *b* Rom. XI. 32.

1. Vetustam Latinam versionem Scripturæ consulas oportet, ut hunc locum invenias. PAPEBR.

2. *Conclusa*] Sic emendamus pravam editorum lectionem *concussa*. Respicit enim S. Vigilius ad *Rom.* XI. 32.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 390.



# SEVERI
## RHETORIS ET POETÆ CHRISTIANI
## CARMEN BUCOLICUM

*De virtute signi Crucis Domini.*

ÆGON, BUCULUS, TITYRUS.

### ÆGON.

Quidnam, solivagus, Bucule, tristia
Demissis graviter luminibus, gemis?
Cur manant lacrymis largifluis genæ?
Fac, ut norit amans tui.

### BUCULUS.

Ægon, quæso, sinas alta silentia
Ægris me penitus condere sensibus.
Nam vulnus reserat, qui mala publicat:
Claudit, qui tacitum premit.

### ÆGON.

Contra est, quam loqueris: recta nec autumas:
Nam divisa, minus sarcina fit gravis:
Et quidquid tegitur, sævius incoquit.
Prodest sermo doloribus.

### BUCULUS.

Scis, Ægon, gregibus quam fuerim potens:
Ut totis pecudes fluminibus vagæ
Complerent etiam concava vallium,
Campos & juga montium.
Nunc lapsæ penitus spes opis est meæ:
Et longus peperit quæ labor omnibus
Vitæ temporibus, perdita biduo.
Cursus tam citus est malis.
Hæc jam dira lues serpere dicitur.
Pridem Pannonios, Illyricos quoque,
Et Belgas graviter stravit: & impio
Cursu nos quoque nunc petit.

### ÆGON.

Sed tu qui solitus nosse salubribus
Succis, perniciem pellere noxiam:
Cur non, anticipans quæ metuenda sunt,
Admosti medicas manus?

### BUCULUS.

Tanti nulla metus pervia signa sunt,
Sed quod corripit, id morbus & opprimit:
Nec languere sinit, nec patitur moras.
Sic mors ante luem venit.
Plaustris subdideram fortia corpora
Lectorum studio quo potui, boum,
Queis montis geminæ consona tinnulo
Concentu crepitacula,
Ætas consimilis, setaque concolor:
Mansuetudo eadem, robur idem fuit,
Et fatum, medio nam ruit aggere
A Par victum parili nece.
Mollito penitus farra dabam solo.
Largis putris erat gleba liquoribus.
Sulcos perfacilis stiva tetenderat;
Nusquam vomer inhæserat:
Lævus bos subito labitur impetu,
Æstas quem domitum viderat altera.
Tristem continuo desero conjugem,
Nil jam plus metuens mali,
Dicto sed citius consequitur necem
Semper qui fuerat [1] & integer,
Tunc longis quatiens ilia pulsibus,
Victum deposuit caput.

B

### ÆGON.


Angor, discrucior, mæreo, lugeo.
Damnis quippe tuis, non secus ac meis,
Pectus conficitur; sed tamen arbitror,
Salvos esse greges tibi.

### BUCULUS.

Illuc tendo miser, quo gravor acrius.
Nam solamen erat vel minimum mali,
Si fetura daret posterior mihi,
Quod præsens rapuit lues.
Sed quis vera putet? progeniem quoque
C Exstinctam pariter, vidi ego cernuam
Invicem gravidam, vidi animas duas
Uno in corpore perditas.
Hic fontis renuens, graminis immemor,
Errat succiduo bucula poplite,
Nec longum refugit: sed graviter ruit
Leti compede claudicans.
At parte ex alia, qui vitulus modo
Lascivas saliens texuerat vias,
Ut matrem subiit: mox ibi morbido
Pestem traxit ab ubere.
Mater tristifico vulnere saucia,
Ut vidit vituli condita lumina:
Mugitus iterans, ac misere gemens,
D Lapsa est: & voluit mori.
Tunc tamquam metuens, ne sitis aridas
Fauces opprimeret: sic quoque dum jacet
Admovit [2] ubera mortuo.
Post mortem pietas viget.
Hinc taurus solidi vir gregis, & pater,
Cervicis valida frontis & arduæ,
Lætus dum sibimet plus nimio placet,
Prato concidit herbido.
Quam multis foliis silva cadentibus
Nudatur gelidis tacta aquilonibus,
Quam densis fluitant velleribus nives
Tam crebræ pecudum neces.
Nunc totum tegitur funeribus solum,

1. Sanus. 2. moriens.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
394.



Inflantur tumidis corpora ventribus,
Albent lividulis lumina nubibus,
Tenso crura rigent pede.
Jam circum volitant agmina tristium,
Dirarumque avium, jamque canum greges
Insistunt laceris visceribus frui.
Heu, cur non etiam meis?
Quidnam, quæso, quid est, quod vario modo
Fatum triste necis transsilit alteros,
Affligitque alios? en tibi Tityrus
Salvo lætus agit grege.
Ipsum contueor. Dic age Tityre,
Quis te subripuit cladibus his Deus,
Ut pestes pecudum, quæ populata sit
Vicinos, tibi nulla sit?

TITYRUS.

Signum quod perhibent esse Crucis Dei:
Magnis qui colitur solus in urbibus
Christus, perpetui gloria Numinis,
Cujus filius unicus.
Hoc signum mediis frontibus additum,
Cunctarum pecudum certa salus fuit.

A Sic vero Deus hoc nomine præpotens
Salvator vocitatus est.
Fugit continuo sæva lues greges:
Morbis nil licuit, Si tamen hunc Deum
Exorare velis: credere sufficit.
Vocum [1] sola fides juvat.
Non ullis madida est ara cruoribus,
Nec morbus pecudum cæde repellitur,
Sed simplex animi purificatio,
Optatis fruitur bonis.

ÆGON.

Hæc si certa probas, Tityre, nil moror,
B Quin veris famuler religionibus.
Errorem veterem diffugiam libens:
Nam fallax, & inanis est.
Atque jam properat mens mea visere
Summi templa Dei: quin age, Bucule,
Non longam pariter congredimur viam,
Christi & [2] numen agnoscimus.
Et me consiliis jungite prosperis:
Nam cur addubitem, quin homini quoque
Signum prosit idem perpete sæculo,
Quo vis morbida vincitur?

1. An *votum*? 2. Al. *Numina noscimus*.

# S. PAULLINI

EPISCOPI NOLANI

*CARMINA XI. XII. & XIII. IN S. FELICEM,*

EDITIS MULTO EMENDATIORA:

QUIN ET CARMEN XIII.

Verſibus LIII. auctius qui antea in eo deſiderabantur:


CURA ET STUDIO V. C.

D. JOANNIS ALOYSII MINGARELLII

CANONICI REGULARIS ORDINIS S. AUGUSTINI,

Congregationis Rhenanæ S. Salvatoris.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 395.



# S. PAULLINI

## NOLANORUM EPISCOPI

## *CARMEN XI. * IN S. FELICEM.*

Sidera si cælo, si possunt gramina terris A
Desore, mella favis, aqua fontibus, uberibus lac :
Sic poterunt linguis laudes cessare piorum,
In quibus & vitæ virtus, & gloria mortis
Ipse Deus, pro quo vitam voluere pacisci,
Et moriendo piam sancire fidem populorum,
Mercarique sacrum pretioso sanguine regnum,
Sanguine, quo totum spargentes martyres orbem
Gentibus innumeris semen cæleste fuerunt.
Horum de numero procerum Confessor in ista
Urbe datus Felix longe lateque per orbem
Nominis emicuit titulo. Sed Nola sepulti
Facta domus tamquam proprio sibi sidere plaudit.
Omnis enim, quacumque manet mandatus in ora B
Martyr, stella loci simul, & medicina colentum est.
Namque tenebrosum veteri caligine mundum,
Languentesque animas miseratus in orbe creator
Sic sacra disposuit terris monumenta piorum,
Sparsit ut astrorum nocturno lumina cælo.
Et licet una fides, par gratia, & æmula virtus
Martyribus cunctis maneat, tamen omnibus iisdem
Dissimiles operum formas exstare videmus.
Atque alibi tacitis meritum sublime sepulcris
Excolimus memores, alibi clamantia signa
Conspicuas miramur opes. Ubi credo mali plus C
Durior impietas retinet, majorem ibi morbus
Poscit opem gravior, vel adhuc ubi cæcior altam
Perfidiæ noctem trahit error, & ægra laborat
In populo titubante fides, ibi lumina prorsus
Accendi majora decet, mundique tenebras
Illustrante Deo perimi, mentesque retusis
Attonitas oculis, trepidasque intendere ad ipsos
Divini veri radios, caligine tetra
Solvere, collyrioque medentis inungere Christi;
Quod per Apostolicas curandis sensibus artes
Cote pia teritur, quia lene jugum, & leve Christi
Est onus ad Christum puro jam lumine versis,
Atque evangelico suffusis pectora succo.
Quo bene purgantur nebulæ, quibus interiorem
Obducunt aciem mundi fallentis amores,
Qui magnum per inane vagos sine remige sensus
Circumagunt, hebetantque gravi caligine captos
Mollibus illecebris, ut frangant robora vitæ,
Sectenturque vagas per gaudia lubrica pompas.
Hos igitur nobis cupiens avertere morbos
Omnimedens Dominus, sanctos mortalibus ægris
Per varias gentes medicos pietate salubri
Edidit; utque suam divina potentia curam
Clarius exsereret, potioribus intulit illos
Urbibus, & quosdam licet oppida parva retentent
Martyras: at proceres Deus ipsos mœnibus amplis
Intulit, & paucas functos divisit in oras,
Quos tamen ante obitum toto dedit orbe magistros.
Inde Petrum, & Paullum Romana fixit in Urbe,
Principibus quoniam medicis caput orbis egebat
Multis insanum vitiis, cæcumque tenebris.
Sed potiore Deo nostram reparare salutem,
Quam Satanæ captos etiam nunc fraude tenere
Rarescunt tenebræ Mundi, & jam pene per omnes
Prævaluit pietas, & mortem vita subegit.
Crebrescente fide victus delabitur error,
Et prope jam nullis sceleri, mortique relictis
Tota pio Christi censetur nomine Roma
Irridens figmenta Numæ, vel fata Sibyllæ.
Cumque sacris pia turba refert Pastoribus Amen
Per numerosa Dei regnantis ovilia lætum,
Laudibus æterni Domini ferit æthera clamor
Sanctus, & incusso Capitolia culmine nutant.
In vacuis simulacra tremunt squalentia templis
Vocibus icta piis, impulsaque nomine Christi.
Diffugiunt trepidi desertas dæmones ædes.
Lividus incassum serpens fremit ore cruento

* In codice Bibliothecæ S. Salvatoris Bononiæ, quem *nostrum codicem* vocabo, primum Paullini Carmen in S. Felicem sic inscribitur: *Beati Meropii Paullini episcopi Nolani de Vita S. Felicis Carmen anni primi. Liber Primus*. Undecimum vero istud Carmen sic inscribitur: *Incipit Liber XI.*

Vers. 1. Sex primos hujus Carminis versus citat Dungalus in *Responsis adv. Claudii Taurinensis sententias*.

Ibid. In codice Bibliothecæ Ambrosianæ, quo usus est Muratorius, quemque *Muratorii codicem* posthac vocabo, scriptum est: *Sidera si cælo possunt, si gramina terris* &c. Utraque lectio probabilis videtur. Dungalus tamen legit, ut est in nostro codice.

V. 4. In Muratorii codice scriptum est: *In quibus & vita, & virtus*. At vero Dungalus legit, ut est in nostro codice, cujus lectionem secutus sum.

V. 9. In cod. Mur. legitur *fuere*: quod parum refert.

V. 10. Dungalus citat hunc versum, & alios, qui sequuntur usque ad versum 19.

Ibid. Emendavi ex nostro codice. In Mur. cod. scriptum est: *Horum pro numero*. At Dungalus quoque legit, *Horum de numero*.

V. 14. In cod. Mur. legitur *jacet*; in nostro *manet*: quomodo legit etiam Dungalus.

V. 15. Nostri codicis lectionem amplexus sum. In cod. Mur. legitur *locis*. Dungalus legit ut est in nostro codice.

V. 18. Hunc versum mendose sic legit Dungalus: *Sic* D *sua disposuit terris munimenta piorum*.

V. 23. Noster codex habet *tacitum*. At codicis Mur. lectio mihi magis placet.

V. 34. Mur. cod. habet *medentes*. At legendum est *medentis*, ut est in nostro codice. Id enim exposcit ipsa quoque metri ratio.

V. 44. Ita scriptum est in nostro codice. At in codice Mur. legitur *cavas*, id est, ut recte explicat Muratorius, inanes.

V. 45. Hunc versum, & alios, qui sequuntur, usque ad 55. citat Dungalus.

V. 51. Mur. codex, & Dungalus habent *martyres*: noster vero cod. *martyras*.

Ibid. In Mur. codice scriptum erat *ad proceres*. Recte autem Muratorius suspicatus fuerat legendum esse *at proceres*: ita enim legitur in nostro cod. & apud Dungalum.

V. 58. In Mur. codice legitur; *quam satanæ captos* &c.

Ibid. Lectionem codicis Mur. secutus sum. Noster habet *teneri*.

V. 61. Mur. codex habet *dilabitur*: noster *delabitur*.

V. 65. Emendavi ex nostro codice. Nam Mur. pro *referet* legit *ferat*.

Lugens humanam jejuna fauce salutem. A
Seque simul pecudum jam sanguine defraudatum
Prædo gemens frustra siccas circumvolat aras.
Sic Deus & reliquis tribuens pia munera terris,
Sparsit ubique loci magnas sua membra per urbes.
Sic dedit Andream Patris, Ephesoque Joannem,
Ut simul Europam, atque Asiam curaret in illis,
Discuteretque graves per lumina tanta tenebras.
Parthia Matthæum complectitur, India Thomam,
Lebbæum Lybies, Phryges accepere Philippum,
Creta Titum sumsit, medicum Boetia Lucam.
Marcus, Alexandrea, tibi datus, ut bove pulso
Cum Jove, nec pecudes Ægyptus in Apide demens, B
In Jove nec civem coleret male Creta sepultum,
Nec Phryges exsectis agerent Cybeleia Gallis
Impuram fœdo solantes vulnere matrem,
Et tandem castis fronderet montibus Ida
Intactas referens securo vertice pinus:
Vana nec ulterius mutos jam Græcia Delphos
Consuleret, spernensque suum calcaret olympum
Altius in Sion gradiens, ubi collis alumni
Lene jugum celso fastigat vertice Christus.
Fugit & ex Epheso trudente Diana Joanne
Germanum comitata suum, quem nomine Christi
Imperitans Paullus pulso pythone fugavit.
Fugit ab Ægypto satanas, ubi mille figuras, C
Nomina mille sibi variis accommoda monstris
Sumserat; ut Serapi sanctum formaret Iofeph,
Nomine ferali abscondens venerabile nomen,
Cum tamen ipsa fidem simulacri forma doceret,
Qua modius capiti superest, quia frugibus olim
Ante famem Domino sic inspirante coactis
Innumeras gentes Ægypti ex ubere pavit,
Et steriles annos annis saturavit opimis.
Sed ne ultra Sanctus coleretur honore profano,
Mens arcana Dei devotæ pectora plebis
Immissis acuit stimulis, cultumque nefandi
Dæmonis, everso fractoque Serapide, clausit.
Non Pelusiacis vaga saltibus Isis Osirim
Quærit aruspicibus calvis, qui pectore tunso D
Deplorant aliena suo lamenta dolore,
Moxque itidem insani sopito gaudia luctu
Vana gerunt eadem mentiti fraude repertum,
Qua non amissum sibi quæsivere vagantes.
Heu quo stultitiæ merguntur gurgite mentes
Luce Dei vacuæ! nam quid, rogo, cæcius illis,
Qui non amissum quærunt, nusquamque manentem
Inveniunt, planguntque alii quod non dolet ipsis?
Elige quid facias miser error. Quid colis? aut quid
Plangis? non coeunt quæ jungis: luctus honorem
Non sequitur: lamenta colis, lugendaque credis,
Quæ divina putas. Si dii sunt, nec miseri sunt;
Aut si sunt miseri, dii non sunt, atque homines sunt,
Et miseri: miserare igitur mortalia passos,
Aut lætus venerare deos: nam cæcus aperte est
Hic furor, aut miseros colere, aut lugere beatos.
Ergo dea est Isis? mulier dea? si dea, corpus
Non habet, & sexus sine corpore, vel sine sexu
Partus abest. Unde ergo illi quem quærit Osirim?
Atque ubi quærat eum, nescit dea. Sed dea numquam
Esse potest mater, nec femina. Nam Deus unus,
Virtus Trina Deus, Pater unus, & unus in ipso
Filius; ex ipso simul unus cum Patre Verbi
Spiritus: hæc tria sunt Deus unus nomina semper.
Sola Dei natura Deus: quod Filius, & quod
Spiritus, & Pater est: sed Filius ex Patre natus,
Spiritus ex Patre procedens. Nihil hic habet ulla
Commune, aut simile in rebus natura creatis.
Ast Carthago potens Cypriano martyre floret,
Cujus & ore simul profusi, & sanguine fontes
Fecundaverunt Libyæ sitientis arenas.
Nec procul inde Uticam collatis Candida Massa
Martyribus magno venerandæ cædis acervo
Extulit; unus enim benedicti cespitis agger
Corpora multa tegens alte caput extulit arvis,
Et meritis altos testatur monte sepulcri.
Inde Deo dudum jam fertilis Africa Christo
Multiplicat largas tanto de semine fruges,
Et parit egregios verboque, fideque magistros.
Nec minor Occiduis effulsit gratia terris.
Ambrosius Latio, Vincentius exstat Iberis.

V. 74. In Mur. codice scriptum erat *quem*: in nostro autem *jam*: quo modo legendum esse suspicatus fuerat Muratorius.

V. 76. Hunc versum, & alios, qui sequuntur, usque ad 84. citat Dungalus.

V. 83. In Mur. cod. legitur *Boethia*: in nostro *Boetia*. Dungalus mendose legit hunc versum: sic enim legit: *Creta Titum sibi sumsit, Antiochia, & Ostia Lucam*.

V. 84. Ita legitur in nostro codice: in codice autem Muratorii *Alexandria*.

V. 91. Emendavi ex nostro codice, qui habet *mutos*. In Mur. codice scriptum est *multos*: at recte suspicatus est Muratorius legendum esse *mutos*.

V. 98. In Mur. codice legitur: *Fugit & Ægypto*.: in nostro: *fugit ab Ægypto*. Utraque lectio probabilis.

Ibid. Ita scriptum est in nostro codice: in codice autem Muratorii: *sub mille figuris* quæ lectio mendosa est.

V. 100. In Mur. codice scriptum est *Serapis*; in nostro *Serapi*: utra lectio sit melior, judicet lector.

V. 101. Emendavi ex nostro codice, qui habet *abscondens*. In codice enim Mur. legitur *abscindens*.

V. 103. Lectionem codicis Mur. secutus sum. In nostro legitur *fructibus*.

V. 110. Ita legendum puto cum nostro codice. At in Mur. codice legitur *averso*.

V. 114. Mur. codex habet *planctu*: noster *luctu*.

V. 124. In Muratorii codice ita scriptum est: *Quæ divina putas, si dicis, nec miseri sunt; Aut si sunt miseri, dii non sunt, atque homines sunt. Et miseri* &c. In nostro autem codice ita: *Quæ divina putas. Si dii sunt, nec miseri sunt. Et miseri* &c. desideratur scilicet versus. Itaque collatis invicem duabus hisce lectionibus, sic legendum statui, ut superius legitur.

V. 126. Mur. cod. *miserere*. At legendum est *miserare*, ut est in nostro codice.

V. 127. Legendum est *lætus*, ut est in nostro codice: at Mur. codex habet *lætos*.

V. 130. Mur. cod. habet: *aut sine sexu*. At metri ratio ostendit legendum esse, ut scriptum est in nostro codice, cujus lectionem secutus sum.

V. 131. Mur. cod. *Pars habet*: quæ lectio sine controversia mendosa est: & legendum ut est in nostro codice, cujus lectionem posui.

Ibid. Mur. cod. *quærat*: noster vero *quærit*: quam lectionem sequor. E

V. 132. In Mur. cod. mendose scriptum est *cum*: Noster habet *eum*; & ita legendum est.

V. 136. Mur. cod. habet *trina*: sed mendose: itaque Muratorius sic emendandum locum censuit: *Hæc trino Deus unus nomine semper*. At nostri codicis lectio non est immutanda, in quo legitur: *hæc tria sunt Deus unus nomina semper*.

V. 139. Mur. cod. *illa*. At legendum est *ulla*, ut est in nostro codice.

V. 141. Mur. codex habet *Et*: noster vero *Ast*. Dungalus, qui citat hunc versum, & duos, qui proxime sequuntur, legit *At*.

Ibid. Dungalus legit *gaudet*. Mur. codex, & noster *floret*.

V. 146. Mur. codex mendose habet *unum etenim*. Noster recte *unus enim*.

V. 148. Noster codex habet *alto*. Sed legendum *altos*, ut est in cod. Mur.

V. 152. Hunc versum, & alios quinque, qui proxime sequuntur, citat Dungalus.


Gallia Martinum, Delphinum Aquitania sumsit, A
Multaque præterea per easdem largiter oras
Semina Sanctorum positis diffusa sepulcris
Illustrant totum superis virtutibus orbem,
Et toto antiquum detrudunt orbe Draconem,
Qui genus humanum per nomina mille deorum,
Quæ tamen ex obitis mortalibus & sibi sumsit
Ipse, suisque dedit coluber, quibus arte nocendi
Princeps in vacuo tetrum gerit aere regnum,
Dæmonibusque caput nobis inimicus oberrat.
Sic itaque & nostra hæc Christi miserantis amore,
Felicis meruit muniri Nola sepulcro,
Purgarique simul, quia cæcis mixta ruinis
Orbis, & ipsa simul moriens in nocte jacebat
Saxicolis polluta diu cultoribus, in qua B
Prostibulum Veneris simul, & dementia Bacchi
Numina erant miseris, fœdoque nefaria ritu
Sacra celebrabat sociata libido furori.
Et quis erat vitæ locus hic, ubi nec pudor usquam,
Nec metus ullus erat? Quis enim peccare timeret,
Heic ubi sanguineus furor, atque incesta libido
Religionis erant, & erat pro numine crimen
His qui crediderant esse ullum in crimine numen?
Atque erat in toto quasi sanctior agmine cultor,
Qui Veneris sacris pollutius incaluisset.
Plenus & ille Deo, reliquisque beatior esset,
Qui magis infuso sibi dæmone sævius in se C
Desipiens, propriisque litans furialia sacra
Vulneribus, sanam meruisset perdere mentem.
O cæcis mens digna animis, & numina digna
Aversis servire Deo! Venus, & nemus illis
Sit deus: ebrietas demens, amor impius illos
Sanctificent: abscissa colant, miserique pudorem
Erroris fœdi Matris mysteria dicant.
Digna fides illis, quibus almo in lumine veri,
Legibus & castis, & magno nomine Christi
Nulla fides, & nullus amor, ideoque nec ullum
Indignæ pretium vitæ est in sanguine Christi.
Sit deus his venter, vel cetera gaudia carnis,
Queis Deus ipse Deus non est, quibus in cruce Christi D
Gloria nulla subest, quia non dignatur adire
Degeneres animos virtus crucis. Inde beatis
Felix, ut reliqui diverso martyres orbe,
Nolanis medicus fuit, estque perennis ope ista:
Nec modo Nolanis, sed & omnibus, a quibus idem
Imploratus erit, dabit isto jure salutem,
Si crucis alma fides in pectore supplicis adsit.
Ista fides genus humanum curatque, piatque:
Hæc ubi defuerit medicina, morabitur illic
Omne mali regnum, nec in illo desinet umquam
Cypris adulteriis, furiis regnare Lyæus,
In quo defuerit Christi pudor, & crucis ardor.
Ignis enim divinus inest, ubi vis crucis intus
Ardescente fide cruciat male conscia corda,
Vivificatque animam vitiis in carne peremtis.
Hostibus his obtrita diu, corruptaque tantis
Pestibus ingentem poscebat Nola medelam.
Atque ideo pensante Deo discrimen, opemque,
Felicem accepit medicum, qui vinceret omnem
Quamlibet antiquam miserorum in cordibus atris
Perniciem, & meriti virtute potentior alti
Vulneribus ductum super ulcera putria callum
Scinderet, ut saniem suffusa labe coactam
Exprimeret finibus ruptis, ac deinde lacunam
Vulneris expleret plana cute ducta cicatrix.
Ergo ubi Nolanis Felix, ut stella tenebris,
Fulsit ab ore Dei veniens, verbumque medendi
Ore gerens tamquam venturo sole serenus
In matutino lætum jubar exserit ortu
Phosphorus, occiduisque novus præfulget in astris
Nuncius instantis cessura nocte diei.
Sic jam Evangelio totum radiante per orbem,
Et propiante Deo cunctis mox judice terris
Adventus vexilla sui prætendit ubique,
Perque suos Christus sua signa coruscat amicos.
Ex quibus hac voluit sibi prælucere sub ora
Felicem, ut nostras isto depelleret umbras
Sidere, & antiquos ista quoque pelleret urbe
Dæmonas, ut pulsis hominum de corde colonis
Talibus, intraret puras Deus incola mentes,
Et vice mutata nobis pietate solutis,
Nostra prius nostros premerent modo vincla leones,
Frustra in oves Christi victa feritate frementes.
Et manet hæc nobis etiam nunc gratia, quæ nos
Peccatis prece Sanctorum exorante resolvit,
Atque iisdem Sanctis ultoribus alligat illos,
Discruciatque hostes, qui nos vincire solebant.
Hi modo ut illato deprensi lumine fures,

V. 154. Mur. cod. *Aquitanica*: noster *Aquitania*: quam lectionem probo. Dungalus tamen legit *Aquitanica*.
V. 159. Videtur aliquid desiderari.
V. 164. Hunc versum, & tres qui proxime sequuntur, citat Dungalus.
V. 167. Codex noster mendose habet *jam* pro *simul*. Emendavi ex Mur. codice. Apud Dungalum mendose legitur: *Orbis, & ipsa moriens in nocte jacebat*.
V. 170. Mur. cod. habet *Numen*. Noster *Numina*.
V. 175. Mur. cod. habet: *Religiones erant*: quæ lectio sane mendosa est. Noster codex habet: *Religionis erat*. Sed E ad metri rationem servandam legendum puto *Religionis erant*.
V. 176. Totus iste versus, *His qui crediderant esse ullum in crimine numen*, in codice Muratorii hic deerat: legebatur vero post versum 212. loco omnino non suo. Itaque nostri codicis lectionem secutus heic eum posui.
V. 179. Noster codex habet *at ille*. Codex vero Muratorii *& ille* Hanc lectionem secutus sum.
Ibid. Noster codex habet *esse*: at ex quo verbo pendet istud *esse*? nisi subaudire velis *putabatur*. Ego lectionem cod. Mur. secutus sum.
V. 181. Ita omnino noster codex. In cod. vero Muratorii legitur mendose: *propriis litans furalia sacra*.
V. 184. Mur. cod. sic habet: *O cæcis mens digna animis, & numine, digna Adversis servire deis*! Ego nostri codicis lectionem secutus sum.
V. 185. Mur. codex *Sint*.
V. 186. Murat. codex *miserique*: noster *miserumque*.
V. 193. In nostro cod. *quis* pro *queis*.
V. 195. Mur. cod. *beatus*. Utraque lectio probabilis.
V. 200. In nostro cod. *assit*.
V. 204. In Mur. cod. *Cypres*. At legendum *Cypris*, ut est in nostro codice.
V. 208. In Mur. cod. *vivificans* pro *vivificatque*.
V. 209. In nostro cod. *iis*. Sed legendum est *his*, ut est in cod. Mur. Attamen quemadmodum vers. 159. vox *iisdem* est duarum syllabarum, ita fieri potest ut *iis* adhibuerit Paullinus ut unam syllabam. Vide & vers. 268. & 313. Et Carm. X. vers. 331.
V. 210. In nostro cod. *pascebat*. At perspicuum est legendum esse *poscebat*.
V. 213. Post vocem *atris* est in Mur. cod. iste versus: *His qui crediderant esse unum in crimine numen*. De quo versu diximus ad vers. 176.
V. 214. In Mur. cod. *altis*.
V. 216. Ita Mur. cod. At in nostro codice pro *suffusa labe*, mendose legitur *suffusus a labe*.
V. 223. Ita noster codex. At in Mur. cod. *præfulgurat astris*.
V. 226. In Mur. cod. *propitiante Deo*. At nostri codicis lectio verior. Vide Carm. XII. vers. 409.
V. 230. Ita noster codex. At Mur. cod. *decerperet*: quod videtur mendum.
V. 232. Mur. *Demones*.
V. 236. Mur. *vincla*. At melior lectio nostri codicis.
V. 241. Mur. cod. *Hi modo tam* [illegible]. Sed nostri codicis lectio verior.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 395.

Atque in vincla dati, nunc ignea flagra piorum, A
Ut meruere, ferunt, aut jam infernis male trusi
Carceribus trepidant, vicinum instare fatentes
Judicium Domini solis sibi triste, suisque
Omnibus, in satanæ partem quos sæva voluntas
Verterit, & satanæ sociaverit æmula vita
Istic nequitiæ socios homines, ibi pœnæ.
Ecce dies accepta Deo: modo vera salutis
Lux micat: omnia jam nobis bene versa videmus:
Diffugere doli, cecidit Bel, interit error,
Quique colebantur totis quasi numina templis
Dæmones, hi per templa Dei torquentur inermes;
Et qui divinos audebant sumere honores,
Hi modo ab humana plectuntur gente subacti. B
Namque isti, quos nunc celebri Felicis in aula
Torqueri, clamare, rapi per capta videmus
Corpora, corporibus vincti retinentur in ipsis,
In quæ se trusere ipsi, pœnamque volentes
Humanam, invenere suam. Nunc ergo reorum
Personæ exululant pœnis, qui numine falso
Dii fuerant, & qui mentito numine vivos
Ante Dei cultum sibi nil cæleste videntes
Dediderant homines, hi nunc ubi lumine Christi
Vera fides patuit, non possunt ferre sepultos.
Sed magis ut pateat, quia nunc hi qui cruciantur
Dæmones ante fores, aut ante sepulcra piorum,
Iidem sunt illi, quibus olim serva litabat
Gens hominum, & sacros demens libabat honores, C
Ipsa docet vocum species: nam sæpius illa
Voce gemunt, solitum ut noscas clamore furorem.
Sic plerumque velut resoluto laxius ore,
Dente fremunt, spumant labris, horrentque capillis.
Utque manu prensante comam excutiuntur in altum,
Et pede pendentes stant crinibus: interea illic
Sacrorum memores veterum, quibus exta solebant
Lambere cæsarum pecudum, aut libamine pasci,
Lascivosque choros hederatis ducere pompis, D
Nunc etiam sua testantes sacra illa fuisse,
In quibus insanos dabat ebria turba tumultus,
Euhoe Bacche sonum fractis imitantur anheli
Vocibus, & lento jactant sua colla rotatu.
Sed quia non poterat mortalis unius ætas
Sufficere, ut longo contagia tempore tracta
Dilueret paucis, quos corpore viveret, annis;
Confessor Felix, & Presbyter, ore magister,
Elogio martyr, merito officioque Sacerdos;
Omnipotens Dominus finitum corporis ævum
Felici potiore via persistere fecit,
Continuans medicos operosi martyris actus,
Virtutes ut eas idem celebraret humatus,
Quas in carne manens Christi virtute gerebat, E
Atque ita susceptæ nec mortuus abforet urbi
Corpore, cum tantum positi sanator adesset
Spiritus, & desideriis latitaret amantum
Ad tempus cari facies subtracta patroni;
Promta sed ægrorum semper medicina saluti
Afforet. Inde perennis honos, & gloria sanctum
Felicem meritis sine fine virentibus ambit:
Et licet a veteri tumulis absconditus ævo,
Qua mortalis erat, lateat telluris operto;
Viva tamen vegetante Deo, membrisque superstes
Gratia divinum spirantia martyris ossa
Clarificat populis merito vivente sepulti:
Et magni solium breve Confessoris adorat
Jugiter e variis congesta frequentia terris.
Sed Deus ut cunctorum hominum sator, omnibus istam
De Sanctis indulsit opem procedere terris:
Ut jam de tumulis agerent pia dona beati
Martyres, & vivos possent curare sepulti.
Nec satis hoc donum Domino fuit, ut sua tantum
Nomine, sive opibus loca martyres illustrarent:
Ex iisdem tumulis etiam monumenta piorum
Multiplicans multis tribuit miserator eosdem
Gentibus. Et referam varias ab origine caussas,
Ex quibus hæc orta est variis benedictio terris.
Nam quia non totum pariter diffusa per orbem
Prima Fides ierat, multis regionibus orbis
Martyres abfuerant, & ob hoc, puto, munere magno
Id placitum Christo nunc inspirante potentes,
Ut Constantino primum sub Cæsare factum est,
Nunc famulis retegente suis, ut sede priori
Martyras accitos transferrent in nova terræ
Hospitia: ut sancto non olim Antistite factum
Novimus Ambrosio, qui fultus munere tali,
Postquam ignoratos prius, & tunc indice Christo
Detectos sibimet mutata transtulit aula,
Reginam promta confudit voce furentem.
Nam Constantinus proprii cum conderet urbem
Nominis, & primus Romano in nomine regum
Christicolam gereret, divinum mente recepit
Consilium, ut quoniam Romanæ mœnibus urbis
Æmula magnificis strueret tunc mœnia cœptis,
His quoque Romuleam sequeretur dotibus Urbem,
Ut sua Apostolicis muniret mœnia lætus
Corporibus: tunc Andream devexit Achivis,
Timotheumque Asia: geminis ita turribus exstat
Constantinopolis magnæ caput æmula Romæ,
Verius hoc similis Romanis culmine muris,
Quod Petrum, Paullumque pari Deus ambitione
Compensavit ei, meruit quia sumere Paulli
Discipulum cum fratre Petri. Jam quanta per istam
Sanctorum per longa viam divortia terræ
Creverit utilitas ad nostræ munia vitæ,
Ipsa docent hodieque loca, in quibus illa beati
Rheda capax oneris posita statione resedit,
Omnibus in spatiis quacumque aut mansio sanctis

V. 243. Noster codex habet *inferni*. At mihi magis placet lectio cod. Mur.
V. 261. Hunc versum, & alios quatuor, qui proxime sequuntur; citat Dungalus.
V. 262. Hunc versum mendose legit Dungalus, nimirum sic: *Defuerant, & qui mentito nomine vivos* &c.
V. 269. Mur. cod. *litabat*, noster *libabat*.
V. 272. Mur. cod. *disoluto*: quæ lectio omnino mendosa est.
V. 281. Mur. cod. *Euhoe Bacchisonum*; quæ lectio fortasse verior.
V. 283. Noster codex habet *Mortalis*: quæ lectio mihi vera videtur, quamvis in codice Mur. legatur *mortalibus*, & ultima syllaba vocis *mortalis* sit brevis.
V. 299. Ita Mur. codex. In nostro mendose legitur *sinper*.
V. 306. Mur. cod. *confecta*. Melior nostri codicis lectio.
V. 313. Ita noster codex. Mur. *monimenta*.
V. 319. Ita Mur. In nostro cod. *affuerant*: quæ lectio mihi non probatur.
V. 322. Mur. codex *tunc*; quæ lectio non videtur contemnenda.
Ibid. Noster codex habet *priorum*: quæ lectio mihi minus arridet.
V. 323. Mur. cod. *Martyres*.
V. 328. Mur. cod. *luce*. At verior nostri codicis lectio.
V. 329. Hunc versum, & alios, qui sequuntur usque ad 362. citat Dungalus.
Ibid. Et Mur. codex, & noster habet *cum*. Dungalus legit *dum*.



Corporibus, requiesque fuit vectantibus illos A
Sacratos cineres, miris clamantia signis.
Nam divina manus medica virtute per omnes
Est illic operosa vias, qua corpora sancta
Impressere sacro vestigia viva meatu.
Inde igitur suadente fide data copia fidis
Tunc comitum studiis, quædam ut sibi pignora vellent
Ossibus e Sanctis merito decerpere fructu,
Ut quasi mercedem officii, pretiumque laboris
Præsidia ad privata domum sibi quisque referrent.
Ex illo sacri cineres quasi semina vitæ
Diversis sunt sparsa locis, quaque osse minuto
De modica sacri stipe corporis exiguus ros B
Decidit in gentes: illic pia gratia fontes,
Et fluvios vitæ generavit gutta favillæ.
Inde in nos etiam stillavit copia Christi
Dives & in minimis: nam hoc quoque sumsimus istic
Carnis Apostolicæ sacra pignora pulvere parvo,
Quæ sanctus nostri dominusque, paterque cubilis,
Et custos animæ nostræ, & tutela salutis
Felix vicina sibi cominus æde recepit,
Quæ reliquis ejus ætate recentior aulis
Exiguos cineres, & magnos servat honores,
Servaturque magis custodibus ipsa patronis:
Absit enim, ut servari umquam videantur egere: C
Qui servare solent tamen, & curare suorum
Commoda alumnorum patrio dignantur amore,
Atque dicatorum sibi tutamenta locorum
Dirigere: hoc sanctis studium pietatis inesse
Spiritibus miranda fide documenta dederunt.
Unde recens etiam paucis opus eloquar orsis:
Dignum etenim sancti Felicis munera in ipso
Natali ejusdem gratantibus edere verbis.
Non peregrina locis, neque tempore prisca profabor:
Finibus in nostris, & in ista Sede patratum
Nuper opus referam, quod forte renoscere vobis
Promtum erit; in medio quoniam res lumine gesta est. D
Credo ex hoc numero vestrum prope nullus in isto
Sit novus auditu, quia per longinqua remotis
Fama volans ierit. Certe affueratis in ista
Urbe aliqui per idem tempus, quo contigit, ut fur
Illicitis animo stimulis agitatus avaras
Mitteret in sacra dona manus, & ab omnibus unam
Improbus, & demens venerandæ insignibus aulæ
Eligeret prædæ speciem crucis, inscius illam
Indicio sibi, non spolio fore, quam velut hamum
Piscis edax hausit capta capiendus ab esca.
Quis, rogo, latronem tam grandi spiritus auso
Impulit, armavit, cæcavit, præcipitavit,
Ut nec ad excubias vigilum, nec ad ipsa (quod est plus)
Quæ cineres reverenda tegunt altaria sacros,
Pulveris & sancti virtutem halantia fragrant,
Corde repercusso fugeret, neque numine tantum,
Sed specie simul, & pretio præstantia ferret?
Multa etenim superant alia, ut novistis, in ipso
Ornamenta loco, quæ sumeret, ut Crucis auro
Parceret: intus enim latitabant mystica vasa
Sumendis mandata sacris. Sed præter & aulæ
Ipsius in spatio variis insignia formis
Munera erant de more sita hæc, quæ cernitis illic
Omni promta die, vel circumfixa per omnes
Ordine diverso quasi candelabra columnas,
Depictas exstante gerunt quæ cuspide ceras,
Lumina ut inclusis reddantur odora papyris.
At medio in spatio fixi laquearibus altis
Pendebant per ahena cavi retinacula lychni,
Qui specie arborea lentis quasi vitea virgis
Brachia jactantes, summoque cacumine rami
Vitreolos gestant tamquam sua poma caliclos,
Et quasi vernantes accenso lumine florent,
Densaque multicomis imitantur sidera flammis,
Distinguuntque graves numerosa luce tenebras,
Et tenerum igniculis florentibus æthera pingunt:
Dumque tremunt, liquidos crines, crebrumque coruscant,
Assiduis facibus sparsa caligine noctis
Ambiguam faciem miscent lucem inter, & umbras,
Et dubium trepidis conspectibus aera turbant.
Ergo isthæc licet in patulo sibi promta videret,
Tutius & furanda sibi, quoniam minus esset
Criminis, & pretii suspensam altaris ab ora
Longius, argentoque levem emandare lucernam:
Sed miser, ambitiosus, & ipsa in fraude superbus
Tamquam vile nefas argentea sumere furto
Sprevit, & audacem porrexit in aurea dextram,
Quæ simul e variis scite distincta lapillis
Viderat, & magnis inflarat pectora votis,
Ut pariter gemmis gauderet dives, & auro.
Sed tantum sceleris magni cumulatur iniquo
Pondere: peccato mansit gravis, & levis ære:
Sacrilegum sua pœna manet, sua præda latronem
Deseruit. Spolio furti, non crimine nudus
Vivit inops fructu, sed vulnere fraudis abundans.
Quamquam illum non hoc magno sine numine Christi,
Consilioque putem permissum crimen adisse:
Ut quia vel quidquam de sacris tollere rebus
Mente recepisset, sineretur ad illa venire,
In quibus admissi impietas insignior esset.

V. 351. Ita Mur. At in nostro codice legitur *illis*: quæ lectio minus placet. Dungalus quoque legit *illic*. E

Ibid. Ita noster codex. At in cod. Mur. *operata*: quo modo Dungalus quoque legit.

V. 355. Apud Dungalum mendosa est hujus loci lectio.

V. 357. Ita in nostro codice: at Murat. *referret*: quo modo legit etiam Dungalus.

V. 359. Dungalus mendose legit *quacumque*.

V. 361. Ita noster codex. At Muratorius: *Decidit, in gentes illic pia gratia fructus* &c. quo modo legit etiam Dungalus.

V. 365. Mur. cod. *pulvere Patrum*.

V. 376. Mur. cod. *Diligere*.

V. 378. Mur. *Inde*.

V. 381. Mur. cod. *Non peregrina loquar*. At nostri codicis lectio venustior.

V. 383. Mur. cod. *agnoscere*.

V. 387. Mur. *iuit*: quæ lectio mihi arridet.

V. 392. In cod. Mur. legebatur *Cruce*. At Muratorius recte subrogavit *Crucis*, ut est in nostro codice.

V. 295. Mur. cod. *tam grandis*. Nostri vero codicis lectio videtur præferenda.

V. 401. Apud Muratorium deest vox *pretio*, quam posui ex nostro codice.

V. 409. Ita noster codex. At Muratorii codex habet *dimenso*.

V. 410. Ita noster codex. At Mur. *exstare*.

V. 416. Noster cod. *calillos*. Mur. *caliclos*: quam lectionem probo: ut sit positum *caliclos* pro *caliculos*.

V. 425. Mur. cod. *Iste ergo*. At nostri codicis lectio verior.

V. 428. Mur. *emendare*. Noster cod. *amandare*: quæ lectio videtur retinenda. Nisi forte legere malimus *amandare*: ut infra vers. 658.

V. 431. Mur. *& variis*: noster cod. *e variis*. Utraque lectio probabilis.

V. 435. Mur. *cumulatus*: noster cod. *cumulatur*. Mihi lectio prior magis placet.

V. 441. Mur. cod. *adesse*. At legendum est *adisse*, ut est in nostro codice.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 395.

Ante dies paucos idem confugerat illuc
Militiam simulans fugere, & susceptus amice
Hospes ab æditius sacram curantibus aulam.
Toto pene latens ibi mense cubilia, somnos,
Tempora custodum simul exploraverat. Et cum
Cepisset placidas meditati criminis horas,
Nocte nefas tacita arripuit, nulloque labore,
Nec strepitu foribus clausis inclusus, ut unus
Servantum, quibus hospes erat, primos ubi somnos
Non vigiles Vigiles cœpere silentibus umbris
Carpere, & oppressis oblivia ducere curis:
Ille locum sumens sceleri, qua noverat usu
Expositam lychnis per noctem ex more parandis
Machinulam gradibus scalas præbere paratis,
Et male securo sibi tunc custode relictam:
Quæ Crucis instar erat, quod & est modo perpete virga
Directum, geminos transverso limite gestans
Cantharulos: unum de calce catenula pendens
Sustinet: in tribus his scyphulis inserta relucent
Lumina, cum fert festa dies: tunc vero sine usu
Luminis ad speciem tantum suspensa manebant.
Sed paullo Crucis ante decus de lumine eodem
Continuum scyphus est argenteus aptus ad usum.
Hunc importuno sibi lumine prædo micantem
Protinus exstinguit: namque id quoque noverat idem
Sæpe solere mori, cum stuppa perarida longam
Conderet in noctem consumto lumen olivo,
Nec miraturum vigilem, si forte tenebras
Cerneret obducto subducere culmina lychno,
More putaturus noctem, non crimine factam.
Non igitur quasi fur, quod erat latro, sed quasi custos
Aufert illicitam securus prædo rapinam,
Nec fugit, impavidusque manet. Tegit una latentem
Cellula de multis, quæ per latera undique magnis
Appositæ tectis præbent secreta sepultis
Hospitia. Harum una fur abditus; atque ubi mane
Claustra patere videt, reserata prosilit aula,
Et latebram linquens portat scelus: ire parabat
Romuleam, ut post jam captus narrabat, ad urbem,
Illic infandæ acturus commercia fraudis.
Interea ignaris nostris nox illa, diesque
Totus abit: sero solitum jam vespere munus
Curantes posuere gradus: ut scandere cœpit
Facturus lychnum, nihil invenit: orba manebat
A Virga Crucis solitæ pulcro spoliata monili.
Pavescunt miseri, neque damnum criminis audent
Prodere, noscentes etiam sibi jure reatum
Competere: abscedunt trepidi, fugiuntque, latronem
Sectantes profugum: nusquam vestigia lapsi
Ulla legunt: omnes adeunt diversa viarum,
Scrutanturque sitos diverso litore portus.
Effluxere dies frustra quærentibus octo,
Sive decem, & cunctis vacua jam indage reversis;
Unus quærentum puer irritus ipse laboris
In cassum fusi longa regione redibat,
Et prope jam Nolam veniens subsistit in ipso
B Aggere, & ingenti gemitu, fletuque profuso
Felicem clamans præsumit corde fideli
Non remeare domum, nisi cum cruce: moxque peractum
Promtus iter relegit: fit & illicet obvius illi
Quidam homo, qui furem, non furem, sed quasi civem
Norat: eum noster primus rogat, unde viator
Afforet: ille refert: rursus de fure rogatur,
Si vidisset eum: respondit at ille, propinquis
Inde locis agere, & regio tunc illa prope illos,
Dum loquerentur, erat monti conjuncta Vesevo,
Quintus ab urbe lapis Nola. Sed vesperis ortus
Consilium differt. Placet ut lux crastina rursus
C Jungat utrumque sibi: fit mane: revertitur index:
Perducit nostros: capitur fur: præda refertur.
Forte sacrata dies illuxerat illa beati
Natalem Prisci referens, quem & Nola celebrat,
Quamvis ille alia Nucerinus episcopus urbe
Sederit, ecce ipsam sancti Felicis in aulam,
Quam tunc solemni populus stipabat honore,
Post sacra jam solvente pios Antistite cœtus,
Tempore proviso divinitus egredientis
Plebis in occursum subito introducitur ille
Furaces post terga manus nodata revinctus.
Lætitia populus, formidine prædo repletur,
Utque novum ad monstrum tota concurritur
D urbe.
Turba furens odiis popularibus ibat in illum,
Lætitia mœstos miscebat & ira tumultus.
Pertimui, fateor, ne forte diabolus illa
Qua solet invidia violaret sanguine pompam,
Et pejore prius curaret vulnere vulnus.
Eripitur populo, cellaque includitur ipsa
(Quod sic forte reo capto nunc accidit), in qua
Delituit rapta Cruce; qua post ipse reperta

V. 448. Mur. cod. *ubi*. Utraque lectio probabilis.
V. 450. Mur. *cœpisset*: quæ lectio sane est mendosa.
Ibid. Mur. cod. *placitas*. At nostri codicis lectio melior.
V. 456. Mur. cod. paullo aliter: *ille locum sceleri sumens*. Mallem legere *sumsit*, quam *sumens*.
Ibid. Mur. cod. *quam*: noster codex *qua*.
V. 457. Mur. cod. *adpositam*.
V. 458. Mur. cod. *paratam*.
V. 459. Mur. cod. pro *tunc* habet *jam*.
V. 460. Mur. cod. *quæ*: & ita revera videtur legendum.
V. 462. In Mur. codice legebatur *cartarulos*. At legendum est *cantharulos*, ut est in nostro codice: quod Muratorius conjecerat.
V. 463. Mur. *Sustinet in tribus. His scyphulis* &c. At rectius noster codex, ut mihi quidem videtur.
Ibid. Mur. cod. *incerta*. At melior lectio nostri codicis.
V. 465. Noster codex *manebat*. Mur. *manebant*.
V. 466. Mur. *de limine*.
V. 471. Noster codex mendose habet *Conderat*.
V. 473. Mur. *culmine*. At nostri codicis lectio retinenda.
V. 479. Mur. *secura*. At nostri codicis lectio elegantior.
V. 480. Mur. cod. *abditur*: quæ lectio fortasse est melior.
V. 486. Mur. cod. *obit*. Nostri codicis lectio concinnior.
V. 490. Mur. *pallescunt*: quod magis placet.

V. 491. Mur. *posse*. Noster cod. *jure*.
V. 497. Mur. *recursis*. At multo elegantior nostri codicis lectio.
V. 499. Noster codex habet *fusus*. At multo melior
E lectio Muratoriani codicis.
V. 504. Mur. *fitque* pro *fit &*.
V. 506. Mur. legit: *Norat eum. Noster primus rogat* &c. Mihi magis arridet nostri codicis lectio.
V. 507. Mur. *rogatus*. At legendum ut est in nostro codice.
V. 509. In Mur. codice versus claudicat: sic enim se habet, *Inde locis agere, & regio prope ipsos*. Itaque emendandus est iste locus ex nostro codice.
Ibid. Mur. *ipsos*. Noster codex *illos*. Malim legere *ipsos*.
V. 510. In Mur. codice legitur *Besævo*. At noster habet *Vesevo*. Norunt omnes sequioribus sæculis pro littera V adhibitam fuisse litteram B. Sic infra Carm. XII. vers. 313. Muratorii codex habebat *Veneventum* pro *Beneventum*.
V. 516. In Muratorii codice deest *&*. Sed addendum est ex nostro codice.
V. 519. Mur. cod. *stipavit*.
V. 527. Mur. cod. *infestos*, pro *mœstos*, quod est in nostro codice.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 395.



Robora, facrilegum Chrifto fuperante tyrannum. A
Sed quid ego hinc modo plura loquar? quod non fpeciale
Effe mei FELICIS opus res publica monftrat?
Pluribus hæc etenim cauffa eft curata patronis,
Ut Romána falus, & publica vita maneret.
Hic Petrus, hic Paullus proceres, hic martyres omnes,
Quos fimul innumeros magnæ tenet ambitus Urbis,
Quofque per innumeras diffufo limite gentes,
Intra Romuleos veneratur Ecclefia fines,
Sollicitas fimul impenfo duxere precatu
Excubias. FELIX meus hic, velut unus eorum,
In precibus pars magna fuit; fed fumma petiti B
Muneris ad cunctos, nulli privata refertur.
Ergo pedem referam: fat enim mihi pauca locuto,
Unde nihil proprium meritis FELICIS adeffet:
Nec reticere tamen potui, quia portio laudis
Hinc quoque FELICI fuberat, quod fumma poteftas,
Rexque potens regum Chriftus Deus omnibus una
Annuerat Sanctis, quibus in grege fupplice mixtum
FELICEM parili audivit pietate benignus.
Parcam igitur propriis adjungere publica donis
Munera, privatofque canam FELICIS honores, C
Quæque fuis proprie egerit hic in fedibus, edam.
Unde igitur faciam texendi carminis orfum?
Quæ bona FELICIS referam? quæ multa per omnes
Paffim agit, expediam magis, anne domeftica dicam
Munera, quorum ego fum fpecialis debitor illi?
Hæc potius repetam, mihi quæ collata, meifque
Sat memini, & quia præteritis magis illa libellis
Dicta mihi; quæ partim aliis, permixtaque nobis
Præftitit, ex his nunc opibus, quas largiter in nos
Contulit, hunc animo texam gratante libellum,
Et contra folitum vario modulamine morem,
Sicut & ipfe mihi varias parit omnibus annis
Materias, mutabo modos, ferieque fub una,
Non una fub lege dati pede carminis ibo.
Nam quia fecundo fancti FELICIS in agro
Emerfere novi flores, duo germina Chrifti,
Turcius ore pio, florente Suerius ævo,
Et pariter fanctæ matres, fimilefque puellæ,
Alfia qualis erat foror illa Philemonis olim
Nobilis, in titulo quam fignat Epiftola Paulli,
Et fimul Eunomia æternis jam pacta virago
In cælo thalamis, quam matris ab ubere raptam
Feftino placitam fibi Chriftus amore dicavit,
Unguentoque fui perfudit nominis, unde
Tincta comam, & meritis fanctis caput uncta pudicum
Spirat io facros fponfi cæleftis odores.
Hæc Melani foror eft fimul, & quafi filia, cujus

V. 26. Muratorius legit unam vocem *Refpublica*. Nofter vero codex habet duas: *res publica*. Et ita legendum cenfeo.

V. 27. Hunc verfum, & alios, qui fequuntur, ufque ad 36. citat Dungalus.

V. 31. In noftro cod & apud Dungalum fcriptum eft *limite*: in cod. Mur. *lumine*. Prior lectio mihi probatur.

V. 34. Mur. cod. & Dungalus *his*. Nofter vero codex habet *hic*. Neutra lectio videtur improbanda.

V. 37. Emendavi ex noftro codice. Mur. codex habet *locutum*.

V. 40. Emendavi ex noftro codice. Murat. habet *hoc* pro *hinc*.

V. 46. Nofter codex mendofe habet *gerit*. Itaque lectionem cod. Mur. fecutus fum.

V. 62. In noftro codice fcriptum eft *Turtius*: fed mendofe. D

Ibid. In Murat. cod. fcriptum eft *Suecrius*: in noftro *Suerius*.

V. 64. Et Mur. codex, & nofter habet *Alfia*. Cenfet autem Muratorius in præfatione ad hoc Paullini Carmen, Melaniæ juniori *Alfiæ* quoque nomen fuiffe, eamque hoc in loco defignari: adeo ut poft vocem *Alfia* incifi nota, feu κόμμα adfcribendum fit, ac *Philemonis foror* cum ipfa Alfia, feu Melania comparetur. *Quum enim* (inquit ipfe) *inferius dicat Paullinus*, & fimul Eunomia, *oppido nos monet expreffum fuperius fuiffe & alterius puellæ nomen*. A tanto viro ægre equidem diffentio: attamen fi licet mihi, quod fentio, libere dicere, vix adduci poffum, ut credam Melaniam juniorem *Alfiæ* quoque nomine vocatam effe. De hac enim fanctiffima femina fæpe meminerunt Auguftinus, Hieronymus, Paullinus hic nofter in epiftolis, Palladius, aliique veteres fcriptores: nec quifquam tamen eam ufquam *Alfiam* vocat. Quare verifimile mihi videtur, nomen iftud *Alfia* & in Ambrofiano codice, quo ufus eft Muratorius, & in noftro codice corrupte depravateque fcribi, ac legendum effe, *Apphia qualis erat foror illa Philemonis* &c. adeo ut *Apphiæ* nomine Philemonis foror indicetur, quæ in Vulgata Novi Teftamenti translatione *Appia* dicitur. Paulli enim Apoftoli locus, quem Paullinus refpicit, in græco exemplari fic fe habet: Παῦλος δέσμιος Χριστοῦ Ἰησοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς Φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ, καὶ συνεργῷ ἡμῶν, καὶ Ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ: id eft, *Paullus vinctus Chrifti Jefu, & Timotheus frater Philemoni dilecto, & adjutori noftro, & Apphiæ dilectæ*: in Vulgata autem Translatione additur vox *forori*: quod additamentum Paullinum quoque in ea legiffe apparet. Jam vero quum Philemonis foror *Apphia* vocetur a Paullo, conjicere licet Paullinum quidem fcripfiffe, *Apphia qualis erat*, &c. librarios vero pro *Apphia* exfcripfiffe *Alfia*. Quod fi quis malit, a Paullino fcriptum effe *Appia*, ut legitur id nomen in Vulgata Translatione, non repugnabo. At enim, inquies, Paullinus poftquam dixerat, *fimilefque puellæ, Appia qualis erat*, &c. paullo poft fubjungit, *Et fimul Eunomia* &c. Dubitandum igitur non eft, quin alterius puellæ nomen, præter Eunomiæ, fuperius expreffum ab eo fuerit, quæ una cum Turcio, Suerio, & Eunomia Nolæ effet. At refpondere poffem, Paullinum proxime ante ea verba, *fimilefque puellæ* &c. hæc alia fcripfiffe:

*. . . . . . . fecundo fancti Felicis in agro*
*Emerfere novi flores, duo germina Chrifti,*
*Turcius ore pio, florente Suerius ævo.*

Itaque recte eum poftea fubjunxiffe:

*Et fimul Eunomia*, &c.

D Verum, ut nihil diffimulem, equidem arbitror inter verfum 65. & 66. aut inter 63. ac 64. aliquos verfus defiderari cum in Muratorii codice, tum in noftro: fi enim locum hunc a verfu 60. ad 71. attente legeris, fententiam mutilam omnino, atque imperfectam effe comperies.

V. 70. Hic locus quam maxime corruptus erat: nam in Murat. codice fcriptum eft: *Tincta comas animæ, & mentis caput uncta pudicum Debere quemquam plaudere, & confidere*. Itaque in eo defiderabantur tres & quinquaginta verfus, quos primus in lucem edo.

V. 72. Binæ memorantur a vetuftis Scriptoribus feminæ eodem Melaniæ nomine appellatæ: altera fenior dicitur, junior altera. Senior quidem ab Auguftino in epiftola ad Paullinum noftrum, a Paullino ipfo in epiftola XXIX. ad Severum, atque, ut alios prætercam, a Palladio in Laufiaca hiftoria magnis laudibus extollitur. Filius celebri huic matronæ fuit, quem Publicolam Chrifletius nominat: qua de re miratus Muratorius, *nefcio*, inquit (tom. I. Anecd. Lat. pag. 146.) *quarum tabularum auctoritate fretus Chiffletius Publicolam eum appellet*. E At ex Laufiaca Palladii hiftoria nomen hocce deprompfiffe videtur pereruditus ille vir: ubi enim de fenio e hac Melania Palladius fermonem habet, hæc fcribit (cap. 117.) Καὶ τὸν Ποπλίκολαν δὲ υἱὸν κατηχήσασα τὸν νεώτερον, ἤγαγεν ἐπὶ τὴν Σικελίαν, ideft, *quum vero Publicolam juniorem filium* Chriftianæ fidei *myfteriis imbuiffet, in Siciliam eum duxit*. Melaniæ ergo filius Poplicola, feu Publicola nobiliffimam juvenem Albinam uxorem duxit, filiamque ex ea fufcepit Melaniam juniorem, de qua hoc in loco loquitur Paullinus. Illud itaque probare non poffum, quod Monachi S. Mauri in adnotationibus ad CXXIV. S. Auguftini epiftolam fcripferunt, *Albinam* fcilicet *Melaniæ fenioris filiam* fuiffe. Nam Palladius cap. CXVIII. de Melania feniore loquens hæc fcribit: στηρίξασα δὲ καὶ τὴν ἰδίαν ἐγγόνην Μελανίαν τὴν νεωτέραν σὺν τῷ αὐτῆς ἀνδρὶ Πινιανῷ· κατήχησεν δὲ καὶ Ἀλβίναν τὴν ἑαυτῆς νύμφην, γυναῖκα δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, hoc eft: *quum autem fuam quoque neptem ju-*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 295.



Hæret ovans lateri germanum nacta magistrum. A
Quæ simul astrictæ divinis dotibus ambæ
Virtutum varias ut viva monilia gemmas
Mentibus excultis specioso pectore gestant.
Has procerum numerosa cohors, & concolor uno
Vellere virgineæ sequitur sacra turba catervæ.
Eunomiam hinc Melani doctam sub principe voce
Formantem modulis psalmorum vasa modestis
Auscultat gaudens dilecto Christus in agno,
Quod modulante Deo benedictas parvula princeps
Sanctorum comites casto regat ore choreas.
Hæc igitur mihi meditanti congrua suasit
Gratia multimodis inluso carmine metris
Distinctum variis imitari floribus hortum:
Sicut Felicis gremium florere repletum
Lumine diverso quasi rus admiror opimum
Hospitibus multis in eum Christo duce missis,
Felicique patri denso simul agmine natis
Pignoribus, subito ut totis habitacula cellis
Per fines crevisse suos, & sobria castos
Tecta sonare modos tandem sibi vocibus aptis
Gaudeat, hospitiisque suis & corpore, & ore
Ipse sinu pleno dignos miretur alumnos,
Et virtute pares animas in dispare sexu:
Sicut olivarum fecundo in colle novella
Lætatur senior divino a semine Christi
Plantator cernens inter sua rura colonos.
Floreat ergo novo mihi carminis area prato,
Laudibus & Domini, qui conditor oris, & artis
Omnimode est, vario famulans pede musica currat.
Jamque intertextis elegus succedat jambis.
Sit caput herous, fundamentumque libello.
Castis agendus gaudiis, & hostiis
Dies refulsit laude Felicis sacer.
Quod laude dixi, morte dictum dicite,
Quia mors piorum jure laus vocabitur,
Pretiosa Domino quæ Deo rependitur.
Unde & propheta dicit in verbo Dei,
Vitæ probatæ in exitu laudem dari.
Et ante mortem prædicandum neminem
Salomonis ore sermo divinus docet,
Laudanda quamvis quidam in hac vita gerant,
Nec possit alibi, quam sub isto seculo
Laus præparari, quæ canenda in exitu est.
Sed credo, quoniam tota res vitæ istius
Fluitans & anceps lubrico pendet statu,
Brevique nostram vertit ætatem rota,
Surgensque, cadensque per salebrosas vias,
Quibus hujus ævi cursus explicandus est:
Iccirco nos magistra providentia
Monet, ante finem nec sibi, nec alteri
Debere quemquam plaudere, & confidere,
Quamvis honesta rectus incedat via,
Tamen timere semper offensam pedis,
Donec peractis usque metam cursibus
Palmam petitæ comprehendat gloriæ.
Quare beatos Martyras, quos extulit
Perfecta virtus in coronam cælitem
Justis honoris debiti præconiis
Celebramus omnes nos eorum posteri B
Confessione Christiani nominis,
Quibus profuso sanguine ob sanctam Fidem
Proseminarunt frugis æternæ bonum,
Ut si ambulemus Martyrum vestigiis,
Paribus parentum perfruamur præmiis.
Hinc ergo Sanctis, sive Confessoribus,
Seu consecratis passione testibus
Dies sacratos, in quibus functi diem
Mortalis ævi morte vitali suum
De labe mundi transierunt ad Deum,
Populi fideles gaudiis solemnibus
Honore Christi gratulantes excolunt,
Ut iste sancti pace Felicis dies,
Quo clausit olim corporis vitam senex C
Confessionis ante functus prælia,
Sed incruento consecratus exitu
Post bella victor pacis assumtus die
Vocante Christo liquit exsultans humum,
Et in supernas transitum fecit domos,
Non defraudatus a corona martyris,
Quia passionis mente votum gesserat.
Nam sæpe agonem miles intravit potens,
Victoque semper hoste Confessor redit:
Sed præparata mente contentus Deus
Servavit illum, non coronam martyris
Negans, sed addens & coronam Antistitis,
Ut incruento palmam adeptus prælio
D Et præliati possideret præmium
Confessionis purpurante laurea,
Vittaque pacis in Sacerdotis stola
Redimitus idem bis coronatus foret

niorem *Melanium una cum ejus viro Piniano confirmasset. Albinam etiam nurum suam, filii vero sui uxorem* fidei *mysteriis imbuit.* Sed ut ad Melaniam juniorem revertar, ea inter sanctas mulieres numeratur in Martyrologio Romano. A vetustis autem Scriptoribus modo Melania dicitur; modo Melanium, & græce Μελάνιον: ut *Glycerium*, *Dorcium*, *Philotium*, *Eustochium*, quarum feminarum nomina apud Terentium, aliosque Scriptores occurrunt. At nomen *Melanius*, quod in adnotationibus ad XLIV. Paullini epistolam memorat Rosweidus, commentitium videtur. Ex nomine *Melanium* genitivum *Melani* efformat hoc in loco Paullinus veteres Poetas imitatus, apud quos legimus *benefici* pro *beneficii*, *ingeni* pro *ingenii* &c.

Ibid. Melaniæ junioris soror germana non fuit profecto Eunomia: Eunomiæ enim parentes fuerunt Turcius Apronianus, & Avita: Melaniæ vero Publicola Melaniæ senioris filius, & Albina. Itaque Eunomiam Melaniæ sororem a Paullino dici opinor, quod ejus esset consobrina. Eunomiæ enim mater Avita Melaniæ senioris soror fuit, ut testatur Palladius cap. CXVIII; Melania vero senior Melaniæ junioris avia.

Ibid. Quia scilicet Eunomia Melaniæ quasi parenti dicto audiens erat.

V. 77. *Proceres* vocat Paullinus Pinianum, Æmilium, aliosque, qui Nolæ una cum Paullino ipso sanctissimam vitam vivebant.

V. 80 Præ oculis habuisse videtur Paullinus illud psalmi LXX. *Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam.*

V. 82. Quum hoc carmen scripsit Paullinus, Melania annos circiter quatuor & viginti nata erat. Orta est enim anno circiter 382, ut probat Tillemontius: istud autem carmen recitavit Paullinus anno 406, ut ostendit Muratorius.

V. 84. Hic versus emendatione indiget: nam claudicat.

V. 97. Locutio ex Psalmo CXXVII. desumta, in quo legitur: *Filii tui sicut novellæ olivarum.*

V. 98. *Seniorem* appellat S. Felicem, quem carm. XI. *presbyterum* vocaverat; πρεσβύτερος enim latine *senior* dicitur.

V. 105. Ante hunc versum in nostro codice legitur: *Incipit liber* XIV. quasi hic aliud Carmen incipiat: quod tamen falsum esse constat ex superioribus versibus 103. & 104.

E Ibid. *Hostiis* laudis scilicet, vel potius sacrificiis Eucharisticis.

V. 111. Respicere videtur Paullinus illud Tobiæ (cap. 3. vers. 1.) *Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quod vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur.*

V. 113. Respicit Paullinus illud Ecclesiastici (cap. XI. vers. 30.) *Ante mortem ne laudes hominem quemquam.* Librum enim, qui *Ecclesiasticus* inscribitur, Salomoni tribuerunt plures Ecclesiæ Patres, quamvis a Jesu Sirachi filio scriptus videatur.

V. 123. Hic desinunt tres & quinquaginta versus, quos ex nostro codice supplevi.

V. 129. Murat. codex habet *Martyres*: noster *martyras*.

V. 137. Nostri codicis lectionem secutus sum: nam in Muratorii codice scriptum est *patris*.

V. 139. Mur. codex habet *sive*. At legendum est *seu*, ut est in nostro codice: hanc enim lectionem exposcit metri ratio.

V. 155. Murator. codex habet *rediit*: noster vero *redit*.


Confessor, atque Presbyter FELIX Dei.
Hic ergo, votis quem recolimus annuis,
Non est agonis, sed sepulturæ dies,
Quo separata ab invicem substantia
Animæ volavit ad Deum, in terram caro
Reversa tumulo conquievit abdita.
Et merito Sanctis iste natalis dies
Notatur, in quo lege functi carnea
Mortalitatis exuuntur vinculis,
Et in superna regna nascuntur Deo,
Secumque lætam spem resurgendi ferunt.
Ego semper istum sic honoravi diem,
Magis hunc putarem ut esse natalem mihi,
Quam quo fuissem natus in cassum die.
Lugendus etenim est ille dignius mihi
B Dies, in istud quo creatus sæculum
Peccator utero peccatricis excidi
Conceptus atris ex iniquitatibus,
Ut jam nocentem pareret me mater mea.
Maledictus ergo sit dies, quo sum miser
Ad iniquitates ex iniquis editus.
Benedictus iste sit, Natalis & mihi,
Quo mihi patronus natus in cælestibus
FELIX ad illam exortus est potentiam,
Qua me valeret fece purgatum mea
Laxare vinclis, & redemtum absolvere
De luctuosa morte natalis mei.
Eadem recurrit semper hæc cunctis dies
C Acto per orbem circulis anno suis:
Verum quotannis innovante gratia
Diversitatem munerum, quæ dat suo
Christus sodali, donet ut FELIX mihi,
Mutatur, & non ipsa quæ cunctis venit,
Varias meorum carminum caussas ferens.
Videamus ergo, quid mihi hoc anno novum
Attulerit, unde vocibus vernem novis.
Non ibo longe, nec procul sumam mihi
Præterita tempore, aut locis absentia.
Adsunt, tenentur ipsa dona cominus:
Videtis omnes munera hoc anno data
Nobis in uno juncta FELICIS sinu
Mancipia Christi, nobiles terræ prius,
D Nunc vero cælo destinatos incolas,
Quos Christus ipse, qui crearat divites,
Hoc pauperavit seculo, in regnum ut suum
Terreni honoris arce dejectos vehat.
Apronianum Turciæ gentis decus
Ætate puerum, sensibus carnis senem,
Veteri togarum nobilem prosapia,
Sed clariorem Christiano nomine,
Qui mixta veteris, & novi ortus gloria
Vetus est Senator curiæ, Christi novus,
Huic propinquat socius æquali jugo.
Ævo minor est Pinianus, par fide,

A Et ipse prisco sanguine illustris puer,
In principe Urbe Consulis primigenus.
Valerius ille Consulari stemmate
Primus Latinis nomen in fastis tenens,
Quem Roma pulsis Regibus Bruto addidit,
Valeri modo hujus Christiani Consulis
Longe retrorsum generis auctor ultimus.
O vena felix! Illa gentili licet
Errore functus hoc suæ stirpis bonum
Non capiat atro mersus Inferni lacu;
Sed nos fideli contuentes lumine
Retroacta, vel præsentia humani status
Miramur opera conditoris ardui,
Et præparatos a vetustis seculis
Successionum mysticarum lineis
Pios stupemus impiorum filios.
Tamen in tenebris impiarum mentium
Lucis videmus emicasse semina
In tempore ipso noctis antiquæ sitis,
Quibus probata quamlibet Gentilibus
Mens, & voluntas lege naturæ fuit.
Hinc in quibusdam nunc eorum posteris
Veterum subinde vena respondet patrum;
Ut ille quondam Piniani nunc mei
Auctor supremus in libertatem suis
Post regna dura vindicandis civibus
Lectus nepotis hujus ortum prætulit,
Qui mente avita persequens superbiam
Potiori caussa servitutem depulit
A semetipso corporis victor sui,
Pulsoque regno diaboli e membris suis
Jam spiritali pace peccati jugum
Fedelis animæ casta libertas terit,
Et in hoc parentis aliquid illius refert
Puer iste Christi Consulatum militans,
Quod liberandis consulens munus pium
Redemtionis opere dispensat Deo
Prisci parentis æmulator hactenus,
Quod servitute liberat domesticos,
Ut ille cives. Sed quod ille gesserat
In Urbe & una, & parvula primis adhuc
Romæ sub annis, hic modo in multis agit
Diverso in orbe constitutis urbibus,
Passim benignus & suis, & exteris.
Nam liberorum plurimis cervicibus
Servile sanctis opibus expellit jugum,
Quos ære vinctos in tenebris carceris
Absolvit auro de catena fœnoris.
Hos ergo FELIX in suo sinu abditos
Mandante Christo condidit tectis suis,
Mecumque sumsit sempiternos hospites.
His nunc utrimque lætus adjutoribus
Trium sub una voce votum dedico,
Uno loquente spiritu in affectu trium.

V. 165. Emendavi ex nostro codice: nam Murat. codex habet *annus*.
V. 168. Mur. codex habet *anima:* at legendum est *animæ*, ut est in nostro codice.
V. 178. Mur. codex mendose habet *legendus*: itaque emendavi ex nostro codice.
Ibid. Murat. codex habet *dignus*: itaque versus apud eum claudicat. Legendum est ergo *dignius*, quo modo legitur in nostro codice.
V. 179. Et Mur. codex, & noster habet *istum*.
V. 189. Noster codex habet *laxatum*: quæ lectio est mendosa: itaque emendavi ex codice Muratorii.
V. 191. Duo isti versus, nempe 190, & 191, in Mur. codice inverso ordine leguntur in hunc modum: *Acto per orbem circulis anno suis Eadem recurrit semper hæc cunctis dies*.
V. 207. Mur. cod. habet *creavit*: noster vero *crearat*: quæ lectio mihi magis placet.
V. 210. Noster codex mendose habet *Appronianum*.
V. 214. Noster codex habet *quo*. At Murat. cod. lectionem sequi malui.

V. 215. Mur. codex habet *Christo:* noster *Christi*.
V. 217. Vocula *est* deerat in Mur. codice: itaque versus claudicabat. Eam addidi ex nostro codice.
E Ibid. In nostro codice mendose scriptum est *Pinnianus*.
V. 219. Noster codex mendose habet *primi genitus*.
V. 226. Muratorii codex habet *terrore:* noster vero *errore*.
V. 233. Emendavi ex nostro codice: nam apud Muratorium mendose legitur: *post stupemus* &c.
V. 244. Noster codex habet *lecti:* Mur. vero cod. *lectus*.
V. 254. In Murator. codice legitur *ope:* quo modo si legamus, versus claudicat. Legendum est ergo *opere*, ut legitur in nostro codice.
V. 258. Noster codex habet: *& una parvula*.
V. 262. Emendavi ex nostro codice. Apud Muratorium mendose legitur: *Nam & libertorum* &c.
V. 271. Cetera in nostro codice desiderantur. Ac dolendum sane est, quod Lippus Platesius totum hocce Carmen non exscripserit: plura enim alia menda illius ope expungere liceret, quæ in Muratorii codice reperiuntur.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
396.



# SANCTI VICTRICII
## ROTOMAGENSIS EPISCOPI
## LIBER
# DE LAUDE SANCTORUM:

*Ex mſ. codice S. Galli annorum plus mille,*

CURA ET STUDIO V. C. DOMNI ABBATIS LEBEUF
NUPER EVULGATUS ET ILLUSTRATUS.

I. PErtinere nos, dilectiſſimi fratres, ad miſericordiam Dei & omnipotentiam Salvatoris, etiam præſentibus ſpiritualium bonorum cumulis admonemur. Nullum vidimus percuſſorem, gladium vacuum vagina neſcimus; & altaria divinarum adimus poteſtatum: nullus eſt hodie cruentus inimicus; & Sanctorum paſſione ditamur: nullus nunc tortor incumbit; & Martyrum tropæa portamus: nullus effuſus ſanguinis ad præſens, nec perſecutor inſequitur; & replemur gaudio triumphorum. Immergendum eſt igitur [1] lacrymis, & grandia ſunt in uberem fletum gaudia reſolvenda. Ecce maxima pars cæleſtis militiæ noſtram dignatur viſere civitatem, ut jam nobis habitandum ſit inter turbas Sanctorum, & inclytas cæleſtium poteſtates. Haut mediocre levamen eſt delictorum, tecum habere quos inſtruis, tecum habere quos mitiges. Equidem ex gaudio præſenti metior, quantum huc uſque perdiderim. Rogo, date veniam impatientiæ: immodica lætitia verba penſare non novit. Doleo & quodam modo humana ratione contriſtor, quod tam ſero venerunt habitatores pectoris noſtri: minus delictorum repererant ſi ante veniſſent. Unde, cariſſimi, hæc noſtra ſit apud Sanctos prima petitio, ut peccata noſtra pia miſeratione advocationis excuſent, non animo judicantis inquirant. Et meæ quidem, ſancti venerandique Martyres, quantum reor, apud vos veniabilis excuſatio tarditatis eſt. Nam quod ad Britannias profectus ſum, quod ibi moratus ſum, veſtrorum fecit excuſatio [2] præceptorum. Pacis me faciendæ conſacerdotes mei ſalutares antiſtites evocarunt. Hoc negare non poteram qui vobis militabam. Non eſt deeſſe obſequiis, obedire præceptis. Merito virtutis ubique vos eſſe novi: nullo enim terrarum ſpatio cæleſtis claritudo fraudatur. Ignoſcere ergo debetis, quod in [3] quadrageſimo tantum lapide pæne tardus occurri. Vobis intra [4] Britannias obſequebar; & oceani circumfluo ſeparatus, veſtro tamen detinebar officio. Dilatio iſta deſiderium meum læſit, non prætermiſit obſequium. Ego tamen totum veſtræ tribuo [5] majeſtati, quia [a] vos eſtis corpus Chriſti, & [b] ſpiritus divinus eſt qui ha-

A bitat in vobis; veſtrum eſt quod abſui, veſtrum eſt quod redivi. Supereſt ergo ut excuſationis meæ ratio digeratur. Pacis Domini eſtis auctores, cujus me ſententiæ velut interpretem delegiſtis. Hoc ego Domini Jeſu & veſtrum ſalutare præceptum intra Britannias exercui, ſi non ut debui, tamen ut potui. Sapientibus amorem pacis infudi, docilibus legi, neſcientibus inculcavi, ingeſſi nolentibus, ſecundum Apoſtolum, [c] *inſtans opportune, importune*; atque in eorum animas doctrina & palpatione perveni. Ubi me tamen locus & fragilitas humana tentavit, veſtri ſpiritus præſidium flagitavi. Feci quod in maxima vi tempeſtatis faciunt illi qui navigant: Non gubernatoris peritiam, ſed miſericor-
B diam ſupernæ majeſtatis implorant. Fluctus enim conſternere & ventis modum adhibere, Jeſus qui in vobis eſt valet; ars terrena non novit. Nec ſane mihi jam circa eos laborandum eſt qui abſolute diſciplinæ copula exciderunt. Habeo veſtrarum præſentiam majeſtatum; in quibus apparitor religionis excuſat, compleat veſtræ poteſtatis auctoritas.

II. Qua te nunc [6] benedicte Ambroſi, veneratione complexer? qua te Theodule deoſculer caritate? quibus te interioribus brachiis Euſtachi ſenſui meo glutinem? quo te cultu novæ mentis, Cario [7], qua admiratione ſuſpiciam? neſcio profecto, neſcio præ tantis meritis quid rependam. Unum ſolum eſt quod
C poteſt veſtris beneficiis reſpondere, ſi a ſanctis Apoſtolis & Martyribus debita noſtra poſcatis, ut vobis non deſint quos nobiſcum eſſe voluiſtis. Tuæ quoque dilectiſſime frater Æliane [8] conſedulitati, tum etiam exſpectationi gratias ago. Sed labori tuo & officio mercedem jam Apoſtoli ac Martyres exſolverunt, diu tecum fuerunt. Da igitur, da: quid moraris? Sanctorum templa porrigite. Operari libet, non libet loqui. Nam ſi curavit attracta leviter fimbria Salvatoris; procul dubio curabunt amplexata, domicilia paſſionum. Huc accedit, quod fatigationem labor iſte non ſentit. Apoſtolos ac Martyres noſtros fide ante portavimus. Bis ad Ro-
D tomagenſem Sancti veniunt civitatem [9]: dudum

*a* I. Cor. XII. 27. *b* I. Cor. III. 16. *c* II. Tim. IV. 8.

1. Præ gaudio.

2. Querela Eccleſiæ ſeu fidei, querela eſt Martyrum totius Eccleſiæ ac præcipue Apoſtolorum. Hoc ſenſu Victricius potuit dicere ſe in Britannias obſequendo præceptis eorum quorum ſibi Reliquiæ adferebantur, tranſmigraſſe, cum in eorum numero eſſent Reliquiæ S. Joannis Baptiſtæ, S. Andreæ, S. Thomæ, quas infra nominat.

3. Quadrageſimo lapide videtur indicare, ſe nonniſi, quindecim leucas ante urbem Rotomagenſem Sanctorum Reliquiis obviam iviſſe e Britanniis revertentem. Leuca enim noſtra hodierna fere tria milliaria antiquorum continet.

4. Forte Victricius Britannus fuit nativitate, eoque ſenſu accipiendum quod ad eum ſcripſit Paullinus Ep. 18. *Te in lucem populi ſui de extimo ( ſeu extremo ) orbis eduxit Dominus.*

5. Titulus majeſtatis qui apud veteres non ſemel occurrit, non Deo ſolum, ſed & Sanctis ac imperatoribus & regibus, quibuſdam epiſcopis & aliis in dignitate conſtitutis tribuebatur olim, ut videre eſt in Gloſſario Cangii.

6. Hic loquendi modus *benedicte Ambroſi*, frequens hoc ævo. Sic in Ep. S. Paullini 18. ad Victricium *benedictum Diaconem fratrem noſtrum Paſchaſium*: & num. 2. *benedicti Paſchaſii.*

7. Nomina Theoduli & Euſtachii leguntur in ſubſcriptionibus Concilii Mediolanenſis anni 390. Alibi non legitur nomen Carionis.

8. Ælianus forſitan erat unus ex æditiuis Eccleſiæ Mediolanenſis, lator Reliquiarum.

9. Ex hoc loco patet latorem non invento apud Rotomagum ſancto præſule Victricio, ſuum jam iter ad Bri-

nostrum pectus intrarunt; modo celebrant Ecclesiam civitatis. Ecce omnis ætas in vestrum funditur famulatum: alter alterum vincere studio religionis insistit. Hinc presbyteri & diacones & omnis vobis cotidiano famulatu cognitus minister occurrit. Notorum sunt obsequia gratiora: non enim amari incipit [1], sed amoris acquirit augmentum.

III. Huc accedit, quod plus Dominum meretur cognita & inveterata militia. Stipendiorum additamentum, timoris est incrementum. Magis enim formidat, qui habet quod in offensione deperdat. Talis igitur, talis circa officium vestrum tempore exploratus, vitiis exantlatus, labore & vigiliis approbatus miles occurrit [2]. Talis inquam ministrare festinat, qui laborem in desiderium vertit, qui fortunæ nomen ignorat, qui hanc vitam non ex præsenti brevitate, sed ex æternitatis felicitate metitur. Cui denique hic habitus mentis est, ut ingenti se ditatum fenore arbitretur, quoties manus habuerit Sanctorum Reliquiis onustatas. Hinc monachorum limata jejuniis caterva densatur: hinc innocentium puerorum perstrepit sonora lætitia: hinc devotarum inlibatarumque virginum chorus crucis portat insigne [3]: hinc continentium, & viduarum tali prorsus digna multitudo stipatur officio. Quarum tantum splendidior vita est, quanto durior exstitit humanæ sortis conditio. Gravis enim pugna est, notæ resistere voluptati. Si nescias, ipsa te inscientiæ natura defendit. Si scias, ipsa te scientia cupiditatis oppugnat. Hujus incendium defuncti mariti frigus exstinxit, & omne desiderium monumentum triste complectitur. Hujus amores superstes maritus servat, & æternitatis promissione palpatus. In disparili sorte parilis palma virtutis est. Hæc coitum manente conjugio horrore & pudore damnavit, hæc mortuo commendavit. Nec immerito tantum religionis est studium. Ubi enim nulla est cogitatio voluptatum, ibi est domicilium castitatis. Bona conscientia Sanctis libenter obsequitur. Nihil enim differt quod aut rumor laceret, aut tacita cogitationis vexet injuria. Ostentatio pudoris & abstinentia, est assiduitas obsequentis. Nullius heic indumentum tyrium vomit ardorem, nec crepantis serici undæ ambulantis arte crispantur, nulla bacca, nullus auri circulus scitur. Sordent enim humana, ubi divina pensantur; docente Apostolo: [a] *Hæc omnia tamquam stercora arbitratus sum, ut Christum lucrifacerem*. Incedunt nitidæ flagrantes crapulam castitatis. Incedunt divinis ornamentorum redimitæ muneribus. Pectora sunt Psalmorum referta divitiis. Nulla nox vigiliarum est, in qua talis gemma non micet. Nullus religionis est locus, in quo non splendeat tale segmentum. Gaudium Sanctorum, est turba castorum. Irritatio potestatum, est viduarum & continentium multitudo. Hinc fenum lacrymæ & gaudia mixta funduntur: hinc vota matrum, infantum quoque animos gaudia ista pertentent: hinc denique totius populi circa majestatem vestram unus affectus.

A IV. Miseremini igitur, miseremini: habetis, quod ignoscatis. Confitemur [4] Deum Patrem; confitemur Deum Filium, confitemur sanctum Spiritum Deum. Confitemur quia tres unum sunt. Unum dixi; quia ex uno sicut Filius de Patre, ita Pater in Filio; sanctus Spiritus vero de Patre & Filio. Ita & Pater, & Filius in Spiritu sancto. Una deitas, una substantia; quia unum principium, & una perpetuitas; sive ante omnia, sive per quem omnia, verus Deus de Deo vero; quia ut alius de alio, ita alius in alio, vivus a vivo, perfectus a perfecto, lumen de lumine, & lumen in lumine. Ita hujus Trinitatis deitas ex uno & in uno permanens. Pater, pater est; Filius, filius est; Spiritus, B spiritus est. Tres nominibus, tres uno principio, tres una perfectione, tres una deitate, tres uno lumine, tres una virtute, tres una operatione, tres una substantia, tres una perpetuitate; quia ut tres ex uno, ita unitas in tribus. Sic confitemur, quia sic credimus individuam Trinitatem, ante quam nihil potest affingi, nec mente concipi: per quam [b] *omnia visibilia & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum*; [c] *& sine illo factum est nihil*: qui pro salute generis humani de sublimi descendens, de Maria virgine incarnatus hominem induit, passus est, crucifixus, sepultus, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit in cælum, sedet ad C dexteram Dei Patris, inde venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritu sancto, quia hoc sacramentum in Apostolis ipse firmavit dicens: [d] *Cum ascendero ad patrem meum & ad patrem vestrum, rogabo patrem, & alium advocatum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum, spiritum veritatis; quem hic mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec cognoscit eum. Vos autem nostis illum, quia apud vos manet, & vobiscum est*. Et alibi: [e] *Cum vos statuerint ante potestates hujus mundi, nolite soliciti esse quid loquamini: Spiritus Patris vestri loquetur in vobis*. In hac unitate, venerabilium passionum vestrarum lumina confitemur. In Evangelio legimus, quia [f] *vos estis lumina mun-* D *di*. Hoc in periculis, hoc in lætitia prædicamus. Profit peccatoribus ista confessio, quia hoc obtinuit ille, qui petivit, sicut Dominus in Evangelio loquitur: Nam cum latro in patibulo pendens ab eo peteret ut sui meminisset, ait Salvator: [g] *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*. Delicta nemo discutiat: veniam postulamus.

V. Age nunc, fratres dilectissimi, sacrosanctis Reliquiis melle, lacte subacta psalmorum verba libemus. Vigiliis & jejuniis inebriata sobrietas ablutionem postulet peccatorum. Inclinemus ad nos Sanctorum favorem, dum calet adventus. Horum E quidem domicilia superna sunt, sed nos ut hospites precemur. Prodest nonnumquam dissimulare, quod scias. Secretum suum ipsi noverint. Facilius impetrant qui sacramenta custodiunt, & secreta non quærunt. Vos quoque, sacræ inviolatæque virgines,

a Philipp. III. 8. b Coloss. I. 16. c Joan. I. 3. d Joan. XVI. 16. 17. e Matth. X. 19. f Matth. V. 14. g Luc. XXIII. 43.

tanniam direxisse cum Reliquiis; & cum occurrisset Victricius, una simul Rotomagum repetiisse. Inde etiam liquet capsam seu cistellam Reliquiarum non magnæ fuisse molis, & huic forsan similem quam S. Germanus Autissiodorensis collo gerebat. — Aliter forte accipiendus hic locus. Vide mox infra not. 3. ad §. VI. 1. *Subaud.* notus.

2. Alludit ad ea quæ olim pro Christo passus fuerat.

3. Plura dicit de statu Viduarum & Virginum ad refellendos Joviniani discipulos recens a sanctis episcopis damnatos in concilio Mediolanensi, & ut unanimitatem doctrinæ manifestet.

4. Fidei confessionem edit Victricius, ut mos erat tunc temporis, propter Arianos nondum omnino eliminatos. Sic aliquando apud Paullinum.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 396.



psallite, psallite, & choreis tramites quibus ad cælum ascenditur & pede pulsate [1]. Illos inquam qui paradisi vere gaudent clara luce, nullis nubibus turbidi. Illos plantis terite, illos assultibus fatigate.

VI. Ne quis autem de errore queratur: addidit nobis alios duces misericordia Salvatoris. Quid est enim aliud, carissimi, Martyr, nisi Christi imitator, domitor rabidæ voluptatis, calcator ambitionis, & mortis ambitor, contemtor divitiarum, compressor lasciviæ, intemperantiæ persecutor? Cui numquam sceptrum prudentiæ avaritia præripuit, aut cupiditas vindicari. Per hos virtutum gradus unde descenderat, Salvator ascendit, docente Apostolo: [a] *Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos*. Per hos denique secum, quos prædestinavit, evexit dicens; [b] *Pater, quos mihi dedisti, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum*. Prudentia, justitia, fortitudo, temperantia, via cælestis est. Hanc Salvator aperuit dicens: [c] *Ego sum via & veritas*. Hanc margaritarum cælestium & æternitatis mercator attrivit; hanc viatoribus christianis prophetæ demonstrant: hanc Apostoli frequentarunt: hanc numquam aut frigus adstringit, aut calor incendit. In psalmis cautum est; [d] *Per diem sol non uret te, nec luna per noctem*. Qua de re oremus, carissimi, oremus, ut si ascendere nos cumulus prohibet peccatorum, vel ascendentum vestigia osculis arctioribus vaporemus. Isti sunt venerandi, isti sunt sancti, qui morti mortem intulere; sicut legimus: [e] *Qui credit in me, licet moriatur, vivit*. O quam [f] *pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum ejus!* quibus minax plus præstitit persecutor: tortor horruit, risit subditus quæstioni, percussor tremuit, & trementis dexteram moriturus adjuvit; fera noluit, irritavit objectus; non quia pœnam corpoream natura perdiderat, sed quia Salvator tanti præsul certaminis, palmam vibrans, immortalitatis victoriam prætendebat. Hæc quamquam ita sint, tamen in illa passione membrorum vobiscum certamen corpora pertulerunt. Strati ergo humi, & solum lacrymis irrigantes una voce clamemus, ut qui semper sacratas Reliquias possidetis, corpora purgetis. Nec vobis, venerandi, nostra sordebit oblatio. Dignum domicilium est, quod tot victoribus habitetur. Heic invenietis Joannem Baptistam; illum, inquam, qui stadio [2] communi cruentus stetit, sed ad cælum coronatus ascendit, quem Dominus ipse [g] inter natos mulierum autumat potiorem. Heic Andream, heic Thomam, heic Gervasium, heic Protasium, heic Agricolam, heic Euphemiam, quæ quondam ustulato animo sub percussore virgo non palluit. Denique tanta heic est cælestium civium multitudo, ut ad adventum vestræ majestatis locus nobis esset alius inquirendus, nisi vos jungeret secretum vestrum & unitas potestatis.

Vestra sunt hæc præcepta, [h] caritatem non æmulari, non quærere illa, quæ sua sunt. Unde non ambigo quod secundum hominem vilioris loci vos tangat injuria. Angusta nimis: homines ista perpendunt. Divinitas gradum respuit, nec loco nec tempore definitur. Unitatis nulla subjectio est. Nec mirum, si nihil est vobis in substantia terrena

A difficile, quibus totum est in spiritus luce commune. Major tamen erit vestrarum gloria potestatum, si defendatis laboriosos, si tuemini hostibus subjacentes. Tegant arma, quos volunt: nos vestræ acies, vestra signa custodiunt. Nullus est hostis, si tribuatis indulgentiam peccatorum. Ex vestris manibus nostræ vitæ retinacula detinentur. Remittite delicta; & nulla nos bella turbabunt. Sed quid ego pauper Victricius cultor vester de loci qualitate formido? [3] A vobis ad vos venistis: heic reperietis, quos circa Domini Jesu Christi altaria ministrantes reliquistis: porrectis brachiis vos Baptista Joannes exspectat. Vos Thomas, vos Andreas, Lucas & cetera multitudo cælestis parili vos desiderio in suum gremium vocat. Nullus vos novus hospes excipiet. Hi sunt, cum quibus militatis in cælo. Peculiaris tamen erit gratulatio, si jungan-

B tur Reliquiis, qui sunt juncti claritudine spiritali.

VII. Siquidem unam corporulentiæ massam scriptura insinuante colligimus. Quotus enim quis aut natura tam brutus, aut rationis expers inveniri queat, qui neget feminam ex viri lateribus sumsisse principium? Ex quo illud emergit, ut intelligamus primordia carnis ex carne esse suscepta. Ipsamque sibi fuisse naturam, ut si animum naviter quispiam intendat, & velut generis genus inquirat, reperiat Adam ex specie genus effectum. Non enim potest genus non esse, ex cujus materia figmentoque diffusa per omnes humani corporis fetura succrevit. Ergo, sanctissimi fratres, primum id scire debe-

C mus, homines inter se non natura, sed loco & tempore & opere & cogitatione distare. Diversitas enim unitati extranea est. Unitas late sine sui diffunditur detrimento. Quod si omnium hominum unum corpus esse rationis oculi perviderunt; sequitur, ut in Christo & in Ecclesia viventibus pari argumento unam beneficio adoptionis & carnis, & sanguinis, & spiritus credamus esse substantiam. Initium novæ legis est præteritorum ablutio delictorum. Salvator autem, quamvis esset prioris, tamen [i] *melioris testamenti sponsor* accessit. Necesse est ergo ut sit in his una virtus, in quibus est sacramentorum una perfectio. Ait enim Apostolus: [k] *Vos estis corpus Christi & membra*, & [l] *spiri-*

D *tus Dei habitat in vobis*. Cum igitur scriptura docente firmemur, baptismatis sacramento divino nos Spiritui posse conjungi; eademque ratione dicamus, etiam corpora nostra cum membris Filii glutino perseverantis confessionis adstringi, nihilque unitati perire per gratiam: quæ dubitatio est, etiam Apostolos Martyresque nostros perfectam absolutamque meruisse concordiam? Cum enim spiritus Dei sit & Deus filius, Christus, qui æquabili potestate opinionem injuriosæ subjectionis explodit, qui venerabili triumpho membrorum, morti spatium non reliquit, qui singularitatis abnuit nomen, qui nec finem aut initium ullis sui partibus sentit; Apostoli autem Sanctique & per spiritalis mysterii san-

E ctionem, & per corporis victimam, & per sanguinis censum ac sacrificium passionis ascendere solium redemtoris, ipso in Evangelio dicente: [m] *Cum sederit filius in throno gloriæ suæ* [4], *sedebitis & vos super duodecim tribunalia judicantes XII. tribus fi-*

*a* Ephes. IV. 10. *b* Joan. XVII. 24. *c* Joan. XIV. 6. *d* Psalm. CXX. 6. *e* Joan. XI. 25. *f* Psalm. CXV. 15. *g* Matth. XI. 11. *h* I. Cor. XIII. 4. 5. *i* Heb. VII. 22. *k* II. Cor. XII. 27. *l* I. Cor. III. 16. *m* Matth. XIX. 28.

1. Metaphorice loquitur.
2. In ms. legitur *studio*, sed male.
3. Videtur indicare quod jam aliquas Reliquias possidebat Ecclesia Rotomagensis.
4. *Matth.* XIX. 28. In codice ms. S. Germani a Pratis num. 1200. legitur etiam Matthæi 19. *Cum sedens filius in throno gloriæ suæ*. Hæc est antiqua & prima versio latina de qua *Martianay*.

liorum Iſrael; & iterum: [a] *Cui remiſeritis, remiſſa erunt; & quem ligaveritis, ligatus habebitur*: relinquitur ergo, ut toti cum toto ſint Salvatore. Nam quibus nihil eſt in profeſſione diſſimile, his totum eſt in deitatis veritate commune. Per juſtitiam etiam fiunt comites Salvatoris, per prudentiam æmuli, per uſum artuum concorporei, per ſanguinem conſanguinei, per hoſtiæ conſummationem fiunt crucis æternitate conſortes. Scriptum eſt enim: [b] *Aſcendo ad Patrem meum & ad Patrem veſtrum*. Si igitur communis pater, communes & filii; ſi communes filii, communis hereditas; ſi communis hereditas, communis æternitas. Sancti autem ſunt per victoriam immortalitate donati: ſupereſt, ut non diviſa, ſed una ſit auctoritas voluntatum; ipſo hoc apud Patrem Domino proſequente: [c] *Pater ſanctifica illos in veritate. Verbum tuum veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in ſæculo, & ego miſi eos in ſæculo. Et pro eis ſanctifico me, ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non ſolum pro his te rogo, ſed etiam pro eis qui credituri ſunt in me per verbum ipſorum: ut omnes unum ſint, ſicut tu Pater in me & ego in te, ut & ipſi ſint in nobis; ut hoc ſæculum credat, quia tu me miſiſti, & ego mitto eos. Claritatem quam dediſti mihi, dedi eis, ut ſint unum, ſicut nos unum ſumus. Ego in illis, & tu in me: ut ſint conſummati in unum; ut cognoſcat ſæculum, quia tu me miſiſti & dilexiſti illos, ſicut me dilexiſti*. Rapitur enim a dignis imperium ſalutare, quiſquis extulerit ſacræ confeſſionis inſigne.

VIII. Alia eſt, dilectiſſimi, immortalitas, quæ ſine conceptione fragilitatis eſt ſempiterna. Alia, quæ largitate conceditur. Nos autem Apoſtolis & Martyribus donatam immortalitatem negare non poſſumus. Sed illud aſſumimus, poſt indeptam divinitatem nihil eſſe, quod Trinitatem a ſanctorum oblatione ſecernat; quoniam ipſa eos veritas edidit Trinitatis. Plenam enim perfectamque eſſe Dei naturam neceſſe eſt confiteri: alioquin fit injuria, ſi negemus, dicente Domino: [d] *Qui me negaverit & meos ſermones coram hominibus, & ego eum negabo coram Patre meo & Angelis ejus*. Huc accedit, quod ultra nihil recipit plenitudo. [1] Sanguis autem poſt martyrium præmio divinitatis igneſcit. Faceſſat ergo diſtinctionis injuria, cum ſit eadem copula claritatis: [e] *Vado*, ait, *ad Patrem meum & ad Patrem veſtrum*. Videtis itaque, amantiſſimi, hoc eſſe Patris & Filii per naturæ proprietatem, quod eſt Sanctis per ſuſcepti muneris unitatem. Deus longe lateque diffunditur, & ſuum lumen ſine ſui feneratur detrimento. Quacumque in parte totus eſt, ſenſus totus, viſus totus, animi totus ſui. Non poteſt ergo non eſſe perfectus in Apoſtolis, qui eſt perfectus in toto. Forſitan hoc loco quiſpiam exclamet, & dicat: Ergo hoc martyr, quod prima virtus & abſoluta inenarrabiliſque ſubſtantia deitatis? Dico idem eſſe per beneficium, non per proprietatem; per adoptionem, non per naturam: eoque fieri ut cum dies magnus advenerit, nec acquiſiſſe videatur ille qui acceperit imperium, nec minuiſſe ille qui dedit. Clementis bonique diſceptatoris eſt, prædicare ante,

A quid caveas. Ecce nobis velut prælato Reliquiarum ſuarum lumine tramitem veritatis oſtendunt. Docent reverentiam, fidem, prudentiam, juſtitiam, fortitudinem, concordiam, continentiam, caſtitatem, dum in obſeſſis corporibus, his quæ ſunt contraria puniunt, & vitiorum amovent labes. Sed hanc miſericordiam, & hunc docendi affectum, has denique Reliquiarum divitias, & hos ignitos luminis radios in ſe habent; etiam cum noſtra cœperint delicta penſare. Boni regis eſt abſque gratia judicare. Ibi mera veritas invenitur, ubi nulla eſt in unam partem declinatio cognitoris. Nos autem ab ipſis, quibus nunc utimur beneficiis adjuvamur. Ergo in unum velut acervum omnis quæ B nunc diffuſa eſt Sanctorum bonitas colligetur, ut ſine gratia, ſine appellationis injuria ſceptrum teneant judicantis. Peccata, ſunt tenebræ; lux, innocentia. Neceſſe eſt ergo ut carcer appareat tenebrarum, cum cœperit de ſe in ſe redire quod lucis eſt.

IX. Solis lata ſunt beneficia; omnia terrarum ſpatia, omnium domiciliorum oculos replet & illuminat, & a ſe ſui copia non recedit. Munus ſuum effundit & recipit, tantumque poſſidet quantum fuerat ante largitus; donat, & donatarum rerum dominus invenitur. Haut aliter, cariſſimi, ante diem judicii in cunctas baſilicas, in omnes eccleſias, C in omnium denique fidelium pectus juſtorum ſplendor infunditur, in ſe ſcilicet rediturus cum perſonam ſumſerit judicantis. Si cui vilis iſta comparatio videbitur, in hoc accipiat majeſtatis eſſe, non erroris, quod divinis corruptibilia, quod magnis parva conlidimus. Primordia quæ generis ſunt experti, neſciunt definiri. Inclinata ſubſtantia deitatis ſe ſuæ ſimilitudinis retinet dignitatem. Nec qualitas, nec quantitas reperitur, cui Trinitas poſſit æquari. Cæleſtis ratio docetur, non comparatur; inſinuatur, non ornatur. Docuit ergo nos divinitatem ſolis exemplum. Non tamen ſe miſcuit unitati. Jam illud omnibus liquet, ex nihilo Deum feciſſe quod non erat: unde ſæpe dialecticorum D virus [2] eliditur.


Si enim ex inani rerum auctor Deus vas hoc ſpiritale & membra compoſuit, cur non potuit animatum corpus, & velut ſanguinis fermento globatum ad ſui luminis transferre ſubſtantiam? Sed nos in tanta gratulatione librum tumultu quæſtionum referſimus. Nec immerito: indagatio enim veritatis, voluptas eſt inquirentis. Sic Deus, ſic Salvator agnoſcitur, ſic triumphus porrectus ſalutaribus brachiis invenitur, ſic corporibus æternus ſplendor acquiritur. Angelos ignitæ majeſtatis ſpiritum continere, cæleſti oratione percipimus: ſic enim legimus: [f] *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ignem urentem*. Ergo ſi in corpore cruor E eſt, cruor autem ipſe ſuperno miſcetur ardori; nihil ſupereſt quæſtionis, quin unam eamdemque beatorum colligamus eſſe cum univerſitate concordiam. Illa nunc eſt, cariſſimi, ex animis noſtris abſtergenda abolendaque ſuſpicio, ne quis forte vulgari errore deceptus in Minutiis juſtorum & in hac apoſtolica conſecratione, non putet totius corporeæ paſſionis conſiſtere veritatem. Nos autem id

a Matth. XVIII. 18. Joan. XX. 23. b Joan. XX. 17. c Joan. XVII. 17-23. d Matth. X. 33. Marc. VIII. 38. Luc. IX. 26. e Joan. XX. 17. f Pſalm. CIII. 4. Hebr. I. 7.

1. Cum particulas ſanguinis concreti dumtaxat e pluribus Sanctis acceperit, ſignificat tamen modicas haſce Reliquias nihilominus magni habendas eſſe. Plura heic & ſupra congerit de interceſſione Sanctorum, & plura proponit circa ſanguinis prærogativam, quem vocat *Minutias Sanctorum* (§. IX).

2. Monachus Sangallenſis annotavit forte legendum *virtus*, & quidem recte. Hæc contra atheos.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 296.



tota fide & auctoritate clamamus, in Reliquiis nihil esse non plenum. Nam integri artus sunt, ubi est integra medicina. Carnem dicimus glutino sanguinis contineri, spiritum quoque madentem sanguinis rore, flammeum Verbi adfirmamus duxisse ardorem. Quod cum ita sit, certissimum est Apostolos Martyresque nostros integris ad nos venisse virtutibus. Id ita esse, etiam præsentibus beneficiis admonemur. Nam cum jus Translationis ipsis volentibus agnoscamus, illud intelligimus, non ipsos sibi inferre propria disseminatione jacturam, sed spargere beneficia unitate ditatos. Flamma claritudinem suam effundit & donat, nec tamen patitur dispendium largitatis. Sic Sancti sunt sine damno munifici, sine additamento pleni; sic ad nos sine peregrinationis fastidio pervenerunt. In Reliquiis ergo admonitio perfectionis est, non divisionis injuria. Quidquid ex disparili conceptione formatur, & non primi fontis liquore perfunditur, id caducum esse necesse est. Sol & sidera, tellus & residua nomina vanitatum recipiunt corruptibilitatem, quia non habent exordium spiritale. Sanctorum autem passio, imitatio Christi est: & Christus est Deus. Ergo non est in plenitudine inferenda divisio; sed in ipsa divisione quæ oculis subjacet, plenitudinis est veritas adoranda.

X. Cur igitur Reliquias appellamus? quia rerum imagines & signa sunt verba, subjicitur oculis cruor & limus. Id nos Reliquiarum nomine, quia aliter non possumus velut vividi sermonis impressione signamus. Sed nos nunc totum in parte dicendo, non corporalium luminum obices, sed cordis oculos aperimus. Non enim res verbis, sed verba serviunt rebus. Unde amoris sermonum insidiis, res cum re, ratio cum ratione confligat. Omnis pars quæ dicitur species, necesse est, ut generis in se vim diffinitionemque suscipiat. Nam cum animal esse substantiam animatam, substantiamque sensibilem dixero; simul dixi & homines, & boves, & ceterorum animantium diffinitionem, quomodo est homo qui [a] *non percipit quæ Dei sunt*. Quod si in generis diffinitione etiam specierum momenta pensantur; quei fieri potest, ut in Reliquiis non sit plenitudo carnalis, cum sit eadem ratio spiritalis? Ostendimus itaque in parte totum esse posse. Unde queri jam de exiguitate non possumus: nam cum dixerimus ad instar generis, nihil sacrosanctis perire corporibus; certe illud assignavimus, non posse minui quod divinum est, quia totum in toto est. Et ubi est aliquid, ibi totum est. Corpus autem infectione spiritus æternari, divina colligimus lectione. Concluditur ergo, ut nihil amplius desideretur, ubi plenitudo sentitur. Docendi gratia, in facili illo pervulgatoque persistamus exemplo. Ignis jubar dicimus, calorem dicimus; & tamen idem imperante natura nec aliud ab alio, nisi sola nominis distinctione dividitur. Lux splendorem parturit, nec tamen lucis & splendoris sit ulla discretio. Homo ipse in eo quod homo est, unum tenet cum omnibus nascendi communione collegium. Æs, aurum & reliqua genera metallorum, quamvis in diversum hamatis avaritiæ un-

A guibus rapiantur, tamen habent individuæ substantiæ qualitatem. Claret igitur, species ad naturam referri. Claret igitur, in Reliquiis perfectionem membrorum esse, quia inest in spiritali sacratione consortium: [b] *Qualis enim cælestis, tales & cælestes*. Si divisas esse Reliquias diceremus a spiritu, merito omnis viscerum nexus & soliditas quæreretur. At vero cum unitam advertamus esse substantiam; ab re est; totum in toto perquirere. Injuria unitatis est, majoris inquisitio potestatis. Oculorum est ista deceptio. Clariora sunt lumina rationum. Cernimus parvas Reliquias, nonnihil sanguinis. Sed has minutias clariores esse, quam sol est, veritas intuetur, Domino in Evangelio dicente: [c] *Sancti*
B *mei fulgebunt sicut sol in regno Patris*: & tunc sol amplius quam nunc, clariusque lucebit.

XI. Huc accedit, quod non minus in partibus, quam in soliditate curatio est. An aliter in oriente, Constantinopoli, Antiochiæ, Thessalonicæ, Naiso [1], Romæ, in Italia miseris porrigunt medicinam? An aliter laborantia corpora desæcantur? Curat Ephesi Joannes Evangelista, præterea & in locis plurimis; quem Christi a pectore nec ante consecrationem accepimus recessisse, & apud nos ipsa ejus est medicina. Curat Bononiæ Proculus, Agricola: & heic quoque horum cernimus majestatem. Curat Placentiæ Antoninus. Curat Saturninus,
C Trajanus in Macedonia. Curat Nazarius Mediolano: Mutius [2], Alexander, Datysus [3], Chyndeus [4] larga virtute gratiam salutis infundunt. Curat Rogata [5], Leonida, Anastasia, Anatoclia, ut ait Apostolus Paullus: [d] *In virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, uno atque eodem spiritu, qui omnia in omnibus operatur*. Rogo, an alia est apud nos, alia apud alios memoratorum medela Sanctorum? Quod si quidquid ubique Sanctorum est, parili pietate cultores suos defendunt, purgant, tuentur; adjiciendus cultus est, non discutienda majestas. Quod si in Reliquiis non esset plenum pondus virtutis; tamen non erat bonæ mentis derogare tali aliquid dignitati. Non enim scire
D prodest, sed timere; quia cautum est: [e] *Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, nusquam poterit justificari*. Innumerabilia sunt quæ occurrunt; sed nos puri liquoris meatus & tramites aucupamur. Non me hypothetici, & categorici syllogismorum modi intricant, non inania philosophorum sophismata decipiunt: ipsa faciem suam veritas aperit, fides despuit argumenta, crimen latebras, innocentia publicum quærit. Manu igitur ostendo quod quæritur, tango reduvias, affirmo in istis Reliquiis perfectam esse gratiam perfectamque virtutem. Hoc loco si res esset sermonum collisione pandenda, dicerem & genere & specie & numero idem esse; de quo ambigit infi-
E da calumnia dubitantis, nec dubitantis fortasse, sed non amantis. At vero cum totam fide teneam, supervacaneis supersedendum interim reor, sed videnda, non quærenda. Ecce incumbit immundi pollutique spiritus tortor, nec venit sub aspectu ille qui torquet. Nulla sunt vincula, & ligatur ille qui patitur. Equuleum aeris habet ira cælestis.

*a* I. Cor. II. 14. *b* I. Cor. xv. 48. *c* Matth. XIII. 43. *d* Ephes. IV. 13. *e* Eccli. I. 27. 28.

1. Naisus heic reponitur inter præcipuas civitates. Sita erat in Thracia, diciturque patria fuisse Constantini M. Inter Epistolas Papæ Innocentii I. una inscribitur ad Martinum Naisetanum episcopum.

2. Mutius forte e Byzantio anno 211.

3. Datysus, forte Dathus episcopus Ravennæ qui obiit 3. Julii c. an. 190.

4. Chyndeus, forsan presbyter Martyr in Pamphilia sub Diocletiano XI. Julii. De aliis superest inquirendum.

5. In ms. legitur *Ragota*, quod errore amanuensis videtur factum.

Nulla ungula est, & tanta sunt crimina confitentium: nullum vulnus apparet, & dentium stridor auditur: nulla interrogatio disceptantis, & sequitur permissio recedentis.

Nemo profecto, nemo tam inops mentis est ut dicat deesse plenitudini, cum examini nihil deesse videat. Deus enim procul dubio, Deus est, quisquis est invisibilium tortor & judex. Imperfecta natura nescit spiritum vulnerare. Interiora non judicat, nisi qui sanat. Non imperat elementis, nisi qui calcat sceptrum. Non tenet Trinitatem, nisi qui est in partibus integer, & totus in toto: sensus primus nullius adjectionis est indigus. Apostoli autem Sanctique non solum additamenta non quærunt, sed etiam sanitatis & salutis beneficia largiuntur.

Ergo unus sensus, unus spiritus, una est his cum veritate permixtio. Qui curat, & vivit; qui vivit, in Reliquiis est. Apostoli autem Martyresque medentur, & diluunt. In Reliquiis igitur sunt totius vinculo æternitatis adstricti. Omnem sectionem nubilum mortis infuscat. Nos satis superque Sanctos declaravimus partis damna non nosse. Residet ergo ut intelligamus, misericordiæ esse, non quæstionis, quod se justi omnibus largiuntur: qui amat, credit; qui credit, fidem in disputatore & sacerdote, non verba rimatur. Unde si nostra cui sordebit oratio, studium certe neutiquam displicebit. Si quidem nos videbit, librum simplici fide exarasse, non verbis; cultu, non argumentis; veneratione, non curiositate. Amator veritatis est, quisquis reverentiam detulerit: osor est, quisquis moverit quæstionem.

XII. Qua de re, amantissimi, dum recens est turba Sanctorum, incumbamus, & ex imis corporum venis suspiria proferamus. Adsunt advocati: delictorum nostrorum gesta oratione pandamus. Favent judices, possunt mitigare sententiam, quibus dictum est: [a] *Sedebitis super duodecim tribunalia, judicabitis duodecim tribus filiorum Israel*. Semper judices, quia semper Apostoli. Sed me longius non tam dicendi studium, quam fidei traxit officium: immodica gratulatio tacere non novit. Lætitiæ detrimentum est, si desit auditor. Ergo si tacere in tanta exsultantium celebritate potuissem, crimen mæroris incurreram: Apostoli ac Martyres veniunt: antistitem tacere non convenit. Eriguntur altaria: de gaudio sacerdotis populus sumat exordium. Quis rogo tam brutus? quis tam profanus? quis tam legis & religionis ignarus, ut gaudia ista non sentiat? Si quis sæcularium principum nostram nunc viseret civitatem, protinus sertis spatia omnia redimita riderent, matres tecta complerent, portæ undam populi moverent, omnis ætas in studium divisa, adoreas [1] & bellica facta cantaret, paludamenti flammas ac tyrium muricem miraretur, stuperet rubri pretium maris, & gelatas lacrymas belluarum: & quidem miranda si videas, contemnenda si cogites; denique lapides appellantur; hæc, inquam, hiantem populum detinerent. At vero beatissimi, cum Martyrum triumphus, & pompa virtutum nostra tecta succedunt, cur non solvamur in gaudia? Nec deest quod miremur: pro regali amictu præsto est æterni luminis indumentum. Heic purpura, heic togæ liberæ Sanctorum sunt, heic diademata variis gemmarum distincta luminibus, sapientiæ, intellectus, scientiæ, veritatis, consilii, fortitudinis, tolerantiæ, temperantiæ, justitiæ, prudentiæ, patientiæ, castitatis: istæ in lapidibus singulis sunt expressæ scriptæque virtutes. Heic spiritalibus gemmis coronas Martyrum artifex Salvator ornavit. Ad has gemmas animarum vela tendamus: nihil in his fragile, nihil quod majus minuat, nihil quod sentiat detrimentum. Magis ac magis in specie florescunt: æternitatis insignia edita esse, etiam sanguis ostendit, qui ignem Spiritus sancti adhuc signat in ipsis corporibus Reliquiisque membrorum. Gratulamur, carissimi, quoties videmus tenebras luce discussas. Cur non effusius in gaudia proruamus, cum cernamus salutarium æternorumque luminum jubar allatum? Dies mihi videtur clarioris serenitatis sumsisse lætitiam. Nec immerito: septuplo enim, ut dixi, Martyres sole sunt clariores. Sed nunc nobis, amantissimi, orandum est, non perorandum [2]; (orandum,) inquam, ut a nobis omnis diaboli impetus repellatur, qui clandestino lapsu nostrum pectus ingreditur. Firmate igitur Sancti, vestros firmate cultores, ac petra angulari nostrum pectus instruite. Periculosus ac fortis est hostis: omnes aditus, omnes explorat ingressus. Sed nihil est verendum, grandis est occurrentium multitudo Sanctorum. Cum igitur nobis e cælitum castris tantus militum & regum numerus advenerit, arripiamus arma justitiæ, prudentiæ; nos & fidei clypeo protegamus, non loricæ squamis, sed temperantiæ & pudicitiæ laminis pectora muniamus. Dextris nostris fidei semper ac patientiæ tela vibremus. Mox feriamus, si quispiam pulsaverit inimicus. Talia dudum, talia Apostoli arma portarunt. His instructi, intemperantiæ, lasciviæ, cupiditatis, ambitionis, iræ quoque & superbiæ colla fregerunt.


Nihil itaque nobis misericordia Salvatoris, non arma, non præsidia denegavit. Unde etiam atque etiam providendum est, ne nos velut oscitantes vitiorum torpor invadat, ne aut incredulitas fidei inimica subripiat, aut ira differat, aut cupiditas vexet, aut luctet ambitio. Libenter nobiscum nostri Martyres versabuntur, si ad eorum famulatum puram conscientiam deferamus. Si cui forte dura & ineluctabilis videtur ista militia, non abjiciat hastam, ante quam classicum crepet, nec eum ante pugnam frigus mortis invadat. Nemo signa deserat Salvatoris. Dedit exemplum, mittit auxilia. Certa victoria est, cum talibus commilitonibus & cum Christo imperatore pugnare: tunc profecto in me splendebit galea sacerdotis, si me in acie caritas vestra perspexerit: incendium gloriæ est, vobis spectantibus, vobis sequentibus dimicare. Tuta statio & salutis munitissimus portus est, fides inconcussa & constantia spiritalis. Bona vita nihil prodest, si nescias cui vivas. In altum rapiet turbo ventorum, levem & incredulam mentem. Fides est, quæ Sanctos vexit ad cælum: Fides est, quæ flammas vertit in rorem, & in incendii globos salutare frigus immisit: Fides est, quæ fluctuantium undarum liquores sub ambulantum vestigiis solidavit: Fides est, quæ Martyres in exemplum mortis exhibet consecratos: Fides est, quæ Confessorum animas munivit in certamine passionis: Fides est, quæ jejunas & feras & aridas escas in humilitate depascit:

[a] Matth. xix. 28.

[1] Id est, *laudes*.

[2] Heic deest in ms. *orandum*.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
396.




Fides est, quæ virginitatem, viduitatem, continentiam modesta integritate custodit: Fides est, quæ sustulit concupiscentiam corporalem & amorem imperii cælestis ingessit: Fides est, quæ Domino per mortem crucis immortalitatem conjungit. Hæc per odia sæculi exhibet Domino coodibiles: hæc in carceribus confovet Confessores, teterrimo tenebrarum horrore conclusos; dumque in squalore sordibusque jactantur, ipsisque terrarum cubilibus transpunguntur, non somno liberi, quietem vel modici temporis capiunt. Dum ita per singulos dies omni tormentorum genere laniantur, dum denique suppliciis multimodis urgentur; virtus proficit ad coronam. Fides est quæ in his tot conflictationibus caram unitatem exhibet Deo, reddit vicem Christo, moriendo pro ipso. Sicut caput corporis mortuum est pro membris; ita pro capite membra moriuntur: ut sicut caput vivit, ita cum capite vivificentur membra. Hæc confirmat beatissimus Paullus: [a] *Si commorimur Christo, & convivimus; si toleramus, & conregnamus*. Superest, amantissimi, ut peccatorum nostrorum confessio subsequatur. Non quod divinæ potestates secessus animorum & secreta non norint; sed facile elicit misericordiam judicantis, non extorta confessio. Nullus sit, carissimi fratres, dies, quo non his fabulis [1] moremur. Ille Martyr sub tortore non impalluit; ille percussoris moras festinatione præcessit; ille flammas avidus bibit; ille sectus est, sed integer stetit; ille felicem se dixit, cui contigit cruciari; A ille inter manus carnificum, ne qua mora fieret properanti, jussit redire fluminibus. Illa patris lacrymas doluit, ut filia; contempsit ut martyr: illa irritatione iram leonis mortis avida concitavit; illa jejunante filio feris ubera plena porrexit: illa virgo monilia æternitatis ornamenta percussori colla subjecit. Millia sunt, carissimi fratres, exempla virtutum, quæ pagina sancta commemorat. Sed nos hortandi magis, quam docendi gratia carpsimus pauca de multis. Fidelibus enim pauca sufficiunt, infidelibus multa non prosunt. Non sunt Sanctorum desideria differenda. Cur moramur? Divinis pateat aula Martyribus [2]; jungantur Reliquiæ; jungantur & gratiæ; in unum conveniant, primæ resurrectio- B nis exordia. Interea confessio nostra subripiat. Indulgentia criminum est, gratulatio potestatum. Haud immerito, carissimi fratres, basilicæ spatium cupidus ædificator arripui. Appetentiam meam Sanctorum excusat adventus. Ipsi sibi aulam parari occulta desiderii mei ratione jusserunt. Sic est profecto, sic est. Nam fundamenta jecimus, parietes in longum duximus; & hodie discimus, quibus operis nostri crescebat intentio. Qua de re omnes sunt moræ castigatione pulsatæ: nihil me pigrum tardumque delectat. Juvat manibus volvere, & grandia humeris saxa portare. Sudorem meum bibat terra; atque utinam sanguinem biberet pro nomine Salvatoris! Sudorem interim bibat terra altaria susceptura. Si nos fideles Apostoli & Martyres nostri perspexerint, alios invitabunt.

a II. Tim. II. 11. 12.

1. Id est, *sermonibus*.
2. Inde liquet tractatum istum ante quam Reliquiæ in Ecclesia collocarentur, fuisse prolatum; & ædificium nondum fuisse absolutum, cum auctor illum consummavit.

EXPLICIT LIBER S. VICTRICII EPISCOPI DE LAUDE SANCTORUM.



# Q. JULII HILARIANI
## CHRONOLOGIA;
### SIVE
## LIBELLUS
### *De mundi duratione.*

I. QUantocumque tempore, in divinis legibus, cujuscumque timentis Deum intentus fuerit animus; tanto, eligere [1] quæ vera sunt discet, ut discendo sapiens efficiatur: quia dux oculorum cordis est ei in Lege, [a] *virtus Dei Patris & sapientia Christus*. Et quasi patefactis januis cæli, [2] ore proprio Dei audierit, exsultat, in Lege aliquid [3] vere sapienter addiscens: unde sapientia Dei hominem silere non patitur: compellitur (ipsa veritate cogente) loqui, ut alios sapientes efficiat. Sapientiæ vero [4] qui junctus, invidere non potuit. Quapropter sapiens vult (per sapientiam Dei a qua sapiens effectus est) derelicta invidentia [b] per quam mors dominatur & regnat, omnes homines in mundo sapientes exsistere. Prædictum enim B in Lege esse scit; quod [c] *multitudo sapientum, sanitas est orbis terrarum*. Igitur cum ex Lege coram fratribus Sapientia duce, tractatus foret, opponereturque ab iisdem, mundi initium finemque ejus penitus a nobis sciri non posse: quod alii affirmant plus xx. millia annorum habere jam mundum; alii initium & finem dare ei nolentes; alii (initium concedentes) æternum fore voluerunt. Ad hæc ego ajo: Adstruere hoc per artem, philosophiam mundi, & inanem deceptionem; verborum pompam opinionisque magis quam [5] veritatem amavere, & sunt amatores. Nam si nos imperio Dei, quod fidele est, audiamus; accipiamus necesse est, quidquid nobis divina Lex fideliter enarravit: quod annuente C Domino (si permittitis) vobis simpliciter enarrabitur. Sunt enim qui æstimant annos, in Lege, inaniter aut superflue, quasi non necessarie fuisse conscriptos; nescientes parum habere fidei, tales qui quod Lex Dei insinuat, verum esse non credunt. At illi: Magna, inquiunt, vis est, aliquid de Lege proferre scriptoque mandare? Vere, inquam: Nam ut ipsi scitis, olim de ratione Paschæ numeroque annorum mundi hortantibus vobis scripta fecisse me; sed idcirco filui aliquanto tempore, ne a nobis opuscula ipsa condimentis sapientiæ alienæ, inrationabiliter conderentur. Unde digestis melius rebus, de die sacratissimo Paschæ jam libellum præmisimus: in quo, & qui sit mensis pri- D mus, legaliter demonstravimus: dehinc etiam, cursum annorum a fabrica mundi, in hoc opusculo, suo quoque ordine, supputando notamus.

II. In his igitur promissis, satis gavisi fratres faciunt quæ diligentius sanximus. Etenim, de hac re non æque, sed varie scripsere quam plurimi; ut lectoris animus in ancipiti remanens, quid verius sit, scire non possit. Faciam ut vultis, ut & ipse promisi, Domino scilicet, Deo Christo monstrante. Quapropter partes omnes & regulas annorum A adfabre diligentiusque persequar; ut expositio ipsa, legentibus, quasi gradientibus, delectabilis via, æqua & plana videatur. Post præteritorum quidem descriptorum varias compositiones (præsertim qui jam præjudicatæ opinionis habentur) dicere aliquid, nefas aut superbum est: sed dicam; necesse est enim ratione cogente, quamvis superbum credo non esse si posteriore tempore, a quoquam melius quid de Lege proferatur. Hoc & sanctus Apostolus Paullus, pacem consulens, testatur & dicit: [d] *Et si alii melius revelatum fuerit sedenti, prior taceat*. Et utique Apostolus de quacumque disputatione Legis hoc dixit: De qua re, quis qualiter senserit, ita ut senserit & bene, melius possit admitti. Nunc de annorum integro numero ratio vertitur; ubi non potest quis pro perfecto numero imperfectum ponere, aut ipsum perfectum transscendere numerum; & quod minus fuerit, & plus a perfecto numero, astruere verum. Igitur jam veniamus ad caussam, & suo ordine cuncta narremus; intelligaturque quo in loco hanc volentes assequi rationem, [6] aut plene dixerim.

III. Cum ergo hic mundus creatore Deo constitueretur, videretque omnia suo jussu ex nihilo apparuisse; mature cælum cum ornamentis suis, id est, solem & lunam & stellas, propter vices & signa temporum, luce radiantes: terram, cum perfectione omnium seminum virore plenam, diversis coloribus flores habentem divina pictura: maria, conclusione riparum ac montium, ne transscendant quasi vallatione quadam obsessa, isthinc etiam primo prolatum motum habentia in se, & omnem animam vivam. Post hanc igitur perfectionem mundi, placuit omnipotenti Deo instituere hominem quem præ ceteris animalibus, aliquid esse omnipotens Deus voluit. Nam illa, jussu & verbo suo creavit; hunc [e] sacris manibus finxit, quem liberum dominumque super universa sua præfecit: Illa, ut ab hoc regerentur; hic, ut sapiens animal rationale & astutum, se se gubernaret in mundo. Ex istius namque tempore posteriorumque, omnium generationes (currendo) ostendimus usque ad nostram ætatem; quot anni sint ex quo factus est iste in quo degimus mundus; sed qui jam secundum evangelicam vocem in fine est constitutus: a die VIII. Kalend. April. originem [7] ejus mundi tenentes quo inchoatum & factum esse, in libello Paschali, ratione currente jam exposuimus; & V. dies, sine homine fuisse mundum; & die VI. fictum & vivificatum per Dei flatum, esse narravimus.

IV. A primoplasti, Adæ scilicet, nativitate, usque ad diluvium factum sub Noe, anni sunt [8] 2257.

a I. Cor. I. 24. b Sap. II. 24. c Sap. VI, 26. d I. Cor. XIV. 30. e Gen. I. 27.

1. *Eligere* ] Suspecta lectio. 2. *Ore* ] Forte, *ex ore*.
3. *Vere sapienter* ] Forte, *veræ sapientiæ*. Et mox *inde* pro *unde*.
4. *Qui* ] Forte, *quia*. Mox vero *potest* pro *potuit*.
5. *Veritatem* ] Ita rescripsimus pro *vanitatem* editorum.
6. *Aut plene dixerim* ] Forte, *haud plene dixerint*.
7. *Ejus mundi* ] Forte, *ejusmodi*.
8. Melius 2237. eo enim redit.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 397.

qui sic per generationes singulas fideliter com- A probantur. Adam anno 230. genuit Seth. Seth 205. genuit Enos. Enos anno 170. genuit Cainam. Cainam anno 170. genuit Malalehel. Malalehel anno 165. genuit Jareth. Jareth anno 162. genuit Enoch. Enoch anno 165. genuit Matusalam. Matusalam anno 182. genuit Lamech. Hic primos Matusalæ annos quos Scriptorum error fecit, nullus vidit, nullus inspexit, nullus diligenti inquisitione correxit: 167. annos eum vixisse [1] & genuit Lamech; post, vixisse 811. annos, quod verum esse non potest; quia 811. usque transdiluvium, 14. annos plus esse monstratur. Diluvium enim nemo evasit, nemo præter arcam vivendo transscendit. Igitur Matusalam vixit anno 182. & sic B genuit Lamech; & post hoc, vixit annos 787. sic enim divinæ Scripturæ fides vera demonstrat, quæ Matusalam ante diluvium, & vixisse, & mortuum esse narravit.

V. Lamech anno 188. genuit Noe: sexcentesimo namque anno Noe, factum & consummatum est diluvium. A diluvii autem tempore usque ad [2] 60. annum Abrahæ, quo de terra sua ad peregrinationem profectus est, anni sunt 1012. Ita per ordinem: Secundæ generationes, a Sem filio Noe, ostenduntur. Sed quia anni Sem [3] 78. in consummatione diluvii completi sunt; 2. scilicet anni ad rationem summæ quam post diluvium designa- C vimus, necessarii sunt: ipse enim Sem biennio post diluvium, fuit annorum 100. & sic genuit Arfexat; quos annos 2. descriptores hujus rationis in numerum annorum non posuerunt, quomodo eos minime præviderunt. Ergo post diluvium, Sem vixit annos 2. & genuit Arfexat. Arfexat autem anno 135. genuit Salam. Salam anno 130. genuit Eber. Eber anno 134. genuit Falech. Falech anno 130. genuit Ragau. Ragau anno 132. genuit Seruc. Seruc anno 130. genuit Nahor. Nahor anno 79. genuit Thara. Thara autem anno 70. genuit Abram. Abram anno 70. de terra sua profectus est (ut diximus) in Carram. A peregrinatione Abrahæ, usque ad profectionem filiorum Israel ex Ægypto ad D eremum, anni sunt 430. [4] Sic deinde a nobis certius declarantur.

VI. Abraham 30. annos peregrinatus est, & accepit promissionis filium Isaac: qui cum verbum Domini desiderasset audire, quando [5] possit semen ejus hereditare terram Canaan; parato sacrificio ad vesperam Dominus ei locutus est, concludens simul & designans quod adhuc semen ejus peregrinaturum esset in terra Canaan, & in servitute Ægyptiorum annis 400. sicut in libro Geneseos scriptura divina ipsi Abrahæ testatur: [a] *Sciens scies quomodo peregrinum erit semen tuum in terra non sua; & in servitutem redigentur & dominabuntur eorum annis* E *400. Gentem autem cui servierint, ego judicabo.* Et ideo sapientissimus legislator Moyses, auctore Deo nostro, secutus ita ait: [b] *Habitatio autem filiorum Israel qua habitaverunt in terra Ægypti & in terra Canaan, ipsi & patres eorum, annis* 430. Hoc videlicet minus attendentes disputatores annorum; in Ægypto solum annos 350. & non ipsos 430. filios Israel fuisse, frustra memorati sunt. Nam ut plenius, sic melius 430. annos per semen Abrahæ, ab Isaac nato usque ad eos de Ægypto egressos (non in terra Ægypti solum, sed in terra Chanaan) esse completos; generationes eorum percurrendo, monstramus. Isaac anno suo 60. genuit Jacob. Jacob cum esset annorum 130. introivit in Ægyptum cum filiis & nepotibus suis omnique progenie sua, inter quos nepotes, fuit Caath filius Levi, qui est avus Moysis. Ergo Amram in Ægypto natus est: Amram genuit Moysen: anno 80. suo idem Moyses exivit de Ægypto cum filiis Israel: ac per hoc in terra Chanaan ab Isaac nato usque ad Jacob ingressum in Ægyptum, habitaverunt annis 140. & in Ægypto fecerunt annos 210. Statis est ad declarationem annorum istorum de quibus hæsitaverunt quam plurimi, qui de iis fuerant locuti.

VII. Et ideo, a fabrica mundi usque ad profectionem filiorum Israel de Ægypto: anni sunt III. [6] 646. In eremo, fuerunt [7] anno 40. deinde mortuo Moyse, Jesus filius Nave, per Jordanis alveum sicco pede ad terram promissionis transtulit populos; & eis favente divinitate, debellans asperas gentes, judicavit ut justus. Sub Judicibus autem, fuerunt inibi captivitatis tempora, a Jesu Nave usque ad Samuelem prophetam qui unxit Saul regem, per annos DLXI. Sed ut, & nostram summam integre fore collectam; & in Actibus Apostolorum apostolum Paullum recte posuisse, a legentibus cognoscatur, quod ita a Jesu Nave divisa patribus nostris terra Chanaan, dedit eis Judices Dominus Deus per annos 450. usque ad Samuelem prophetam. Apostolus enim Paullus aliter agens in Actibus Apostolorum, & aliud persuadens: non & captivitatis, sed sola in quibus Judices habuerunt & dominati sunt, tempora nominavit: [c] *Et dedit eis Judices*, ait. In captivitatem enim pro peccatis traditi, non suos Judices habuerunt, sed ab exteris premebantur. Nam nec ipse apostolus Paullus contra fidem Scripturæ libri Judicum venire posset, si quantitatem temporum percurrere voluisset. A Deo datos populo Judices nominavit, fidem Domini Christi insinuare volens: nam usque ad David, verba ad populum fecit, ut ex ejus semine venisse Christum narraret: in quo credentes (si vellent) habituros dimissa peccatorum prædicavit.

VIII. Hæc denique tempora Judicum sic ostenduntur, Jesus Nave cum senioribus judicavit annis XXXI. Post hæc peccantes, traditi sunt Chusanrasathaim regi Mesopotamiæ, annis octo: & excitavit illis Dominus ad auxilium, Gothoniel: qui occiso Cusarsamoth, judicavit Israel annis 50. Post hunc, peccantes, servierunt Eglon regi Moab, annis XVIII. Aoth occidit Eglon, & judicavit Aoth annis LXXX. Isto mortuo peccavit populus, & servierunt Jabin regi Chananæorum annis XX. Contra quem Dominus suscitavit Deboram, quo occiso Jabi, judicavit ann. 40. Peccantes iterum traditi sunt Madianitis ann. 7. Super hos surrexit Gedeon, & judicavit populum an. 40. Post ipsum, filius ejus judicavit an. 3. Post hunc, Tola judicavit an. 22. Mortuo Tola; electus est a populo Jahir; & ipse judicavit populum an. 22. Post ejus exitum peccavit populus, & traditi sunt Ammanitis an. 18. & a pressura clamantes ad Dominum, excitavit illis Jepte, & judicavit an. 6. Et Sebon judicavit an. 7. Peccavit deinde populus, & traditi sunt allophylis an. 40. Iterum conversi ad Dominum; excitavit illis Samson, qui victis al-

[a] Gen. XV. 13. 14. [b] Exod. XII. 40. Gal. III. 17. [c] Act. XIII. 20.

1. *Et gen.*] Forte, melius, *cum gen.*
2. Melius 70.
3. Melius 98.
4. *Sic*] Leg. *qui sic*.
5. *Possit*] Forte, *posset*.
6. Melius III. M.
7. *Anno*] Forte *annos* vel *annis*.

lophylis judicavit ann. 20. Mortuo eo judicavit [1] Semegar ann. 1. Post hunc fuit populus in pace, & non eis erat rector; sed unusquisque quod ei placebat, faciebat, & ipsi sibi fuerunt judices per ann. 30.

IX. Transactis igitur annis istis; judicavit Heli sacerdos, an. 20. Huic successit Samuel etiam ipse Dei sacerdos; & judicavit an. 40. usquequo unxit Saul regem. Fiunt ergo omnes anni, ut diximus 561. Nam qui putant de his annis aliud Apostolum narravisse; diligentius advertant, non advertisse eos qui annorum historiam descripsere, quia sequestrata sola Judicum tempora (ut fecit Apostolus) sine annis captivitatis sunt anni CXI. Sunt
B ergo anni omnes a fabrica mundi usque ad Samuelem qui unxit Saul regem 4300. Successerunt deinde tempora Regum. Habuerunt etiam Reges per ann. 514. a Saul usque ad Sedechiam; cui Nabuchodonosor oculos auferens, eum in pistrino necavit. Sic deinde comprobantur anni Regum. Saul regnavit annis 40. David regnavit annis 40. & mensibus 3. Salomon ann. 40. Roboam an. 17. Abia an. 3. Asa ann. 41. Josaphat ann. 25. Joram ann. 8. Ochosias ann. 1. [2] Godolias ann. 6. Joas ann. 40. Amasias ann. 29. Ozias 52. Joatham ann. 17. Achaz annis 15. Ezechias annis 29. Manasses annis 55. Amos annis 2. Josias annis 31. Joachaz,
C menses 3. Joachim. ann. 11. Joachim menses 3. & dies 20. Sedechias annis 11. Sunt ergo ut diximus an. Regum 514.

X. A fabrica scilicet mundi, usque ad Sedechiam, quando Hierusalem eversa est, & populus in Babylonem transmigratus est, anni sunt 4814. Post undecimum ergo annum Sedechiæ; Hierusalem eversa a rege Nabuchodonosor; Judaicus populus in captivitatem Babyloniæ transmigratus est. Quæ captivitas 70. annos tenuit: qui anni, quomodo consummati sunt, luce clarius demonstrantur, cum hinc ad hebdomadas Danielis venerimus; ut hæ hebdomades, a quo tempore & ubi com-
D pletæ sint, diligentissime comprobantur. Daniel enim in decima visione sua, cum totus attenta mente pendula solicitudine, in oratione ad Deum fuisset intentus; scire volens si status Hierusalem & populus ejus, post captivitatem Babyloniæ, ab hostibus nihil mali amplius pateretur; apparuit ei Angelus Dei dicens: [a] *Daniel modo prodivi ad ostendendum tibi sensum; exivit enim Domini præceptum, & veni ut demonstrem tibi: Vir enim concupiscens es tu. Recogita igitur in præceptum, & intellige visionem; Septuaginta hebdomadæ incisæ sunt in populum tuum, & in civitatem Hierusalem.*

XI. Designat igitur Angelus Danieli, & sum-
E mam in septuaginta hebdomadibus, & rursum suo ordine partitur eas, quando & quomodo compleantur. Ac de eodem Angelus sic prosequitur dicens: [b] *Ad oblitteranda quæ acceperunt, & consummanda peccata,* [3] *& exorandas injustitias, & abolenda delicta, & æquitatem sempiternam excogitandam, & ut concludatur visio & prophetia, & ut ungatur Sanctus Sanctorum: & tu quiesce & intellige* [4] *de proventu Sanctorum, sive præceptum respondendum & ædificandam urbem Jerusalem, usque ad Christum*

A *ducem, hebdomadas septem:* quæ hebdomadæ sunt 49. anni: qui anni, ad corpus 70. annorum captivitatis Hierusalem pertinent. Anno enim primo Darii regis, qui regnavit ad regnum Chaldæorum, qui etiam Baltazar regem occidit; Daniel vidit visionem: & fuit 21. annus captivitatis Hierusalem. 18. enim annis vixit Nabuchodonosor, postea quam prædatus est Sedechiam & Hierusalem; & filius ejus Baltazar regnavit annis 3. in quo anno tertio occisus est, & suscepit regnum Darius. Cujus anno primo, Danieli ab Angelo dicitur de hebdomadis septuaginta: quas cum partiretur, septem hebdomadæ, primo, ab eodem Angelo nominatæ sunt: quæ (ut dictum est) sunt anni quadraginta novem, qui junguntur ad 21. captivitatis, quando Daniel vidit visionem; & efficiuntur anni septuaginta, qui completi sunt in Babylonia, ut impleretur visio & prophetia Hieremiæ. Post quos annos Cyrus rex Persarum jubet populos ire ad Hierusalem primo anno regni sui; ut ædificari posset Hierusalem, & ungeretur Sanctum Sanctorum, quod fuit in Templo Dei sacratissimum.

XII. Revertuntur igitur populi de Babylonia, habentes secum ducem Zorobabel, de quo mentio facta est ab Angelo ad Danielem; *usque ad christum ducem, hebdomadæ septem.* Omnis enim rex populi Dei, in divina lege, christus appellatus est. Nam & Zacharias Propheta, Regem futurum eum, ad populum sic loquitur dicens: [c] *Manus Zorobabel fundaverunt domum istam, & manus ejus consummabunt eam, & cognosces quod Dominus omnipotens misit me ad te; quia quis sprevit te in diebus pusillis? & gaudebunt in te, & videbunt in manu Zorobabel lapidem stanneum:* quod hodie Imperatores, in manu dextera, veluti populum ferre videntur. Repetit Angelus, & ait Danieli [5] 62. hebdomadas Dominum, hoc est, in quibus restituto templo & civitate Hierusalem, in oblationibus suis Domino servierunt. Quæ hebdomadæ 62. sunt anni 434. qui anni completi sunt temporibus Maccabæorum anno 141. regni Græcorum. Isto namque tempore, Antiochus Græcis superba mente regnabat.

XIII. Et quamvis ordo iste annorum divinæ legis, a constitutione mundi sufficiat sibi; tamen ut lectoris animo satisfacere videamur, etiam per reges Persarum currentes, de historiis publicarum litterarum ostendimus a Cyro 62. hebdomadas isto tempore Maccabæorum fuisse impletas. Cyrus namque Persis regnavit annis 30. Artaxerxes regnavit annis 9. Argus regnavit mensibus 9. Darius regnavit annis 36. Artaxerxes secundus regnavit annis 19. mensibus 2. Socidanus mensibus 7. Xerxes filius major, regnavit annis 20. Artaxerxes regnavit 72. Artabus regnavit mensibus 7. Darius Nothus regnavit an. 29. Olus regnavit ann. 22. Arses regnavit ann. 17. Darius regnavit ann. 6. Hunc interfecit Alexander Magnus Macedo; a cujus tempore historia Maccabæorum, Græcorum annos divina narratione percurrit. Fit igitur omnis summa annorum regum Persarum, 263. & ab Alexandro Macedone usque ad Antiochi tempora, id est, usque ad 141. annum regni Græcorum, completæ sunt (ut diximus) hebdomadæ 62. hoc est, an. 434.

a Dan. IX. 22-24. b Ibid. ℣℣. 24. 25. c Zach. IV. 9. 10.

1. *Semegar*] Al. *Samgar*.
2. *Godolias*] Melius *Gotholia*, mater Ochoziæ.
3. *Et exorandas injust.*] Sec. LXX, καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι ἀδικίας.
4. *De proventu* cet.] Locum mendosum suspicor. LXX. Ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι. *Ab exitu sermonis ad respondendum.*
5. Melius, *post 62. hebdomadas occidendum Dominum.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 397.

XIV. Post 62. hebdomadas (ait Angelus) disperdetur unctio & Sancta. Ergo post 7. & 62. hebdomadas una hebdomada superest, quam faciunt anni 7. ad conclusionem summæ 70. hebdomadarum. In hac scilicet hebdomada, gentium malitia excrevit, sicut jam ab Angelo fuerat dictum; ut etiam in dimidio hebdomadis ejusdem, ab Antiocho rege Græcorum aufertur sacrificium de loco sancto: & Sanctum ipsum pollutum est feminino aspernamento, & *Abominatio desolationis* facta est super altare, & statua Jovis quem Olympium vocant, illic conlocata. Iste etiam Antiochus mente perversa Antichristi imaginem portans, unam plebem unumque sacrilegum populum sub regno suo efficere conabatur. Nam & apostaticis hominibus B ædificare in Hierusalem gymnasium, id est, studium, concessit: & ubi non nisi ad exorandum se sanctaque sacrificia sibi offerenda Deus omnipotens templum sibi conlocare præcepit; ille ex spectaculis idolorum polluere concupivit.

XV. Cum igitur 7. & 62. hebdomadæ completæ fuissent, in prima ista hebdomada (ut superius dictum est) libros legis comburi, sacrificari simulacris, & immunda manducare, genti Judæorum indixit; & fuit usque in quinta & vigesima die mensis 9. an. 148. regni Græcorum: in quo anno, complentur hebdomadæ omnes 70. quas decurrens designavit Angelus Danieli, de turbatione civitatis Hierusalem & populi eversione; de qua re etiam ipse Daniel, ad Dominum concupiscens requirebat.

XVI. Ex hinc usque in 174. annum regni Græcorum; quo tempore Lucius Licinius Lucullus, qui fuit Consul Romanorum, de societate & amicitiis ad Simonem fratrem Judæ Maccabæi litteras dedit; anni sunt 26. Ex istius namque Consulatu annuos jam Consules, requirentes; invenimus usque ad passionem Domini nostri Jesu Christi, usque ad annum decimum sextum imperii Tiberii Cæsaris, 179. annos esse completos: ac per hoc a fabrica mundi usque ad passionem Christi Salvatoris nostris, anni sunt V. M. DXXX. Proinde ad conclusionem sex millium annorum debentur anni 470. Necesse est enim, ut quomodo filii Israel, a pollicitatione Domini Dei facta ad Abraham, post 470. annos promissionis terram accepere; sic etiam nos Christiani, post totidem annos, primam resurrectionem habebimus. Populus enim Judaicus, in omnibus figuram nostram portat: [a] *In quo fines sæculorum concurrerant*. Ergo a Passione Domini Christi (ex quo tempore fide in se credentibus, resurrectionem pollicitus est Dei Filius) anni compleantur necesse est 470. ut concludatur summa sex millium annorum. Septimo & millesimo anno incipiente, fide vera credentes liberabuntur e mundo; tunc enim erit resurrectio prima omnium Sanctorum.

XVII. De 400. vero & septuaginta annis a Passione Domini, in Consulatu Cæsarii & Attici; die nono Kalendas Aprilis, anni transierunt 369. Restant itaque anni 101. ut consummentur anni VI. qui anni VI. non ante complentur, nisi prius prope ultimum reges decem exierint in mundum; & filiam Babyloniæ quæ nunc obtinet, de medio mundi tulerint. Ad quos subito exiet unus potens A super eos, qui est in Apocalypsi Draco nominatus, & obtinebit reges decem; & ex eis aliquos perdet, alii sub ejus ditione remanebunt: [b] *Tunc revelabitur ille impius, filius perditionis, qui elatus est adversus omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedens ostendat se tamquam ipse Deus*. Hic erit proprius Antichristus. Huic potentissimus ille Draco cui decem cesserunt reges, tradet vim & potestatem suam, & mirabuntur universi mortales. Et erunt Antichristi tempora (quæ tempora, mortalia sint necesse est) qualia cum Antiochus sub regno suo unum populum in apostasia facere conabatur; cui (quia tempus non fuit) non talia evenerunt, qualia tentabit efficere Antichristus. Dum venerit, ad perditionem infidelium veniet: cujus tempus, grave ac nefandum erit; [c] *quem solus Dominus Christus interficiet spiritu oris sui, & evacuabit præsentia adventus sui*.

XVIII. Superato igitur & interfecto Antichristo, summa completa annorum sex millium fiet resurrectio omnium Sanctorum adhuc superstite mundo; decurrentibus etiam annis mille, in quibus [d] draco ille antiquus, diabolus & satanas, ligatus in abysso, sequestratus erit ne seducat quemquam, donec consummentur anni tres; qui anni tres his adnumerabuntur qui sub signo Antichristi remanebunt, C & hi omnes nubent & nubentur, & morientur: super hos, & plagæ illæ descriptæ in Apocalypsi advenient, & partibus subinde cæditur hic mundus. Nam Sanctis Dei, in resurrectione unus erit dies; & tantum erit prolongatus in lucem dies iste Sanctorum, quantum impiis illius in mundo cum pœna viventibus, mille numerabuntur anni. Iste est dies septimus, & sabbatus æternus & verus, cujus imaginem & figuram tenet sabbatus iste temporalis in Moysi lege conscriptus. Sicut enim populo Judaico dictum: [e] Sex dies operare opera mundi; septimo autem die qui appellatus est Sabbatum, requiesce ab operibus tuis: sic sanctis omnibus qui sunt ab initio mundi, & nunc in Christo vera fi- D de credentibus; transactis scilicet sex diebus id est (sex millium annorum) in quibus eis labor & cruciatus fuit; venit dies septimus & sabbatus verus.

XIX. Quapropter omnem animam præmonuit Dominus Christus in Evangelio ad credendum in se ante esse currendum, non eo tempore quo & pœna æterna impiis, & merces bona sanctis reddatur necesse est pro meritis singulorum: [f] *Rogate*, inquit, *ne fiat fuga vestra hieme aut sabbato*. Post septimum & millesimum annum solvetur Satanas de carcere suo, & exiet seducere gentes Gog & Magog; & congregans eas ad castra Sanctorum E quasi pugnaturas: & descendet ignis de cælo, & consummabuntur omnes homines: & tunc erit secunda resurrectio omni carni; & judicabuntur omnes judicio Dei justo pro eo quod non crediderunt, sed sibi placuerunt in justitiis. Et post hoc, auferetur cælum hoc & terra ista; & civitas illa quæ in Apocalypsi descripta est, parata de cælo descendet cum divitiis Dei, in qua justi habitabunt: & erit cælum novum & terra nova, & utraque in perpetuitate manebunt: impii in ambustione æterna; justi autem cum Deo in vita æterna. Amen.

*a* I. Cor. x. 11. *b* II. Thess. II. 8. 4. *c* Ibid. ℣. 8. *d* Apoc. xx. 3. *e* Exod. xxiii. 12. Deut. V. 13. *f* Matth. xxiv. 20.

# OPUSCULA QUÆDAM, QUÆ S. JOANNIS CHRYSOSTOMI nomine circumferuntur.

## I.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου εἰς τὴν μετάνοιαν τῶν Νινευϊτῶν. Εὐλόγησον πάτερ.

Καὶ τὰς προλαβούσας ἡμέρας διδασκαλίας ἀπαιτούσας ὁρῶν, καὶ ἐμαυτὸν διὰ τὴν ἀσθένειαν ἠναγκασμένον σιγᾶν, ἠνιώμην, καὶ ἐδυσχέραινον, καθάπερ τις πρόθυμος ἀθλητὴς κεκωλυμένος παρὰ τοὺς ἀγῶνας αὐτοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὸ στάδιον. ἑώρων ὑμᾶς τῆς λογικῆς ἐφιεμένους τροφῆς, καὶ ἐμαυτὸν χορηγεῖν οὐκ ἰσχύοντα. ἑώρων τὸν χρόνον ἐμπορείας, καὶ ἐμαυτὸν οὐδὲν συμβόλαιον θέσθαι πρὸς ὑμᾶς δυνάμενον. ἔβλεπον τὴν θήραν πολλὴν, καὶ τὸν θηρατὴν ἀτονοῦντα πρὸς τὴν ἄγραν. ἀλλὰ καὶ λίαν ὀδυνωμένῳ ἐπὶ τούτῳ κάλλιον ἡγούμην ἐμαυτῷ τοὺς πόνους ἐπιμετρεῖν, ὥστε καὶ εἰς ἐκκλησίαν ἔχειν καθ' ἡμέραν ἐπιφοιτᾶν, καὶ τῆς ἄλλης κοινωνεῖν ὑμῖν λειτουργίας, ἢ δύο καὶ τρεῖς ἡμέρας πλέον μόνον μοχθήσαντας, προσηλῶσθαι πάλιν τῇ κλίνῃ, καὶ πάλιν ὑμῶν ἀπολελεῖφθαι. διὰ τοῦτο τὰς καθημερινὰς ἐλλείπων διαλέξεις, ἥκω σήμερον διὰ τῆς δεσποτικῆς χάριτος τὸ χρέος ὑμῖν καθήσων. δεῦρο δὴ οὖν τὸ σκάφος εἰς τὸ πέλαγος τῆς Νινευϊτῶν μετανοίας ἑλκύσωμεν. ἄλλοι μὲν γὰρ ἄλλοις εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων χρήσιμοι λόγοι, τὰ δὲ τῆς μετανοίας φάρμακα πᾶσιν οἶμαι ὠφέλιμα· ἐπειδὴ γὰρ οὐδεὶς ἁμαρτίας ἐλεύθερος, εὔδηλον ὡς οὔτε μετανοίας ἀνενδεής. τοῖς δὲ χρῄζουσι ταύτης ἀναγκαῖον τὸ παράδειγμα τῶν ἐκ μετανοίας σωθέντων τῷ ἴσῳ τρόπῳ κἀκείνους πρὸς τὴν ὑγίειαν εἰσάγον. ἴδομεν τοίνυν τοὺς ἐπὶ πονηρίᾳ βεβιωμένους, ὀνομαστοὺς ἐπ' ἀρετῇ γινομένους. ἴδομεν τοὺς θηρίοις ἐοικότας, ἀγγέλων τάξιν μεταλαμβάνοντας. ἴδομεν τοῖς ἔργοις τὴν πόλιν στρέφοντας, τρόπῳ φιλοσοφίας τὴν πόλιν ἀνορθοῦντας. ἴδομεν τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ, φίλους τοῦ Θεοῦ γεγονότας, καὶ τὸν πάλαι κατήγορον δεσπότην, συνήγορον ὕστερον κτησαμένους. ἴδομεν κατακρίτους, μετὰ τὴν ἀπόφασιν πρὸς τὸν δικαστὴν ἀγωνιζομένους, καὶ τὴν ἀπόφασιν ἀκυροῦντας. ἴδομεν τὸν Θεὸν διὰ φιλανθρωπίαν ψευδόμενον. ἠκούσαμεν πρώην, ὅπως ὁ μὲν προφήτης ἐκήρυττεν, ἡ δὲ πόλις ἐθορυβεῖτο, καὶ ὅτι καθάπερ εἰς πέλαγος πνεῦμα χαλεπὸν ταράττει, οὕτως εἰς τὸν δῆμον τῶν Νινευϊτῶν ἡ φωνὴ πεσοῦσα τοῦ Ἰωνᾶ πάντα ζάλης καὶ χειμῶνος ἔπλησεν. ἠκούσαμεν, ὅπως πιστὸν ἡγουμένη ἡ πόλις τὸ κήρυγμα, οὐκ εἰς ἀπόγνωσιν ἔπεσεν, ἀλλ' εἰς μετάνοιαν ἔδραμεν· καὶ ὅτι θαρρεῖν περὶ τῆς σωτηρίας οὐκ ἔχουσα, θεραπεύειν καὶ καταλλάττειν τὸν Θεὸν ἐπεχείρει. τίνα δὲ ὑπὲρ τῶν καταλλαγῶν τὰ πραττόμενα ἦν; εἴρηται μὲν ἐν μέρει· δεῖ δὲ τὸν πάντα λόγον ὑμῖν ἀποδοῦναι· ἐκήρυξαν γὰρ νηστείαν, καὶ ἐνεδύσαντο τὸν σάκκον ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν καὶ ἕως μεγάλου αὐτῶν. ὢ ξένου θαύματος, φοβεροῦ μὲν ἀνθρώποις, ἀγγέλοις δὲ ποθεινοῦ. ἐννόησόν μοι τὰς πολλὰς μυριάδας ἐκείνας ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ γυναικῶν καὶ παίδων σακκοφορούσας, καὶ εἰς ταὐτὸ συνηθροισμέ-

A *Sancti Patris nostri* JOANNIS CHRYSOSTOMI *Archiepiscopi Constantinopolitani in Pœnitentiam Ninivitarum. Benedic Pater.*

Quum dies meos anteactos docendi munere non satis exercitatos, & meipsum propter infirmitatem silere coactum viderem, affligebar, idque ægre admodum ferebam, haud secus, atque luctator alacris, qui ad sua certamina stadium ingredi foret impeditus. Intuebar vos spiritualis alimenti desiderio flagrantes, me vero illi suppeditando imparem. Videbam præ foribus esse tempus mercandi, me vero pacisci vobiscum nulla ratione posse. Videbam venationem multam, sed venatorem prædæ non sufficientem. B Verumtamen quum hac re magnus me dolor incesseret, potius existimavi, hos mihi labores eo pacto adaptandos esse, ut frequentare possem in dies ecclesiam, & aliam vobis liturgiam communicare, quam translactis in labore duobus modo tribusve ad summum diebus lectum repeterem, & denuo a vobis sejungerer. Idcirco quotidianis sermonibus supersedens, hodie per gratiam Domini accedo meis erga vos partibus satisfacturus. Adeste igitur: naviculam nostram in mare Ninivitarum pœnitentiæ trahamus. Etsi enim aliæ aliis prosint humanæ rationes, pœnitentiæ tamen remedia omnibus arbitror conducere: quum enim neque unus peccati sit expers, manifestum est, nullum esse, qui pœnitentiæ C non indigeat. Verumtamen egentibus illius, exemplo eorum, qui pœnitentia salvati sunt, opus est, quod & ipsos pari ratione ad salutem perducat. Vidimus itaque eos, qui improbam vitam egerant, a virtute demum sibi nomen comparasse. Vidimus feris olim non absimiles, in ordinem Angelorum transiisse. Vidimus eos, qui operibus civitatem everterant, honesta morum compositione eamdem denuo erigere. Vidimus Dei inimicos arcto amicitiæ vinculo ipsi fuisse conjunctos, ac Dominum olim accusatorem, suæ tandem caussæ patrocinantem habuisse. Vidimus judicio condemnatos de ipsa sententia coram judice contendere, eamque reddere irritam. Vidimus sua in genus humanum indulgentia Deum, præter id D quod comminatus fuerat, facientem. Audivimus paullo ante quomodo prædicante propheta civitas conturbaretur; &, quemadmodum ventus vehementior in mare irruens illud perturbat, ita vox Jonæ populo Ninivitarum illapsa turbine omnia ac tempestate repleret. Audivimus quomodo civitas prædicationi fidem adhibens spem non abjecerit, immo ad pœnitentiam citato quasi cursu properaverit, & quoniam quo salutis suæ fiduciam in tuto collocaret, non habebat, colere, & reconciliare Deum conaretur. Quæ vero opera pro isthac reconciliatione intercesserunt? dictum quidem jam fuit ex parte: oportet autem omnimodam vobis rationem reddere. Prædicaverunt enim jejunium, & a minore ad maximum usque, sacco se se induerunt. O novum prodigium, terribile hominibus, Angelis vero desiderabile! Animo mecum perpende innumeram virorum, mulierum &


SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 398.



νας, ἐπιτηδεύματα πάντα καὶ πράξεις πάσας ἀνθρωπίνας ἀργούσας, καὶ ἔργον μὲν οὐδὲν παρ' οὐδενὸς οὐδαμοῦ τελούμενον, οἰμωγὴν δὲ ὁμοῦ πάντων καὶ θόρυβον, καὶ βοὴν εἰς οὐρανὸν πεμπομένην, ἐννόησον δεσποτῶν καὶ δούλων ἀνωμαλίαν ἐκβεβλημένην, ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, βασιλέα μετὰ τοῦ ἴσου σχήματος παρόντα τοῖς πλήθεσι, καὶ καθάπερ πολιτικήν τινα παράταξιν τὴν λειτουργίαν τάττοντα τοῦ Θεοῦ. ἤγγισε γάρ, φησιν, ὁ λόγος πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἐξανίστη τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἐξεδύσατο τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ περιεβάλετο σάκκον, καὶ ἐκάθησεν ἐπὶ σποδοῦ. ὢ σοφοῦ βασιλέως· ἐξάρχει τῆς μετανοίας αὐτὸς, ὥστε τὴν πόλιν πᾶσαν σπουδαιοτέραν ποιῆσαι. τίς γὰρ ἤμελλεν ἔτι μαλακίζεσθαι, τὸν βασιλέα ὁρῶν αὐτὸν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ἀγωνιζόμενον; τὰ τραύματα τῆς ἁλουργίδος θεραπεύει διὰ τοῦ σάκκου· τὰς ἁμαρτίας τοῦ θρόνου διὰ τῆς ἐπὶ σποδοῦ καθέδρας ἐκπλύνει· τὴν νόσον τῆς ὑπερηφανείας τῷ ταπεινῷ τοῦ σχήματος ἐξιᾶται· τῇ νηστείᾳ τὰ ἕλκη τῆς τρυφῆς φαρμακεύει· καὶ δείξας ταῦτα διὰ τῶν ἔργων, πρὸς τὴν ἴσην σπουδὴν πάντας διὰ κηρύγματος ἐγείρει. ἐκηρύχθη γάρ, φησι, παρὰ τοῦ βασιλέως, οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὰ κτήνη, καὶ οἱ βόες, καὶ τὰ πρόβατα μὴ γευσάσθωσαν μηδὲν, μηδὲ νεμέσθωσαν, καὶ ὕδωρ μὴ πιέτωσαν. καινὴ βασιλέως νομοθεσία· ἀσιτίαν τοῖς ἀρρώστοις ὡς ἰατρὸς ἐπιτάττει· μᾶλλον δὲ τὰς ἀποστολικὰς μιμεῖται διδασκαλίας εὐσεβοῦς νηστείας ὁ τρυφητὴς νομοθέτης, καὶ τοῖς ἀνθρώποις κοινωνεῖν τὰ ἄλογα ταύτης κελεύει. διὰ τῆς ἀναμαρτήτου φύσεως εἰς οἶκτον μείζονα τὸν Θεὸν ἐπισπώμενος. καὶ περιεβάλοντο σάκκους, φησὶν, οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ κτήνη. ὢ παρατάξεως οὐρανίας, ὢ φάλαγγος τῷ διαβόλῳ φρικτῆς. ἱστήκει θρηνῶν ὁ διάβολος, ὁρῶν αὐτοῦ τὴν στρατείαν πρὸς τὸν Θεὸν μεταστᾶσαν καὶ πολεμοῦσαν τοῖς δαίμοσιν· εἶτα ταύτην τὴν μάχην καὶ παῖδες, καὶ γυναῖκες, νήπια μετὰ ἀνδρῶν ἠγωνίζοντο· ἤδη δὲ ἡ τῶν κτηνῶν φύσις σύμμαχος εἰς τὴν παράταξιν παρελήφθη. καὶ ἴδε καινὸν ὁ διάβολος θέαμα· βοσκήματα δικαιοσύνην συνεισφέροντα ἀνθρώποις, καὶ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῶν κεκτημένων νηστεύοντα· οἱ ἄνθρωποι, καὶ οἱ βόες, καὶ τὰ κτήνη μὴ γευσάσθωσαν μηδὲν, μήτε νεμέσθωσαν. τὰ τῆς ἀρχῆς ὁ βασιλεὺς σύμβολα ῥίψας, τὴν τῶν ἱερέων μετέλαβε τάξιν. Ἱστήκει δημηγορῶν, καὶ φιλοσοφεῖν τοὺς Νινευΐτας παιδεύων. δεινά, φησιν, ὦ φίλοι, τὰ περιεστῶτα κακά. τὴν οἰκουμένην χειρωσάμενοι πᾶσαν, ὡς πονηροὶ θείᾳ ψήφῳ φθειρόμεθα, καὶ βασιλεύοντες πάντων ἀνθρώπων, ὡς φαυλότεροι πάντων ξένῳ θανάτου κατεδικάσθημεν τρόπῳ, καὶ τῶν ἄλλων πάντων μακαρισθέντες, πάντων εἶναι δόξομεν ἀθλιώτεροι, καὶ μῦθος ἐσόμεθα τῷ βίῳ παντὶ, καὶ διήγημα τῆς προτέρας λαμπρότητος, οὔτε λαθεῖν συγχωρούσης τὰ ἡμέτερα κακά. πολλοὺς, ὦ Νινευῖται, πολέμους νικήσαντες, γενναιότερον νῦν ὑπὲρ τῆς οἰκείας ἀγωνισώμεθα σωτηρίας· πάλαι μὲν γὰρ ὅπως ἑτέρων γενώμεθα κύριοι, πάντα ἐπράττομεν, νῦν δὲ ἆθλον ἡμῖν τὸ μὴ μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων ἄρδην ἀπολέσθαι. πρὸς ἐπανάστασιν ξένου πολέμου ξένως ἀγωνισώμεθα· τοξεύσωμεν τὸν οὐρανὸν ὑμνῳδίαις· ἀκοντίσωμεν ἀντὶ δοράτων ἐκεῖ ψαλμῳδίαις· προσευχαῖς τὸν Θεὸν σφενδονήσωμεν· δάκρυσιν ἀπαύστοις αὐτοῦ τὸν θυμὸν ἐκμειλίξωμεν· τῶν πονηρῶν πράξεων τὴν φάλαγγα ῥήξωμεν· τὰ τῆς κακίας ὀχυρώματα καταβάλωμεν· μεθ' ὅπλων ἀρετῆς μαχησώμεθα· θώρακα δικαιοσύνης βέλος οὐ τιτρώσκει· ἀσπίδα πίστεως κεραυνὸς οὐ δύναται φλέξαι· περικεφαλαίαν ἐλπίδος συντρῖψαι ὁ Θεὸς οὐκ ἀνέχεται· ἡ ἄνωθεν ὀργὴ χιτῶνα σωφροσύνης οὐ σχίζει· ἀπειλὴ καταστροφῆς, ἐξομολογήσεως τεῖχος καθελεῖν οὐκ ἰσχύει·

A puerorum, qui sacco induti sunt, multitudinem, qui ob eumdem finem congregati omnibus studiis ac humanis negotiis abstinent, & a quorum nemine operis quidquam perficitur; ejulatum omnium simul, & strepitum, & clamorem ad cælos missum; eliminatam dominos inter ac servos, principes inter ac subditos disparitatem considera: intuere regem pari habitu interesse multitudini, & ministerium Dei publicum tamquam civilem aciem instruere. Appropinquavit enim, inquit, sermo ad regem, & surrexit a solio suo, & abjecit vestimentum suum, & indutus est sacco, & sedit in cinere. O regem sapientem! Dat ipse initium pœnitentiæ, ut totam civitatem reddat alacriorem. Quis enim ignavus adB huc foret, qui regem ipsum pro sua salute luctari intueretur? Iste vestis purpureæ vulneribus sacco medetur: peccata regalis solii eluit in cinere sedendo: morbum superbiæ humilitate habitus, jejunio deliciarum ulcera sanat: atque hæc omnia opere ipso demonstrans, singulos ad eadem studia præconis voce excitat. Edictum est enim, inquit, a rege: homines & jumenta & boves & pecora non gustent quidquam, neque pascantur, & aquam non bibant. Nova legislatio regis; jejunium velut medicus infirmis imponit: immo vero magis Apostolicas institutiones imitatur delicatus ille pii jejunii legislator: nam illud brutis etiam commune esse jubet cum hominibus, ut mediante natura sceleris incapaci, majorem C Dei commiserationem attrahat. Et induti sunt saccis, inquit, & homines, & jumenta. O cælestem aciem! o phalangem diabolo horribilem! Stetit diabolus plorans, quum exercitum suum videret ad Deum omnino conversum, & cum dæmonibus confligentem: quandoquidem isthanc pugnam, & pueri & mulieres, & infantes cum viris aggrediebantur: immo & ipsa jumentorum natura, ut commilitaretur, in aciem admissa fuit. Vidit profecto novum diabolus spectaculum: vidit armenta conferre hominibus justitiam, & pro dominorum salute jejunare: homines, & boves, & jumenta non gustent quidquam, neque pascantur. Rex insignia principatus abjiciens, in ordinem sacerdotum transibat. Stabat D verba ad populum faciens, & Ninivitas vero sapientiæ amore imbuens. Gravia sunt, ait, ea mala, quæ nos, o amici, circumstant. Qui terram habitabilem manu nostra devicimus, tamquam ignavi Divino judicio perimus, cunctisque imperantes hominibus, novo mortis genere condemnamur velut omnium vilissimi; atque præ ceteris quondam beati, omnium miserrimi videbimur, & fabula omni viventi erimus & fama evidentiæ majoris, quam quæ concessura sit nostra mala latere. Nunc ergo, Ninivitæ, qui multa devicimus bella, generosius pro salute propria certemus; enimvero ut alios ditioni nostræ subjiceremus, quem olim lapidem non movimus? modo autem cum conjugibus, & proE le non simul perire, præmium erit nostri certaminis. Insurgente itaque novo belli genere, nova ratione pugnemus: laudum præconia cælum versus jaculemur: psalmorum cantus pro hastis illuc vibremus: Deum precibus quasi funda impetamus: indefessis lacrymis animum ejus emolliamus: fracto malorum operum agmine munimenta malitiæ destruamus, & virtutis armis luctemur. Thoracem justitiæ telum non vulnerat: fidei scutum nullo potest comburi fulmine: spei galeam conteri Deus non sustinet: loricam temperantiæ superum ira non scindit: comminatio demolitionis non va-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 398.



ἀπόφασις ἀπωλείας μετάνοιαν σπουδαίαν ἰδοῦσα, ὡς καπνὸς εὐθὺς διαλύεται· ἂν οὕτως, ὦ φίλοι, καὶ μετὰ τοιούτων πολεμήσωμεν ὅπλων, ὥσπερ τῆς γῆς, οὕτω καὶ τοῦ οὐρανοῦ κρατήσομεν. Θαῤῥεῖτε, Νινευῖται, θαῤῥεῖτε, φιλάνθρωπος βασιλεὺς ἡμῖν πολεμεῖ· ἀνικέτας μόνον τοὺς αὐτοῦ πολεμίους ῥίψας, καὶ θεὶς τὴν ὀργὴν εὐεργέτης γίνεται τῶν ἐχθρῶν.

Τοιούτοις μὲν παρακλητικοῖς λόγοις ὁ βασιλεὺς εἰς μετάνοιαν τὸν λαὸν ἠρέθιζε· Νινευῖται δὲ προθύμως ἐξετέλουν τὰ κελευόμενα· περιέβαλον γάρ, φησι, σάκκους οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὰ κτήνη, καὶ ἐβόησαν ἐκτενῶς πρὸς τὸν Θεόν. οὐχ ὁ μὲν λόγος ἦν πρόχειρος, ὁ λογισμὸς δὲ μετέωρος. οὐχ ἡ μὲν γλῶσσα ἐφθέγγετο, ἡ δὲ διάνοια ἐρέμβετο· οὐχ ἡ φωνὴ προεφέρετο, ἡ γνώμη δὲ παρεφέρετο· ἀλλὰ συντεταμένως ἑκάτερα τὸν Θεὸν ἐλιτάνευε. νὺξ ἐπιοῦσα καὶ τὸν φόβον αὔξουσα, τὸν μὲν ὕπνον ἐδίωκε, σπουδαιότερον δὲ τὸν ὕμνον ἀνέπεμπεν. ἡμέρα πάλιν ζοφερὸν δεικνύουσα τὸν οὐρανόν, καὶ ἀστραπαῖς ἀπαύστοις καὶ βρονταῖς κτυπουμένη, εἰς τρόμον ἐξαίσιον καὶ βοὴν μεγίστην πάντας ἐκίνει. ἡ γῆ σειομένη κλόνον πολὺν εἰργάζετο ταῖς ψυχαῖς. τὰ νήπια πάντα τοῖς κόλποις ὑπὸ δέους προστρέχοντα τῶν μητέρων, καὶ ταῖς ἀγκάλαις κλαυθμυριζόμενα, ἄφατον ἐποίει θρῆνον καὶ ὀδυρμὸν τοῖς ὁρῶσι. ἀγέλαι βοῶν καὶ προβάτων, καὶ θρέμματα πάντα νομῆς καὶ ὑδάτων κεκωλυμένα, καὶ διάφορον φωνὴν ἀφιέντα, εἰς κλαυθμὸν καὶ ἀδαμαντίνους ἐκίνει ψυχάς. πανταχόθεν δὲ τῆς ἀπειλῆς καὶ τοῦ δέους ταράσσοντος, οὐκ ἠνέχοντο τὴν ἐλπίδα τὴν χρηστὴν ἀποῤῥίψαι. τίς οἶδε γάρ, φησιν, εἰ μετανοήσει ὁ Θεός, καὶ ἀποστρέψει ἀπὸ ὀργῆς θυμοῦ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀπολώμεθα; ἐκ βαθυτάτης τοίνυν καρδίας πρὸς τὸν Θεὸν ἀνεβόων· βασιλεῦ, ζωῆς κύριος καὶ θανάτου, ἡμεῖς μὲν ἧς ἠπείλησας ἀποφάσεως ἄξιοι, καὶ δίκην τὴν ἑκάστην ὀφείλομεν, σὲ τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἀγνοήσαντες, καὶ διεφθαρμένον ζήσαντες βίον· αὐτὸς δὲ τῷ πελάγει τῶν σῶν οἰκτιρμῶν κεχρημένος, παῦσον τὴν καθ' ἡμῶν τιμωρίαν· νίκησον τὸ μέσον δίκαιον ἀγαθότητι, τὴν δὲ ἡμῶν ἀγνωμοσύνην φιλανθρωπίᾳ· εἰ μὲν ἐξαίφνης ἐπήγαγες τὴν πληγήν, λόγος τὰ τῆς κολάσεως εἶχε, καὶ ἀλλοτρίους ὄντας καὶ φαύλους ἀπέκτεινες· νῦν δὲ προθεσμίαν διὰ χρηστότητα δούς, ἂν μεταβληθέντας φονεύσῃς, οὐκ ἀλλοτρίους, ἀλλὰ σοὺς ἀπολλύεις. ἀσεβοῦντας ἐφύλαξας, καὶ νῦν φθείρεις πιστοὺς γινομένους; πονηροὺς ὄντας διέσωσας, καὶ ἀγαθεργοῦντας νῦν ἀναιρεῖς; εἰδώλοις ἀνακειμένην τὴν πόλιν ηὔξησας, καὶ βασιλίδα πεποίηκας, καὶ καταστρέφεις σὴν γενομένην; οὐκ εἰδότες σε διὰ σοῦ τὴν οἰκουμένην ἐκρατήσαμεν, καὶ προσκυνοῦντές σε νῦν τῆς ζωῆς αὐτῆς ἐκβαλλόμεθα; τοῦ σοῦ, βασιλεῦ, ὀνόματος φεῖσαι, μή, Νινευΐτας αἰτήσας δίκας, φευκτὴν ὡς ἀνόνητον τὴν εὐσέβειαν ποιήσῃς· μὴ δικαίως ἡμᾶς κολάζων τῆς μετανοίας τοῖς ἀνθρώποις κλείσῃς τὴν θύραν. εἰ μὲν γὰρ νομοθέτου, καὶ διδασκάλων τυχόντες εἰς πολλὴν κακίαν προήλθομεν, ἀπαραιτήτως διάφθειρον, ἱκετεύουσι συγγνώμης μὴ μεταδῷς, χαλεπωτέραν ἧς ἠπείλησας ἐπάγαγε δίκην· εἰ δὲ οὐ μαθόντες, οὐδὲ παιδευθέντες, ἐν φαυλότητι καὶ ἀσεβείᾳ διεπλοῦμεν, μὴ τοσοῦτον ὄλεθρον, βασιλεῦ, τῆς ἀγνοίας ἡμῶν καταψηφίσῃ. κατακλυσμῷ τοὺς ἀνθρώπους διέφθειρας πάλαι δικαίως, διδάσκοντι γὰρ οὐ προσεῖχον τῷ Νῶε· πρόειπας τὴν ἀπώλειαν, καὶ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔφυγον. Σοδομίτας εὐλόγως ἀνέπρησας, δέξασθαι γὰρ τοῦ Λὼτ τὰς συμβουλίας οὐκ ἠθέλησαν. Αἰγύπτιοι κατεπόθησαν εἰκότως με-

A let diruere murum confessionis. Sententia perditionis sollertem quum viderit pœnitentiam, tamquam fumus illico dissolvitur. Si hoc pacto, amici, & ejusmodi armis pugnaverimus, uti terra, sic & cælo potiemur. Adeste animo, Ninivitæ, adeste; nam qui nos impugnat, rex est hominum amantissimus, qui nonnisi contumaces debellat hostes, ac facile reconciliatus, beneficus fit inimicis.

Adhortatoria ejusmodi oratione rex populum stimulabat ad pœnitentiam; Ninivitæ vero alacriter jussis obtemperabant. Induerunt enim, ait, saccos, & homines, & jumenta, & clamaverunt impense ad Deum. Non quidem oratio erat in promtu, & co-B gitatio in ancipiti versabatur: non quidem lingua pronuntiabat, mens autem incerta agebat: non vox proferebatur, mens vero ad alia aberrabat: immo vero utraque juncto conatu Deum precabantur. Nox ingruens & adaugens timorem fugabat somnum, & alacriorem hymnum reddebat. Dies caliginosum denuo cælum ostendens, atque continuo fulgure & tonitru perstrepens, fatalem omnibus tremorem movebat, & summum clamorem. Terræ motus summopere animos concutiebant. Infantes ad sinum maternum præ timore currentes, & vagientes in ulnis ineffabilem spectantibus planctum caussabant, ac ejulatum. Boum & ovium greges, atque omne pecus, pascuis & aquis destituta, variis vocibus, vel C adamantino animo fletum ciebant. Quamquam vero comminatio & pavor turbarent omnia, ut spem bonam abjicerent, nulla ratione adigi poterant. Quis enim scit, ait, si convertatur Deus, & revertatur a furore iræ suæ, & non peribimus? Verum ex imo cordis ad Deum clamabant: Rex, vitæ dominus & mortis, nos quidem, quam comminatus es, sententia digni sumus, & cujusvis pœnæ reos nos effecimus, te non agnoscentes verum Deum, & perditam vitam agentes. Tu vero mari misericordiæ tuæ usus, pœnam tolle contra nos edictam: vince obstantem justitiam bonitate, nostram ingratitudinem clementia. Si enim repentinam nobis plagam infligere voluisses, sermo ille tuus supplicio D ipso fuisset conjunctus, nosque quum adhuc a te alieni essemus ac impii, neci dedisses: jam vero quum tempus definitum in bonum nobis usum concesseris, si conversos occideris, non alienos perdis, sed tuos. Quum impii essemus, nos protexisti, & eosdem, qui ad fidem redivimus, consumes? A bonis moribus alienos servasti, & bene operantes e medio tolles? Adauxisti civitatem idolis addictam, & reginam ceterarum urbium constituisti, & ditioni tuæ nunc deditam evertes? Terram, quum te ignoraremus, adjuvante te, devicimus; nunc ipsa etiamnum terra, quum te adoremus, ejiciemur? Nomini tuo Rex parce, ne quum a Ninivitis supplicia poposceris, pietatem rei inutilis adinstar fu-E giendam reddas; ne justam nobis pœnam infligens, januam pœnitentiæ hominibus præcludas. Equidem si legislatorem & magistros sortiti adeo ultra in malitia progressi sumus, ruina nos destruas inexorabili, nec veniam supplicibus concedas, immo graviorem ipsa quam comminatus es, pœnam inducas: verum si non intelligentes neque edocti, in malitia & impietate perstabamus, nostram insipientiam ne tantæ, o Rex, damnaveris ruinæ. Perdidisti non immerito olim diluvio homines. Noe enim docenti præbere aures noluerunt: prænuntiasti eis interitum, a peccato autem non abstinuerunt. Merito Sodomitas incendio concremasti, suscipere enim Loti consilia renuerunt. Submersi sunt

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 398.

τὰ τοῦ Φαραώ. Μωσέως γὰρ διδάσκοντος οὐκ A ἐπείθοντο πληγέντες πολλάκις, καὶ τῆς σῆς δεξιᾶς πεῖραν λαβόντες. ἢ παρά τινος ἀντειπεῖν ἐτολμήσαμεν; ἕνα νῦν μόνον ἀπέστειλας πρὸς ἡμᾶς, οὐδὲ τοῦτον διδάσκαλον, ἀλλὰ καὶ κακῶν μηνυτήν, καὶ πιστεύσαντες πανδημεὶ τὴν σὴν λατρείαν τιμῶμεν. Προθεσμίαν ἡμῖν μικρὰν δέδωκας, καὶ μεταβολὴν ἐν αὐτῇ μεγίστην ἐδείξαμεν. ἀπωλείας ἡμῖν κηρυχθείσης, τὸ σὸν φιλάνθρωπον οὐκ ἀπέγνωμεν. τοῦ προφήτου τὴν καταστροφὴν καταγγείλαντος, εἰς τὸ σὸν ἠλπίσαμεν ἔλεος. μὴ ψεύσῃς ἡμῶν, ἀγαθέ, τὰς ἐλπίδας. μὴ παύσῃς γλώττας ἀνυμνεῖν σου τὴν χρηστότητα βουλομένας. μὴ ἀποκτείνῃς ἄνδρας κηρῦξαι σου τὴν ἀγαθότητα πάντα σπεύδοντας. μὴ κωλύσῃς ἡμᾶς διδασκάλους τοῖς ἡμε- B τέροις πᾶσιν εὐσεβείας γενέσθαι. μὴ διαμείνῃς ὀργιζόμενος ὁμοίως πρὸς τοὺς οὐκέτι τοῖς αὐτοῖς διαμείναντας. ἠλλάγημεν ἡμεῖς, διαλλάγηθι σύ. στῆσον τὴν ὀργήν, ὥσπερ τὴν πλάνην ἡμεῖς. παῦσον τὴν τιμωρίαν αὐτός, ὥσπερ ἡμεῖς τὴν κακίαν. ἐξεπαίδευσας ἡμᾶς ἱκανῶς τῷ φόβῳ, δὸς καιρὸν λοιπὸν ἡμῖν τὸ περὶ σὲ φίλτρον ἐνδείξασθαι. φεῖσαι θρεμμάτων διὰ λιμὸν μυκωμένων. φεῖσαι παίδων ἀναμαρτήτων ὑπὸ κλαυθμοῦ πνιγομένων. φεῖσαι νηπίων ἀώρων ὑπὸ νηστείας ἐκλελυμένων. μὴ συνδιαφθείρῃς τοὺς ἀναιτίους τοῖς αἰτίοις. οἰκτείρησον μητέρας γάλα διὰ τὴν σὴν ὀργὴν τοῖς φιλτάτοις οὐ παρεχούσας. ἠρνήσαντο γονεῖς ἐκείνους ἐλέων, ἵνα τὸ σὸν ἔλεος ἐπισπάσωνται. πάντες C ἄνθρωποι τοῖς αὐτοῖς, οἷς καὶ ἡμεῖς, ἀνέχονται πονηρεύμασιν· ἂν ἡμᾶς μετανοοῦντας μὴ δέξῃ, τοῦ κόσμου παντὸς τὰς ἐλπίδας ἐξέκοψας. τοιούτοις παρὰ τὰς ἀρχάς, ὡς εἰκός, Νινευῖται λόγοις ἐχρῶντο· ἦν δὲ καὶ τὰ ἔργα τοῖς λόγοις ἐφάμιλλα, νηστεία, σάκκος, ἐκτενὴς προσευχή, δάκρυα, πονηρίας φυγή· ἀνεβόησαν γάρ, φησι, πρὸς τὸν Θεὸν ἐκτενῶς, καὶ ἀπέστρεψεν ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ἀπὸ τῆς ἀδικίας τῆς ἐν χερσὶν αὐτῶν. ἅπτονται τῆς φιλοσοφίας ἀπὸ τῶν ἄκρων αὐτῶν τῆς φιλοσοφίας, καὶ τὴν κορωνίδα τῆς ἀρετῆς κρηπῖδα ποιοῦνται τῆς ἀρετῆς· πᾶν γὰρ ὅ, τι κάλλιστον ἔργον, καὶ Θεῷ προσφιλέστατον, τοῦτο ἕκαστος ἐπιτηδεύετο. ἴδον πόλεμον οὐ- D ράνιον κατ᾽ αὐτῶν ἐγειρόμενον, καὶ ὠχύρωσαν ἔργοις ἀγαθοῖς ἑαυτούς, ὥσπερ τείχει. ἐνεδύσαντο θαυμαστήν τινα πανοπλίαν, τοὺς σάκκους. ἀντέταξαν κάτωθεν εὐχὰς καὶ δεήσεις, τοῖς ἄνωθεν κεραυνοῖς φερομένοις. τῷ πατάγῳ τῶν βροντῶν τὸν ἦχον τῆς ὑμνῳδίας ἀντέστησαν. νηστεία πύργος αὐτοῖς γέγονεν ἐναργής. κρουνοῖς δακρύων τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἔσβεσαν φάλαγγα, φίλους ἐποιήσαντο τοὺς ἐχθρούς, ἵνα τὸν Θεὸν ἑαυτοῖς καταλλάξωσιν· ἀφῆκαν αὐτοὶ τὴν ὀργὴν τοῖς λελυπηκόσιν, ἵνα τὴν κατ᾽ αὐτῶν ὀργὴν παύσωσι τοῦ δεσπότου. ὀφλημάτων κάτω γραμματεῖον διέρρηξαν, ἵνα τῆς ἄνωθεν ἐπταισμένων ἀφέσεως τύχωσιν. ἔδωκαν δούλοις ἐλευθερίαν, ἵνα λάβωσιν αὐτοὶ τῆς τι- E μωρίας ἐλευθερίαν. προσέθηκαν τὰς κτήσεις τοῖς ἐνδεέσιν, ἵνα κτήσωνται βεβαίως τὰς ἰδίας οὐσίας. τρυφὴν ῥίψαντες, ἐγκράτειαν μετεδίωκον. ἀκολασίαν φυγόντες, σωφροσύνην ἠσπάζοντο. ἀξιωμάτων ὄγκον μισήσαντες, εἰς ταπεινὸν καὶ πενθηρὲς σχῆμα ἅπαντες μετεσκευάσθησαν. ὠνίων, καὶ συμβολαίων, καὶ πάντων ἔργων σχολάσαντες, τὸν Θεὸν ἐθεράπευον. οἱ κακοῦργοι τὰς λῃστείας οὐδενὸς ἀναγκάζοντος ὡμολόγουν. οἱ δικασταὶ τοὺς ὁμολογοῦντας οὐκ ἐπράττοντο δίκας. ὡς τεθνεῶντες τοῦ βίου πάντες ὡμολόγουν. ὁ πλοῦτος ἀφύλακτος ἐρρίπτο, καὶ ὁ κλέπτης οὐδαμόθεν ἐφαίνετο. χρυσὸς τοῖς ἐνδεέσιν ἐχορηγεῖτο, καὶ τὴν κτῆσιν ἕκαστος ὡς ζημίαν ἔφυγεν. ἓν μόνον ἐσπουδάζετο πᾶ-

simili ratione cum Pharaone Ægyptii. Mosi enim docenti fidem non habuerunt, sæpenumero licet percussi, tuamque dexteram experti. Nos vero num contradicere aliqua in re ausi sumus? Modo unicum nobis, neque hunc magistrum, sed malorum potius indicem misisti; plenam nihilominus fidem ipsi præbuimus, tuumque cultum rebus omnibus potiorem habemus. Tempus certum, idque exiguum nobis concessisti, & summam in eo mutationem ostendimus. Pernicie nostra præconis voce denuntiata, tuum, quo genus humanum amplecteris, amorem agnovimus. Propheta subversionem nuntiante, in tua misericordia nostram collocavimus fiduciam. Noli, Optime, spem nostram reddere inanem, neque linguas cohibere tuam beneficentiam celebraturas. Noli committere, ut neci tradas viros, qui bonitatis tuæ referre præconia omni conatu ambimus; neque impedias, quominus iis omnibus qui aliquo pacto nobis sunt conjuncti, magistri fiamus pietatis. Noli in eadem contra nos ira persistere, qui rebus iisdem non amplius immoramur. Nos mutati sumus, mutare & tu. Siste iram, sicut nos cohibuimus errorem. Fac cessare pœnam, sicut refrenavimus malitiam. Satis edocuisti nos timore; da ut futurum tempus suaviora tui amoris incitamenta nobis offerat. Parce armentis a fame mugientibus: parce innocuis pueris planctu suffocatis, immaturis infantibus præ jejunio deficientibus. Noli cum impiis perdere innocentes. Miseratio te subeat matrum, quæ ut te sibi iratum reconcilient, dilectissimæ proli lac non præbent. Huic denegant parentes misericordiam, ut tuam sibi attrahant. Quivis hominum eadem, quam nos admisimus, detinetur malitia; unde si nostra non reconciliatus fueris pœnitentia, totius mundi spem præcidisti. In primordiis (pœnitentiæ) talibus forsasse sermonibus Ninivitæ utebantur; opera autem, jejunium, saccus, oratio continua, lacrymæ, peccati fuga, verbis erant consona. Clamaverunt enim, ait, impense ad Dominum, & reversus est quisque a via sua mala, & ab injustitia, quæ in manibus eorum erat. Sapientiam ab ipso suo culmine attingunt, & apicem virtutis basim ejusdem constituunt: quodcumque enim optimum Deoque gratissimum opus foret, ei quisque studebat. Viderunt bellum cælitus sibi illatum; atque se ipsos quasi murum operibus suis communiverunt. Induerunt se saccis, miris profecto armis. Fulminibus de cælo missis vota & preces in terra opposuerunt. Contra tonitruum fragores hymnodiæ sonum statuerunt. Jejunium fuit eis conspicua turris. Lacrymarum fontibus exstinxerunt peccatorum multitudinem. Inimicos sibi amicitia devinxerunt, ut Deum sibi reconciliarent: quam in offensores fovebant iram deposuerunt, ut eam qua Dominus in eos erat accensus, sedarent. Libellum debitorum diruperunt in terra, ut remissionem peccatorum in supernis adsequerentur. Servis dederunt libertatem, ut ipsi liberationem supplicii obtinerent. Bona pauperibus erogarunt, ut in tuto collocarent propriarum rerum possessionem. Voluptati renuntiantes, continentiam sequebantur; fugientes luxuriam, temperantiam amplectebantur. A fastu dignitatum alieni omnes cum habitu humili, ac lugubri figuram aliam induerunt. Venditionibus, pactis, & quocumque negotio supersedentes nonnisi Deo serviebant. Improbi ultro sua confitebantur latrocinia, neque judices pœnam a confitentibus repetebant. Omnes tamquam in vitæ termino constituti confitebantur. Divitiæ ejiciebantur absque custode, neque fur uspiam comparebat. Aurum suppeditabatur egentibus, & possessionem velut

σιν, ἡ σωτηρία. εἷς δρόμος καὶ πλουσίοις, καὶ πένησιν, ὁ περὶ τῆς ζωῆς προύκειτο πόνος· πᾶν δὲ τὸ μὴ εἰς τοῦτο φέρον, ὡς ἀνόνητον καὶ φαῦλον ἐκβέβλητο. ἄδηλος ἦν ἡ σωτηρία, καὶ ὡς ὁμολογουμένη παρ' αὐτοῖς ἐσπουδάζετο. οὐκ εἶχον θαῤῥεῖν τῷ τέλει τῆς μετανοίας, καὶ ὡς ζησόμενοι πάντως ἀγαθῆς πάσης ἐπεμελοῦντο πράξεως. ὦ φιλοσόφων βαρβάρων· ὦ σοφῶν ἀπαιδεύτων. ἔγνωσαν ἀδιδάκτως τὰ δέοντα, ἄνευ νομοθέτου μετεῤῥυθμίσθησαν, ἄνευ διδασκάλων ἐσωφρονίσθησαν, ἐκ τῆς ἐσχάτης κακίας εἰς τὴν οὐράνιον πολιτείαν ἀνέδραμον. αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου. εἷς ὄμβρος ἀπειλῆς, καὶ μυρίων ἀγαθῶν φορὰν ἐβλάστησαν Νινευῖται· ἀνεχωνεύθησαν ὡς παλαιοί τινες ἀνδριάντες. μετεσκευάσθησαν ἐκ τῆς μετανοίας· ἐξ ἁμαρτωλῶν γεγόνασι δίκαιοι, ἀγγέλοις ἐράσμιοι, Θεῷ ποθεινοί. ἔστησαν σαλευομένην τὴν πόλιν, καταπίπτουσαν ὤρθωσαν, δονουμένην ἐστήριξαν. μετεστράφησαν, καὶ οὐκ ἀντεστράφησαν· μετεβλήθησαν, καὶ οὐ διεφθάρησαν. ἴδε γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς τὰ ἔργα αὐτῶν, ὅτι ἀπεστράφησαν ἀπὸ τῶν ὁδῶν αὐτῶν πονηρῶν, καὶ μετενόησεν ἐπὶ τῇ κακίᾳ, ᾗ ἐλάλησε τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. ὢ παραδόξων πραγμάτων· ἀνεδίκασε τὴν δίκην ὁ δικαστής, τὴν φονῶσαν ἔλυσε ψῆφον, καὶ τὴν σώζουσαν ἐψηφίσατο. μετενόησαν Νινευῖται, καὶ μετενόησεν ὁ Θεός, ἔσχισεν ἡ μετάνοια τῆς ἀπωλείας τὸ πρόσταγμα. διέῤῥηξαν ἐκεῖνοι τὴν πονηρίαν, διέῤῥηξεν ὁ Θεὸς τὴν ἀπόφασιν. ὢ πάντα δυναμένης μετανοίας· ἐπὶ γῆς τελεῖται, καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς ἀναστρέφει. οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὦ φίλοι, μετανοήσωμεν· οὕτω νηστεύσωμεν· ἀγαθὰς πράξεις τῇ νηστείᾳ συζεύξωμεν· πονηρῶν πράξεων ἀπεχώμεθα· τῆς γεέννης τὴν ἀπειλὴν φοβηθῶμεν· διὰ μετανοίας τὴν παρὰ Θεοῦ σωτηρίαν κτησόμεθα. αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A jacturam ipsam quisque fugiebat. Res unica, nimirum salus, omnibus curæ erat. Divitibus æque ac pauperibus unus erat conatus, vitæ scilicet servandæ studium præ manibus erat. Omnia autem, quæ eo non collimarent, velut vilia & inutilia rejiciebantur. Incerta erat salus, & velut extra omnem aleam posita quærebatur. Non poterant sibi promittere finem pœnitentiæ, & tamquam ad terminum usque victuri in quodlibet opus bonum curam omnem conferebant. O rudes philosophos! o sapientes indoctos! Ea quæ decent, sine præceptore cognoverunt, emendati sunt sine legislatore, absque magistro bonis moribus imbuti sunt, ex profundo malitiæ in supernam civitatem sursum cucurrerunt. B Hæc mutatio dexteræ excelsi. Nonnisi unus fuit minarum imber, & Ninivitæ immensam bonorum copiam germinarunt. Denuo conflati sunt velut antiquæ quædam statuæ. Pœnitentia diversam sortiti sunt formam. Ex peccatoribus facti sunt justi, amabiles Angelis, Deo desiderabiles. Commotam firmarunt civitatem, collapsam erexerunt, agitatam consolidarunt. Conversi sunt, & non sunt reversi: mutati sunt, & non sunt destructi. Vidit enim, ait, Deus opera illorum, quia conversi sunt a viis suis malis, & misertus est super malitiam, quam loquutus erat, ut faceret eis. O res admirabilis! Novam tulit judex sententiam, mortis decretum diremit, salutis sententiam edixit. Pœnituit Niniv- C vitas, & pœnituit Deum. Pœnitentia rescidit decretum interitus. Diruperunt ipsi impietatem, & sustulit Deus sententiam. O pœnitentiam omnipotentem! Perficitur in terra, & ea quæ in cælo sunt, permutat. Talem nos quoque, amici, pœnitentiam agamus: eodem modo jejunemus: bona opera jungamus jejunio: a pravis operibus abstineamus: inferni comminationem timeamus, & per pœnitentiam a Deo salutem consequemur. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

## I I.

## SPECIMEN EXPOSITIONIS

## S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

## IN JOBUM.

Ἄξιον πρῶτον ἐπιζητῆσαι, πότε οὗτος ὁ ἀνὴρ γέγονε. τινὲς μὲν οὖν αὐτὸν φασι πρὸ τοῦ Μωσέως εἶναι, καὶ πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ· τινὲς δὲ ἐν τῷ νόμῳ. ἀλλὰ μηδέπω ἀποφαινόμεθα, ἕως ἂν ἀπ' αὐτῆς τῆς ἱστορίας μάθωμεν, εἴτε ἐν τούτῳ, εἴτε ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ ἦν. οὐδὲ γάρ, οὐδὲ τοῦτο μικρὸν ἡμῖν συντελεῖ πρὸς τὸ γνῶναι τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἀρετήν· οὐ γάρ ἐστιν ἴσον, ἀπολαύσαντα τῶν Μωσαϊκῶν τοιοῦτον εἶναι, οὕτως ἐνάρετον καὶ θαυμαστὸν, καὶ πρὸ ταύτης τῆς παραινέσεως τοσαύτην ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἰσχύν· ὅτι μὲν γὰρ μέγας ἦν ὁ ἀνήρ, καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα δηλοῖ· δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Θεὸς λέγων· ἐὰν στῇ Νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ Δανιήλ, υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας αὐτῶν οὐ μὴ ἐξέλωνται. τίνος δὲ ἕνεκεν αὐτοῦ Μωσῆς οὐχὶ μέμνηται; ποία γὰρ ἦν ἀνάγκη μνησθῆναι, ἢ τίνος ἕνεκεν; σὺ δέ μοι θέα, πῶς οὐδὲν αὐτὸν ὁ πρόγονος παρέβλαψεν ὁ Ἡσαῦ· οὐκ ἦν ἀπὸ τοῦ Ἀβραάμ, μᾶλλον δὲ οὐκ ἦν ἀπὸ τοῦ Ἰακώβ, ἀλλὰ καὶ χώραν ξένην εἶχεν. ὁρᾷς ὅτι πᾶσι διδασκάλους ἔπεμψεν ὁ Θεός; σὺ δέ μοι βλέπε, πῶς ἄνωθεν ἡ

D Primum inquirendum videretur, quonam tempore iste homo vixerit. Nonnulli quippe dicunt ante Moysen fuisse, & esse ab Abrahamo quintum; alii vero sub Lege. Verumtamen nondum quidquam statuimus, donec ex ipsa historia discamus, utrum hoc vel illo tempore fuerit. Nec tamen id parum nobis confert ad cognoscendam hujus hominis virtutem. Non enim perinde est, eum qui instituta Mosaica prægustaverit, talem evasisse, tanta præditum virtute, tanta admiratione; atque ante illa instituta adeo magnum præ se tulisse robur. Quod porro Magnus fuerit iste vir, non modo res ipsæ demonstrant, sed etiam Deus ostendit, inquiens: [a] *Si steterit Noe & Job & Daniel; filios suos & filias suas non libe-* E *rabunt*. Cur vero Moyses nullam de illo mentionem fecit? At enim ecquæ erat commemorandi necessitas, aut cujusnam rei ergo? Tu autem mihi considera, quomodo illi ne proavus quidem obfuerit Esau. Non erat ex Abrahamo, atque adeo non erat ex Jacob; quin immo regionem incolebat barbaram. Viden' quod omnibus magistros miserit Deus? In-

[a] Ezech. xiv. 20.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 398



γνῶσις τοῦ Θεοῦ πανταχοῦ δήλη ἦν· ὁρᾷς γὰρ καὶ A τοὺς φίλους αὐτοῦ ἔννοιαν ἔχοντας περὶ Θεοῦ. τίς αὐτοὺς ἐδίδαξε; τίς κατήγγειλε; καὶ γὰρ ἐμοὶ δοκεῖ πρὸ τοῦ νόμου εἶναι· καὶ δῆλον αὐτόθεν, ὥς τι εἰκότως ἄν τις εἴποι ὅτι πρῶτον τοῦτο τὸ βιβλίον, διδάσκαλός τις καὶ κήρυξ ἦν τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως. ἀλλὰ διὰ βίου μὲν, καὶ ὑπομονῆς δῆλον. ἔδει δὲ καὶ σημεῖα γενέσθαι ἐπ' αὐτοῦ, ὥς τε καὶ ταύτῃ ἀπηρτισμένον εἶναι τὸν διδάσκαλον· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ πολλὰ γέγονε σημεῖα, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, κ. λ. — Ἄνθρωπός τις ἦν ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι, ᾧ ὄνομα Ἰώβ. ὅρα πρῶτον ἐγκώμιον τοῦτο, τὸ ἄνθρωπον εἶναι. ἐν χώρᾳ φησὶ τῇ Αὐσίτιδι· ὢν καὶ τοῦτο ἐγκώμιον μέγα· τὸ γὰρ ἐν Ἀραβίᾳ εἶναι, ἔνθα πάντες ἦσαν διεφθαρμένοι, ἔνθα οὐδὲν B ὑπόδειγμα ἦν ἀνομίας, τοῦτο ἦν τὸ θαυμαστόν. καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος· πάλιν ἄνθρωπος· ἄμεμπτος, δίκαιος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. ἓν ἕκαστον τούτων ἱκανὸν παραστῆσαι τὴν ὥραν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς. ἀλλ' ὥσπέρ τις ἐραστὴς μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας τὸ κάλλος διηγεῖται τοῦ ἐρωμένου, οὕτω καὶ ἐνταῦθα. ἄμεμπτός φησι· τοῦτο, ὁλόκληρος ἀρετή· δίκαιος, καὶ τοῦτο· ἀληθινὸς, καὶ τοῦτο· θεοσεβὴς, καὶ τοῦτο· ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, καὶ τοῦτο. ἀπὸ παντός φησι, καὶ οὐχ ἁπλῶς τοῦ μὲν, τοῦ δὲ οὔ. ποῦ εἰσιν, οἱ λέγοντες, ὅτι πρὸς τὸ κακὸν ἡ φύσις ῥέπει μᾶλλον; ποῖος φόβος; ποῖα δικαστήρια; ποῖοι νόμοι τοῦτον τοιοῦτον ἐποίησαν; C ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγεν, οὐκ ἔστι δίκαιος, ὃς ποιήσει ἀγαθὸν, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεται· διὰ τοῦτό φησιν, ἄμεμπτος, οὐκ εἶπεν ἀναμάρτητος, ἀλλ' ἄμεμπτος· οὐ μόνον ἐκεῖνα οὐκ ἔπραττε τὰ ἁμαρτίαν ἔχοντα, ἀλλ' οὐδὲ τὰ μέμψιν, καὶ κατάγνωσιν, κ. λ.

terea animadvertas velim, quei superna Dei cognitio ubique esset manifesta: perspicis namque amicos ejus notitiam Dei habuisse. Quis eos docuit? quis illis annuntiavit? puto quippe ante Legem exstitisse. Atque hinc liquet, quod non ab re quis dixerit, primum hunc librum magistrum quemdam atque præconem fuisse cognitionis Dei. At enim per vivendi rationem atque patientiam innotuerit: sed oportebat in illo etiam miracula reperiri, quo & sic numeris omnibus absolutus magister fieret. Quemadmodum enim in Abraham multa exstitere signa, ita & heic, cet. — [a] *Homo quidam erat in regione Ausitide, cui nomen Job*. Considera hanc primam laudem: Hominem fuisse. *In regione* inquit, *Ausitide*: quorum & hoc encomium magnum. Talem enim fuisse in Arabia, ubi omnes depravati erant, ubi nullum occurrebat æquitatis exemplum, hoc utique mirabile fuit: [b] *Et erat homo ille*. Iterum Homo. *Sine querela, justus, verax, pius, abstinens ab omni re mala*. Horum unum quodque satis commendare posset animæ ejus pulcritudinem: sed ut vir amans diligenter etiam atque etiam sui amati pulcritudinem enarrat; ita & heic usuvenit. *Sine querela*, inquit; hoc integra est virtus. *Justus*; & hoc. *Verax*; & hoc. *Pius*; & hoc. *Abstinens ab omni re mala*; & hoc. *Ab omni*, inquit; non autem simpliciter, Ab hac quidem utique, ab illa vero non item. Ubi sunt qui dicunt, naturam ad malum potius esse proclivem? Quis metus, quæ supplicia, quæ leges hunc hominem talem effecerunt? Quia porro dixit: *Non est justus, qui faciet bonum & non peccabit*; propterea, inquit, *Sine querela*, non autem Sine peccato, sed *Sine querela*: hoc est, non modo non perpetrabat ea quæ peccatum, sed ne illa quidem quæ querelam aut reprehensionem habent cet.

a Job. I. 1. b Ibid. ℣. 2.

## III.

### ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

Τῇ βασιλίδι Εὐδοξίᾳ.

D

Ὁ Μὲν Θεὸς πάσης τῆς φύσεως δημιουργὸς, πάσης κατ' οὐσίαν ὑπερανέστηκεν ἐξουσίας, καὶ κοσμιότητος· ἄνθρωποι δὲ πάντες, ἴσοι, κἂν ὁ μὲν ἄλλου, ὁ δὲ ἑτέρου προέχειν δοκεῖ· καὶ σοὶ τοίνυν τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἀπένειμεν, οὐχ ἵνα σαυτὴν τῶν ἄλλων ὑπερέχειν νομίζεις, ἀλλ' ἵνα [1] ἰσονιμίαν τῷ κοινῷ, καὶ δικαιοσύνην βραβεύῃς· δόξα γὰρ, καὶ πλοῦτος, καὶ ὑπερηφάνεια κοσμικὴ, οὐκ ὠφελήσει ὅλως ἡμᾶς ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ἀλλ' ἢ μόνων ἡ τῶν ἐντολῶν φυλακὴ, τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἐπαγομένη συντήρησιν. ὧν αὐτὴ μὴ ἐπιλήσμων φανῇς, μὴ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον τῆς σῆς ἀπώσῃ ψυχῆς, ἐπισταμένη σαφῶς ὡς ἡ πνοὴ E πάντων ἡμῶν ἐν ταῖς αὐτοῦ χερσίν ἐστιν· καὶ ᾧ μὲν προστίθησιν ἔτη ζωῆς, ἐξ οὗ δὲ βούλεται, ἀφαιρεῖται· ἐγὼ γάρ φησιν, ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω· καὶ τίς ὁ τῶν ἐμῶν χειρῶν ἐξαιρούμενος; φοβερὸν δὲ τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος. χοῦς, καὶ σποδὸς τυγχάνομεν πάντες ἄνθρωποι, ἄνθος, χόρτος, καὶ κόνις, σκιὰ, καπνὸς, καὶ ἐνύπνιον, καὶ ζῶμεν οὐ ζῶντες· ἐξ οὗ γὰρ τό· γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, κατὰ πάσης ἡμῶν ἐξηνέχθη τῆς φύσεως, τὴν θνητότητα πάντες, καὶ τὴν φθορὰν ἄρδην ἠμφιεσάμεθα,

### S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

*Ad imperatricem Eudoxiam.*

Deus omnis naturæ conditor essentia sua præstat omni potestati atque dominationi: homines vero omnes sibi invicem sunt æquales, licet alius alium antecellere videatur. Tradidit igitur & tibi regia sceptra, non ut aliis antecellere te putes; sed ut jus cuique suum tribuas, atque justitiam administres. Gloria enim, & opes, & mundanus splendor, nihil omnino nobis proderunt in formidabili judicii die; sed id unum proderit, observantia scilicet divinorum præceptorum, qua simul recta dogmata sarta tecta servantur. Quorum fac, ne immemor esse videaris, neve Dei timorem ex animo tuo excutias, probe sciens spiritum omnium nostrum in ipsius manibus esse: quippe ad libitum uni adjicit vitæ annos, alii vero aufert: [a] *Ego enim, ait, occidam, & vivere faciam. Et quis e manibus meis eripietur?* [b] *Horrendum vero est incidere in manus Dei viventis*. Limus & cinis sumus omnes homines, flos, gramen, pulvis, umbra, fumus & somnium; & vivimus vitæ prorsus expertes. Ex quo enim in universam naturam nostram lata est hæc sententia, [c] *pulvis es, & in pulverem reverteris*; mortalitatem omnes & corruptionem simul indui-

a Deut. XXXII. 39. b Heb. X. 31. c Gen. III. 19.

1. Leg. fortasse, ἰσονομίαν.

καὶ κοινῇ πάντες ἤδη τετελευτήκαμεν, κἂν ὁ μὲν σήμερον, ὁ δὲ αὔριον τελευτᾷ· ἐκ γῆς γὰρ προελθόντες, εἰς γῆν πάλιν μετ' ὀλίγον καταφερόμεθα, βασιλεῖς τε, καὶ ἰδιῶται, ἄρχοντες, καὶ ἀρχόμενοι. ἀπόβλεψον τοιγαροῦν εἰς τοὺς πρὸ ὑμῶν βασιλεύσαντας, καὶ ἀναλόγισαι, τί μὲν ἦσαν τότε, τί δὲ νῦν γεγόνασι· σύνες πῶς οἱ μὲν τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, ζῶντές τε, καὶ μετὰ θάνατον μακαρίζονται, καὶ κατὰ τὴν τῆς ἀνταποδώσεως ἡμέραν εἰς ἀνάστασιν ζωῆς ἐκπορεύσονται· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, κἀνταῦθα παρὰ πάντων ἀραῖς τε καὶ δυσφημίαις ἀεί ποτε βάλλονται, καὶ εἰς ἀνάστασιν οὐκέτι ζωῆς, ἀλλὰ κατακρίσεως ἐξανίστανται. μιμησάσθω τοίνυν καὶ ἡ ὑμῶν θεοφίλεια τοὺς τὴν πίστιν ἀλωβήτως τηρήσαντας, καὶ τὸν καλὸν δρόμον τῶν ἐντολῶν διανύσαντας, καὶ τῇ ταπεινῇ γυναικὶ Θεογνώστῃ, καὶ τοῖς [1] αὐτοῖς τέκνοις, τὸν αὐτῶν ἀμπελῶνα ἀπόδοτε· ἀρκεῖ τούτοις τὰ φθάσαντα λυπηρά· μὴ ἐπιτεινέσθω δὲ τὰ δεινά, μηδ' ἐπιπλέον προβαινέτω τὰ θλιβερά· καὶ παρακαλῶ, λῦσον αὐτοῖς ἐν τάχει τὴν ἐπικειμένην ὀδύνην, καὶ συμφοράν, μεμνημένη τοῦ σωτῆρος ἐν εὐαγγελίοις παρακελευομένου ἡμῖν, μὴ ἐπιδῦναι τὸν ἥλιον ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ἡμῶν· πάλιν δὲ πρὸς τὸν πλούσιον ἐκεῖνον ἀποτεινομένου, καὶ λέγοντος· ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; τί ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; μὴ συγκαταβήσεται ἡμῖν ἐν τῷ Ἅδῃ γλυκύτης καρποῦ ἀμπέλου; ἢ ἡδύτης συκῶν; ἢ λιπότης ἐλαίου; ἢ χρημάτων περιουσία, καὶ δόξα ἀρχῆς; οὐχὶ πρὸς φθορὰν καταλήγει πᾶσα ἀνθρώπου σπουδή; οὐχὶ πάντα καταλιμπάνοντες, ἀπερχόμεθα γυμνοὶ τῶν ἐνταῦθα, καὶ ἀπροστάτευτοι; τούτων οὖν ἁπάντων μνημονεύουσα, ἐπίστρεψον ἀποδοθῆναι τὸν ἀμπελῶνα· ἵνα εὖ σοι ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως γένηται.

A mus, & communem ad unum omnes mortem subivimus, licet unus hodie, alius cras occumbat. Ut enim a terra quisque prodimus, in terram rursus paullo post revertimur reges simul, & privati, principes, & subditi. Respice igitur eos, qui ante vos regnarunt, atque considera, quid ii tum erant, & quid iidem sint in præsentia. Vide, quomodo qui bona egerunt, vel post mortem bene beateque vivant, & in retributionis die in resurrectionem vitæ prodeant; contra, qui male egerunt, in hoc mundo maledictis & exsecrationibus incessanter ab omnibus lacerentur, & non amplius in resurrectionem vitæ, sed judicii exsurgant. Imitetur igitur & pietas vestra eos, qui fidem illæsam servarunt, qui-
B que pulcrum divinorum præceptorum cursum confecerunt: atque miseræ Theognosti mulieri, ejusque filiis suum vinetum reddite. Sufficiunt his præteritæ molestiæ: ne augeantur ipsis miseriæ, neve, quæso te, ulterius protendantur afflictiones. Fac, eis quam citissime solvas opprimentem dolorem atque calamitatem, in memoriam revocando Salvatoris evangelica monita, quibus nos hortatur [a], ne solem super iracundiam nostram occidere sinamus. Et rursum in divitem illum invectus: [b] *Stulte*, ait, *hac nocte animam a te repetunt; quæ autem parasti, cujus erunt?* [c] *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam commutationem dabit homo pro ani-*
C *ma sua?* Numquid nobiscum ad inferos descendet suavitas vineæ fructus? an ficorum dulcedo? an olei pinguedo? an opum redundantia & imperii gloria? Nonne in corruptionem omnis hominum conatus desinit? nonne, relictis omnibus, spoliati mundanis hujusce vitæ bonis, nudi hinc discedimus, sine potestate & imperio? Hæc igitur omnia mente revolvens, fac ut vinetum restituatur, ut bene tibi fiat in judicii die.

a Ephes. IV. 26. b Luc. XII. 20. c Matth. XVI. 28.

1. Scribe, αὐτῆς.

# S. ANASTASII I. PAPÆ
## EPISTOLÆ II.
### Quarum posterior recens prodiit.

*ACCESSIT*

APOLOGIA quam pro se misit RUFINUS presbyter

Ad Anastasium Romanæ urbis episcopum.

## EPISTOLA I.

Anastasii I. Romanæ urbis episcopi ad Joannem episcopum Jerosolymorum, [1] super nomine Rufini.

*A Joanne consultus Anastasius, utrum Rufinus ob versos e græco in latinum Origenis περὶ ἀρχῶν libros damnandus esset, respondet, sepofita omni suspicione perpendendum esse quo id animo aggressus esset, & eum quidem damnandum, si propria mente & laudans ac probans transtulerit, secus, si ipsum accusans auctorem: se vero non vano timore solicitari, sed operam daturum, ne hinc ecclesiæ per orbem corrumpantur.*

I. Probatæ quidem affectionis est hoc, ut laudabiliter de sacerdote sacerdos loquaris. Pro tanto igitur præconio, quod [2] in merita mea effusissimum contulisti, ut amori tuo gratias ago, ita splendorem tuæ sanctitatis, & [3] eas quas in Domino habes virtutes, subinde quodam modo parvitatis nostræ favorabilis sermo prosequitur. [4] Tam enim, vir omnium præstantissime, laudum tuarum fulges nitore conspicuus, ut par esse meritis sermo non possit. Porro autem tanto titulorum tuorum rapior incitamento, ut etiam quod [5] implere nequeo, audere non desinam. Jam hoc de laudibus tuis est, quod me [6] tantummodo de cælestis istius animi serenitate laudasti. Tui etenim episcopatus ordo perspicuus per [7] diversum orbem velut radians, etiam ad nos splendoris sui detulit claritatem. In me quippe totum [8] ipse amicitiæ tribuis, A examini nihil relinquis. Aut si jure me laudas, tu quoque [9] similiter non relaudandus es? Obsecro igitur ob utrumque, ut me ipsum apud me laudare jam desinas; duplex etenim [10] me caussa constringit, ne consacerdotis tui sensibus aut dolorem falsa laus ingerat, aut pudorem vera succendat.

II. Sed ut ad caussam revertar: Rufinus, de quo me consulere dignatus es, conscientiæ suæ divinam habes [11] arbitram majestatem, apud quam se integro devotionis officio ipse viderit qualiter debeat approbare.

III. Origenes autem, cujus in nostram linguam B composita derivavit, antea & quis fuerit, & in quæ processerit verba, nostrum propositum [12] nescit: quod vero sit animi mei studium, cum tua

1. In edit. Rom. & concil. desideratur *super nomine Rufini*. Hieronymus Rufinum alloquens non *super nomine tuo*, sed simpliciter *contra te scriptam* dicit. Coutant. —— In antiquissimo Palatino Vaticano codice 234. legi hæc verba *super Ruffini nomine* testatur Vallarsius tom. II. opp. S. Hieron. pag. 577.

2. Garner. *immerito in me*: iis etiam mss. quibus usus est, refragantibus. Non displiceret *in me immeritum*: sed sana etiam est & nitida lectio, quam mss. exhibent. Coutant.

3. In mss. Cluniac. & Bellov. *& earum*: recte, si proxime sequeretur *virtutum quas in Domino habes*. Id.

4. Ita Garner. cum mss. Vatic. & Bellov. At editi alii, *Tam eminenter*. Codex Clun. *Tamen eminente*. Ex quo conjectura est legendum, *Tam enim eminenter*. Id.

5. Hactenus lectum est *impetrare*, pro quo *implere* ex emendatiss. Palatino substituo. Vallars.

6. Magis placet *tantum*, quod habet Vallarsius.

7. Garner. *per universum orbem. . . . splendoris tui*: renitentibus aliis editis & scriptis. Diversum orbem intelligere est vel Orientem & Occidentem simul, vel simpliciter Occidentem, qui diversus est ab eo quem Joannes incolebat. Coutant.

8. In ms. Bellov. *totum tum ipse*. An pro *totum dum ipse*? Id.

9. Garner. cum ms. Bellov. *simili tenore laudandus es*. Sincerior visa est lectio Clun. ms. & ceterorum editorum. In his autem editis mox desideratur *apud me*: quod perinde est atque etiam in scriptis privatis. Id.

10. Apud Garner. *te caussa*. Tum aliis in editis, *hoc poscere constringit*. Istud *hoc poscere*, quod abest a mss. non alienum est ab Anastasii mente, sed recte subauditur. Quamvis autem Anastasius laudes respuat, quia etiam in veris modestiæ offensio est, quæ ideo pudorem excitet; alii tamen Sancti bonorum laudes interdum utiles esse non inficiantur. Quod Augustinus epist. 231. ad Darium n. 4. sic explicat: *Si enim non sunt in me* (quæ laudas,) *salubriter erubesco, atque ut sint inardesco. Ac per quod agnosco mea in laude tua, gaudeo me habere, & abs te illa, ac me ipsum diligi propter illa. Quæ autem non agnosco, non solum ut habeam consequi desidero, verum etiam ne semper mea laude fallantur qui me sinceriter diligunt.* Eodem animo Gregorius Magnus a Leandro Hispalensi episcopo laudatus lib. 9. Ind. 2. mense Augusto rescribit: *quod non est ita ut dicitur, sit ita quia dicitur, ne qui non solet mentiatur*. Id.

11. In edit. Rom. *arbitrium*. Apud Baron. & Lab. *arbitrum*. Rectius Garn. ut in mss. *arbitram*. Jam Anastasius C Rufini Origenisque caussas incipit distinguere, ac de Rufino judicium sustinens, sententiam suam de Origene aperte exponit. Id.

12. Ita mss. At editi, *nescivit*, nisi quod Garnerius totum locum istum sic de suo mutavit: *nostrum studium nesciit, quod vero sit animi mei propositum*. Verum hujusmodi mutationes editori licitas non putamus. At *locus*, inquit, *prout est in omnibus codicibus, eget OEdipo*. Esto: nonne præstat omnium codicum verba etiam non intellecta retinere, quam ea invertendo intelligentiam auctori suo substituere alienam? Hoc tamen Anastasius, si mentem ejus assequor, sibi vult: Cum scopus noster, in ipsius epistolæ fronte propositus, sit *de nomine Rufini*, de quo uno etiam a te consultus sum, nostri hujus propositi non est indagare quis Origenes fuerit: quod tamen animi mei studium, quis affectus erga eum, quæ de illo sententia sit, paucis tibi aperiam. Re ipsa paululum a Rufino digressus, ut suam de Origene sententiam promeret, intermissam de illo orationem repetit. Neque etiam Origenes, antequam Hieronymus ac Rufinus aliquot opera illius latinitate donarent, Latinis omnino incognitus dicendus est, cum & antea in eo interpretando Victorinus, Hila-

paullisper super hoc conferam sanctitate. Hoc igitur mente concepi, [1] quod urbis nostræ populis de translatis Origenis lectio patefecit, quadam puris mentibus velut nebula cæcitatis injecta, fidem Apostolorum & majorum traditione firmatam velut deviis anfractibus illum voluisse dissolvere.

IV. [2] Discere hoc loco libet, quid agat in Romanam linguam ista translatio. Approbo, si accusat auctorem, & exsecrandum factum populis prodit, ut justis tandem odiis teneatur, quem jam dudum fama constrinxerat. Si vero interpres tantorum malorum [3] consensum præstat, & legenda prodit in populos; nihil aliud sui opera laboris exstruxit, nisi ut propriæ [4] veluti mentis arbitrio hæc, quæ sola, B quæ prima, quæ apud catholicos Christianos [5] vera A fide jam exinde ab Apostolis in hoc usque tempus tenentur, [6] inopinatæ titulo assertionis everteret.

V. Absit [7] hoc ab ecclesiæ Romanæ catholica disciplina. Numquam profecto eveniet, aliqua ut hæc admittamus ratione, quæ jure meritoque damnamus. Quapropter illa toto orbe Christi Dei nostri diffusa providentia probare dignabitur, accipere nos omnino non posse quæ Ecclesiam maculent, probatos mores evertant, aures circumstantium vulnerent, jurgia, iras, dissensionesque disponant. Qua re [8] moti, qualem epistolam ad fratrem & coepiscopum nostrum [9] Venerium diligentiori cura perscriptam parvitas nostra transmiserit, ex subditis poteris comprobare. * „ Unde igitur habeat se-
„ cum ille qui transtulit, servetque sibi hanc con-

rius & Ambrosius operam suam contulerint. Unde & Rufino in superiore epistola dicere licuit: *Origenis ego neque defensor neque assertor sum, neque primus interpres: alii ante me hoc idem opus fecerant; feci & ego postremus*. Observat tamen Hieronymus lib. 1. apol. contigisse, *ut totus orbis post translationem* (Rufini) *in Origenis odia exarserit, quem antea simpliciter lectitabat*. COUTANT.

1. Editi, Garnerio excepto, *quod qui urbis nostræ populis de translata Origenis lectione patefecit, quamdam puris mentibus velut nebulam excitans injectam, fidem Apostolorum* &c. Notat Garnerius in mss. Bellovac. & Vatic. haberi, *Quod urbis nostræ populis lectione* (ubi lapsus est memoriæ; nam in Bellovac. reperimus *lectio*) *patefecit, quamdam puris mentibus veluti nebulam cæcitatis injectam*. Ipse in hoc loco restaurando se multum laborasse professus, hunc ita edidit: *Hoc igitur mente concipi* (librarii oscitantia pro *concepi*,) *illum qui urbis nostræ populis opera translata Origenis lectione patefecit, quamdam puris mentibus veluti nebulam cæcitatis injicere, fidemque Apostolorum & majorum traditione firmatam velut deviis anfractibus voluisse dissolvere*. At cui probanda videatur lectio, in qua præter mss. fidem tot mutata cernat? Ac primo quidem additur *illum qui*, ubi non erat. Tum substituitur *opera translata* ubi erat *de translatis*, item, *lectione* pro *lectio*, & *injicere* loco verbi *injectam*. Exinde post *fidem* rursum adjicitur conjunctio *que*; ac demum vox *illum* ante *voluisse dissolvere* supprimitur. Sed neque tot mutationibus plana omnino & perspicua efficitur oratio: quid enim hæc sibi velint, *qui opera translata Origenis lectione patefecit*., non satis percipitur. Nostra autem lectio eo potior videri debet, quod ex veterum codicum fide expressa sit nulla voce addita, nulla demta, nulla suo loco mota, sed tantum in his, *quam-* D *dam puris mentibus velut nebulam cæcitatis injectam*, expuncta littera *m*, quam in mss. sæpissime a librariis perperam adjici experientia est. Unde & observarunt nonnulli grammatices periti accusandi casum pro sexto antiquis fuisse usitatum. Neque vero temere expunctam censebit, qui inferius n. 4. de eadem doctrina legerit dictum, *qua devotas mentes immissa sui caligine labefactare conetur*. Præterea ut *illum*, quem Anastasius mente concepit apostolicam traditionem dissolvere voluisse, Origenem non Rufinum intelligamus, & quod antecedit proxime, & quod consequitur, postulat. Hæc enim statim dicit, ut cum Joanne paucis ac veluti raptim & extra propositum de Origene quid sentiat communicaturum se prælocutus est. Deinceps vero ab omni adversus Rufinum judicio pronuntiando se se constanter sustinet, aperte significans necdum sibi exploratum esse, qua ille mente Origenem latine converterit, & quoad istud compertum habeat, de illo judicare se nil certo posse. Ex quo & de Rufino minime dici E liquet, illum apostolicam traditionem dissolvere voluisse. Nulla vero restabit obscuritas, *si concipiendum & sentiendum esse* ante verbum *patefecit* subaudiatur. ID.

2. Garner. *Dicere . . . . . quid aget . . . ista translatione & exsecrando factum, exosum populis prodit*. Retinendum cum editis aliis & mss. *Discere* &c. Incertus quippe Anastasius quo consilio Rufinus librorum περὶ ἀρχῶν interpretationem aggressus esset, hoc nunc rescire ac discere se cupere significat. Huc manifeste spectat illud Hieronymi lib. 2. *Si ideo interpretaris, ut eum hæreticum arguas,* C *nihil de græco mutes, & hoc ipsum præfatione testare, quod prudentissime papa Anastasius in epistola, quam contra te scribit ad episcopum Joannem, suo sermone complexus est*. Annus porro jam effluxerat, quo Anastasius scripserat ad Joannem, cum hæc Hieronymus dixit: adeoque necdum ulla tum adversus eum dicta erat sententia, sed injecta tantum de eo suspicio, quam ipsi amovere integrum adhuc & liberum esset. Certe Rufinum non damnat, quem *approbare* se conceptis verbis scribit, si auctorem a se translatum accusat. ID.

3. Editi *malorum erroribus consensum præstat, & legenda impia dogmata prodit*: castigantur auctoritate mss. ID.

4. Apud Garner. *propriæ voluntatis arbitrio*. Nostra lectio est ceterorum librorum. ID.

5. In mss. Bellov. *mera fide*. In edit. Rom. & concil. *Hanc quæ sola & quæ prima apud catholicos Christianos vera fides . . . tenetur*. ID.

6. Apud Garner. desideratur *inopinatæ*, quod hic perinde est atque *novæ* & cujus nec opinio hominum animos hactenus pervaserat. Vocis hujus loco in ms. Bellov. exstat *impiæ*. ID.

7. Ita mss. cum Garner. Alii vero editi, *Absit hæc ab Ecclesia Romana nequaquam catholica disciplina*. Jam sine ambagibus Origenis doctrinam a se damnari Anastasius declarat. ID.

8. In ms. Bellov. *moto*. Non displiceret *mota*, scil. *parvitas nostra*. In Clun. ut apud Garner. exstat *moti*, supple *cum essemus*. Vel hoc verbum ita construendum, quasi post sequeretur *transmiserimus*, non *parvitas nostra transmiserit*. In edit. Rom. & concil. depravate efferebatur iste locus in hunc modum: *Quare nosce qualem epistolam ad fratrem & coepiscopum nostrum Venerium diligentiori cura parvitas* (Rom. edit. *pravitas*) *nostra transmiserit, sibique hanc conscientiam fecerim, qua non superflua laborem formidine, neque inani timore soliciter*. Garnerius vero post verbum *moti* lacunam esse suspicatus, hanc de suo explendam censuit. Quamobrem Anastasii verbis sex prope versus adjicere non veritus, mutato dumtaxat charactere, hunc papam ex præconcepta mente sic inducit pronuntiantem: *Origenis quidem scripta & errores damnavimus: interpretem vero, cum non satis neque sua præfatione ad libros Origenis neque apologia ad nos missa se purgaverit, immo forte iisdem erroribus re ipsa consentiat, Romam ad judicium sedis apostolicæ vocavimus, & renuentem venire eadem sententia involvimus. Damnationis autem sententiam fratribus nostris Venerio & Chromatio scripsimus*. Tum in subnexo commentario hujusmodi additamentum triplici ratione approbare conatur, quarum nulla id quod vult, necessario conficit, ac præsertim duæ postremæ verbis Anastasii vel depravatis, vel perperam intellectis nituntur. Nonnulli autem characterem ideo mutatum arbitrantes, ut sententia adversus Origenem ac Rufinum prolata facilius secerneretur, additia Garnerii verba pro genuinis Anastasii acceperunt. Et in hunc quidem errorem lapsus est nominatim Ant. Pagius in Critico opere suo ad ann. 401. n. 9. Verum nulla jam subest ratio, cur hunc Anastasii locum, qualem exhibemus, non sanum aut integrum quis suspicetur. ID.

9. Is est Venerius Mediolanensis episcopus, ad quem simul & ad Anastasium nostrum anno 401. Carthaginense

* *Unde igitur habeat* cet.] Hæc verba usque ad hujus numeri finem, fragmentum esse Epistolæ quam ad Venerium *diligentiori cura perscriptam* se dedisse Anastasius heic testatur, existimat Vallarsius in edit. opp. Rufini tom. 1. pag. 411. „ Eosdem enim, inquit, sensus replicat circa interpretis conscientiam & prava auctoris dogmata, suique hac de re curas: quæ frustra erat repetere, nisi ex alio suimet scripto, consensus demonstrandi gratia, præter ea quæ ulterius infert. Idem ipsa indicant, quæ proxime præcedunt verba, *ex subditis poteris comprobare*; eoque magis postrema, quibus sectio concluditur: *Hæc mus sententia meæ forma processerit*.„ Hæc vir eruditus: ut propterea a reliquo contextu ea distinguere visum fuerit.

SÆCUL IV. CIRCA ANN. CHR. 399.



„ ſcientiam, non ſuperflua laboro formidine, neque inani timore ſolicitor. Mihi [1] certe cura non deerit Evangelii fidem circa meos cuſtodire populos, parteſque [2] corporis mei, per ſpatia diverſa terrarum [3], quantum poſſum, litteris convenire, ne qua profanæ interpretationis origo ſubrepat, quæ devotas mentes immiſſa ſui caligine [4] labefactare conetur. Illud quoque, quod eveniſſe gaudeo, tacere non potui, beatiſſimorum principum noſtrorum manaſſe reſponſa, quibus unuſquiſque Deo ſerviens ab Origenis lectione revocetur: [5] damnatumque ſententia principum, quem lectio rerum profana prodiderit. Hactenus ſententiæ meæ forma [6] proceſſerit. „

A VI. Quod te vero vulgi de Rufino querela ſolicitat, ut quoſdam [7] vagis ſuſpicionibus perſequaris; hanc tuam opinionem conſtringam divinæ lectionis exemplo, ſicut ſcriptum eſt: [a] *Non* [8] *ſic homo ut Deus; nam Deus videt in corde, homo videt in facie*. Itaque, frater cariſſime, omni ſuſpicione ſepoſita, [9] Rufinum propria mente perpende ſi Origenis dicta in latinum tranſtulit ac probavit: nec diſſimilis [10] a reo eſt, qui alienis vitiis præſtat aſſenſum. Illud tamen [11] tenere te cupio, ita haberi a noſtris partibus alienum, ut quid agat, & ubi ſit, [12] neſcire cupiamus. Ipſe denique viderit ubi poſſit abſolvi [13].

a I. Reg. XVI. 7.

concilium legatos mittere conſtituit, quemque Hieronymus poſt med. lib 2. n. 2. apol. cum Anaſtaſio item noſtro necnon Theophilo Alexandrino, Chromatio Aquilejenſi, & omni cum Orientis tum Occidentis Catholicorum ſynodo recenſet, *ut qui pari ſententia, quia pari & ſpiritu, illum* (Origenem) *hæreticum denuntiant populis*. COUTANT.

1. Mſs. *Mihi cura non deerit*. ID.

2. Garn. *parteſque corporis*, omiſſo *mei*, editi alii, *partes populi mei*: corriguntur ex mſs. Eccleſias *corporis ſui partes* ea loquendi ratione Anaſtaſius vocat, qua eaſdem & Cæleſtinus epiſt. 24. *membra* ac *viſcera ſua* nuncupat, & qua Siricius epiſt. 1. n. 21. ad omnia ſe reſpondiſſe memorat, *de quibus*, inquit Himerium alloquens, *ad Romanam eccleſiam, utpote caput tui corporis retuliſti*. ID.

3. In vulgatis heic additur *diffuſas*: quod non reperimus in ſcriptis. ID.

4. Ad hæc reſpiciens Hieronymus epiſt. 8 ad Demetriadem, ab Anaſtaſio perculſum ait caput hæreſeos, *quæ ſimplicitatem fidei, quæ Apoſtoli voce laudata eſt, polluere &* LABEFACTARE CONATA EST. ID.

5. Ita mſs. cum Garner. Alii vero editi, *damnandum*, & mox *lectio rerum*, non *reum*. Quæ hic memorantur principum reſponſa, nuſquam comparent. Hieronymus quidem lib. 1. apolog prædicat, *Imperatorum ſcripta, quæ de Alexandria & Ægypto Origeniſtas pelli jubent*, ſed librorum Origenis lectionem iis interdici tacet. Immo circa id tempus a Tranquillino de Origene conſultus, *utrum ſecundum fratrem Fauſtinum penitus reſpuendus ſit, an ſecundum quoſdam legendus ex parte*: reſcribit epiſt. 76. *Origenem propter eruditionem ſic interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, Novatum, Arnobium* &c. Quærunt eruditi, Honorio ne, an Arcadio, hoc eſt, num Occidentis, an Orientis imperatori reſponſa illa tribuenda ſint. Non deſunt qui ea ab Honorio, Marcello ac ceteris, a quibus Origenis damnatio exſpectabatur inſtantibus, prodiiſſe putent. Ex verbis tamen Poſthumiani apud Sulpicium dial. 1. c. 3. colligere licet, ea ab Orientis imperatore manaſſe. Primo enim præmittit, fœda Alexandriæ epiſcopos inter & monachos extitiſſe certamina *ex ea occaſione, quia congregati in unum ſæpius ſacerdotes frequentibus decreviſſe ſynodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret aut haberet*; ac paullo poſt ſubdit: *Per diverſas oras monachi ſunt fugati, ita ut* PROPOSITIS EDICTIS *in nulla conſiſtere ſede ſinerentur*. Valde enim probabile eſt, Origene a Theophilo & ſynodo ejus damnato, atque operum illius interdicta lectione, epiſcopos Ægypti, cum ſynodalibus conſtitutis nihil proficere ſe experti eſſent, edicta petiiſſe Imperialia, & monachos, cum horum edictorum auctoritate ab Origenis lectione abſterreri non poſſent, aut id certe prætexeretur, undique fugatos eſſe. Veri etiam eſt ſimile, reſcripta illa, quibus Origenis lectio prohibebatur, ad normam ac formam eſſe concinnata edictorum illorum, quæ Codex Theod. lib. 16. tit. 5. leg. 34 exhibet, anno 398. Martii 4. die datorum, quibus Arcadius & Honorius Montaniſtarum aut Eunomianorum codices legi vetant; eoſque igni cremari jubent. ID.

6. Edidit Garnerius *præceſſerit* eaque lectione confirmari putat quod ſuperius ſenſerat de lacuna, in qua ſententiam adverſus Origenem ac Rufinum prolatam deſiderari exiſtimavit. Verum non in aliis tantum editis, ſed & in mſs exſtat *proceſſerit*, & rectius quidem. Hoc enim ſibi vult: Ex occaſione novæ librorum περὶ ἀρχῶν interpretationis, quam Rufinus in lucem emiſit, quid agendum quidve ſentiendum ſit, hactenus aperui. Sane hic *ſenten-*

B *tiæ* vox non latam a judice ſententiam ſed ad ea quæ fuerant quæſita datam reſponſionem ſonat: quaſi uno verbo diceret, Hactenus quid ſentirem explicui. ID.

7. Edit. Rom. & concil *malis ſuſpicionibus perſequaris, hanc etiam opinionem*: corriguntur ex mſs. & Garnerio: cui quidem Anaſtaſius heic *videtur loqui de Hieronymo, Hieronymique amicis Pammachio, Oceano & Marcella, qui multum re ipſa contulerunt ad promovendam Origeniſtarum condemnationem*. Et in eos quidem, quos Rufinus in ſuperiore epiſtola n. 1. *æmulos* ſuos vocat, cadere videntur vagæ illæ ſuſpiciones. Cum autem in eo eſſent poſitæ, quod Joannes Rufini accuſatores livoris & invidiæ ſuſpectos haberi vellet, cumque livor internum ſit malum ſolius Dei oculis notum: recte monet Anaſtaſius Deum unum in corde, hominem autem tantum in facie & quæ foris parent videre. Neque vero hic notari putem ſuſpiciones de Hieronymo ſparſas, de quibus Pammachius & Oceanus ad Hieronymum ipſum epiſt 64. ita ſcribunt:

C *Purga ergo ſuſpiciones hominum, & convince criminationem: ne ſi diſſimulaveris, conſentire videaris*. ID.

8. Ita Garn. cum mſs. Alii vero editi, *non ſicut videt homo, ita & Deus*. Mox cum iiſdem editis etiam Garn. *homo in facie*, omiſſo verbo *videt*, quod revocatur ex mſs. ID.

9. Editi, *Rufinum ſcito quod propria mente Origenis dicta* &c. caſtigantur ex mſs. Quemadmodum ſuperius Anaſtaſius Rufinum conſcientiæ ſuæ permittit, ac prius quam de illo quidquam definiat, diſcere cupit, auctoremne cujus interpres fuit accuſet, an erroribus ejus aſſentiatur: ita & nunc vult ut Joannes ab omni ſuſpicione liber ad explorandam Rufini mentem, quæ nondum probe perſpecta erat, progrediatur. ID.

10. In edit. Rom. & concil. *ab eo eſt*. Verius apud Garn. ut in mſs. *a reo eſt*. Iſtud argumentum Hieronymus Apolog. lib. 2. proſequens, Rufinum ſic urget: *Dic ergo quare*

D *Origenis mala in latinum verteris; ut auctorem mali proderes, an ut laudares? Si prodis, in præfatione cur laudas? Si laudas, hæreticus approbaris . . . Si hæc omnia probantur mala, igitur unius & auctor & interpres* REI *criminis ſunt*. Hujuſmodi autem argumento minime opus erat, ſi jam ab anno præterito Rufinus convictus ac damnatus ab Anaſtaſio fuiſſet. ID.

11. Ita Garn. cum mſs. At editi alii, *tamen ſcire cupio*. Mox *a noſtris partibus*, idem eſt quod a noſtra regione, nominatimque ab urbe Roma. ID.

12. Malim cum Vallarſio, *nec ſcire*.

13. Non ſane a lata ſententia, ſed ab injectis ſuſpicionibus. Ubi enim quis dicta ſententia damnatus fuit, ſi ſupremus eſt judex qui illam dixit, non ubivis, ſed apud eum unum, a quo damnatus eſt, abſolvi poteſt. Hinc argumentum ruit Garnerii, qui hæc verba de abſolutione judiciali interpretatus, iis probari putat Rufinum lata ſententia ab Anaſtaſio fuiſſe damnatum. A præconcepta

E illa opinione, quam & ante alii e corruptis epiſtolæ hujus exemplaribus ceperant, ſi ad eam caſtigandam vir eruditus acceſſiſſet liberior, aut ad eas quæ præſcribuntur editoribus attendiſſet leges, a mutationibus quas induxit, manus abſtinuiſſet. Illis certe liberum non eſt vocem ullam de ſuo addere, vel demere, aut loco movere. Multo minus ipſis licet auctorum ſuorum lectionem ad præconceptas opiniones accommodare: ſed præconceptæ opiniones beneficio lectionum, quæ illis adverſantur, corrigendæ. COUTANT.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
399.

## E P I S T O L A II.

### * AD SIMPLICIANUM.

*Studium Theophili ac vigilantiam laudat, cujus litteris conventus, Simpliciano Mediolanensi episcopo denuntiat, a se quoque Origenianæ hæresi inflictum esse anathema.*

*Domino Fratri* SIMPLICIANO ANASTASIUS.

I. GRandem solicitudinem atque excubias super gregem suum pastor habere adprobatur. Similiter & [1] ex alta turre caussa civitatis diu noctuque cautus speculator observat. Magister [2] providus navis hora tempestatis & periculi magnam patitur animi jactationem, ne procellis atque asperrimis fluctibus navis elidatur in saxa. Pari animo vir sanctus & honorabilis Theophilus, frater & coepiscopus noster, circa salutis commoda non desinit vigilare, ne Dei populus per diversas Ecclesias Origenem legendo, in magnas incurrat blasphemias.

II. Conventus litteris memorati, convenio sanctitatem tuam, ut [3] sicuti nos in urbe Roma positi, quam Princeps Apostolorum statuit & fide sua confirmavit gloriosus Petrus, ne quis contra præceptum legat hæc quæ diximus, damnavimus, & cum magnis precibus postulavimus, ut Evangelio- A rum instituta, quæ ex ore suo Dei & Christi docuit censura, [4] ab hac recedi omnino non debere, sed illud in memoriam deduci quod Paullus venerabilis Apostolus prædixit atque commonuit: [a] *Si quis vobis evangelizaverit præter quod evangelizatum est vobis, anathema sit*. Igitur hoc præceptum tenentes, illud quidquid est fidei nostræ contrarium, ab Origene quondam scriptum, indicavimus, a nobis esse alienum atque punitum.

III. Hæc sanctitati tuæ scripsimus per Eusebium presbyterum, qui calorem fidei gestans, & amorem circa Dominum habens, [5] quædam capitula blasphemiæ obtulit, quæ nos non solum horrui- B mus, & judicavimus, verum & si qua alia sunt ab Origene exposita, cum suo auctore pariter a nobis scias esse damnata. Dominus te incolumem custodiat, domine frater merito honorabilis.

*a* Gal. I. 8.

* De tempore quo scripta fuit hæc epistola, vide Vallars. ad tom. I. Hieron. in recens. epistt. XCIII. XCIV. XCV.

1. Uno verbo, nullo autem sensu, erat in archetypo *exultare*, quod ex ingenio emendare non dubitavimus tribus hisce verbis *ex alta turre*, quam scripturam & ipsa orationis series, & perspicui sensus necessitas postulabant. Proclive autem veteri librario fuerit, qui compendiarias exemplaris sui notas non intellexerit, unam pro tribus exscribere. VALLARS.

2. Mirum dictu est hoc loco, tam paucis in verbis, quam multa peccata sint a veteri amanuensi: siquidem erat in ms. *Magister hactenus navis hora tempestatis ecoris & periculo, magnam* &c. quæ conjectura tantum adducti mutare ausi sumus, cum nullum esset sensus dispendium, ne hujusmodi monstris lector offenderetur. *Ecoris* vero, quod nomen nihil est, penitus expunximus. ID.

3. Illud *sicuti* adverbium pro *similiter*, sive *eodem pacto* sumitur, cujusmodi exempla apud veteres Latinos scriptores invenimus. Tunc vero pro *ut*, *si &* legeris, perspicue etiam sensus constabit: nam laciniosus ferme totus est textus, librariorum culpa. ID.

4. Desunt heic loci quædam, quæ amanuensium veterum oscitantia exciderunt, puta *serventur; & constituimus*, aut quid simile; nec tamen, tot adhuc mendis impedita oratione, sancti Pontificis obscura mens est. ID.

5. Nimirum Cremonensis Eusebius, qui cum Romæ esset ab anno 398. Origenis libros περὶ Ἀρχῶν a Rufino latinitate donatos, primus accusavit palam, atque inde bla- C sphemiarum capitula excerpsit. Qui & Mediolani cum esset, per id nempe temporis, quo detulit hancce ad Simplicianum Anastasii epistolam, quamdam Rufino præsente recitavit ex ejus interpretatione Origenis sententiam, quam se impugnasse idem Rufinus l. 1. Invectivar. tradit: ID.

## [1] A P O L O G I A,

### Quam pro se misit Rufinus presbyter ad Anastasium Romanæ urbis episcopum.

*Rufinus ob interpretationem librorum Origenis περὶ ἀρχῶν in crimen vocatus, purgare se nititur edita fidei suæ expositione, de Trinitate, de Verbi incarnatione, de resurrectione, de judicio diaboli, de animarum origine. Demum Origenis se interpretem, non defensorem profitetur.*

I. AUdivi quosdam, cum apud beatitudinem tuam controversias sive de fide, sive de aliis nescio quibus quæstionibus commoverent, etiam mei nominis fecisse mentionem. Et tua quidem sanctitas velut ab ipsis incunabulis per ecclesiasticæ traditionis regulas instituta, de absente sibique bene & in fide & in caritate Dei cognito, D calumniantibus non accommodavit auditum. Ad me tamen quoniam appetitæ existimationis meæ fama pervenit: æquum putavi, ut quoniam ipse post triginta fere annos [2] parentibus redditus sum, & durum satis atque inhumanum erat, si tam cito desererem eos quos tam tarde reviseram, simul & quia [3] tam longi itineris labor fragiliorem me

1. Titulus iste ex mss. Coislin. & Navar. fuit descriptus. In Corbejensi simplicior est in hunc modum: *Apologia Rufini ad Anastasium papam*. COUTANT.

2. *Illud vero ridiculum*, inquit Hieronymus lib. 2. *quod post 30. annos ad parentes se reversum jactat, homo qui nec patrem habet nec matrem, nisi forte* PARENTES *militari vulgarique sermone cognatos & affines nominat*. Ex hoc vulgari usu originem habet Gallica vox *parents* etiam pro cognatis. ID.

3. In vulgatis, *jam longi*. In ms. Coislin. *tam longi*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 299.

reddit ad iterandos labores, litteris meis satisface- A rem beatitudini tuæ: non ut de sancta mente tua, quæ velut quoddam Dei sacrarium aliquid iniquum non recipit, maculam suspicionis abstergerem; sed ut æmulis adversum me forte oblatrantibus, baculum quemdam tibi confessionis meæ quo abigerentur offerrem.

II. Quamvis igitur fides nostra persecutionis hæreticorum tempore, cum in sancta Alexandrina ecclesia degeremus, in carceribus & exsiliis quæ [1] pro fide inferebantur, probata sit: tamen & nunc si quis est, qui vel tentare fidem nostram cupit, vel audire, vel discere, sciat quod * de Trinitate ita credimus. Quod unius naturæ sit, unius deitatis, unius ejusdemque virtutis atque substantiæ, nec inter Patrem & Filium & Spiritum sanctum sit prorsus ulla diversitas, nisi quod ille pater est, & hic filius, & ille Spiritus sanctus; Trinitas in subsistentibus personis, unitas in natura atque substantia.

III. Filium quoque Dei in novissimis diebus natum esse confitemur ex Virgine & Spiritu sancto: carnem naturæ humanæ atque animam suscepisse; in [2] qua & passus est, & sepultus, & resurrexit a mortuis: in eadem ipsa carne resurgens, ** quæ deposita fuerat in sepulcro: cum qua carne simul atque anima post resurrectionem adscendit in cæ- C los: unde & venturus exspectatur ad judicium [3] vivorum ac mortuorum.

IV. Sed & carnis nostræ resurrectionem fatemur integre & perfecte [4] futuram hujus ipsius carnis, in qua nunc vivimus. Non ut quidam calumniantur, alteram pro hac resurrecturam dicimus, sed hanc ipsam, nullo omnino ei membro amputato, vel aliqua corporis parte desecta: sed cui nihil omnino ex omni natura sua desit, nisi sola corruptio. Hoc enim promittit sanctus Apostolus [a], quod seminetur corpus in corruptione, & resurgat in incorruptione; & seminetur in infirmitate, surgat in virtute; seminetur in ignominia, surgat in gloria; B & quia seminetur corpus animale, resurgat corpus spiritale. Hæc nobis de resurrectione tradita sunt ab his, a quibus sanctum baptisma in Aquilejensi ecclesia consecuti sumus: quæ puto ipsa esse, quæ etiam apostolica [5] sedes tradere & docere consuevit.

V. Dicimus quoque & judicium futurum: in quo judicio unusquisque recipiat propria corporis, prout gessit, sive bona, sive mala. Quod si homines recepturi sunt pro operibus suis; quanto magis & diabolus, qui omnibus [6] exsistit caussa peccati? de quo illud sentimus quod scriptum est in Evangelio: [b] quia & ipse diabolus & omnes angeli ejus, cum his qui opera ejus faciunt, id est, qui C criminantur [7] fratres, cum ipso pariter æterni ignis

*a* I. Cor. xv. 44. *b* Matth. xxv. 41.

*qui*. Rectius in aliis, *tam longi*, quomodo & Hieronymus lib. 2. Apol. legit. Rufinum non modo accusatum, sed & Romam citatum innuunt hæc, quæ idem Doctor lib. 3. scribit; *Absentem* ( te vocas ) *qui accusatus respondere non audes, & tantum Romanæ urbis judicium fugis, ut magis obsidionem barbaricam, quam pacatæ urbis velis sententiam sustinere*. Quocirca & in ipsum cadit illud ejusdem epist. 16. ad Princip. *Acciti frequentibus litteris hæretici ut se defenderent, venire non sunt ausi, tantaque vis conscientiæ fuit, ut magis absentes damnari, quam præsentes coargui maluerint*. COUTANT.

1. Corb. ms. *quæ in fide*. Et hæc Rufini verba sugillans Hieronymus lib. 2. Apol. *Quæ exsilia*, inquit, *quos iste carceres nominat? Pudet me apertissimi mendacii; quasi carce-* D *res & exsilia absque judicum sententiis irrogentur*. Tum acta, quibus hæc ipsi irrogata sint, ut prodat urget. Si tamen fides, quam Rufinus exponit, probata intelligatur carceribus & exsiliis, non quæ sustinuerit ipse, sed quæ ejusdem fidei gratia sustinuerint viri quibus illam tradiderit, vel quos in ea secum consentientes habuerit, ab impudenti mendacio, in quod eum lapsum ægre credamus, purgabitur. ID.

2. Istud *in qua*, si tantum sequeretur verbum *passus*, ad *animam* referre liceret: sed a se ad *carnem* referri Rufinus indicat, dum mox subdit, *in eadem ipsa carne resurgens*. Circa animam, quam suscepit Jesus, tria hæc a Rufino quærit Hieronymus lib. 2. *Eratne antequam nasceretur ex Maria, an in origine virginali, quæ de Spiritu sancto nascebatur, cum corpore creata est*, ( hoc est, ut subinde loquitur, *an cœpit ex traduce*; ) *vel jam in utero corpore figurato, statim facta & missa est de cælo?* Ipse vero primam ex illis opinionibus, quæ est Origenis, & secundam, qua humanarum animarum atque bestialium una conditio statuitur, respuens, ac solam postremam ut orthodoxam probans, quæ sit ea de re Rufini sententia, rescire desiderat. ID.

3. In vulgatis ut in ms. Coislis. heic additur *judex*: quæ vox abundat, nec habetur in aliis mss. ID.

4. His Hieronymus additum voluisset, *in eodem sexu quo mortua sunt corpora; quod*, inquit, *Origenes negat*. Verum hæc Origenis sententia verbis proxime subnexis sat videtur exclusa. Alterius erroris circa resurrectionem Theophilus Alexandrinus in homilia 2. paschali ab Hieronymo latine conversa Origenem arguit, quod nimirum *non solum corruptibile, sed & mortale corpus suscitandum* putarit. Rufinus vero, cum corporum suscitatorum corruptionem respuit, opinionis hujus suspicionem a se removet. Non enim mors est sine corruptione. ID.

5. Nav. ms. *fides*. Corb. cum Coislin. *sedes tradere solent & docere*. ID.

6. Sic mss. heic. At in Hieronymi apologia lib. 2. cum hæc sententia tertio repetatur, vetus codex item *exsistit* bis, ac semel tantum *exstitit* habet: quod postremum in vulgatis constanter obtinet. Hoc in loco Rufinus, Hieronymi judicio, *videtur calumniam facere diabolo*, & dum in illum refert hominum crimina, homines ipsos *culpa liberare, atque arbitrii libertatem tollere*. Rufini tamen verba a sinistra hujusmodi interpretatione vindicare licet. Qui enim aliquem, a quo peccatum suggestum est, peccati caussam dicit, neque hominem illi obsequentem culpa liberare, neque arbitrii libertatem auferre censetur. ID.

7. In ms. Coislin. *criminantur patres*. Quam lectionem non admittit illud Hieronymi: *Quod autem imprecaris* FRATRIBUS, *hoc est criminatoribus tuis, æternos ignes cum diabolo, non tam* FRATRES *mihi videris premere, quam diabolum sublevare, cum iisdem, quibus homines Christiani, ignibus puniendus sit*. Verum hæc ipsa Hieronymi verba commodo interprete magis indigent, quam quæ reprehendit Rufini dicta. Ei quippe favere videntur opinioni, quam Augustinus lib. de fide & operibus confutat, qua nimirum ii, qui fidem Christianam servaverint, sed Christianis caruerint operibus, ab æterno igne aliquando liberandi existimantur. A qua opinione alienus non est Rufinus quidam, cujus fidem Joan. Garnerius ad calcem operum Marii Mercatoris pag. 114. edidit: utpote in cujus anathematismo 2. legimus: *Qui dicunt diabolo & dæmonibus* E *& impiis, hoc est, Gentilibus, Judæis, Samaritanis, omnibusque hæreticis* ( EXCEPTIS CHRISTIANIS *qui rectam fidem sequuntur & peccatores sunt* ) *aliquando parcendum, & pœnas eorum non esse perpetuas, anathema sint*. Certe inde consequens est, ut qui Christianis hominibus atque diabolo unum & idem supplicium imprecatur, diabolum censeatur sublevare, quatenus supplicium ejus non secus atque hominum Christianorum, finem habiturum sentire intelligitur. At Rufinus cum catholica Ecclesia sentiens etiam homines, qui fidem Christi susceperint, sed mandata Dei non servaverint, sempiternas ignis æterni pœnas esse passuros, hac loquendi ratione diabolum a meritis cruciatibus aliquando liberandum minime docet. Quocirca & in præfatione libri περὶ ἀρχῶν simili imprecatione utens,

* *De Trinitate ita credimus* cet. ] Quæ hinc subsequuntur de fide Trinitatis deque carnis resurrectione ad finem usque num. IV. Bachiarius in suo *de fide* libello totidem ferme verbis descripsit: quod hæc Rufini scriptio quanti jam tum fieret, indicio est. VALLARS. ad opp. Rufini tom. I. pag. 406.

** *Quæ deposita fuerat in sepulcro* ] Hanc verborum pericopam tacet cod. Guarnerianus. VALLARS. l. c. pag. 406.

[1] hereditate potientur. Si quis ergo negat diabolum æternis ignibus mancipandum, partem cum ipso æterni ignis accipiat; ut sentiat quod negavit.

VI. Audio & de anima quæstiones esse commotas. De qua re utrum recipi debeat querimonia, aut abjici, vos probate. Si autem & de me quid sentiam quæritur; fateor me de hac quæstione apud quam plurimos tractatorum diversa legisse. Legi quosdam dicentes, quod pariter cum corpore per humani seminis traducem etiam anima [2] diffundatur: & hoc quibus poterant assertionibus confirmabant. Quod puto inter Latinos Tertullianum sensisse, vel [3] Lactantium, fortassis & alios nonnullos. Alii asserunt, quod formatis in utero corporibus Deus quotidie faciat animas & infundat: alii [4] quod factas jam olim, id est, tunc cum omnia Deus creavit ex nihilo, nunc eas judicio suo dispenset in corpore. Hoc sentit & Origenes, & nonnulli alii Græcorum. Ego vero cum hæc singula legerim, Deo teste dico, quia usque ad præsens certi & definiti aliquid de hac quæstione non teneo; sed Deo relinquo scire quid sit in vero, & si cui ipse revelare dignabitur. Ego tamen hæc singula & legisse me non nego, & adhuc ignorare confiteor: præter hoc quod manifeste tradidit Ecclesia, Deum esse & animarum & corporum creatorem.

VII. Sane quia audio etiam inde esse [5] disputatum, quod quædam Origenis, rogatus a fratribus, de græco in latinum transtuli: puto quod omnes intelligant, hæc pro solo livore culpari. Si enim aliquid est quod displiceat in auctore; quare id ad

A interpretem detorquetur? Sicut in græcis habetur, rogatus sum ut latinis ostenderem. Græcis sensibus verba dedi latina tantummodo. Sive ergo in illis sensibus laus inest aliqua, non est mea; sive culpa, similiter non est mea. Quin immo etiam illud adjeci, sicut in præfatiuncula mea designavi, ut in quantum possem aliquanta deciderem; illa tamen quæ mihi [6] ad suspicionem veniebant, quod non ab ipso Origene ita dicta, sed ab aliis viderentur inserta, propter hoc quod de eisdem rebus in aliis locis ejusdem auctoris catholice dictum legeram. Nemo ergo mihi ex hoc, quæso te sancte ac venerabilis & beate pater, conflet invidiam, nemo factionibus utatur & calumniis: quod in Ecclesia Dei fieri non licet.

B * Ubi enim simplicitas tuta erit & innocentia, si [7] hoc non erit? Origenis ego neque defensor sum, neque assertor, neque primus interpres: alii ante me hoc idem opus fecerant, feci & ego postremus rogatus a fratribus. Si jubetur ne fiat, jussio observari [8] solet in posterum. Si culpantur qui ante jussionem fecerunt: culpa a primis incipiat.

VIII. Ego enim præter hanc fidem, quam supra exposui, id est, quam ecclesia Romana & Alexandrina & Aquilejensis nostra tenet, quæque Jerosolymis prædicatur, aliam nec habui [9] umquam, nec habeo in Christi nomine, nec habebo. Et si

C quis aliter credit, quisquis ille est, anathema sit. Reddent autem in die judicii rationem hi, qui offendicula & dissensiones & scandala fratribus propter invidiam solam generant & livorem.

ait: *Illud sane omnem, qui hos libros vel descripturus est, vel lecturus est, in conspectu Dei Patris & Filii & Spiritus sancti contestor per futuri regni fidem, per resurrectionis ex mortuis sacramentum, per illum qui præparatus est diabolo & angelo ejus ignem, sic non* (lege *si non*, & supple *facit quod eum rogo*,) *illum locum hereditate æterna possideat, ubi & fletus & stridor dentium, & ubi ignis eorum non exstinguetur & vermis eorum non morietur: ne addat aliquid huic scripturæ, ne auferat*. COUTANT.

1. In vulgatis, *hereditatem patientur*. Verius in mss. legi, *hereditate potientur*, ex censura liquet Hieronymi, qui istud e verbo græco κληρονομήσουσιν expressum, atque contra latini sermonis puritatem conversum esse notans, *Quis enim*, inquit *umquam audivit potiri ignibus & frui suppliciis?* ID.

2. Coislin. ms. *infundatur*. Deinde in Navar: additur *sermonibus sive* ante verbum *assertionibus*: glossema quod abest ab aliis libris, quodque Hieronymus nesciit. ID.

3. In hæc Hieronymus apolog. lib. 2. *Quantum memoria suggerit, nisi tamen fallor, nescio me legisse Lactantium συσπειρομένην animam dicere. Ceterum qui legisse te scribis, dic in quo libro legeris*. Ac licet ibidem observet eum hac in re cunctabundum & cautum incedere, dum non ait Lactantium hoc sensisse, sed se putare hoc eum sensisse; mendacii tamen eum lib. 3. arguit his verbis: *Scribis tres de animabus esse sententias, unam quam sequitur Origenes; alteram quam Tertullianus & Lactantius, licet de Lactantio apertissime mentiaris*. Mentitus re ipsa fuisset, si opinionem illam huic scriptori haud dubius attribuisset. Lactantius enim lib. 7. n. 12. data opera probat animam *originem trahere de cælo*. At pro uno Lactantio plures Rufinus proferre potuisset prædictæ opinionis assertores; cum, Hieronymo ipso epist. 82. fatente, animam *ex traduce Tertullianus, Apollinaris & maxima pars Occidentalium autument*. ID.

4. Istud *quod* neque in nostris mss. exstat, neque exstabat in exemplari Hieronymi, qui inde phrasis hujus barbariem carpendi ansam arripuit. Id.

5. Sinceritas, ex sententia Hieronymi, postulabat ut *me esse accusatum* loco verbi *disputatum* diceret: *Quam prudenter*, inquit, *accusationem suam disputationem vocat*. ID.

6. Editi, *in suspicionem*: renitentibus mss. atque ipso Hieronymo, qui hæc ita deridet: *Mira eloquentia, & Attico flore variata, Quin immo etiam, &, Quæ mihi ad suspicionem veniebant*. Alia & in hunc locum majoris momenti idem Doctor edisserit, quæ consulat lector, si lubet. Id.

D

7. In vulgatis ut in ms. Coislin. *hic*. Ex aliis mss. restituimus *hoc*, supple *quod ego feci*. ID.

8. Ita mss. Corb. Navar. &c. cum Hieronymo. At editi cum ms. Coislin. *observari debet*. Hoc autem sibi vult Rufinus, jussione reum teneri solere, qui jussis morem post jussionem gerere negligeret, non qui ea prius quam juberentur, non observasset. Proximis autem verbis, *Alii ante me fecerunt*, Hieronymus se maxime impeti agnoscens, iis subdit: *Tandem evomuit quod volebat, & omnis animi tumor in nostræ accusationis erupit invidiam. Ubi interpretatur libros περὶ ἀρχῶν, me sequi se dicit. Ubi accusatur cur hoc fecerit, meum ponit exemplum: . . . Audiat igitur quod nescire se simulat. Nemo tibi objicit quare Origenem interpretatus es, alioqui Hilarius & Ambrosius hoc crimine tenebuntur: sed quia interpretatus hæretica præfationis tuæ laude firmasti*. ID.

E

9. Editi, *nec habui umquam in isto homine, nec habeo, nec habebo*: emendantur ex scriptis. ID.

* *Ubi enim — si hos non erit?* ] Coutantius maluit *hoc*, suppletque *quod ego feci*. Quæ quidem vitia sermonis atque incohærentias, nec peccavit Rufinus nec peccat. Nempe *hic* (sive *heic*) loci adverbium, alteri *ubi* respondet; sensusque perspicuus est, non licere in Ecclesia calumniari: *Ubi* enim tuta erit innocentia, si *heic* sive in Ecclesia non erit? VALLARS. l. c. pag. 407.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
400.

# ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΕΥΣΕΒΙΟΥ

## ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

## ΛΟΓΟΣ

### ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ ΚΥΡΙΑΚΗΣ.

# BEATI EUSEBII

## EPISCOPI ALEXANDRINI

## ORATIO

### DE DIE DOMINICO.

Μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἁγίας κυριακῆς, καθεζομένου τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου, τοῦ ἐπισκόπου, προσελθὼν ὁ Ἀλέξανδρος λέγει αὐτῷ· δέομαί σου, κύριέ μου, τίνος ἕνεκεν ἡμῖν ἐστιν ἀναγκαῖον φυλάττειν τὴν κυριακὴν, καὶ μὴ ἐργάζεσθαι, καὶ ποῖον κέρδος ἔχομεν μὴ ἐργαζόμενοι; ὁ δὲ μακάριος ἤρξατο λέγειν· ἄκουσον, τέκνον, καὶ ἐρῶ σοι, τίνος χάριν παραδέδοται τὸ φυλάσσειν ἡμᾶς τὴν κυριακὴν, καὶ μὴ ἐργάζεσθαι. ὅτε παρέδωκεν ὁ κύριος τὸ μυστήριον τοῖς μαθηταῖς, λαβὼν τὸν ἄρτον, εὐλόγησεν, καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λέγων· λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ὁμοίως καὶ τὸ ποτήριον δέδωκεν αὐτοῖς λέγων· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτο ἐστὶ τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, φησι. ἀνάμνησις τοίνυν τοῦ κυρίου ἐστὶν ἡ τῆς κυριακῆς ἁγία ἡμέρα, διὰ γὰρ τοῦτο καὶ κυριακὴ ἐκλήθη, ὡς κυρία τῶν ἡμερῶν. πρὸ γὰρ τοῦ δεσποτικοῦ πάθους, οὐκ ἐλέγετο κυριακὴ, ἀλλὰ πρώτη ἡμέρα. ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἀναστάσεως, ἤγουν τῆς κοσμοποιΐας, ἤρξατο ὁ κύριος. καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἀναστάσεως ἐδωρήσατο τῷ κόσμῳ, ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὡς ἔφημεν, καὶ τῶν ἁγίων μυστηρίων ἐκέλευσεν ἐπιτελεῖσθαι. ἀρχὴ οὖν πάσης ἀγαθοσύνης γέγονεν ὑμῖν ἡ τοιαύτη ἡμέρα, ἀρχὴ κτίσεως κόσμου, ἀρχὴ ἀναστάσεως, ἀρχὴ ἑβδομάδος. τρεῖς ἀρχὰς ἔχουσα ἡ ἡμέρα αὕτη, τριάδος τῆς ὑπεραγίας τὴν ἀρχὴν ὑποφαίνει.

A I. Poſt miſſam, die quodam dominico, ſedente beato Euſebio epiſcopo, accedens ad eum Alexander dixit: quæſo te, mi domine, qua de cauſſa nobis neceſſe eſt cuſtodire diem dominicum, & laboribus abſtinere? & quid præmii nobis eſt, labore abſtinentibus? Beatus ille dicere exorſus eſt: auſculta, fili, exponam tibi, cujus rei cauſſa traditum ſit, cuſtodire diem dominicum, & opere abſtinere. Cum traderet Dominus myſterium diſcipulis ſuis, accipiens panem, benedixit, eumque fractum dedit diſcipulis ſuis, inquiens: [a] *Accipite, edite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur, in remiſſionem peccatorum;* [b] *ſimiliter & poculum dedit illis, dicens: Bibite ex eo omnes, hic* B *eſt ſanguis meus novi teſtamenti, quod pro vobis & pro multis effunditur, in remiſſionem peccatorum: hoc facite*, inquit, *in meam commemorationem*. Commemoratio igitur Domini eſt ſacra dies dominica. Propterea enim vocatur Dominica, quaſi princeps dierum. Nam ante paſſionem dominicam non vocabatur Dominica, ſed dies prima. Hac die primitias reſurrectionis, ſive creationis mundi, orſus eſt Dominus; eadem die primitias reſurrectionis donavit mundo: hac die, ut diximus, ſacra etiam myſteria peragere juſſit. Initium ergo omnis gratiæ hæc dies vobis attulit, initium creationis mundi, initium reſurrectionis, initium hebdomadis. Tria initia complectens dies iſta, ſacroſanctæ C Trinitatis principatum commonſtrat.

Ἑπτὰ τοίνυν ἡμέρας ἡ ἑβδομὰς ἔχουσα, τὰς ἓξ δέδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, ἐργάζεσθαι, καὶ τὴν μίαν δέδωκεν ἡμῖν, εἰς εὐχὴν καὶ ἀνάπαυσιν, καὶ λύσιν κακῶν, καὶ ἵνα, εἴτε ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις ἁμαρτήματα πεποιήκαμεν, ὑπὲρ τούτων ἐν τῇ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ τῷ Θεῷ ἐξιλασκώμεθα. ὄρθρισον οὖν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, πρόσελθε τῷ δεσπότῃ, ἐξομολόγησαι αὐτῷ τὰ ἁμαρτήματά σου, μετανόησον ἐν εὐχῇ καὶ καρδίᾳ συντετριμμένῃ, παράμεινον ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ λειτουργίᾳ, πλήρωσόν σου τὴν εὐχὴν, μηδαμῶς πρὸ τῆς ἀπολύσεως ἐξερχόμενος. ἴδε σοῦ τὸν δεσπότην μελιζόμενον, καὶ διαδιδόμενον, καὶ μὴ δαπανώμενον. καὶ εἰ μὲν ἔχεις καθαρόν σου τὸ συνειδὸς, πρόσελθε, καὶ κοινώνησον τοῦ σώματος, καὶ αἵματος τοῦ κυρίου· εἰ δὲ κατακρίνει σε τὸ συνειδὸς, ἐν πονηροῖς καὶ ἀτόποις ἔργοις, τὴν μὲν κοι-

II. Cum igitur ſeptem dies hebdomas habeat, eorum ſex Deus nobis dedit ad labores, unum vero nobis dedit ad preces & requiem, & expiationem malorum; ut, ſi ſex diebus peccata commiſerimus, ſuper his, die dominico, Deo reconciliemur. Mane igitur in Eccleſia Dei compare, accede ad Dominum, confitere ipſi peccata tua, pœnitentiam age precibus & corde contrito, permane in divina & ſacra liturgia, abſolve preces tuas, & nequaquam ante dimiſſam concionem egredere: contemplare Dominum tuum in partes diſtributum & D traditum, neque tamen conſumtum. Quod ſi puræ mentis tibi conſcius ſis, accede ad communionem corporis & ſanguinis Domini. Sin conſcientia te condemnet, ut male & inconſulte factorum reum, communionem quidem deprecare, donec illam ſa-

a I. Cor. xi, 24. b Luc. xxii. 20.

SECUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 400.



γωνίαν παραίτησαι, μέχρις ἂν διορθώσῃ ἑαυτὴν διὰ μετανοίας, τὴν δὲ εὐχὴν παράμεινον, καὶ μὴ ἐξέλθῃς τῆς ἐκκλησίας, ἐὰν μὴ ἀπολυθῇς. μνήσθητι Ἰούδα, τοῦ προδότου. ἐκείνου γὰρ ἀρχὴ τῆς ἀπωλείας, τὸ μὴ παραμεῖναι μετὰ πάντων ἐν τῇ εὐχῇ γέγονε. λαβὼν δέ, φησιν, τὸν ἄρτον, πρῶτος πάντων ἐξῆλθεν, καὶ εὐθέως εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ σατανᾶς, καὶ ἐσπούδασεν εἰς τὸ προδοῦναι τὸν κύριον. ἐὰν οὖν πρὸ τῆς ἀπολύσεως ἐξέλθῃς, μιμητὴς γέγονας τοῦ Ἰούδα. μὴ τοίνυν διὰ βραχεῖαν ὥραν μέλλεις μετὰ τοῦ Ἰούδα κατακρίνεσθαι· οὐδέν σε βλάπτει ἡ παραμονή. οὐ χιόνας ἔχει ἡ ἐκκλησία ἔνδον, οὐ πῦρ, οὐχ ἕτερον κολαστήριον οὐδέν, ἀλλ' ἢ μόνον ὑπομονῆς ἐστι χρεία ῥοπῆς μιᾶς, καὶ ἀπήρτισταί σου ἡ εὐχή.

A paris pœnitentia, precibus vero assiste, neque egredere Ecclesia, nisi dimissus. Memento Judæ proditoris. Interitus enim illius principium erat, quod non cum ceteris omnibus in oratione perstiterat ad preces. [a] Cum accepisset panem, inquit (Joannes,) primus omnium egressus est, & continuo in illum ingressus est satanas, & properavit ad prodendum Dominum. Si ergo ante missam egrederis, Judam imitaris. Num vero propter brevem horæ moram cum Juda vis condemnari? Nihil tibi nocet illa permansio; nec nives intus habet Ecclesia, nec ignem, nec aliud incommodum; sed exigui tantum momenti patientia opus est, ut preces tuæ absolvantur.

B

Δι' οὐδὲν δ' ἕτερον φυλάττομεν τὴν ἡμέραν τῆς κυριακῆς, ἀλλ' ἵνα τοῦ ἔργου ἀπεχόμεθα, καὶ τῇ εὐχῇ σχολάσωμεν· εἰ δὲ τοῦ ἔργου ἀπέχεις, εἰς τὴν ἐκκλησίαν δὲ οὐκ εἰσέρχῃ, οὐδὲν ἐκέρδανας. τοὐναντίον μὲν οὖν οὐ μικρῶς ἑαυτὸν κατέβλαψας. πολλοὶ δὲ ἐκδέχονται τὴν κυριακήν, ἀλλ' οὐχ ἑνὶ σκοπῷ πάντες. οἱ δὲ φοβούμενοι τὸν Θεὸν ἐκδέχονται τὴν κυριακήν, ἵνα τὴν εὐχὴν τῷ Θεῷ ἀναπέμψωσι, καὶ τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος ἀπολαύσωσιν· οἱ δὲ ῥᾴθυμοι καὶ ἀμελεῖς ἐκδέχονται τὴν κυριακήν, ἵνα τοῦ ἔργου ἀπεχόμενοι, τοῖς κακοῖς σχολάσωσι. καὶ ὅτι οὐ ψεύδομαι, μαρτυρεῖ τὰ πράγματα. ἔξελθε ἐν τῇ μέσῃ ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ, καὶ οὐδὲν εὑρήσεις. ἔξελθε ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κυριακῆς, καὶ εὑρήσεις τοὺς μὲν κιθαρίζοντας, ἄλλους ἐπικροτοῦντας καὶ ὀρχουμένους, ἄλλους καθεζομένους, καὶ σκώπτοντας τὸν πλησίον, καὶ λοιδοροῦντας, ἄλλους παλαίοντας, ἑτέρους διαπληκτιζομένους πρὸς ἀλλήλους, ἄλλους ἐπὶ κακῷ διανεύοντας, καὶ εἴπου κιθάρα καὶ ὄρχησις, ἐκεῖ πάντες τρέχουσι. καλεῖ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὁ κήρυξ, καὶ πάντες ὄκνον προβάλλονται, καὶ ἀδυναμίαν. γέγονε κιθάρας ἦχος, ἢ αὐλοῦ, ἢ κρότος ὀρχήσεως, καὶ πάντες, ὡς ὑπόπτεροι, ἐκεῖ προφθάνουσι. τί θεωροῦσιν οἱ ἐρχόμενοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν; ἐγώ σοι λέγω, τὸν δεσπότην Χριστὸν ἐπὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἀνακείμενον, τῶν σεραφὶμ τὸν τρισάγιον ὕμνον ᾀδόμενον, πνεύματος ἁγίου παρουσίαν καὶ ἐπιφοίτησιν, τὸν προφήτην καὶ βασιλέα Δαβὶδ κελαδοῦμενον, τὸν εὐλογημένον ἀπόστολον Παῦλον τὴν οἰκείαν ἐνηχοῦντα διδασκαλίαν ταῖς τῶν ἁπάντων ἀκοαῖς, τὸν τῶν ἀγγέλων ὕμνον, τὸ ἀκατάπαυστον ἀλληλούϊα, εὐαγγελικὰς φωνάς, δεσποτικὰ παραγγέλματα, τὴν τῶν ὁσίων ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων νουθεσίαν τε καὶ παραίνεσιν, ὅλα πνευματικά, ὅλα οὐράνια, ὅλα σωτηρίας καὶ βασιλείας πρόξενα. ταῦτα ἀκούει, ταῦτα ὁρᾷ, ὁ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐρχόμενος. τί θεωροῦσιν οἱ εἰς τὰ θέατρα τρέχοντες; γυναῖκας πορνευομένας, ᾄσματα διαβολικά, φωνὰς αἰσχρότητος πλήρεις, καὶ ἀταξίας, γυναῖκας ὀρχουμένας, μᾶλλον δὲ δαιμονιζομένας. τί γὰρ καὶ ποιεῖ ἡ ὀρχουμένη; οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ αὐθαιρέτως δαιμονίζεται. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ κιθαρῳδός, ὥσπερ τις δαίμων, τῷ ξύλῳ προσμάχεται. ταῦτα τὰ θεάματα τῶν θεάτρων, ὅλα δαιμονικά, ὅλα ἀπωλείας πρόξενα, ὅλα δαιμονίων ἐπιτηδεύματα. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μισθὸς αὐτῶν πονηρός. τοιοῦτον ἦν τὸ συμπόσιον τοῦ Ἡρώδου, καὶ εἰσελθοῦσα ἡ Ἡρωδιάς, ὠρχήσατο, καὶ τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ ἀπέτεμε, καὶ τὰ καταχθόνια τοῦ ᾅδου ἐκληρονόμησεν· οἱ οὖν τῆς ἐκείνης ἀγαπῶντες κακότεχνον ὄρχησιν, μετ' αὐτῆς ἔχουσι τὴν μερίδα, καὶ τὴν κατάκρισιν.

III. Nullam aliam ob caussam observamus diem dominicam, quam ut laborem intermittamus, & orationi vacemus. Si vero, intermisso labore, Ecclesiam non adeas, nihil lucratus es, immo potius tibi ipsi non parum nocuisti. Multi exspectant diem dominicam, sed non uno omnes scopo. Qui Deum timent, diem dominicam exspectant, ut preces ad Deum fundant, & ut pretioso corpore ac sanguine recreentur: inertes vero & socordes diem dominicam exspectant ut intermisso labore, malis operibus vacent. Me nihil falsi dicere, facta ipsa testantur. Egredere medio quodam alio die, & nihil invenies: egredere die dominico, & invenies alios ci- C tharizantes, alios perstrepentes & saltantes, alios sedentes & cavillantes, convicianteſque proximum, alios luctantes, alios inter se pugnantes, alios nutu se invicem ad mala vocantes, & sicubi cithara est & saltatio, eo omnes concurrunt. Vocat ad Ecclesiam præco; omnes somnum obtendunt & infirmitatem. Oritur sonus citharæ, vel tibiæ, vel strepitus saltationis; omnes, quasi alis vecti, eo properant. Quid spectant venientes in Ecclesiam? ego dicam tibi, Dominum Christum super mensa sacra jacentem, Seraphim ter sanctum hymnum decantatum, Spiritus sancti præsentiam & adventum, prophetam, & regem David personantem, benedictum Apostolum Paullum omnium auribus doctrinam suam D inculcantem, hymnum Angelorum, & assiduum alleluja, voces evangelicas, admonitiones dominicas, venerabilium episcoporum & presbyterorum institutionem & cohortationem, omnia spiritualia, omnia cælestia, omnia salutem & regnum cælorum nobis conciliantia. Hæc audit, hæc spectat, quicumque in Ecclesiam venit. Quid vero spectant, qui in theatra currunt? mulieres scortantes, cantiones diabolicas, voces turpitudinis & perversitatis plenas, mulieres saltantes, immo potius a malo genio correptas. Quid enim agit saltatrix? nihil aliud, quam ut sponte se dæmoni regendam præbeat. Similiter & citharœdus, quasi dæmon aliquis, cum ligno confligitur. Hæc theatrorum spe- E ctacula prorsus diabolica, prorsus perniciosa, prorsus a diabolis instituta sunt. Propterea & merces illorum mala est. Tale erat convivium Herodis, ad quod ingressa Herodiadis filia saltavit, & caput Joannis Baptistæ amputavit, & infima orci sortita est. Qui igitur maleficam illius saltationem adamant, ejusdem quoque condemnationis participes sunt.

Ἀρκέσθητι οὖν, ἀγαπητέ, ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις εἰς τὰ βιωτικὰ πράγματα ἀσχολούμενος, καὶ παῦσαι κακοπραγίας ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κυριακῆς. οἶδα πολλοὺς οἳ πρὸς ἀλλήλους πράγματα ἔχοντας, καὶ φιλονει-

IV. Satis ergo habeas, dilecte, sex diebus hujus vitæ negotiis occupari, & die dominica ex infelici illo labore quiescas. Novi multos, aliquid negotii cum aliis habentes, litiumque amantes, qui di-

[a] Joan. XIII. 27.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 400.

κῶντας, λέγοντας· ἔρχεται ἡ κυριακή, καὶ τὴν δίκην λέγομεν· ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, εὔξασθαι προσετάγης τῇ κυριακῇ, οὐχὶ δὲ καὶ δικαστήρια συνιστᾷν. ἔρχεται οὖν ἡ κυριακή, καὶ ὁ ἔχων τὴν δίκην, ὅλην τὴν νύκτα ἐκείνῳ σκέπτεται, κατὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ὅτε ὁ ὄρθρος ἀνατείλῃ, ὁπλίζεται κατ' αὐτοῦ. συνήθεια δὲ αὕτη κεκράτηκε παρὰ τοῖς πολλοῖς, ἵνα, ὅτε ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐξέλθωσι, προκάθηνται ἔξω, καὶ πρῶτος πολλάκις ὁ πρεσβύτερος τοῦτο ποιεῖ, καὶ προβάλλουσι πρὸς ἀλλήλους πράγματα, διαπληκτισμούς, ὕβρεις, λοιδορίας, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ τὰ τούτων χείρονα. εἶτα πάλιν εἰσέρχονται εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀλλήλους ὑποβλέπονται, ὥσπερ θηρία τρίζοντες τοὺς ὀδόντας αὐτῶν. οὐαὶ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τῷ τὰ τοιαῦτα κινοῦντι, ἢ δικάζοντι ἐν ἡμέρᾳ κυριακῆς, καὶ μὴ ἀποδιδόντι τῷ κυρίῳ τὰς εὐχὰς ἐν τῇ τεταγμένῃ ὥρᾳ. ἐὰν δὲ καὶ πρὸ τῆς ἀπολύσεως γεύσηταί τις τῶν λαϊκῶν, μεγάλης κρίσεως καὶ τιμωρίας ἔνοχός ἐστιν· ἐὰν δὲ καὶ γευσάμενος κοινωνήσῃ τοῖς μυστηρίοις, μετὰ τοῦ προδότου Ἰούδα ἡ μερὶς αὐτοῦ ἐστιν. πολλοὺς οἶδα ἐν τῇ τοῦ ἁγίου πάσχα ἡμέρᾳ γευσαμένους καὶ κοινωνήσαντας, καὶ οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, καὶ μάλιστα, εἰ ἐν ἡλικίᾳ τελείᾳ ὦσι, ὅτι ἀντὶ τοῦ λύειν τὰ ἁμαρτήματα, μᾶλλον ἐπιφορτίζουσι ταῦτα· ἀλλὰ καὶ ὁ πονηρὰ ἔργα ἑαυτῷ συνειδὼς, καὶ πρὶν ἢ ταῦτα διὰ τῆς μετανοίας ἀπονίψασθαι, κοινωνῶν, τῆς αὐτῆς ἐστι κατακρίσεως. ὅσῳ γὰρ μείζων ἐστὶν ἡ ἡμέρα, μείζων ἐστὶ καὶ ἡ ἁμαρτία. ὅσοι δὲ καὶ ἀνέγκλητοι ὑπάρχουσιν, ὀφείλουσι καρτερεῖν μέχρι τῆς ἀπολύσεως, καὶ οὕτω κοινωνεῖν. οὐαὶ τοῖς ἐν τῇ κυριακῇ κιθαρίζουσιν, ἢ ὀρχουμένοις, ἢ δικαζομένοις, ἢ δικάζουσιν, ἢ ἐργαζομένοις, ἢ ὀμνύουσιν, ἢ ὁρκίζουσιν, ὅτι ἐν πυρὶ ἀσβέστῳ κατακριθήσονται, καὶ τὸ μέρος αὐτῶν μετὰ τῶν ὑποκριτῶν ἐστιν. αὕτη γὰρ ἡ ἡμέρα εἰς εὐχὴν καὶ λύσιν κακῶν ἐδόθη ἡμῖν, εἰς μετάνοιαν καὶ σωτηρίαν, εἰς ἀνάπαυσιν μισθίων, καὶ δούλων.

A cunt: advenıat dies dominica: caussa nobis dicenda est. Homo miser & infortunate! orare jussus es die dominica, num vero & judicio experiri? Imminet dies dominica, & qui lite implicitus est, totam noctem id meditatur contra proximum suum, & cum primum illuxit, armatur adversus illum. Mos autem apud multos invaluit, ut ex Ecclesia egressi, ante eam considеant, & primus sæpe hoc facit presbyter. Tum ordiuntur inter se caussas suas, dimicationes, contumelias, convicia & horum similia, immo etiam pejora: postea in Ecclesiam redeunt, infestis oculis se invicem intuentur, & ferarum more dentibus strident. Væ autem presbytero, talia promoventi aut judicanti die dominico, B & preces Domino stata hora non persolventi. Si quis laicorum ante missam cibum ceperit, gravis judicii ac pœnæ reus est; si vero, post sumtum cibum, mysteriorum quoque communione utatur, pars ejus erit cum Juda proditore. Multos novi sacro pascatis die cibum capientes, & communicantes. At væ animæ illorum, maxime, si confirmatæ jam ætatis sint. Nam tantum abest, ut peccata sua expient, ut potius aggravent illa. Sed & malefactorum sibi conscius, & antequam ea per pœnitentiam eluerit, communicans, in pari condemnatione est. Quanto enim major hæc dies, tanto majus etiam peccatum est. Sed & qui culpa vacant, usque ad missam jejunare debent, & ita com- C municare. Væ illis, qui die dominica citharizant, aut saltant, aut judicia obeunt vel exercent, aut opus faciunt, aut jusjurandum dant vel exigunt, quia igni inexstinguibili addicentur, [a] & pars eorum erit cum hypocritis. Nam dies hæc ad preces, & expiationem peccatorum data est nobis, ad pœnitentiam & salutem, ad requiem mercenariorum & servorum.

Αὕτη γὰρ ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος, ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. εὐφρανθῶμεν δὲ οὐ κραιπάλῃ καὶ μέθῃ σκοτούμενοι, ἀλλ' ἐν τῇ μελέτῃ τῶν θείων γραφῶν ἐντρυφῶντες. ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς ταύτην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ἤρξατο ποιῆσαι τὸν κόσμον· ἐν ᾗ τὸ τοῦ θανάτου κράτος κατέλυσε, καὶ ἐπωνόμασε ταύτην κυριακὴν, ἵνα καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος τῆς ἡμέρας αἰδεσθέντες φυλάξωμεν τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου. εἰσέρχεται μίσθιος εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ὑποτίθησιν ἑαυτὸν τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις οὐ τολμᾷ ἀνανεῦσαι καὶ ἰδεῖν τὸν ἥλιον, πόθεν ἦλθεν, καὶ ποῦ ὑπάγει, ἀλλὰ κατακοπτόμενος ἐν τοῖς ἔργοις σου συντρίβεται καὶ συγκλαίεται ὁ οἴκτιστος, ἐν ἱδρῶτί τε καὶ καμάτῳ, καὶ οὐδαμῶς συγχωρεῖται οὔτε ἀνανεῦσαι, οὔτε ἀναπαύεσθαι, καθάπερ ἔφημεν, ἀλλ' ἢ μόνον ἐκδέχεται τὴν κυριακὴν, ἵνα κἂν τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ ἀποτινάξηται, καὶ οὐ συγχωρεῖς αὐτῷ πολλάκις. καὶ ποίαν ἀπολογίαν ἕξεις, εἰπέ μοι. εἰσί τινες οἱ χάριν εὐποιΐας δῆθεν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κυριακῆς λέγοντες, δεῦτε, σήμερον βοηθήσωμεν τοῖς πένησιν ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν, καὶ οὐκ οἴδασιν, ὅτι ἐξ ὧν βούλονται ἀγαθοποιῆσαι, πλέον ἐξαμαρτάνουσι. θέλεις βοηθῆσαι τοῖς πένησι; μὴ κλέψῃς τοῦ Θεοῦ τὴν ἡμέραν, ἀλλὰ τὴν σὴν παράσχου τοῖς πένησιν ἐργασίαν, ἐξ ὧν ἔλαβες τοῦ ἐργάζεσθαι· ὅτε τὰ σὰ ἔργα ὀφείλουσι γενέσθαι, τότε μετάδος βοηθείας τοῖς πένησιν. ὅτε δὲ οἱ δοῦλοί σου, καὶ οἱ μίσθιοι, καὶ οἱ βόες ἀναπαύεσθαι ὀφείλουσιν, ἀποστερεῖς αὐτῶν τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ τοῖς πένησι δίδως. οἶδεν ὁ Θεὸς, τίνος ὁ κάματος. μὴ παρέλθῃς τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου, μὴ κλέψῃς τὴν ἡμέραν αὐτοῦ, μὴ ἀποστερήσῃς τοὺς

V. [b] *Hæc dies est quam fecit Dominus, exsultemus & lætemur in illa.* Lætemur autem non crapula & ebrietate caligantes, sed in meditatione divinarum litterarum delicias quærentes. Dedit nobis Deus D hunc diem, quo mundum condere cœpit, quo mortis potentiam fregit, eumque cognominavit dominicum, ut vel nominis ipsius reverentia commoti præcepta Domini custodiamus. Intrat mercenarius domum tuam, subit labores sibi a te impositos, & sex diebus vix oculos tollere audet & videre, unde sol oriatur aut ubi occidat, sed defatigatus operibus tuis atteritur, & collacrymat miser, in sudore & pulvere, nec respiciendi nec respirandi copiam nactus, quemadmodum diximus, nisi quod tantum diem dominicum exspectat, ut pulverem saltem a corpore suo abstergat, & sæpe ne hoc quidem illi concedis. Qualem, quæso, excusationem habebis? Sunt, qui, beneficentiæ scilicet caussa, die domi- E nica inquiunt, age, pauperibus hodie in operibus suis succurremus; & nesciunt, quod dum ita bene facere student, plus peccent. Si vis opitulari pauperibus, diem Deo consecratum ne suffurare, sed operam tuam pauperibus vicissim impende, quibus illam accepisti diebus; quo tempore tua opera fieri debent, illo opem fer pauperibus. Cum vero servi & mercenarii tui, & boves quiescere debent, quietem illis eripis, & pauperibus commodas. Novit Deus, cujus sit labor ille. Noli transgredi præceptum Domini, noli surripere diem ejus, noli adimere servis & mercenariis tuis requiem; noli te segregare a precibus, aut alios avocare ab Ecclesia. Nihil

a Matth. XXIV. 51. b Psalm. CXVII. 24.

δούλοις, καὶ τοῖς μισθίοις σου τὴν ἀνάπαυσιν, μὴ χωρισθῇς τῆς εὐχῆς, μὴ ἀποστῇς τῆς ἐκκλησίας. οὐδὲν γὰρ τῆς ἐκκλησίας ἀνώτερον, τοῦ οὐρανοῦ ὑψηλοτέρα ἐστὶν, τοῦ ἡλίου λαμπροτέρα, τῆς σελήνης, καὶ τῶν ἄστρων φωτινοτέρα, τοῦ κόσμου ὅλου ἐντιμοτέρα. οἶδα πολλοὺς, ὅτι παρέρχεται ἡ ἑβδομὰς ὁλόκληρος, καὶ οὐκ εἰσέρχονται εἰς τὴν ἐκκλησίαν, πολλάκις δὲ καὶ μὴ ὅλως. ἐὰν δὲ ἐπέλθῃ αὐτοῖς κακόν τι, διὰ τὴν κακοπραγίαν αὐτῶν, ἐπαιτιῶνται τὸν Θεὸν, καὶ οὐχ ἑαυτοὺς, λέγοντες· διὰ τί συνεχώρησεν ὁ Θεὸς τοῦτο γενέσθαι; καὶ οὐκ οἴδασιν, ὅτι ὅσον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας αὐτοὶ μακρύνονται, καὶ ὁ Θεὸς ἐξ αὐτῶν, καθὼς καὶ ὁ προφήτης φησίν· οἱ μακρύνοντες ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται.

Ἀρκεῖ τάχα ταῦτα, ἀγαπητοὶ, πρὸς νουθεσίαν καὶ φόβον πολλῶν. εἰ γὰρ ταῦτα οὐκ ἀρκεῖ, καὶ πείθει τοὺς ἀκούοντας, οὐδὲ τὰ πλείονα τούτων ἀκούσονται. φρονίμῳ γὰρ, φησιν, ἀνδρὶ εἷς λόγος αὐτάρκης, μωρῷ δὲ ἐξηγούμενος οὐ πείσεις τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἕως θανάτου. θέλεις μὴ ἐπελθεῖν σοι κακόν; τὴν κυριακὴν μὴ ὑβρίσῃς, τῶν πονηρῶν ἔργων ἀπόστηθι, τῇ εὐχῇ σχόλασον, τὸ στόμα σου ἀπὸ αἰσχρολογίας κατάπαυσον, μετὰ ἀνδρῶν εὐλαβῶν συναθροίσθητι, καὶ σὺν αὐτοῖς τῷ Θεῷ εὐχαρίστησον, δοξολογίαν ἀνάπεμψον. αὕτη γὰρ ἡ ἡμέρα, πολλαχῶς εἴρηται, εἰς τὴν εὐχὴν καὶ ἀνάπαυσιν ἐδόθη σοι. αὕτη οὖν ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ, καὶ τῷ ἐν αὐτῇ ἀναστάντι δόξαν ἀναπέμψωμεν, σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A enim est supra Ecclesiam, ipso cælo sublimiorem, sole splendidiorem, luna & astris lucidiorem, toto mundo pretiosiorem. Novi multos, qui per universam hebdomada Ecclesiam non adeunt, immo sæpe prorsus illam negligunt: si quid vero mali ipsis, ob malignitatem suam, accidat, ejus caussam in Deum, non in se ipsos conferunt, dicendo: cur Deus hoc fieri permisit? & non intelligunt, quod, dum ab Ecclesia se disjungunt, Deus illos vicissim deserat, sicut & propheta inquit: [a] *Qui elongant se a te peribunt.*

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 400.

B VI. Hæc fortasse sufficiunt, carissimi, ad multorum institutionem & timorem. Si qui enim his non moventur, illi nec pluribus morem gerent. Prudenti viro, inquit ille, vel verbum satis est; sed cor stulti omni institutione non movebis usque ad mortem. Vis nihil mali tibi accidere? diem dominicum ne profana, malis operibus abstine, precibus vaca, pravos sermones omitte, cum viris religiosis congregare, & cum iis Deo gratias age, laudesque ejus prædica. Hæc enim dies, ut sæpe diximus, ad preces & requiem tibi data est, *Hæc igitur illa est, quam fecit Dominus, gaudeamus & exsultemus in illa*; & ei qui hoc die resurrexit, gloriam tribuamus cum Patre & Spiritu sancto, nunc, semper & in sæcula sæculorum, Amen.

[a] Psalm. LXXII. 26.



Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 401.



# PHILONIS,
## CARPASII EPISCOPI,
## FRAGMENTA:

Ex ejus operibus sive deperditis, sive adhuc ineditis.

*Apud* COSMAM INDICOPLEUSTEN, Topograph. Christ. *lib.* X. *pagg.* 329. 330.

I.

Εἰς τὸ ἑξαήμερον, ἔνθα διαλαμβάνει περὶ τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ.

Εἰ γὰρ καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ἔβλεπες, ἀλλὰ τὸν ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸν ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων νοῆσαι ὤφειλες.

A *In* Hexaemeron, *ubi de cæco nato edisserit.*

Etiamsi enim ipsum hominem videbas, sed Deum in homine exsistentem ex ipsis operibus intelligere debebas.

I I.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ὑπομνήματος τῶν ᾀσμάτων, εἰς τό· φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ.

Ελαβε γὰρ ὁ μὲν υἱὸς τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἐνεδύσατο ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἀνταπέδωκεν αὐτῷ πάλιν εἰς κοινωνίαν αὐτῆς ἁγίαν τὴν σάρκα εἰς μετάληψιν.

EJUSDEM, *ex* Commentario in Cantica, *in illud* [a], Osculetur me osculis oris sui.

B Filius quippe Dei hominem accepit, quem ab Ecclesia sumtum induit; ac ipsi postea vicissim sanctam carnem suam comedendam ad communionem tribuit.

I I I.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τό· εἰσήνεγκέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμιεῖον αὐτοῦ.

Τοῦ δὲ ἐπουρανίου βασιλέως τὸ ταμεῖον, δηλονότι τὸ σῶμα, ὃ ἑαυτῷ ᾠκοδόμησεν οἶκον· ἔπειτα δὲ καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία.

EJUSDEM, *in illud* [b], Introduxit me rex in penuarium suum.

Cælestis regis penuarium, id est, corpus, quod sibi in domum exstruxit: deinde vero, regnum cælorum.

I V.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τό· βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς. τί ὡραιώθης, καὶ τί ἱδρύνθης.

Παρατρέχων γὰρ ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ γῆς, εἰς τὰ καθ' ᾅδην, καὶ κατώτερον ᾅδου βυθὸν κατελθὼν, ἐκεῖθεν ἀναστάσει τὸν τεθνεῶτα. καὶ μεθ' ἕτερα. ὡραιώθη γὰρ ὄντως καὶ ἱδρυώθη, οὐχ ἡ τῆς θεότητος δύναμις· οὐ γὰρ προσθήκην ἐπιδέχεται, ἢ μείωσιν· ἀλλ' ἡ σὰρξ ἣν ἀνείληφε, καὶ ὁ ἄνθρωπος, ὃν ἐφόρεσεν. οὗτος ὡραιώθη τῇ τῆς θεότητος ὡραιότητι συμμορφωθεὶς, καὶ ἱδρυώθη ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ.

C EJUSDEM, *in illud* [c], Rex ligatus in transcursibus, Cur speciosus factus es, & cur firmatus es?

Transcurrens enim a cælo in terram: ac in infernum, immo ad imum inferni descendens, inde mortuum extrahit. *Et quibusdam interpositis.* Vere quippe speciosa facta & firmata est, non virtus deitatis; neque enim accessionem admittit, vel imminutionem; sed caro, quam assumsit, & homo quem gestavit. Hic speciosus factus est, decore divinitatis ad similem formam redactus: atque firmatus est in regno cælorum in dextera Dei.

*a* Cant. I. 1. *b* Cant. II. 4. *c* Cant. VII. 5. sec. LXX.

# PALLADII

EPISCOPI HELENOPOLITANI

# DIALOGUS


DE VITA ET CONVERSATIONE

B. JOANNIS CHRYSOSTOMI episcopi CP.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 401.

# ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΙΣΤΟΡΙΚΟΣ
# ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ
## ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΕΛΕΝΟΥΠΟΛΕΩΣ [1]
### ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΠΡΟΣ ΘΕΟΔΩΡΟΝ ΔΙΑΚΟΝΟΝ ΡΩΜΗΣ.

*Περὶ βίου καὶ πολιτείας τοῦ μακαρίου Ιωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου.*



# DIALOGUS HISTORICUS
# PALLADII
## EPISCOPI HELENOPOLIS
### CUM THEODORO ECCLESIÆ ROMANÆ DIACONO.

*De vita & conversatione beati* Joannis Chrysostomi *episcopi Constantinopolis.*

## CAPUT I.

ΤΩΝ τοῦ Θεοῦ δωρημάτων, τὰ μέν ἐστιν, ὡς A ἔοικε, κοινὰ καὶ ἀμέριστα· κράτιστε ἀδελφὲ Θεόδωρε· τὰ δὲ, κοινὰ καὶ μεριστά. τρίτα τούτων ἐστὶν, ἃ, οὔτε κοινὰ, οὔτε μεριστὰ ἢ ἀμέριστα, ἀλλ' ἴδια, κατ' ἐξαίρετον δεδομένα οἷς δέδοται. ὁ Διάκονος. δεῦρο δὴ φράσον ἡμῖν ἑκάστου γένους τὴν τάξιν. ἐπιθάνως γὰρ προοιμιάσω. ὁ Ἐπίσκ. τὰ τῇ φύσει καλὰ, ὧν ἄνευ τὸ ζῆν μιαρὸν [2], κοινὰ καὶ ἀμέριστα. ὁ Διάκ. οἷον τί, πάτερ; ὁ Ἐπίσκ. πρῶτον, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἅμα τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, κοινός ἐστι καὶ ἀμέριστος. ἔξεστι γὰρ βουλομένῳ παντὶ, ὅλον αὐτὸν λαβεῖν τῇ θεωρίᾳ, πραγμάτων μὴ πειρώμενον. ἔπειτα μετὰ τὸν Θεὸν, αἱ ἅγιαι γραφαὶ, καὶ αἱ ὑπερκόσμιαι δυνάμεις. πρὸς ταύταις οὐρανὸς, ἥλιος, B σελήνη, καὶ σύμπας ὁ τῶν ἄστρων χορὸς, καὶ αὐτὸς ὁ ἀήρ· κοινὰ καὶ ἀμέριστα, ὅλα ὅλων. μέχρι τούτων ἡμῖν ἱστάσθω τῶν ἀμερίστων τὸ γένος. ἦν δέ ποτε καὶ ἡ γῆ κοινὴ καὶ ἀμέριστος ἅμα τοῖς τῶν ὑδάτων ῥείθροις· ἐξ οὗ δὲ ὁ τῆς πλεονεξίας οἶστρος ἐνεπετάσθη ταῖς τῶν φιληδόνων ψυχαῖς, κατέστη τὰ βαρύτερα στοιχεῖα γῆς τε καὶ ὕδατος μεριστά. ὁ Διάκ. σαφέστατα ἔχει τὰ εἰρημένα. προσαναπλήρωσον δὲ τὸν λόγον τοῦ δευτέρου γένους τῶν μεριστῶν. ὁ Ἐπίσκ. ἐπάναγκές ἐστι μὴ ἀτελὲς καταλεῖψαι τὸ τῆς ὑποθέσεως ὕφος. χρυσὸς τοίνυν καὶ ἄργυρος, καὶ πᾶσα ἡ μεταλλικὴ φύσις· πρός τε, δρυοτομικὴ ὕλη καὶ ὅσα τῶν μέσων, συλλήβδην εἰπεῖν, κοινὰ μέν ἐστιν, ἀλλ' ὅμως μεριστά. οὐ γὰρ παντὶ τῷ θέλοντι ὅλα C δι' ὅλου ἐπ' ἐξουσίας ὑπάρχει. ὁ Διάκ. ἔνδηλος καὶ οὗτος ὁ λόγος. ἀμφιβάλλω δὲ μήποτε ἀτονήσῃς περὶ τὰς ἀποδείξεις τοῦ τρίτου γένους τῶν ἐξαιρέτων. ὑποσχόμενος ὅτι ἐστί τινα ἃ μήτε κοινά ἐστι, μήτε μεριστά, ἀλλ' ἴδια κατ' ἐξαίρετον τῶν ἀξίων τῆς δωρεᾶς. ἐπιθεὶς οὖν τὴν κορωνίδα τῷ λόγῳ, ἀφήγησαι ἡμῖν, πόθεν παραγέγονας καὶ περὶ ὧν ποθοῦμεν μαθεῖν τ' ἀληθῆ. ὁ Ἐπίσκ. εἰ μὲν ἐπ' ἐμοὶ κεῖται, καὶ τούτων ἔχω τὴν γνῶσιν περὶ ὧν ποθεῖς τι μαθεῖν, οὐκ ἀποκνήσω ἢ ἀποκρύψω. τὸ μέντοι χρέος τοῦ λόγου, ὡς ὑπολαμβάνω, κατὰ δύ-

A Dona Dei, alia quidem sunt, ut videtur, communia & indivisa, optime frater Theodore: alia vero communia & divisa. Horum tertia sunt, quæ neque communia, neque divisa seu indivisa, sed propria; data secundum præcipuam gratiam iis quibus data sunt. Diaconus. Age, dic nobis uniuscujusque generis ordinem; probabiliter enim præfatus es. Ep. Quæ natura bona sunt, sine quibus vita [3] impia est, communia & indivisa. Diac. Quomodo, Pater? Ep. Primo quidem Deus universi cum unigenito ipsius Filio & Spiritu sancto communis est & indivisus. Unicuique enim licet, qui voluerit, sine ullo negotio ipsum totum contemplatione complecti. Deinde post Deum, divi- B næ Scripturæ, & supermundanæ virtutes. Præterea cælum, sol, luna, & omnis astrorum chorus, & ipse aer, communia sunt & indivisa, utpote omnia omnium. Intra hæc nobis consistat indivisorum genus. Erat etiam aliquando terra communis & indivisa simul cum aquarum fluentis. Ex quo vero avaritiæ ardor voluptariorum mentes occupavit, graviora terræ & aquæ elementa divisa sunt. Diac. Clara admodum sunt, quæ dixisti: rationem autem secundi generis divisorum adimple. Ep. Necesse est non relinqui imperfectum argumenti contextum. Aurum igitur & argentum, & omnis metallica natura; præterea lignaria materies, & ut uno verbo dicam, quæcumque media sunt, com- C munia quidem sunt, sed tamen divisa. Neque enim cuivis, ut ipsi libet, tota penitus in potestate sunt. Diac. Evidens adhuc & hic sermo. Sed dubito ne circa tertii donorum præcipuorum generis demonstrationem deficias, qui promiseris ostendere, quod aliqua sint quæ neque communia sunt neque divisa, sed propria secundum privilegium eorum qui digni fuerint eo munere. Imposito autem fine sermoni huic, edissere nobis unde venisti, & ea quorum veritatem scire desideramus. Ep. Si in me quidem id situm est, & si eorum quæ scire aves, notitiam habeo, non detrectabo, nec quidquam

1. In aliis, Ἀσπόνας. 2. Forte ἀνιαρόν.

3. Molesta.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

ναμιν προσαποδώσω. παρθενίας γοῦν καὶ τῆς λοιπῆς ἀγαμίας μερισμὸν οὐχ εὑρήσεις. οὐ γάρ εἰσι τοῦ γένους τῶν κοινῶν ἢ τῶν μεριστῶν. ἐπειδὴ οὐ πᾶς ὁ ποθῶν τὸ πρᾶγμα, καὶ παρθενεύει, ἀλλ' ὁ δυνάμενος. τῶν γὰρ γεγαμηκότων πολλοὶ γλίχονται μέν, οὐ φθάνουσι δέ, διὰ τὸ προειλῆφθαι ἐν συζυγίαις, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Ὀλυμπιακοῖς ἀγῶσι, καλεῖ μὲν ὁ κήρυξ τὸν βουλόμενον, στεφανοῖ δὲ τὸν νικήσαντα. τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ ἐπὶ τῆς ἁγνείας, καθὼς τὸ εὐαγγέλιον λέγει· τοῦ γὰρ Πέτρου ἀνθυπενεγκόντος τῷ σωτῆρι, εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός, οὐ συμφέρει γαμῆσαι. πρὸς οἷς ἔφησεν ὁ σωτήρ· ἀλλ' οὐ πάντων ἐστὶ χωρῆσαι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται. ὁρᾷς ὅτι οὐ πᾶσιν, ἀλλ' οἷς δέδοται. ὁ Διάκ. ᾤμην σε δυσαπορίστως ἔχειν περὶ τὴν τῶν ἐξαιρέτων ἀπόδειξιν, ἀλλ' ὡς ἔοικε, καὶ γραφικῶς καὶ ἰσχυρῶς ἡμᾶς ἔπεισας. ὁ Ἐπίσκ. εἰ ταῦτα σαφῆ σοι καθέστηκε, καὶ λοιπαῖς μαρτυρίαις λιπανῶ τὸν λόγον. ἵν' οἱ φαῦλοι τὴν γνώμην, πεισθέντες ἐκ τούτων, παύσωνται ἁρπάζειν ἃ λαβεῖν οὐ δεδύνηνται. εὕρομεν γὰρ καὶ τὴν ἱερωσύνην παρὰ ταῖς θείαις γραφαῖς οὔτε κοινὴν οὖσαν, οὔτε μεριστήν, ἀλλ' ἐξαίρετον τῶν ἀξίων, καθὼς νουθετῶν Ἑβραίους λέγει ὁ μεγαλόφρων Παῦλος· οὐ γὰρ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμήν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· οὕτως καὶ Ἀαρών, φησιν, οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασεν γενέσθαι ἀρχιερέα· ἑξακοσίων γὰρ ὄντων χιλιάδων ἀνδρῶν, καὶ πολλῶν ἐν αὐτοῖς ζῆλον ἐχόντων, εἷς ἀνηγορεύθη ὁ Ἀαρών, οὗ τὸ παράδοξον τῆς ῥάβδου βλαστησάσης κάρυα, ἐδυσώπησε τοὺς πολλοὺς θεόληπτον εἶναι τὸν ἱερέα. τινὲς δὲ τῶν καλῶν ἀνεπιστήμονες, πάθει τρωθέντες κενῆς εὐδοξίας, τῶν κοινῶν ἢ τῶν μεριστῶν ὑποτοπήσαντες εἶναι ταύτην, αὐτοχειροτόνητοι ἐπισκιρτῶσι τῷ πράγματι, ἄξιον τὸ τέλος τῆς μανίας εὑράμενοι, αὐτὴν τὴν γῆν συναγωγῆς τῆς προπετείας τῆς ἑαυτῶν καταστήσαντες μάρτυρα. Δαθὰν γὰρ καὶ Ἀβειρὼν πορνικῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀξιώματος ἐρασθέντες, ὑποβρύχιοι σὺν τοῖς πειθομένοις ἀπώλοντο, αὐτοσχέδιον τάφον τὴν ἑαυτῶν ἐκκλησίαν εὑράμενοι. μετὰ τούτους Ὀζᾶν οὐ μεμνημένος τῶν προλαβόντων, ὑπὸ τοῦ πάθους συρόμενος, ἤρα τοῦ πράγματος· καὶ δὴ τῆς κιβωτοῦ μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐφ' ἁμάξης ἐν ὁδῷ ἀγομένης, ἔτυχε τὸν ἕλκοντα μόσχον ὑποτινάξαντα διασεῖσαι τὴν κιβωτόν. παρακολουθῶν οὖν Ὀζᾶν ἐπελάβετο τῇ χειρί, οὐ συγχωρήσας ἀνατραπῆναι τὸ σκεῦος. ὡς δὲ εἶδεν ὁ Θεός, καὶ οὐκ ἤρεσεν αὐτόν, ὅτι ἐκ τούτου γίνεται συνήθεια τοῖς προπετέσιν, εἴργει, τὸν Ὀζᾶν πατάξας ἕως θανάτου, παιδεύων τοὺς μετὰ ταῦτα παύσασθαι τῆς τοιαύτης μανίας. ὀψὲ δέ ποτε μετὰ μακροὺς τοὺς χρόνους, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, Σίμων ὁ μάγος ὁ ἀπὸ Γετθῶν τῆς κώμης, σοφιστὴς τῶν ἐναντίων τῆς ἀληθείας δογμάτων, πανοῦργος ὑπάρχων ἐν πονηρίαις, σοφίζεται τὸ πάθος, φοβούμενος δῆθεν τῶν παλαιῶν τὴν ἐπιτιμίαν, ἵνα μὴ τὰ ὅμοια σπείρας, θερίσῃ τὰ ἴσα. προσέρχεται τοίνυν κολακείᾳ τοῖς ἀποστόλοις, τῷ κωδίῳ τὸν λύκον ἐγκρύψας, μετὰ χρημάτων χρυσίου, ὡς οὐ δοκῶν ἁρπάζειν ἃ κακῶς ἀγοράζειν ἐσπούδαζεν. ἐκεῖνα λέγων ἃ πρέπει ἐκεῖνον καὶ ὅσοι τοῦτον μιμοῦνται, λάβετέ, φησι, τὰ χρήματα ταῦτα, καὶ δότε μοι τὴν ἐξουσίαν τῆς ὑμετέρας ἀξίας· ἵνα ᾧ ἐὰν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας, λαμβάνῃ πνεῦμα ἅγιον. ἦν δὲ βεβαπτισμένος εἰς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ. ᾧ προσαποκρίνεται ὁ χορὸς τῶν ἀποστόλων· ἄπαγε ἄνθρωπε, χάρις Θεοῦ πιπράσκεσθαι οὐκ ἀνέχεται· ὡς δὲ ἐπέμενε κρούων τὴν θύραν τοῖς λόγοις, ἔφησαν ἐκ δευτέρου· τί ἀγοράζεις ὃ δωρεὰν εὑρίσκεις βιώσας ἀξίως; ὡς δὲ ἐνενόει τοῦ

A abſcondam. Debitum promiſſi ſermonis, ut opinor, pro viribus exſolvam. Virginitatem igitur & cæteram caſtimoniam indiviſa reperies. Non enim ſunt e genere communium aut dividuorum. Quoniam non quicumque vult, etiam virginitatem ſervat, ſed qui poteſt. Nam plurimi eorum qui matrimonio juncti ſunt, cupiunt ipſi quidem, ſed non aſſequuntur, quia conjugio præoccupati ſunt. Quemadmodum in Olympicis certaminibus, præco vocat qui certare velit, coronat autem eum qui vicerit: ſic & in caſtitate, ut dicit Evangelium. Cum enim Petrus Servatori reſpondiſſet: [a] *Si ea eſt cauſſa viri cum uxore, non expedit uxorem ducere.* Ad quæ dixit Servator: *Non omnium eſt capere* B *verbum hoc, ſed quibus datum eſt.* Vides quod non omnibus, ſed quibus datum eſt. Diac. Putabam ægre, expediturum te quæ ſint præcipua dona, ſed profecto & fortiter & Scripturæ teſtimonio nobis perſuaſiſti. Ep. Si hæc perſpicua tibi ſunt, reliquis teſtimoniis exornabo ſermonem, ut qui mente pravi ſunt, his perſuaſi, deſinant rapere, quæ capere non potuerunt. Nam invenimus Sacerdotium quoque in divinis Scripturis neque commune eſſe neque dividuum, ſed illorum proprium qui eo digni ſunt, ſicut admonet Hebræos excelſæ ille mentis Paullus, dicens: [b] *Non enim quis ſibi accipit honorem, ſed qui vocatur a Deo. Sic & Aaron, ait, non ſe ipſum gloriatus eſt eſſe* C *Pontificem.* Nam cum ſexcenta eſſent millia hominum, & multi ex illis zelum Dei haberent, unus declaratus eſt Aaron, quem a Deo aſſumtum fuiſſe Pontificem [c], miraculum virgæ, quæ nuces produxit, multitudini perſuaſit. Plerique vero bonorum omnium ignari, vanæ gloriæ ſtimulo icti, Sacerdotium inter communia & diviſa eſſe opinati, a ſemet ipſis electi, rem illam involant, dignum ſuæ veſaniæ finem nacti, dum ipſam ſynagogæ ſuæ terram temeritatis teſtem faciunt. Dathan enim & [d] Abiron cum ſacerdotii dignitatem meretriciis quibuſdam oculis concupiviſſent, cum omnibus ſectatoribus ſuis terra abſorpti perierunt, ſynagogam ſuam ſortiti extemporale ſepulcrum. Poſt hos, D Oza ſuperiorum immemor, eadem cupiditate abreptus, rem eam expetivit. Cum enim quadam [e] die Arca in plauſtro veheretur, forte accidit ut qui eam trahebat vitulus, ſuccuſſam diſturbaret. Oza igitur qui ſequebatur, manu apprehendit, non paſſus eam ſubverti. Ut autem vidit Deus, idque ipſi non placuit: quoniam ex eo temerariis conſuetudo oriretur Arcæ attrectandæ: prohibuit, Oza ad mortem uſque percuſſo, docens poſteros a ſimili temeritate deſiſtere. Ac tandem longo interjecto tempore, poſt Chriſti adventum, Simon Magus de pago Getthon, adverſorum veritati dogmatum artifex, vafer ille in improbitate, ſuperiorum pœnas veritus, arte tractat ſcelus: ne ſimilia ſi ſeviſſet, E paria meteret. [f] Igitur ovina pelle lupum tegens, blande ad Apoſtolos accedit, cum aureis nummis, ut ne rapere videretur, quod peſſime ſtudebat emere: ea dicens quæ & ipſum & omnes qui eum imitantur, loqui decet. Accipite, inquit, pecuniam iſtam, & date mihi poteſtatem veſtræ dignitatis, ut cui manus impoſuero, accipiat Spiritum ſanctum. Erat porro baptizatus in nomine Jeſu. Cui reſpondit cœtus Apoſtolorum: Apage ſis, o homo, gratia Dei vendi ſe non ſinit. Et cum fores his ſermonibus pulſare pergeret, denuo dixerunt. Quid emis, quod gratis invenies, ſi digne

a Matth. xix. 10. b Hebr. V. 4. c Num. xviii. 8. d Num. xvi. 32. e II. Reg. vi. 6. f Act. viii.

βίου τοὺς πόνους, καὶ τὸν ὄκνον τῆς ἑαυτοῦ διανοίας, καὶ τὸ τοῦ πράγματος ἄδηλον, πάλιν ἐγύμνου τὸ χρυσίον τοῦ βαλαντίου, δελεάζειν οἰόμενος ἐν ἀπάτῃ τοὺς μαθητὰς τοῦ σωτῆρος. ἀγανακτήσας πρὸς τούτοις ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, ἐφθέγξατο διὰ τοῦ Πέτρου λέγων· τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι· ᾧ περιέθηκε τῆς μετανοίας τὸ φάρμακον, ἀλείφων αὐτὸν ἐν μακροθυμίᾳ· μετανόησον λέγων, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου. εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα. οὐ γὰρ βούλεται τῶν πλημμελούντων τὴν ἀπώλειαν φιλόψυχος ὢν ὁ Θεός. ἀποδεδειγμένων οὖν κατὰ δύναμιν τῶν προειρημένων, Θεόδωρε μεγαλώνυμε, καὶ μυστηρίων τῆς ἀληθείας διάκονε. πύθου παρ' ἡμῶν περὶ ὧν προείλου μαθεῖν. ὁ Διάκ. πόθεν σε νῦν παραγενόμενον ἔχομεν τέως; ὁ Ἐπίσκ. ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς δηλονότι· ἐν πρώτοις γὰρ νῦν τὴν Ῥώμην τεθέαμαι. ὁ Διάκ. τί σε μάλιστα ἤγαγεν; ὁ Ἐπίσκ. ὁ τῆς ἡμετέρας εἰρήνης πόθος. ὁ Διάκ. ἄλλη γάρ τίς ἐστι παρὰ τὴν ὑμετέραν; ὁ Ἐπίσκ. οὐκ ἔστι μέν, ἀλλὰ καὶ πάνυ γε μία, ἣν ἐκ τῶν οὐρανῶν δέδωκεν ὁ σωτὴρ εἰρηκὼς τοῖς ἀποστόλοις· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. ὑπὲρ δὲ βεβαίας χάριτος ἐδευτέρωσεν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. τὸ μὲν οὖν δίδωμι τάξας ἐφ' ἑαυτοῦ, τὸ δὲ ἀφίημι, ἐπὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. ἵν' ἐν πνεύματι διὰ Χριστοῦ τὴν τοῦ πατρὸς ἀποκαλύψωσι γνῶσιν τοῖς ἔθνεσιν. ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν παραλυθέντων μελῶν, αἱ τῆς ψυχῆς ἐνέργειαι ἐπὶ τὰ ὑγιεινότερα τῶν μελῶν ἀνακάμπτουσι μέρη. τοῦτο δὴ πέπονθε καὶ ἡ ἀθλία ἑῴα. παραλυθέντων γὰρ αὐτῆς τῶν μελῶν, καὶ τὰς οἰκείας ἐνεργείας ἀποτελεῖν μὴ δυναμένων διὰ τὴν τῆς ὁμονοίας φυγήν, οἱ πλεῖστοι τῶν εὐζώνων καὶ γλιχομένων αὐτῆς, φυγάδες τῆς χώρας κατέστημεν. ἀκινδύνως καὶ ἀπραγμόνως οἰκεῖν τὴν θρεψαμένην οὐ δυνάμενοι διὰ τὴν σχέσιν τῆς ἀληθείας. εἴπως ὑμᾶς εὑρόντες, τὰς ὀλίγας ταύτας ἡμέρας τὰς λειπομένας τῷ βίῳ, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ζήσωμεν. ὁ Διάκ. ὡς ἔοικε, θαυμάσιε πάτερ, ὑπὸ τῆς προνοίας ἡμῖν [1] ὑπεστάλης. συνᾴδουσαν γὰρ εὑρίσκω ταῖς ὑμετέραις ἀνίαις τὴν σὴν ἀλγηδόνα. οἶμαι γάρ σε τῆς συνόδου εἶναι Ἰωάννου τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως. ὁ Ἐπίσκ. οὕτως ἔχει ὡς εἴρηκας. ὁ Διάκ. παρακέκλησο τοίνυν, ἐπὶ Θεοῦ μάρτυρος, μετὰ πάσης ἀληθείας ἡμῖν διηγήσασθαι περὶ ὧν κατὰ μέρος μαθεῖν ἐπειγόμεθα· ὡς εἰδὼς τοῦτο, ὅτι εἴ τι παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἡμῖν ἀναγγείλῃς, ἕξεις μὲν τὸν Θεὸν δικαστὴν καὶ κριτήν· ἐλεγχθήσῃ δὲ καὶ παρ' ἡμῶν ἑτέρων μαθόντων· οὐ γὰρ εἷς ἢ δύο ἢ τρεῖς ἢ δέκα ἢ οἱ τυχόντες, ἡμῖν ἀφηγήσαντο περὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συμβάντων, ἀλλὰ καὶ πλείους· καὶ τούτων οἱ μὲν ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι, καὶ τοῦ τάγματος τῶν μοναχῶν. καὶ εἰ βούλει συντόμως μαθεῖν τὰ τῆς ἐκκλησίας Ῥωμαίων, παρέχω σοι τὴν γνῶσιν. πρῶτος πάντων παραγέγονε πρὸς ἡμᾶς ἀναγνώστης Ἀλεξανδρεὺς μετὰ γραμμάτων Θεοφίλου τοῦ πάπα, ἐν οἷς προσανέφερε καθῃρηκέναι τὸν Ἰωάννην. οἷς γράμμασιν ἐντυχὼν ὁ μακάριος πάπας Ἰννοκέντιος μικρὸν ἀνετράπη, προπετείας καὶ τύφου καταγνοὺς Θεοφίλου, ὅτι καὶ μόνος γεγράφηκε, καὶ σαφῆ τὴν γνῶσιν οὐκ ἔπεμψεν, ἢ δι' ὃ καθεῖλεν, ἢ μετὰ τίνων καθεῖλεν. ἐπὶ τούτοις διαπορῶν ἔμενεν, ἀντιγράφειν οὐ θέλων, διὰ τὸ κοῦφον τοῦ πράγματος· ἐν οἷς Εὐσέβιός τις διάκονος τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκεν διατρίβων ἐν τῇ Ῥώμῃ, προσελθὼν τῷ πάπᾳ Ἰννοκεντίῳ, ἐντευκτικοὺς λιβέλλους ἐπιδέδωκεν, ὁρκίζων αὐτὸν μικρὸν ἀναμεῖναι χρόνον, ὀψόμενον τῆς συσκευῆς τὴν ἀποκάλυψιν· ἐν οἷς ἐπέστησαν μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐπίσκοποι τέσσαρες τοῦ μέρους

vixeris? Ut autem vitæ labores & mentis suæ segnitiem atque incertum rei eventum consideravit, rursum e sacculo aurum protulit, hac illecebra Servatoris discipulos inescaturum se putans. Ad hæc indignatus ille qui comprehendit sapientes in astutia ipsorum, per os Petri loquutus est dicens: [a] *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possidere.* Cui imposuit pœnitentiæ remedium, præparans eum in patientia. *Age*, inquit, *pœnitentiam, si tibi dimittatur cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & vinculo iniquitatis video esse te.* Non enim vult interitum peccatoris amator animarum Deus. Demonstratis pro virili iis omnibus quæ dixeram, o magni nominis Theodore, & mysteriorum veritatis minister, audi jam quæ a nobis scire præoptabas. DIAC. Unde ad nos nunc advenis? EPISC. Ab Oriente scilicet. Nunc enim primum Romam video. DIAC. Quænam te maxime caussa adduxit? EPISC. Unicus pacis vestræ amor. DIAC. Aliane igitur a vestra est? EPISC. Non alia quidem, sed plane eadem, quam e cælo Servator dedit, dicens Apostolis: [b] *Pacem meam do vobis.* Ad firmioris autem gratiæ confirmationem iterum dixit: *Pacem meam relinquo vobis.* Hoc quidem verbum *do* ad se referens; illud autem *relinquo* ad Spiritum sanctum, ut in Spiritu per Christum cognitionem Patris Gentibus revelarent. Verum sicuti in resolutis membris animæ operationes ad saniores membrorum partes recurrunt: ita pariter infelix Orientis Ecclesia. Resolutis enim ejus membris, neque ob pulsam concordiam munia sua exsequi valentibus, plerique de expeditis & ejus desiderio accensis, exsules a patria erramus, qui sine periculo & tranquille alumnam nostram incolere non possimus ob amorem veritatis, si quo modo paucos, qui adhuc supersunt, vitæ dies secundum Evangelium apud vos vivamus. DIAC. Ad nos, venerabilis Pater, a divina providentia, ut video, missus es. Dolorem enim tuum nostris anxietatibus consentaneum invenio. Credo autem te esse ex Joannis Constantinopolitani consortio. EP. Sic est, ut dixisti. DIAC. Rogo ut Deo teste narres nobis vere ea quæ singillatim scire avide cupimus: de isto certus, quod si quid præter veritatem nobis nuntiaveris, Deum habebis quæsitorem & judicem. Argueris quoque etiam a nobis qui aliter accepetimus. Non enim unus, aut alter, aut tres, aut decem, aut cujuscumque generis homines ea quæ Constantinopoli contigere, nobis denarrarunt, sed plures, & ex illis alii Episcopi, alii Presbyteri atque ex ordine Monachorum. Quod si nosse vis quæ ad Ecclesiam Romanam pervenerunt, breviter exponam. Primus omnium ad nos venit Alexandrinus Lector cum Theophili Papæ literis, in quibus referebat se deposuisse Joannem. Quibus lectis, Beatus Papa Innocentius parum abfuit, quin temeritatem Theophili atque superbiam condemnans exhorresceret, quod & solus scripsisset, nec claram ejus rei notitiam misisset: aut cur, aut quibus assumtis sociis Joannem deposuisset. Ad hæc dubius animi manebat, rescribere nolens ob rei gestæ levitatem. Interea Eusebius quidam Constantinopolitanæ Ecclesiæ Diaconus, qui tunc Romæ erat ecclesiasticarum rerum caussa, adiit Papam Innocentium, & supplices libellos dedit: adjurans eum ut modicum temporis exspectaret: fore enim ut brevi factionem patefactam videret. Interim post triduum advenerunt quatuor Episcopi e partibus

[a] Act. VIII. 20. 21. [b] Joan. XIV. 27.

[1] Codex Mediceus, ἀπεστάλης.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

A Ἰωάννου, ἄνδρες εὐλαβεῖς, Πανσόφιος Πισσίδης, Πάππος Συρίας, Δημήτριος Γαλατίας δευτέρας, Εὐγένιος Φρυγίας, ἀναδόντες ἐπιστολὰς, μίαν πρὸς ταῖς δυσί. τὴν μὲν Ἰωάννου τοῦ ἐπισκόπου, τὴν δὲ τεσσαράκοντα ἐπισκόπων ἑτέρων κοινωνικῶν Ἰωάννου, τὴν δὲ λοιπὴν τοῦ κλήρου Ἰωάννου, συμφώνους τὰς τρεῖς ἀπαιδεύτων θόρυβον σημαινούσας· εἶχε δὲ τὸ ὕφος τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου.

Joannis, viri religiosi, Pansophius Pisidiæ, Pappus Syriæ, Demetrius Galatiæ secundæ, Eugenius Phrygiæ, qui tres epistolas reddiderunt; unam quidem Joannis Episcopi, alteram quadraginta Episcoporum de communione Joannis, tertiam vero cleri Joannis: omnes inter se consentientes, & imperitorum quorumdam tumultum significantes. Erat autem Joannis epistolæ talis contextus.

## CAPUT II.

*Τῷ δεσπότῃ μου αἰδεσίμῳ καὶ ὁσιωτάτῳ*
*Ἐπισκόπῳ Ἰννοκεντίῳ Ἰωάννης*
*ἐν κυρίῳ χαίρειν.*

B

ΚΑΙ πρὸ τῶν γραμμάτων οἶμαι τῶν ἡμετέρων ἀκηκοέναι τὴν εὐλάβειαν ὑμῶν, τὴν παρανομίαν τὴν ἐνταῦθα τολμηθεῖσαν. τὸ γὰρ μέγεθος τῶν δεινῶν, οὐδὲ ἓν μέρος τῆς οἰκουμένης ἀφῆκεν ἀνήκοον εἶναι τῆς χαλεπῆς ταύτης τραγῳδίας. ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς τῆς γῆς ἐσχατιὰς φέρουσα ἡ φήμη τὰ γεγενημένα, πολὺν πανταχοῦ θρῆνον καὶ ὀλοφυρμὸν εἰργάσατο. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ θρηνεῖν δεῖ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ διορθοῦν, καὶ σκοπεῖν ὅπως ἂν ὁ χαλεπώτατος οὗτος στάῃ χειμὼν τῆς ἐκκλησίας, ἀναγκαῖον εἶναι ἐνομίσαμεν τοὺς κυρίους μου τιμιωτάτους καὶ εὐλαβεστάτους ἐπισκόπους Δημήτριον, Πανσόφιον, Πάππον, Εὐγένιον πεῖσαι, τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας ἀφεῖναι, καὶ πελάγους καταπολμῆσαι τοσούτου, καὶ μακρὰν ἀποδημίαν C στείλασθαι, καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν δραμεῖν ἀγάπην, καὶ πάντα σαφῶς ἀναδιδάξαντας, ταχίστην παρασκευάσαι γενέσθαι τὴν διόρθωσιν. οἷς καὶ τοὺς τιμιωτάτους ἀγαπητοὺς διακόνους Παῦλον καὶ Κυριακὸν συνεπέμψαμεν. καὶ οὗτοι δὲ, ὡς ἐν εἴδει ἐπιστολῆς, ἐν βραχεῖ διδάξουσιν ὑμῶν τὴν ἀγάπην τὰ γεγενημένα. ὁ γὰρ τῆς ἐκκλησίας τῆς Ἀλεξανδρείας τὴν προεδρίαν ἐγχειρισθεὶς Θεόφιλος, ἐντυχόντων τινῶν τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ κατ' αὐτοῦ, κελευσθεὶς ἀφικέσθαι μόνος, συναγαγὼν μεθ' ἑαυτοῦ πλῆθος Αἰγυπτίων οὐκ ὀλίγων, παραγίνεται, καθάπερ ἐκ προοιμίων δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι εἰς πόλεμον καὶ παράταξιν ἀφικνεῖται. εἶτα τῆς μεγάλης καὶ θεοφιλοῦς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιβὰς, οὐκ εἰς ἐκκλησίαν ἦλθε κατὰ τὸν ἄνωθεν D κρατήσαντα θεσμὸν, οὐχ ἡμῖν συνεγένετο, οὐ λόγων μετέδωκεν, οὐκ εὐχῆς, οὐ κοινωνίας, ἀλλ' ἀποβὰς τοῦ πλοίου, καὶ τὰ πρόθυρα τῆς ἐκκλησίας παραδραμὼν, ἔξω που τῆς πόλεως ἀπελθὼν ηὐλίζετο· καὶ πολλὰ παρακαλεσάντων ἡμῶν καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ παραγενομένους, παρ' ἡμῖν καταχθῆναι [ καὶ γὰρ πάντα ηὐτρέπιστο καὶ καταγώγια, καὶ ὅσα εἰκὸς ἦν ] οὔτε ἐκεῖνοι, οὔτε αὐτὸς ἠνέσχετο. ταῦτα ὁρῶντες ἡμεῖς, ἐν ἀπορίᾳ ἦμεν πολλῇ, μηδὲ τὴν αἰτίαν δυνάμενοι τῆς ἀδίκου ταύτης ἀπεχθείας εὑρεῖν. ἀλλ' ὅμως τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπληροῦμεν, τὸ πρέπον ἡμῖν αὐτοῖς ποιοῦντες, καὶ συνεχῶς αὐτὸν παρακαλοῦντες συγγενέσθαι ἡμῖν, καὶ εἰπεῖν τίνος ἕνεκεν τοσοῦτον ἐκ προοιμίων ἀνεῤῥίπισε πόλεμον, καὶ τηλικαύτην E ἐσκανδάλισε πόλιν. ὡς δὲ οὐδὲ οὕτως ἐβούλετο λέγειν τὴν αἰτίαν, οἵ τε κατηγοροῦντες αὐτοῦ ἐπέκειντο. καλέσας ἡμᾶς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, ἐκέλευσε πέραν, ἔνθα διέτριβεν, ἀπιέναι, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀκούειν ὑποθέσεως. καὶ γὰρ ἔφοδον καὶ σφαγὰς καὶ ἕτερα ἐνεκάλουν μυρία. ἀλλ' ἡμεῖς καὶ τοὺς νόμους τῶν πατέρων, καὶ τὸν ἄνδρα αἰδούμενοι καὶ τιμῶντες, καὶ αὐτοῦ τε τὰ γράμματα ἔχοντες, μὴ δεῖν ὑπερορίας ἕλκεσθαι τὰς δίκας, ἀλλ' ἐν ταῖς ἰδίαις ἐπαρχίαις τὰ τῶν ἐπαρχιῶν γυμνάζεσθαι. οὐ κατεδεξάμεθα δικάσαι, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς παρῃτησάμεθα τῆς σφοδρότητος· ὁ δὲ, ὥσπερ τοῖς προτέροις ἐπαγωνιζόμενος, τὸν Ἀρχιδιάκονον καλέσας τὸν ἐμὸν ἐξ αὐθεντίας πολλῆς, ὥσπερ χηρευσάσης ἤδη τῆς ἐκκλησίας καὶ οὐκ ἐχούσης ἐπίσκοπον, δι' ἐκείνου τὸν κλῆ-

*Domino meo venerabili & sanctissimo Episcopo*
*INNOCENTIO JOANNES*
*in Domino salutem.*

ETiam ante literas nostras, opinor pietatem vestram audivisse, quid heic ausa sit iniquitas. Malorum enim magnitudo, nullam fere orbis partem reliquit, quæ hanc acerbam tragœdiam non audierit. Sed & gestorum fama usque ad fines terræ perlata, plurima ubique lamenta & ejulatus commovit. Verum quoniam plangere non solum decet, sed & emendare, & videre, quo pacto gravissima illa Ecclesiæ tempestas sedetur, necessarium esse duximus, dominos meos admodum venerabiles & religiosissimos Episcopos Demetrium, Pansophium, Pappum & Eugenium hortari, ut Ecclesias suas relinquerent, & tanto se pelago committerent, & longam obirent peregrinationem, & ad vestram caritatem recurrerent, atque omnibus clare expositis promtissimum remedium compararent. Cum quibus honoratissimos dilectos Diaconos Paullum & Cyriacum misimus. Et illi quidem, ut in forma epistolæ, quæ hic gesta sunt vestram caritatem docebunt. Theophilus enim Alexandrinæ Ecclesiæ Antistes, cum a quibusdam apud piissimum Imperatorem insimularetur, jussus solus venire, collecta multitudine Ægyptiorum non paucorum advenit: eo velut præludio declarare volens, se ad bellum & prælium venire. Deinde magnam & Dei amantem Constantini urbem ingressus, Ecclesiam non adiit juxta morem hactenus observatum, neque nobiscum congressus est, nec participes nos sermonis fecit, non precum, non communionis: sed egressus e navi, & vestibulum Ecclesiæ prætergressus, alicubi extra urbem diversatus est. Et cum multum hortaremur, ut ipse & ii qui cum eo venerant, apud nos diversarentur, (erant enim omnia parata, & diversoria, & cætera necessaria) neque illi neque ipse acquievit. Hæc ut vidimus, in maxima eramus anxietate, qui ne caussam quidem injustæ illius offensionis invenire possemus. Attamen facientes id quod nosmet ipsos decebat, & assidue ipsum adhortantes ut congrederetur nobiscum, & diceret, qua de caussa statim ab initio tantum bellum accendisset, tantæque civitati excitasset scandalum; neque ipse caussam dicere voluit: & cum urgerent ejus accusatores, nos in ulteriorem urbis regionem, ubi degebat, piissimus Imperator evocavit, atque caussam ejus jussit audire. Nam & irruptionem & cædes & alia innumera objiciebant, sed & nos qui leges Patrum, & virum honore ac reverentia prosequeremur, habentes etiam super hac re ejus literas; Non oportere judicia extra limites trahi, sed in ipsis provinciis res provinciales tractandas esse; non solum judicium non obiimus, sed vehementissime recusavimus. Porro ille, quasi cum prioribus certans, vocat Archidiaconum meum magna cum auctoritate, quasi jam vidua esset Ecclesia nec Episcopum haberet: per illum, clerum omnem in se transtulit.


ρον πάντα πρὸς ἑαυτὸν μετίστησι. καὶ ἀνάστατοι αἱ ἐκκλησίαι ἐγίνοντο, ἀπαγομένων τῶν ἐν ἑκάστῃ κληρικῶν, καὶ παρασκευαζομένων λιβέλλους διδόναι καθ' ἡμῶν, καὶ πρὸς κατηγορίαν ἀλειφομένων· καὶ ταῦτα ποιήσας, ἔπεμπε, καὶ ἐκάλει εἰς δικαστήριον ἡμᾶς, οὐδέπω τὰς καθ' ἑαυτὸν ἀποδυσάμενος αἰτίας. ὃ μάλιστα καὶ παρὰ κανόνας καὶ παρὰ πάντας νόμους ἦν, ἀλλ' ἡμεῖς συνειδότες, ὅτι οὐ πρὸς δικαστὴν ἀφικνούμεθα [ἢ γὰρ μυριάκις ἂν παρεγενόμεθα] ἀλλὰ πρὸς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, καθάπερ τὰ ἔμπροσθεν καὶ τὰ μετὰ ταῦτα ἐδήλωσεν, ἀπεστάλκαμεν πρὸς αὐτὸν ἐπισκόπους· τὸν Πισινοῦντος Δημήτριον, τὸν Απαμείας Εὐλύσιον, τὸν Αππιαρίας Λουππικιανόν· πρεσβυτέρους δὲ Γερμανὸν καὶ Σεβῆρον, μετὰ τῆς προσηκούσης ἡμῖν ἐπιεικείας ἀποκρινόμενοι, καὶ λέγοντες· μὴ παραιτεῖσθαι κρίσιν, ἀλλ' ἐχθρὸν καὶ πολέμιον φανερόν. ὁ γὰρ λιβέλλους μηδέπω δεξάμενος, καὶ τοιαῦτα ἐκ προοιμίων ποιήσας, καὶ ἀποῤῥήξας ἑαυτὸν ἐκκλησίας καὶ κοινωνίας καὶ εὐχῆς, καὶ κατηγόρους ἀλείφων, καὶ κλῆρον μεθιστὰς, καὶ ἐκκλησίας ἐρημῶν, πῶς ἂν εἴη δίκαιος ἐπὶ τὸν τοῦ δικαστοῦ θρόνον ἀναβῆναι, οὐδαμόθεν αὐτῷ προσήκοντα; οὔτε γὰρ ἀκόλουθον ἦν τὸν ἐξ Αἰγύπτου εἰς Θρᾴκην δικάζειν, καὶ τὸν ὑπεύθυνον ὄντα αἰτιῶν, καὶ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων αἰδεσθεὶς, ἀλλ' ὅπερ ἐβούλετο, πληρῶσαι ἐπειγόμενος, ἡμῶν δηλωσάντων, ὅτι ἕτοιμοι, καὶ ἑκατὸν καὶ χιλίων ἐπισκόπων παρόντων, ἀποδύσασθαι τὰ ἐγκλήματα, καὶ δεῖξαι ὄντας καθαροὺς ἑαυτοὺς, ὥσπερ οὖν καὶ ἐσμέν· οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' ἀπόντων ἡμῶν καὶ σύνοδον ἐπικαλουμένων, καὶ κρίσιν ἐπιζητούντων, καὶ ἀκρόασιν οὐ φευγόντων, ἀλλ' ἀπέχθειαν φανερὰν, καὶ κατηγόρους ἐδέχετο, καὶ τοὺς παρ' ἐμοῦ δεδεμένους ἔλυσε, καὶ αὐτῶν ἐκείνων οὐδέπω τὰ ἐγκλήματα ἀποδυσαμένων, λιβέλλους ἐλάμβανε, καὶ ὑπομνήματα ἔπραττεν, ἅπερ ἅπαντα παρὰ θεσμὸν καὶ κανόνα καὶ ἀκολουθίαν ἦν. καὶ [τί γὰρ δεῖ πολλὰ λέγειν] οὐκ ἀπέστη πάντα ποιῶν καὶ πραγματευόμενος, ἕως ἡμᾶς μετὰ δυναστείας καὶ αὐθεντίας ἁπάσης, καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξέβαλε· καὶ πρὸς ἑσπέραν βαθεῖαν, τοῦ δήμου παντὸς ἡμῖν συσσυρομένου, ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ Κουριωσοῦ τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει, καὶ πρὸς βίαν συρόμενος κατηγόμην, καὶ εἰς πλοῖον ἐνεβαλλόμην, καὶ διὰ νυκτὸς ἀπέπλεον, ἐπεὶ σύνοδον πρὸς δικαίαν κρίσιν ἐκάλουν. τίς ἂν ταῦτα ἀδακρυτὶ, κἂν λιθίνην ἔχῃ καρδίαν, ἀκούσῃ; ἀλλ' ἐπειδὴ, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, οὐ θρηνεῖν δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ διορθοῦν· τὴν ὑμετέραν ἀγάπην παρακαλῶ διαναστῆναι καὶ συναλγῆσαι, καὶ πάντα ποιῆσαι, ὥστε στῆναι ταυτὶ τὰ κακά· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα τὰ τῆς παρανομίας αὐτῶν κατέλυσεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς προτέροις ἐπαπεδύετο. ἐπειδὴ γὰρ ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἐπιπηδήσαντας τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναισχύντως καὶ ἀδίκως ἐξέβαλε, καὶ πολλοὶ τῶν ἐπισκόπων ἰδόντες αὐτῶν τὴν παρανομίαν εἰς τὰ ἑαυτῶν ἀνεχώρησαν, τὴν ἔφοδον αὐτῶν ὥσπερ πυρὰν πάντα ἐπινεμομένην φεύγοντες· ἡμεῖς μὲν πάλιν εἰς τὴν πόλιν ἀνεκαλούμεθα καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἧς ἀδίκως ἐξεβλήθημεν, ἐπισκόπων τε ἡμᾶς τριάκοντα εἰσαγαγόντων, καὶ τοῦ θεοσεβεστάτου βασιλέως Νοτάριον εἰς τοῦτο ἀποστείλαντος· ἐκεῖνος ἐδραπέτευσεν εὐθέως, τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί, μὴ γινώσκοντες. εἰσελθόντες οὖν παρεκαλοῦμεν τὸν θεοσεβέστατον βασιλέα, σύνοδον συναγαγεῖν εἰς ἐκδικίαν τῶν γεγενημένων. συνειδὼς τοίνυν ἀπέδρασε [1], καὶ τὸν ἔλεγχον δεδοικὼς, τῶν γραμμάτων τῶν βασιλικῶν πανταχοῦ διαπεμφθέντων, καὶ πανταχόθεν πάντας συναγαγόντων, λάθρα μέσων νυκτῶν εἰς ἀκάτιον ἑαυτὸν ἐμβαλὼν, οὕτω ἀπέδρα, μεθ' ἑαυτοῦ πάντας ἐπαγόμενος. ἀλλ' ἡμεῖς οὐδὲ οὕτως ἀπέστημεν, διὰ τὸ τῷ συνειδότι τῷ ἡμετέρῳ θαῤῥεῖν· τὰ αὐτὰ πάλιν παρακαλοῦντες τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, ὃς καὶ πρέποντα ποιῶν αὐτῷ τῇ

A Subvertebantur Ecclesiæ, cum abducerentur singularum Clerici, & subornarentur ut adversus nos libellos darent & ad accusationem accingerentur. His actis, misit & vocavit nos in judicium, nondum purgatis quæ adversus se erant criminibus: quod maxime contra canones & contra leges omnes erat. Sed nos conscii, quod non ad judicem venturi eramus, alioquin millies adfuissemus, sed ad inimicum & hostem: (id quod satis declarant quæ & prius & postmodum acta sunt) misimus ad eum Episcopos, Demetrium Episcopum Pisinuntis, Eulysium Episcopum Apameæ, Luppicianum Appiariæ: Presbyteros autem Germanum & Severum, convenienti nobis modestia respondentes ac dicentes, nos non defugere judicium, sed inimicum apertum atque hostem manifestum. Nam qui nondum acceptis libellis statim ab initio talia fecisset, & ab Ecclesia se ipsum abrupisset, a communione, a precibus, accusatores instruens, clerum ad se trahens, Ecclesias desolans; quomodo dignus esset, qui in judicis thronum nihil ad se pertinentem adscenderet? Non enim consentaneum esse, ut ille qui ex Ægypto esset, in Thracia judicaret, ipse criminibus obnoxius, inimicus atque hostis. Verumtamen nihil ille horum reveritus, sed urgens quod implere statuerat, cum declarassemus paratos nos esse diluere crimina coram centum & mille Episcopis, & puros ab omni culpa nos ostendere, C ut revera sumus: non tulit ille, sed nobis absentibus & ad synodum appellantibus ac judicium flagitantibus, nec auditionem fugientibus, sed manifestum odium, ipse accusatores admisit, & quos ligaveram solvit, atque ab illis qui crimina sua nondum exuissent, libellos accepit, & acta confecit, quæ omnia & contra jus & contra canones & morem erant. Ecquid attinet plura dicere? non destitit omnia facere ac moliri, donec nos per vim ac tyrannicam dominationem e civitate atque Ecclesia ejecit. Igitur procedente jam vespere, cum nos omnis populus comitaretur, tractus a Curioso urbis per mediam civitatem vi abducor, & in navim conjicior, & noctu abnavigo, quia synodum D ad justum judicium appellabam. Quis hæc sine lacrymis, etiam si cor lapideum habeat, audierit? Verum quia, sicut prius dixi, non solum lamentari oportet, sed & emendare; obsecro caritatem vestram, ut exsurgat, & condoleat, atque omnia faciat, ut mala hæc sistant. Neque enim heic iniquitas eorum stetit, sed ad priora adjecerunt & alia. Postquam enim piissimus Imperator eos qui Ecclesiam impudenter atque injuste invaserant, ejecit, & multi Episcopi visa eorum improbitate ad sua redierunt, impetum eorum veluti incendium omnia depascens fugientes: nos quidem iterum in urbem atque in Ecclesiam, e qua injuste eramus ejecti, revocati sumus, inducentibus nos Episcopis E triginta, & piissimo Imperatore qui Notarium ad id miserat. Theophilus vero statim aufugit, cur & qua de re nescimus. Ingressi igitur obsecrabamus piissimum Imperatorem, ut Synodum cogeret ad vindictam eorum quæ patrata erant. Conscius ergo factorum suorum Theophilus, & reprehensionem veritus, (cum Imperatoris literæ in omnem partem missæ undecumque omnes cogerent) occulte media nocte in navim se conjiciens ita aufugit, omnes suos secum abducens. Porro nos conscientia nostra freti, neque sic destitimus eadem iterum ro-

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
401.

1. Ed. ὅτιπερ ἔδρασε.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.



ἀσεβείᾳ, ἔπεμψε πάλιν πρὸς αὐτὸν ἐν τάχει ἐξ Αἰγύπτου ἀνιέναι, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας, ὥστε δοῦναι λόγον τῶν γεγενημένων, καὶ μὴ τὰ ἀδίκως οὕτως ἐκ μιᾶς μοίρας καὶ ἀπόντων ἡμῶν τολμηθέντα, καὶ παρὰ τοσούτους κανόνας, νομίζειν ἀρκεῖν εἰς ἀπολογίαν αὐτοῦ. ὁ δὲ οὐδὲ βασιλικῶν ὑπέσχετο γραμμάτων, ἀλλ' ἔμενεν οἴκοι, προβαλλόμενος στάσιν τοῦ δήμου, καὶ σπουδὴν ἄκαιρόν τινων δῆθεν ἀντεχομένων αὐτοῦ. καίτοιγε πρὸ τῶν γραμμάτων τῶν βασιλικῶν, αὐτὸς οὗτος ὁ δῆμος μυρίαις αὐτὸν τὴν πλυνίας λοιδορίαις. ἀλλ' οὐ ταῦτα περιεργαζόμεθα νῦν. ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖξαι βουλόμενοι, ὅτι κακουργῶν ἀπελείφθη,[1] ταῦτ' εἰρήκαμεν. πλὴν οὐδὲ μετὰ ταῦτα ἡμεῖς ἡσυχάσαμεν, ἀλλ' ἐπεκείμεθα, ἀξιοῦντες δικαστήριον γενέσθαι καὶ κρίσιν[2] καὶ ἀπόκρισιν· ἕτοιμοι γὰρ ἦμεν δεῖξαι ἑαυτούς τε ἀναιτίους ὄντας, ἐκείνους δὲ τὰ ἔσχατα παρανομήσαντας· ἦσαν δὲ καί τινες Σύροι τῶν τότε μετ' αὐτοῦ παρόντων, ἐνταῦθα ἀπολειφθέντες, οἱ κοινῇ μετ' αὐτοῦ τὸ πᾶν ἐδραματούργησαν· καὶ πρὸς τούτους ἕτοιμοι ἦμεν δικάζεσθαι. καὶ πλειστάκις ἐνωχλήσαμεν ὑπὲρ τούτου ἀξιοῦντες ἢ ὑπομνήματα ἡμῖν δοθῆναι, ἢ λιβέλλους κατηγόρων, ἢ φύσεις ἐγκλημάτων γνωρισθῆναι, ἢ αὐτοὺς τοὺς κατηγόρους, καὶ οὐδενὸς τούτων ἐτύχομεν· ἀλλὰ πάλιν ἐξώσθημεν τῆς ἐκκλησίας. πῶς ἂν τὰ ἐντεῦθεν διηγήσαιμι (sic) λοιπὸν πᾶσαν ὑπερβαίνοντα τραγῳδίαν; τίς ταῦτα παραστήσει λόγος; ποία χωρὶς φρίκης δέξεται ἀκοή; ἡμῶν γὰρ αὐτὰ ταῦτα, ἅπερ ἔμπροσθεν εἶπον, προτεινόντων, ἀθρόον στρατιωτῶν πλῆθος αὐτῷ τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, πρὸς ἑσπέραν λοιπὸν τῆς ἡμέρας ἐπειγομένης, ταῖς ἐκκλησίαις ἐπεισῆλθον, τόντε κλῆρον ἅπαντα τὸν σὺν ἡμῖν πρὸς βίαν ἐξέβαλον, καὶ ὅπλοις τὸ βῆμα περιεστοιχίζετο (sic) καὶ γυναῖκες τῶν κατηχουμένων πρὸς τὸ βάπτισμα ἀποδυσάμεναι κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν, γυμναὶ ἐφυγαδεύοντο, ὑπὸ τοῦ φόβου τῆς χαλεπῆς ταύτης ἐφόδου, οὐδὲ τὴν πρέπουσαν ἀσχημοσύνην γυναιξὶ συγχωρούμεναι περιθέσθαι. πολλαὶ δὲ καὶ τραύματα δεξάμεναι ἐξεβάλλοντο. καὶ αἵματος αἱ κολυμβῆθραι ἐπληροῦντο, καὶ τὰ ἱερὰ ἀπὸ τῶν τοιούτων τραυμάτων[3] ἐφοινίσσετο νάματα. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα εἱστήκει τὸ δεινὸν, ἀλλ' ἔνθα τὰ ἅγια ἀπέκειντο, ἐλθόντες[4] οἱ στρατιῶται, ὧν ἔνιοι, καθὼς ἔγνωμεν, καὶ ἀμύητοι ἦσαν, πάντα ἐθεώρουν τὰ ἔνδον, καὶ τὸ ἁγιώτατον αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐν τοσούτῳ θορύβῳ, εἰς τὰ τῶν προειρημένων ἱμάτια ἐξεχεῖτο, καὶ ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ βαρβαρικῇ πάντα ἐτολμᾶτο. καὶ ὁ δῆμος πρὸς τὴν ἐρημίαν ἠλαύνετο, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἔξω τῆς πόλεως ἔφυγε, καὶ κεναὶ ἐν ἑορτῇ τοιαύτῃ αἱ ἐκκλησίαι τῶν λαῶν ἐγίνοντο. καὶ πλείους ἢ τεσσαράκοντα ἐπίσκοποι οἱ κοινωνοῦντες ἡμῖν, μετὰ τοῦ λαοῦ εἰκῆ καὶ μάτην ἐλαυνόμενοι, καὶ ὀλολυγαὶ πανταχοῦ καὶ οἰμωγαὶ, καὶ κωκυτοὶ, καὶ θρῆνοι, καὶ πηγαὶ δακρύων κατὰ τὰς ἀγορὰς καὶ τὰς οἰκίας καὶ κατὰ τὰς ἐρήμους· καὶ τὸ πᾶν τῆς πόλεως μέρος τῶν συμφορῶν ἐπληροῦτο τούτων. διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παρανομίας οὐχ οἱ πάσχοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ μηδὲν τοιοῦτον ὑπομένοντες συνήλγουν ἡμῖν· οὐχ οἱ ὁμόδοξοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ αἱρετικοὶ καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες· καὶ ὡς τῆς πόλεως κατὰ κράτος ἁλούσης, οὕτως ἐν θορύβῳ καὶ ταραχαῖς καὶ ὀλολυγαῖς πάντα ἦν. καὶ ταῦτα ἐτολμᾶτο παρὰ γνώμην τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, νυκτὸς καταλαμβανούσης, ἐπισκόπων αὐτὰ κατασκευαζόντων, οἳ οὐκ ᾐσχύνοντο Καμπιδούκτορας ἀντὶ τῶν διακόνων προηγουμένους ἔχοντες. ἡμέρας δὲ γενομένης, πᾶσα ἡ πόλις ἔξω τειχέων μετῳκίζετο, ὑπὸ δένδρα καὶ νάπας, καθάπερ πρόβατα διεσπαρμένα, τὴν ἑορτὴν ἐπιτελοῦντες. ἔξεστιν ὑμῖν τὰ ἐντεῦθεν λογίσασθαι λοιπὸν ἅπαντα. ὅπερ γὰρ ἔφθην εἰπὼν, οὐχ οἷόν τε πάντα ἐπελθεῖν τῷ λόγῳ τὰ καθ' ἕκαστον γενόμενα· καὶ τί δὴ χαλεπὸν, ὅτι τοσαῦτα

A gare religiosissimum Imperatorem. Qui pro sua pietate ad eum denuo misit, ut statim ex Ægypto veniret cum omnibus suis consortibus, & rationem factorum redderet, neque sufficere putaret ad defensionem suam, ea quæ tam injuste ab una parte nobis absentibus patrata fuerant, etiam contra tot canones. Ille vero ne Imperatoriis quidem literis obtemperavit, sed domi mansit, prætexens seditionem populi, & intempestivum studium quorumdam scilicet qui ei faverent; etsi ante has Imperatorias literas hæc ipsa plebs innumeris eum conviciis adsperserat. Verum ista non inquirimus, sed ostendere volentes quod in maleficio permanserit, hæc diximus. Cæterum ne nos quidem quievi- B mus, sed institimus postulantes, ut judicium haberetur secundum interrogata & responsa. Paratos enim esse dicebamus ostendere nos culpa vacare; illos autem extrema quæque ausos esse. Hic enim remanserant Syrorum quidam qui tunc adfuerant, & una cum ipso omnia patrarant. Etiam adversus istos parati eramus judicium subire, & sæpius super illo interpellavimus, rogantes ut aut Acta nobis darentur, aut libelli accusatorum, aut criminum genus examinaretur, aut ipsi accusatores; & nihil horum impetravimus: sed rursus Ecclesia expulsi sumus. Quo pacto quæ inde acta sunt deinceps narrare queam, quæ omnem superant tragœdiam? quis ea sermo exhibebit? quæ auris sine horrore accipiet? C Cum enim ea ipsa, sicut ante dixi, obtenderemus: repente multitudo militum ipso magno sabbato, ad vesperam jam inclinante die, in Ecclesias irruens, clerum omnem qui nobiscum erat, vi ejecerunt, & armis altare undique circumsessum est: & mulieres quæ in sacris ædibus id temporis ad baptismum se exuerant, metu acerbæ illius irruptionis nudæ aufugerunt; cum ne quidem eam quæ mulieres decet vestem induere permitterentur. Multæ etiam acceptis vulneribus exturbabantur, & sanguine implebantur piscinæ, & sacri latices cruore rubescebant. Neque hic malum substitit, sed ubi sacra erant reposita irrumpentes, quorum aliqui, ut comperimus, ne initiati quidem erant, & viderunt D omnia quæ intus erant: & sanctissimus Christi sanguis, ut in tanto tumultu, in prædictorum vestes effundebatur, fiebantque omnia, ut in barbarica captivitate. Vulgus in solitudinem expellebatur, & universus populus extra civitatem degebat, erantque in tanto festo vacuæ populis Ecclesiæ, & plures quam quadraginta Episcopi, qui nobiscum communicabant, cum plebe temere & nulla de caussa pellebantur. Ubique ululatus, & lamenta, & fletus, & fontes lacrymarum per fora, per domos, per solitudines: & omnes civitatis regiones his calamitatibus implebantur. Nam ob iniquitatis magnitudinem non solum qui patiebantur, sed & qui nihil tale patiebantur, nobis condolebant; non E modo Catholici, sed & Hæretici, & Judæi & Gentiles: & quasi per vim capta civitate, ita in tumultu ac perturbatione & ejulatibus omnia erant. Atque hæc fiebant præter sententiam religiosissimi Principis, cum nox ingrueret: Episcopis hæc comparantibus, quos non pudebat Campiductores præeuntes pro Diaconis habere. Ubi vero illuxit dies, omnis civitas extra muros demigravit, quasi oves dispersæ, festum diem celebrans sub arboribus & in saltibus. Ex his licet vobis ea quæ consecuta sunt, deinceps reputare omnia. Nam, ut ante dixi, quæ acta sunt singillatim exsequi impossibile

1. Ed. ἀπελήφθη. 2. Ed. κατὰ πᾶσιν. 3. Ed. αἱμάτων. 4. Ed. εἰσελθόντες.

καὶ τηλικαῦτα κακὰ οὐδέπω καὶ νῦν λύσιν ἔλαβεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐλπίδα λύσεως· ἀλλ' ἐπιτείνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ δεινὸν, καὶ γέλως γεγόναμεν πολλοῖς· μᾶλλον δὲ γελᾷ μὲν οὐδεὶς, κἂν μυριάκις παρανομήσῃ· θρηνοῦσι δὲ πάντες, ὅπερ ἔφην, τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν, τὴν καινὴν ταύτην παρανομίαν. τίς ἂν εἴποι τὰς τῶν λοιπῶν ἐκκλησιῶν ταραχάς; οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα ἔστη τὸ χαλεπὸν, ἀλλὰ μέχρι τῆς ἑῴας ἔφθασε· καὶ καθάπερ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς πονηροῦ ῥεύματος ἐκχυθέντος τὰ λοιπὰ διαφθείρεται μέλη, οὕτω δὴ καὶ νῦν, ὥσπερ ἐκ πηγῆς τινος, τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως τῶν κακῶν ἀρξαμένων, ὁδῷ πᾶ τῶν θορύβων πανταχοῦ προέβη· καὶ κληρικοὶ πανταχοῦ ἐπανέστησαν ἐπισκόποις· καὶ λαοὶ, οἱ μὲν διετμήθησαν, οἱ δὲ μέλλουσι. καὶ πανταχοῦ κακῶν ὠδῖνες καὶ τῆς οἰκουμένης πάσης ἀνατροπή. μαθόντες τοίνυν ἅπαντα, κύριοι τιμιώτατοι καὶ εὐλαβέστατοι, τὴν προσήκουσαν ὑμῖν ἀνδρείαν καὶ σπουδὴν ἐπιδείξασθε, ὥστε παρανομίαν τοσαύτην ἐπεισελθοῦσαν ταῖς ἐκκλησίαις [1] ἀναστεῖλαι παρακαλοῦμεν· εἰ γὰρ τοῦτο κρατήσειε τὸ ἔθος, καὶ ἐξὸν γένηται τοῖς βουλομένοις εἰς ἀλλοτρίας ἀπιέναι ἐπαρχίας ἐκ τοσούτων διαστημάτων, καὶ ἐκβάλλειν οὓς ἂν ἐθέλοιεν, κατ' ἐξουσίαν ἰδίαν πράττοντες ἅπερ ἂν ἐθέλοιεν, ἴστε ὅτι πάντα οἰχήσεται, καὶ πόλεμος ἀκήρυκτος πᾶσαν δραμεῖται τὴν οἰκουμένην, πάντων πάντας τι βαλλόντων καὶ βαλλομένων. ἵν' οὖν μὴ τοσαύτη σύγχυσις καταλάβῃ τὴν ὑφ' ἡλίῳ πᾶσαν, ἐπιστεῖλαι παρακαλῶ τὰ μὲν οὕτω γεγενημένα παρανόμως ἀπόντων ἡμῶν, καὶ ἐκ μιᾶς μοίρας, καὶ οὐ παραιτουμένων κρίσιν, μηδεμίαν ἔχειν ἰσχὺν, ὥσπερ οὐκ ἔχει τῇ οἰκείᾳ φύσει. τοὺς δὲ τοιαῦτα παρανομήσαντας, τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεσθαι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ νόμου. ἡμᾶς δὲ τοὺς οὐχ ἁλόντας, οὐκ ἐληλεγμένους, οὐκ ἀποδειχθέντας ὑπευθύνους, [2] τῶν γραμμάτων δότε ἀπολαύειν τῶν ὑμετέρων συνήθως, καὶ τῆς ἀγάπης καὶ πάντων τῶν ἄλλων, ὥσπερ καὶ ἔμπροσθεν. εἰ δὲ βούλοιντο καὶ νῦν οἱ τὰ τοιαῦτα παρανομήσαντες τὰ ἐγκλήματα γυμνάζειν, ἐφ' οἷς ἡμᾶς ἀδίκως ἐξέβαλον, τῶν ὑπομνημάτων ἡμῖν δοθέντων, τῶν λιβέλλων, τῶν κατηγόρων φανέντων, δικαστηρίου καθίσαντος ἀδεκάστου καὶ δικασώμεθα καὶ ἀπολογησώμεθα, καὶ δείξωμεν ἑαυτοὺς ἀνευθύνους τῶν ἐπαγομένων ἡμῖν, ὥσπερ οὖν καὶ ἐσμέν. τὰ γὰρ νῦν γεγενημένα παρ' αὐτῶν, ἐκτός εἰσι πάσης ἀκολουθίας, καὶ παντὸς νόμου καὶ κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ. οὐδὲ ἐν τοῖς ἔξω μὲν οὖν δικαστηρίοις τοιαῦτα ἐτολμήθη ποτὲ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐν βαρβαρικῷ δικαστηρίῳ, οὐδὲ Σκύθαι καὶ Σαρμάται οὐκ ἄν ποτε ἐδίκασαν ἐκ μιᾶς μοίρας κρίναντες, ἀπόντος τοῦ αἰτιωμένου, καὶ παραιτουμένου οὐ κρίσιν, ἀλλ' ἀπέχθειαν, καλοῦντος δικαστὰς μυρίους, ἀνεύθυνον ἑαυτὸν εἶναι λέγοντος, ἑτοίμου ὄντος τῆς οἰκουμένης παρούσης ἀποδύσασθαι τὰς αἰτίας, καὶ δεῖξαι ἑαυτὸν ἀθῷον ἐν ἅπασιν ὄντα. ταῦτα οὖν ἅπαντα λογισάμενοι καὶ παρὰ τῶν κυρίων μου τῶν εὐλαβεστάτων ἀδελφῶν ἡμῶν ἐπισκόπων σαφέστερον ἅπαντα μαθόντες, τὴν παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν σπουδὴν παρακέκλησθε. οὕτω γὰρ οὐχ ἡμῖν μόνοις χαριεῖσθε, ἀλλὰ καὶ τῷ κοινῷ τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τὸν παρὰ Θεοῦ λήψεσθε μισθὸν, τοῦ διὰ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην πάντα ποιοῦντος διηνεκῶς· ἐγράφη δὲ αὕτη καὶ πρὸς Βενέριον ἐπίσκοπον Μεδιολάνου, καὶ Χρωμάτιον ἐπίσκοπον Ἀκυληΐας· ἔῤῥωσο ἐν κυρίῳ.

Πρὸς τούτοις ἀντεπέστειλεν ὁ μακάριος Ἰννοκέντιος ὁ πάπας ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσι τὰ ἴσα τῆς κοινωνίας· ἀθετήσας τὴν δόξασαν γεγενῆσθαι κρίσιν παρὰ Θεοφίλου, εἰπὼν δεῖν ἑτέραν ἀνεπίληπτον συγκροτηθῆναι σύνοδον δυτικῶν τε καὶ ἀνατολικῶν, ὑποχω-

A est. Et quod sane permolestum est, tot & talia ne nunc quidem finem acceperunt, ac ne spes quidem ulla finis faciendi: sed augetur in dies malum; nosque plerisque ridiculi facti sumus. Immo vero ridet quidem nemo, etiamsi summæ sit improbitatis; lugent autem, ut dixi, omnes apicem malorum, inauditam hanc iniquitatem. Jam vero reliquarum Ecclesiarum perturbationes quis eloquatur? Non enim heic desiit hoc malum, sed & usque in Orientem pervenit. Nam ut a capite malo humore effuso reliqua membra corrumpuntur; ita exortis hujus magnæ civitatis malis, velut ex fonte, tumultus quocumque via progressi sunt, & clerici ubique in Episcopos insurrexerunt, & populi B alii quidem discissi sunt, alii propediem scindentur; & ubique malorum exspectatio orbisque totius subversio. Igitur domini mei maxime venerandi & religiosissimi, cum hæc ita se habere didiceritis, eam quæ vos decet, fortitudinem & studium quæso ostendite, ut tanta iniquitas quæ Ecclesias invasit reprimatur. Si enim hic mos invaluerit, & si licebit cuivis in alienas invadere provincias, idque ex tantis intervallis, & ejicere quos quis voluerit, ex auctoritate sua quodlibet agendo, scitis omnia pessum itura, & inexpiabile bellum quoddam orbem terrarum incursurum, omnibus omnes ejicientibus & vicissim ejectis. Ne igitur tanta confusio omnem quæ sub cælo est terram in- C vadat, rogo ut per epistolas denuntietis, ea quæ tam inique acta sunt ab una parte, absentibus nobis & non declinantibus judicium, nullum habere robur, sicut ex sua natura nullum habent; & ut qui talia ausi sunt, Ecclesiasticarum legum pœnis subjiciantur. Nos igitur qui nec convicti nec reprehensi sumus, nec rei demonstrati, literis vestris frui date, & caritate vestra ceterisque omnibus ut antea. Si vero qui talia patrarunt, velint nunc quoque crimina objicere, ob quæ nos injuste ejecerunt, datis nobis actis, & cum libelli & accusatores comparuerint, incorruptis judicibus sedentibus caussam dicemus, & ostendemus extra culpam nos esse eorum quæ nobis objiciuntur, sicut plane sumus. Nam quæ ab illis facta, contra omnem D sunt ordinem, contra omnes leges & canones Ecclesiasticos: neque in Gentilium judiciis, neque in barbarico quidem tribunali talia umquam acta sunt. Immo vero neque Scythæ neque Sarmatæ ita umquam judicarunt, judicium ab una parte ferentes, absente eo qui accusatur, nec recusante judicium, sed hostilitatem, vocante judices innumeros, extra culpam se esse dicente, & coram terrarum orbe crimina depulsurum, atque in omnibus insontem se ipsum esse ostensurum. Hæc igitur omnia reputantes, a dominis meis piissimis fratribus Episcopis cum liquido compereritis, studium vestrum quæso adjungite: ita non tantum de nobis bene merebimini, sed & de communi Ecclesiarum sta- E tu, & mercedem a Deo accipietis, qui ob Ecclesiarum pacem omnia jugiter facit. Hæc ipsa etiam scripta est ad Venerium Episcopum Mediolani, & ad Chromatium Aquilejæ Episcopum. Vale in Domino.

Ad hæc beatus Innocentius Papa, utrique parti pares literas communionis misit, improbans judicium quod a Theophilo factum videbatur: dicens debere aliam cogi synodum irreprehensibilem Occidentalium & Orientalium. Primum quidem fece-

1. Ἀναστεῖλαι. Sic codex Mediceus rectius quam Bigot. qui ἐπιστεῖλαι posuit. Sic etiam legimus Tom. III. pag. 520.

2. Sic in veteri Editione legebatur, quam sequutus est Bigotius in versione sua, licet in serie, πραγμάτων pro γραμμάτων posuerit. Ita quoque legimus Tom. III. p. 520.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
401.



ῥουμένων τοῦ συνεδρίου φίλων πρῶτον, ἔπειτα καὶ ἐχθρῶν. οὐδὲ γὰρ παρ᾽ ὁποτέρων, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ὀρθὸν αὐτῶν ἐστι τὸ κριτήριον. μετ᾽ ὀλίγας πάλιν ἡμέρας ἐπέστη τις πρεσβύτερος Θεοφίλου Πέτρος, ἅμα Μαρτυρίῳ διακόνῳ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, ἐπιδόντες ἐπιστολὰς τοῦ αὐτοῦ, καί τινα ὑπομνημάτια δῆθεν. ἐν οἷς ἐδόκει κατακεκρίσθαι ὁ Ἰωάννης παρὰ τριάκοντα ἓξ ἐπισκόπων, ὧν οἱ μὲν εἰκοσιεννέα ἦσαν Αἰγύπτιοι, ἑπτὰ δὲ τῶν ἄλλων κλιμάτων. οἷς ὑπομνήμασιν ἐντυχὼν ὁ πάπας Ἰννοκέντιος, καὶ εὑρὼν μήτε τὰς αἰτίας οὔσας βαρείας, μήτε τὸν Ἰωάννην παρόντα καὶ κατὰ πρόσωπον ἐλεγχθέντα, ἔμεινεν κατασυρίζων τῆς Θεοφίλου μανίας, ὅτι κατὰ ἀπόντος τοιαύτην ἀτόπομον ἐξέβρασε ψῆφον. ἀπολύσας οὖν αὐτοὺς μετὰ ἐλεγκτι- B κῶν γραμμάτων, ηὔχετο τὸν Θεὸν ἱκετεύων μετὰ νηστείας, καὶ τῆς ἐκκλησίας παραλυθῆναι μὲν τὴν διχοστασίαν, συναρμοσθῆναι δὲ τὴν φιλαδελφίαν. ἦν δὲ τῆς ἐπιστολῆς ἡ δύναμις αὕτη.

A dentibus ab illo consessu amicis, deinde & inimicis. A neutris enim ut plurimum rectum proficiscitur judicium. Paucis post diebus rursus advenit Presbyter quidam Theophili Petrus, cum Martyrio Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diacono, qui reddiderunt ejus literas, & quosdam actorum commentariolos videlicet, in quibus videbatur Joannes a triginta sex Episcopis condemnatus; quorum undetriginta erant Ægyptii, septem vero aliarum regionum. Quibus actis perlectis, Papa Innocentius, cum comperisset nullas graves esse accusationes, neque Joannem adfuisse, neque coram reprehensum esse, Theophili furorem exsibilare perstitit, quod contra absentem tam præcipitem & abruptam sen- B tentiam effudisset. Dimissis igitur illis cum increpatoriis literis, precabatur Deum supplicans cum jejunio ut sedaretur quidem Ecclesiæ discordia, fraternus vero amor compingeretur. Erat autem epistolæ tenor hic.

Ἀδελφὲ Θεόφιλε, ἡμεῖς καί σε ἴσμεν κοινωνικὸν καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννην, ὡς καὶ ἐν πρώτοις [1] γράμμασι φανερὰν ἡμῶν τὴν γνώμην ἐποιήσαμεν· καὶ νῦν δὲ οὐκ ἐκστάντες τῆς αὐτῆς προαιρέσεως, πάλιν σοι τὰ αὐτὰ γράφομεν, καὶ ὁσάκις ἂν ἀποστείλῃς. ὅτι ἐὰν μὴ δέουσα κρίσις παρακολουθήσῃ ἐπὶ τοῖς παιγνιωδῶς γεγενημένοις, ἀμήχανόν ἐστιν ἀλόγως ἡμᾶς ἀποστῆναι τῆς Ἰωάννου κοινωνίας. ὡς γοῦν εἰ θαρρεῖς σὺ τῷ κριτηρίῳ, ἀπάντησον τῇ κατὰ Χριστὸν γεγενημένῃ [2] συνόδῳ, κἀκεῖ τὰς αἰτίας γυ- C μνάσας ὑπὸ μάρτυσι τοῖς Νικαίας κανόσιν· ἄλλον γὰρ κανόνα ἡ Ῥωμαίων οὐ παραδέχεται ἐκκλησία· ἀναντίρρητον τὴν ἀσφάλειαν σχήσῃ.

Frater Theophile, nos quidem habemus te & fratrem Joannem nobis communicantes, ut & in prioribus literis mentem nostram manifestam fecimus, ac ne nunc quidem ab eo proposito desistentes, rursus eadem tibi scribimus, & quotiescumque ad nos miseris: quod nisi congruum judicium subsequatur in his quæ per ludibrium gesta sunt, fieri non potest ut sine ratione a Joannis communione discedamus. Tu igitur, si judicio confidis, siste te C ad synodum, quæ secundum Christum cogitur; & ibi expositis criminationibus sub testibus Nicæni Concilii canonibus (alium enim canonem Romana non admittit Ecclesia) irrefragabilem securitatem habebis.

## CAPUT III.

Μικροῦ δὲ παρελθόντος χρόνου, ἐπέστη πρεσβύτερος Κωνσταντινουπόλεως Θεότεκνος ὀνόματι, ἐπιδοὺς ἐπιστολὰς τῆς συνόδου τῆς Ἰωάννου εἰκοσιπέντε ἐπισκόπων μικρῷ πρός. ἐν οἷς ἀνεδίδαξαν καὶ στρατιωτικῇ βοηθείᾳ ἐκβεβλῆσθαι τὸν Ἰωάννην τῆς πόλεως, καὶ εἰς ἐξορίαν ἐν Κουκουσῷ πεπέμφθαι, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐμπεπρῆσθαι. ᾧ καὶ αὐτῷ δοὺς κοινωνικὰ γράμματα πρός τε τὸν ἐπίσκοπον Ἰωάννην, καὶ πρὸς D τοὺς αὐτῷ κοινωνοῦντας, παρεκάλει μετὰ δακρύων μακροθυμεῖν, βοηθεῖν οὐ δυνάμενος διὰ τὸ ἀντιπράττειν τινὰς τοὺς τὸ κακὸν δυναμένους· μετὰ μικρὸν ὕστερος ἐπέστη ἀνθρωπίσκος, δυσειδὴς ἰδεῖν, δυσμενὴς νοηθῆναι, Πάτερνος τοὔνομα, λέγων ἑαυτὸν πρεσβύτερον τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, ὃς καὶ αὐτὸς ὅλος δι᾽ ὅλου σεσοβημένος, ἐκ τοῦ ἤθους [3] τὴν ἔχθραν ἐπιδεικνύων, πολλὰς καταχέων λοιδορίας κατὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου, ἐπιδέδωκε γράμματα ἐπισκόπων ὀλίγων, Ἀκακίου, Παύλου, Ἀντιόχου, Κυρίνου, Σευηριανοῦ, καὶ ἑτέρων τινῶν, ἐν οἷς συκοφαντοῦσι τὸν Ἰωάννην, ὡς καύσαντα τὴν ἐκκλησίαν. οὕτος ψευδὴς ἡμῖν ἐφάνη ὁ λόγος, ὡς μηδὲ διὰ τοῦτο δοῦναι ἀπολογίαν τὸν Ἰωάννην ἐν ἐπισήμῳ συνόδῳ. οὐ καταπτύσας ὁ πάπας Ἰννοκέντιος, οὐδὲ ἀντιγράφειν E ἠξίωσεν. ὁ Ἐπισκ. καταξίωσον οὖν ὑποσχεῖν μοι τὴν ἀκοήν, ἵνα σοι καθ᾽ ἕκαστον ἀφηγήσωμαι. πάνυ γάρ, ὡς λέγει ὁ Ἐλιοὺς τῷ Ἰὼβ, συνέχει με τὸ πνεῦμα τῆς γαστρός· γαστέρα τὴν διάνοιαν αἰνιττόμενος πεπληρωμένην λόγων. ὁ Διάκ. ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐκπληρῶσαί με, ἀγαθώτατε πάτερ, τὴν ἀκρίβειαν τῶν καθ᾽ ἡμᾶς φθασάντων, ἵν᾽ οὕτως ἄρξωμαι τῆς πρὸς σὲ ἐρωτήσεως. πάλιν τοίνυν μεθ᾽ ἡμέρας τινὰς ἐπέστη ὁ Συνάδων ἐπίσκοπος, γράμματα μὲν οὐκ ἔχων, ἱκανὸς δὲ πρὸς διήγησιν ἐναρμόνιον, ὃς ἔλεγε πεφευγέναι διὰ

Modico post tempore advenit Presbyter Constantinopolitanæ Ecclesiæ Theotecnus nomine, reddens epistolas synodi Joannis, viginti quinque Episcoporum aut paullo plus, quibus docebant, & Joannem militari manu urbe expulsum, & Cucusum in exsilium esse missum, atque succensam esse ecclesiam. Cui etiam dedit Innocentius communi- D catorias literas, & ad Joannem Episcopum, & ad omnes ei communicantes Episcopos, cum opem ferre non posset, eo quod ad malum potentes quidam obstarent. Paullo post venit homuncio quidam, visu deformis, & qui difficile intelligi posset, Paternus nomine, Presbyterum se Constantinopolitanæ Ecclesiæ dicens; qui & ipse totus efferatus, inimicitias adversus Joannem vultu ipso prodens, multisque eum probris lacerans, literas paucorum Episcoporum reddidit, Acacii, Paulli, Antiochi, Cyrini, Severiani & aliorum quorumdam: in quibus calumniabantur Joannem, quasi Ecclesiam incendisset. Tam falsa nobis oratio apparuit, ut ne Joannes quidem in celebri Synodo hujus rei defensionem attulerit: quem usque eo despexit Pa- E pa Innocentius, ut respondere dignatus non sit. EPISC. Dignare igitur aures mihi præbere, ut tibi singula exponam: valde enim, ut ait Elius ad Job, [a] *constringit me spiritus ventris*: ventrem innuens mentem sermonibus plenam. DIAC. Necesse est me, optime Pater, exacte explere narrationem eorum, quæ ad notitiam nostram pervenerunt, ut sic aggrediar interrogare te. Rursus igitur post aliquot dies adfuit Synadorum Episcopus Cyriacus, literas quidem nullas habens, idoneus vero ad apte & concinne narrandum; qui dicebat fugisse se ob

[a] Job XXXII. 18.

1. Geog. προτέροις. 2. Georg. γινομ. 3. Georg. εἴδους.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.



τὴν τοῦ βασιλικοῦ διατάγματος ἀπειλὴν περιέχουσαν· ὅτι, εἴ τις οὐ κοινωνεῖ Θεοφίλῳ καὶ Αρσακίῳ καὶ Πορφυρίῳ, ὁ τοιοῦτος τῆς μὲν ἐπισκοπῆς εἰργέσθω, προσαπόλλυτο (sic) δὲ, εἴ τινα δοκεῖ ἔχειν οὐσίαν χρημάτων ἢ κτημάτων. μετὰ τὸν Κυριακὸν παρεγένετο Εὐλύσιος, ὁ Απαμείας ἐπίσκοπος τῆς Βιθυνίας, ἐπιδοὺς γράμματα πεντεκαίδεκα ἐπισκόπων τῆς συνόδου Ιωάννου, καὶ τοῦ καλογήρου Ανυσίου, τοῦ Θεσσαλονίκης ἐπισκόπου, ἐν οἷς οἱ μὲν τὴν προγενομένην καὶ γινομένην ἀναδιδάσκουσι λαφυραγωγίαν πάσης τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὁ δὲ, ὡς ἐμμένει τῇ κρίσει τῇ τῶν Ρωμαίων· ὃς καὶ αὐτὸς Εὐλύσιος διηγήσατο συνῳδὰ τῷ Κυριακῷ· παραδραμόντος δὲ μηνὸς ἡμερῶν, ἐπέστη Παλλάδιος, ὁ ἐπίσκοπος Ελενουπόλεως, δίχα γραμμάτων, ὃς ἔλεγε καὶ αὐτὸς πεφευγέναι τὴν τῶν ἀρχόντων μανίαν· ἐγκεντρότερον δὲ ἡμῖν ἀφηγήσατο, ἐπιδείξας ἀντίγραφον διατάγματος περιέχοντος, ὡς τὸν κρύπτοντα ἐπίσκοπον ἢ κληρικὸν, ἢ ὅλως δεχόμενον ἐν οἰκίᾳ κοινωνικὸν Ιωάννου, τὸν οἶκον δημεύεσθαι. μετὰ τὸν Παλλάδιον, Γερμανὸς πρεσβύτερος ἅμα Κασιανῷ διακόνῳ τῶν Ιωάννου, ἄνδρες εὐλαβεῖς, ἐπιδόντες γράμματα παντὸς τοῦ κλήρου Ιωάννου. ὅπου γράφουσι βίαν καὶ τυραννίδα ὑπομεμενηκέναι αὐτῶν τὴν ἐκκλησίαν· τοῦ ἐπισκόπου αὐτῶν στρατιωτικῇ βοηθείᾳ ἐκβληθέντος, καὶ εἰς ἐξορίαν πεμφθέντος κατὰ σύσκευὴν Ακακίου Βεροίας, καὶ Θεοφίλου Αλεξανδρείας, καὶ Αντιόχου Πτολεμαΐδος, καὶ Σευηριανοῦ Γαβάλων, ἐν οἷς καὶ βρέβιον ἐπέδειξαν οἱ προειρημένοι, ὅπου τὰ κειμήλια παραδεδώκασιν ὑπὸ μάρτυσι τοῖς δικασταῖς, Στουδίου ἐπάρχου πόλεως, καὶ Εὐτυχιανοῦ τῶν Πραιτωρίων, καὶ Ιωάννου Κόμητος θησαυρῶν, καὶ Εὐσταθίου Κοαίστορος, καὶ Ταβελλαρίου [1], ἔντι χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ ἀμφίοις, ἀποτριψάμενοι τοῦ ἐπισκόπου Ιωάννου τὴν συκοφαντίαν. μετὰ τούτους ἦλθε Δημήτριος ἐκ δευτέρου, ὁ ἐπίσκοπος Πισινουντων, περιδραμὼν τὴν ἀνατολὴν, καὶ κηρύξας τὴν Ρωμαίων κοινωνίαν τὴν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον Ιωάννην μετὰ γραμμάτων τοῦ πάπα Ιννοκεντίου, ἐνεγκὼν καὶ γράμματα τῶν ἀπὸ Καρίας ἐπισκόπων, ὅπου ἀσπάζονται τὴν Ιωάννου κοινωνίαν, καὶ τῶν ἀπὸ Αντιοχείας πρεσβυτέρων, ὅπου ἐπισπῶνται τὴν τῶν Ρωμαίων εὐταξίαν, καὶ ἀποδύρονται τὴν Πορφυρίου χειροτονίαν, ἀθέσμως καὶ ἀνοσίως γεγενημένην. μεθ' οὓς πάντας ἐλήλυθεν ὁ πρεσβύτερος Δομιτιανὸς, Οἰκονόμος τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, καὶ Ουαλλαγᾶς τις, πρεσβύτερος Νισίβιος, διηγούμενος τῶν μοναστηρίων τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ τὸν ὀδυρμόν. ἐπιδόντες καὶ ὑπομνήματα Οπτάτου τινὸς ἐπάρχου, ὅπου κόσμιαι γυναῖκες ἐκ γένους ὑπάτων, ἄγονται δημοσίᾳ ὄψει [2] πρὸς αὐτὸν διάκονοι τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας, ἀναγκαζόμεναι ἢ κοινωνῆσαι Αρσακίῳ, ἢ δοῦναι πρὸς διακοσίας λίτρας χρυσίου ταῖς ταμειακαῖς ψήφοις· περὶ δὲ ἀσκητῶν καὶ παρθένων τί δεῖ καὶ λέγειν; οἵ τινες ἐπεδείκνυντο ξεσμὸν πλευρῶν ἐπὶ ξύλου, καὶ αἰκισμὸν [3] ὤτων. ὡς μηκέτι καρτερήσαντα τὸν πάπαν Ιννοκέντιον, ἀποστεῖλαι πρὸς τὸν εὐσεβῆ βασιλέα Ονώριον, ὑποτάξαντα κατὰ μέρος τῶν γραμμάτων τὴν δύναμιν, ἐν οἷς κινηθεῖσα αὐτοῦ ἡ εὐσέβεια, προστάσσει σύνοδον συγκροτηθῆναι τῶν δυτικῶν, καὶ κοινὴν μίαν ἐξενεγκόντας ψῆφον ἀνενεγκεῖν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ εὐσέβειαν. οἵ τινες ἐπίσκοποι τῆς Ιταλίας συναχθέντες, παρακαλοῦσι τὸν βασιλέα γράψαι τῷ ἑαυτοῦ ἀδελφῷ καὶ συμβασιλεῖ Αρκαδίῳ, προστάξαι ἐν Θεσσαλονίκῃ γενέσθαι σύνοδον, ὥστε δυνηθῆναι εὐκόλως ἀμφότερα συνδραμεῖν τὰ μέρη ἀνατολῆς τε καὶ δύσεως, πρὸς τὸ τελείαν γενομένην σύνοδον, οὐκ ἐν ποσότητι ἀριθμοῦ, ἀλλ' ἐν ποιότητι γνώμης, ἀναμφίλεκτον ἐξενεγκεῖν ψῆφον. ἐξ ὧν πυρωθεῖσα αὐτοῦ ἡ εὐσέβεια, τῷ μὲν ἐπι-

A Imperialis edicti comminationem, quod sic habet: *Si quis non communicat Theophilo, Arsacio, & Porphyrio, ille quidem episcopatu arceatur, simul etiam amittat si quam visus fuerit habere substantiam pecuniarum aut prædiorum*. Post Cyriacum advenit Eulysius, Episcopus Apameæ Bithyniæ, reddens literas quindecim Episcoporum e synodo Joannis, & optimi senis Anysii, Thessalonicensis Episcopi, in quibus & priorem & præsentem totius Constantinopolis direptionem perscribebant. Anysius vero, scribebat se judicio Romanæ Ecclesiæ acquiescere, qui & ipse Eulysius omnia Cyriaco consentanea narravit. Elapso mense, accessit Palladius, Episcopus Helenopolis, absque literis, qui B & ipse fugisse se magistratuum furorem dicebat, & nobis omnia expressius declaravit; ostendens Edicti exemplum, quod sic habet: *Quicumque occultaverit Episcopum aut Clericum, aut omnino exceperit in domum suam aliquem qui communicet Joanni, domus ejus publicetur*. Post Palladium, advenere Germanus Presbyter una cum Cassiano Diacono, qui erant e partibus Joannis, viri religiosi, literas totius cleri Joannis reddentes, quibus scribunt Ecclesiam ipsorum vim atque tyrannidem perpessam esse, ipsorum Episcopo militari manu ejecto, atque in exsilium acto per factionem Acacii, Berœæ Episcopi, Theophili Alexandriæ, Antiochi Ptolemaidos, & Severiani Gabalorum. Interea breviculum C prædicti ostenderunt, quo pretiosa vasa tradiderant coram judicibus, Studio Præfecto Urbis, & Eutychiano Præfecto Prætorii, & Joanne Comite Thesaurorum, & Eustathio Quæstore, ac Tabulariis, in auro, argento & vestibus, calumniam a Joanne Episcopo depellentes. Post illos denuo venit Demetrius, Pesinuntis Episcopus, qui Orientem percurrerat, prædicans Romanorum communionem cum Joanne Episcopo, ostensis Papæ Innocentii literis, afferens epistolas ab Episcopis Cariæ, quibus illi Joannis communionem complectuntur, atque alias a Presbyteris Antiochiæ, quibus Romanorum disciplinam sequuntur, & deplorant Porphyrii ordinationem factam contra jus & fas. Post D quos omnes venit Presbyter Domitianus, OEconomus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & Vallagas quidam, Presbyter Nisibenus, narrans monasteriorum quæ sunt in Mesopotamia afflictionem: qui etiam reddiderunt Optati cujusdam Præfecti acta, in quibus honestæ mulieres ex genere Consulum, Diaconissæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, in oculis populi, ad eum ducuntur, coactæ aut communicare Arsacio, aut fisco dare ducentas auri libras. De ascetis & virginibus quid attinet dicere? qui ostendebant sulcata latera in eculeo & in tergo verberum notas. Ita ut non amplius sustinens Papa Innocentius, miserit ad pium Imperatorem Honorium, singillatim quid ferrent epistolæ illæ subjun- E gens. Quibus permota ejus pietas, jubet Occidentalium Synodum cogi, & cum unam simul sententiam tulissent, eam ad suam pietatem referre. Qui quidem Episcopi Italiæ congregati, orant Imperatorem, scribat fratri suo & consorti imperii Arcadio, ut jubeat Thessalonicæ Synodum fieri; quo facilius utraque pars Orientis & Occidentis in unum accurrere possit, & Synodus, non in Episcoporum numero, sed in pondere sententiæ perfecta, certum & indubitatum ferat judicium. Quibus accensa ejus pietas, Episcopo quidem Romanæ Ecclesiæ scribit:

1. Georg. ὤν. 2. Georg. ὄψει. 3. Georg. νώτων.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.



σκόπῳ Ῥώμης, ἐπιστέλλει πέμψαι ἐπισκόπες μὲν πέντε, πρεσβυτέρυς δὲ δύο Ῥώμης, διάκονον δὲ ἕνα, ὥστε διακομίσαι αὐτῷ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἐπιστολήν, ἥτις ἐπιστολὴ περιεῖχε τὴν δύναμιν ταύτην.

Τρίτον γράφω πρὸς τὴν σὴν ἡμερότητα, ἀξιῶν ἵνα διορθώσεως τύχῃ τὰ κατὰ τὴν σύσκευὴν τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν, καὶ ὡς ἔοικεν οὐκ ἤνυσται, ὅθεν πάλιν ἐπέστειλα διὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων, πάνυ φροντίζων τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, δι' ἧς καὶ ἡ ἡμῶν εἰρηνεύεται βασιλεία, ἵνα καταξιώσῃς προστάξαι ἐν Θεσσαλονίκῃ συνελθεῖν τοὺς τῆς Ἑῴας ἐπισκόπους. καὶ γὰρ οἱ τῆς ἡμετέρας Ἑσπερίας ἐπίσκοποι, ἐκλεξάμενοι ἄνδρας ἀκλινεῖς πρὸς κακίαν καὶ ψεῦδος, ἀπεστάλκασιν ἐπισκόπους μὲν πέντε, πρεσβυτέρους δὲ δύο, B διάκονον δὲ ἕνα τῆς μεγίστης ἐκκλησίας Ῥωμαίων. ὧν φροντίσαι παντοίαις τιμαῖς καταξίωσον, ἵν' εἰ μὲν πεισθέντες ὅτιπερ δικαίως ἐκβέβληται ὁ ἐπίσκοπος Ἰωάννης, διδάξωσί με ἀποστῆναι τῆς αὐτοῦ κοινωνίας· ἢ ἐλέγξαντες ἐθελοκακοῦντας τοὺς τῆς Ανατολῆς ἐπισκόπους, ἀποστρέψωσί σε τῆς αὐτῶν κοινωνίας. τίνα γάρ ἐστιν ἃ φρονοῦσι περὶ τοῦ ἐπισκόπου Ιωάννου οἱ δυτικοὶ, ἐκ πασῶν τῶν ἐπιστολῶν τῶν πρὸς μὲ γραφεισῶν ὑπέταξα δύο, ἰσοδυναμούσας ταῖς πάσαις, τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Ῥώμης καὶ τοῦ Ακυληΐας. τοῦτο δὲ παρακαλῶ τὴν σὴν ἡμερότητα πρὸ πάντων, καὶ ἄκοντα τὸν Ἀλεξανδρείας Θεόφιλον παραστῆναι δικαίωσον, δι' ὃν μάλιστα λέγεται ἅπαντα τὰ κακὰ γεγενῆσθαι. ἵνα εἰς μηδὲν [1] ἡ τῶν παραγενομένων ἐπισκόπων ἐμποδισθεῖσα σύνοδος, τὴν πρέπουσαν τοῖς καιροῖς ἡμῶν εἰρήνην βραβεύσῃ. C

A mittat quinque Episcopos, Presbyteros autem Romanæ Ecclesiæ duos & Diaconum unum, qui ferant suam ad fratrem suum epistolam, cujus hæc sententia erat.

Tertio jam scribo ad mansuetudinem tuam, rogans ut quæ ex compacto contra Joannem Episcopum gesta sunt, emendentur. Et ut videtur nondum perfectum est. Quare denuo scripsi per hosce Episcopos & Presbyteros, multum solicitus de pace ecclesiastica, per quam & nostrum imperium pacem obtinet, ut jubere digneris Orientis Episcopos Thessalonicæ convenire. Etenim Occidentis nostri Episcopi, lectis viris adversus malum ac mendacium firmissimis, miserunt Episcopos quinque, Presbyteros vero duos, & Diaconum unum magnæ Ecclesiæ Romanæ. Quos velim omni honore digneris; ut si persuasi fuerint quod jure expulsus sit Joannes, doceant me ab ejus communione recedere: aut si coarguerint sponte malignos esse Orientis Episcopos, ab eorum te communione avertant. Quænam enim sit Occidentalium de Joanne Episcopo sententia, ex omnibus epistolis quæ ad me scriptæ sunt, duas subjunxi, ejusdem cum ceteris sententiæ, unam Romani, alteram Aquilejensis Episcopi. Porro hoc ante omnia obsecro clementiam tuam, Theophilum, Alexandriæ Episcopum, etiam nolentem, sistere jubeas, qui omnium malorum maxime auctor esse dicitur; ut Episcoporum qui adfuerint Synodus minime impedita, convenientem temporibus nostris pacem sanciat.

## CAPUT IV.

ΛΑβόντες τοιγαροῦν οἱ περὶ τὸν ἅγιον ἐπίσκοπον Αἰμίλιον Βενεβενδοῦ, καὶ Κυθήγιον, καὶ Γαυδέντιον, σὺν Οὐαλεντινιανῷ [2] καὶ Βονιφατίῳ τοῖς πρεσβυτέροις τὰ γράμματα τοῦτε Ιννοκεντίου καὶ τῶν Ιταλῶν ἐπισκόπων, Χρωματίου Ακυληΐας, καὶ Βενερίου Μεδιολάνων, καὶ τῶν λοιπῶν, καὶ ὑπομνηστικὸν τῆς συνόδου πάσης δύσεως, δημοσίοις συνθήμασιν ἀπεστάλησαν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν σὺν τοῖς περὶ Κυριακὸν καὶ Δημήτριον καὶ Παλλάδιον καὶ Εὐλύσιον τοὺς ἐπισκόπους. D εἶχε δὲ τὸ ὑπομνηστικόν· μὴ δεῖν εἰσελθεῖν Ιωάννην εἰς κρίσιν, ἐὰν μὴ πρότερον ἀποκατασταθῇ αὐτῷ ἥτε ἐκκλησία καὶ ἡ κοινωνία, ἵν' εἰς μηδὲν ἔχων ὑπερτίθεσθαι, αὐθαίρετος [3] εἰσέλθῃ εἰς τὸ συνέδριον. ἀπελθόντες οὖν εἰς τὴν Κωνσταντινόπολιν, ὑπέστρεψαν μετὰ τέσσαρας μῆνας, διηγούμενοι βαβυλώνια πράγματα. ὅτι κατεσχέθημεν παραπλέοντες τὴν Ἑλλάδα Αθήναζε ὑπὸ χιλιάρχου τινὸς δυστήνου, ὃς ἐξ αὐτῆς συνέζευξεν ἡμῖν ἑκατοντάρχην ἕνα, μὴ συγχωρήσας ἡμῖν παραβαλεῖν τῇ Θεσσαλονίκῃ. ἐκεῖ γὰρ αὐτῶν ἦν ὁ σκοπὸς πρῶτον ἀποδοῦναι τὰ γράμματα Ανυσίῳ τῷ ἐπισκόπῳ. ἐμβαλὼν οὖν ἡμᾶς, φασιν, εἰς δύο πλοῖα, ἐξέπεμψεν. ἐπιγενομένου δὲ βιαίου νότου, ἄσιτοι διὰ τριῶν ἡμερῶν διαπλεύσαντες τὸ κατὰ τὸν Αἰγαῖον πέλαγος καὶ τὰ στενὰ, E δωδεκάτην ὥραν τῇ τρίτῃ ὡρμήσαμεν πρὸ τῆς πόλεως πλησίον τῶν Βίκτορος προαστείων· ἐν ᾧ κατασχεθέντες τόπῳ ὑπὸ τῶν τοὺς λιμένας πραττόντων, ἀπήλθομεν εἰς τὰ ὀπίσω· τίνος δὲ κελεύσαντος οὐκ ἔγνωμεν. καὶ συγκλεισθέντες εἰς φρούριον τῆς Θρᾴκης παραθαλάσσιον, Αθύραν καλούμενον· ἐκεῖθέν τε στρεβλωθέντες, οἱ μὲν Ῥωμαῖοι ἐν οἰκίσκῳ ἑνὶ, καὶ ἐν διαφόροις οἱ περὶ Κυριακὸν, ὡς μηδὲ παῖδα ἔχειν εἰς ὑπηρεσίαν. καὶ ἀπαιτούμενοι τὰ γράμματα, οὐ δεδώκαμεν, εἰπόντες ὅτι πῶς οἷόν τι ἐστι πρεσβευτὰς ἡμᾶς ὄντας, μὴ αὐτῷ τῷ βασιλεῖ ἐπιδοῦναι τὰ τοῦ βασιλέως

CUM igitur sanctus Æmilius, Beneventi Episcopus, & Cythegius & Gaudentius, una cum Valentiniano & Bonifacio Presbyteris, accepissent literas Imperatoris Honorii, Innocentii, & Italorum Episcoporum, Cromatii Aquilejensis, & Venerii Mediolanensis, atque aliorum, necnon commonitorium Synodi totius Occidentis, publica evectione Constantinopolim profecti sunt cum Cyriaco, Demetrio, Palladio & Eulysio Episcopis. Commonitorium autem continebat: Joannem judicium ingredi non debere, nisi ipsi prius restituta fuisset & Ecclesia, & communio; ut sublata caussa detrectandi judicii, sua sponte confessum iniret. Profecti igitur Constantinopolim, post quatuor menses redierunt, narrantes facinora Babylonica. Cum præter Græciam Athenas navigaremus, detenti fumus ab infesto quodam Tribuno Militum, qui statim Centurionem unum nobis adjunxit, non sinens nos Thessalonicam accedere. Illic enim propositum nobis erat literas primum dare Anysio Episcopo. Conjectos igitur nos, ajunt, in duo navigia dimisit. Ingruente postea austro vehementi, tribus diebus Ægæum mare & freta sine cibo trajecimus: circa duodecimam tertii diei horam appulimus ante Urbem Regiam juxta suburbana Victoris. Ubi retenti ab exactoribus portuum, retro discessimus; cujus autem jussu, ignoramus: & conclusi fumus maritimo Thraciæ castello, Athyra dicto, Romani quidem in una domuncula, in pluribus vero qui cum Cyriaco erant, illicque vexati; ita ut ne famulus quidem præsto esset, qui ministraret. Cum literas petiissent, non dedimus, dicentes: Qui fieri potest, ut qui legati sumus, literas Imperatoris & Episcoporum, ipsi Imperatori non reddamus? Cum autem eas non dare persisteremus; primus

1. Georg. ἂν. 2. Georg. τίνα. 3. Georg. ἑτῶς.

γράμματα, καὶ τῶν ἐπισκόπων; ὡς ἂν ἐμένομεν μὴ διδόντες, πρώτου ἐλθόντος Πατρικίου νοταρίου πρὸς ἡμᾶς, ἔπειτα τινων ἑτέρων, τελευταῖον ἦλθέ τις ἀφηγούμενος ἑνὸς ἀριθμοῦ, Οὐαλλεριανὸς ὀνόματι, Καππαδόκης, καὶ κλάσας τὸν ἀντίχειρα τοῦ ἐπισκόπου Μαριανοῦ ἀφεῖλεν ἐσφραγισμένην τὴν ἐπιστολὴν τοῦ βασιλέως σὺν ταῖς λοιπαῖς ἐπιστολαῖς. ἐπιγενομένης τῆς δευτέρας ἡμέρας, ἀπέστειλαν πρὸς ἡμᾶς, εἴτε οἱ τῆς τοῦ βασιλέως αὐλῆς, εἴτε οἱ περὶ Ἀττικὸν, ἀγνοοῦμεν, αὐτὸς γὰρ ἐλέγετο ἐπιπεπηδηκέναι τῷ θρόνῳ τῆς ἐκκλησίας· ἐπιδόντες ἡμῖν νομίσματα τρισχίλια, ἀξιοῦντες πεισθέντας ἡμᾶς κοινωνῆσαι τῷ Ἀττικῷ, παρασιωπήσαντες τὴν Ἰωάννου δίκην. οἷς μὴ πεισθέντες ἐμένομεν προσδεχόμενοι πρὸς τὸ μηδὲν εἰρηνικὸν ἀνύειν, ἀκινδύνως καταλαβεῖν ἡμῶν τὰς ἐκκλησίας, τὴν τοιαύτην ὁρῶντες ἀνημερότητα. τοῦτο καὶ τοῦ σωτῆρος Θεοῦ διαφόροις ἀποκαλύψεσιν αὐτοὺς φωτίσαντος, ὡς καὶ τῷ διακόνῳ τοῦ ἁγίου Ἐμμελίου Παύλῳ, ἀνδρὶ πραϋτάτῳ καὶ σώφρονι, ὀφθῆναι ἐν τῷ πλοίῳ τὸν μακάριον Παῦλον τὸν ἀπόστολον λέγοντα αὐτῷ· βλέπετε πῶς περιπατεῖτε· μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς σοφοί· εἰδότες ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσιν· αἰνιττομένου τοῦ ὀνείρου τὴν πολύτροπον αὐτῶν ἀπάτην, τήν τε διὰ δώρων καὶ κολακείας ἐπὶ [1] παραχαράξει τῆς ἀληθείας. ἐπιστὰς οὖν ὁ αὐτὸς, φησιν, Οὐαλλεριανὸς ὁ χιλίαρχος ἐνέβαλεν ἡμᾶς εἰς σαθρότατον πλοῖον, ὡς ἐθρυλλεῖτο, δοὺς τὴν τιμὴν τῷ ναυκλήρῳ ἐπισκόπων τῆς ἀπωλείας τῶν ἐμπλεόντων, ἅμα εἴκοσι στρατιώταις ἐκ τάξεων διαφόρων παραχρῆμα ἐξέωσε τῶν Ἀθύρων. διαπλεύσαντες οὖν ἱκανοὺς σταδίους, καὶ μέλλοντες ἀπόλλυσθαι, προσωρμήσαμεν τῇ Λαμψάκῳ· κἀκεῖσθεν ἀμείψαντες τὴν ὁλκάδα, κατήχθημεν τῇ εἰκοστῇ ἐν Ὑδροῦντι τῆς Καλαβρίας. οὐκέτι δὲ ἡμῖν ἴσχυον εἰπεῖν ἐν τίσιν ὁ μακάριος ἐπίσκοπος Ἰωάννης, ἢ ποῦ νῦν οἱ ἐπίσκοποι οἱ περὶ Δημήτριον καὶ Κυριακὸν καὶ Εὐλύσιον καὶ Παλλάδιον σὺν τοῖς ἡμετέροις ἐπισκόποις τὴν πρεσβείαν σταλάμενοι. Ὁ Ἐπίσκ. δεῦρο δὴ λοιπὸν ἱερώτατε ὑπόσχου μοι τὸν νοῦν, προσέχων σαφῶς τοῖς λεγομένοις, καὶ καθεξῆς σοι γνωρίσω πάσης τραγῳδίας τοὺς ἐν μέσῳ σατυρικοὺς θορύβους. πόθεν τε τῆς μέθης ἤρξαντο, καὶ μέχρι τίνος ἔδοξαν παύεσθαι, οὐδέπω δὲ πέπαυνται· ἡ μὲν ἁπάντων τῶν κακῶν ὡς ἂν εἴποι τις, πηγὴ καὶ ἀρχή ἐστιν ὁ μισόκαλος δαίμων, ἀεὶ ἀντιπράττων ὡς λύκος ταῖς τοῦ Χριστοῦ λογικαῖς ἀγέλαις. λυμαινόμενος μὲν ἀφειδῶς τοὺς ἐμπείρους τῶν ἀγελοκόμων πάθεσι πολυτρόποις, καθάπερ ὁ βασιλεὺς τῶν Αἰγυπτίων τοὺς ἄρρενας τῶν Ἰουδαίων, λιπαίνων δὲ ταῖς ἀπάταις τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἡδονῶν τοὺς φένακας τῶν ψευδοποιμένων· οἱ δὲ μετὰ ταῦτα τῆς πονηρᾶς πηγῆς ὀχετοὶ, ὡς ἅπας ὁ περίγειος ἐπίσταται χῶρος, εἰσὶν Ἀκάκιος, καὶ Ἀντίοχος, καὶ Θεόφιλος, καὶ Σευηριανός. οἱ λεγόμενοι μὲν ὃ μή εἰσιν, ὄντες δὲ ὃ λέγεσθαι οὐκ ἀνέχονται. τοῦ δὲ τάγματος τῶν κληρικῶν, πρεσβύτεροι δύο, διάκονοι δὲ πέντε· οἱ μὲν ἐξ ἀκαθάρτου, οἱ δὲ ἐκ κακωτικοῦ ἀριθμοῦ συναγόμενοι. οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἀκίνδυνον τοὺς τοιούτους λέγειν πρεσβυτέρους ἢ διακόνους· τῆς δὲ τοῦ βασιλέως αὐλῆς, δύο ἢ τρεῖς μόνοι, οἳ καὶ ἐκράτυναν τοὺς περὶ Θεόφιλον, στρατιωτικῇ βοηθείᾳ συνεπαγωνιζόμενοι. γυναικῶν δὲ πρὸς ταῖς φημιζομέναις, τρεῖς· χῆραι μὲν, ἀνδρόπλουτοι δὲ, ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας τὰ ἐξ ἁρπαγῆς χρήματα κεκτημέναι, ταραξάνδριαι [2] καὶ ἀναστάτριαι· Μάρσα Προμότου γυνὴ, καὶ Καστρικία ἡ Σατορνίνου, καὶ Εὐγραφία, ἀμφιμανής τις· τὰ δὲ λοιπὰ αἰδοῦμαι καὶ λέγειν. αὗται καὶ οὗτοι νωθροκάρδιοι ὄντες ἐν τῇ πίστει, καθάπερ φάλαγξ οἰνομανὴς, εἰς μίαν συναχθέντες μισοδιδασκαλίας γνώμην, χείμαῤῥον ἀπωλείας κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης εἰργάσαντο. Ὁ Διάκ. τοιγαροῦν προθυμήθητι, πάτερ, ἐπὶ μαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ εἰπεῖν ἡμῖν, πόθεν τε τούτων τὸ

A venit ad nos Patricius Notarius ; deinde quidam alii : postremum venit quidam Valerianus nomine, e Cappadocia, præpositus unius militaris numeri : & rupto Mariani Episcopi pollice, signatam Imperatoris epistolam cum reliquis abstulit. Postridie igitur miserunt ad nos, an Aulici Imperatoris, an Atticus nescimus, ( ipse enim dicebatur Ecclesiæ thronum invasisse ) qui nobis tria millia numismatum dabant, orantes ut persuasi Attico communicaremus, & de Joannis judicio taceremus. Quibus non assentientes, perstitimus orare, cum nihil pacificum perageretur, ut sine periculo ad nostras Ecclesias rediremus, visa tali inhumanitate. Idipsum variis revelationibus servator Deus nobis de- B claravit, adeo ut sancti etiam Emmelii Diacono Paullo, viro mitissimo & prudenti, in navi apparuerit Beatus Paullus Apostolus, dicens ipsi: [a] *Videte quomodo ambuletis : non ut insipientes, sed ut sapientes : videntes quod dies mali sunt.* Significantes somnio variam illorum fraudem, eamque donis & blanditiis ad adulterandam veritatem. Instans igitur idem ipse tribunus Valerianus, conjecit nos in deterrimam navem, mercede, ut rumor ait, nauclero data ut perderet Episcopos navigantes, cum viginti militibus variorum officiorum : & statim nos Athyris expulit. Cum navigassemus stadia plurima, & jamjam perituri essemus, appulimus Lampsacum ; & inde mutata nave vicesimo C die applicuimus Hydruntem Calabriæ. Neque amplius nobis dicere potuerunt, quo in statu esset Beatus Joannes Episcopus, neque ubi sint Demetrius, Cyriacus, Eulysius, atque Palladius Episcopi, qui cum nostris Episcopis legati profecti erant. EPISC. Age jam, o sacratissime, adverte mihi animum, attendens iis quæ clare dicentur, & deinceps tibi declarabo publicos totius tragœdiæ satyricos tumultus, unde hanc temulentiam exorsi sint, & quousque cessasse visi sint, necdum tamen desierint. Omnium malorum, ut quis dixerit, fons & principium Dei osor Dæmon, semper insidians ut lupus rationabilibus Christi gregibus, peritos quosque pastores variis malis atrociter infestans, si- D cut Ægyptiorum Rex masculos Judæorum, fucatos vero & falsos pastores terrenarum voluptatum fallaciis saginans. Porro pessimi fontis hujus canales, ut omnis terrarum orbis novit, sunt Acacius, Antiochus, Theophilus & Severianus ; qui vocantur quidem id quod non sunt, sunt vero quod dici se non ferunt. Ex ordine autem Clericorum Presbyteri duo, & Diaconi quinque, partim quidem ex impuro, partim ex maleficorum numero congregati. Nec vero scio an tutum sit tales Presbyteros aut Diaconos vocare. Ex Imperatoris autem Aula duo aut tres solummodo fuere, qui Theophilum roborarunt, militari præsidio opem illi ferentes: e mulieribus præter illas quæ vulgo notæ sunt, tres: E viduæ quidem, sed a viris divites factæ, multam ex rapinis pecuniam possidentes in propriæ salutis perniciem ; tumultuum & seditionum commotrices. Marsa Promoti uxor, Castricia Saturnini, & Eugraphia quædam usquequaque furiosa : reliqua autem pudet dicere. Ceterum hæ atque illi, tardo corde in fide cum sint, velut phalanx furore ebria, in unam sententiam odio doctrinæ adunati, exitii torrentem adversus Ecclesiæ pacem concitarunt. DIAC. Velis igitur Pater, & libenter velis

a Ephes. V. 15.

1. Codex Mediceus παραχαράξει optime, Edit. Bigot. παρατάξει male. 2. Georg. ἀντάριαι.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 401.



πρὸς αὐτὸν μῖσος, καὶ τίς φιλονεικία τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου λυπῆσαι τοσαύτας ἀξίας. ὁμοῦ δὲ γνώριμον ἡμῖν, πόθεν τε ἤρξατο τοῦ βίου, καὶ πῶς ἤχθη εἰς Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκοπὴν, καὶ πόσον ἐκράτησε χρόνον, καὶ ὁποῖον τὸ τούτου ἦθος, καὶ τίς ἡ τοῦ βίου κατάλυσις· εἴγε κεκοίμηται, ὡς ἀκούομεν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα διὰ πάντων τρέχει θαυμασία καὶ ἐνάρετος μνήμη [1] τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλ' ὅμως συνηθές μοι τὸ μὴ προχείρως πιστεύειν ταῖς φήμαις, πρὶν ἂν παρὰ τῶν ὀρθῶς ψέγειν καὶ ἐπαινεῖν εἰδότων μάθω βεβαίως. ὁ Ἐπισκ. ἐπαινοῦμέν σου τὴν ἀκρίβειαν, οὐκ ἀποδέχομαι δὲ τὴν διάκρισιν, φιλαληθέστατε ἄνερ καὶ Θεοῦ ἄνθρωπε Θεόδωρε. ἔδει γάρ σε ἐξ αὐτῆς τῆς πολιᾶς ἡμῶν, ἵνα περιαυτολογήσω, καὶ ἐκ τοῦ ἀξιώματος ἀρκεσθῆναι πρὸς ἀληθείας ἀπόδειξιν. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο μὲν οὐ πεποίηκας, δίς δέ με κατακρίνεις· κἂν μετὰ ταῦτα ἀπροφάσιστόν μοι τὴν ἀκοὴν παρεγγύησαι, ἵνα μὴ εἰς ἀνόνητον οἱ τῶν λόγων γένωνται δίαυλοι· ἐπίσταμαι γὰρ τὰ γεγραμμένα παρὰ τῷ θείῳ νόμῳ, τό· [a] ἀπολεῖ κύριος πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, καὶ παρὰ τῷ ἀποστόλῳ Ἰωάννῃ· [b] ὁ λαλῶν ψεῦδος, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ. καὶ πάλιν παρὰ τῷ Δαβίδ· [c] ὅτι ἐνεφράγη στόμα λαλούντων ἄδικα· ἀδικεῖ γὰρ ἀληθῶς ὁ ψευδόμενος ὃν πείθει· ἀδικεῖ δὲ καὶ ὁ πειθόμενος τὸν ψευδόμενον, ῥαδίως πιστεύων. ἐπίσης οὖν ἐξαμαρτόντων ἑκατέρων, μηδ' ὁπότερος ἡμῶν ἀδικήσοι τὸν πέλας. ἀρετὴ γὰρ αὕτη, τοῦ μὲν λέγοντος, λέγειν τἀληθῆ, τοῦ δὲ ἀκούοντος, δοκιμάζειν τὰ ἄδικα· γίνεσθε γάρ, φησιν ἡ γραφὴ, δόκιμοι τραπεζῖται, τὸ κίβδηλον ἀπὸ τοῦ δοκίμου ῥίπτοντες· οὐχ ἵνα κομπάσαντες τὸν ἦχον δεξώμεθα, ἀλλ' ἵνα σταθμίσαντες τῷ θείῳ φόβῳ μετὰ ὀρθοῦ συνειδότος τὰ λαλούμενα πάντα, ἢ τὰ γραφόμενα, τῇ τῶν πραγμάτων μαρτυρίᾳ δεξώμεθα. ὤτων καὶ γλώττης μέγας ὁ κίνδυνος, διὸ καὶ ὁ καλλιτέχνης Θεὸς, τὴν μὲν ὑπὸ δύο χειλέων τηρεῖσθαι πεποίηκεν, ἐνδοτέρω τὸ τῶν ὀδόντων ἔρυμα πήξας, ἵνα ἀσφαλὲς τὸ φρούριον ὑπάρχον σωφρονίζει ταύτης τὴν σκολίαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· [d] θοῦ κύριε φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου, μὴ ἁμαρτάνειν με ἐν γλώσσῃ μου· τῶν δὲ τὴν ὀπὴν ἑλικοειδῶς ἐξετόρνευσε, διὰ τοῦ σχήματος αἰνιττόμενος μὴ θᾶττον εἰσδύνειν τὸν λόγον, ἵνα ἐν πλείονι χρόνῳ ἑλιττόμενος, τὴν ὕλην τοῦ ψεύδους μετὰ τῶν τῆς κακίας σκυβάλων προσκαταλείψει ταῖς ὄχθαις, λεπτῶς διωθούμενος. οὐ μόνον δὲ τούτων ἐφρόντισε τῶν ὀργάνων, ὡς μόνων πταιόντων· ἤδη δὲ καὶ ταῖς κόραις, καθάπερ θυρίσι, καταπετάσματα τέθεικεν, ἵνα μὴ τὸν τῆς ἀκολασίας εἰσδέχωνται θάνατον, ὃν ὁ προφήτης μαρτύρεται λέγων· [e] θάνατος ἀνέβη διὰ τῶν θυρίδων. ὁ Διάκ. εἰ μὲν ἐν τοῖς τυχοῦσιν ἦν ἡ ἐξέτασις, ἱερώτατε Πάτερ, ἤρκει σου ἡ τοῦ εἴδους κατάστασις πιστῶσαι τοὺς λόγους. ἐπειδὴ δὲ οὐ μικρὰν φέρει νῦν μὲν κατάγνωσιν, μετέπειτα δὲ κατάκρισιν, συναχθέντων ἀρχόντων τε καὶ λαῶν παρὰ τῷ βήματι τῷ φοβερῷ, ἀληθείας οὔσης τῆς ζητουμένης· δός μοι συγγνώμην ἄριστε, μὴ τὰς τῶν τριχῶν προβαλλόμενος πολιὰς μάρτυρας· γεγηράκασι γὰρ καὶ φαῦλοι, οὐκ ἀρετῇ τὴν ψυχὴν πολιώσαντες, ἀλλὰ τὰ σώματα χρόνου μήκει ῥυτιδώσαντες. οἷοι ἦσαν οἱ κατὰ Βαβυλῶνα ψευδοπρεσβύτεροι· καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ Ἐφραῒμ, περὶ οὗ μεμφόμενος ὁ λόγος βοᾷ. [f] Ἐφραῒμ περιστερὰ ἄνους, οὐκ ἔχουσα καρδίαν, πολιαὶ αὐτῷ ἐξήνθησαν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἔγνω. διπλῶν δὲ λέγει πληκτικώτερον· [g] ἐγένετο Ἐφραῒμ ἐγκρυφίας οὐ μεταστρεφόμενος, καὶ ἀλλότριοι ἔφαγον τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ. κἀκεῖνο δὲ

A
coram Deo nobis dicere, unde & illorum adversus Joannem odium: & quæ fuerit Joannis Episcopi pertinacia tantas poteſtates lædere. Simul declara nobis unde vitam exorſus ſit, & quo pacto ad Conſtantinopolis epiſcopatum ſit evectus, & quanto tempore eum tenuerit; & qui fuerint ejus mores, & quis ejus vitæ finis; ſiquidem mortuus eſt, ut audimus. Etſi per omnes maxime pervagatur mirabilis & ſancta viri illius fama: tamen conſuevi non adeo facile rumoribus credere, priuſquam ab hominibus qui vituperare & laudare recte noverunt, rem liquido cognoverim. Episc. Laudo diligentiam tuam, diſtinctionem vero non admitto, veritatis amantiſſime & Deo care vir

B
Theodore. Nam ipſa canities & dignitas noſtra, ut de me ipſo loquar, tibi ſufficere debebant, ut vera eſſe crederes quæ dicimus. Quoniam vero id non feciſti, & bis me jam ad judicium Dei vocas; poſthac ſaltem omiſſo omni prætextu aures mihi accommoda, ne in vanum decurrat oratio. Scio enim quæ in lege divina ſcripta ſunt: [a] *Perdet Deus omnes qui loquuntur mendacium*. Et apud Apoſtolum Joannem: [b] *Qui loquitur mendacium non eſt ex Deo*. Et rurſus apud Davidem: [c] *Quoniam obſtructum eſt os loquentium iniqua*. Revera enim inique agit qui fallit eum cui perſuadet; & qui credit mentienti, etiam inique agit, dum facile credit. Cum igitur æqualiter uterque peccet, neuter noſtrum

C
injuria afficiat proximum: Eſt enim hæc virtus; dicentis quidem vera loqui; ejus vero qui audit, iniqua dijudicare. Eſtote enim, inquit ſcriptura, probi trapezitæ; falſum a probo rejicientes, non ut tinnitu explorantes ſonitum accipiamus; ſed ut in Dei timore cum recta conſcientia omnia dicta aut ſcripta ponderantes, rerum veritatem ſuſcipiamus. Aurium & linguæ magnum periculum eſt: ideo optimus rerum artifex Deus linguam a duobus labris interius fixo dentium ſepto cuſtodiri ſtatuit, ut totum illud præſidium ejus facilitatem coerceret; ſecundum id quod ſcriptum eſt: [d] *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium munitionis circa labia mea, ut non delinquam in lingua mea*. Au-

D
rium vero foramen flexuoſe tornavit, figura ipſa ſignificans non cito admittendum eſſe ſermonem, ut dum diutius volvitur, mendacii materiam cum malitiæ ſordibus leviter inſinuatus ad aurium aditum relinquat. Non ſolum autem horum inſtrumentorum curam habuit Deus, quaſi ſola peccarent, ſed & oculorum pupillis veluti feneſtris velamina appoſuit, ne impudicitiæ mortem admittant, quam Propheta teſtatur dicens: [e] *Mors aſcendit per feneſtras*. Diac. Si de vulgari ac levis momenti negotio inquiſitio eſſet, ſacratiſſime Pater, ſufficeret adſpectus tui ſpecies ad faciendam verbis tuis fidem. Sed quoniam cum de veritate inquiritur, non minimam nunc quidem reprehenſionem

E
affert, poſtea vero condemnationem, aſſiſtentibus ſimul principibus & populis ante tremendum tribunal: ignoſce mihi, Optime, nec mihi canos capillos teſtes profer. Senuerunt enim etiam improbi qui non animam virtutibus canam fecerunt, ſed corpora temporis diuturnitate rugis exararunt: quales erant in Babylone falſi ſenes; & in Hieremia Ephraim, de quo exprobrans ſcriptura clamat: [f] *Ephraim columba inſipiens, non habens cor, canities ipſi advenit, ipſe vero non cognovit*. Iterum vero aſperius dixit: [g] *Factus eſt Ephraim panis ſub-*

[a] Pſalm. V. 7. [b] Joan. VIII. 44. [c] Pſalm. LXII. 12. [d] Pſalm. CXL. 3. [e] Jerem. IX. 21. [f] Oſee VII. 11. [g] Ibid. ℣. 9.

[1] Georg. φήμη.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 401.

προσθήσω, εἰ καὶ μηκυνῶ τὸν λόγον· τίς πολιώτερος ἢ τίς ἐπιεικέστερος τὸ φαίνεσθαι, Ακακίου τοῦ Βεροίας, ὃν νῦν διαμέμφεσθε ὡς ταραξάρχην καὶ ἡγεμόνα τῆς τῶν νεωτεροποιῶν πλημμελείας· οὗ καὶ αὐτοὶ οἱ μυκτῆρες τὰς λευκὰς ἐπεσύροντο τρίχας, ἡνίκα ἐπέστη τῇ Ρώμῃ, κομίσας τῆς χειροτονίας τὸ ψήφισμα τοῦ ἐπισκόπου Ιωάννου; ὁ Επίσκ. νῦν ἔγνων σαφῶς ὅτι δόκιμος εἶ τραπεζίτης, μὴ πειθόμενος τῇ δερματίνῃ σκηνῇ, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἐνοικοῦντος ἐπιζητῶν ἐπιστήμην· καὶ γὰρ καὶ οἱ Αἰγυπτίων ναοὶ μέγιστοι ὄντες, καὶ κάλλει λίθων κομπάζοντες, πιθήκους ἔχουσιν ἔνδον, καὶ ἴβεις, καὶ κύνας ἀντὶ θεῶν· ὁ δὲ ἡμέτερος κύριος καὶ Θεός, χρηματίζων τῷ Σαμουὴλ περὶ καταστάσεως ἡγεμόνος τοῦ Ισραὴλ, παρεγγυᾷ μὴ βλέπειν εἰς ἕξιν καὶ πλάσιν πηλίνου σώματος, λέγων· οὐχ ὡς ἄνθρωπος βλέπει ὁ Θεός· ἄνθρωπος μὲν γὰρ εἰς πρόσωπον, Θεὸς δὲ εἰς καρδίαν. διὸ οἱ μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ παντὸς πράγματος, τὸ βαθύτερον ἐρευνῶσιν· ὅθεν προθύμως ἐμαυτὸν ἐπιδίδωμι, ἐξαγιάσας σου τὸν ζυγὸν μηδαμῶς ἑτεροκλινοῦντα. οἱ δὲ Βαβυλώνιοι, γέροντες μὲν τὰ σώματα, τὰς δὲ ψυχὰς ὑπ' ἀναισθησίας κομιδῇ νήπιοι, εἰ ἐπίστευον τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει, πρότερον μὲν ἐῤῥωμένην ἔχοντες τὴν σοφίαν, οὐκ ἂν ἤρων Σωσάννης γυναικὸς ἀλλοτρίας. ἔπειτα δ' εἴπερ εἶχον τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, οὐκ ἂν συνέπλεξαν τῇ ἀκολασίᾳ τὴν συκοφαντίαν. τὸ [1] δὲ ἄτιμον ἐν γήρᾳ ἀπόδειξις τῆς νεωτερικῆς ὥρας ἡ καπηλεία.

A *cinericius, qui non convertitur, & alieni comederunt robur ejus.* Illud quoque addam, etiamsi sermo fiat longior. Quis magis canus, aut quis visu modestior Acacio Berœensi; quem vos nunc accusatis ut seditionis auctorem, & delicti eorum ducem qui res novas excitarunt; cujus vel nares ipsæ canos habebant pilos longissimos, cum Romam venit ferens ordinationis Joannis Episcopi decretum. Episc. Nunc clare novi te probum esse trapezitam, qui non credis pelliceo tabernaculo, sed scientiam ejus qui inhabitat inquiras. Etenim & Ægyptiorum templa amplissima cum sint, & lapidum specie se jactent; intus simias habent, & ibes & canes pro diis. Ceterum Dominus noster & B Deus loquens Samueli de constituendo duce Israelis, præcipit ne consideret habitum & figmentum lutei corporis, dicens: [a] *Non sicut homo videbit Deus. Homo enim in faciem, Deus autem in cor.* Quare qui in omni re imitantur Deum, interiora perscrutantur. Unde me tibi libenter permitto, qui trutinam tuam in neutram partem inclinare exploraverim. Babylonii vero, senes quidem corpore, animo autem ob stuporem admodum infantes; si mortuorum resurrectioni credidissent, prius quidem habuissent sanam sapientiam, nec deperiissent Susannam alterius uxorem. Deinde si Dei timorem habuissent, impudicitiæ suæ numquam calumniam adjunxissent. Infamiæ in sene indicium C est, juvenilis formæ corruptio.

## CAPUT V.

Ιωάννης οὗτος τὸ μὲν γένος ἦν Αντιοχεὺς, κεκοίμηται δὲ, υἱὸς γεγονὼς τῶν διαπρεψάντων εὐγενῶς παρὰ τῇ τάξει τοῦ στρατηλάτου τῆς Συρίας, τεχθεὶς πρὸς ἀδελφῇ τῷ πατρί. δεξιωτέρας δὲ ὑπάρχων γνώμης, ἐξησκήθη τοῖς λόγοις πρὸς διακονίαν τῶν θείων λογίων. ἐκεῖθεν ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἄγων τὴν σώματος ἡλικίαν, ἀφηνίασε τοὺς σοφιστὰς τῶν λεξειδρίων· ἀνδρωθεὶς δὲ τὴν φρένα, ἦρα τῶν ἱερῶν μαθημάτων. ἦρχε δὲ τὸ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς κατὰ Αντιόχειαν ἐκκλησίας ὁ μακάριος Μελέτιος ὁ ὁμολογητὴς, τὸ γένος Αρμένιος. ὃς προσέχων εὐφυεῖ τὸν νεανίσκον, ἐπέτρεπεν αὐτῷ συνεχῶς πλησιάζειν, ἐρασθεὶς τοῦ κάλλους τῆς τούτου καρδίας, προφητικῷ ὄμματι προορῶν τοῦ νεανίσκου τὴν ἔκβασιν. ὡς δὲ παρήδρευσε μυσταγωγηθεὶς τὴν τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίαν ἀμφὶ τὰ τρία ἔτη, προάγεται Αναγνώστης· νυττόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ συνειδότος μὴ ἀρκεῖσθαι τοῖς ἐν τῇ πόλει πόνοις, σφριγώσης τῆς νεότητος, εἰ καὶ σῶον ἦν τὸ φρονοῦν, καταλαμβάνει τὰ πλησίον ὄρη. καὶ περιτυχὼν γέροντι Σύρῳ, ἐγκράτειαν ἐπιμελοῦντι, ἀπομιμεῖται τὴν σκληραγωγίαν, χρονίσας παρ' αὐτῷ δὶς δύο ἔτη, ἀπομαχόμενος ταῖς τῆς ἡδυπαθείας ἀπειλαῖς. ὡς δὲ ῥᾷον περιεγένετο τούτων, οὐ πόνῳ τοσοῦτον, ὅσον λόγῳ· ἀναχωρεῖ ἐν σπηλαίῳ μόνος, γλιχόμενος ἀδηλίας· κἀκεῖ διατρίψας τρεῖς ὀκτὼ μῆνας, ἄϋπνος διετέλει τὸ πλεῖστον, ἐκμανθάνων τὰς τοῦ Χριστοῦ διαθήκας πρὸς ἐξοστρακισμὸν τῆς ἀγνοίας. μὴ ἀναπεσὼν δὲ τὸν τῆς διετίας χρόνον, μὴ νύκτωρ, μὴ μεθ' ἡμέραν, νεκροῦται τὰ ὑπὸ γαστέρα, πληγεὶς ἀπὸ τοῦ κρύους τὰς περὶ τοὺς νεφροὺς δυνάμεις, οὐκ ἐπαρκῶν δὲ ἑαυτῷ χρησιμεύειν, πάλιν καταλαμβάνει τὸν ἐκκλησιαστικὸν λιμένα. καὶ τοῦτο τῆς τοῦ σωτῆρος προνοίας, πρὸς τὸ χρήσιμον τῆς ἐκκλησίας διὰ τῆς ἀσθενείας τῶν τῆς ἀσκήσεως πόνων αὐτὸν ἀπελασάσης· ἵν' ἐμποδισθεὶς τῇ ἀδυναμίᾳ, ἀπόσχηται τῶν σπηλαίων. ἐντεῦθεν χειροτονεῖται διάκονος διὰ τοῦ

Joannes ille genere quidem erat Antiochenus, (mortuus enim est) natus e parentibus qui nobiliter vixerunt in officio Magistri militum Syriæ, patri in lucem editus post sororem. Cum autem esset ingenio solertiori, se se in literarum studio exercuit ad sacrarum scripturarum ministerium. Hinc decem & octo annos natus, a sophistis, qui voculas captant, descivit: ubi vero mente virili fuit, amore captus est sacrarum literarum. Præerat tunc temporis Antiochenæ Ecclesiæ D Beatus Meletius Confessor, genere Armenius, qui animadvertens juvenis illius felix ingenium, & pulcritudine mentis illius captus, permittebat ei ut secum assidue versaretur; lumine prophetico prævidens juvenis illius successum. Cum vero tres annos assidue apud eum mansisset, sacro lavacro ab eodem initiatus, Lector promovetur. Verum impellente eum animo, ut contentus non erat civitatis laboribus, in ardore juventutis, tametsi mens sana esset, ad vicinos montes adit. Heic cum in Syrum quemdam incidisset severissimæ continentiæ senem; duriora vitæ ejus instituta imitatur annis quatuor, quos apud ipsum, luctans cum voluptatum cautibus, exegit: quas ubi facilius, non tam E labore quam ratione superavit; tum secessit in speluncam solus, delitescere cupiens. Illic annos moratus est duos, quibus insomnis ut plurimum perstitit, Christi testamentum, quo ignorantiam expelleret, addiscens. Cum toto illo biennio nec interdiu, nec noctu decubuisset: proxima ventri ei sunt emortua, lumborumque vires præ frigore profligatæ. Cum autem sibi opem ferre non posset, rursus ecclesiasticum portum apprehendit. Atque id divinæ providentiæ opus fuit, quæ ad utilitatem Ecclesiæ eum per infirmitatem a monasticæ vitæ laboribus retraxit: ut necessitate impeditus, a spe-

[a] I. Reg. XVI. 6.

[1]. Forte τὸ δὲ ἄτιμον.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

A Μελετίου, ὑπηρετήσας τῷ θυσιαστηρίῳ δύο πρὸς τοῖς τρισὶν ἔτεσιν. ἤδη δὲ τῆς διδασκαλικῆς αὐτοῦ ἀρετῆς διαλαμπούσης, καὶ τῶν λαῶν ἐκ τῆς τοῦ βίου ἅλμης γλυκαινομένων αὐτοῦ τῇ συντυχίᾳ· πρεσβύτερος χειροτονεῖται διὰ Φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ διαπρέψας τοῖς τέσσαρα ἔτη ἐν τῇ τῶν Αντιοχέων ἐκκλησίᾳ, ἀποσεμνύνει τὸ ἐκεῖσε ἱερατεῖον τοῦ βίου ἀκριβείᾳ· τοὺς μὲν ἁλίζων τῇ σωφροσύνῃ, τοὺς δὲ φωτίζων τῇ διδασκαλίᾳ, τοὺς δὲ ποτίζων τοῖς τοῦ πνεύματος νάμασι, τούτων δὲ οὕτως κελοδρομούντων τῇ τοῦ Χριστοῦ κυβερνήσει, κοιμᾶται ὁ μακάριος Νεκτάριος, ὁ ἐπίσκοπος τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας. ἐντεῦθεν συντρέχουσί τινες τῶν μὴ ζητουμένων, [1] μνηστεύοντες τὴν προεδρείαν, ἄνδρες τινὲς οὐκ ἄνδρες· πρεσβύτεροι μὲν τὴν ἀξίαν, ἀνάξιοι δὲ τῆς ἱερωσύ- B νης· οἱ μὲν πραιτωριοκτυποῦντες, οἱ δὲ καὶ δωροδοκοῦντες, ἄλλοι δὲ καὶ τοὺς δήμους γονυπετοῦντες. ἐπὶ τούτοις κλονεῖται ὁ λαὸς τῶν ὀρθοδόξων, διασκύλλων τὸν βασιλέα, ἐπιζητῶν τὸν ἐπιστήμονα τῆς ἱερωσύνης. ἐκράτει δὲ τῶν πραγμάτων Εὐτρόπιος ὁ σπάδων, ἀφηγητὴς τῶν βασιλικῶν κοιτώνων. βουλόμενος οὖν αὐτὸν παραθέσθαι τῇ πόλει· εἶχε γὰρ πεῖραν τῆς ἀρετῆς Ἰωάννου, βασιλικῆς αἰτίας αὐτὸν εἰς ἀνατολὴν τὴν ἐνδοτέραν ἀγαγούσης· οὗτος παρασκευάζει τὸν βασιλέα γράμματα χαράξαι πρὸς τὸν κόμητα Ἀντιοχείας, ἀψοφητὶ ἐξαποστεῖλαι τὸν Ἰωάννην, μὴ ταράξαντα τὴν Ἀντιόχειαν. ὃς ἐξ αὐτῆς δεξάμενος τὸ γράμμα, παρακαλεῖ αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως γενέσθαι μέχρι τῶν μαρτυρείων, πλησίον τῆς πύλης τῆς καλουμένης Ῥω- C μανησίας. καὶ ἐπιβιβάσας αὐτὸν δημοσίῳ ῥεδίῳ, παραδίδωσι τῷ ἀποσταλέντι εὐνούχῳ σὺν τῷ στρατιώτῃ τοῦ μαγίστρου. οὕτως ἀχθεὶς χειροτονεῖται ἐπίσκοπος τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας· ἀπαρχῆς οὖν ὁ Θεόφιλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, προσχὼν αὐτοῦ τῇ καταστάσει, τῷ ἀνεπιλήπτῳ τῆς παῤῥησίας [2] ἠψυχώθη πρὸς τὴν χειροτονίαν. ἔστι γὰρ δεινὸς ἐκ τῆς φανερᾶς ὄψεως, ἀφανὲς τοῦ ἀνθρώπου βούλημα καὶ γνώμην συνιδεῖν· ὁ Διάκ. ἐπίσχες πάτερ, μικρὸν ἀνθυπενέγκω. ὁ Ἐπίσκ. τί τοῦτο μάλιστα; ὁ Διάκ. καὶ εἰ τοιοῦτος ὑπάρχει ὁ Θεόφιλος, ὡς πρὸς τὸ βλέπειν δι' ὀξύτητα· πῶς ἠγνόησεν ὅτι τὴν οἰκουμένην ταράξει ἐξεώσας αὐτόν; ὁ Ἐπίσκ. τοῦτο οὐ θαυμαστὸν, ὦ βέλτιστε, καὶ γὰρ οἱ δαίμονες γνω- D ρίσαντες τὴν τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίαν, ἠγνόησαν ὅτι ἑνὶ φυσήματι τῶν αὐτῷ πεπιστευκότων δεθήσονται. ὁ Διάκ. ποῦ δὲ ἐγνώρισαν τὴν τοῦ σωτῆρος παρουσίαν; ὁ Ἐπίσκ. ἡνίκα ἐβόων· οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ· τί ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; ὁρᾷς ὅτι προῄδεισαν, οὐ μόνον ὅτι ἅγιός ἐστιν, ἀλλ' ὅτι καὶ κριτής. τί δὲ λέγω περὶ τῶν δαιμόνων; αἱ κακοδαίμονες τῶν ἑταιρίδων, ἐκ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν καταστάσεως γνωρίζουσι τοὺς σώφρονας ἄνδρας, καὶ ἀποστρέφονται, ὥσπερ ὁ νοσῶν ὀφθαλμὸς τὴν τοῦ ἡλίου αἴγλην, καὶ ὁ γὺψ τὸ μύρον. πόθεν δὲ βδέλυγμα ἁμαρτωλοῖς θεοσέβεια, εἰ μὴ ταύτην ἐγνώριζον; οὕτω καὶ ὁ Θεόφιλος, ἐξ ὧν τοῦ ἰδίου ὀφθαλμοῦ τὸ κατάλληλον ἢ τὸ καταθύμιον ἐν τῇ τοῦ Ἰωάν- E νου ὄψει οὐχ εὗρεν, στοχαστικῶς τὸ ἐναντίον ὑπετόπασεν, οὐ καταληπτικῶς. ὁ Διάκ. θαυμασίως εἴρηκας, πάτερ. πρὸς τί δὲ ἀντέπιπτεν τῇ χειροτονίᾳ; ὁ Ἐπίσκ. ἔθος αὐτῷ τοιοῦτον ἦν, μὴ χειροτονεῖν τοὺς χρηστοὺς καὶ ἐχέφρονας, εἰ μή τι ἂν ἀστοχήσοι, βουλόμενος ἁπάντων κρατεῖν ὡς ἀνοήτων· ἄμεινον ἡγούμενος ἀνοήτων κρατεῖν, ἢ φρονίμων ἀκούειν. πλὴν ὅμως νικᾶται ὑπὸ τῆς σωτηρίου προνοίας καὶ ἑκὼν καὶ ἄκων. οὕτως χειροτονηθεὶς ὁ Ἰωάννης, ἄρχεται τῆς τῶν πραγμάτων ἐπιμελείας, ἀπὸ τῆς λογικῆς ἀρξάμενος σύριγγος τῆς τῶν προβάτων δοκι-

A luncis avelleretur. Inde, postquam altari annos quinque ministrasset, a Meletio Diaconus ordinatur. Ceterum, cum ejus ad docendum facultas jam inclaresceret, & populus ex sæculi amaritudine dulcesceret ejus conversatione: a Flaviano Episcopo Presbyter ordinatur. Cumque duodecim annos in ecclesia Antiochiæ effulsisset, exacta vitæ norma Clerum Antiochensem illustrat: hos sapientiæ sale condiens, hos doctrina illuminans, illos Spiritus sancti laticibus irrigans. Dum hæc ad Christi fidelium gubernationem optime sic succedunt; moritur Beatus Nectarius, Episcopus Constantinopolitanæ ecclesiæ. Tunc concurrunt quidam qui non quærebantur, ambientes episcopatum: viri quidam, mi- B nime viri: Presbyteri quidem dignitate, sed sacerdotio indigni: alii Prætorium fatigantes, alii donis corrumpentes, alii vero ad plebis etiam genua procumbentes. Super his commovetur Orthodoxorum populus, Imperatorem solicitans, sacerdotii peritum requirens. Summam autem rerum tenebat Eutropius eunuchus, præpositus sacri cubiculi. Cum Joannem optaret præponere civitati (ejus enim virtus nota ei fuerat, cum Imperatoris negotia ipsum ad interiorem Orientem abduxissent) efficit ipse ut Imperator litteras scribat ad Comitem Orientis, ut sine strepitu, nihil conturbans Antiochiam, Joannem emitteret. Is statim acceptis litteris, hortatur ipsum, ut extra civitatem usque ad C Martyria, juxta portam Romanensem dictam, sistat se: & publicæ rhedæ impositum, eunucho ad id misso cum milite Magistri tradit. Sic adductus ordinatur Episcopus Constantinopolitanæ ecclesiæ. Ab initio igitur Theophilus, Alexandrinus Episcopus, cum ad ejus ordinationem venisset, irreprehensibilem ejus loquendi libertatem videns, ejus ordinatione exanimatus est. Vafer enim est, ex ipso adspectu occultum cujusque hominis consilium & mentem dignoscere. DIAC. Exspecta Pater, ut pauca opponam. EPISC. Quid hoc autem maxime est? DIAC. Si talis est Theophilus, ut ad solum aspectum, mentis acie omnia pervideat; quomodo ignoravit, expulso Joanne orbem universum a se tur- D bandum esse? EPISC. Hoc mirandum non est, o optime. Etenim Dæmones qui adventum Servatoris declararunt, ignorarunt uno Christi fidelium flatu se constringendos esse. DIAC. Ubi autem Servatoris adventum declararunt? EPISC. Cum clamabant: *a* *Novimus te, qui sis, Sanctus Dei: quid venisti ante tempus torquere nos?* Vides ut ante novissent non solum sanctum eum esse, sed etiam judicem. Quid vero loquor de Dæmonibus? Infelices meretriculæ ex oculorum statu castos viros dignoscunt, eosque aversantur: ut infirmus oculus solis radium, & vultur unguentum. Unde autem peccatoribus religio abominationi est, si eam non nossent? Sic & Theophilus, ex quo in Joannis ad- E spectu non invenit quod oculis suis responderet aut gratum esset; conjectura, non certa scientia contrarium suspicatus est. DIAC. Mira dixisti, Pater. Cur vero obsistebat ejus ordinationi? EPISC. Mos ipsi talis erat, ut bonos & cordatos non ordinaret, nisi quando sua eum conjectura fefellisset: omnibus imperare volens ut stupidis: satius judicans insipientibus imperare, quam sapientibus parere. A salubri tamen providentia volens nolens superatus est. Sic ordinatus Joannes, rerum curam aggreditur, per rationalem fistulam oves probare exorsus. Raro

*a* Matth. VIII. 29.

1. Codex Mediceus μαστεύοντες τὴν προεδρείαν forte melius. 2. Cod. Med. ἠττικότῃ πρὸς τὴν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

μασίας. ὀλιγάκις δὲ καταχρώμενος καὶ τῇ ἐλεγκτικῇ βακτηρίᾳ, κατατείνει λόγον κατὰ τῆς ἐπιπλάστου ἀδελφοζωΐας, τὸ δ' ἀληθὲς, κατὰ τῆς ἀσχήμου κακοζωΐας, περὶ τῶν καλουμένων συνεισάκτων· ἀποδεικνὺς ἐν αἱρέσει κακῶν, ἀμείνους εἶναι πορνοτρόφους. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ πόῤῥω τοῦ ἰατρείου οἰκοῦντες, καθ' ἑαυτοὺς ἔχουσι τοῖς βουλομένοις τὴν νόσον. οὗτοι δὲ ἔνδον τοῦ ἐργαστηρίου οἰκοῦντες τῆς σωτηρίας, καὶ τοὺς ὑγιαίνοντας ἐκκαλοῦνται εἰς νόσον. ἐντεῦθεν θλίβεται τὸ ἀφιλόθεον μέρος τοῦ κλήρου πυρέττον τὸ πάθος. μετ' ἐκεῖνον τὸν λόγον, ἄρχεται κατὰ τῆς ἀδικίας, καταστρέφων τὴν μητρόπολιν τῶν κακῶν τὴν πλεονεξίαν εἰς οἰκοδομὴν δικαιοσύνης. τοῦτο γὰρ ἴδιον τῶν σοφῶν ἀρχιτεκτόνων, πρότερον καταστρέψαι τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ψεύδους, εἶθ' ὕστερον θεῖναι τὸν θεμέλιον τῆς ἀληθείας, ὡς λέγεται παρὰ τῷ προφήτῃ· καθέστηκά σε ἐπὶ ἔθνη καὶ βασιλείας, ἐκριζοῦν καὶ καταφυτεύειν, καὶ κατασκάπτειν καὶ ἀνοικοδομεῖν· τὸ μὲν, ὡς γεωργῷ· τὸ δὲ, ὡς οἰκοδόμῳ. ἐκ τούτου ταράσσεται πάλιν τὸ μέρος τῶν βαλαντιοσκόπων. μετὰ τοῦτο ἐπιμελεῖται αὐτῶν τῆς διαίτης, παρακαλῶν ἀρκεῖσθαι τοῖς ἰδίοις ὀψωνίοις, καὶ μὴ διώκειν τὰς κνίσσας τὰς τῶν πλουσίων· ἵνα μὴ καπνὸν ἔχοντες τὸν δᾳδοῦχον, τῇ φλογὶ τῆς ἀκολασίας παραδοθῶσι, κολάκων καὶ παρασίτων μεταδιώξαντες βίον. ἐντεῦθεν ἀνορύττονται οἱ πλείους τῶν γαστριμάργων, συγκλωθόμενοι τοῖς σοφισταῖς τῆς κατηγορίας. μετὰ τοῦτο διερευνᾷ τὰ βρέβια τοῦ οἰκονόμου, καὶ εὑρίσκει ἀνάλωμα οὐκ ὠφελοῦν τὴν ἐκκλησίαν. προστάσσει τούτων ἀργεῖν τὴν ἐπικουρίαν. ἔρχεται εἰς τὸ μέρος τοῦ ἀναλώματος τοῦ ἐπισκόπου [1]· καὶ εὑρίσκει δαψίλειαν οὐ τὴν τυχοῦσαν· καὶ κελεύει μετενεχθῆναι τὴν πολυτέλειαν τούτων εἰς τὸ νοσοκομεῖον. περισσούσης δὲ τῆς χρείας, κτίζει πλείονα νοσοκομεῖα· προκαταστήσας δύο τῶν εὐλαβῶν πρεσβυτέρων· ἔτι μὴν καὶ ἰατροὺς, καὶ μαγείρους, καὶ χρηστοὺς τῶν ἀγάμων ἐργάτας τούτοις εἰς ὑπηρεσίαν. ὥστε τοὺς ἐπιχωριάζοντας ξένους, καὶ ὑπὸ νόσου ληφθέντας, τυγχάνειν ἐπιμελείας, καὶ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, καὶ διὰ τὴν τοῦ σωτῆρος δόξαν. μετὰ τοῦτο προσκαλεῖται τὸ τῶν χηρῶν τάγμα, ἐμπενοστῶν ἐν αὐταῖς τὰς οὐκ ὀρθῶς ἀναστρεφομένας· καὶ εὑρὼν φιλοσάρκους τινὰς, παρῄνει ἢ νηστείαν ἀναλαβεῖν, ἀπεχομένας βαλανείων καὶ περιέργων ἱματίων, ἢ θᾶττον χωρεῖν ἐπὶ δεύτερον γάμον, ἵνα μὴ ὑβρίζηται ὁ νόμος ὁ τοῦ κυρίου. μετὰ τοῦτο παρεκάλει τοὺς δήμους προσκαρτερεῖν ταῖς νυκτεριναῖς λιτανείαις· τὰς δὲ τούτων γυναῖκας οἴκοι μένειν, ἐν ἡμέρᾳ προσευχομένας παρακαλῶν, διὰ τὸ μὴ σχολάζειν ἐν ἡμέρᾳ τοὺς ἄνδρας. ταῦτα δὲ πάντα ἐλύπει τοὺς ἀμελεστέρους τοῦ κλήρου, παννύχιον καθεύδειν συνειθισμένους· μετὰ τοῦτο ἥπτετο τοῦ ἐλεγκτικοῦ ξίφους κατὰ τῶν πλουσίων, τέμνων τὰ τῆς ψυχῆς ἀποστήματα, ἀτυφίαν αὐτοὺς ἐκδιδάσκων, μετριοφρονοῦντας πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους, ἀποστολικῷ πειθόμενος λόγῳ, τῷ πρὸς Τιμόθεον φερομένῳ· τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι. τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, καὶ τῆς ἐκκλησίας ὁσημέραι ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀνθούσης, πάσης τῆς πόλεως τῆς εὐσέβειαν μεταχρωσθείσης, σωφροσύνῃ καὶ ψαλμῳδίᾳ τῶν ψυχῶν γεγανωμένων, οὐκ ἤνεγκεν ὁ μισόκαλος δαίμων τὸν δρασμὸν τῶν ὑπ' αὐτοῦ κρατουμένων, οὓς ἀπέστησεν ὁ λόγος τοῦ κυρίου διὰ τῆς Ἰωάννου διδασκαλίας. ὡς τοὺς ἱππομανεῖς καὶ θεατροσκόπους, καταλιμπάνοντας τὰς αὐλὰς τοῦ διαβόλου, δρομαίως χωρεῖν ἐπὶ τὴν μάνδραν τοῦ σωτῆρος, ἔρωτι τῆς σύριγγος τοῦ φιλοπροβάτου ποιμένος.

A autem adhibens etiam pedum increpationis, intendit sermonem adversus fictam sororiam, ut vocant, vitæ societatem: revera autem adversus inverecundam & improbam vitam cum mulieribus illis quæ dicuntur subintroductæ, ostendens, si malorum detur optio, meliores istis lenones esse. Illi enim longe a medicorum officina habitantes, apud se morbum habent, sed volentibus. Hi autem in salutis officina habitantes, etiam sanos impellunt ad morbum. Inde pars Cleri, minime religiosa quæque morbo illo tenebatur commota est. Post ejusmodi sermonem, aggreditur injustitiam, destruens malorum omnium metropolim avaritiam, ut ædificium justitiæ construeret. Hoc enim proprium B est sapientum architectorum, prius mendacii ædificium destruere: deinde veritatis jacere fundamenta, ut dicitur apud Prophetam: [a] *Constitui te super gentes & regna, ut evellas & plantes, ut destruas & reædifices*: illud quidem, ut agricola; hoc autem, ut architectus. Ex eo rursus perturbatur pars eorum qui marsupia spectant. Post hæc curam victus eorum habet, hortans eos ut contenti sint suis opsoniis, nec divitum nidores sequantur: ne, dum ducem habent fumum, intemperantiæ igni tradantur, adulatorum & parasitorum vitam sectati. Hinc plerique e lurconibus emergere incipiunt, & copulantur calumniæ artificibus. Post hæc, OEconomi tabulas scrutatur, & reperit sum- C tus Ecclesiæ inutiles, & horum subsidium cessare jubet. Venit inde ad examinandos sumtus Episcopi: & invenit immodicam profusionem: atque illorum profusos sumtus ad nosocomium transferri jubet. Cum autem necessitas invalesceret, plura nosocomia ædificat, præponens Presbyteros pios duos; præterea & medicos, & coquos, atque bonos opifices e cælibum ordine ad eorum ministerium: ut advenientes hospites & morbo correpti curarentur: idque cum propter bonum ipsum, tum propter gloriam Servatoris. Post hoc advocat Viduarum ordinem, undiquaque quærens quænam inter eas non recte viverent: & si quas invenisset corpori deditas, admonebat ut aut jejunarent, ab- D stinentes a balneis, atque exquisitis vestibus; aut protinus ad secundas nuptias concederent, ne lex Domini injuriam pateretur. Deinde hortabatur populos, ut in nocturnis precibus assidui essent; horum autem uxores domi manerent, eas interdiu orare exhortans, quod viri interdiu non vacarent. Hæc autem omnia angebant negligentiores e Clero, noctem totam dormire solitos. Post hæc apprehendit gladium reprehensionis adversus divites, abscessus animi eorum secans, humilitatem ipsos edocens, & cum hominibus reliquis modeste agere, Apostolico sermoni morem gerens, qui est ad Timotheum: [b] *Divitibus hujus sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum.* E Cum igitur res ita se haberent, Ecclesia in dies efflorescente in melius, & tota civitate in pietatem transformata, animabusque castitate & psalmodia exsultantibus, non tulit bonorum osor Dæmon fugam eorum qui ab ipso tenebantur, quos Domini sermo per Joannis prædicationem ab eo amoverat: ita ut qui Circi amore insaniebant, & theatralium spectaculorum, relictis Diaboli atriis, cursim ad caulas Servatoris accederent, capti amore fistulæ pastoris ovium amantis.

a Jer. I. 10. b I. Tim. VI, 17.

1. Georg. σκοπέω.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

# CAPUT VI.

ΕΚ τούτου προκαταλαμβάνει φθόνος τὰς διανοίας A τῶν μισθωτῶν ποιμένων, ἐλεγχομένων ἐκ τοῦ παραλλήλου. μὴ δυνηθέντες δὲ αὐτοῦ περιγενέσθαι, διὰ τὸ μὴ ἐπικαλέσασθαι τὸν καταλύτην τοῦ φθόνου σωτῆρα· πλέκουσι διαβολὰς κατὰ τοῦ Ιωάννου, μεταποιήσαντες αὐτοῦ τινας ὁμιλίας, εἰς ὕθλους κατὰ τῆς βασιλίσσης, καὶ ἑτέρων τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως. συνέβη δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐπιστάντα Ακάκιον, τὸν ἐπίσκοπον Βεροίας, ἀστοχῆσαι, ὡς ἔλεγεν, καταγωγίου καλοῦ· καὶ λυπηθεὶς ἐπὶ τούτῳ, ὀργῇ ὑπετύφετο ὡς καταφρονηθεὶς ὑπὸ τοῦ Ιωάννου. ἀκατασχέτοις δὲ λογισμοῖς ἡττηθεὶς, ἐκφέρει λόγον ἄλογον ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας ἄξιον τῆς αὐτοῦ διανοίας [1], ἐπί τινων κληρικῶν Ιωάννου εἰπών· ἐγὼ αὐτῷ ἀρτύω χύτραν. ἐξ αὐτῆς συγκλω- B σθεὶς Σευηριανῷ καὶ Αντιόχῳ, καὶ Ισαακίῳ Συρίσκῳ, περιτρίμματι, ἀφηγητῇ ψευδομοναζόντων, ἐν κακολογίαις κατατριβέντι πάντοτε κατὰ ἐπισκόπων· σκέπτονται θωρακίζεσθαι δῆθεν μὲν κατὰ Ιωάννου, τὸ δ' ἀληθὲς, κατὰ τῆς δόξης τοῦ σωτῆρος. ἀποστείλαντες δὲ πρῶτον εἰς τὴν Αντιοχέων, ζητοῦσι νεότητος αὐτοῦ πλημμελείας, ὡς δὲ ἐξέλιπον ἐξερευνήσεις (sic), καὶ οὐχ εὗρον οὐδὲν, ἀποστέλλουσιν εἰς τὴν Αλεξάνδρειαν πρὸς τὴν εὐχέρειαν Θεοφίλου, καλουμένου Αμφαλλάξ, τὰ τοιαῦτα σοφῶς ἀρχιτεκτονοῦντος. ὃς, ἐξ αὐτῆς ἀναπτύξας τὰ τῆς διανοίας αὐτοῦ βιβλία μετὰ πολλῆς τῆς λῃστρικῆς ἡσυχίας, ἠρέμα ζητῶν τρόπον προφάσεως κἂν τῆς τυχούσης. ὁ Διάκ. ἐπίσχες, ὦ πάτερ, τῶν λόγων τὴν ῥύμην, πρὶν ἐπιλήσομαι· ἵνα C σοι εἴπω τὴν ἀπὸ Αλεξανδρείας διαβᾶσαν πρὸς ἡμᾶς καὶ θρυλληθεῖσαν αἰτίαν. φασὶ γὰρ ὅτι καθαιρεθέντας κληρικοὺς ὑπὸ Θεοφίλου ἐδέξατο Ιωάννης εἰς κοινωνίαν, λυπήσας τὸν Θεόφιλον, ὅπερ οὐκ ἔδει· ὡς ἐκ τούτου διενεχθέντα αὐτὸν χωρῆσαι κατὰ τοῦ Ιωάννου. ὁ Επίσκ. δῶμεν ἀληθῆ εἶναι τὸν εἰρημένον θρύλλον. καὶ ἐπισκόπου ἐστὶ, κακὸν ἰᾶσθαι κακῷ; καὶ ποῦ τὸ εὐαγγελικὸν ἐκεῖνο, τὸ λέγον· μὴ ἐπιδυέτω ὁ ἥλιος ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν; ποῦ δὲ τὸ Αποστολικόν· νίκα τὸ κακὸν ἐν τῷ ἀγαθῷ; ποῦ δὲ τὸ προφητικόν· εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά; εἶτα οὐδ' ἦν φιλονεικότερον εἰπεῖν ἐγκαλοῦντα ἐπὶ εὐλαβῶν ἐπισκόπων· ἀδελφὲ Ιωάννη, παρῆλθέ σε πεποιηκότα τὸ ἢ τό; καὶ τὸν Ιωάννην ἀπολογησάμενον, ἠ- D γνοηκέναι τὸ πρᾶγμα; ὁ Διάκ. ἀληθὲς εἴρηκας. εἴ γέ τις ἦν ἐν αὐτῷ καλοθέλεια, καὶ μὴ κατεσχηματίζετο τὴν τῶν κληρικῶν αἰτίαν, τὴν οἰκείαν ὀργὴν ἐκπληρῶν. ὁ Επίσκ. νὴ τὸν φόβον τοίνυν τὸν τοῦ Θεοῦ, ὃς δεσπόζει τῶν ἀπείρων φόβων. οὐκ ἐρῶ σοι ἄλλως, ἀλλ' ὡς ἔχει φύσεως τὸ πρᾶγμα περὶ τούτων ὧν εἴρηκας κληρικῶν. Ισίδωρός τις, πρεσβύτερος ἔτι τῆς τοῦ μακαρίου Αθανασίου τοῦ μεγάλου χειροτονίας, ὀγδοηκοστὸν ἔτος ἄγων τὴν ἡλικίαν, ὃν ἴσασι Ρωμαίων οἱ πλεῖστοι ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκεν εἰσβαλόντα εἰς αὐτὴν, ξενοδόχον Αλεξανδρείας ὄντα. οἶσθα δὲ καὶ αὐτὸς τὸν ἄνδρα, ἡνίκα σὺν Ακακίῳ ἐλθὼν τὴν Φλαβιανοῦ πρὸς Θεόφιλον κοινωνίαν ἐκόμισεν, εἴκοσι ἔτεσιν ἀπεσχοινισμένην, Εὐαγρίου ἕνεκεν τοῦ μακα- E ρίου, τοὺς πολλοὺς ἀγῶνας ἀγωνισαμένου ἐν ἐκκλησιαστικοῖς πόνοις. τούτῳ τῷ Ισιδώρῳ, γυνή τις χήρα τῶν μεγιστάνων, δίδωσι χιλίους χρυσίνους, ὁρκώσασα αὐτὸν κατὰ τῆς τοῦ σωτῆρος τραπέζης, συναγοράσαντα ἄμφια, ἐνδῦσαι τὰς πτωχοτέρας τῶν Αλεξανδρέων, μὴ μεταδόντα γνώσεως τῷ Θεοφίλῳ· ἵνα μὴ λαβὼν αὐτὰ, τοῖς λίθοις προσαναλώσῃ. λιθομανία γάρ τις αὐτὸν Φαραώνιος ἔχει εἰς οἰκοδομήμα-

EX hoc mercenariorum pastorum mentes livor occupat, qui ex comparatione arguebantur. Qui cum eum superare non valuissent, eo quod non advocarent invidiæ destructorem Dominum: calumnias nectunt adversus Joannem, aliquibus ejus homiliis detortis in jocos adversus Augustam, & alios ex aula Imperatoris. Contigit autem ut id temporis Acacius, Episcopus Berœæ qui advenerat Constantinopolim, haudquaquam bonum hospitium nancisceretur, ut dicebat, & ob hoc mærens, ira intumescebat, quasi neglectus a Joanne. Cogitationibus autem immoderatis victus, absurdum sermonem ex abundantia cordis effert dignum sua mente, præsentibus quibusdam Joannis Clericis, dicens: B Ego ipsi ollam condio. Exinde igitur conjunctus est Severiano, Antiocho, Isaacio Syrisco, circumforaneo, præposito falsis monachis, trito in perpetuis adversus Episcopos calumniis: deliberant armari scilicet adversus Joannem; revera autem, contra gloriam Servatoris. Ceterum, cum misissent primum Antiochiam, adolescentiæ ejus delicta perquirunt. Ubi vero [a] *defecerunt scrutantes scrutationes*, & nihil invenerunt: mittunt Alexandriam ad Theophili vafritiem, qui dicebatur *Cothurnus*; solertis talia moliri, qui statim replicans mentis suæ volumina, cum otio & quiete latrocinali, cujusvis etiam prætextus speciem diligenter perscrutabatur. DIAC. Siste, Pater, sermonis tui cursum, ante- C quam obliviscar: ut tibi dicam caussam, quæ ad nos usque Alexandria pervenit & percrebuit. Joannem enim ajunt Clericos a Theophilo depositos admisisse ad communionem; atque ita Theophilum offendisse: quod minime factum oportuit: adeo ut ex eo infensus Joanni, oppugnare eum aggressus sit. EPISC. Demus hunc rumorem, qui percrebuit, esse verum, an Episcopi est, malum malo curare? & ubi est illud Evangelii quod ait: [b] *Sol non occidat super iracundiam vestram*? Ubi illud Apostoli: [c] *Vince in bono malum*? Ubi illud Prophetæ: [d] *Si reddidi retribuentibus mihi mala*? Deinde num operosius erat coram reverendis Episcopis eum accusare & dicere: Frater Joannes, hoc aut illud an D imprudens fecisti? & Joannem defensionis loco dicere; rem ignorasse se? DIAC. Verum dicis, si in eo fuisset voluntas bona, nec prætexuisset Clericorum caussam, ut propriam iram expleret. EPISC. Per timorem Dei qui infinitis timoribus dominatur, non aliter tibi dicam, quam ut se habet rei natura de iis Clericis, quos memorasti. Isidorus quidam Presbyter, ex Beati magni Athanasii ordinatione supererat, octogesimum ætatis annum agens, quem norunt Romanorum plerique Ecclesiasticarum rerum caussa Romam venisse, cum Alexandriæ hospitum susceptor esset. Tu vero & ipse nosti hominem, quando cum Acacio veniens, Flaviani cum Theophilo communionem attulit, viginti annos E abruptam, Beati Evagrii caussa, qui plurima certamina in obeundis Ecclesiasticis laboribus pertulit. Huic igitur Isidoro mulier quædam vidua e magnatibus dat mille aureos; adegitque jurejurando per Servatoris mensam, emtis vestibus pauperiores Alexandriæ feminas contecturum clam Theophilo: ne is nummos illos caperet, atque comparandis lapidibus insumeret. Lapidum enim furor quidam Pharaonius ipsum possidet, ad ædificia qui-

*a* Psalm. LXIV, 6. *b* Ephes. IV. 6. *c* Rom. XII. 21. *d* Psalm. VII, 5.

1. Georg. παροινίας.

τα, ὧν οὐδαμῶς χρήζει ἡ ἐκκλησία. καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα ἐν δευτέρῳ κείσθω. τὸ δὲ κατεπεῖγον περὶ τοῦ Ἰσιδώρου ἄκουσον· λαβὼν τοιγαροῦν ὁ Ἰσίδωρος τὰ νομίσματα, ἀναλίσκει ταῖς πενομέναις καὶ ταῖς χήραις. ἔγνω ποθὲν ὁ Θεόφιλος, οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ἐλάνθανε τῶν πανταχοῦ πραττομένων ἢ λαλουμένων, ἔχοντι ἐργοσκόπους, καὶ λογοσκόπους, ἵνα μὴ ἄλλως εἴπω, καὶ προσκαλεῖται τὸν Ἰσίδωρον, μετριοπαθῶς πυνθανόμενος, εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει. οὐκ ἀρνησάμενος ὡμολόγησε τὴν τοῦ πράγματος διακονίαν. ὁ δὲ ἀκούσας, τὴν σκηνὴν ἐναλλάσσει. καὶ ὁ πρὸ ῥοπῆς ἐπιεικὴς καὶ χρηστοφανὴς ἐν τῇ ἐρωτήσει, μετὰ τὴν ῥοπὴν οἴδησεν ὅλος, τὰς μορφὰς ἐναλλάττων, τῆς ἀποκρίσεως εἰσελθούσης τοῦ Ἰσιδώρου. καὶ μικρὸν ἐφησυχάσας χρόνον, καθάπερ λαθροδήκτης κύων, μετὰ δύο μῆνας προφέρει χαρτίον, συγκροτήσας τὸ ἱερατεῖον, παρόντος τοῦ Ἰσιδώρου, λέγων· ὅτι τοῦτο ἐδεξάμην πρὸ δεκαοκτὼ ἐτῶν, Ἰσίδωρε, κατὰ σοῦ· καὶ ἐπειδὴ περιάσχολος ἐγενόμην, λήθῃ παρέδωκα τὸ πρᾶγμα· νῦν δὲ ἑτέρους ἐπιζητῶν χάρτας, εὕρηκα τοῦτο τὸ περὶ σοῦ χαρτίον· ἀπολόγησαι πρὸς αὐτό. περιεῖχε δὲ ὁ χάρτης ἔγκλημα τὸ Σοδόμων. πρὸς ταῦτα ὁ Ἰσίδωρος ἀπολογούμενος λέγει τῷ Θεοφίλῳ· συγχωρήσωμεν ἀληθὲς εἶναι, ὅτι καὶ ἐδέξω τὸν χάρτην καὶ παρέπεσεν. οὐκ ἦν ὁ δοὺς τὸν λίβελλον, ἵνα ἐκ δευτέρου τοῦτον ἀπαιτηθῇ; πρὸς ταῦτα ὁ Θεόφιλος. ἀλλ' οὐ παρῆν ὁ παῖς, πλεύστης ὑπάρχων. καὶ ὁ Ἰσίδωρος· οὐ παρῆν παραυτὰ ὡς λέγεις, Πάπα. μετὰ τὸν πλοῦν οὐ παρῆν; τῷ δευτέρῳ ἔτει οὐ παρῆν, οὐδὲ τῷ τρίτῳ; καὶ νῦν εἰ πάρεστι, κέλευσον στῆναι τὸν ἄνθρωπον: πρὸς ταῦτα ὁ Θεόφιλος ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας μέλλων εὐκαταφρόνητος γίνεσθαι, ἀναβάλλεται εἰς ἡμέραν ἑτέραν. καὶ λιπαρήσας τινὰ νεανίσκον ὑποσχέσεσι πολλαῖς [1], ἤλειψεν εἰς κατηγορίαν κατὰ τοῦ Ἰσιδώρου, δοὺς αὐτῷ, ὥς φασι, πεντεκαίδεκα χρυσίνους· οὓς ἐξ αὐτῆς ἀνατίθεται τῇ μητρί. ἡ δὲ τοῦτο μὲν οὐ κατεδέξατο ὑπὸ τοῦ ἀκλινοῦς ὀφθαλμοῦ, τοῦτο δὲ ὑπὸ τοῦ δέους τῶν νόμων ἀνατραπεῖσα· ἐνθυμουμένη μήποτε ὁ Ἰσίδωρος συκοφαντηθεὶς ἐκκαλέσηται ἐπὶ τὸν ἄρχοντα τῶν δήμων, ἐλθοῦσα, ὁμολογεῖ τὴν δραματουργίαν τῷ Ἰσιδώρῳ, δείξασα αὐτῷ τοὺς χρυσίνους, οὓς ἔλεγε παρὰ τῆς ἀδελφῆς Θεοφίλου εἰληφέναι, μισθὸν κατὰ τοῦ ἀθῴου. καὶ αὕτη μὲν διὰ πολλά, ἐξαιρέτως δὲ διὰ τοῦτο τὴν ἀξίαν τίσασα ποινὴν τελευτᾷ, τοὺς μαστοὺς χειρουργουμένη. πρὸς ταῦτα ὁ Ἰσίδωρος ἔμενεν οἴκοι, τὸν Θεὸν ἱκετεύων. ὁ δὲ νεανίσκος, τὸ μὲν τοὺς νόμους φοβούμενος, τὸ δὲ τὸν Θεόφιλον δεινότερον ἐννοῶν τῇ ἀστοχίᾳ, ἐπὶ τὸ λυσιτελὲς καταφεύγει τεῖχος, τὴν ἐκκλησίαν, προσφυγὼν τῷ θυσιαστηρίῳ. οὕτως ὁ Θεόφιλος κωφῇ τῇ δίκῃ ἀποκηρύττει τὸν Ἰσίδωρον τῆς ἐκκλησίας, ἀνήκεστα ἐπιφημίσας, σχηματισάμενος σεμνοπρέπειαν τῇ ἀδικίᾳ· πρὸς τούτοις δείσας ὁ Ἰσίδωρος μήποτε χαλεποτέρῳ τῷ θυμῷ πιεσθεὶς ὁ Θεόφιλος, σκέψηται κατ' αὐτοῦ ἐνέδραν τῆς σωτηρίας. φθάνει γάρ, ὥς φασι, καὶ μέχρι τούτων. δρομαῖος [2] χωρεῖ ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ τῆς Νιτρίας πρὸς τὸ τάγμα τῶν μοναχῶν, ἔνθα τὰς τῆς νεότητος ἐσχήκει [3] διατριβάς· καὶ καθίσας ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ, προσηύχετο τῷ μακροθύμῳ Θεῷ ἐντυγχάνων. ἐπὶ τούτοις τὸ ἀπρεπὲς καὶ ἄδηλον συνειδὼς ἑαυτῷ τῆς νίκης ὁ Θεόφιλος, πέμπει γράμματα πρὸς τοὺς σύνεγγυς ἐπισκόπους, καὶ κελεύει τινὰς τῶν πρώτων ῥιφῆναι τοῦ ὄρους καὶ τῆς ἐνδοτέρας ἐρήμου, τοὺς ἐπὶ κεφαλῆς μοναχούς, οὐκ ἐπαγαγὼν τὴν αἰτίαν. οἳ τινες μοναχοὶ σὺν τοῖς πρεσβυτέροις κατελθόντες εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, παρεκάλουν τὸν Θεόφιλον εἰπεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν κατεδικάσθησαν ῥιφῆναι. ὁ δὲ ὑφαίμοις ὀφθαλμοῖς δρακοντώδεις ἐνατενίσας, ταυρηδὸν ὑπεβλέπετο·

bus nihil indiget Ecclesia. Et hæc quidem mittamus: quod autem de Isidoro urget audi. Cum igitur Isidorus eos nummos accepisset, impendit pauperculis & viduis mulieribus. Alicunde id novit Theophilus: nihil enim ipsum latebat eorum quæ ubique fierent & dicerentur; utpote qui haberet & factorum & dictorum exploratores, ne aliter eos appellem. Isidorum evocat, moderate interrogans; an ea ita se haberent: non negavit Isidorus, reique totius administrationem fassus est. Quo ille audito, scenam mutat: & qui paullo ante in interrogatione moderatus ac lenis apparuerat, momento post audito Isidori responso totus intumuit, mutata subinde facie. Et cum paullum quievisset, ut canis qui clam mordet, post menses duos convocato clero, profert chartulam præsente Isidoro, dicens: Hanc accepi ante decem & octo annos, Isidore, adversus te: & quoniam valde occupatus eram, rem silentio tradidi: nunc vero alias chartas quærens, hanc de te chartulam inveni. Contra hanc institue defensionem: illa autem chartula continebat accusationem Sodomitici criminis. Ad hæc Isidorus Theophilo respondit, defendens se; concedamus hoc verum esse, & a te acceptam esse chartulam, & tibi excidisse. Nonne aderat qui libellum dedit; ut denuo ille a te reposceretur? Ad hæc Theophilus. Sed non aderat puer, navigabat enim in mari. Et Isidorus: non aderat tunc, ut dicis, Papa: post navigationem nonne adfuit? non secundo? non tertio anno? & nunc si adest, jube hominem sistere se. Ad hæc Theophilus, quem ipsa veritas contemtibilem redditura erat, rem in alium diem rejicit: & juvenem quemdam pollicitationibus multis demulcens, ad accusationem contra Isidorum instruxit, datis ipsi, ut ajunt, quindecim aureis, qui statim eos matri affert. Illa autem, partim metu inconniventis oculi eos non accepit, partim legum timore perculsa: cogitans nequando Isidorus calumnia appetitus, ad Præsidem provinciæ provocaret, Isidorum convenit, atque ipsi totam tragœdiam fatetur, ei ostendens aureos, quos a sorore Theophili mercedis loco accepisse se dicebat adversus Isidorum innocentem. Et illa quidem cum ob multa, tum præcipue ob eam caussam, meritis pœnis persolutis moritur, chirurgo mamillas ejus curante. Interea Isidorus domi manebat, Deum orans. Puer autem partim leges veritus, partim asperiorem Theophilum conjectans, si scopo excideret, ad Ecclesiam utile propugnaculum confugit, altari adhærens. Ita Theophilus, silente justitia Isidorum Ecclesia eliminat, cum exsecranda divulgasset, injustitiam gravitate prætexens. Deinde timens Isidorus, ne tandem graviori ira instigatus Theophilus, saluti suæ insidias meditaretur (nam ad hæc usque etiam progredi solet, ut ajunt) cursu petit montem Nitriæ ad monachorum ordinem, ubi commoratus fuerat adolescens. Et in cella sua sedens, precabatur, patientissimum Deum interpellans. Super his indecoræ & incertæ victoriæ sibi conscius Theophilus, mittit literas ad vicinos Episcopos: & jubet quosdam e primariis a monte, & ab interiori eremo expelli, eosque præcipuos monachos, minime addita caussa. Qui monachi cum senioribus Alexandriam cum descendissent, orabant Theophilum, caussam ut diceret, ob quam condemnati ejectique essent. Ille autem sanguinolentis oculis draconum instar intendens, torvum taurino more intuebatur; modo

1. Georg. πολυύλοις. 2. Georg. αἶψα. 3. Georg. ἐσχῆσε.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

ποτὲ μὲν πελιδρὸς, ποτὲ δὲ ὠχρὸς, ποτὲ δὲ καὶ σαρκάζων, ὑπ' ἀκράτου ὀργῆς φερόμενος· ἐνειλεῖ τῷ Ἀμμωνίῳ, ἀνδρὶ ἡλικιώτῃ, τὸ ὠμοφόριον ἐν τῷ τραχήλῳ οἰκείαις χερσὶ, καὶ πληγὰς ταῖς σιαγόσιν αὐτοῦ ἐμφορήσας, συνεσπασμένοις δακτύλοις αἱμάξας τὰς ῥῖνας, ἐπιψοφῶν τῇ φωνῇ· Αἱρετικὲ, ἀναθεμάτισον Ὠριγένην· μηδενὸς προκειμένου, πλὴν τῆς ἀξιώσεως ἕνεκεν Ἰσιδώρου. τοιοῦτον γὰρ οἱ θυμοὶ, καθάπερ οἱ κύνες, τυφλὰ τίκτουσι, καὶ τὰ πράγματα καὶ τὰ ῥήματα. οὕτως οὖν αἱματόφυρτοι καὶ ἀναπόκριτοι ὑποστρέψαντες εἰς τὰς μονὰς αὐτῶν, εἴχοντο τῆς προκειμένης ἀσκήσεως, τῇ μαθήσει [1] τὴν φύσιν ὀξύναντες, δι' ὧν ἡ σωτηρία προσγίνεται· ἔλαττον φροντίσαντες τῆς τούτου μανίας, τῷ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδέναι κακόν.

A quidem lividus, modo pallidus, modo autem amare subridens, ab immodica ira abreptus: Ammonio, viro grandævo, omophorium manibus ipse suis injicit in collum, cum malis ejus plagas inflixisset, & pugnis nares ejus cruentasset, inclamans his vocibus: Hæretice, anathematiza Origenem, cum nihil esset propositum de Origene præter postulationem, Isidori caussa. Talis enim ira est, veluti canes, cæca & dicta & facta parit. Igitur sic sanguine adspersi, & sine responso reversi ad sua monasteria propositum vitæ institutum persequebantur, scripturarum scientia ingenium acuentes, per quas salus acquiritur, illius insaniam eo curantes minus, quod nullius mali sibi conscii B essent.

## CAPUT VII.

Πρὸς τούτοις οὐκ ἠρεμήσας ὁ Θεόφιλος, ἀποστέλλει πρὸς τοὺς ἐκ γειτόνων ἐπισκόπους, καὶ συγκροτεῖ κατὰ τῶν μοναχῶν συνέδριον· οὔτε δὲ καλέσας αὐτοὺς εἰς ἀπολογίαν, οὔτε μεταδοὺς λόγου, ἀποκηρύττει τρεῖς ἄνδρας τοὺς ἐπ' ἐξοχῆς, φοβηθεὶς ἀθρόως κατὰ τοῦ πλήθους ἐξενεγκεῖν τὴν τιμωρίαν· σχηματισάμενος δογμάτων [2] παραφθοράν· καὶ οὓς πολλάκις ὑπὲρ ἐπισκόπων ἐτίμησεν ὡς διδασκάλους, διὰ τὸν βίον, διὰ τὸν λόγον, διὰ τὸν χρόνον, τούτους οὐκ ᾐδέσθη γόητας ὀνομάζων διὰ τὴν πρὸς Ἰσίδωρον σχέσιν· καὶ μετὰ τὸ ἀποκηρῦξαι, ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὄρους ἀλείφει ἀνθρωπάρια πέντε, ἃ μηδέποτε ἐν συλλόγῳ τῶν τῆς ἐρήμου γερόντων ἔστησαν, ὀκνῶ λέγειν, ἀνάξια καὶ θυρωρείου. καὶ τὸν μὲν χειροτονεῖ ἐπίσκοπον, ἐγκατατάξας κωμυδρίῳ, πόλιν οὐκ ἔχων· ἀδεῶς γὰρ καὶ τὰς καινοτομίας εἰργάζετο, ἄλλον ἑαυτὸν Μωσέα ὀνομάζων· τὸν δὲ πρεσβύτερον, τοὺς δὲ τρεῖς διακόνους, οὐκ ὄντας τῶν Αἰγυπτίων, ἀλλὰ διαφόρων τόπων. ὁ μὲν γὰρ ἦν Λίβυς· ὁ δὲ, Ἀλεξανδρεύς· ὁ δὲ, Φαρανίτης· ὁ δὲ, Παραλεώτης, διὸ καὶ ὑπήκουσαν αὐτοῦ τῇ ματαιοπονίᾳ, τὸ ἀνέλπιστον ἔχοντες τῶν τῆς πατρίδος ἐνεχύρων. καὶ παρασκευάζει αὐτοὺς δοῦναι λιβέλλους κατὰ τῶν τριῶν ἐκείνων, αὐτὸς ὑφάνας τοὺς λόγους τῆς συκοφαντίας· τοῦτο μόνον συνεισενεγκάντων, τὸ ὑπογράψαι· μετὰ τοῦτο, λαβὼν τοὺς λιβέλλους παρ' αὐτῶν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, εἰσέρχεται πρὸς τὸν Αὐγουστάλιον, καὶ ἀποτίθεται κατ' αὐτῶν ἐντυχίαν ἐκ προσώπου οἰκείου ὁ ἀρχιερεὺς τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, συμπλέξας καὶ τοὺς τῆς συκοφαντίας λιβέλλους, καὶ ἀξιοῖ στρατιωτικῇ βοηθείᾳ ῥιφῆναι τοὺς ἄνδρας ἀπὸ πάσης Αἰγύπτου. λαβὼν δὲ σχήματι τὸν στρατιώτην, ἅμα τῷ προστάγματι, συναθροίζει πλῆθος πλημμελῶν ἀκόλων περὶ τὰς ἀξίας, καὶ ἐπισκιρτᾷ τοῖς μοναστηρίοις ἀθρόᾳ [3] νυκτὶ, οἰνοφλυγήσας τοὺς παῖδας τοὺς σὺν αὐτῷ· καὶ πρῶτον μὲν τὸν τούτων ἀδελφὸν Διόσκορον, ἅγιον ἐπίσκοπον ὄντα τοῦ ὄρους, κελεύει τοῦ θρόνου ῥιφῆναι, συρέντα δι' οἰκετῶν Αἰθιόπων, καὶ αὐτῶν τάχα ἀκμὴν ἀφωτίστων· λαβὼν αὐτοῦ τὴν παροικίαν, ἣν ἀπὸ τῆς παρουσίας Χριστοῦ εἶχεν ἡ τοῦ Διοσκόρου πόλις. μετὰ τοῦτο λαφυραγωγεῖ τὸ ὄρος, μισθὸν τοῖς νεωτέροις τὰ μικρὰ πράγματα τῶν μοναχῶν διδούς. σκυλεύσας δὲ τὰς κέλλας, ἐπιζητεῖ τοὺς τρεῖς ἐκείνους, οὓς κεχαλάκεισαν ἐν φρέατι, ψίαθον ἐπιθέντες τῷ στομίῳ· μὴ εὑρὼν δὲ αὐτοὺς, ἐμπίπρησιν αὐτῶν φρυγάνοις τὰς κέλλας, συγκαύσας τὰς βίβλους πάσας ἐνδιαθέτους καὶ σπουδαίας, καὶ παιδίον ἓν, ὡς ἔφασαν οἱ ἑωρακότες, καὶ τὰ σύμβολα τῶν μυστηρίων. οὕτως οὖν λωφήσας τῆς ἀλόγου ὀργῆς, καταλαμβάνει πάλιν τὴν Ἀλεξάνδρειαν, δοὺς χώραν φυγῆς τοῖς ἁγίοις ἐκείνοις· οἵτινες ἐξ αὐτῆς λαβόντες αὐτῶν τὰς μηλωτὰς, ἐξέρχονται εἰς τὴν Παλαιστί-

HIS non adquiescens Theophilus, mittit ad vicinos Episcopos, & adversus monachos cogit concilium, neque ad defensionem vocatis ipsis, nec facta illis dicendi potestate, tres viros e præcipuis excommunicat, veritus simul contra multitudinem pœnam decernere, prætexens dogmatum perversitatem, & quos plusquam Episcopos honoraverat ut magistros, propter vitam, doctrinam, & ætatem, eos non puduit appellare præstigiatores, eo quod erga Isidorum optime affecti essent. Et post ex- C communicationem, ex ipso monte instruit homunculos quinque, qui numquam in cœtu Seniorum eremi steterant, & indigni erant, piget dicere, qui vel ostiarii essent. Et hunc quidem ordinat Episcopum, viculo præficiens, cum civitatem non haberet ( etenim sine ullo pudore illas novitates audebat, se alterum Mosem vocans ) illum vero Presbyterum, & tres alios Diaconos ordinat, qui non erant Ægyptii, sed e diversis locis. Erat enim unus eorum Libys, alius Alexandrinus, alius Pharanites, alius vero Paraleotes. Quam ob caussam ejus vano labori consenserunt, cum nullum præmium e patria sperandum haberent. Eos itaque subornat, ut libellos darent adversus tres illos senes. Et fal- D sæ accusationis verba ipse contexuit, cui unum id isti contulerunt, ut subscriberent. Deinde, acceptis ab eis libellis coram Ecclesia, ingreditur ad Augustalem, & contra istos supplicem libellum apud eum nomine suo deponit ipse, Ægyptiæ diœceseos Pontifex, adjunctis falsæ accusationis libellis, petitque ut militari manu expellantur ii homines ex universa Ægypto. Accepto igitur in speciem milite, una cum mandato, sceleratorum multitudinem congregat, qui circa potestates versantur ad omnia parati, & repente monasteria noctu invadit; cum prius pueros, qui secum erant, vino ingurgitasset. Et primum quidem illorum fratrem Dioscorum, sanctum Episcopum, qui erat ex illo mon- E te, jubet throno ejici, tractum a servis Æthiopibus, iisdem fortasse nondum baptizatis; sibi vindicans ejus parœciam, quam a Christi adventu habebat civitas Dioscori. Inde prædatur montem, monachorum resculas junioribus prædam addicens. Expilatis cellulis, inquirit tres illos quos in puteum demiserant, imposita ori putei storea. Cum autem eos non invenisset, eorum cellulas sarmentis incendit, combustis una libris omnibus veteris ac novi Testamenti, aliisque optimis codicibus, & puero uno, sicut oculati testes dixere, & sacra Eucharistia. Cum autem impotens ejus ira paullum deferebuisset, Alexandriam repetit, locum fugæ dans sanctis illis viris: qui sumtis statim melotis suis

1. Add. Georg. τῶν γραφῶν. 2. Cod. Med. παραφοράν. Quæ lectio non spernenda. 3. Georg. ἀθρόως ἐν.


SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

(A) τὴν Αἰλίαν καταλαβόντες. οἷς συνεξῆλθον σὺν πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις τοῦ ὄρους τριακόσιοι τῶν μοναχῶν σπουδαίων. οἱ δ' ἕτεροι διαφόροις διεσπάρησαν τόποις· τούτων μὴ φέρων τὴν ἰδιοπραγίαν ὁ σκολιὸς τὸν δρόμον ὄφις, ἀνασείει πάλιν κατ' αὐτῶν τὸν Θεόφιλον· ὃν ἀναβρασθεὶς ὑπὸ τῆς ὀργῆς, χαράσσει γράμματα πρὸς τοὺς τῆς Παλαιστίνης ἐπισκόπους, λέγων· οὐκ ἔδει μὲν ὑμᾶς παρὰ γνώμην μου ἐν ταῖς πόλεσιν ὑποδέξασθαι τούτους, ἐπειδὴ δὲ ἠγνοήσατε, συγγνώμην ὑμῖν νέμω· τοῦ λοιποῦ τοίνυν φροντίσατε, μήτε εἰς ἐκκλησιαστικὸν, μήτε εἰς ἰδιωτικὸν τούτους ὑποδέξασθαι τόπον. οὐ μόνον λέγων, ἀλλὰ φανταζόμενος εἶναι Θεὸς, τῇ ὑπερβολῇ τῆς οἰήσεως. οἱ δὲ, ὑπὸ τῆς πολλῆς ἀνάγκης φερόμενοι διὰ τὸ τόπους ἐκ (B) τόπων ἀμείβειν, καταλαμβάνουσι τὸ στρατόπεδον, ἔνθα ἐνεθρόνιστο ὁ ἐπίσκοπος Ἰωάννης ὑπὸ τῆς θείας χειρὸς εἰς ἐπιμέλειαν τῶν δυναστευόντων· καὶ προσπεσόντες αὐτοῦ τοῖς γόνασιν, ἐδέοντο βοηθῆσαι ψυχαῖς συκοφαντουμέναις καὶ λεηλατουμέναις ὑπὸ τῶν τοῦτο μᾶλλον ἢ τὸ ποιεῖν εἰθισμένων. ἔστη ὁ Ἰωάννης, καὶ εἶδε πεντήκοντα λογάδων ἀνδρῶν πολιὰν [1], πόνοις ἱεροῖς βαφεῖσαν, ἠμφιεσμένην [2], καὶ δηλμυχθεὶς φιλαδελφίας πάθει, κατὰ τὸν Ἰωσὴφ, δάκρυσι συνεχέθη· πυνθανόμενος παρ' αὐτῶν, ποῖος ὗς ἐκ δρυμοῦ ἢ μονιὸς ἄγριος, τῇ πολυκάρπῳ ταύτῃ ἀμπέλῳ ἐβάσκηνεν. οἱ δέ φασιν, καθίσας [3] πάτερ, μότωσον ἡμᾶς, οὐχ ὡς ἔτυχε τρωθέντας τῇ Θεοφίλου τοῦ Πάπα μανίᾳ· εἰ ἄρα δυνηθείης συνουλῶσαι ἡμῖν τὰ τῶν τραυ- (C) μάτων οἰδήματα. ἐὰν γὰρ καὶ αὐτὸς ἡμᾶς παραλογίσῃ, ἢ αἰδεσθεὶς ἢ φοβηθεὶς τὸν Θεόφιλον κατὰ τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους· οὐδὲν λοιπὸν παρ' ἡμῶν [4] ὑστερεῖται, ἢ τῷ βασιλεῖ προσελθόντας, ἀναδιδάξαι τὰς αὐτοῦ κακοπραγίας ἐπὶ ὕβρει τῆς ἐκκλησίας. εἰ τοίνυν φροντίζεις τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὑπολήψεως, ἐπινεύσας πεῖσον αὐτὸν συγχωρῆσαι ἡμῖν τὴν οἴκησιν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ· μηδὲν ἐπταικότας μήτε εἰς τὸν νόμον τοῦ σωτῆρος, μήτε εἰς αὐτὸν ἐκεῖνον. ἐπὶ τούτοις νομίσας ὁ Ἰωάννης, ἀόχλως μεταβάλλειν τὴν Θεοφίλου πρὸς αὐτοὺς μνησικακίαν, ἡδέως ἥρπασε τὸ πρᾶγμα. παρακαλέσας δὲ τοὺς ἄνδρας, φιλοθέῳ σιγῇ πρὸς πάντας ἡσυχάσαι τὴν αἰτίαν τῆς παρουσίας, μέχρις οὗ ἀποστείλω πρὸς τὸν ἀδελφὸν Θεόφιλον· καὶ δοὺς αὐτοῖς ἐν τῇ Ἀναστασίᾳ καλουμένῃ ἐκκλησίᾳ μονὰς (D) πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν, αὐτὸς μὲν οὐκ ἐπεκούρει τὰ πρὸς τὴν χρείαν· γυναῖκες δὲ φιλόθεοι ἐπήρκουν αὐτοῖς τὴν δίαιταν, καὶ αὐτῶν συνεισφερόντων ἐκ μέρους τῇ τῶν χειρῶν ἐργασίᾳ. συνέβη οὖν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ κληρικοὺς εἶναι τοῦ Θεοφίλου ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, προαγοράζοντας τῶν χειροτονουμένων ἀρχόντων τὰς προαγωγὰς ἐν τῇ Αἰγυπτιακῇ διοικήσει, τὰς εἰς αὐτὸν εὐνοίας περιποιούμενος ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν αὐτῷ λυπούντων. προσκαλεσάμενος οὖν αὐτοὺς ὁ Ἰωάννης ἐπυνθάνετο, εἰ ἐπίστανται τοὺς παρόντας ἀσκητάς; οἱ δὲ φιλαλήθως ἐμαρτύρησαν ἀνδράσι, λέγοντες τῷ Ἰωάννῃ, ὅτι καὶ ἴσμεν αὐτοὺς, καὶ μεγάλην ὑπέστησαν βίαν, καὶ εἰ βούλει, δέσποτα, τῆς μὲν πνευματικῆς κοινωνίας αὐτοὺς μὴ μεταδῷς, ἵνα μὴ λυπήσῃς (E) τὸν Πάπαν· φιλοφρόνησαι δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις· πρέπει γάρ σοι, ὡς ἐπισκόπῳ. οὕτως ὁ Ἰωάννης οὐκ ἐδέξατο μὲν αὐτοὺς εἰς κοινωνίαν· γράφει δὲ λιπαρῶν τῷ Θεοφίλῳ· ταύτην μοι παράσχου τὴν χάριν ὡς τέκνῳ σῷ καὶ ἀδελφῷ, ἐναγκαλισάμενος τοὺς ἄνδρας. πρὸς τούτοις ὁ Θεόφιλος, τὴν μὲν χάριν οὐ παρέσχε τῷ Ἰωάννῃ· ἀποστέλλει δέ τινας περιεστυρμένους εἰς λογικὰς ἁμίλλας, περὶ ὧν προείπομεν ἀνωτέρω. καὶ παρασκευάζει δεήσεις αὐτοὺς ἐπιδοῦναι, ἃς συνήθως αὐτὸς ὑπηγόρευσε, περιεχούσας μὲν ψεῦδος ὁμολογημένον, ἠμφιεσμένον δὲ τὴν πολυσχεδῆ συκοφαντίαν τὴν ἐν τοῖς ἀοράτοις, μηδὲν ἔχων αὐτῶν διαβάλλειν

(A) in Palæstinam profecti, Æliam adventant. Cum iis egressi sunt, præter Presbyteros & Diaconos, illius montis trecenti optimorum monachorum: alii vero per diversa loca dispersi sunt. Secessum eorum non ferens obliqui cursus coluber, rursus contra eos Theophilum suscitat; qui ira succensus literas exarat ad Episcopos Palæstinæ: Non oportebat, inquiens, vos præter voluntatem meam in civitates vestras hos recipere: sed quoniam ignari id fecistis, vobis ignosco. In posterum igitur cavete, ne illos aut in Ecclesiasticum aut in privatum aliquem locum admittatis: Deum esse se non dicens tantum, sed etiam præ immodica arrogantia imaginans. Illi multa necessitate acti, cum in alia ex (B) aliis loca migrarent, tandem in Comitatum veniunt; ubi divina manu ad curam potentium agendam Joannes collocatus erat Episcopus; atque ad ejus genua provoluti, orabant succurreret animabus calumniam passis, & devastatis ab iis, qui id potius quam benefacere consuevissent. Stetit Joannes; atque ut vidit quinquaginta electorum hominum canitiem, sacris laboribus tinctam & ornatam: veluti Joseph, fraterni amoris acri dolore stimulatus, in lacrymas effusus est: percunctans ex eis, quisnam aper de silva aut singularis ferus huic fecundissimæ viti invidisset. Illi autem: Sed Pater, & nobis medere non mediocriter vulneratis a Theophili Papæ furore: si tamen poteris vulnerum (C) nostrorum tumores ad cicatricem perducere. Nam si & ipse nos negligis, Theophili seu reverentia seu timore ductus, ut alii Episcopi, nihil jam reliqui nobis fit a vobis, nisi ut Imperatorem adeamus, & prava illius facta in contumeliam Ecclesiæ exponamus. Si ergo Ecclesiasticæ tibi existimationis cura est, nobis annue, ipsique persuade, ut nobis nostrum in Ægypto domicilium concedat: qui nihil peccavimus, neque contra legem Servatoris, neque in eum ipsum. Ad hæc Joannem sperans facile se Theophili adversus eos odium demutaturum, libenter negotium arripit; admonens eos ut apud omnes religioso silentio adventus sui caussam tegerent, donec ipse, inquit, misero ad fra- (D) trem Theophilum. Et dato eis in Ecclesia dicta Anastasia hospitio ad requiescendum, ipse quidem non suppeditabat quæ ad usum illis necessaria erant: sed religiosæ mulieres victum ipsis subministrabant, & ipsi quoque nonnihil conferebant ex opere manuum. Contigerat autem sub id tempus ut Clerici quidam Theophili Constantinopoli adessent, magistratuum qui regendæ Ægypto designabantur, promotiones præmercantes, & benevolentiam Theophilo conciliantes in perniciem eorum qui illi minime placebant. Hos igitur ad se accitos Joannes percunctabatur, an præsentes monachos novissent. Illi candide de ipsis testimonium perhibuere, dicentes Joanni: Et novimus eos, & vim magnam (E) perpessi sunt. Ac si placet, Domine, spiritalem eis communionem impertire noli, ne offendas Theophilum: in ceteris benignum te præbe; hoc enim te ut Episcopum decet. Sic Joannes eos quidem ad communionem non admisit: Theophilo autem scribit, orans: In hoc mihi ut filio & fratri gratificare, hosce viros amplector. Adhæc Theophilus, gratiam quidem negavit Joanni: mittit autem quosdam ad contentiosas verborum pugnas exercitatos, de quibus superius diximus: & monet, dent illi libellos precum, quos more suo ipse dictaverat, qui continebant apertum quidem mendacium, amictum vero varia & multiplici calumnia eorum quæ sunt invisibilia; cum nihil haberet unde eo-

1. Georg. πολιὰ. 2. Georg. ἴσως. 3. Georg. βαδίσας. 4. Forte ὑμῶν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.



τὸν βίον· καὶ παρασκευάζει αὐτοὺς ἐν τῷ παλατίῳ, ὡς γόητας, δακτυλοδεικτεῖσθαι. ὡς δὲ ἴδον οἱ ἀσκηταὶ, ὅτι οὐ μόνον αὐτὸν οὐ διορθοῦνται, ἀλλὰ καὶ εἰς ὀργὴν πλείονα κινοῦσιν, ἀξιώτας αὐτῷ προσάγοντες πολλοὺς, μετὰ τοῦ ἀναθεματίζειν πᾶσαν ψευδοδοξίαν· ἐπιδιδόασι λιβέλλους ἐντευκτικοὺς τῷ Ἰωάννῃ, ἀναδιδάξαντες τὰ τῆς τυραννίδος εἴδη, μετὰ καὶ κεφαλαίων τινῶν, ἃ αἰσχυνόμαι ἐπὶ τῶν νηπιοτέρων τέως λέγειν, ἵνα μὴ καὶ πίστεως αὐτοὺς ἀπελάσω, ἴσως καὶ παρὰ τοῖς τελειοτέροις οὐ πιστευόμενος. πάλιν καὶ δὲ ἑαυτοῦ, καὶ δι' ἑτέρων ἐπισκόπων, ὁ Ἰωάννης παρακαλεῖ αὐτοὺς παύσασθαι τῆς κατ' αὐτοῦ κατηγορίας, διὰ τὴν ἐκ τῆς δίκης κακοπάθειαν· γράψας τῷ Θεοφίλῳ, ὅτι εἰς τοσοῦτον ἠλάθησαν λύπης, ὡς καὶ ἐγγράφως σου κατηγορεῖν· λοιπὸν τὸ δοκοῦν σοι ἀντίγραψον. οὐ γὰρ ἀνέχονταί μου ἀποστῆναι τοῦ στρατοπέδου. ἐπὶ τούτοις διαπυρωθεὶς ὅλος ὁ Θεόφιλος, εἴργει καὶ τὸν ἀδελφὸν τῶν μοναχῶν τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας Διόσκορον τὸν ἐπίσκοπον, γεγηρακότα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· τῷ δ' ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ γράφει· οἶμαι μέν σε μὴ ἀγνοεῖν τὸ διάταγμα τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων, ὅπου θεσπίζουσιν ἐπίσκοπον ὑπερόριον μὴ κρίνειν δίκην· εἰ δὲ ἀγνοεῖς, μαθὼν ἀπόσχου τῶν κατ' ἐμοῦ λιβέλλων· εἰ γὰρ καὶ δέοι με κριθῆναι, παρὰ τῶν Αἰγυπτίων, καὶ οὐ παρὰ σοῦ, ἀφεστῶτος ἑβδομηκονταπέντε ἡμερῶν ὁδόν.

A rum vitam calumniaretur; facitque ut in palatio quasi præstigiatores digito monstrarentur. Monachi ut viderunt se non solum Theophilum non placare, sed in majorem iram impellere, dum multos intercessores ad illum mittunt; insuper paratos se esse dicentes falsam omnem doctrinam anathematizare: supplices libellos Joanni offerunt, diversa Theophili tyrannidis genera denotantes, adjunctis quibusdam capitulis, quæ pudet coram simplicioribus dicere, ne eos a credendo deterream, fortasse etiam apud perfectiores fidem non inventurus. Rursus & per se ipsum, & per illos Episcopos, hortatur eos Joannes, ut desinant ipsum accusare ob molestiam quæ ex hujusmodi judiciis nasci solet: B & scribit Theophilo: Eo desperationis homines ejusmodi devenere, ut scripto te accusent. Ceterum quod tibi videtur rescribe. Non enim me audiunt, ut a Comitatu discedant. Ob ejusmodi scripta totus ira incensus Theophilus, ab Ecclesia excludit fratrem monachorum Dioscorum Episcopum, qui in Ecclesia senuerat: & ad Joannem Episcopum scribit: Arbitror equidem non ignorare te Canonum Nicænorum decretum, quo sancitur, ne Episcopus litem extra fines suos judicet: si autem ignoras, disce, & a libellis adversus me abstine. Nam si judicari me oporteret, ab Ægyptiis Episcopis judicandus sum, non a te qui septuaginta quinque C dierum itinere hinc abes.

## CAPUT VIII.

ΛΑβὼν τὴν ἐπιστολὴν ὁ Ἰωάννης, καὶ ἀναγνοὺς, ταύτην μὲν ἔσχε παρ' ἑαυτῷ, τοῖς δὲ ἀσκηταῖς ἀμφοτέρων τῶν μερῶν διελέχθη τὰ πρὸς εἰρήνην. ἀκούσαντα δὲ ἀμφότερα τὰ μέρη ἐτραχύνθη· τὸ μὲν, ὡς τετυραννημένον· τὸ δὲ, ὡς οὐκ ἔχον ἄνευ Θεοφίλου τὴν τῆς εἰρήνης ἐξουσίαν, διὰ τὸ καὶ κατὰ κέλευσιν αὐτοῦ ἐπιδεδωκέναι τὰς τῆς συκοφαντίας δεήσεις· οὕτως ὁ Ἰωάννης δοὺς αὐτοῖς ἀπόκρισιν, ἀπέλυσε τῆς ἑαυτοῦ διανοίας. πρὸς τούτοις ἀναχωρήσαντες οἱ μοναχοὶ τοῦ μέρους ἠδικημένου, συντάσσουσι πολυστίχους δεήσεις, ἐγγράψαντες κατὰ μὲν τῶν μοναχῶν, ὡς συκοφαντῶν· κατὰ δὲ Θεοφίλου, τὰ Θεοφίλου, ἵνα μὴ ἄλλως εἴπω, τοσαῦτα, ὅσα ἕκαστος οἶδε· καὶ ἐντευξάμενοι τοῖς Αὐγούστοις, προσέρχονται τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τῇ βασιλίσσῃ, δεηθέντες, τῶν μὲν ἀντιδίκων μοναχῶν τὴν δέησιν παρὰ τοῖς ἐπάρχοις γυμνασθῆναι· τὸν δὲ Θεόφιλον παρασταίντα καὶ ἄκοντα ἐπὶ Ἰωάννου κριθῆναι. ἐπράχθη ἡ δέησις, ἔχουσα τὴν ἀπόφασιν τήνδε· ὥστε τὸν μὲν Θεόφιλον παραστάντα διὰ τοῦ Μαγίστρου καὶ ἑκόντα, καὶ ἄκοντα, δοῦναι δίκην ἐπὶ Ἰωάννου· τοὺς δὲ Θεοφίλου μοναχοὺς, συστῆναι ἑαυτοῖς ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασιν οἷς κατηγόρησαν τῶν ἁγίων γερόντων, ἢ τὰ τῶν συκοφαντῶν ὑφίστασθαι. οὕτως οὖν εἰς μὲν τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπεστάλη Ἐλάφιος, ὁ νῦν ἀπὸ Πριγκίπων, διαγαγεῖν τὸν Θεόφιλον. τὴν δὲ λοιπὴν ἀπόφασιν οἱ ἔπαρχοι ἐξεβίβασαν. γυμναζομένης δὲ τῆς δίκης καὶ εἰς ἄπορον καταληγούσης, οἱ μὲν νόμοι ἐπέκειντο, ἀποστίλβοντες τὸ ξίφος· οἱ δὲ ἄθλιοι ἐκεῖνοι φοβηθέντες τὴν ἔκβασιν, ὑπερτίθενται εἰς Θεόφιλον, ὡς αὐτοῦ αὐτοὺς ὑποβαλόντος καὶ τὰς δεήσεις ὑπαγορεύσαντος. οὕτως ἡ τάξις βάλλει εἰς δεσμωτήριον, μέχρι τῆς Θεοφίλου παρουσίας· μὴ ἀνασχομένη ἐπὶ τοιαύτῃ ὑποθέσει δέξασθαι ἐγγύας. καὶ τούτων οἱ μὲν τελευτῶσιν ἐν τῇ εἱρκτῇ χρονοτριβήσαντες διὰ τὴν Θεοφίλου βραδυτῆτα· οἱ δὲ μετὰ τὴν Θεοφίλου παρουσίαν, χρήμασι τὸ πρᾶγμα ἐξομαλίσαντος, ἐν τελευταίᾳ ἐξετάσει τὴν Προκόννησον οἰκεῖν παρὰ τῶν νόμων κατεκρίθησαν, ὡς συκοφάνται. οὕτως ὁ Θεόφιλος παραστὰς, καθάπερ κάν-

Accepta lectaque ea epistola Joannes, eam quidem penes se servavit: monachis autem partis utriusque ea dixit quæ ad pacem erant. Quibus auditis, exasperata est utraque pars, illa quidem ut tyrannide oppressa; altera vero quod absque Theophilo facultatem non haberet ineundæ pacis, cujus jussu dederat libellos calumniis plenos. Sic Joannes dato eis responso, eos ab sua cura & cogitatione dimisit. Post hæc monachi qui injuria affecti fuerant, recedentes, libellos grandes & verD bosos componunt: monachos quidem, tamquam calumniatores, accusantes; adversus Theophilum vero, ne quid aliud dicam, ea inscribentes quæ erant Theophili, & quot & quanta quisque noverat. Cumque libellos obtulissent Augustis, Imperatricem adeunt in Martyrio sancti Joannis, orantque, ut adversariorum quidem monachorum libellus apud Præfectos examinaretur, Theophilus vero vel invitus adesset, & coram Joanne judicaretur. Admissa est postulatio, quæ hoc responsum tulit: Ut Theophilus volens nolens exhibitus per Magistrum, coram Joanne caussam diceret; Monachi autem ex partibus Theophili ut sibi constarent in his quorum sanctos senes accusaverant, aut caluE mniatorum pœnas subirent. Sic igitur Alexandriam missus est Elaphius, qui nunc ex Principibus est, ut Theophilum adduceret: reliqua responsi Imperialis Præfecti exsequuti sunt. Cum accusatio examinaretur & in incertum desineret, leges quidem instabant gladium renudantes: miseri autem illi eventum veriti, dilationem petunt usque ad Theophili adventum, quippe qui ipsos subornasset & supplicationes dictavisset. Ita officiales eos in carcerem conjiciunt usque ad adventum Theophili, nolentes in tali caussa vades accipere. Et horum quidam moriuntur, nonnulli in vinculis diu demorati ob adventus Theophili tarditatem: alii vero post adventum Theophili, qui rem pecunia facilem reddiderat, in postrema interrogatione, tamquam calumniatores, Proconnesum a Judicibus relegati sunt. Sic adveniens Theophilus veluti scara-

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.


θαρος πεφορτωμένος τῆς κόπρου, τῶν ἐξ Αἰγύπτου καλλίστων καὶ αὐτῆς Ινδίας, ὑπὲρ δυσώδους φθόνου εὐωδίαν ἐκχέων [1] εἰσῄει τὴν Κωνσταντινούπολιν ἕκτῃ ὥρᾳ, τῇ πέμπτῃ τοῦ σαββάτου, ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ κατακροτούμενος στίφους, τὴν ἄτιμον ἀποφερόμενος δόξαν, περὶ ἧς προεῖπεν ὁ ἀπόστολος· ὧν ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν· ἐπερειγνὼν· οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες· καὶ ξενίζεται ἐν σκηνώμασιν οὐ δικαίων, φυγὼν τὴν ἐκκλησίαν· ἐπιλαθόμενος τὸ Δαυϊδικὸν ἐκεῖνο· ἐξελεξάμην παραῤῥιπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μου μᾶλλον, ἢ οἰκεῖν με ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν· εἰργόμενος τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ ἰδίου συνειδότος. διατρίψας δὲ τρεῖς ἑβδομάδας ἡμερῶν, οὔτε τῷ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ συνέτυχε κατὰ τὸ ἔθος τῶν ἐπισκόπων, οὔτε ἐπλησίασεν ὅλως τῇ ἐκκλησίᾳ. ἀλλ' ἔμενεν ἀγωνιζόμενος νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν τὸ νέον ἔχθος τῷ παλαιῷ ἐπισυνάψας, ὅπως τὸν ἐπίσκοπον Ἰωάννην ἐξώσῃ, οὐ μόνον τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ ζῆν [2]. τοῦτο μὲν ἀφειδίᾳ χρυσίου τοὺς δεισιδαίμονας τῶν κρατούντων ὠνούμενος κατὰ τῆς ἀληθείας· τοῦτο δὲ πολυτελεῖ τραπέζῃ τοὺς γαστριμάργους δουλούμενος· τοῦτο δὲ καὶ κολακείᾳ καὶ ὑποσχέσει τῆς μείζονος ἀξίας τοὺς συμφέρακας τῶν κληρικῶν ἐπαγόμενος. συνδήσας πάντας τούτους ἄνευ σχοινίου ταῖς ἡδοναῖς καθάπερ λαοπλάνος τις δαίμων, τὸ κριτικὸν τῶν ψυχῶν καταγοητεύσας, ἐζήτει πρόσωπον δαιμονιῶδες εἰς τὴν τοῦ δράματος ὑπηρεσίαν· ὃ [3] δὴ καὶ ἐπέτυχε. δύο γὰρ διακόνων ἐκβληθέντων τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου ἐπὶ πλημμελήμασι παρανόμοις, ἀπεχρήσατο τῇ κουφότητι, καὶ πείθει αὐτοὺς ἐπιδοῦναι λιβέλλους κατὰ τοῦ Ἰωάννου, ὑποσχόμενος αὐτοῖς ἀποκαταστῆσαι εἰς τὸν τῆς λειτουργίας τόπον. ἦν δὲ αὐτῶν τὰ πταίσματα, τοῦ μὲν φόνος, τοῦ δὲ μοιχεία. ὃ δὴ καὶ πεποίηκε. μετὰ γὰρ τὴν ἐξορίαν Ἰωάννου ἀποκατέστησεν αὐτοὺς εἰς τοὺς τόπους αὐτῶν· δηλαδὴ τοὺς λιβέλλους ἐπιδόντας, οὓς ὑπηγόρευσεν αὐτὸς ἐκεῖνος· ἔχοντας μὲν ἀληθὲς οὐδὲν, πλὴν τούτου, ὅτι παρῄνει πᾶσι μετὰ τὴν κοινωνίαν ἀπογεύεσθαι ὕδατος ἢ παστίλλου, ἵνα μὴ ἀκουσίως τῷ σιέλῳ ἢ τῷ φλέγματι συνεκπτύσωσί τι τοῦ συμβόλου· αὐτὸς πρῶτος ποιῶν τὸ πρᾶγμα, εὐλάβειαν ἐκδιδάσκων τοὺς βουλομένους. μετὰ δὲ τὸ δέξασθαι τοὺς λιβέλλους, συστρέφεται παρὰ τῇ Εὐγραφίᾳ ἅμα Σευηριανῷ, καὶ Ἀντιόχῳ, καὶ Ἀκακίῳ καὶ λοιποῖς ἔχουσι μνησικακίαν κατὰ τοῦ Ἰωάννου ἐπὶ ταῖς παραινέσεσι ταῖς κοσμίαις [4]. εἰώθει γὰρ ὁ μακάριος, κατὰ τὸν Παῦλον, δημοσίᾳ τε καὶ κατ' οἴκους σεμνοπρέπειαν ἐκδιδάσκειν. μάλιστα συνεχῶς ταῖς τοιαύταις ἐπισκήπτων, ὅτι γραΐδες οὖσαι διὰ τὸν χρόνον, τί ἀνηβᾷν παραβιάζεσθε τὸ σῶμα, βοστρύχους ἐπὶ μετώπου φέρουσαι καθάπερ ἑταιρίδες, ὑβρίζουσαι καὶ τὰς λοιπὰς ἐλευθέρας, ἐπὶ ἀπάτῃ τῶν συντυγχανόντων, καὶ τοῦτο χῆραι; συναχθέντες δὲ, ἐζήτουν τρόπον πῶς ἄρξωνται τῆς δίκης. εἷς δέ τις τῶν παρόντων ὑπέθετο δόντας δεήσεις τῷ βασιλεῖ, καὶ ἄκοντα αὐτὸν ἑλκῦσαι εἰς τὸ συνέδριον. τοῦτο οὖν γίνεται καθάπερ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων, χρυσίου τὰ πάντα αὐτοῖς ἐξομαλίζοντος. ἦμεν δὲ ἡμεῖς τεσσαράκοντα ἐπίσκοποι καθεζόμενοι σὺν τῷ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ ἐν τῷ τρικλινίῳ τοῦ ἐπισκοπείου· ἐξιστάμενοι πῶς ὁ ἀγώγιμος καὶ μόνος κελευσθεὶς παραστῆναι εἰς τὸ στρατόπεδον ἐγκλήμασιν ἀνοσίοις, μετὰ τοσούτων παρεγένετο ἐπισκόπων· πῶς τε ἀθρόαν μετεκέρασε τὰς τῶν κρατούντων γνώμας, ἐπὶ τὸ χεῖρον διαστρέψας τοὺς πλείονας τοῦ κλήρου. διαπορούντων δὲ ἡμῶν, ἐμπνευσθεὶς ὁ Ἰωάννης τῷ πνεύματι, λέγει τοῖς πᾶσιν· εὔξασθε ἀδελφοὶ, καὶ εἰ φιλεῖτε τὸν Χριστὸν, ἐμοῦ ἕνεκεν μή τις ἀπολείπῃ τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν. ἐγὼ

A bæus fimo onustus pulcherrimarum rerum quæ in Ægypto sunt & in ipsa India suavissimum odorem pro fœtida invidia spargens sexta hora, quinta sabbati Constantinopolim venit, nautis circumplaudentibus, infamem referens gloriam, de qua multo ante dixit Apostolus: [a] *Quorum gloria in confusione ipsorum*: addens, *qui terrena sapiunt*: & hospitatur in tentoriis injustorum, fugiens Ecclesiam: oblitus Davidici illius: [b] *Elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum*; sed ab Ecclesia eum arcebat sua conscientia. Commoratus igitur tres septimanas, neque cum Joanne Episcopo congressus est, ut solent Episcopi, neque omnino accessit ad Ecclesiam: verum assidue B interdiu & noctu contendebat novum odium veteri accumulans, ut Joannem Episcopum non solum Ecclesia expelleret, sed ipsa vita privaret, partim largitione auri contra veritatem superstitiosos e potentibus redimens, partim lautioribus epulis gulæ deditos sibi mancipans, partim blanditiis & spe majoris dignitatis sui similes impostores e clericis in suas partes abducens. Istos cum sine funiculo voluptatibus colligasset omnes, veluti seductor quidam Dæmon, animorumque judicium fascinasset: ad fabulæ ministerium Dæmoniacam personam quæsiit: quam quidem etiam est assequutus. Nam cum Diaconi duo a Joanne Episcopo ejecti essent ex Ecclesia ob enormia scelera, horum ille levita- C te abusus, persuadet ut libellos adversus Joannem dent; pollicitus eos in locum ministerii sui se restituturum: erat autem eorum crimen, hujus quidem adulterium, illius vero homicidium; quod & præstitit. Nam post exsilium Joannis eos in loca sua reposuit, cum scilicet libellos dedissent, quos ille ipse dictaverat; nihil quidem veri continentes, præter hoc unum, quod admonebat, ut omnes post communionem aquam aut pastillum degustarent, ne cum saliva aut pituita aliquid e symbolo sacramenti præter voluntatem exspuerent: quod primus ipse faciebat, & eos qui vellent ad religionem ac reverentiam erudiebat. Acceptis libellis, coit in ædibus Eugraphiæ cum Severiano, Antiocho, Aca- D cio, & reliquis Joanni infensis propter modestas ejus admonitiones. Solebat enim beatus ille exemplo Paulli & publice & privatim honestum & decorum edocere, præsertim tales assidue increpans: Quid ætatem jam anus, etiam corpus repubescere cogitis? cincinnos veluti meretriculæ gerentes in fronte, contumelia afficientes etiam honestas reliquas, & decipientes eos qui vobiscum loquuntur, idque viduæ? Congregati autem quærebant quomodo judicium ordirentur. Unus vero ex iis qui aderant, suggessit: darent libellos Imperatori, & Joannem vel invitum ad consessum traherent. Id igitur fit sicut olim apud Judæos, auro omnia prona & facilia reddente. Eramus quadraginta Episcopi E cum Joanne Episcopo, sedentes in triclinio Episcopii; stupentes quomodo reus, & propter impia crimina solus ad Comitatum venire jussus, cum tot Episcopis advenisset: quo pacto Principum & Magistratuum sententias subito commutasset, plerisque de Clero in pejus perversis. Ceterum admirantibus nobis, Dei spiritu afflatus Joannes omnibus dixit: Orate fratres, & si amatis Christum, nemo mei caussa Ecclesiam suam deserat: [c] *Ego enim*

a Philipp. III. 19. b Psalm. LXXXIV. 10. c II. Tim. IV. 6.

1. Edit. Bigot. εἰσῄει εἰς male. Cod. Med. εἰσῄει pro εἰσῄει.
2. Georg. add. ἀπαλλάξῃ.
3. Forte οὗ.
4. Georg. κοσμικαῖς.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 401.



γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκε, κατὰ τὸν εἰπόντα. καὶ πολλὰς θλίψεις ὑποστὰς, ἀπολείψω τὸ ζῆν, ὡς ὁρῶ. οἶδα γὰρ τὴν σκαιωρίαν τοῦ σατανᾶ, ὅτι οὐκ ἔτι φέρει μου τὴν ἐπάχθειαν τῶν λόγων, τῶν κατ᾽ αὐτοῦ γινομένων. καὶ οὕτως ἐλεηθῆτε· ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν μνημονεύετέ μου. συγχεθέντες δὲ ἀφάτῳ ἀθυμίᾳ, οἱ μὲν ἐδακρύομεν, ἕτεροι δὲ ἐξήρχοντο τοῦ συνεδρίου, τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν ἱερὰν κεφαλὴν σὺν τῷ [1] εὐστόχῳ [2] καὶ μακαρίῳ στόματι ἠσπάζοντο δεδακρυμένοι καὶ κεκομμένῳ τῷ πνεύματι· παρακαλέσας δὲ ἐπανελθεῖν εἰς τὸ συνέδριον ὧδε κἀκεῖσε περιπετομένους, καθάπερ μελίσσας περιβομβώσας κυψέλῃ, λέγει· καθίσατε ἀδελφοὶ, καὶ μὴ κλαίετε, ἐπὶ πλέον με θρύπτοντες. ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος· ἐθρυλλεῖτο γὰρ καρατομεῖσθαι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παῤῥησίας· καὶ εἰ μνημονεύετε, ἀναπτύξατε ὑμῶν τὰς μνήμας, ὅτι πάντοτε ἔλεγον ὑμῖν· ὁδός ἐστιν ὁ παρὼν βίος, καὶ τὰ χρηστὰ αὐτοῦ καὶ τὰ λυπηρὰ παροδεύεται· καὶ πανήγυρις τὰ παρόντα· ἠγοράσαμεν, ἐπωλήσαμεν, καταλύομεν. μὴ ἀμείνους ἐσμὲν τῶν Πατριαρχῶν, τῶν Προφητῶν, τῶν Αποστόλων, ἵνα ἀθάνατον ἡμῖν παραμείνῃ τοῦτο τὸ ζῆν; ἐπολολύξας δέ τις τῶν παρόντων, εἶπεν· ἀλλὰ θρηνοῦμεν τὴν ἡμῶν ὀρφανίαν, τὴν τῆς ἐκκλησίας χηρείαν, τὴν τῶν θεσμῶν σύγχυσιν, τὴν φιλαρχίαν τῶν μὴ φοβουμένων τὸν κύριον, καὶ ταῖς προστασίαις ἐπιπηδώντων, [3] τῶν πτωχῶν τὸ ἀπροστάτευτον, τῆς διδασκαλίας τὴν ἐρημίαν. ἐπικρούσας δὲ τῷ λιχανῷ δακτύλῳ τὸν ταρσὸν τῆς ἀριστερᾶς χειρός· εἰώθει γὰρ ὁ φιλόχριστος ἐν ταῖς κατὰ νοῦν φροντίσιν αὐτὸ ποιεῖν· τῷ ὁμιλοῦντι αὐτῷ εἶπεν· ἀρκεῖ, ἀδελφὲ, μὴ πολλὰ λέγε, ἀλλ᾽ ὃ εἶπον, τὰς ἐκκλησίας ὑμῶν μὴ ἀφῆτε. οὔτε γὰρ ἀπ᾽ ἐμοῦ ἤρξατο τὸ διδασκάλιον, οὔτε εἰς ἐμὲ ἐτελεύτησε. μὴ οὐκ ἀπέθανε Μωϋσῆς; οὐχ εὕρηται Ἰησοῦς; οὐκ ἐτελεύτησε Σαμουήλ; οὐ κέχρισται ὁ Δαυίδ; ἀπέλιπε τὸν βίον Ἱερεμίας, οὐκ ἦν ὁ Βαρούχ; ἀνελήφθη Ἡλίας, οὐ προεφήτευσεν Ἐλισσαῖος; ἐκαρατομήθη Παῦλος, οὐκ ἀπέλιπε Τιμόθεον, Τίτον, Ἀπολλὼ καὶ ἄλλους μυρίους; μετὰ τούτους τοὺς λόγους λέγει Εὐλύσιος ὁ Ἀπαμείας τῆς Βιθυνίας· ἐπάναγκες ἡμᾶς ἐστι κατέχοντας τὰς ἐκκλησίας ἀναγκασθῆναι, καὶ κοινωνῆσαι, καὶ ὑπογράψαι. ἔφη ὁ ἅγιος Ἰωάννης. κοινωνήσατε μὲν, ἵνα μὴ σχίσητε τὴν ἐκκλησίαν, μὴ ὑπογράψητε δέ· οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα ἄξιον καθαιρέσεως ἐννοήσας. τούτων οὕτως ἐχόντων ἐδηλώθησαν οἱ ἀποσταλέντες ὑπὸ Θεοφίλου· κελεύει αὐτοὺς εἰσελθεῖν· εἰσελθόντας ἤρετο, ποίου εἶεν βαθμοῦ; λέγουσιν· ἐπίσκοποι. παρακαλεῖ καθίσαντας εἰπεῖν ἐφ᾽ ᾧ πάρεισιν. οἱ δὲ λέγουσι· παραναγνωστικὸν ἔχομεν μόνον· ποιήσατε οὖν αὐτὸ ἀναγνωσθῆναι. κελεύει ὁ Ἰωάννης ἀναγνωσθῆναι. προστάσσουσι τῷ παιδαρίῳ τοῦ Θεοφίλου ἀναγνῶναι τὴν ὑπηγορίαν, καὶ ἀνέγνω. ἦν δὲ τὸ ὕφος τοῦτο· ἡ σύνοδος ἡ ἁγία ἡ ἐπὶ δρῦν συναχθεῖσα. τόπος δέ ἐστιν οὕτω καλούμενος πέραν θαλάσσης, Ῥουφίνου προάστειον, ἐν ᾧ ἦσαν συνηθροισμένοι· Ἰωάννῃ· παραλείψαντες ὃ ἦν, τῷ ἐπισκόπῳ. φιλεῖ γάρ πως ἡ ἐσκοτισμένη ψυχὴ οὐκ ἀκολούθως βλέπειν, ἀλλὰ φαντάζεσθαι ἃ τὸ πάθος ὑπαγορεύει. λιβέλλους ἐδεξάμεθα κατὰ σοῦ, περιέχοντας μυρία κακά. ἀπάντησον τοίνυν, ἐπαγόμενος Σαραπίωνα καὶ Τίγριον τοὺς πρεσβυτέρους· ἔστι γὰρ αὐτῶν χρεία· ἦσαν δὲ οἱ ἐλθόντες πρὸς αὐτὸν, Διόσκορος καὶ Παῦλος ἐν Λιβύῃ ὑπόγυον κατασταθέντες νέοι. μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι τὴν δέλτον, ἀντιλέγουσιν οἱ σὺν ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ ἐπίσκοποι, δηλώσαντες τῷ Θεοφίλῳ διὰ τριῶν

A *jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat*, juxta Paullum cujus ea sunt verba. Et multas perpessus afflictiones, vitam ut video relicturus sum. Novi enim Satanæ insidias, eo quod non amplius sustineat pondus meorum adversus ipsum sermonum. Ita misericordiam consequamini. In orationibus vestris memores estote mei. Incredibili igitur mærore correpti, alii quidem lachrymabantur, alii vero egrediebantur e consessu, oculos & sacrum caput atque facundum ac beatum ejus os deosculabantur, in lacrymas effusi & singultus. Cum vero eos obsecrasset Joannes, ut ad consessum redirent, huc illuc volutantes, veluti apes circa alvearia obstrepentes: Sedete, ait, fratres, & flere B desinite, eo amplius me emollientes: [a] *Mihi enim vivere Christus est, & mori lucrum*. Nam percrebuerat illum securi percussum iri ob nimiam loquendi libertatem: Et si meministis, memorias vestras replicate quod semper vobis dixerim: Via est vita præsens, cujus læta atque molesta pertranseunt. Et mercatus est præsens sæculum: emimus, vendidimus, & discedimus. Num meliores sumus Patriarchis, Prophetis, Apostolis, ut nobis hoc vitæ immortale permaneat? Tunc quidam ex iis qui aderant, ejulans dixit: Sed lamentamur orbitatem nostram, Ecclesiæ viduitatem, sacrarum legum eversionem, ambitionem eorum qui non timent Dominum, & Ecclesiæ gubernacula invaC dunt, omni ope destitutos pauperes, & doctrinæ penuriam. Cum autem digito indice palmam sinistræ manus percussisset, (consueverat enim Christi amans Joannes, cum esset cogitabundus id facere) se alloquenti ait: Sufficit, frater, ne plura loquere, sed quod dixi, Ecclesias vestras ne dimittite. Neque enim a me incœpit prædicationis munus, neque in me desiit. Nonne mortuus est Moyses? & non inventus est Jesus? Nonne decessit Samuel? & non unctus est David? Vitam reliquit Jeremias: nonne exstitit Baruch? Assumtus est Elias: nonne prophetavit Elisæus? Paullo amputatum est caput: nonne reliquit Timotheum, Titum, Apollo & alios innumeros? Post hæc verba, Eulysius, EpiD scopus Apameæ in Bithynia, ait: Necesse est nos Ecclesias nostras obtinentes cogi & communicare & subscribere. Dixit sanctus Joannes: Communicate quidem, ne scindatis Ecclesiam, sed nolite subscribere: nullius enim facinoris mihi conscius sum, propter quod deponi meruerim. Hæc cum ita se se haberent; nunciatum est adstare qui a Theophilo missi essent. Jubet eos introire: ingressos interrogat, cujus gradus essent? dicunt: Episcopi. Ille orat sedeant, & dicant cujus caussa adsint. Illi autem dicunt: Has solummodo schedulas legendas habemus: jubete igitur illas legi. Jubet Joannes legi. Tum isti imperant Theophili puero ut dictata illa legeret: & legit. Textus autem erat E ejusmodi: *Sancta Synodus ad Quercum congregata*, (locus est sic dictus trans mare, Rufini suburbanum, in quo erant congregati) *Joanni* (omittebant id quod erat, *Episcopo*). Solet enim ferme obcæcatus animus non recte cernere, sed ea sibi imaginari quæ affectus ipsi suggerit. *Libellos accepimus adversus te, infinita crimina continentes. Adesto igitur, tecum adducens Sarapionem & Tigrium Presbyteros: iis enim opus est.* Erant autem qui ad eum venerant, Dioscorus & Paullus, qui nuper in Libya ordinati fuerant, juvenes. Lectis chartulis, qui cum beato Joanne erant Episcopi, contradicunt, denunciantes Theophilo per tres Epi-

a Philipp. I. 21.

1. Cod. Med. εὐστόμῳ. 2. Georg. ἀσχίτῳ, forte εὐτρόχῳ, vel εὐστόμῳ. 3. Georg. ἐπιδιδόντων.


ἐπισκόπων, Λουπικίνου καὶ Δημητρίου καὶ Εὐλυσίου· καὶ πρεσβυτέρων δύο Γερμανοῦ καὶ Σευήρου, τῶν πάντων ἁγίων καὶ ἀξιολόγων. μὴ κατάλυε τὰ πράγματα τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ σχίζε τὴν ἐκκλησίαν, δι' ἣν ὁ Θεὸς εἰς σάρκα κατῆλθεν· εἰ δὲ ἀστεκτῶν [1] καταλύεις τοὺς ἐν Νικαίᾳ κανόνας τῶν τιη΄. ἐπισκόπων, καὶ ὑπερόριον δικάζεις δίκην· σὺ πέρασον πρὸς ἡμᾶς εἰς τὴν εὐνομουμένην πόλιν, μὴ προκαλούμενος τὸν Ἄβελ κατὰ τὸν Κάϊν εἰς τὸ πεδίον, ἵνα σου ἡμεῖς πρῶτοι ἀκούσωμεν. ἔχομεν γὰρ κατὰ σοῦ ἑβδομήκοντα κεφαλαίων λιβέλλους, προδήλους ἀθεμιτουργίας ἔχοντας· καὶ πλείους ἐσμὲν τῆς σῆς συνόδου, Θεοῦ χάριτι συναχθέντες, οὐκ ἐπὶ καταλύσει τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ· σὺ μὲν γὰρ εἶ τριακοστὸς ἕκτος ἐξ ἐπαρχίας μιᾶς· ἡμεῖς δὲ ἐσμὲν τεσσαράκοντα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν, ἐν οἷς ἐσμὲν καὶ ἑπτὰ μητροπολῖται· καὶ ἀκόλουθόν ἐστι τὸν ἐλάσσονα παρὰ τῶν πλειόνων καὶ διαφερόντων κατὰ τοὺς κανόνας κριθῆναι. ἔχομεν γάρ σου καὶ τὴν ἐπιστολὴν, δι' ἧς παρεγγυᾷς τῷ συλλειτουργῷ ἡμῶν Ἰωάννῃ, τὸ μὴ δεῖν ὑπερορίας εἰσδέχεσθαι δίκας. ὅθεν πειθόμενος τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς νόμοις, παρακάλει σου τοὺς κατηγόρους, ἢ παύεσθαι τῆς κατὰ σοῦ κατηγορίας, ἢ τῆς πρὸς αὐτὸν προσόδου. πρὸς ταῦτα κινηθεὶς ὁ Ἰωάννης, τοῖς μὲν ἐπισκόποις αὐτοῦ ἔλεγεν· ὑμεῖς ὃ δοκεῖ ὑμῖν δηλώσατε· ἐμὲ δὲ ἀκόλουθόν ἐστι πρὸς τὰ δηλωθέντα μοι ἀντισημᾶναι. τοῖς δὲ περὶ Θεόφιλον ἀντεπέστειλε ταῦτα. ἐγὼ εἰ μὲν ἔχει τις κατ' ἐμοῦ λέγειν, μέχρι τῆς δεῦρο οὐδεπώποτε ἔγνων. εἰ δέ τις κατεῖπέ μου, καὶ βούλεσθέ με παραγενέσθαι, τοὺς προδήλους μου ἐχθροὺς, οἵτινες ἐκ τῆς ἀμελείας αὐτῶν ἐκακώθησαν πρὸς ἐμὲ, βάλλετε τούτους ἔξω τοῦ ὑμετέρου συλλόγου. καὶ οὔτε τόπου ἀμφισβητῶ ὅπου με δέοι κριθῆναι· εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἔδει ἐν τῇ πόλει, εἰσὶ δὲ οὓς παραιτοῦμαι, Θεόφιλος· ὃν ἐλέγχω εἰρηκότα καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐν Λυκίᾳ, ὅτι ἀπέρχομαι εἰς τὸν κομητᾶτον, Ἰωάννην καθελεῖν. ἔστι δὲ ἀληθὲς, ἐξ ὧν παραγενόμενος, οὔτε συνέτυχέ μοι, οὔτε ἐκοινώνησέ μοι. ὃς οὖν πρὸ τῆς ἀκροάσεως τὰ ἐχθρῶν ἐπετέλεσε, τί ἂν ποιήσῃ μετὰ τὴν δίκην; ὁμοίως δὲ καὶ Ἀκάκιον διελέγχω, ἐφ' ᾧ εἶπεν· ἐγὼ αὐτῷ ἀρτύω χύτραν· περὶ δὲ Σευηριανοῦ καὶ Ἀντιόχου, οὓς τάχιον μετελεύσεται ἡ θεία δίκη, τί δεῖ καὶ λέγειν, ὧν τὰς νεωτεροποιΐας καὶ τὰ κοσμικὰ ᾄδουσι θέατρα; οὐκοῦν παρακέκλησθε, εἰ κατὰ ἀλήθειαν βούλεσθέ με ἐλθεῖν, τούτους τοὺς τέσσαρας, εἰ μὲν ὡς δικαστὰς, ἐκβάλλετε τούτους τοῦ συνεδρίου· εἰ δὲ ὡς κατηγόρους, στήσατε εἰς τὴν κρίσιν, ἵνα γνῶ ὅπως κονίζωμαι. πότερον ὡς πρὸς ἀντιδίκους, ἢ ὡς δικαστάς. καὶ πάντως ἐλεύσομαι οὐ μόνον πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ἀλλὰ καὶ πρὸς πᾶσαν τῆς οἰκουμένης σύνοδον· ὥστε οὖν γνῶτε, ἐὰν μυριάκις ἀποστείλητε πρὸς μὲ, οὐδὲν πλέον ἀκούσεσθε παρ' ἐμοῦ. τούτων ἐξελθόντων, νοτάριος [2] παρὰ πόδας γράμμα ἔχων βασιλικὸν, ἐν ᾧ προεδεήθησαν ἄκοντα αὐτὸν ἀπαντῆσαι εἰς τὴν δίκην, κατήπειγεν αὐτὸν εἰς τὴν κρίσιν· μετὰ τὴν ἀπόκρισιν τὴν πρὸς τὸν νοτάριον, ἐμηνύθησαν δύο πρεσβύτεροι τοῦ Ἰωάννου, Εὐμενός τις, ὃς μισθὸν τῆς κατὰ τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου συσκευῆς τὴν προεδρίαν ἔλαβεν Ἡρακλείας, καὶ ὁ ἡσυχαστὴς Ἰσαάκιος, ἵνα μὴ ἄλλως εἴπω, λέγοντες· ἐδήλωσέ σοι ἡ σύνοδος· πέρασον πρὸς ἡμᾶς ἀπολογησόμενος τὰ ἐγκλήματα. πρὸς ταῦτα ὁ Ἰωάννης ἀντεδήλωσε δι' ἐπισκόπων ἑτέρων· ποίᾳ ἀκολουθίᾳ δικάζετε, οἱ μήτε τοὺς ἐχθρούς μου ἐξώσαντες, καὶ διὰ τῶν ἐμῶν κληρικῶν με μεταστελλόμενοι; οἱ δὲ λαβόντες τοὺς ἐπισκόπους, τὸν μὲν ἔδειραν, τὸν δὲ περιέσχισαν, τῷ δὲ σίδηρα τῷ τραχήλῳ περιέθηκαν, ἃ ἦσαν εὐτρεπίσαντες τῷ ἁγίῳ, ἵν' οὕτως

A scopos, Lupicinum, Demetrium & Eulysium; & Presbyteros duos, Germanum atque Severum, omnes quidem viros sanctos & fide dignos. Noli res Ecclesiæ subvertere, nec Ecclesiam scinde propter quam Deus in carnem descendit. Si autem inordinate Nicænos Canones subvertis trecentorum decem & octo Episcoporum, & extra limites litem judicas: tu transito ad nos in urbem optimis legibus fundatam, non provocans more Caini Abelem in campum, ut nos te prius audiamus. Habemus enim adversus te libellos septuaginta capitum, manifesta piacula continentes: & plures sumus quam tua Synodus, Dei gratia congregati non ad eversionem Ecclesiæ, sed in pace. Tu enim tricesimus
B sextus es ex unica provincia: nos vero sumus quadraginta e diversis provinciis: inter quos sumus etiam septem Metropolitæ. Et consentaneum est, ut minor numerus a majori atque potiori secundum Canones judicetur. Habemus enim & epistolam tuam, per quam mones Coepiscopum nostrum Joannem accusationem extra limites non debere admittere. Unde legibus Ecclesiasticis parens, accusatores tuos ora, ut ab accusando te desistant, aut ab accessu & perfugio ad Joannem. Ad hæc permotus Joannes, Episcopis quidem suarum partium dixit: Vos, quod vobis videtur, significate. Ceterum me oportet ad ea quæ mihi delata sunt rescribere. Theophili autem partium Episcopis hæc
C rescripsit: Ego an quis contra me dicendum aliquid habeat, hactenus omnino nescius sum. Si quis vero adversus me dixerit, & adesse me vultis; manifestos inimicos meos, qui ex sua negligentia erga me male animati sunt, ex conventu vestro ejicite. Neque de loco contendo, in quo judicium subire me oportet, etsi id maxime in civitate fieri oportuit. Sunt autem quos rejicio, Theophilus; quem revinco dixisse & Alexandriæ & in Lycia: In comitatum proficiscor, ut Joannem deponam. Id autem verum est, ex eo quod postquam accessit, neque me alloquutus est, neque mecum communicavit. Qui igitur ante auditionem hostiliter se gessit, quid post judicium facturus est? Similiter &
D Acacium coarguo, qui dixerit: Ego illi ollam condio. De Severiano & Antiocho quid attinet dicere, quos citius excipiet divina justitia, quorum temerarios conatus etiam sæcularia theatra canunt? Igitur si revera adesse me vultis, quæso eos quatuor, si quidem ut judices, ex consessu ejicite; sin ut accusatores, judicio sistite, ut sciam quomodo me ad certamen instruam, an ut contra adversarios, an ut contra judices: & omnino veniam non solum ad vestram caritatem, sed & ad quamvis orbis terrarum synodum. Scitote ergo, si decies millies ad me miseritis, nihil amplius ex me vos audituros. Illis egressis, venit statim Notarius habens rescriptum Imperatoris, cui inserta erat
E supplicatio Episcoporum petentium ut Joannes invitus ad judicium sisteretur, eumque ad judicium urgebat. Post factum Notario responsum, prodierunt duo Presbyteri Joannis, Eugenius quidam qui Heracleæ Episcopatum conspirationis mercedem acceperat, & Isaacius monachus, ne quid aliud dicam; dicentes: Scripsit tibi Synodus; transi ad nos, ut objecta crimina diluas. Ad hæc Joannes per alios Episcopos renuntiavit: Quonam tandem ordine judicatis, qui neque inimicos meos ejeceritis, & me per Clericos meos accersatis? Illi autem arreptis Episcopis, alium verberibus affecerunt, alterius vestes concerpserunt, alteri ferreas

1. Georg. ἀτακτῶν.

2. Georg. add. ἦλθε.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.



βληθεὶς εἰς πλοῖον, εἰς ἄδηλον ἀποσταλῇ τόπον· A τοῦ δαίμονος καθάπερ λέοντας ἀγριώσαντος αὐτούς. καὶ ὁ μὲν ὅσιος εἰδὼς τὴν ἀναιδῆ αὐτῶν γνώμην, ἑαυτὸν ἐπέσχεν. οἱ δὲ γενναδες, πράξαντες ὑπομνημάτια, ἀράχνης ἀσθενέστερα, πρὸς ἀφοσίωσιν, ἀποφαίνονται κατὰ τοῦ μακαρίου, οὗ οὔτε τὸ πρόσωπον ἴδον, οὔτε φωνῆς αὐτοῦ ἤκουσαν· ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὴν ἐν πολλῷ χρόνῳ ὑφαινομένην κακίαν συμπεραιώσαντες· ἀνεπίσχετον γὰρ τὸ δαμονιῶδες ὅρμημα, οὐκ ἀναμένον σκέψιν. καὶ πέμψαντες τῷ βασιλεῖ ἀναφορὰν, προέταξαν· ἐπειδὴ κατηγορηθεὶς Ἰωάννης ἐπὶ κακοῖς τισι, καὶ συνειδὼς ἑαυτῷ, οὐκ ἠθέλησεν ἀπαντῆσαι, τὸν δὲ τοιοῦτον καθαιροῦσιν οἱ νόμοι· ὃ δὴ καὶ ὑπέστη. περιέχουσι δὲ οἱ λίβελλοι καὶ καθοσιώσεως ἔγκλημα. κελεύσει οὖν ἡ ὑμῶν εὐ- B σέβεια καὶ ἄκοντα αὐτὸν ἐξωσθῆναι, καὶ δίκας δοῦναι ἐπὶ τῇ καθοσιώσει· ἐπειδὴ ἡμῖν οὐκ ἔξεστι ταῦτα ζητεῖν. ὦ τρισάθλιοι, ἃ φρονεῖτε καὶ ποιεῖτε αἰσχύνεσθε ταῦτα ποιεῖν, οὐ Θεὸν ἀλλὰ ἀνθρώπους αἰδούμενοι ἢ φοβούμενοι· ἦν δὲ ἡ καθοσίωσις, ἡ εἰς τὴν βασίλισσαν λοιδορία ὡς ἐκεῖνοι ἀνήνεγκαν, ὅτι εἶπεν αὐτὴν Ἰεζάβελ. καὶ οἱ μὲν θαυμάσιοι, τὸν διὰ ξίφους θάνατον αὐτοῦ ποθήσαντες ἰδεῖν, οὕτως ἀνήνεγκαν. ὁ δὲ Θεὸς καὶ τούτων ἐφανέρωσε τὴν ἐνδομυχοῦσαν κακίαν, καὶ τῶν ἀρχόντων ἐμαλάκυνε τὴν καρδίαν· καθάπερ ἐπὶ τοῦ Δανιὴλ συνέβη ἐν Βαβυλῶνι. ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν λέοντες ἡμερώθησαν φεισάμενοι τοῦ Δανιὴλ, οἱ δὲ ἄνθρωποι ἠγριώθησαν ἀφειδήσαντες τοῦ προφήτου· C καὶ ἐδυσώπησεν ὁ Θεὸς τοὺς παρὰ φύσιν ἀγριωθέντας, τῶν παρὰ φύσιν ἡμερωθέντων.

A catenas collo circumposuere, quas sancto Joanni paraverant; ut sic conjectus in naviculam in ignotum locum emandaretur, Dæmone illos veluti leones efferante. Et beatus quidem cognito impudenti eorum consilio se ipsum cohibuit. Illi generosi scilicet, confectis dicis caussa actis, araneæ tela infirmioribus, decernunt adversus Joannem, cujus vultum ne viderant quidem, neque vocem audiverant, longo tempore contextam malitiam uno die terminantes. (Dæmoniaca enim audacia cohiberi non potest, nec consilium admittit.) Et missa ad Imperatorem relatione, sic orsi sunt. Quoniam quorumdam criminum accusatus Joannes, & sibi conscius noluit adesse, leges talem deponunt: quod B & ipse subiit. Libelli autem etiam læsæ Majestatis crimen continent. Jubebit igitur Pietas vestra eum vel invitum ejici, & pœnas læsæ Majestatis dare; quandoquidem in hæc inquirere nobis non licet. O ter miseri! quæ cogitatis & facitis, ea vos pudet exsequi, non Deum sed homines veriti aut pertimescentes. Erat crimen læsæ Majestatis convicium in Augustam, ut ipsi retulerunt, quod eam vocasset Jezabel. Et illi quidem mirabiles viri, ipsum gladio truncatum cupientes videre, sic retulerunt. Verum Deus absconditam eorum malitiam patefecit, & Principum cor emollivit; ut Danieli Babylone contigit. Illic enim leones cicurati sunt, parcentes Danieli: homines autem efferati, non C parcentes Prophetæ. Et pudore affecit Deus homines præter naturam efferatos, per animalia præter naturam cicurata.

## C A P U T IX.

Οὕτως ἐξώσθη ὁ Ἰωάννης τῆς ἐκκλησίας, κόμητος ἀποσταλέντος σὺν στρατιωτικῇ βοηθείᾳ, καθάπερ ἐπὶ βαρβαρικῆς παρατάξεως. ἐκβληθεὶς δὲ φθάνει εἰς τὰ κατὰ Πραίνετον τῆς Βιθυνίας ἀγρίδια· μέσης δὲ διαγενομένης ἡμέρας μιᾶς, συνέβη θραῦσίν τινα γενέσθαι ἐν τῷ κοιτῶνι. φοβηθέντες ἐκ τούτου, δι᾽ οἰκείου νοταρίου ἀνακαλοῦνται τὸν Ἰωάννην μετὰ ἡμέρας ὀλίγας, ἀποδόντες τῷ οἰκείῳ θρόνῳ. οὕτως ὁ Θεόφιλος σὺν τοῖς Αἰγυπτίοις φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίζεται. ἐζήτει γὰρ ἡ πόλις αὐτὸν θαλασσῶσαι. μετὰ δύο μῆνας πάλιν ὑπαναπνεύσαντες τῆς πληγῆς, φρυάττονται ἐκ δευτέρου κατὰ D τοῦ Ἰωάννου. καὶ εὐπρόσωπον ἀρχὴν οὐχ εὑρίσκοντες, πέμπουσι πρὸς τὸν σοφιστὴν τῶν τοιούτων εἰς Ἀλεξάνδρειαν δηλώσαντες· ἢ πάλιν ἀπάντησον στρατηγήσων κατὰ τοῦ Ἰωάννου, ἢ εἰ τοῦτο δέδοικας διὰ τοὺς λαοὺς, τρόπον ἡμῖν ὑπόθου τινὰ, δι᾽ οὗ τὴν ἀρχὴν ποιήσωμεν. πρὸς τούτοις ὁ Θεόφιλος, αὐτὸς μὲν οὐκ ἀπήντησεν· εἰδὼς ὅπως διέφυγεν· ἀπέστειλε δὲ τρεῖς ἐλεεινοὺς ἐπισκόπους, Παῦλον καὶ Ποιμένα καὶ ἕτερον νεοχειροτόνητον· συναποστείλας αὐτοῖς καὶ κανόνας τινὰς, οὓς πεποιήκεισαν οἱ Ἀρειανοὶ κατὰ τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου, ἵνα αὐτοῖς τοῖς κανόσι χρησάμενοι, δίκας πλέξωσι τῷ Ἰωάννῃ, ὡς μετὰ καθαίρεσιν ἑαυτῷ ἐπεισελθόντι. ὁρμητικὸς γάρ ἐστιν ἐκ φύσεως, καὶ E προπετὴς, καὶ θρασὺς, καὶ διαφερόντως φιλόνεικος· οὐδὲν γάρ ἐστι τοῦ φανέντος αὐτῷ ὑπὸ τῆς ὄψεως, ὃ οὐχὶ θᾶττον τοῦ δέοντος ἀκατασχέτως ὁρμᾷ, ἐπ᾽ αὐτῷ μήτε κρίσιν μήτε σκέψιν ἀναμένων. ἀλογίστῳ δὲ φορᾷ χρώμενος, ἀτάκτως βαδίζει ἐπὶ τὴν τούτου συγκατάθεσιν. καὶ τῇ ψηφισθείσῃ ἀποφάσει βεβαίως ἐπερειδόμενος, εὐτόνως ἀντιφιλονεικεῖ παντὶ τῷ βουλομένῳ ἀνταποφήνασθαι, σπουδάζων ἀεὶ τὴν ἑαυτοῦ κρίσιν τε καὶ ψῆφον νικῶσάν τε καὶ κρατοῦσαν ἀποφαίνειν. ὃ δὴ καὶ ποιοῦσιν ἐπιστάμενοι αὐτοῦ τὸ ἦθος. μετακαλεσάμενοι γὰρ τῆς Συρίας καὶ Καππαδοκίας καὶ τῆς Ποντικῆς διοικήσεως καὶ Φρυγίας ὅλους μητροπολίτας καὶ ἐπισκόπους, συναθροίζουσιν εἰς τὴν

SIC ab Ecclesia expulsus est Joannes, misso ad id Comite cum militari manu, non secus ac ad prælium adversus barbaros. Ejectus venit in prædiola ad Prænetum Bithyniæ. Una vero dies intercesserat, cum plagam quamdam in regio cubiculo fieri contigit. Eo perterriti, paucos post dies Joannem revocant per domesticum Notarium, eumque suo throno reddiderunt. Ita Theophilus cum Ægyptiis suis fuga salutem quærit. Cives enim eum quærebant ut in mare demergerent. Post duos D menses cum a plaga tantillum respirassent, denuo adversus Joannem fremunt: nec habentes unde speciose ordirentur, mittunt Alexandriam ad talium artificem Theophilum, scribentes: Aut rursus accurre adversus Joannem dux futurus; aut si plebem reformidas, nobis modum quemdam suggere, unde sumamus exordium. Ad hæc Theophilus ipse quidem non venit, memor quomodo effugisset; misit autem miserabiles tres Episcopos, Paullum, Pœmenem, & alium recens ordinatum. Cum iis misit & quosdam canones quos adversus beatum Athanasium Ariani conflaverant: ut ejusmodi canonibus utentes, Joannis lites necterent, quod post depositionem per se rediisset. Audax enim natura est E Theophilus, præceps, temerarius, & admodum contentiosus. Nam nihil est quod ipsi sub adspectum venerit, quod citius quam par est impatienter non appetat, in se ipso neque judicium neque deliberandi moram sustinens. Irrationabili autem impetu abreptus, inordinate ad ejus approbationem fertur: & decretæ sententiæ firmiter insistens, pertinaciter & contentiose obsistit cunctis qui voluerint contradicere: contendens semper ut judicium suum atque sententia vincat & obtineat. Quod certe etiam fecerunt, qui ingenium ejus norant. Nam convocatis e Syria, Cappadocia, Ponto, & Phrygia universis Metropolitanis & Episcopis, Constantinopoli eos congregant. Illi cum venissent, juxta

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.


A Κωνσταντινούπολιν. οἱ δὲ παραγενόμενοι, κατὰ τὴν τῶν κανόνων ἀκολουθίαν ἐκοινώνησαν τῷ Ἰωάννῃ, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ τοῖς πρώτοις ἐργάσωνται. γνόντες δὲ οἱ κρατοῦντες, ἠγανάκτησαν ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ αὐτῶν. καὶ Θεόδωρος μὲν, ὁ Τυάνων ἐπίσκοπος, ἀνὴρ εὐσχήμων, συνεὶς τὴν σκευωρίαν ἐξ ὧν ἦλθεν εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ· ἵνα μὴ ἐξακολουθήσῃ τῇ προπετείᾳ Θεοφίλου, ἀσυντάκτως καταλιπὼν τοὺς πάντας, κατέλαβεν ἑαυτοῦ τὴν ἐκκλησίαν, μακρὰν χαίρειν εἰπὼν τῷ Κομιτάτῳ, ἀσφαλισάμενος ἑαυτοῦ τὴν ἐπαρχίαν τῷ τείχει τῆς εὐσεβείας· μέχρι τέλους ἐμμείνας τῇ τῶν πιστῶν Ῥωμαίων κοινωνίᾳ, οἷς μαρτυρεῖ ὁ Παῦλος λέγων· ἡ πίστις ὑμῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ καταγγέλλεται. Φαρέτριος δὲ, ὁ Καισαρείας τῆς πρὸς τῷ Αργαίῳ, ὑπερβολῇ δειλιάσας [1], καθάπερ οἱ κομιδῇ B παῖδες τὰ μορμολύκεια, μηδ' ἐξελθὼν ἑαυτοῦ τὴν πόλιν, συντίθεται τοῖς ἐναντίοις διὰ γραμμάτων· καίπερ μηδὲ κληθεὶς εἰς τὸ μέσον, ἀπειροκάλως ἔχων περὶ τὴν προεδρείαν, ἀγνοίᾳ τῶν κρειττόνων. Λεόντιος δὲ, ὁ Αγκύρας τῆς Γαλατίας, συγκλωσθεὶς Αμμωνίῳ, τῷ Λαοδικείας τῆς κεκαυμένης, κεκαυμένην ἐποίησεν τὴν ἐκκλησίαν. οὐ μόνον ἡττηθέντες ταῖς τῶν κρατούντων ἀπειλαῖς, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐλπίδι δώρων βασιλικῶν ἀπατηθέντες ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ, εἰσφέρουσι γνώμην μοχθηρὰν τοῖς περὶ Ακάκιον καὶ Αντίοχον, κρατῆσαι τὴν Θεοφίλου ἄκριτον κρίσιν, καὶ μηδ' ὅλως δοῦναι τόπον ἀπολογίας τῷ Ἰωάννῃ, δικαιολογίᾳ τῇ τῶν κανόνων τῶν ὑπὸ Θεοφίλου ἀποσταλέντων, οὓς ἐθέσπισαν οἱ τεσσαράκοντα C τῶν Αρείου κοινωνικῶν, γράψαντες· εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἀδίκως ἢ δικαίως καθαιρεθεὶς, ἑαυτῷ ἐπεισέλθοι δίχα συνόδου εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τὸν τοιοῦτον μηκέτι ἔχειν χώραν ἀπολογίας, ἀλλὰ τέλεον ἐξωθεῖσθαι. καὶ οὗτος μὲν ὁ κανὼν, ὡς παράνομος ὑπὸ παρανόμων τεθεὶς, ἐξωστρακίσθη ἐν Σαρδικῇ ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ Ιταλῶν, καὶ Ιλλυρίων, καὶ Μακεδόνων, καὶ Ελλαδικῶν, ὡς μᾶλλον αὐτὸς οἶσθα, μεγαλώνυμε Θεόδωρε, ὁπηνίκα Λιβέριος ἢ Ιούλιος ἐπὶ Κώνσταντος βασιλέως ἐδέξατο τὸν Αθανάσιον εἰς κοινωνίαν, καὶ Μάρκελλον τὸν Γαλάτην, δι' οὓς καὶ ὁ κανὼν ἐκεῖνος ἐτέθη. οἱ μέντοι δυὰς τῶν θαυμασίων τῶν περὶ Αμμώνιον καὶ Λεόντιον, συμπλακέντες Ακακίῳ καὶ Αντιόχῳ καὶ Κυρίνῳ τῷ D Χαλκηδόνος καὶ Σευηριανῷ, εἰσῆλθον πρὸς τὸν βασιλέα ἀναδιδάξοντες εἰσκληθῆναι τοῦ μέρους τοῦ Ιωάννου δέκα ἐπισκόπους, ἦσαν δὲ πλείους τῶν τεσσαράκοντα, ἐπὶ συστάσει τῶν κανόνων· τῶν μὲν διϊσχυριζομένων, ὀρθοδόξων αὐτοὺς εἶναι, τῶν δὲ ἀποδεικνύντων, αὐτοὺς Αρειανῶν ὑπάρχειν. εἰσελθόντες δὲ οἱ περὶ τὸν γέροντα ψυχῇ τε καὶ πολιᾷ Ελπίδιον, τὸν Λαοδικείας τῆς Συρίας, καὶ Τραγκύλλιον, ἔπειθον τὸν βασιλέα μὴ δεῖν ἀλόγως ἐκβάλλεσθαι τὸν Ιωάννην. οὔτε γὰρ τὸ πρότερον καθῄρηται, ἀλλ' ἐξώσθη ὑπὸ τοῦ κόμητος. οὔτε μὴν ἑαυτῷ ἐπεισῆλθεν, ἀλλὰ προστάγματι τῆς σῆς εὐσεβείας, νοταρίου ἀποσταλέντος· καὶ νῦν δὲ οὓς προφέρουσι κανόνας, αἱρετικῶν αὐτοὺς δείκνυμεν ὄντας. ὡς δ' ἐπέμειναν ἀτάκτως ζυγομαχοῦντες οἱ κατὰ Ιωάννου· οἱ μὲν γεγω- E νοτέρᾳ φωνῇ, οἱ δὲ σεσοβημένοι στέρνων κινήσει ἀνασειόμενοι ἰταμῶς ἐπὶ τοῦ βασιλέως· πρᾴως ὁ ἐνθεσμότατος Ελπίδιος μικρᾶς παραγενομένης γαλήνης, ἔφησε τῷ βασιλεῖ· βασιλεῦ, μὴ σκύλλωμεν ἐπὶ πολὺ τὴν σὴν ἡμερότητα· ἀλλὰ τοῦτο γενέσθω· ὑπογραψάτωσαν οἱ περὶ τὸν ἀδελφὸν Ακάκιον καὶ Αντίοχον, οὓς προβάλλονται ὡς ὀρθοδόξων κανόνας· ὅτι τῆς πίστεως ἐσμὲν τῶν ἐκθεμένων αὐτούς· καὶ λέλυται ἡμῖν ἡ ἀμφιβολία. προσχὼν δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ ἁπλῷ τοῦ προβλήματος, ὑπομειδιάσας εἶπε τῷ Αν-

A Canonum ordinem communicarunt cum Joanne, ne eadem quæ prius committerent. Quod ubi reſciverе Principes, ægre tulerunt eorum cum Joanne communionem. Et Theodorus quidem, Tyanorum Epiſcopus, vir ornatus, intellecta conſpiratione ex his quæ ad ejus aures venerant, ne Theophili temeritatem ſequeretur, inſalutatis relictis omnibus Eccleſiam ſuam repetiit, longum vale dicens Comitatui, ſuamque provinciam pietatis muro permuniens, ad finem uſque in communione fidelium Romanorum perſeverans; de quibus Paullus teſtatur: [a] *Fides veſtra in univerſo mundo annuntiatur.* Pharetrius autem, Epiſcopus Cæſareæ quæ eſt ad Argæum, ſupra modum formidans, ut larvas pue- B ruli, ſua civitate ne egreſſus quidem, per literas cum adverſariis Joannis conſentit, quamvis non vocatus in medium, inepte in epiſcopatu ſe ſe gerens, meliorum inſcitia. Denique Leontius, Ancyræ Galatiæ Epiſcopus, conjunctus eſt cum Ammonio, Epiſcopo Laodiceæ aduſtæ, & combuſtam reddidit Eccleſiam. Hi non ſolum victi Principum minis, ſed e contrario Imperialium donorum ſpe decepti, in ſecunda Synodo improbam ſententiam Acacio & Antiocho ſuggerunt, ut valeret Theophili non juridicum judicium, & nullo modo locus daretur Joanni defenſionis, allegatione canonum a Theophilo miſſorum, quos compoſuerant quadraginta de Arii communione, qui ſic habent: Si C quis Epiſcopus aut Presbyter jure aut injuria depoſitus, per ſe redeat ad Eccleſiam abſque Synodo, talis non habeat amplius locum defenſionis, ſed abſolute expellatur. Et hic quidem canon ut impius ab impiis editus, ut in Sardicenſi Concilio a Romanis, Italis, Illyriis, Macedonibus, atque Græcis abrogatus eſt, ut melius me ipſe noſti; o magni nominis Theodore, quando Liberius aut Julius, Conſtantis principatu, Athanaſium in communionem admiſit, & Marcellum Galatam, propter quos & hic canon factus erat. Ammonius tamen & Leontius, par admirabile, conjuncti Acacio, Antiocho, Cyrino Chalcedonenſi, ac Severiano, ingreſſi ſunt ad Imperatorem, moniturі evo- D candos eſſe ex parte Joannis decem Epiſcopos; ( erant autem plures quadraginta, ) ad conciliandam canonibus auctoritatem; aliis quidem contendentibus orthodoxorum eos eſſe, aliis autem Arianorum eſſe demonſtrantibus. Ingreſſi autem Elpidius, Epiſcopus Laodiceæ Syriæ, ſenex & mente & canitie, atque Tranquillus, ſuadebant Imperatori non oportere indicta cauſſa ejici Joannem. Neque enim prius depoſitus fuerat, ſed ejectus a Comite, neque per ſe redierat, ſed juſſu tuæ pietatis, miſſo ad id Notario. Et quos nunc proferunt canones, hæreticorum eos eſſe oſtendimus. Cum autem Joannis adverſarii inordinate altercari perſiſterent, alii quidem contentiori voce, alii tumul- E tuoſo pectoris motu impudenter agitati coram Imperatore: canonum ſcientiſſimus atque obſervantiſſimus Elpidius, modica facta quiete, veluti malacia, leniter Imperatori dixit: Imperator, ne diutius manſuetudinem tuam vexemus, ſed unum id fiat. Subſcribant fratres noſtri Acacius & Antiochus, ejuſdem eſſe ſe fidei ac eos qui canones ediderunt, quos tamquam ab orthodoxis editos proponunt: & ſoluta controverſia eſt. Imperator animadverſa propoſitionis ſimplicitate, ſubridens dixit Antiocho: Nihil iſto mihi videtur utilius. Erat

a Rom. I. 8.

1. Georg. δηλίας, vel δείσας.


SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.



πόχῳ. οὐδὲν τούτων λυσιτελέστερον. ἦν δ' ἐπὶ πάντων A τῶν γεγενημένων ἀναίτιος ὁ βασιλεὺς, ἄλλων μεταποιούντων τὰ καλῶς τετυπωμένα. ἰλιγγιάσαντες οὖν, καὶ εἰς ἀλλήλους ἑλιττόμενοι οἱ περὶ Σευηριανὸν, καθάπερ ἄτακτον ὕδωρ, ἐπί τε τῷ φρονίμως ῥηθέντι, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ βασιλέως κρίσει, κατεσχέθησαν ἀφασίᾳ, ἐπὶ τὸ πελιδνότερον μεταβαλόντες αὐτῶν τὴν μορφήν. ὅμως ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τοῦ τόπου σφιγγόμενοι, ὑπισχνοῦνται καὶ ἄκοντες ὑπογράψαι. οὕτως ἐξελθόντες, τὴν μὲν ὑπόσχεσιν οὐ πληροῦσιν ὡς ἀβούλητον οὖσαν, δεδοικότες τὴν ἧτταν· ἐμηχανῶντο δὲ ποίῳ τρόπῳ ἐξωσθῇ ὁ Ἰωάννης. τούτων οὕτως, ἄλλων τε ἄλλως διαπραττομένων, παρέπτασαν μῆνες ἐννέα ἢ δέκα, τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου συναγομένου σὺν τοῖς τεσσαράκοντα ἐπισκόποις καὶ δύο. B τῶν δὲ λαῶν ἀπολαυόντων μετὰ πολλῆς τῆς εὐθυμίας τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας· φιλεῖ γάρ πως ὁ ἀκενόδοξος νοῦς ἐν ταῖς περιστάσεσι χαριέστερον [1] καὶ δυνατώτερον ἀποῤῥέειν λόγον· ἐν τούτοις ἐπήνθησεν ἡ δεσποτικὴ νηστεία, καθάπερ ἔαρ, δι' ἐνιαυτοῦ παραγενομένη. εἰσελθόντες δὲ πάλιν κατ' ἰδίαν οἱ περὶ Ἀντίοχον, ἀνεδίδαξαν τὸν βασιλέα, ὡς ἡττηθέντα τὸν Ἰωάννην, ἵνα προστάξῃ αὐτὸν ἐξωσθῆναι, τοῦ πάσχα ἐπικειμένου. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξ ἀνάγκης ὀχλούμενος ὑπ' αὐτῶν, ὡς ἐπισκόποις ἐπίστευσεν. ὁ γὰρ ἀληθῶς πρεσβύτερος ἢ ἐπίσκοπος, ψεῦδος οὐκ οἶδε· τὰ γὰρ ὀνόματα ταῦτα, τῆς ἄνω λήξεως ὑπάρχει. ἐπεὶ οὐδὲν πρεσβύτερον Θεοῦ, οὐδὲ ἐπισκοπώτερον. Θεὸς γὰρ ὁ ἐπισκοπῶν ἢ θεώμενός ἐστι τὰ πάντα· C ὁ τοίνυν ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ὡς κοινωνὸς τῶν ὀνομάτων, οὕτως καὶ τῶν πραγμάτων ὀφείλει εἶναι. καὶ δηλοῖ τῷ Ἰωάννῃ· ἔξελθε ἐκ τῆς ἐκκλησίας. ὁ δὲ ἀντιδηλοῖ. ἐγὼ παρὰ τοῦ σωτῆρος Θεοῦ ὑποδέδεγμαι τὴν ἐκκλησίαν ταύτην, εἰς ἐπιμέλειαν τῆς τοῦ λαοῦ σωτηρίας· καὶ οὐ δύναμαι αὐτὴν καταλεῖψαι· εἰ δὲ τοῦτο βούλει, [ἡ γὰρ πόλις σοι διαφέρει] βίᾳ με ἐξέωσον, ἵνα ἔχω ἀπολογίαν τῆς λειποταξίας τὴν σὴν αὐθεντίαν. οὕτως μετὰ αἰδοῦς τινος ἀποστείλαντες ἐκ τοῦ παλατίου, ἐξέωσαν αὐτόν· κελεύσαντες τέως διάγειν ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ· τὸ ἐνδεχόμενον τῆς τοῦ Θεοῦ ὀργῆς προσδοκῶντες. ἵνα ἐὰν μὲν συμβῇ τι περὶ αὐτοὺς λυπηρὸν, θᾶττον αὐτὸν εἰσαγαγόντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐξιλεώσωνται τὸ θεῖον· εἰ δὲ μὴ, ἵνα πάλιν ἐπιθῶνται ὡς Φαραὼ τῷ Μωϋσῇ. D ἐν τούτοις ἐπέστη ἡ τοῦ μεγάλου σαββάτου ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ σωτὴρ σταυρωθεὶς ἐσκύλευσε τὸν ᾅδην. καὶ πάλιν αὐτῷ δηλοῦσιν· ἔξελθε τῆς ἐκκλησίας. ἀντιδηλοῖ τὰ εἰκότα: εὐλαβούμενος τοιγαροῦν ὁ βασιλεὺς τὸ εὐκαθοσίωτον τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν τῆς πόλεως κλόνον, μεταστέλλεται τοὺς περὶ Ἀκάκιον καὶ Ἀντίοχον, φήσας αὐτοῖς· τί δέοι γενέσθαι; βλέπετε μήποτε οὐκ ὀρθῶς βουλεύεσθε· τότε οἱ γεννάδες καὶ περισσόψυχοι εἶπον τῷ βασιλεῖ· βασιλεῦ, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἡμῶν ἡ Ἰωάννου καθαίρεσις. τελευταῖον βοήθημα· οἱ τῷ Ἰωάννῃ συνόντες ἐπίσκοποι ἰσάριθμοι τῆς ἁγίας νηστείας, προσῆλθον τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ βασιλίσσῃ ἐν τοῖς μαρτυρίοις, μετὰ δακρύων παρακαλοῦντες, φειδοῦς τυχεῖν E τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν, μάλιστα διὰ τὸ πάσχα καὶ τοὺς μέλλοντας ἀναγεννᾶσθαι, ἤδη μυσταγωγηθέντας, ἀπολαβοῦσαν τὸν ἱερέα, οὐκ ἠκούσθησαν ἐπὶ τούτῳ· ὡς τὸν ἅγιον Παῦλον τὸν ἀπὸ Κρατείας εἰπεῖν ἀδείλῳ τῇ παῤῥησίᾳ· Εὐδοξία, φοβήθητι τὸν Θεὸν, ἐλεήσασά σου τὰ τέκνα· μὴ ὕβριζε τὴν ἑορτὴν τοῦ Χριστοῦ τῇ τῶν αἱμάτων ἐκχύσει. ὑποστρέψαντες δὲ οἱ τεσσαράκοντα ἐπίσκοποι, ἠγρύπνησαν ἐν τοῖς καταγωγίοις αὐτῶν· οἱ μὲν μετὰ δακρύων· οἱ δὲ μετὰ λύπης· ἕτεροι δὲ ἀμάχῳ τῇ διανοίᾳ κατεσχέθησαν κάρῳ· ὡς ἕκαστον ἐκυβέρνα τὸ πάθος. οἱ μέντοι πρεσβύτεροι Ἰωάννου οἱ τὸν θεῖον ἔχοντες φόβον, ἐν τῷ δημοσίῳ λουτρῷ τῷ ἐπικαλουμένῳ Κωνσταντιαναῖς, τοὺς λαοὺς

autem omnium quæ acta ſunt inſons Imperator, aliis mutantibus quæ bene conſtituta erant. Vertigine igitur acti, atque in ſe converſi qui cum Severiano erant, inſtar aquæ inſtabilis, ob id quod fuerat prudenter ab Elpidio dictum, & Imperatoris judicio comprobatum, obticuerunt facie liveſcente. Anguſtiis tamen loci conſtricti, etiam nolentes promittunt ſubſcribere. Sic egreſſi, promiſſum quidem non implent, utpote involuntarium; metuentes ne vincerentur: machinabantur autem quo pacto expelleretur Joannes. Dum hæc ſic atque alia aliter geruntur, novem aut decem menſes præterierunt, cum Joannes Epiſcopus adjunctis quadraginta duobus Epiſcopis conventus ageret, & populus magna cum animi alacritate ejus doctrina frueretur. Solet enim vanæ gloriæ expers animus, in afflictionibus jucundiorem & potentiorem ſermonem effundere. Interea effloruit Dominicum jejunium, inſtar veris poſt annum adveniens. Ingreſſus igitur privatim cum ſuis Antiochus, ſic de Joanne Imperatori locutus eſt, tamquam is jam victus eſſet, ut imminente Paſcha juberet ejici. Imperator cum ab illis urgeretur, iis utpote Epiſcopis fidem neceſſario adhibuit. Qui enim vere Presbyter aut Epiſcopus eſt, mendacium non novit. Ea enim nomina cæleſtis regionis ſunt: cum ſit Deo nihil antiquius, nihil quod vigilantius inſpiciat. Nam Deus in omnia inſpicit & contemplatur. Igitur Epiſcopus aut Presbyter, ut nominum ſic & rerum particeps eſſe debet. Joanni ergo denuntiat Imperator ut Eccleſia egrediatur. Ille renuntiat: Ego a Deo ſervatore accepi Eccleſiam hanc, ut curam geram ſalutis populi, nec poſſum eam relinquere. Si autem id vis, (ad te enim civitas pertinet) vi me ejicito, ut deſerti ordinis excuſationem habeam, tuam auctoritatem. Ita cum verecundia quadam mittentes ex palatio, eum expulerunt, jubentes interim ut in domo epiſcopali maneret, divinæ iræ eventum aliquem exſpectantes: ut ſi quid ipſis triſte accideret, citius illum Eccleſiæ redderent, & Deum placarent: ſin minus, ut rurſus inſidias ſtruerent, veluti Pharao Moyſi. Interea venit magni ſabbati dies, quo Servator crucifixus exſpoliavit infernum: rurſumque illi denuntiant, ut eccleſia egrederetur. Reſcribit ille quæ conſentanea erant. Ceterum veritus Imperator diei ſanctimoniam & motum civitatis, accerſit Acacium, & Antiochum, ipſis dicens: Quid facto eſt opus? videte ne non recte conſulueritis. Tunc generoſi illi & ſupra modum magnanimi dixerunt Imperatori: Imperator, in caput noſtrum ſit Joannis depoſitio. Ultimum ſubſidium, qui cum Joanne erant Epiſcopi quadraginta, ſacri jejunii diebus numero pares, adierunt Auguſtum atque Auguſtam in Martyriis, orantes cum lacrymis ut Chriſti Eccleſiæ parcerent, maxime propter Paſcha & propter eos qui regenerandi erant cum jam catechizati eſſent, ut ſacerdotem ſuum ea reciperet. Non auditi ſunt ſuper ea re: ita ut ſanctus Paullus Epiſcopus Cratiæ, imperterrita fiducia diceret: Eudoxia, Deum time, tuorum te liberorum miſereat: neque viola ſanctam Chriſti ſolemnitatem ſanguinis effuſione. Reverſi igitur quadraginta Epiſcopi, in diverſoriis ſuis pervigilarunt, alii cum lachrymis, alii cum mærore, alii denique inſuperabili ſtupore mentis detenti, prout unumquemque ſuus affectus regebat. Joannis tamen Presbyteri qui Dei timorem habebant, in publico lavacro quod Conſtantianas vocant convocatis populis, vigilias agebant;

1. Sic Mediceus, καὶ δυνατώτερον deerat in Græco, ſed Bigotius legerat, qui addit, *& potentiorem*.



συναγαγόντες, εἴχοντο τῆς ἀγρυπνίας. οἱ μὲν τὰ θεῖα λόγια ἀναγινώσκοντες· οἱ δὲ βαπτίζοντες τοὺς κατηχηθέντας, ὡς εἰκὸς, διὰ τὸ Πάσχα. ταῦτα αὐτὰ προσανεφέρουσιν οἱ γνωμοφθόροι καὶ φρεναπάται, οἱ περὶ Ἀντίοχον καὶ Σευηριανὸν καὶ Ἀκάκιον, τοῖς ἑαυτῶν προστάταις, ἀξιοῦντες ἐμποδισθῆναι τοὺς λαοὺς ἀπὸ τῆς ἐκεῖ συνάξεως· ἀντεῖπεν ὁ τότε Μάγιστρος, φήσας· νὺξ ἐστὶ καὶ ὄχλοι πολλοί· μή τι ἀτόπημα γένηται. ἀνθυποφέρουσιν οἱ περὶ Ἀκάκιον· οὐδεὶς ἔμεινεν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ δεδοίκαμεν μήποτε εἰσελθὼν ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ μὴ εὑρὼν μηδ᾽ ἕνα, αἴσθηται τῆς τοῦ λαοῦ εὐνοίας τῆς πρὸς Ἰωάννην, καὶ καταγνῷ ἡμῶν ὡς βασκάνων· ἐπειδὴ μάλιστα εἴπομεν αὐτῷ, ὅτι οὐδείς ἐστιν ὅλως ὁ ἡδέως αὐτῷ προσέχων, ὡς ἀνθρώπῳ ἀσπόνδῳ. οὕτως ὁ Μάγιστρος διαμαρτυράμενος αὐτοῖς ἐπὶ τοῖς ἀποβησομένοις, δίδωσι Λούκιόν τινα, ὡς ἔλεγον, Ἕλληνα, ἀφηγούμενον τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ὁπλοφόρων· ἐντειλάμενος ἐπιεικῶς ἀπελθόντα καλέσαι τὸν λαὸν [1] ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἀπελθὼν δὲ, καὶ μὴ ἀκουσθεὶς, ὑποστρέφει πρὸς τοὺς περὶ Ἀκάκιον, διηγησάμενος τὸν τόνον καὶ τὴν πυκνότητα τοῦ λαοῦ. μετὰ τοῦτο λιπαρῶς αὐτὸν παρακαλοῦσι χρυσέοις ῥήμασι δυσωποῦντες, καὶ ὑποσχέσει μείζονος προκοπῆς· ἵνα ἐμποδίσῃ τῇ δόξῃ τῇ τοῦ κυρίου, ἐντειλάμενοι αὐτῷ, ἢ λόγῳ πείσαντα ἀγαγεῖν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, ἢ ὀργῇ ταράξαντα, παῦσαι τὴν ἑορτὴν τοῦ συναγαγεῖν. ὃς ἐξαυτῆς συμπαραλαβὼν κληρικοὺς τοῦ μέρους Ἀκακίου, ἐξῆλθε δευτέρᾳ φυλακῇ τῆς νυκτὸς, ἐφ᾽ ᾧ ἀπεστάλη. παρατείνουσι γὰρ τὸν λαὸν ἐν τοῖς μέρεσιν ἡμῶν ἕως ἀλέκτορος πρώτης, ἔχων Θρᾶκας ξιφήρεις νεοστρατεύτους κατὰ τὸν Ἠσαῦ τετρακοσίους, ἀναιδεῖς περιττῶς, ἐπεπήδησεν αἰφνίδιον κατὰ τὴν νύκτα. σὺν τοῖς ἐπιδεικνύουσι κληρικοῖς καὶ τοῖς στρατιώταις, ἰταμῶς, ὥσπερ λύκος, σιδήρῳ στίλβοντι διασχίσας τοὺς ὄχλους. χωρήσας δ᾽ ἔνδον τῶν μακαρίων ὑδάτων ἐπὶ κωλύσει τῶν μυουμένων τὴν ἀνάστασιν τοῦ σωτῆρος. καὶ τῷ μὲν διακόνῳ θρασέως ἐνπαχθεὶς τὰ σύμβολα ἐκχέει· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους ἤδη που καὶ ἡλικιώτας, ῥοπάλοις κατὰ κρανίου παίσας, αἵματι κιρνᾷ τὴν κολυμβήθραν. τότε ἦν ἰδεῖν τὴν ἀγγελικὴν ἐκείνην νύκτα, ἐν ᾗ καὶ δαίμονες πίπτουσιν ἐπτηχότες, εἰς λαβύρινθον μεταβληθεῖσαν. γυμναὶ γὰρ γυναῖκες σὺν τοῖς ἀνδράσι δρασμῷ ἐχρῶντο, φόβῳ τοῦ σφαγῆναι ἢ ἀσχημονῆσαι, τὸν ἀσχήμονα ἀσπαζόμεναι δρόμον· ἕτερος τὴν χεῖρα πληγεὶς, ὀδυρόμενος ἀπῄει· ἄλλος παρθένον ἔσυρε περισχίσας· πάντες δὲ λαφυραγωγήσαντες, τὰ κειμήλια ἐσφετερίζοντο. οὕτως οἱ μὲν συλληφθέντες τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, εἰς τὴν εἱρκτὴν ἐνεβάλλοντο. οἱ δὲ ἀξιωματικοὶ τοῦ λαοῦ τῆς μεγαλοπόλεως ἐξεβάλλοντο. διατάγματα δὲ ἀλλεπάλληλα κατὰ τόπον προετίθεντο, διαφόρους ἀπειλὰς περιέχοντα ἐπὶ ἀρνήσει τῆς κοινωνίας Ἰωάννου. πλὴν ὅμως καὶ ταῦτ᾽ ἐγίνετο, καὶ πλείονα ἔξωθεν οἱ λεγόμενοι ἐπίσκοποι προσεφιλοτιμοῦντο· καὶ ἡ σύναξις τῶν φιλοδιδασκάλων, μᾶλλον δὲ φιλοθέων οὐ κατηργεῖτο. ἀλλὰ κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῇ Ἐξόδῳ, ὅσον ἀπέκτεινον αὐτοὺς, τοσούτῳ πλείους ἐγίνοντο. τῇ ἐπαύριον γοῦν ἐξελθὼν ὁ βασιλεὺς, τοῦ γυμνασθῆναι ἐν τῷ παρακειμένῳ πεδίῳ, εἶδε τὴν ἄσπορον γῆν, τὴν περὶ τὸ Πέμπτον, λευχειμονοῦσαν· καὶ ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ θέᾳ τοῦ ἄνθους τῶν νεοφωτίστων· ἦσαν γὰρ ἀμφὶ τοὺς τρισχιλίους· ἤρετο παρὰ τῶν δορυφόρων· τίς ἡ λογὰς τῶν ἐκεῖ συνηθροισμένων; διαψευσάμενοι λέγουσι, τῶν ἑτεροδόξων, ἵνα παραγάγωσι τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως· γνόντες δ᾽ ἐξ αὐτῆς οἱ τοῦ πράγματος μεσῖται καὶ προστάται τοῦ φθόνου, πέμπουσιν εἰς τοὐπίσω τοὺς ἀφειδεστέρους τῶν ἑπομένων, ἐπὶ σκορπισμῷ μὲν τῶν ἀκροατῶν, συλλήψει δὲ τῶν διδασκάλων· οἱ δ᾽ ἐλθόντες, κατέχουσι πάλιν ὀλίγους μὲν τῶν κληρικῶν, πλείους δὲ τῶν λαϊκῶν. καὶ ὁ

A alii scripturas divinas legentes, alii catechumenos baptizantes, ut par est propter Pascha. Hæc eadem pravæ mentis atque impostores Antiochus, Severianus & Acacius ad patronos referunt, rogantes ut populi ab ejus loci conventu arcerentur. Renuit is quis tunc Magister erat, dicens: Nox est, atque ingens est multitudo: ne quid temere fiat. Respondit Acacius: Nemo in Ecclesiis mansit, & timemus ne forte Imperator Ecclesiam ingressus, & neminem inveniens, sentiat populi erga Joannem benevolentiam, nosque ut invidos condemnet, præsertim cum ipsi dixerimus, neminem omnino esse, qui libenter Joanni adhæreat utpote homini infido. Ita Magister eis contestatus quæ B eventura erant, tradit illis Lucium quemdam, Gentilem, ut dicebatur, rectorem numeri Scutariorum, mandans ut moderate Ecclesiam ingressus populum convocaret. Profectus ille & non auditus, rediit ad Acacium, populi ardorem & frequentiam indicans. Post hæc illum suppliciter orant, aureis verbis deprecantes, adjunctis etiam promissis majoris processus, ut impediret Domini gloriam, præcipientes ei ut vel oratione persuasos populos ad Ecclesiam adduceret, vel vi turbatos impediret ne festum celebrarent. Hic ergo subito assumtis secum Clericis ex parte Acacii, egressus est secunda vigilia noctis ad id propter quod missus erat. Nam in eos qui populum in partibus nostris usque ad C primum galli cantum detinebant, derepente noctu impetum fecit, ipse tirones habens, districtos gladios gestantes instar Esau quadringentos, egregie impudentes, cum indicibus clericis & militibus, insolenter ut lupus, coruscante ferro multitudinem perrumpens, penetrat usque ad sanctas aquas, ut prohiberet eos qui initiabantur sacramento Dominicæ resurrectionis. Et in Diaconum procaciter illisus, symbola effundit: Presbyteros vero grandævos fustibus in capite feriens, sacrum fontem cruore conspersit. Tunc videre erat Angelicam illam noctem, in qua etiam Dæmones corruunt perterriti, in labyrinthum conversam. Nudæ enim mulieres cum viris metu mortis aut turpitudinis, turpi D fugæ se dabant, indecorum cursum præferentes. Alius manu vulneratus abibat plorans, alius virginem trahebat conscissis vestibus; omnes autem deprædantes sacra vasa, sibi rapiebant. Sic Presbyteri & Diaconi qui capti erant, in carcerem detrudebantur: qui autem in populo erant honorati, urbe regia pellebantur. Deinde edicta alia super alia per compita proponebantur, varias minas continentia; nisi quis cum Joanne communionem abnegaret. Cum hæc maxime fierent, & plura iis qui dicebantur Episcopi in publico molirentur: conventus tamen eorum qui doctorem suum aut potius qui Deum amabant, non minuebatur; sed ut in Exodo legitur, quanto magis occidebant, tanto plures E fiebant. Die sequenti egressus Imperator ut se se exerceret in vicino campo, vidit agrum circa Pemptum seu Quintum, non consitum & candentem, & stupefactus adspectus coloris nuper baptizatorum, (erant enim ad tria ferme millia) satellites rogat, quinam esset illic congregatorum cœtus. Illi autem mentiti, dicunt hæreticorum esse, ut iram Imperatoris excitarent. Re cognita, statim hujus rei ministri & invidiæ patroni, atrociores e sequacibus a tergo summittunt, ad auditores dissipandos, & doctores comprehendendos: qui illuc profecti, denuo paucos e clericis, plures vero e laicis corripiunt. Tum Theodorus ait: O beatissime

1. Georg. εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

Θεόδωρος ἔφη· ὦ μακαριώτατε πάτερ, καὶ τοσούτων ὄντων, ὡς τρισχιλίους μόνον εἶναι τοὺς νεοφωτίστους, πῶς αὐτῶν οἱ βραχεῖς ἐκυρίευσαν στρατιῶται, τὸν σύλλογον διαλύσαντες; ὁ Ἐπίσκ. τοῦτο οὐκ ὀλιγότητος δεῖγμα, οὐδὲ τεκμήριον ἀζηλίας· ἀλλὰ πλεονέκτημα εὐλαβείας, καὶ διδασκάλων ἐπιμελείας ἀπόδειξις, ἀδιαλείπτως τὸ ἄμαχον τῆς γνώμης ἐπανορθούντων. ὁ Θεόδωρος εἶπεν· ἄριστα ἔφης· οὔτε γὰρ ἔπρεπε τοὺς φρόνησιν ἐκμανθάνοντας καὶ ἐπιείκειαν παρὰ τοῦ ἱεροῦ Ἰωάννου, ἀφρόνως καὶ τεταραγμένως αὐτοῦ ἀντιποιεῖσθαι.

Pater, cum tam multi essent ut Neophytorum numerus ad tria millia procederet: quomodo in potestatem paucorum militum devenere, eorum cœtu disjecto? EPISC. Illud neque paucitatis indicium, neque zeli nullius argumentum; sed religionis præstantia, & curæ doctorum demonstratio, qui assidue pacificas mentes dirigebant. Theodorus autem ait: Optime dicis: neque enim decebat ut qui prudentiam & mansuetudinem a beato Joanne edocebantur, insipienter atque tumultuarie ipsum defenderent & vindicarent.


## CAPUT X.

Ὁ Ἐπίσκ. ἡσθεὶς οὖν ἐπὶ τούτῳ παρακαλῶ μὴ ἀνάκοπτε τοὺς λόγους τοὺς ὑπὸ κακῶν πραγμάτων τεχθέντας· ἔοικε γὰρ τίκτειν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τοὺς λόγους τὰ πράγματα. σὺν τοῖς κατασχεθεῖσιν οὖν κληρικοῖς τε καὶ λαϊκοῖς, συνελήφθησαν καὶ γυναῖκες ἀνδρῶν ἐπισήμων. ἔστι δὲ ὧν καὶ τὰ μαφόρια ἥρπασαν· ἑτέρων δὲ τὰ ἐνώτια σὺν τῷ λοβῷ τοῦ ὠτὸς συναπέσπασαν. ὡς ἰδοῦσάν τινος [1] Ἐλευθέρου γυναῖκα εὐδαιμονεστάτην σφόδρα, καταλείψασαν τὸ ἑαυτῆς μαφόριον, μεταμφιασαμένην τὸ σχῆμα τὸ τῶν δουλίδων δρομαίαν [2] εἰσβαλεῖν εἰς τὴν πόλιν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς σωφροσύνης. ἦν γὰρ ὡς εἰκὸς, εὐανθῆ μορφὴν καὶ εὐφυῆ πλάσιν ἠμφιεσμένη. τούτῳ οὖν τῷ τρόπῳ πληρωθεῖσαι αἱ φυλακαὶ τῶν διαφόρων ἀρχόντων, μετεποιοῦντο εἰς ἐκκλησίας· καὶ ὕμνοι μὲν καὶ ἀναφοραὶ μυστηρίων ἐν φυλακαῖς ἐπετελοῦντο· μάστιγες δὲ καὶ στρεβλώσεις καὶ ὅρκοι φρικτοὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἡμιλλῶντο, ἐπὶ ἀναθεματισμῷ Ἰωάννου, τοῦ μέχρι θανάτου ἐχθραίνοντος τῇ κακίᾳ τοῦ διαβόλου. τῆς Πεντηκοστῆς δὲ συμπληρωθείσης, μετὰ πέντε ἡμέρας εἰσελθόντες οἱ περὶ Ἀκάκιον, καὶ Σευηριανὸν, καὶ Ἀντίοχον, καὶ Κυρῖνον πρὸς τὸν βασιλέα, λέγουσιν αὐτῷ· βασιλεὺς σὺ ἡμῖν παρὰ Θεοῦ, οὐκ ἐξουσιαζόμενος, ἀλλ' ἐξουσιάζων τῶν πάντων. ἔξεστί σοι ὃ θέλεις ποιῆσαι. μὴ γίνου πρεσβυτέρων πρᾳότερος, καὶ ἐπισκόπων ὁσιώτερος· εἴπομέν σοι ἐπὶ πάντων, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἡμῶν ἡ Ἰωάννου καθαίρεσις. μὴ τοίνυν φείσῃ ἑνὸς ἀνθρώπου, ἀφειδήσας πάντων ἡμῶν. Ἰουδαϊκοῖς ῥήμασι τάχα δὲ καὶ πράγμασι παραπείσαντες τὸν βασιλέα· οὕτως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς Πατρίκιον τὸν νοτάριον, δηλοῖ τῷ Ἰωάννῃ τάδε· οἱ περὶ Ἀκάκιον, καὶ Ἀντίοχον, καὶ Σευηριανὸν, καὶ Κυρῖνον, τὸ κατὰ σὲ κρίμα ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν ἔθηκαν κεφαλήν· τὰ κατὰ σαυτὸν οὖν ἀναθεὶς τῷ Θεῷ, ἔξελθε τῆς ἐκκλησίας. οὕτως κατελθὼν ὁ ἐπίσκοπος Ἰωάννης ἐκ τοῦ ἐπισκοπείου σὺν τοῖς ἐπισκόποις, μετὰ τὴν τρανὴν φάσιν καὶ ἀνεπισκίαστον, λέγει πᾶσι· δεῦτε, προσευξάμενοι συνταξώμεθα τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας. γεγηθὼς μὲν ἐπὶ τῷ πράγματι, λυπούμενος δὲ ἐπὶ τῇ τοῦ λαοῦ κακουχίᾳ. ἐξαυτῆς δέ τις σημαίνει τῶν φιλοθέων δυναστῶν τῷ Ἰωάννῃ· ἐπειδὴ Λούκιος, ἰταμὸς ἀνὴρ καὶ ἀναιδὴς προσώπῳ, ἕτοιμός ἐστιν ἐν τῷ δημοσίῳ λουτρῷ σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν στρατιώταις, ὅπως εἰ ἀντείποις ἢ ἀναβάλλῃ, καὶ ἄκοντά σε σῦραι καὶ ἐξῶσαι. περικλονοῦνται δὲ οἱ δῆμοι τῆς πόλεως· σπούδασον ἐξελθεῖν λεληθότως, ἵνα μήπου ἀντιποιούμενος ὁ λαὸς, πόλεμον συνάψῃ μετὰ τῶν στρατιωτῶν. τότε ὁ Ἰωάννης καταφιλήσας τινὰς τῶν ἐπισκόπων μετὰ δακρύων· τοὺς γὰρ λοιποὺς οὐδὲ καταφιλεῖν συνεχώρει τὸ πάθος· συνετάξατο λέγων τοῖς λοιποῖς ἔνδον ἐν τῷ ἱερατείῳ· μείνατε τέως ὧδε, ἵνα ἀπελθὼν μικρὸν ἀνεθῶ· εἰσελθὼν δὲ ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ, καλεῖ τὴν Ὀλυμπιάδα, ἀναπάλλακτον οὖσαν τῆς ἐκκλησίας σὺν Πενταδίᾳ καὶ Πρόκλῃ ταῖς διακόνοις, καὶ Σιλβίνῃ τῇ τοῦ μακαρίου Νεβριδίου γυναικὶ, εὐσχήμως κοσμούσῃ τὴν ἑαυτῆς χηρείαν, καὶ λέγει αὐταῖς· δεῦτε ὧδε θυγατέρες, ἀκούσατέ μου. τὰ κατ'

EPISC. Cum hæc tibi placeant, ne sermonem quæso interrumpe, quem pessima facta pepererunt. Solent enim ut plurimum a factis sermones gigni. Cum clericis igitur & laicis qui detenti erant, comprehensæ sunt virorum nobilium conjuges. Sunt & quibus rapti mafortes, aliis inaures cum ima parte aurium simul detraxere. Adeo ut cum videret Eleutheri cujusdam uxor opulentissima, relicto maforte, & veste ancillari assumta, cursu civitatem petierit, ut pudicitiam suam servaret. Erat enim profecto decora specie ornata & eleganti forma. Hunc ergo in modum impleti variorum magistratuum carceres mutabantur in Ecclesias. Et hymni quidem atque oblationes mysteriorum in carceribus peragebantur: flagra vero & cruciatus & horribilia juramenta in Ecclesiis certatim adhibebantur, ut anathematizarent Joannem, qui ad mortem usque cum Diaboli malitia depugnabat. Quinto porro die a finita Pentecoste, Acacius, Severianus, Antiochus atque Cyrinus Imperatorem adeunt, & nobis, inquiunt, a Deo constitutus es Imperator, nemini subjectus, & omnes tibi subditos habens, licet tibi quod lubet facere. Ne sis Presbyteris mitior, nec Episcopis sanctior. Diximus tibi coram omnibus: In caput nostrum Joannis depositio esto. Ne igitur homini uni ut parcas, nos omnes perde. Judaicis verbis, fortasse & factis, subdole persuaserunt id Imperatori. Sic Imperator misso Patricio Notario, hæc Joanni denuntiat: Acacius, Antiochus, Severianus, & Cyrinus, condemnationem tuam in caput suum conjecerunt. Igitur ubi res tuas Deo commendaveris, egredere Ecclesia. Ita Joannes Episcopus post apertam ac minime adumbratam jussionem, ex Episcopio discedens cum Episcopis, dicit omnibus: Venite, oremus, & Angelo Ecclesiæ valedicamus. Lætus quidem ob res ipsas, mærens autem ob populi mærorem. Protinus quispiam ex religiosis proceribus hæc Joanni significat: Quandoquidem Lucius, vir audax & facie impudens, paratus est in publico lavacro cum militibus suis, si forte contradicas aut differas, vel invitum te trahere atque expellere, plebs autem civitatis commovetur, festina clam egredi, ne te defendens populus, cum militibus pugnam committat. Tunc Joannes cum lachrymis aliquos ex Episcopis osculatus, reliquos enim osculari non sinebat dolor, vale dixit ceteris in sacrario: Manete, inquiens, heic interim, ut profectus modicum quiescam. Ingressus autem baptisterium, Olympiadem vocat, quæ ab Ecclesia non discedebat, simul & Pentadiam & Proclam Diaconissas, & Silvinam beati Nebridii uxorem, quæ viduitatem suam honestate ac modestia decorabat; atque eis dicit: Venite, o filiæ, audite me. Quæ ad me attinent, finem ut

1. Georg. ὥς τινα ἔραν.    2. Forte δρομαίως. Georg. δρόμῳ.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
401.



ἐμὲ πλέον ἔχει, ὡς ὁρῶ· τὸν δρόμον μου τετέλεκα, καὶ ἴσως οὐκέτι ὄψεσθε τὸ πρόσωπόν μου. τοῦτο δέ ἐστιν ὃ παρακαλῶ· μήπως ὑμῶν ἀνακοπῇ τῆς συνήθους εὐνοίας, τῆς περὶ τὴν ἐκκλησίαν· καὶ ὃς ἂν ἄκων ἀχθῇ ἐπὶ τὴν χειροτονίαν, μὴ ἀμβιτεύσας τὸ πρᾶγμα, κατὰ συναίνεσιν τῶν πάντων, κλίνατε αὐτῷ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν ὡς Ἰωάννῃ. οὐ δύναται γὰρ ἡ ἐκκλησία ἄνευ ἐπισκόπου εἶναι. καὶ οὕτως ἐλεηθῆτε, μέμνησθέ μου ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν· συγχυθεῖσαι δὲ δάκρυσιν, ἐκυλινδοῦντο περὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ. τότε νεύσας τινὶ τῶν σεμνῶν πρεσβυτέρων, λέγει· λάβε ταύτας ἐντεῦθεν, ἵνα μὴ τοὺς ὄχλους ταράξωσιν. οὕτως οὖν μικρὸν ἐμποδισθεῖσαι, ἔδοξαν αὐτῷ συγχωρεῖν. καὶ οὕτως ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸ μέρος τὸ ἀνατολικόν· οὐδὲν γὰρ παρ' αὐτῷ δυτικόν· τῷ δὲ δυτικῷ μέρει ἔνθα ὁ τῆς ἐκκλησίας πυλών, τὸ ὑποζύγιον, ἐν ᾧ εἴωθε καθέζεσθαι, πρὸ τῆς πύλης κελεύσας στῆναι, εἰς περισπασμὸν τῶν λαῶν ἐκεῖθεν αὐτὸν προσδοκούντων. συνεξελθόντος αὐτῷ καὶ τοῦ ἀγγέλου, μὴ φέροντος τὴν ἐρημίαν τῆς ἐκκλησίας, ἣν ἀρχαὶ πονηραὶ καὶ ἐξουσίαι εἰργάσαντο, καθάπερ [1] θεατρονόμιον [2] ἀναδείξασαι· ὡς μὲν γὰρ ἐν θεάτρῳ κλωσμὸς ἦν, συριττόντων τῶν ἀσεβῶν καὶ καταμωκωμένων, ἄμετρα διασυρόντων Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων. ὡς δὲ ἐν εἱρκτῇ, πληγαὶ καὶ κατὰ σπλάγχνων φερόμεναι βάσανοι ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, κατατάσεις δὲ τῆς ὅλης δυνάμεως τῆς ψυχῆς, διά τε τὴν τοῦ διδασκάλου ἀφαίρεσιν, καὶ διὰ τὴν εἰς τὸ θεῖον βλασφημίαν· ἔνθα γὰρ ἁμαρτημάτων ἄφεσις, ἐκεῖ αἱμάτων ἔκχυσις ἐγίνετο. μετὰ δὲ τὸν ἄφατον καὶ δυσερμήνευτον ἐκεῖνον σκότον, φλὸξ ἀπὸ μέσου τοῦ θρόνου, ἐν ᾧ εἰώθει ὁ Ἰωάννης καθέζεσθαι, καθάπερ ἐν μέσῳ σώματι κειμένη καρδία, τοῖς λοιποῖς ἐξηγεῖσθαι μέλεσι τὰ τοῦ κυρίου λόγια, φανεῖσα ἐπεζήτει τὸν ὑποφήτην τοῦ λόγου. οὐχ εὑροῦσα, κατεβόσκετο τὴν σκευωρίαν. δενδρωθεῖσα δὲ εἰς ὕψος εἷρψε διὰ τῶν ἁλύσεων ἐπὶ τὴν στέγην. ἔχεως δὲ δίκην τὴν γαστέρα φαγοῦσα, ἐπὶ νῶτον ἐφέρετο τῶν δωμάτων τῆς ἐκκλησίας, μισθὸν τῆς ἀδικίας ὥσπερ τὴν ἐπὶ ταύτῃ ὡρισμένην δίκην ἀποδιδόντος Θεοῦ, εἰς σωφρονισμὸν καὶ νουθεσίαν τῶν οὐκ εἰδότων γε νουθετεῖσθαι διὰ τῆς ὄψεως τῶν τοιούτων θεηλάτων κακῶν. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ μνημεῖον ὑπολείψας τῆς ἀγρίας συνόδου· καὶ οὐ θαυμαστὸν περὶ τῆς ἐκκλησίας, ὅπου γε καὶ τὴν καλουμένην παρὰ τοῖς ἔξω σύγκλητον ἀπὸ πολλῶν βημάτων κειμένην ἀντικρὺ τῆς ἐκκλησίας ἐκ μεσημβρίας, φρονίμως τὸ πῦρ, καθάπερ γέφυραν τὸν ἀγοραῖον δῆμον τὸν διὰ μέσου διαπεράσαν, ἐλυμήνατο. οὐ πρότερον τὸ μέρος τὸ πλησιάζον τῇ ἐκκλησίᾳ, ἵνα μὴ τὸ πάθος τῇ ἐγγύτητι ἐπιγράψωμεν, ἀλλὰ τὸ μέρος τὸ ἐπὶ τὴν αὐλὴν τῶν βασιλέων, ἵνα τὸ θαῦμα τοῦ πράγματος θεήλατον παραστήσῃ τὸ σόφισμα· ἦν γὰρ ἰδεῖν μεταξὺ δύο ὀρέων πυρίνων, τοὺς δήμους ἀβλαβῶς ἐπὶ τὰς οἰκείας χρείας διαπερῶντας. οὕτω δὲ περιπετόμενον τὸ πῦρ καὶ κυμαῖνον, καθάπερ θάλασσα βιαίῳ νότῳ ῥιπιζομένη, ὥσπερ ὑπὸ συνθήματι βαδίζον, ἀφειδῶς ἁπτόμενον τῶν κύκλῳ δωμάτων, μόνου ἐφρόντιζε τοῦ οἰκίσκου, ἐν ᾧ τῶν ἱερῶν σκευῶν ἀπέκειτο τὸ πλῆθος. οὐ τὸν χρυσὸν αἰδούμενον, οὐ τὴν λοιπὴν τοῦ ἀργύρου ὕλην, ἀλλ' ἵνα μὴ τοῖς συκοφάνταις χώραν τοῦ ψεύδους παράσχῃ κατὰ τοῦ δικαίου, ὡς αὐτοῦ σφετερισαμένου τι τῶν καλλίστων. οὕτω δὲ διακινοῦν τὸ πῦρ ἀνεχαίτιζεν εἰς τοὐπίσω, τὸν φθόνον ἐξιχνιάζον τῶν ταῦτα πραξάντων, εἰς ἔλεγχον τῆς Θεοφίλου μανίας, ὅς του κατασκευάζει διὰ τὰ κειμήλια αὐτὸν ἐκβεβληκέναι. καὶ ἀποβολὴ μὲν ψυχῆς ἐν τοσούτοις ὄχλοις ὑπὸ πυρὸς οὐδεμία γεγένηται, οὐ λογικοῦ, οὐκ ἀλόγου. ὁ δὲ ῥύπος τῶν ἐναγῶς ἐκεῖσε ἀναστρεφομένων, τῇ τοῦ πυρὸς ἀπεπλύνετο δυνάμει, ἀπὸ ἕκτης ὥρας μέχρις ἐννάτης· ἐν τρισὶν ὥραις ἡμεριναῖς, πολυχρονίου ἔργου ἀφανισθέντος.

A video habent: cursum meum consummavi, & forte vultum meum non amplius videbitis. Hoc unum est, quod rogo, ne qua vestrum a solita erga Ecclesiam benevolentia avellatur; & quicumque reluctans fuerit ad ordinationem deductus, ex consensu omnium, non id ambiens, ei tamquam Joanni caput vestrum submittite: non potest enim Ecclesia esse sine Episcopo. Ita misericordiam consequamini, & memores estote mei in orationibus vestris. Illæ lachrymis perfusæ ad ejus pedes advolvebantur. Tunc innuens cuidam e venerandis Presbyteris ait: Tolle eas hinc, ne populum perturbent. Sic igitur paullulum retentæ, visæ sunt acquiescere; & sic abiit in partem Orientalem.
B (Nihil enim apud illum erat Occidentale.) In Occidentali autem parte, ubi est magnum Ecclesiæ vestibulum, jumentum cui solebat Joannes insidere, stare ante portam jussit, ut populum ea ex parte exspectantem abs se dimoveret. Una cum eo egressus est Angelus Ecclesiæ, solitudinem Ecclesiæ non ferens, quam principatus nequam & potestates fecerant, speciem theatri iniquitatum exhibentes. Erat enim ut in theatro sibilus impiorum explodentium & irridentium, Judæorum ac Gentilium immodice deridentium ac subsannantium: ut autem in carcere, plagæ & in viscera illisi cruciatus a militibus, & omnium mentis virium distentio, cum ob ablatum doctorem, tum ob blasphe-
C miam in Deum. Ubi enim peccatorum fit remissio, ibi sanguinis fiebat effusio. Post illam autem inenarrabilem atque inexplicabilem caliginem, flamma e media sede in qua solebat Joannes sedens, veluti medio in corpore cor, membris ceteris Domini eloquia interpretari, visa, verbi Dei interpretem requirebat; quo non invento sedem depascebatur: in altum arborescens per catenas ad tectum usque serpsit, atque viperæ instar ventre exeso, ad posteriora ædificii Ecclesiæ ferebatur, Deo mercedem injustitiæ veluti definitam ad id pœnam reddente, ad correptionem & admonitionem eorum qui nesciunt resipiscere malorum divinitus immissorum. Non solum autem eam ob caussam, sed ut
D feræ illius Synodi monumentum relinqueret. Nec id mirum de Ecclesia, cum Senatum qui apud exteros dicitur, multis passibus dissitum ex adverso Ecclesiæ ad meridiem, ignis ille interjectam populi multitudinem pontis instar sapienter prætergressus, pessumdederit, non prius partem Ecclesiæ vicinam, ne damnum illud vicinitati adscriberemus: sed partem palatio Imperatorum proximam, ut rei miraculum sapienter id a Deo factum esse probaret. Videre enim erat inter duos igneos montes, illæsos populos ad sua negotia commeantes. In hunc igitur modum ignis circumvolans & inundans tamquam mare violento austro jactatum, veluti signo dato progrediens, vicinas circumquaque ædes citra
E discrimen corripuit, & soli ædiculæ in qua sacrorum vasorum reposita erat copia, pepercit: aurum non reveritus aut reliquam argenti supellectilem, sed ut ne locum mentiendi calumniatoribus daret adversus justum, quasi ipse pulcherrima quædam sibi vindicasset. Ita ignis agitatus retrorsum se reflectebat, pervestigans invidiam eorum qui hæc perpetrarant ad revincendam Theophili insaniam, in eo quod ob sacra vasa Joannem ejecisse se comminiscitur. Ac nullius quidem anima periit in tali ac tanto tumultu; non hominis, non animantis. Ceterum sordes ibi sceleste conversantium ignis virtute abluebantur ab hora sexta ad nonam: tribus diurnis horis multorum annorum opere deleto.

1. Forte θεάτρου ἀνομιῶν.

2. Sic Mediceus, ἀποδείξασαι.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

# CAPUT XI.

Ὁ Διάκ. εἶτα, Πάτερ, τούτων οὕτως ἀνυομένων, ποῦ διέτριβεν ὁ μακάριος Ἰωάννης, ἢ οἱ λοιποὶ τῶν ἐπισκόπων; ὁ Ἐπίσκ. οἱ μὲν λοιποὶ τῶν ἐπισκόπων, οἱ μὲν συνεκλείοντο, οἱ δὲ καὶ ἐσύροντο· ἄλλοι δὲ καὶ ἐκρύβησαν. Ἰωάννης δὲ σὺν Κυριακῷ καὶ Εὐλυσίῳ, παρὰ στρατιωτῶν τοῦ ἐπάρχου δέσμιοι εἰς Βιθυνίαν κατείχοντο, κόλασιν ἀπειλούμενοι ἐπὶ τῇ ἐμπρήσει τῆς ἐκκλησίας· ὕστερον δὲ ὁ μὲν Κυριακὸς καὶ Εὐλύσιος δέσμιοι ἀχθέντες ἅμα λοιποῖς κληρικοῖς, ἀθῷοι ἀποφανθέντες ἀπελύθησαν. ὁ δὲ ἅγιος Ἰωάννης, πρὸς ταῖς λοιπαῖς παῤῥησίαις, καὶ ταύτην τελευταίαν αὐτοῖς ἀπέστειλεν, εἰπών· εἰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις οὐ δεδώκατέ μοι χώραν ἀπολογίας, κἂν γοῦν εἰς τὰ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν ἀκουσθῶ· εἴγε αἴτιος, ὡς φατὲ, γέγονα τῆς καύσεως. οὕτως μηδ' ἐν τούτῳ ἀκουσθεὶς, πέμπεται διὰ στρατιωτῶν εἰς ἐρημοτάτην πολίχνην τῆς Ἀρμενίας, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, πολιορκουμένην ὑπὸ τῶν Ἰσαύρων, ἐπὶ τὸ σφαγῆναι· Κουκουσὸς δέ ἐστιν αὕτη. Ἀρσάκιος δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ μακαρίου Νεκταρίου, ἀντεισήγετο τῷ τόπῳ τοῦ Ἰωάννου, ἀνδρὸς ἱεροφάντου, ἄνθρωπος ἰχθύος ἀφωνότερος, καὶ βατράχου ἀπραγώτερος. ἔστι γὰρ ὅτε καὶ πρᾶξις λαλεῖ, μάλιστα ὅτ' ἂν δι' αὐτὸ γένηται τὸ καλόν· διακρατήσας δὲ τὸ ζῆν ἑαυτοῦ δεκατέσσαρας μῆνας, ἀποθνήσκει· εἰς τὰ εὐαγγέλια παρορκήσας. ὅπου ὤμοσε τῷ ἀδελφῷ Νεκταρίῳ μηδέποτε καταδέξεσθαι ἐπισκοπῆς χειροτονίαν, ἡνίκα ὠνείδισεν αὐτῷ μὴ βουληθέντι γενέσθαι ἐν Ταρσῷ, ὡς τὸν αὐτοῦ καιροσκοποῦντι θάνατον· γένηται δ' αὐτῷ τῆς ἐπιορκίας αἰτία, τὸ μὲν πρὶν ἡ κενοδοξία δι' ἣν ἐμνηστεύετο, ὡς ἂν εἴποι τις, τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ· μετέπειτα δὲ ἡ αἰσχύνη προφητικῶς τῶν ἐλέγχων αὐτῷ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἐπαχθέντων. τούτῳ τῷ Ἀρσακίῳ Ἀττικὸς ἀντεισάγεται ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, πάσης μηχανῆς τεχνίτης κατὰ τοῦ Ἰωάννου. ὃς θεασάμενος μηδένα τῶν ἀνατολικῶν αὐτῷ ἐπισκόπων κοινωνοῦντα, μήτε μὴν τοῦ τῆς πόλεως λαοῦ, διὰ τὰ οὕτως ἀνόμως παρακολουθήσαντα καὶ ἀθέσμως, παρασκευάζει, ἄπειρος ὢν τῶν θείων γραφῶν, ταῖς ἀντιγραφαῖς καταναγκάζεσθαι τοὺς μὴ κοινωνοῦντας· εἶχε δὲ ἡ μὲν κατὰ τῶν ἐπισκόπων ἀντιγραφὴ τὴν ἀπειλὴν ταύτην· εἴ τις οὐ κοινωνεῖ τῶν ἐπισκόπων Θεοφίλῳ καὶ Πορφυρίῳ καὶ Ἀττικῷ, τῆς μὲν ἐκκλησίας ἐκβαλέσθω, τῆς δὲ ἰδίας τῶν πραγμάτων οὐσίας ῥιπτέσθω. ἐντεῦθεν οἱ μὲν καταβαρυνόμενοι τῷ τῶν πραγμάτων φορτίῳ, καὶ ἄκοντες κοινωνοῦσιν. οἱ δὲ πενέστεροι, καὶ εἰς πίστιν ὑγιῆ ἀσθενέστεροι, ὑποσχέσεσι δώρων τινῶν συνεσύροντο εἰς κοινωνίαν. οἱ δὲ γένους, καὶ πραγμάτων, καὶ πατρίδος, καὶ δόξης φθαρτῆς, καὶ θλίψεως σωματικῆς ὑπεριδόντες, φυγῇ τὴν τῆς ψυχῆς εὐγένειαν διεφύλαττον, τὸ εὐαγγελικὸν διὰ μνήμης ἔχοντες λόγιον· ἐὰν διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην· καὶ τὸ τῆς παροιμίας ἑαυτοῖς ἐπιλέγοντες· οὐκ ὠφελήσουσιν ὑπάρχοντα ἐν ἡμέρᾳ θυμοῦ· ἔφθανον δὲ οἱ μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ, οἱ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἕτεροι δὲ ἐν τοῖς τῶν ἀσκητῶν φροντιστηρίοις διεσώζοντο ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς πονηρίας. ἡ δὲ κατὰ τῶν λαϊκῶν ἀντιγραφὴ περιεῖχε· τοὺς μὲν ἐν ἀξιώμασιν ἐκπίπτειν τῆς κατὰ τὰς ἀρχὰς ἀξίας· τοὺς δὲ στρατιώτας τὰς ζώνας ἀπολλύειν· τοὺς δὲ λοιποὺς δήμους καὶ χειροτέχνας χρυσίῳ πολυολκεῖ προστιμηθέντας, ὑποβάλλεσθαι ἐξορίᾳ· πλὴν ὅμως καὶ ταῦτα ἐπράττετο. καὶ αἱ προσευχαὶ τῶν σπουδαίων ἐν τῷ ὑπαίθρῳ ἐπετελοῦντο μετὰ πολλῆς τῆς κακοπαθείας, φιλίᾳ τῇ πρὸς τὸν σωτῆρα, τὸν εἰρηκότα· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια. καὶ πάλιν· θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. καὶ ὁ μὲν μακάριος Ἰωάννης οἰκήσας τὴν Κουκουσὸν ἔτος ἓν, πλείστους δια-

A DIAC. Et hæc dum fierent, Pater, ubi tandem erat beatus Joannes, aut reliqui Episcopi? EPISC. Episcopi quidem reliqui, alii inclusi detinebantur, alii trahebantur, alii autem delituerunt. Porro Joannes una cum Cyriaco & Eulysio vinctus in Bithynia detinebatur a Præfecti militibus, supplicium minitantibus ob incendium Ecclesiæ. Postea Cyriacus & Eulysius cum reliquis Clericis vincti adducti, atque innocentes pronuntiati, dimissi sunt. Sanctus autem Joannes, ad reliquam fiduciam qua semper antea usus fuerat, hanc quoque ultimam adjecit, scribens eis hæc verba: Etsi in aliis non dedistis mihi locum defensionis, saltem in rebus Ecclesiæ audiar, an auctor sim, ut dicitis, ejus incendii. Ita ne in eo quidem audi- B tus, noctu diuque per milites ducitur in desertissimum Armeniæ oppidulum, Cucusus id est, ab Isauris obsessum, ut trucidaretur. Arsacius autem, frater beati Nectarii, substitutus est in locum Joannis, magni sacrorum interpretis; homo pisce magis mutus, & rana rebus agendis minus idoneus. Aliquando enim & actio ipsa loquitur, cum suiipsius caussa, bonum opus factum fuerit. Ille cum ad quatuordecim menses vitam suam protendisset, mortuus est; violato suo in Evangelia juramento. Quippe fratri suo Nectario juraverat, nullius umquam episcopatus ordinationem admissurum se, quando Nectarius exprobavit ipsi quod noluisset C Tarsensi Ecclesiæ præfici, quasi mortem ipsius specularetur. Fuit caussa perjurii, primum quidem vana gloria, propter quam ambiebat, ut ita dicam, nuptias uxoris fratris sui: deinde pudor increpationum ipsi a fratre prophetice factarum. Huic Arsacio sufficitur Atticus e Presbyteris, omnium adversus Joannem molitionum artifex. Qui cum videret neminem Orientalium Episcoporum secum communicare, & ne civitatis quidem populum, propter ea quæ tam nefarie atque injuste in Joannem ab ipso acta erant: expers cum esset sacrarum scripturarum, perfecit ut Imperialibus rescriptis cogerentur ii qui cum ipso non communicabant. Rescriptum autem contra Episcopos, tales D minas habebat: *Si quis Episcoporum non communicat Theophilo, Porphyrio, & Attico, Ecclesia quidem ejiciatur, & a propriis facultatibus abigatur.* Hinc alii qui bonorum onere prægravati erant, etiam inviti cum ipso communicant: alii vero pauperiores & in fide sana infirmiores, donorum quorumdam pollicitationibus ad communionem adducebantur. Alii genere & possessionibus & patria & corruptibili gloria atque corporum vexatione insuper habitis, animi nobilitatem fuga custodiebant, Evangelicum illud in memoria habentes: [a] *Si vos in hac civitate persequantur, fugite in aliam:* & illud Proverbiorum sibi dicentes: [b] *Non proderunt substantiæ in die iræ.* Profecti alii quidem Ro- E mam, alii ad montes, alii autem in Ascetarum monasteria, a Judaica iniquitate servabantur. Edictum vero adversus Laicos hæc continebat: *Qui in dignitatibus essent constituti, suo honore & dignitate excederent, milites cingulum amitterent. Reliqua plebs atque opifices gravi auri pondere multati, subjacerent exsilio.* Ceterum & hæc fiebant; & preces a bonis & probis magna cum afflictatione sub dio peragebantur, amore Servatoris qui dixit: [c] *Ego sum via & veritas:* Et rursus: *Confidite: ego vici mundum.* Ac beatus quidem Joannes Cu-

[a] Matth. X. 23. [b] Prov. XI. 4. [c] Joan. XIV. 6.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

A θρέψας πένητας τῆς Ἀρμενίας οὐ τοσοῦτον σίτῳ, ὅσον λόγῳ· ἔφθασε γὰρ κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ μέγας λιμὸς τὴν χώραν ἐκείνην. βασκήναντες δὲ αὐτῷ καὶ ἐπὶ τούτῳ οἱ ἀδελφοκτόνοι, μεταφέρουσιν εἰς Ἀραβισσὸν, διαφόροις ὑποβάλλοντες κακουχίαις, ἵνα τὸ ζῆν ἀπολίπῃ· κἀκεῖ πάλιν οὐ μικρῶς διαλάμψας ταῖς ἀρεταῖς· οὐ δύναται γὰρ πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη, οὐδὲ λύχνος φαιδρῶς καιόμενος ξυλίνῳ σκεπασθῆναι μοδίῳ· ἐξήγειρε γὰρ καθάπερ ἐξ ὕπνου τῆς ἀγνοίας πρὸς τὴν τοῦ λόγου ἀκτῖνα ἐκ πάσης περιχώρου τοὺς ἄγαν κεκαρωμένους τῇ ἀπιστίᾳ. σφοδρότερον δὲ τῇ φλογὶ τῆς βασκανίας κατακαιόμενοι οἱ περὶ Σευηριανὸν καὶ Πορφύριον, καὶ ἕτεροί τινες τῆς Συρίας ἐπίσκοποι, παρασκευάζουσιν αὐτὸν κἀκεῖθεν μετενεχθῆναι· βαρὺς γὰρ αὐτοῖς ἦν οὐ μόνον ἐν ταῖς νομιζομέναις εὐημερίαις, ἀλλὰ πολλῷ πλέον ἐν ταῖς δυσημερίαις, ἀφυῶς διακειμένοις B περὶ τὴν φύσιν τῶν πειρασμῶν, οὐ μεμνημένοις τοῦ πρὸς τὸν ἀπόστολον θείου χρησμοῦ ἐν ταῖς θλίψεσι γενομένου· τὸ, ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. θεασάμενοι γὰρ μεταναστᾶσαν τὴν Ἀντιοχέων ἐπὶ τὴν Ἀρμενίων, κἀκεῖθεν πάλιν ἐπὶ τὴν Ἀντιοχέων τὴν Ἰωάννου εὐχάριστον φιλοσοφίαν ᾀδομένην, ηὔχοντο καὶ τὸ ζῆν ἀπορρῆξαι, καθάπερ ὑπὸ μαστίγων τῶν διηγημάτων βασανιζόμενοι. τοιοῦτον γὰρ ὁ μισόκαλος φθόνος· ὡς τοὺς ὁρῶντας τῶν ἑπομένων αὐτοῖς κληρικῶν θαυμάζοντας λέγειν· ἴδετε νεκρὸν φοβερὸν, τοὺς ζῶντας καὶ κρατοῦντας διαπτοοῦντα, καθάπερ τοὺς παῖδας τὰ μορμολύκεια. βαβαί· οἱ τὰς κοσμικὰς δυναστείας καὶ τὸν ἐκκλησιαστικὸν ἐνημμένοι πλοῦτον μετ᾽ ἐξουσίας, μετὰ καὶ τῆς τῶν πραγ- C μάτων ἀρχῆς, τὸν ἱερέα, τὸν μόνον, τὸν ἄπολιν, τὸν ἀσθενῆ τῇ σαρκὶ, τὸν ἐξόριστον δεδιότες, ὠχριῶσι σφαδάζοντες. μηκέτι οὖν καρτερήσαντες τῇ σκηνῇ κρύπτειν τὸν ὄφιν, ἀποστείλαντες εἰς τὸ στρατόπεδον, ἐκπορίζουσι πάλιν ἀντιγραφὴν σφοδροτέραν μετὰ προστίμου· ἐντὸς στενῆς προθεσμίας μετενεχθῆναι αὐτὸν εἰς Πιτυοῦντα, τόπον πανέρημον τῶν Τζάνων, ἐπικείμενον τῇ ὄχθῃ τῆς Ποντικῆς θαλάσσης. οἱ δὲ διάγοντες αὐτὸν στρατιῶται τοῦ ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων, ἐπὶ τοσοῦτον κατήπειγον διὰ τῆς ὁδοῦ, λέγοντες τοιαύτας ἔχειν τὰς ἐντολὰς, ὡς εἰ ἀποθάνοι κατὰ τὴν ὁδὸν, μειζόνων ἀξιωθήσονται τῶν βαθμῶν. καὶ ὁ μὲν εἷς ἐξ αὐτῶν, ἔλαττον φροντίσας τῆς παρούσης στρατείας, φιλανθρωπίαν τινὰ πως διακλέπτων ἐνεδείκνυτο. ὁ δ᾽ D ἕτερος, ἐπὶ τοσοῦτον ἦν ἀπηνὴς καὶ δύσκολος, ὡς τὰς εἰς αὐτὸν γινομένας κολακείας παρὰ τῶν προστυγχανόντων ἐπὶ φειδοῖ τοῦ ἁγίου, ὕβρεις νομίζειν· τοῦτο μόνον φροντίζων τὸν Ἰωάννην δυσθανατῆσαι. ὑετοῦ μὲν γὰρ λάβρου ὄντος, ἀφροντίστως ἐξῄει, ὡς διὰ νώτου καὶ στέρνων φέρεσθαι τὰς τῶν ὑδάτων λιβάδας. σφοδρὸν δὲ πάλιν καῦμα ἡλίου, ἀντὶ τρυφῆς ἡγεῖτο· εἰδὼς ἐν τούτῳ δυσφορεῖν τὸ Ἐλισσαικὸν κράνιον τοῦ μακαρίου· εἰς πόλιν δὲ ἢ κώμην, ἔνθα λουτροῦ παραμυθία ἦν, οὐδὲ στιγμὴν ὁ δύστηνος συνεχώρει ποιεῖν. καὶ ἐν τούτοις πᾶσιν ἐπὶ τρίμηνον τὴν ἀργαλεωτάτην ἐκείνην βαδίζων ὁδὸν, ἔμενεν ὁ ἅγιος, ὡς ἀστὴρ διαστίλβων, ἔχων τὸ σωμάτιον, καθάπερ μῆλον ἐπ᾽ ἄκρων κλάδων ἡλιοφοινισσόμενον. πλησιάσαντες δὲ τῇ Κομάνῃ, καθάπερ γέφυραν αὐτὴν παρῆλθον, ἔξω τοῦ τείχους ἐν τῷ μαρτυρίῳ E μείναντες ἀπὸ πέντε ἢ ἓξ σημείων. κατ᾽ αὐτὴν δὲ τὴν νύκτα παρίστη αὐτῷ ὁ τοῦ τόπου ἐκείνου μάρτυς, Βασιλίσκος ὄνομα αὐτῷ, ὃς μαρτυρεῖ ἐπίσκοπος ὢν Κομανῶν, ἐν Νικομηδείᾳ, ἐπὶ Μαξιμίνου, ἅμα Λουκιανῷ τῷ ἐν Βιθυνίᾳ πρεσβυτέρῳ ὄντι Ἀντιοχείας· φήσας, θάρσει, ἀδελφὲ Ἰωάννη. αὔριον γὰρ ἅμα ἐσόμεθα· φασὶ δὲ, προειρήκει καὶ παραμένοντι πρεσβυτέρῳ, ἑτοίμασον τὸν τόπον τῷ ἀδελφῷ Ἰωάννῃ· ἔρχεται γάρ. ἔχων δὲ πιστῶς τὸν χρησμὸν ὁ Ἰωάννης, ἐπὶ τὴν αὔ-

cusi moratus annum unum, plurimos Armeniæ pauperes pavit, non tam pane, quam verbo. Invaserat enim per id tempus magna fames regionem illam. Cum autem & ob id ipsi inviderent illi fratricidæ, Arabissum, eum transferunt, variis vexationibus subjicientes, ut vitam tandem relinqueret. Et illic rursus non mediocriter virtutibus splendescens, (non potest enim civitas abscondi supra montem posita, neque lucerna splendide lucens ligneo modio contegi) excitavit, veluti ex ignorantiæ somno, ad sermonis divini lucem ex omni vicina regione eos, qui gravi infidelitatis sopore oppressi erant. Porro vehementius invidiæ flamma accensi Severianus & Porphyrius, ac quidem alii Episcopi Syriæ, ut ipse illinc quoque transferretur, moliuntur. Nam gravis ipsis erat non solum in prosperis quæ putantur rebus, sed multo magis in adversis. Ignorabant scilicet tentationum naturam: neque meminerant divini ad Apostolum in afflictionibus oraculi: [a] *Sufficit tibi gratia mea, virtus enim mea in infirmitate perficitur.* Videntes enim Antiochenam Ecclesiam in Armeniam migrasse; & illinc rursus Antiochiæ jucundissimam Joannis philosophiam prædicari, optabant vel vitam abrumpere, his narrationibus veluti flagris torti. Hujusmodi est bonorum hostis invidia: adeo ut clerici qui eos sequebantur, cum id viderent, mirabundi dicerent: Videte mortuum terribilem, vivos victoresque terrentem, ut pueros terrent larvæ. Papæ! ii qui sæcularibus potestatibus atque Ecclesiasticis opibus succincti sunt cum potestate & cum rerum imperio, Sacerdotem, solum, extorrem, corpore infirmum, exsulem timent, & pallent titubantes. Cum igitur non possent amplius serpentem casa conditum retinere, mittentes ad Comitatum, rursus rescriptum acrius obtinent cum mulcta: intra breve tempus ut transferretur Pityuntem, locum regionis Tzanorum desertissimum, ad littus Pontici maris situm. Milites autem Præfecti Prætorii qui eum ducebant, per viam eum maxime urgebant, dicentes id habere se in mandatis; tamquam, si mortuus esset in itinere, ad majores gradus evehendi. Et unus quidem ex iis de præsenti militia minus solicitus, nonnihil humanitatis quodammodo furtim ostendebat. Alter autem usque adeo crudelis erat atque atrox, ut blanditias quæ sibi ab occurrentibus fiebant, ut sancto parceret, injurias reputaret: illud unum curans ut mala morte Joannes enecaretur. Cum enim imber esset vehemens, nihil curans egrediebatur; ita ut & per dorsum & per pectus aquarum rivi decurrerent. Ingentem rursus solis æstum pro deliciis habebat, cum nosset eo beati Joannis caput, Elisæi instar calvum, vexari. Ceterum in urbe aut vico ubi balneorum solatium erat, ne momento quidem infelix ille permittebat Sanctum morari. In his omnibus ad menses tres difficillimum illud iter faciens sanctus, veluti sidus coruscans perstabat; habens corpusculum ut pomum in supremis ramis a sole rubens. Cum autem Comanis appropinquassent, pontis instar ea prætergressi, extra muros in martyrio quinque aut sex millibus dissito manserunt. Eadem ipsa nocte apparuit ei loci illius martyr, nomine Basiliscus, qui Episcopus Comanorum cum esset, martyrium passus est Nicomediæ in Bithynia, sub Maximino, una cum Luciano Presbytero Antiocheno, dicens: Macte animo, frater Joannes: crastina enim die una erimus. Prædixerat quoque, ut ajunt, & ibi permanenti Presbytero: Para locum fratri Joanni: venit enim. Oraculo fidens Joannes, sequenti die oravit milites

a II. Cor. XII. 9.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

ριον παρεκάλει αὐτοὺς ἕως πέμπτης ὥρας ἐκεῖ παραμεῖναι· οἱ δὲ μὴ πεισθέντες, ἐξήλαυνον· ἐλθόντες δὲ ὡς σταδίους τριάκοντα, πάλιν ὑποστρέφουσιν εἰς τὸν τόπον τοῦ μαρτυρίου, ἀφ' οὗ ἀπῆραν, ἔχοντος αὐτοῦ ὀξέως. οὕτως οὖν ἐλθὼν, ἐπιζητεῖ τὰ ἄξια τοῦ βίου λαμπρὰ ἱμάτια, καὶ ἀποδυσάμενος τὰ πρότερα, ἐνεδύσατο νήφων, ἀλλάξας ἕως ὑποδημάτων· τὰ λοιπὰ δὲ διένειμε τοῖς παροῦσι. καὶ κοινωνήσας τῶν δεσποτικῶν συμβόλων, ποιεῖ τὴν τελευταίαν ἐπὶ τῶν παρόντων προσευχήν· εἰπὼν τὸ ἐξ ἔθους ῥῆμα· δόξα τῷ Θεῷ πάντων ἕνεκεν· ἐπισφραγισάμενός τε τὸ ὕστερον Ἀμὴν, ἐξῆρε τοὺς πόδας, τοὺς ὡραίως δραμόντας ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν τὴν μετάνοιαν εἰλομένων, καὶ ἐλέγχῳ τῶν τὴν ἁμαρτίαν πλουσίως γεωργησάντων. εἰ δὲ οὐδὲν ὤνησαν οἱ ἔλεγχοι τοὺς φαύλους, B τοῦτο οὐκ ἀτονίας τοῦ παῤῥησιασαμένου, ἀλλ' ἰταμότητος τῶν μὴ ἀνασχομένων. προστεθεὶς πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ, τὴν κόνιν ἀπομαξάμενος, καὶ πρὸς Χριστὸν διαπεράσας, ὡς γέγραπται· ἥξεις δὲ εἰς τὸν τάφον σου, ὥσπερ σῖτος ὥριμος κατὰ καιρὸν θεριζόμενος· παρανόμων δὲ ψυχαὶ ἄωροι ἀποθανοῦνται. τοσοῦτος δὲ ἑσμὸς παρθένων καὶ ἀσκητῶν, καὶ τῶν ἐπὶ σεμνότητι βίου μαρτυρομένων παρῆν ἀπό τε Συρίας, καὶ Κιλικίας, καὶ Πόντου, καὶ Ἀρμενίας, ὡς τοὺς πολλοὺς νομίσαι, ἀπὸ συνθήματος αὐτοὺς παραγενέσθαι. ἐνταφιασθεὶς δὲ, καὶ ἑορτασθεὶς, καθάπερ ἀθλητὴς νικηφόρος, τὸ σωμάτιον θάπτεται μετὰ τοῦ Βασιλίσκου ἐν τῷ αὐτῷ μαρτυρίῳ.

A ut ad horam quintam usque ibi permanerent. Illi vero non auditis ejus precibus, inde abscesserunt; confectis circiter triginta stadiis, rursus ad martyrium unde discesserant, redierunt, cum graviter ille se se haberet. Sic igitur reversus, candidas vestes, vita quam duxerat dignas, requirit; exutusque prioribus, eas sibi jejunus induit, omnibus ad calceamenta usque mutatis: atque reliquas præsentibus distribuit. Et sumtis Dominicis symbolis, coram adstantibus ultimam orationem facit. Et cum dixisset more suo, *Gloria Deo propter omnia*, & ultimum Amen obsignasset, extendit speciosos pedes, qui cucurrerunt ad salutem eorum qui elegerant pœnitentiam, & ad reprehensionem illorum B qui peccata copiose excoluerant. Quod si ejus reprehensiones nihil improbis profuerunt, caussa non est imbecillitas doctoris libere loquentis, sed impudentia hominum, qui eas non sustinuerunt. Appositus ad patres suos, & abjecto pulvere, ad Christum transiit ut scriptum est: [a] *Venies autem ad sepulcrum tuum, tamquam frumentum maturum, quod tempore suo metitur: impiorum autem animæ immaturæ morientur.* Tanta autem multitudo Virginum, Monachorum, & qui sanctitatis testimonium habebant, aderat e Syria, Cilicia, Ponto atque Armenia; ut plerique putarent quasi dato signo eos advenisse. Pollinctus igitur ad sepulturam, & festa celebritate honestatus, velut victor athleta, una cum Basilisco sepelitur in eodem martyrio.

## CAPUT XII.

ΠΡὸς τούτοις ὁ Θεόδωρος ἐπιθαυμάσας ἤρετο λέγων τὸ γραφικόν· ἐπειδὴ γέγραπται, μὴ ἀστοχήσῃς διηγήματος γερόντων· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ παρὰ τῶν πατέρων ἔμαθον. ἀόκνως φράσον ἡμῖν τίς ἡ αἰτία τοῦ μόνον αὐτὸν ἐσθίειν, καὶ εἰ ἀληθῶς μόνος, ὡς λέγουσιν, ἤσθιεν. ὁ Ἐπίσκ. ὡμολόγηται μὲν ὅτι μόνος ἤσθιεν. οὐκ ἐβουλόμην δέ σε, Θεόδωρε ἐμμελέστατε, τὰ τῶν γαστριμάργων νηπίων διερωτᾶν. ἀνὴρ γὰρ ὑπάρχων, τὰς ἀνδρῶν ἀρετὰς ἐπιζητεῖν ὀφείλεις· πῶς εἶχε περὶ ἀφοβίας, περὶ χρημάτων, περὶ σωφροσύνης, πραΰτητός τε καὶ δικαιοσύνης, ἐλεημοσύνης, φρονήσεώς τε καὶ ἀνδρείας, καὶ λήθης ἢ μνήμης. βρῶμα γὰρ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ, οὔτε ἐὰν φάγωμεν, οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν· ἀλλὰ γνῶσις μετὰ πράξεως ἐνεργουμένη· αὐτὸς δὲ ἤσθιε μόνος, ὡς ἐκ μέρους γινώσκω, διὰ ταύτας D τὰς αἰτίας· πρῶτον μὲν οἶνον οὐκ ἔπινε, διὰ τὴν τῆς κεφαλῆς θέρμην, εἰ μή που ἐν τοῖς καύμασι τῷ διὰ ῥόδων ἐχρῆτο· δεύτερον, ὅτι τάξιν ὁ στόμαχος αὐτοῦ οὐκ εἶχεν ἀπό τινος ἀσθενείας· ὡς πολλάκις τὰ εὐτρεπισθέντα, ἀηδῆ φανῆναι, καὶ ἐπιζητεῖν τὰ μὴ παρόντα· εἶτα ἦν ὅτε καὶ λήθην ἐλάμβανε τῶν βρωμάτων, παρατείνων ἕως ἑσπέρας. τοῦτο μὲν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς διασπώμενος φροντίσι· τοῦτο δὲ ταῖς πνευματικαῖς περισπώμενος θεωρίαις. ἠγωνίζετο γὰρ μηδὲν ἀπορεῖν τῶν θείων γραφῶν. φιλεῖ δέ πως τὰ τοιαῦτα ἢ τὴν ἀσιτίαν, ἢ τὴν κουφοσιτίαν. ἔθος δὲ τοῖς δαιτυμόσιν, ἐὰν μὴ αὐτοῖς τις συνιδρώσῃ, ἢ συμβροχθήσῃ, ἢ συγκαγχάσῃ γέλωτι ἀσήμῳ, ἐπ' ἄκρων δακτύλων χλιαρὰν φέρων τὴν κύλικα, εἰς κακηγορίαν E ἄγειν τὴν τῆς τραπέζης φιλοφροσύνην. τόδ' ὅλον, ὡς οἶμαι, καὶ ἀληθέστερον, φειδωλὸς ἦν εἰς ἄγαν πρὸς τοὺς τῆς τρυφῆς, ἱεροσυλίαν νομίζων τὴν εἰς τοὺς τοιούτους δαπάνην. ὁμοῦ καὶ τῶν οἰκονόμων τὰς τῆς κλοπῆς ἀφορμὰς περικόπτων, ἵνα μὴ δεκαπλασιάσωσι τὰς τιμὰς τῶν ὀψωνίων ἐν τοῖς βρεβείοις, τὰς τῶν πενήτων σφετερισάμενοι χρείας· πρὸς τούτοις τὸ πλῆθος [1] τῆς πόλεως ἐννοῶν, ἐσκόπει ὅτι ἢ πάντας ἀξιώ-

C AD hæc Theodorus miratus, interrogabat, scripturæ verbis usus. Cum scriptum sit, ajebat: [b] *Non aberrabis a narratione seniorum. Nam & ipsi a patribus didicerunt:* Dic nobis lubenter quæ caussa fuerit, cur solus ille cibum sumeret, & an vere solus, ut ajunt, ederet. EPISC. In confesso quidem est quod solus ederet. Sed nollem, lepidissime Theodore, quæ sunt gulosorum infantium, quæsivisse te. Vir enim cum sis, virorum virtutes exquirere debes: quemadmodum esset intrepidus, qualis esset in pecuniis, in temperantia, in mansuetudine & justitia, in eleemosyna, prudentia atque fortitudine, in oblivione vel memoria. Non enim cibus Deo nos commendat, neque D si ederimus, neque si non ederimus, sed cognitio cum actione operans. Ipse vero solus edebat, ut ex parte novi, has ob caussas. Primum quidem vinum non bibebat ob capitis calorem: nisi forte per æstum rosaceo uteretur. Secundo, quia stomachus ejus ob quamdam infirmitatem inordinatus erat, ita ut edulia bene præparata, ipsi injucunda viderentur; & requireret alia quæ non adessent. Deinde aliquando edere obliviscebatur, ad vesperam usque differens; partim curis Ecclesiasticis occupatus, partim divinis contemplationibus abstractus. Contendebat enim ut nihil divinarum scripturarum sibi impervium esset. Talia autem aut inediam, aut levem cibum amant. Porro mos est convivis, E nisi quis cum ipsis sudet, aut sorbeat, aut indecenti risu cachinnetur, summis digitis tepidum poculum gestans, mensæ comitatem in maledictum vertere. Ad summam autem, ut puto, & verissime, valde parcus erat erga convivas luxuriosos: sacrilegium ratus sumtus qui in tales fierent: simul & œconomis furandi occasiones præcidens, ne decuplarent pretia opsoniorum in brevibus, necessitates pauperum sibi vindicantes. Præterea civitatis multitudinem considerans, videbat, aut omnes Honoratos

a Job V. 26. b Eccles. VIII. 9.

1. Ambr. ἔθος. Georg. πλῆθος.

μα ὀφείλει ταύτης τῆς τιμῆς ἀξιῶσαι ὡς Χριστοῦ οἰκονόμος, ἢ μηδενὶ παρασχεῖν τὸ πρᾶγμα. ἀποβλέψας δὲ εἰς τε τοὺς τῆς τραπέζης θορύβους, καὶ εἰς τὸ πλῆθος τῶν ἀναλωμάτων τῶν πτωχικῶν, ἐφρικίασε πρὸς τὸ πρᾶγμα, μακρὰν χαίρειν εἰπὼν ταῖς τοιαύταις κακολογίαις, καὶ τὸ τῶν Πράξεων ἑαυτῷ κατεπᾴδων. ἄνδρες ἀδελφοὶ, οὐκ ἐξὸν ἡμῖν τραπέζαις διακονεῖν, ἀλλὰ καταστήσωμεν ἄνδρας εὐλαβεῖς ἐπὶ τῆς χρείας. ἡμεῖς δὲ σχολάσωμεν τῷ λόγῳ καὶ τῇ προσευχῇ. ὥσπερ γὰρ ἀγωνιστὴς ἵππος σταδιοδρομεῖν οὐκέτι δυνάμενος, μύλωνι ἐγκαταστάσσεται, ἀτέλεστον κύκλον γυρεύων· οὕτως ἀποκνήσας διδάσκαλος πρὸς τοὺς τῆς ἀρετῆς λόγους, τὴν ἐκ τῆς τραπέζης προβάλλεται θήραν. καὶ εἴθε κἂν τοῖς πεινῶσι καὶ δεομένοις, ὅθεν ἔνεστι καὶ κερδᾶναι τὸν μακαρισμὸν τοῦ δεσπότου, τὸ, ἐπείνων καὶ ἐχορτάσατέ με. ἀλλ' ἢ μόνοις πλουσίοις τοῦ εὖ ἀκοῦσαι χάριν ἢ δόξης μαραινομένης, ἢ τοῦ ὁμοίως ἀντικληθῆναι· ἢ εἰ τούτων οὐδὲν, ἵνα μὴ κακῶς ἀκούσῃ· οὐ μεμνημένος τοῦ ταλανισμοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος· οὐαὶ ὑμῖν, ὅταν καλῶς ὑμῖν εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. οὐκ εἶπεν, οἱ πτωχοί· ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι[. κατὰ ταυτὸν γὰρ ἐποίουν τοῖς ψευδοπροφήταις] οἱ πατέρες αὐτῶν. μὴ ζητῶμεν οὖν ὡς οἱ κενόδοξοι, ὦ Θεόδωρε, ψευδοπροφήτου δόξαν. ἦλθε γὰρ Ἰωάννης, μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, καὶ λέγουσι· δαιμόνιον ἔχει· ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγουσιν· ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος, καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. ὁ Διάκ. οὐ πάντως, ὦ ἄριστε πάτερ, ψέξας ἢ καταδραμὼν τῆς τοιαύτης ἀσκήσεως, τὴν πεῦσιν προσήγαγον τῇ σῇ ἀκριβολογίᾳ. ᾔδειν γὰρ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς φήμης, καὶ ἐκ τῶν εἰς ἡμᾶς φθασάντων αὐτοῦ συγγραμμάτων, ἢ ὁμιλιῶν, ἢ ἐπιστολῶν, τὴν τοῦ ἀνδρὸς διάνοιαν. ἀλλ' ἵνα τὸν σκοπὸν μαθὼν, ζηλώσω τὸ πρᾶγμα. τίς γὰρ οὕτως εἰς ἅπαν ἠλίθιος, ἵνα ἀγνοήσῃ ὅτι μείζων ἡ ζημία τοῦ ἐκ τραπέζης κέρδους· εἰ μή ποτε χρεία γένηται ἐν ἀνάγκῃ ξενίσαι ἁγίους. ὁ Ἐπίσκ. ταῦτα εἶπον κἀγὼ φιλαληθέστατε Θεόδωρε, οὐκ ἐξευτελίζων τὴν πατρικὴν ἀρετὴν, μάλιστα τῆς φιλοξενίας. μία γάρ ἐστι τῶν λοιπῶν ἀρετῶν, τῶν εἰς εὐσέβειαν συντεινουσῶν. δι' ὧν καὶ οἱ κύριοι πατριάρχαι, ὁ μὲν τὸν σωτῆρα Θεὸν τῇ τραπέζῃ ἐθήρευσεν, ὁ δὲ τοὺς ἀγγέλους ἐξένισεν· ὁ μὲν υἱὸν ἐν γήρει, ὁ δὲ σωτηρίαν τὴν ἐκ Σοδόμων, μισθὸν σὺν ταῖς θυγατράσιν εὑράμενοι· περὶ ὧν καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει, παρορμῶν ἡμᾶς εἰς τὸ μίμημα· τῆς φιλοξενίας, λέγων, μὴ ἐπιλανθάνεσθε. διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους. δεῖ δὲ τὸν ξενοδόχον τὸ μὲν φρόνιμον ἔχειν τοῦ ὄφεως, τὸ δὲ ἀκέραιον τῆς περιστερᾶς, πειθόμενον δύο λογίοις. καὶ τῷ· παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου. καὶ τῷ· μὴ πάντα ἄνθρωπον εἰσάγαγε [1] εἰς τὸν οἶκόν σου. ἵνα μὴ λύκον ἀντὶ προβάτου δεξάμενος, ἢ ἄρκτον ἀντὶ βοὸς, τῇ ζημίᾳ τὸ κέρδος ἀπεμπολήσῃ. δοκιμάζειν δὲ πρῶτον τὸν τόπον ὀφείλει, ἐν ᾧ τις ἐτάχη, εἰ ἔρημος, ἢ πολύοχλος. εἶτα τὴν ἑαυτοῦ ἐπιτηδειότητα. εἰ οἷός τέ ἐστιν ἀλλόκοτα βαστάζειν ἤθη, τότε διακρίνειν τὸν εὖ ὀφείλοντα παθεῖν. εἰ πλούσιός ἐστιν, ἢ πένης, ἢ ὑγιὴς, ἢ ἄρρωστος, ἢ βρωμάτων ἐπιδέεται, ἢ ἐνδυμάτων. ἐν τούτοις γὰρ ὁ πρακτικὸς ἔλεος διανύεται. ὁ γὰρ μακάριος Ἀβραὰμ, οὐχ ὑπάτους, οὐδὲ στρατηγοὺς, οὐδὲ τοὺς ἐπ' ἐξοχῆς ἄνδρας τοῦ περιγείου κόσμου ἐξένισε· παρ' οἷς ἵπποι κημῷ ἢ χαλινῷ ἀποστίλβοντες, ἢ σαράβαρα χαλκοτύμπανα, πόρρωθεν τῆς ὑπερηφανίας τὸν κτύπον ἀπερευγόμενα· ἀλλ' ἔρημον οἰκῶν τόπον, τοὺς ἐκεῖ

A debere se tali honore dignari, ut Christi dispensatorem, aut nulli rem illam præbere. Respiciens quoque & ad mensæ tumultus & ad magnitudinem impensarum, exhorruit rem illam, longum valedicens ejusmodi maledictis; illud de Actibus Apostolorum sibi succinens: [a] *Viri fratres, non licet nobis ministrare mensis, sed constituamus viros religiosos ad hoc opus; nos vero vacemus prædicationi & orationi.* Quemadmodum enim equus Circensis qui stadium decurrere amplius non potest, ad molam relegatur, infinitum circulum gyrans; sic ad virtutis sermones pigrescens doctor, mensam quasi retia ad captandos homines prætendit: atque utinam saltem esurientibus, & egenis; unde licet be-

B nedictionem Domini lucrari: [b] *Esurivi, & satiastis me.* Sed non divitibus, ut bene audiat, aut marcescibilis gloriæ caussa, aut ut vicissim ab illis invitetur: aut si nihil istorum, ut non male audiat; immemor maledictionis Domini dicentis: [c] *Væ vobis, cum vobis benedixerint omnes homines.* Non dixit pauperes, sed homines. *Similiter enim faciebant falsis prophetis patres eorum.* Non quæramus igitur ut vanæ gloriæ cupidi, o Theodore, falsi Prophetæ gloriam. [d] *Venit enim Joannes, neque manducans neque bibens* in via justitiæ; *& dicunt, Dæmonium habet: Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & vini potor, Publicanorum amicus & Peccatorum.*

C DIAC. Non ut omnino vituperem, optime Pater, aut insecter talem vitæ severitatem, hanc interrogationem interposui exactæ narrationi tuæ. Sciebam enim & ex ipsa fama & ex scriptis ejus quæ ad nos pervenerunt, & ex homiliis aut epistolis, viri illius propositum: sed ut ejus proposito comperto, rem illam æmularer. Quis enim adeo omni ex parte stolidus est, ut ignoret majus esse detrimentum ex mensa quam lucrum, nisi opus sit in necessitate Sanctos hospitio excipere? EPISC. Hæc & ego dixi, veritatis amantissime Theodore, non extenuans virtutem Patrum nostrorum, maxime hospitalitatis. Ex virtutibus enim ceteris quæ ad pietatem tendunt, ea una est per quam domini Patriarchæ, alius quidem servatorem Deum convi-

D vam nactus est, alter Angelos hospites habuit, alius quidem filium in senectute, alter vero salutem e Sodomis cum filiabus mercedem nacti: de quibus & Apostolus ait, excitans nos ad imitationem, [e] *Hospitalitatis ne oblivíscamini; per eam enim quidam Angelos hospitio receperunt vel nescientes.* Oportet autem hospitum susceptorem, & prudentiam serpentis habere, & simplicitatem columbæ, duobus Domini dictis obtemperantem. Huic: [f] *Omni petenti te, tribue.* Et huic: [g] *Non omnem hominem introduc in domum tuam,* ne lupum pro ove admittens, aut ursum pro bove, damno lucrum permutes. Primo autem locum probare debet, in quo constitutus est, an desertus, an fre-

E quens: deinde ingenium suum, an possit absurdos mores tolerare: tunc dignoscere qui beneficio affici debet, an dives sit, an pauper, an sanus, an infirmus: an cibo egeat, an vestibus: in his enim actuosa misericordia occupatur. Beatus enim Abraham, non Consules, non Duces, non præcellentes hujus terreni sæculi viros excepit hospitio, apud quos essent equi camo aut fræno coruscantes, aut sarabara ære sonantia, superbiæ strepitum de longe eructantia: sed desertum habitans locum, eo con-

[a] Act. vi. 2. [b] Matth. xxv. 35. [c] Luc. vi. 26. [d] Matth. xi. 18. [e] Heb. xiii. 2. [f] Luc. vi. 32. [g] Eccli. xi. 29.

1. Al. ἄσαγε.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

φθάνοντας ἐδεξιοῦτο. οἱ δὲ τὴν ἔρημον διαβαίνοντες, A ἢ δι' ἀρετὴν ἀπήεσαν πρὸς τὸν πατριάρχην, ἢ διὰ πτωχείαν τὴν ἐπιτεταμένην καὶ πενίαν. πενία γάρ ἐστι μεσότης ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως· ὑπερβολῆς μὲν πλούτου· ἐλλείψεως δὲ πτωχείας. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Λὼτ χείρονα τῆς ἐρήμου πόλιν οἰκῶν, εἰκότως ἐδεξιοῦτο τοὺς ἐπιχωριάζοντας ξένους διὰ τὸν τρόπον τῶν κατοικούντων· εἰ δέ τις πόλιν οἰκῶν εὐνομωτάτην, οἷα ἡ Κωνσταντίνου, ἐν ᾗ πάντες εἰσὶ ξενοδόχοι· περισσῶς τάχα τις τῶν πρεσβυτέρων τὴν τοῦ λόγου καταλείψας διακονίαν, βρεβείοις σχολάζων ὀψωνίων, οὗτος λέληθεν ἑαυτὸν, κάπηλον ἀντὶ διδασκάλου νομίζων, τῇ ὑδαρότητι τῶν λογισμῶν τὴν ἄκρατον ἐξαφανίζων γνῶσιν, τὸν προφητικὸν καρπούμενος ὄνειδον: οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν B οἶνον ὕδατι. ὅσον γὰρ διαφέρει τοῖς ἀτονοῦσιν ὕδατος ὁ οἶνος· τοσοῦτον ὑπερβάλλει ξενοδοχίας διδασκαλία. ἡ μὲν γὰρ ὠφελεῖ τοὺς κατ' αὐτὸν, ἡ δὲ καὶ τοὺς μετ' αὐτόν. καὶ ἡ μὲν τοὺς παρόντας [1] μόνον κερδαίνει· ἡ δὲ καὶ τοὺς ἀπόντας: τοὺς παρόντας μὲν διὰ τῆς γλώσσης. τοὺς ἀπάντας δὲ διὰ τῶν γραφομένων. οἷος ἦν ἐν σαρκὶ ὁ σωτήρ. θρέψας μὲν τοῖς ἄρτοις πεντακισχιλίους, οὐκ ἐν πόλει, ἀλλ' ἐν ἐρήμῳ. διδάξας δὲ καὶ τοὺς παρόντας διὰ τῆς γλώσσης· σώσας δὲ τὴν οἰκουμένην διὰ τῶν γεγραμμένων εὐαγγελίων· τοιοῦτοι γὰρ οἱ λόγοι μάλιστα τῶν πνευματοφόρων. καὶ μὴ θαυμάσῃς, Θεόδωρε, εἴ τις πεινῶντα βρωμάτων ἐμπλήσῃ· ἀλλ' εἴ τις τινὸς ἀγνοίας τὴν ψυχὴν ἀπαλλάξῃ. ὁ μὲν γὰρ C τὴν γαστέρα χορτάζων ἢ δωρεᾷ, ἢ ἀργυρίου, ἢ ἄρτου, ἢ διὰ λαχάνων, εὐκόλως εὑρίσκεται τὴν χρείαν παρέχων. ὁ δὲ τοῦ λόγου τροφεὺς σπανίως μὲν εὑρίσκεται· εὑρεθεὶς δὲ, ἢ οὐ πιστεύεται, ἢ μόλις πιστεύεται, τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἀεὶ ἀντιπραττόντων τῇ τῶν ψυχῶν σωτηρίᾳ. τοῦτον τὸν τοῦ λόγου τῆς διδασκαλίας λιμὸν ἐν εἴδει τιμωρίας ἀπειλῶν ἐπάγειν ὁ δεσπότης Θεὸς, ἔλεγε τῷ προφήτῃ· ἐπάξω ἐπ' αὐτοὺς λιμόν. οὐ λιμὸν ἄρτου καὶ ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου. καὶ περὶ μὲν τοῦ αἰσθητοῦ λιμοῦ, ἔστιν ἐγκαταλείψαντα τὴν ἐνδεομένην πόλιν ἢ χώραν, ἐν ἄλλῃ σωθῆναι· ὥσπερ οἱ ἅγιοι πατριάρχαι ἀπὸ Παλαιστίνης εἰς Αἴγυπτον κατιόντες. περὶ δὲ τοῦ κατὰ νοῦν λιμοῦ, ὃς οὐκ ἄλλοθεν D ἐπισυμβαίνει ταῖς ἐκκλησίαις ἢ δι' ἀπορίαν τῶν διδασκάλων, πάλιν ἔλεγεν ἕτερος προφήτης· περιδραμοῦνται ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν ζητοῦντες τὸν λόγον τοῦ κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὑρήσωσι. τί γὰρ ἀγαθὸν οὐ φύεται ἀπὸ διδασκαλίας; τί δὲ ἄκαιρον οὐκ ἐφευρίσκεται ἀπὸ ἀκαίρου τροφῆς ἢ συμποσίου; νόσοι, μάχαι, ὕβρεις αἱ ὑπὸ γαστέρα, καὶ τὰ τούτων ἑξῆς. πότε ἡ Εὔα ἐκβέβληται τοῦ παραδείσου; οὐχ ὅτε τοῦ ὄφεως ἤκουσε φαγοῦσα τοῦ ξύλου, μὴ ἀρκεσθεῖσα τῇ τεταγμένῃ τροφῇ; πότε Κάϊν τὸ τῆς ἀδελφοκτονίας εἰργάσατο μίασμα; οὐχ ὅτε τῶν ἀπαρχῶν ἀπεγεύσατο πρῶτος, τῇ ἑαυτοῦ λαιμαργίᾳ τὰ πρωτεῖα φυλάξας; πότε τὰ τέκνα τοῦ Ἰὼβ αὐτοσχέδιον τάφον τὴν τράπεζαν εὕραντο; οὐχ ὅτε ἤσθιον καὶ ἔπινον; E πότε ὁ Ἠσαῦ εὐλογίας ἐξέπεσεν; οὐχ ὅτε τῇ κοιλίᾳ ἐδούλευσεν ἀπατηθεὶς τῷ τροφείῳ; πότε Σαοὺλ τῆς βασιλείας ἐξέπεσεν; οὐχ ὅτε τὰ κάλλιστα τῶν προβάτων παρὰ τὸν νόμον ἔφαγε; πότε δὲ ὁ λαὸς τοῦ Ἰσραὴλ τὸν Θεὸν παρώξυνεν; οὐχ ὅτε τῆς Αἰγυπτιακῆς ἐπεθύμει τραπέζης, κρέα καὶ λέβητας ἐπιζητῶν παρὰ τοῦ διδασκάλου; Ὀφνὶ καὶ Φινεὲς οἱ υἱοὶ τοῦ Ἠλὶ, διὰ τί ἐθανατώθησαν ἐν ὥρᾳ μιᾷ ἐν τῷ πολέμῳ; οὐχ ὅτι ἥρπαζον ταῖς κρεάγραις ἀπὸ τῶν λεβήτων τὰ κρέατα, τὰ ὄντα τῆς θυσίας; Ἰακὼβ δὲ ὁ ψεκτὸς, διὰ τί ἀπελάκτισεν; οὐκ ἐπειδὴ ἐνεπλή-

venientes excipiebat. Qui autem desertum transibant, aut propter virtutem abibant ad Patriarcham, aut propter mendicitatem, quæ ultima paupertas est. Paupertas enim medium est inter excessum & defectum: excessum quidem divitiarum, defectum vero mendicitatis. Similiter vero & Lot deteriorem quovis deserto urbem habitans, jure excipiebat adventantes hospites ob improbos mores incolarum. Porro siquis civitatem optime moratam habitans, qualis Constantinopolis, in qua omnes sunt hospitum susceptores, superfluo forte quis e Presbyteris, relicto prædicationis ministerio, examinandis opsoniorum brevibus vacaret, oblitus sui; cauponem pro doctore se reputans, & aquosis cogitationibus puram & meram cognitionem abolens cum acquisitione prophetici probri: [a] *Caupones tui miscent vinum aquæ.* Nam quanto magis infirmis vinum aqua præstantius est, tanto doctrina hospitalitatem superat. Hæc enim hominibus sui temporis prodest, illa vero & posteris. Et hæc quidem præsentes solummodo lucratur, illa vero & absentes: præsentes quidem lingua, absentes vero per scripta. Talis fuit in carne Servator, qui panibus quinque hominum millia pavit, non in civitate, sed in deserto. Qui lingua quidem & præsentes docuit, orbem vero terrarum salvavit per scripta evangelia. Tales enim sunt sermones eorum maxime qui Spiritu sancto pleni sunt. Neque mireris, Theodore, si quis esurientem cibis impleverit, sed si quis ab aliqua ignorantia animum cujuspiam liberarit. Qui enim ventrem alienum pascat aut gratis aut pecunia, aut pane aut oleribus, facile invenitur. Qui autem verbo animam nutriat, is difficile quidem invenitur: inventus autem, non creditur, aut vix creditur, malis spiritibus semper animarum saluti obsistentibus. Hanc verbi doctrinæ famem supplicii loco immittere minitans Dominus Deus dixit Prophetæ: [b] *Inducam super eos famem; non famem panis vel aquæ, sed famem audiendi verbum Domini.* Et in sensibili quidem fame, licet relicta civitate aut regione quæ fame oppressa est, in aliam fugere: sicut sancti Patriarchæ e Palæstina in Ægyptum descenderunt. De mentis autem fame, quæ non aliunde Ecclesiis supervenit quam penuria doctorum, rursus alius Propheta dixit: [c] *Circumibunt ab Oriente ad Occidentem quærentes verbum Domini, & nullatenus invenient.* Quod autem bonum a doctrina non provenit? Quid vero non molestum ab intempestivo cibo aut convivio non exoritur? Morbi, rixæ, contumeliæ libidinis, & quæ illa subsequuntur. Quando Eva ejecta fuit ex paradiso? nonne quando audiit serpentem, & comedit ex ligno, non contenta ordinario cibo. Quando Cain fratricidii piaculum commisit? nonne quando e primitiis gustavit primus, gulæ suæ præcipua reservans. Quando filii Job mensam extemporale sepulcrum nacti sunt? nonne cum comedissent & bibissent. Quando Esau benedictione privatus est? nonne cum cibo inescatus servivit ventri. Quando Saul regno excidit? nonne cum pulcherrimas oves præter legem comedit. Quando autem populus Israel Deum irritavit? nonne cum Ægyptiam concupiebat mensam, carnes & lebetes a Doctore requirens. Ophni & Phinees filii Heli quare una hora occisi sunt in bello? nonne quia rapiebant fuscinis carnes sacrificii e lebetibus. Jacob vero ille vituperabilis quando recalcitravit? nonne cum impletus erat,

a Isa. I. 22. b Amos VIII. 11. c Ibid. ℣. 12.

1. In Bigotiana Editione, hic quædam Græce desunt, quæ in versione Latina exprimuntur, & ex mss. addita sunt.


σθη, καὶ ἐλιπάνθη, καὶ ἐπαχύνθη καὶ ἐπλατύνθη; πότε δὲ Σοδομῖται παρὰ φύσιν ἐξοίστρησαν; οὐχ ὅτι συνεχέσι συμποσίοις τὴν γνώμην παρέφθειραν, ὑπὸ τοῦ Ἐζεκιὴλ ἐφ' ὕβρει μνημονευόμενοι λέγοντος· ἐν εὐθηνίᾳ οἴνου καὶ πλησμονῇ ἄρτου ἐσπατάλων αὐτοί [1], τοῦτ' ἔστιν ἡ πόλις· καὶ αἱ θυγατέρες αὐτῆς, τοῦτ' ἔστιν αἱ κῶμαι, τὸν νόμον ἀεὶ τῆς πόλεως ἔχουσαι. ὁ τῆς σωφροσύνης δὲ λογισμὸς, πότε παρείθη τοῦ παλαιοῦ λαοῦ; οὐχ ὅτε ὁμοίως κατεγήρασαν ἐπὶ στιβάδων, τοῦ προφήτου σχετλιάζοντος· οἱ ἐσθίοντες ἐρίφους ἐκ ποιμνίων, καὶ μόσχους ἐκ βουκολίων γαλαθηνοὺς, πίνοντες τὸν διυλισμένον οἶνον, καὶ τὰ πρῶτα μύρα χριόμενοι, κατασπαταλῶντες ἐπὶ ταῖς στρωμναῖς αὐτῶν· καὶ οὐδὲν ἔπασχον ἐπὶ τῇ συντριβῇ Ἰωσήφ. τίσι τὸν ταλανισμὸν ὁ Ἡσαΐας ἐπήγαγεν; οὐχὶ τοῖς ἐν συμποσίοις ὀρθρίζουσιν, οὕτως λέγων· οὐαὶ οἱ ἐγειρόμενοι τὸ πρωῒ, καὶ τὸ σίκερα διώκοντες, οἱ μένοντες τὸ ὀψέ. ὁ γὰρ οἶνος συγκαύσει αὐτούς· μετὰ γὰρ κιθάρας καὶ ψαλτηρίου τὸν οἶνον πίνουσι. τὰ δὲ ἔργα κυρίου οὐκ ἐμβλέπουσι. πότε οἱ ἱερεῖς τοῦ Βὴλ ὑπὸ τοῦ Δανιὴλ καταισχυώθησαν (sic); οὐχ ὅτε ἡ σποδὸς αὐτοὺς ἤλεγξε διὰ βρωμάτων ἢ πομάτων θηρεύσασα; καὶ τί δεῖ με λέγειν περὶ τῶν τὴν πλατεῖαν βαδίζειν εἱλαμένων, καὶ τὴν στενὴν λοιδορούντων; ἀρκεῖ μοι ὁ σωτήριος λόγος πρὸς ἔλεγχον τῶν κνισσοδιωκτῶν. ὅπου τὸν ἀνώνυμον πλούσιον, λαμπρῶς καθ' ἡμέραν εὐφραινόμενον ἐν τῷ παρόντι βίῳ, δείκνυσι ψιχίων καὶ ῥανίδος τοῦ πένητος Λαζάρου ἐπιποθοῦντα. ἴδωμεν δὲ καὶ τὸν χορὸν τῶν πάλαι ἁγίων, καὶ μάθωμεν ὅλως ποίῳ χαρακτῆρι τῆς διδασκαλίας ἐχρήσαντο· τῷ διὰ βίου σεμνοῦ καὶ λόγου ὀρθοῦ, ἢ τῷ διὰ συμποσίων καὶ εὐωχίας. πρῶτος ὁ Ἐνὼχ πίστει μετετέθη, ἢ συμποσίῳ; εἶτα ὁ Νῶε, τὸ τῆς οἰκουμένης γένος πίστει διέσωσεν ἐν τῷ ξύλῳ, ὅτε ὁ περίγειος ἐκαθαρίζετο κόσμος ἀπὸ τῆς τῶν συμποσίων καὶ ἀκαθάρτων ἔργων συνεχείας, ἢ τῇ νηστείᾳ καὶ προσευχαῖς; οὐχ, ἵνα μικρὸν ἀπὸ τοῦ τοσούτου κλύδωνος πόματι [2] ἀνεθῇ, ἀσχημοσύνην αὐτοῦ καὶ οὐ κλέος κηρύσσουσιν αἱ γραφαί· ὁ μακάριος Ἀβραὰμ τῶν πέντε βασιλέων τῶν ἐν Σοδόμοις πίστει καὶ δικαιοσύνῃ περιεγένετο, ἢ βρώμασι, καὶ πόμασι; τὸν Λὼτ ἀνακαλεσάμενος. καὶ ὁ Θεόδωρος εἶπε· εἰ τὸν Ἀβραὰμ ἄγεις εἰς μέσον, οὐκ οὖν ἄκουσον καὶ παρ' ἐμοῦ. λέξει σοι γὰρ ὁ τυχὼν, ὅτι τοῦ μὲν πολέμου πίστει περιεγένετο· τὸν δὲ Θεὸν διὰ τραπέζης ἐθήρευσεν, ὡς προλαβὼν αὐτὸς ὑφηγήσω. ὁ Ἐπίσκ. βαβαὶ, ἐπεὶ ὁ Ἀβραὰμ τραπέζῃ τὸν Θεὸν ἐθήρευσεν· οὐκ οὖν πάντες καταλείψαντες τὴν πίστιν καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς, τὰ συμπόσια φιλοκαλήσωμεν. οὐδὲν διαφέροντες καπήλων ἢ πανδοχέων τῶν τὰς λεωφόρους δι' αὐτὸ τοῦτο ἐπιτειχισάντων ἕνεκα κέρδους· καὶ αἱ παρθένοι τοίνυν αἱ ἀγωνιζόμεναι ἅγιαι εἶναι σώματι καὶ πνεύματι εἰς δόξαν Θεοῦ, ἐπειδὴ Μαρία τὸν Χριστὸν ἐγέννησε, καὶ αὗται γεννησάτωσαν. εἰ γὰρ οὕτως ποιήσουσιν, οὐδὲν τῶν ἑταιρίδων διαλλάσσουσιν. εἰ γὰρ οἱ διδάσκαλοι διὰ τὸν Ἀβραὰμ τὰ τῶν τραπεζῶν εὐτρεπίζουσι, καὶ αἱ παρθένοι διὰ τὴν Μαρίαν γεννάτωσαν. ἄπαγε τιμιώτατε, τὰ καλῶς κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν γεγενημένα ἢ γινόμενα μὴ ὑβρίζωμεν. ἑκάστου γὰρ τὸ συνειδὸς ἐὰν βούληται τὸ συμφέρον ὑπαγορεύει. εἶτα ὁ παλαιστὴς Ἰακὼβ ἀσκήσει τὰ τοῦ Λάβαν ἀφείλατο ἢ συμποσιαρχίᾳ; ὁ λέγων· ἐγενόμην τοῖς καύμασι συγκαιόμενος καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, καὶ ἀφίστατο ἀπ' ἐμοῦ ὁ ὕπνος· καὶ οὐδὲν πλέον αἰτῶν ἐν τῇ προσευχῇ ἢ ἄρτον καὶ ἱμάτιον, λέγων· ἐὰν δῷς μοι ἄρτον φαγεῖν καὶ ἱμάτιον περιβαλέσθαι, πᾶν ὃ ἐὰν δῷς μοι, δεκάτην ἀποδεκατώσω αὐτά σοι. οὐκ εἶπε, τραπέζαις καταναλώσω. ὁ τοῦ Θεοῦ ὑποφήτης καὶ πιστὸς θεράπων Μωϋσῆς ἐκεῖνος

A impinguatus, incrassatus & dilatatus. Quando autem Sodomitæ præter naturam libidine veluti œstro perciti sunt? nonne cum continuis conviviis mentem corruperant, qui memorantur per contumeliam ab Ezechiele dicente: [a] *In abundantia vini, & satietate panis lasciviebant ipsi* [*], id est, civitas; *& filiæ ejus*, id est, vici qui semper civitatis consuetudinem sequuntur. Temperantiæ autem cogitatio quando a populo illo vetere defecit? nonne quando in accubitis consenuerunt, Propheta exprobrante: [b] *Qui comedunt hœdos de gregibus, & vitulos de armento lacteolos, bibentes percolatum vinum, primis unguentis delibuti, lascivientes in cubilibus suis, & nihil afficiebantur super contritione*
B *Joseph*. Quos infelices Esaias pronuntiavit? nonne qui ad convivium diluculo surgebant, ita dicens: [c] *Væ qui surgitis mane, & siceram sectamini, qui manetis ad vesperam. Vinum enim comburet eos. Nam cum cithara & psalterio vinum bibunt. Opera autem Domini non respiciunt*. Quando sacerdotes Beli a Daniele confusi sunt? nonne cum cinis ipsos per cibos & potus deprehensos coarguit. Et quid attinet me dicere de iis qui latam viam ingredi elegerunt, & angustam vituperant? Sufficit mihi Servatoris sermo ad revictionem eorum qui nidores sectantur. Qui innominatum divitem, splendide quotidie epulantem in hac vita, ostendit micas & guttas pauperis Lazari concupiscentem, nec iis
C fruentem. Inspiciamus autem & cœtum Sanctorum veterum, & tandem discamus quo doctrinæ charactere usi sunt, an vitæ sanctimoniæ & rectæ doctrinæ, an conviviorum & epularum. Primus Enoch fide translatus est, an convivio? Deinde Noe orbis terrarum genus fide servavit in ligno, quando terrenus hic mundus purgabatur, an ab assiduis conviviis & impuris operibus, an jejunio & oratione? Nonne ut parum a tali tempestate poculorum quiesceret, ignominiam illius & non decus prædicant Scripturæ? Beatus Abraham quinque Reges Sodomorum superavit, an cibo & potu? recuperato etiam Lot. Et Theodorus ait: Si Abrahamum adducis in medium, audias igitur & illud a me.
D Dicet enim tibi quivis, quod fide quidem hostem vicit, Deum autem mensa cepit, ut prius ipse exposuisti. EPISC. Papæ! quod Abraham Deum mensa cepit, nonne omnes relicta fide & virtutibus ceteris convivia studiose sectabimur? Nihil discrepantes a cauponibus aut stabulariis, qui lucri caussa ob id ipsum publicam viam obsident. Et virgines igitur quæ & corpore & spiritu sanctæ esse student ad gloriam Dei, quoniam Maria Christum genuit, & ipsæ pariant. Si enim sic fecerint, nihil a meretricibus differunt. Nam si Doctores propter Abraham mensas instruunt, & virgines propter Mariam pariant. Apage sis, honoratissime, ut quæ bene tempore suo aut acta sunt aut
E fiunt, contumelia afficiamus. Nam profecto cujusque conscientia quod expedit, dictat. Deinde Jacob luctator abstinentia, an convivio bona Laban tulit? qui dicit: [d] *Factus sum solis adustus æstibus & gelu noctis, ac recessit a me somnus*; nihil aliud petens in oratione quam panem & vestes, dicens: [e] *Si dederis mihi panem ad edendum & vestimentum quo operiar, omne quod mihi dederis, decimam ex eo dabo tibi*, non dixit, mensis impendam. Dei interpres & fidelis ille servus Moyses quali instructa mensa populum congregavit in monte, quos

a Ezech. xvi. 49. b Amos vi. 4. c Isa. V, 11. d Gen. xxxi. 40. e Gen. xxviii. 20.

1. Forte αὐταί. 2. Forte πομάτων. * Forte *ipsa*.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.



ποίαν τράπεζαν εὐτρεπίσας ἐξεκκλησίασε τὸν λαὸν (A) ἐν τῷ ὄρει, τίνας δὲ κρατῆρας πομάτων εἶχεν; ὁ πέτραν ῥάβδῳ ἀμέλξας διὰ τὴν τοῦ λαοῦ ἀπιστίαν, ὁ ἑξακοσίων χιλιάδων ἀφηγητὴς, πυξία νόμου ἐβάσταζεν εἰς διόρθωσιν τοῦ λαοῦ, ἢ φιάλας ἀεροφανεῖς, ὑστέρας τε χοίρων, καὶ ὄρνεις ἐκ φάσιδος, καὶ ἰχθὺν ἐκ πελάγους, καὶ οἶνον διυλισμένον ἐκ Τύρου, καὶ ἄρτους πλυτοὺς προσβαλλόμενος τοῖς παιδευομένοις, ἢ λόγον. ὁ Διάκ. ἀλλ᾽ ἀνθυποίσει σοί τις πρὸς ταῦτα, πάτερ· κἀμοὶ δὸς μάννα, κἀκεῖνο τὸ ὕδωρ, καὶ οὐδὲν ἐπιζητῶ πλέον. ὁ Ἐπίσκ. καὶ τίς οὗτος ἀργαλέος ἵνα προκρίνῃ τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας μάννα αἰσθητὸν καὶ ὕδωρ ῥευστόν; εἶτα Σαμουὴλ ὁ διδάσκαλος τοῦ λαοῦ ἐπὶ εἴκοσι καὶ πέντε ἔτη ἐν Αρμαθὲμ ἡσυχάσας· τίνα ποτὲ τραπέζῃ τῶν εἰδώλων (B) ἀπέστησε καὶ οὐ λόγῳ; πότε δὲ ὁ βασιλεὺς ὁμοῦ καὶ προφήτης καὶ ψαλμῳδὸς, τρυφῆς ἐστήσατο τράπεζαν; ὁ λέγων, ὅτι σποδὸν, ὡσεὶ ἄρτον, ἔφαγον, καὶ τὸ πόμα μου μετὰ κλαυθμοῦ ἐκίρνων. ὁ τῆς οἰκουμενικῆς νηστείας δημιουργὸς τρία ἔτη καὶ μῆνας ἓξ ἀσιτίαν ἀκουσίως τοὺς [1] γαστριμάργους παρασκευάσας, ποίᾳ τραπέζῃ τῆς ἁμαρτίας ἀπήλλαξεν ὁ Θεσβίτης Ἡλίας; τίνας δὲ καὶ ὀψοποιοὺς εἶχεν; οὐχὶ διὰ κοράκων τὴν ἐπιούσιον ἐδέχετο μάζαν; ὁ σοφὸς Δανιὴλ καὶ τῶν μελλόντων αὐτόπτης, ποίᾳ τραπέζῃ τοὺς Ασσυρίους ἐπαίδευσεν; οὐχὶ νηστείᾳ καὶ προσευχῇ τὸν δράκοντα ὤλεσε, καὶ τὸν Βὴλ κατέστρεψε, καὶ τοὺς λέοντας ἐφίμωσε, καὶ τὸν βασιλέα ἔπεισε τοὺς πατρῴους Θεοὺς ἀπαρνήσασθαι ὁμολογίᾳ τοῦ ὄντως ὄντος Θεοῦ; τίσι (C) τραπέζαις, ποίᾳ δὲ χρηστοφαγίᾳ ἐχρήσατο ὁ χορὸς τῶν λοιπῶν προφητῶν ἢ ἀποστόλων; οὐκ ἦσαν διδάσκαλοι; οὐ τὴν ὑπερουράνιον ἐπιστεύθησαν; οὐ τούτων ἐσμὲν διάδοχοι; οὐ μιμητὰς ἡμᾶς τούτων εἶναι βούλεται ὁ λόγος; προσέχοντας τοῖς τρόποις, καθὼς ὁ Παῦλος διδάσκει λέγων· ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, μιμεῖσθε τὴν πίστιν. ποῖα μελίπηκτα εἶχεν ἐν τῇ ἐρήμῳ ὁ κήρυξ τῆς μετανοίας ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, ὁ τοῖς προσερχομένοις οὐ μόνον εὐτρεπίσας ἄριστα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν συντυχίαν πικρὰν μετ᾽ ἐπιπλήξεως παρέχων; οὐ μόνον γὰρ δειμεῖ τῷ βλέμματι τὸ μεμολυσμένον συνειδὸς αὐτῶν σείων, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ σχήματι, πολλῷ δὲ μᾶλλον καθάπερ ξίφει τῷ λόγῳ τὰ τῶν ψυχῶν ἀποστήματα τέμνων. (D) γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας. καὶ μὴ μόνῳ τῷ βαπτίσματι ἐπερείδεσθε, ἢ τῷ τέκνα εἶναι τοῦ Αβραάμ. τί δαὶ ὁ διδάσκαλος τῶν ἐθνῶν, ὁ τῆς περιτομῆς καταλύτης, ἵνα περιτομὴν πίστεως στήσῃ, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς Παῦλος ὅλως εὑρίσκεται σχολὴν ἄγων τραπέζης· ὁ πάντων μᾶλλον χρεωστὴς τούτου, καὶ ὀφείλων ὡς ἔθνεσιν ἀπίστοις πρότερον τὴν διὰ τραπέζης ποιεῖσθαι σχέσιν; τί δαὶ καὶ γράφει τῷ Τιμοθέῳ ἐπισκόπῳ Ἐφέσου; πρόσεχε τῇ τῆς τραπέζης φιλοτιμίᾳ, ἢ τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ. ἐν οἷς μάλιστα ἄοκνος ἦν καὶ ἄτονος ὁ μακάριος Ἰωάννης· ἀκαίρως, εὐκαίρως ἐπίστηθι λέγων· ἔλεγξον, (E) ἐπιτίμησον, παρακάλεσον, μηδενὸς αὐτῷ ἐπισκήπτοντος, ὅτι δύο μὲν τὰ πικρὰ καὶ ἓν τὸ προσηνὲς, ἴσως κἀκεῖνο μετὰ φειδωλίας ἐπάγοντος. τὸ δὲ ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, πικρῶν ὄντων σφοδρῶς, ἐν τῷ παρακάλεσον, καὶ οὐ κολάκευσον· ὅπερ ἐπισημονικῶς γινόμενον, πικρότερόν ἐστι τοῖς φιληδόνοις καὶ ἀναπεπτωκόσι φορτικωτέρων εὑρισκομένων τῶν ἐλέγχων. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἴσως ὑπό τινος θυμοῦ ἀντιβαίνουσα ἡ ψυχὴ, ἀναισθήτως ἔχει πρὸς τὰ λεγόμενα τοῦ ἐλέγχου. ἐνταῦθα δὲ ἡσύχως καὶ κατὰ μικρὸν τοῖς ἐπιεικέσι μετὰ τῆς ἀληθείας λόγοις αἰσθητικῶς ὡς ὑπὸ πυρὸς μα-

(A) crateres, quæ pocula habebat? Qui petram virga veluti emulsit ob populi infidelitatem, qui sexcenta millia hominum regebat, legis tabulas portabat ad emendationem populi, an phialas perlucidas, an porcorum sumina, an aves phasidos, an pisces ex pelago, an vinum percolatum e Tyro, & lautos panes apponens iis qui instituebantur, an doctrinam. DIAC. Sed respondebit quis tibi ad illa, Pater: & mihi da manna & aquam illam, & nihil amplius requiro. EPISC. Ecquis ille est adeo morosus qui spiritali doctrinæ manna sensibile fluxamque aquam præferat? Deinde Samuel populi doctor, qui cum viginti quinque annos in Armathem quievisset, quem aliquando mensa, non autem (B) doctrina, avertit ab idolis? Quando vero Rex simul & Propheta & Psaltes, delicatam instruxit mensam? qui dicit: [a] *Cinerem tamquam panem, manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.* Elias Thesbites, universalis jejunii auctor, annos tres & menses sex inediam lurconibus, præter eorum voluntatem, apparavit. Quali mensa a peccato liberavit? Quos autem habebat coquos? nonne corvi opera quotidianum accipiebat panem? Sapiens Daniel, & futurorum oculatus testis, qua mensa Assyrios erudivit? nonne jejunio, & oratione draconem interemit, & Belem evertit, leonumque ora obturavit, & Regi persuasit ut patrios Deos abnegaret, & Deum qui vere est, confiteretur? (C) Quibus epulis, quibus cupediis, usus est Prophetarum ceterorum chorus aut Apostolorum? Nonne erant doctores? nonne ipsis totius mundi cura concredita fuerat? nonne illorum sumus successores? annon eorum imitatores nos esse vult Scriptura? eorum moribus adhærentes, ut Paullus docet, dicens: [b] *Quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.* Quæ bellaria habebat in deserto pœnitentiæ præco Joannes Baptista, qui ad se venientibus non modo non paravit prandia, sed & occursum ipsum, cum increpatione, amarum præbebat? Non solum enim inquinatam eorum conscientiam severo aspectu quatiebat, sed & ipso habitu, multoque magis verbo, veluti gladio, ani- (D) marum abscessus secabat. [c] *Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite igitur fructus dignos pœnitentiæ*, neque soli baptismo innitimini, aut quod estis filii Abrahæ. Quid enim gentium doctor, circumcisionis destructor, ut circumcisionem fidei stabiliret, vas electionis Paullus invenitur prorsus curam omittere mensæ, qui ejus rei debitor erat, & debebat gentes, utpote incredulas, per mensam sibi adjungere? Quid ille scribit Timotheo, [d] Episcopo Ephesi? vaca mensæ apparatui, an lectioni, adhortationi, doctrinæ? quibus in rebus omnium maxime impiger erat & intentus beatus [e] Joannes. *Importune, opportune, insta*, dicens, *argue, increpa, obsecra*, nemine ipsum (E) increpante, eo quod duo quidem aspera & unum lene, idque forsan parce adhiberet. Illud enim, *argue, increpa*, licet sint valde acerba, in illo *obsecra*, & non *blandire*. Id quippe scite factum, acerbius est voluptariis, atque abjectæ mentis hominibus quibusvis gravioribus increpationibus. Ibi enim fortasse indignatione quadam obsistens animus increpationem, quæ fit, non sentit. Illic vero sensim & paullatim moderatis cum veritate verbis, quasi a lento igne sensibiliter combustus dissecatur. Qua de re autem ipsum admonet? de conviviis &

[a] Psalm. CI. 10. [b] Heb. XIII. 7. [c] Luc. III. 7. [d] I. Tim. IV. 16. [e] II. Tim. IV. 2.


[1] τοῖς γαστριμάργοις.

λακοῦ καιομένη διατελεῖται. τί δὲ καὶ ὑπομιμνήσκει αὐτὸν τὰ συμπόσια καὶ τὰς εὐωχίας, ἢ τὰ τῶν θλίψεων σεμνολογήματα; λέγων· σὺ γὰρ παρηκολούθηκάς μου τῇ ἀγωγῇ, ὅπως διετέθην τῇ προθέσει τοῦ πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖν τοῖς διωγμοῖς, ἐπὶ τοῖς ἐλέγχοις τῆς πλάνης, μή που τραπέζης μνεία; Τίτῳ δὲ πάλιν τῷ ἐπισκόπῳ Κρήτης, ἴδωμεν τί ἐπιστέλλει. περὶ βρωμάτων καὶ πομάτων, ἢ περὶ ἐλέγχων καὶ διδασκαλίας; λέγων· τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπανορθώσῃς καὶ πείσῃς αὐτοὺς μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, μὴ δὲ προσέχειν μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, ἐπιφέρων καὶ τῶν ἐλέγχων τὸν τρόπον· Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. εἰπάτωσαν ἡμῖν οἱ κοιλιολάτραι καὶ τραπεζογίγαντες καὶ γυναικοϊέρακες, οἱ τὴν Ἰωάννου ἄσκησιν μεμφόμενοι, ἐμπερινοστήσαντες παλαιὰν καὶ καινὴν διαθήκην, ποῦ εὗρον ἐν ἐπαίνῳ συμπόσιον, εἰ μήπω πρὸς ἀλλοφύλους· καὶ τοῦτο διὰ τὴν τῆς εἰρήνης σπεῖσιν τῷ τῆς τραπέζης νόμῳ θηρίων τε καὶ βαρβάρων τιθασσευομένων. πότε δὲ τὰ συμπόσια ὑπόθεσις ἁμαρτίας οὐ γέγονε; τί δὲ λέγω, ἁμαρτίας; τάχα δὲ καὶ τῆς μείζονος εἰδωλολατρείας καὶ ἀδελφοκτονίας, καθὼς γέγραπται· ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. ἦν δὲ τὸ παίγνιον μέθης ἔκγονον. δεῦτε, ποιήσωμεν Θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν. οἱ γὰρ σεισμὸν ὑποστάντες δι' οἴνου, κινητοὺς Θεοὺς ἐπεζήτουν, τὸν ἄσειστον καὶ πάντα πληροῦντα ἄνευ τοῦ βαδίζειν, ἀφέντες. τί δαὶ λέγει ὁ προφήτης; χείλη ἱερέως μελετήσουσι συμπόσια· ὅτι δεῖπνα καὶ ἄριστα ἐκζητήσουσιν ἀπ' αὐτοῦ; ἢ ὅτι χείλη ἱερέως φυλάξεται νόμον, καὶ λόγον ἐκ στόματος αὐτοῦ ἐκζητήσουσιν, ὅτι ἄγγελος κυρίου ἐστὶ, καὶ οὐ μάγειρος; καὶ ὁ ἐν Χαλάνῃ δὲ πύργος πότε ᾠκοδομήθη, πρὸ οἴνου, ἢ μετὰ οἶνον; οὐ μετὰ οἴνου; ἡνίκα Νῶε φυτεύσας τὸ κλῆμα πρῶτος τὸ ὄνειδος ἐκαρπώσατο; εἴγε οὕτως ἔχει οὐ διὰ τὴν πόσιν ἢ τὴν φυτείαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀμετρίαν. Ἰωσὴφ πότε ἐπράθη ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν; ὅτε τὰ πρόβατα ἐποίμαινον ἐν αὐτοῖς ἀσχολούμενοι; ἢ ὅτε τὰ κάλλιστα σφάζοντες καὶ ἐσθίοντες ἐπὶ σχολῆς, κατ' αὐτοῦ ἐν συμποσίῳ τὸν φθόνον ἐτεκταίνοντο; τὴν τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου κεφαλὴν ἐπὶ πίνακος τοῦ ἐπέδοσαν τῷ πορνιδίῳ, ἐν συλλόγῳ σοφίας, ἢ ἐν συμποσίῳ ἀνομίας; ὁ μακάριος Παῦλος πίνων καὶ τρώγων παρέτεινεν ἕως μεσονυκτίου τὸν λόγον, ἢ ἀσιτῶν καὶ διδάσκων, καὶ τοὺς τὸν Θεὸν ἀγνοοῦντας εἰς πίστιν ἄγων; αὐτὸς ὁ ἀρχιποίμην καὶ ἀρχιδιδάσκαλος καὶ ἀρχισοφιστὴς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ τῆς ἀνθρωπίνης πλάνης διορθωτὴς, ποῦ εὑρίσκεται ἐν πόλει φαγὼν πλὴν τοῦ πάσχα, ὃ ἦν μυστηρίων ἐκπλήρωσις; τί δαὶ καὶ μεριμνῶσι τοῖς μαθηταῖς εὑρίσκεται λέγων; περὶ βρωμάτων, ἢ περὶ ἀναγνωσμάτων; ἐργάζεσθε, λέγων, μὴ τὴν ἀπολλυμένην βρῶσιν, ἀλλὰ τὴν μένουσαν. λεγέτω τοίνυν μετὰ τοῦ κυρίου καὶ ὁ καλὸς Ἰωάννης· ἐμὸν συμπόσιόν ἐστιν ἡ τοῦ λόγου διδασκαλία καὶ διανομὴ, εἰς ἣν καὶ ἐξελέχθην εἰς τὴν τοῦ λαοῦ σωτηρίαν. βρῶμα γὰρ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ, οὔτε ἐὰν φάγωμεν, οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν. ἐθνικῶν γὰρ ἡ συνήθεια αὕτη, τὸ τραπέζαις ἀπατᾶν τοὺς ὑπ' αὐτῶν δελεαζομένους, λόγῳ πείθειν μὴ δυναμένων, τῶν λεγόντων· φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. πρὸς οὓς ὁ ἀπόστολος πληκτικώτερον τὴν διόρθωσιν ἐπάγει λέγων· μὴ πλανᾶσθε. φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί· ὁμιλίας λέγων κακὰς, τὰς περὶ τὰ τοιαῦτα ἑλισσομένας λέξεις.

A epulis, an de tribulationum severis sermonibus, dicens: tu enim nosti meam vivendi rationem, quam ordinavi, & institutum, ut omnia ad gloriam Dei faciam, persecutiones in redarguendo errore: an alicubi mensæ fit mentio? Rursus Tito, Episcopo Cretæ, videamus quid scribat. De cibo & potu, an de increpationibus & doctrina? dicens: [a] *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut quæ desunt, emendes, & illis persuadeas non aliter docere, neque attendere fabulis & genealogiis interminatis*, reprehensionum quoque adjiciens modum: [b] *Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri*. Dicant nobis ventris servi, & mensarum gigantes, & muliercularum accipitres, qui Joannis B abstinentiam reprehendunt, licet revolverint Vetus & Novum Testamentum, ubi invenerint convivium in laude positum: nisi forte apud alienigenas, idque ad firmandum fœdus, eo quod lege convivii feræ & barbari cicurantur. Quando vero convivia peccati occasio non exstiterunt? Quid autem dico, peccati? forte & majoris idololatriæ & fratricidii, sicut scriptum est: [c] *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere*. Erat autem ludus ebrietatis soboles: [d] *Venite, faciamus Deos qui nos præcedant*. Qui enim vino commoti erant, mobiles Deos quærebant, cum immobilem, & non incedendo omnia complentem, reliquissent. Quid autem dicit Propheta? [e] *Labia Sacerdotis* C *meditabuntur* convivia: quia cœnas, & prandia exquirent ab eo? An quia *labia Sacerdotis custodient legem, atque ex ore ejus sermonem exquirent: quia Angelus Domini est*, & non coquus? Et turris illa in Chalane quando ædificata est? ante vinum, an post vinum? nonne cum vino? Quando Noe, plantato palmite, primus probrum demessuit? Si ita res se habet, non propter potum, aut plantationem, sed propter excessum. Quando Joseph venditus a fratribus? An quando in pascendis ovibus occupabantur? an cum opimas jugulantes oves, atque edentes in otio, invidiam adversus ipsum in convivio moliebantur? Ubinam Joannis Baptistæ caput in disco obtulerant meretriculæ? in D cœtu sapientiæ? an in convivio impietatis? Beatus Paullus bibens & comedens ad mediam usque noctem protrahebat sermonem; an jejunus & docens, atque Deum ignorantes ad fidem adducens? Ipse autem summus Pastor & Doctor & Magister Jesus Christus, humani emendator erroris, ubinam in civitate reperitur comedens, nisi tempore Paschæ, quod erat mysteriorum complementum? Quid autem & solicitis discipulis invenitur dicere? de cibis, an de lectione? [f] *Operamini*, inquiens, *non pereuntem, sed permanentem cibum*. Dicat igitur cum Domino præclarus Joannes: Convivium meum est verbi doctrina & distributio, in quam etiam electus sum propter populi salutem. Neque enim E Deo cibus nos commendat, neque si comedamus, neque si non comedamus. Ea est enim consuetudo gentium, mensis decipere quos inescaverint, cum rationibus persuadere aliter non potuerint, dicentium: [g] *Edamus & bibamus; cras enim morimur*. In quos Apostolus acriorem increpationem intorquet, dicens: [h] *Ne decipimini. Corrumpunt mores bonos colloquia prava*. Colloquia prava appellans, verba quæ circa ejusmodi res versantur.

a Tit. I. 5. I. Tim. I. 5. b Tit. I. 16. c Exod. XXXII. 6. d Ibid. ℣. 1. e Malach. II. 7. f Joan. VI. 27. g I. Cor. XV. 32. h Ibid. ℣. 33.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
401.



## CAPUT XIII.

O Διάκ. γνησίως μὲν καὶ πολυμαθῶς εἴρηκας τὰ **A** εἰρημένα. καὶ οὕτως ἔχει. οὐαὶ γὰρ τῷ λέγοντι, τὸ γλυκὺ πικρὸν, καὶ τὸ πικρὸν γλυκύ. οὐαὶ τῷ τιθέντι τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος. λέξει δέ τις· ὅτι οὔτε ἡμεῖς τοῦτο λέγομεν εἶναι αὐτὸν ἔκδοτον ταῖς τοιαύταις τραπέζαις. ἡ γὰρ ἄμετρος φιλοτιμία, φιληδονίας ὑπόθεσις, καὶ ἡ εἰς ἄγαν ἀπόκλεισις, ὄκνου καὶ μικρολογίας ἀπόδειξις. ἐδύνατο γὰρ κἂν μόνους ἐπισκόπους καλεῖν, καὶ τούτων μάλιστα τοὺς εὐσεβεστέρους, ἢ εἰ μὴ τούτους, κἂν τὸν ἴδιον κλῆρον, μιμούμενος τὸν δεσπότην ἐσθίοντα μετὰ τῶν δώδεκα ἀποστόλων. ὁ Ἐπίσκ. συνετικώτατα ἀνθυπήνεγκας, φιλαληθέστατε τῶν ἀνδρῶν. εἴγε ἠνείχοντο οἱ κληρικοὶ συναριστεῖν τῷ Ἰωάννῃ παρ᾽ ὥραν, ἢ παρ᾽ ἡμέραν ἐσθίοντες [1], οἱ δὲ ὡς τάχιστα μετὰ **B** πολλῆς τῆς παρασκευῆς πολυτέλειαν ἐπεζήτουν. ἄτοπον ἦν τὰς τῶν νοσούντων ἢ πτωχευόντων τροφὰς τῇ τῶν ὑγιαινόντων ἀκρασίᾳ προσαναλῶσαι. ποῖος δὲ καὶ νόμος οὗτος, νομοθετεῖν τὸν παιδευτὴν τοὺς παιδευομένους, ἢ τοὺς ἀῤῥώστους τὸν ἰατρὸν, ἢ τοὺς ἐπιβάτας τὸν κυβερνήτην; ἀεὶ τοῦ ἰατροῦ τοὺς νοσοῦντας ὑγιάζοντος, καὶ τοῦ διδάσκοντος τοὺς παιδευομένους ἐπανορθοῦντος, καὶ τοῦ κυβερνήτου τοῖς ἐμπλέουσι τὸ συμφέρον μνηστευομένου. καὶ ἰατρῷ μὲν καὶ κυβερνήτῃ πειθόμενοι οἱ ὑπ᾽ αὐτοὺς διὰ φιλοζωίαν πᾶσαν ὀδύνην καὶ ἐπάχθειαν φέρουσι, παρ᾽ οἷς καὶ τὸ ἐπιτυχεῖν ἄδηλον. διδασκάλῳ δὲ τῶν κρειττόνων, νόσους καὶ μαλακίας ἀπελαύνειν ἐμπεπιστευμένῳ καὶ τρικυμίας ἡδονῶν ὑπερβαίνειν ἐξησκημένῳ, ἀχαλινώτοις στόμασιν **C** ἐπανατείνονται, ἀνίπτοις ποσὶ πάντα φύροντες. εἰ δὲ καὶ δεδώκει ἑαυτὸν ἔκδοτον ταῖς τραπέζαις· πόσοις ἐξήρκει ἀξιώμασι τὴν τηλικαύτην πόλιν οἰκῶν; ἑκάστου ἢ δι᾽ εὐλογίαν, ἢ διὰ πενίαν, ἢ διὰ γαστριμαργίαν τὸ φαγεῖν ἐπιζητοῦντος. ποῦ δὲ καὶ σχολὴν ἦγεν ἡ τοῦ Θεοῦ θεωρία, ἡ τοῦ λαοῦ θεραπεία, ἡ τῶν γραφῶν ἱστορία, ἡ τῶν χηρῶν κηδεμονία, ἡ τῶν παρθένων παραμυθία, ἡ τῶν ἀῤῥωστούντων νοσοκομία, ἡ τῶν καταπονουμένων ἐπικουρία, ἡ τῶν πλανωμένων ἐπιστροφὴ, ἡ τῶν συντετριμμένων φροντὶς, ἡ τῶν ἐν φυλακαῖς ἐπίσκεψις; πῶς δὲ ἔφυγε τὸν ὀνειδιστικὸν ταλανισμὸν τοῦ Θεοῦ, ὃν ὀνειδίζει ἐν τῷ Ἐζεκιὴλ· ὦ οἱ ποιμένες οἱ ποιμαίνοντες ἑαυτοὺς, καὶ οὐ τὰ πρόβατα νέμοντες, τὸ πεπλανημένον **D** οὐκ ἐπεστρέψατε, τὸ ἀπολωλὸς οὐκ ἐξητήσατε, τὸ ἀσθενὲς οὐκ ἐπεσκέψασθε, τὸ συντετριμμένον οὐ κατεδήσατε. τὰ λιπαρὰ σφάζοντες ἐσθίετε. περὶ ὧν γράφει ὁ Παῦλος· ἀνέχεσθε γὰρ, εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ, εἴ τις κατεσθίει, εἴ τις λαμβάνει· καὶ τὰ μὲν ἔρια περιβάλλεσθε, τὰ δὲ πρόβατα οὐ ποιμαίνετε. καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ περὶ ἀργοτρόφων ποιμένων λέγει· ποιμένες πολλοὶ διέφθειραν τὸν ἀμπελῶνά μου. λέγει ὁ Διάκ. ἐδύνατο καὶ τούτους διὰ χρόνου θεραπεύειν καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν φροντίζειν, ἵνα μὴ δόξῃ κακῶς ἀκούειν, ἐν τοῖς ἄλλοις ὢν μέγας· ὁ Ἐπίσκ. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ζητούμενον, ἵνα μὴ κακῶς ἀκούῃ, ἵνα πλουσίως παρέχῃ τὸν λόγον, τὴν σπουδὴν, τὸν ζῆλον, τὴν ἄλλην ἱερατικὴν **E** εὔνοιαν. ἢ οὐκ οἶδας, ὦ τιμιώτατε Θεόδωρε, ὅτι καὶ ἀλόγου κατηγορίας μακαρισμὸς ὥρισται ὑπὸ τοῦ κυρίου σὺν τοῖς ἄλλοις μακαρισμοῖς εἰπόντος· μακάριοί ἐστε, ὅτ᾽ ἂν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ᾽ ὑμῶν. οὐαὶ δὲ ὑμῖν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες

**A** DIAC. Sincere quidem & perdocte hucusque locutus es, & ita se res habet. [a] *Væ enim qui dicit dulce amarum, & amarum dulce. Væ qui ponit lucem tenebras, & tenebras lucem.* Sed dicit quis: Ne nos quidem dicimus ipsum ejusmodi mensis deditum esse debere. Immodica enim illa profusio, voluptatis occasio est; & nimia parcimonia, segnitiæ & tenacitatis demonstratio. Potuit enim & solos Episcopos vocare, & ex his præsertim religiosiores: & si minus hos, saltem proprium clerum: imitans Dominum vescentem cum duodecim Apostolis. EPISC. Valde consentanea respondisti, hominum veracissime: siquidem passi fuissent Clerici cum Joanne prandere, qui post horam & post **B** diem interdum edebat; ipsi vero multo cum apparatu tantas epulas quam celerrime sectabantur. Absurdum erat cibos infirmorum aut pauperum, eorum qui sani erant, intemperantiæ impendere. Quænam porro lex illa est, discipulos magistro præcipere, ab infirmis curari medicum, aut a vectoribus regi gubernatorem? Cum medicus semper curet infirmos, & præceptor corrigat discipulos & navis gubernator quod utile est, navigantibus procuret. Et medico quidem atque gubernatori obtemperantes, qui sub illis sunt, vitæ caussa dolorem omnem ac molestiam ferunt, quorum & successus incertus est. At vero adversus præceptorem rerum optimarum, qui morbos & infirmitates abigere solers est, **C** & voluptatum decumanos fluctus superare exercitatus, effrænato isti ore insurgunt, illotis, ut ajunt, pedibus, omnia miscentes. Etsi enim ille se mensis devovisset, an tot magistratibus & honoratis sufficere poterat, tam magnam civitatem habitans, singulis, aut propter benedictionem, aut propter inopiam, aut propter gulam, apud illum vesci postulantibus? Ubi autem locum habuisset Dei meditatio, populi procuratio, scientia Scripturarum, solicitudo viduarum, virginum solatium, infirmorum curatio, afflictorum auxilium, errantium conversio, contritorum cura, carcere detentorum visitatio? Ceterum quomodo effugisset exprobratoriam illam Dei maledictionem, qua exprobrat apud Eze**D**chielem: [b] *Væ pastoribus, qui se ipsos pascunt, & oves non pascunt.* Quæ erraverat, non reduxistis: quæ perierat, non requisistis: infirmum non visitastis: contritum non obligastis: & quæ pinguis erat, mactantes, comedistis. De quibus dicit Paullus: [c] *Sustinetis enim, si quis vos in servitutem redigit; si quis devorat; si quis accipit:* & lanis quidem induti estis. Oves autem non pascitis. Et in Hieremia, de pigris pastoribus dicit: [d] *Pastores multi corruperunt vineam mihi.* Ait DIAC. Poterat eos quoque certo tempore curare, & ecclesiasticarum rerum curam habere, ne in eo male audire videretur, qui in ceteris magnus erat. EPISC. Hoc nempe est, quod in Sacerdote requiritur, videre **E** ne male audiat, seu potius ut largiter sermonem præbeat, curam, zelum, atque reliquum sacerdotalem affectum. An ignoras, venerande Theodore, injusto maledicto beatitudinem a Domino definitam, qui cum aliis benedictionibus dixit: [e] *Beati estis, cum vobis exprobraverint, & dixerint omne maledictum adversus vos. Væ autem vobis, quando vobis benedixerint omnes homines:* [f] *secundum enim ea faciebant Prophetis patres eorum.* Quomodo au-

*a* Isa. V. 20. *b* Ezech. XXXIV. 2. *c* II. Cor. XI. 20. *d* Jer. XII. 10. *e* Matth. V. 11. *f* Luc. VI. 26.

1. Forte ἐσθίοντι.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 401.



αὐτῶν. πῶς δὲ καὶ στόμα ἐξησκημένον ἐν θείοις λογίοις, καὶ ὦς χρησμῶν ἐπακούειν θείων, ἠνείχετο πολυλογίας τραπέζης, τοῦ δεσπότου λέγοντος· οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. ἔπειτα· οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ; ζητήσωμεν ἄρα τίς ὁ μαμμωνᾶς, μή ποτε εὑρεθῶμεν οὐχὶ τοῖς δύο κυρίοις δουλεύοντες, ἀλλ' ἢ μόνῳ τῷ μαμμωνᾷ. μαμμωνᾶν γὰρ νῦν οὐ τὸν διάβολον λέγει, ἀλλὰ τὴν ματαιοπονίαν τοῦ κόσμου τούτου, οὗ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ λόγος ἀπέστησεν. ὁ Διάκ. ἐπανάζευξον, ὦ ἱερώτατε πάτερ, ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῶν πραγμάτων. ἱκανῶς ἀποδεδειγμένου τοῦ περὶ τραπέζης λόγου. κἀμοὶ δὲ μὴ χαλεπήνῃς ἐπὶ τοῖς ἀνθυπενεχθεῖσι. πλέον γάρ τι βουλόμενος μαθεῖν, ἐπεξεργαστικώτερον ἠρόμην τὴν σὴν πολυμαθίαν. ὁ Ἐπίσκ. τοῦτό σοι παρ' ἐμοῦ σαφέστερον εἰρήσθω, Θεόδωρε φιλομαθέστατε. εἷς γὰρ γέγονα τῶν σπουδαζόντων ὄχλοις διὰ τραπέζης ἀρέσαι. ὅτι ἐπίσκοπος, μάλιστα πόλεως μεγάλης, καταλείψας τὴν τοῦ λόγου διακονίαν, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐν ταῖς χερσὶν οὐκ ἔχων τὰ τοῦ νόμου πυξία, καὶ τὴν τῶν πτωχῶν ἐπιμέλειαν, οὐ δι' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ δι' ἑτέρων ποιεῖται, μακρὰν ἔσται τῶν εἰρηκότων· ἰδοὺ ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἡμῖν ἔσται; συναριθμούμενος τοῖς φήσασι· κύριε, οὐχὶ τῷ σῷ ὀνόματι τὰ καὶ τὰ ἐποιήσαμεν; ἀκουσόμενος μετ' αὐτῶν· ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι. οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστέ· οὐ γὰρ ἐπιγινώσκει ὁ λόγος ἀλόγους ἐργάτας. καθαρὸς γὰρ αὐτοῦ ὀφθαλμὸς, τοῦ μὴ ὁρᾶν πονηρά· πολλοὶ γὰρ τῶν λεγομένων ἐπισκόπων τὸ ἄλογον αὐτῶν μῖσος ὃ μεμίσηνται διὰ τοὺς οἰκείους αὐτῶν τρόπους, καὶ τὴν τῶν νοητῶν ἀζηλίαν περικόψαι βουλόμενοι, πάθει πάθος ἀντικαταλλάττουσι, πλεονεξίαν κενοδοξίᾳ. τῇ μὲν χειρὶ ἀφειδῶς ἀδικοῦντες εἰς κέρδος αἰσχρόν· τῇ δ' ἑτέρᾳ τὰς τραπέζας ἐπιτεχνώμενοι, καὶ στήλας ὑψηλῶν οἰκοδομημάτων ἐγείραντες, ἵνα ἐκ τούτων δόξαντες, χρηστοὶ καὶ φιλόπονοι φαίνεσθαι (sic), τιμὴν ἀντὶ ἀτιμίας καρπώσωνται· οὐ μνημονεύοντες τοῦ ἐκκλησιαστοῦ, τοῦ καὶ κτίσαντος καὶ μισήσαντος, καὶ τὰ τοιαῦτα σαφῶς ἀπαγορεύσαντος ἐν τῷ γράψαι· ἐποίησά μοι οἴκους καὶ παραδείσους, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἰδοὺ τὰ πάντα ματαιότης· καὶ ἐμίσησα σύμπαντα μόχθον μου, ὃν ἐγὼ μοχθῶ ὑπὸ τὸν ἥλιον. οὐκ εἶπεν, ὑπὲρ τὸν ἥλιον, ἵνα μὴ τοὺς νοητοὺς καθυβρίσῃ πόνους. ταῦτα δὲ λέγω, οὐ συμπεριλαμβάνων τοὺς εὐλόγως καὶ δι' ἀνάγκην κτίζοντας ἢ διορθουμένους τὰ τῆς ἐκκλησίας· ἀλλὰ διὰ τοὺς τὰ τῶν πτωχῶν εἰς κρεμαστοὺς περιβόλους καὶ ἀερίων ὑδάτων δεξαμενὰς ἐν τριωρόφοις, καὶ ἀπρεπῆ ἀνδρογυνῶν λουτρὰ ἐν ἀποκρύφοις καταναλίσκοντας, ἢ εἰς συλλογὴν πλείονος ἀργυρίου, ἢ τοὔμπαλιν παρὰ τῶν ἀθυρμάτων ἀγαπηθῆναι, ἐν αὐτῷ τούτῳ τῆς σπουδῆς τὴν χάριν ἀντιπληρούντων, τὸ πάντα πρὸς ἡδονὴν ἐνδιδόναι τοῖς ἁμαρτάνουσιν. ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο, Θεόδωρε μεγαλώνυμε, φαύλοις ἀρέσαι ποτέ. οὐ γὰρ ἄλλοθεν αὐτοῖς ἀρέσω, ἢ ἐκ τῶν Χριστῷ μὴ ἀρεσκόντων. ὁ Διάκ. ἐπὶ τούτοις θαυμάσας, ἤρετο λέγων· τούτων οὕτω φυσικῶς εἰρημένων, καὶ μὴ ἐχόντων ἀντίρρησιν, εἴ τις σοι γνῶσις περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, περὶ οὗ νῦν ἡμῖν ὁ λόγος, πεπραγμένων, μετάδος. ὁ Ἐπίσκ. καὶ πάνυγε. ὁ Διάκ. αὐτὸς παρὼν ἔγνως, ἢ παρ' ἑτέρου μαθών; ὁ Ἐπίσκ. ἀλλ' οὔτε εἰς τὸ τυχὸν μέρος ἤμην ἀπολειφθεὶς τῆς δίκης. ὁ Διάκ. τίνα οὖν ἐστι τὰ παρακολουθήσαντα, καὶ ποῖον εἴληφε τέλος, καὶ πόθεν τὴν ἀρχὴν ἐσχηκότα, λεπτομερῶς μοι παράστησον. ἐπειδὴ μάλιστα ὁ Θεόφιλος ἐν τῷ οἰκείῳ συγγράμματι τὴν ἰδίαν προπέτειαν σεμνῦναι, ἢ περιστεῖλαι σπουδάσας, ἔφησε τὸν μακάριον Ἰωάννην φιλαρχίας πάθει κινούμενον δεκαὲξ ἐπισκόπους καθῃρηκέναι ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, καὶ ἰδίους ἀντ'

A tem os in divinis eloquiis exercitatum, & auris divina oracula audire assueta, mensæ loquacitatem tolerasset, Domino dicente: [a] *Nemo potest duobus dominis servire*. Deinde: *Non potestis Deo servire & Mammonæ?* Quæramus igitur quid sit Mammona, ne forte inveniamur non duobus dominis servire, sed soli mammonæ: Mammonam enim nunc non diabolum dicit, sed mundi hujus inanem laborem, a quo discipulos suos divinus sermo abduxit. Diac. Redi, o sacratissime Pater, ad narrandas res ceteras, cum sermonem illum de mensa abunde jam demonstraris: neque feras graviter, quod ea objecerim; plura enim scire cupidus, multiplicem doctrinam tuam accuratius interrogabam. Episc. Hoc B tibi a me clarius dictum sit, Theodore studiosissime. Ipse enim unus fui ex iis qui mensarum apparatu multitudini placere student. Quia Episcopus, magnæ præsertim urbis, qui derelicto verbi ministerio, nocte dieque legis tabulas in manibus non habens, curam pauperum non per se, sed per alios gerit, longe erit ab iis qui dixerunt: [b] *Ecce dereliquimus omnia, & sequuti sumus te. Quid ergo erit in nobis?* annumerandus iis qui dixerunt: [c] *Domine, nonne in nomine tuo hæc & illa fecimus?* auditurus cum ipsis: *Discedite a me, maledicti: nescio vos, unde estis?* Non enim oratio agnoscit rationis expertes operarios. Purus enim ipsi est oculus, ne videat mala. Multi enim ex iis qui dicun- C tur Episcopi, justum sui odium quo propter proprios mores laborant, & spiritalium incuriam rescindere dum volunt, vitium vitio permutant, avaritiam vanitate. Et una quidem manu large peccantes ad turpe lucrum, altera vero mensas construentes, & sublimium ædificiorum columnas erigentes, ut ex his boni & industrii esse videantur, ignominiam pro honore colligunt: Ecclesiastæ immemores, qui & ista construxerat, & odio habuit, atque talia manifeste vetuit, cum scripsit: [d] *Feci mihi domos & hortos*, & cetera. *Et ecce omnia vanitas, & odi omnem laborem meum, quo ego laboro sub sole*. Non dixit, super solem, ne intellectuales labores injuria afficeret. Hæc autem dico, D non comprehendens eos, qui justa de caussa & necessitate Ecclesias condunt aut reficiunt: sed illorum caussa, qui bona pauperum in pensilia ambulacra, & aeriarum aquarum receptacula in tertiis tabulatis, & indecora effæminatorum hominum lavacra in locis occultis consumunt, tum ut plus pecuniæ corradant, tum ut amentur a scurris & mimis, qui pro studio hanc unam mercedem rependunt, quod omnia ad voluptatem indulgent peccantibus. Absit autem a me, vir magni nominis Theodore, ut improbis umquam placeam. Non enim aliunde ipsis placebo, quam ex iis quæ Christo non placent. Diac. Ad hæc miratus Theodorus interrogavit, dicens: Cum hæc ita ex natura dicta sint, E & nullus contradicendi sit locus, si quid nosti de iis quæ in Asia a sancto Joanne gesta sunt, de quo nunc nobis sermo est, nobiscum communica. Episc. Et omnino quidem. Diac. An præsens novisti: an ab alio accepisti? Episc. Sed ne minima quidem parte isti judicio defui. Diac. Quænam igitur subsequuta sunt, quemve finem acceperunt, & unde principium habuerunt, singillatim mihi exhibe. Quia Theophilus temeritatem suam maxime honestare, sive operire volens, in libello suo ait, beatum Joannem dominandi libidine permotum die una sexdecim Episcopos deposuisse, & suos, loco

a Matth. VI. 24. b Matth. XIX. 27. c Luc. XIII. 27. d Eccles. II. 5.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 401.

αὐτῶν κεχειροτονηκέναι. ὁ Ἐπίσκ. οὐδὲν ἀπεικὸς τῶν ἰδίων τρόπων πεποίηκεν ὁ θαυμάσιος, καὶ γράψας κατὰ Ἰωάννου, καὶ ψευδῆ γράψας. ἐξ ὧν γὰρ νομίζει καλύπτειν τὴν ἰδίαν ἀσχημοσύνην, ἐκ τούτων αὐτὴν μᾶλλον παραδειγματίζει, καὶ ἄκων σεμνύνων τὸ ἀθῷον Ἰωάννου κατὰ τὸν Βαλαὰμ ἐκεῖνον. εἰ γὰρ ἦν αὐτὸν καθελὼν, οὐ χρεία συγγράμματος ἢ ἐξορίας, ἱκανῆς οὔσης τῆς καθαιρέσεως αἰσχῦναι τοὺς καθαιρομένους. ἐπειδὴ δὲ ἀκαθαίρετος ἕστηκεν ὁ ἐνάρετος, τῇ ἥττῃ τὴν νίκην κατέχων. μένει ὁ φθόνος τὴν ἧτταν τῆς ἀλόγου νίκης ἀποφερόμενος, πομφόλυγος δίκην ἀναφυσώμενος, καὶ εἰς ἑαυτὸν συντριβόμενος, γράφων καὶ καταγράφων τὸ τοῦ προφήτου Ἠσαΐου, οὐαὶ ὁ ἐπισπώμενος τὸ πάντα ψευδῆ καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν καὶ γράφειν. οὐαὶ γὰρ, φησιν, οἱ γράφοντες· πονηρίαν γὰρ γράφουσι. περὶ δὲ τῶν κατὰ Ἀσίαν καθαιρεθέντων οὐ δεκαὲξ, ἀλλὰ ἓξ ἐπισκόπων, ὡς ἐπὶ τῆς θείας δίκης ἐρῶ, καὶ οὔτε τῆς ποσότητος τοῦ ἀριθμοῦ ὑφελῶ, οὔτε τῇ ποιότητι τῶν πραγμάτων προσθήσω. ἀλλ' ὡς ἔχει φύσεως, οὕτω σοι ἀπαγγείλω. ἐπὶ τῆς τρισκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως, ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐλθόντες οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας τινῶν ἕνεκα ἀναγκαίων, διέτριβον σὺν ἡμῖν, παρόντων καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων τῶν τε ἀπὸ Σκυθίας, Θεοτίμου λέγω· καὶ ἀπὸ Θρᾴκης Ἀμμωνος τοῦ Αἰγυπτίου· καὶ ἀπὸ Γαλατίας Ἀραβιανοῦ, πάντων μητροπολιτῶν γεγηρακότων, συντεινόντων εἰς εἰκοσιδύο ἐπισκόπους. πάντων δὲ συναγομένων καὶ κοινωνούντων ἐπιτηρήσας Εὐσέβιός τις ἀπὸ τῶν Κελβιανῶν λεγομένων τόπων ἐπίσκοπος Οὐαλεντινουπόλεως, τὴν συνηγμένην σύνοδον ἐπιστὰς τῇ μιᾷ σαββάτου, λιβέλλους ἐπέδωκε τῇ συνόδῳ, δηλαδὴ ἀκολούθως προτάξας τὸ ὄνομα Ἰωάννου, κατὰ Ἀντωνίνου τοῦ Ἐφεσίων ἐπισκόπου, ἑπτὰ κεφάλαια ἐντάξας. ἓν μέν· ὅτι κειμήλια χωνεύσας, ἀργύρεον εἰς ὄνομα τοῦ υἱοῦ κατεσκεύασε. δεύτερον δέ· ὅτι μάρμαρα τῆς εἰσόδου τοῦ βαπτιστῆρος λαβὼν, ἐν τῷ βαλανείῳ τῷ ἰδίῳ προσέθηκεν· ἔπειτα κίονας ἐκκλησιαστικοὺς ἀπὸ πλειόνων ἐτῶν κειμένους, ἔνδον εἰς τὸν ἑαυτοῦ τρίκλινον ἔστησε. τέταρτον· ὅτι ὁ παῖς αὐτοῦ φόνον πεποίηκε, καὶ ἔχει αὐτὸν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ ἀνέγκλητον. πέμπτον· ὅτι χωρία ὑπὸ Βασιλίνης, τῆς μητρὸς Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως, καταλειφθέντα τῇ ἐκκλησίᾳ, πωλήσας ἐσφετερίσατο. ἕκτον· ὅτι ἀποταξάμενος τῆς οἰκείας γαμετῆς, πάλιν αὐτῇ συνῆλθε, καὶ ἐπαιδοποίησεν ἐξ αὐτῆς. ἕβδομον· ὅτι ὡς νόμον καὶ δόγμα ἔχει πωλεῖν τὰς τῶν ἐπισκόπων χειροτονίας κατὰ τὴν τῶν προσόδων ἀναλογίαν. καὶ πάρεισιν οἱ δόντες καὶ χειροτονηθέντες, καὶ ὁ λαβών· καὶ ἐπὶ τούτοις ἔχω τὰς ἀποδείξεις.

A illorum ordinasse. Episc. Nihil a suis moribus alienum fecit mirificus ille, & cum contra Joannem scripsit, & cum falsa scripsit. Ex quibus enim absconsurum se putat fœditatem suam, ex iisdem illam magis traducit, vel invitus innocentiam Joannis, more Balaami, exornans. Si enim eum deposuerat, non opus erat scripto, non exsilio, cum depositio ipsa sufficiat ad confusionem eorum qui deponuntur: sed quoniam deponi non potest virtute præditus, atque victus victoriam refert, Manet invidia; cladem ex injusta victoria reportans; bullæ in morem turgescens; & in se ipsam contrita, scribens & inscribens illud Esaiæ Prophetæ, væ illud in se attrahens, dum falsa omnia & facit, & B dicit, & scribit. *Væ* enim, dicit Isaias: [a] *Qui scribunt: iniquitatem enim scribunt*. De his autem qui in Asia depositi sunt, non sexdecim, sed sex tantum Episcopis, ut coram Deo judice dicam nihil de numeri quantitate subtraham, neque rerum qualitati adjiciam; sed ut veritas se se habet, sic tibi exponam. Tertia decima indictione venerunt Constantinopolim Asiani Episcopi, necessitatum quarumdam gratia: nobiscum commorabantur, præsentibus etiam aliis ex Scythia Episcopis: Theotimo scilicet, atque ex Thracia Ammone Ægyptio, & ex Galatia Arabiano, metropolitis omnibus ac senibus, usque ad viginti duorum Episcoporum numerum. Et omnibus congregatis, atque communicanC tibus, Eusebius quidam e Cilbianis jugis, Episcopus Valentinopolitanus, congregatam Synodum cum observasset, una sabbati adveniens, libellos tradidit Synodo: præposito scilicet, ut consequens erat, Joannis nomine, contra Antoninum, Episcopum Ephesi, septem capitula inserens. Primum quidem, quod conflatis sacris vasis argentum in usum filii fecisset. Secundum, quod ablatum de ingressu baptisterii marmor in balneum transtulisset: deinde columnas Ecclesiasticas, a pluribus annis jacentes, intra suum statuisset triclinium. Quartum, quod puer ejus cædem patrasset, quem adhuc haberet in ministerio irreprehensum. Quintum, quod prædia Ecclesiæ relicta a Basilina, Juliani Imperatoris maD tre, vendidisset, sibique vindicasset. Sextum, quod dimissa uxore sua, cum ea rursus congressus esset, filiosque ex ea procreasset. Septimum, quod pro lege & constituto haberet ordinationes Episcoporum vendere juxta rationem redituum. Adsunt, & qui dederunt, quique ordinati sunt, & ipse qui accepit: ac præterea probationes habeo.

## CAPUT XIV.

Ὁ Διάκ. παρακαλῶ, πάτερ, σύστειλον τὸ διήγημα τοῦτο· βλάπτονται γὰρ οἱ παρόντες, ἐπισκόπων ταῦτα διηγουμένων, μήτιγε καὶ πραττόντων. ὁ Ἐπίσκ. οἴμοι τάλας ἐγὼ τηρηθεὶς ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐν αἷς ἀργυρίῳ ἱερωσύνη πιπράσκεται, εἴγε καὶ ἱερωσύνη. γέγονα δὲ καὶ ἄφρων διηγούμενος, τῶν Ἰωάννην συκοφαντούντων εἰς ταῦτα ἡμᾶς περιστησάντων. πλὴν μακροθύμως ἀνάσχου μοι, ἵνα καὶ ἐκ τούτων θαυμάσῃς τὴν Ἰωάννου ἐπιείκειαν, κοιμήσαντα [1] πῶς τὸν ζῆλον, εἰπόντα [2] δὲ τῷ Εὐσεβίῳ· ἀδελφὲ Εὐσέβιε, ἐπειδὴ πολλάκις αἱ κατὰ λύπην κατηγορίαι οὐκ εὐχερεῖς ἔχουσι τὰς ἀποδείξεις· παρακέκλησο παύσασθαι τοῦ ἐγγράφως κατειπεῖν τοῦ ἀδελφοῦ Ἀντωνίνου, ἡμῶν τὰ αἴτια τῆς λύπης διορθουμένων. πρὸς τούτοις διαθερμανθεὶς τραχέσιν ἐκέχρητο λόγοις. σφαδάζων ὅλος κατὰ τοῦ Ἀντωνίνου καὶ ἐπι-


Diac. Hanc, quæso, Pater, contrahe narrationem: læduntur enim præsentes, Episcopis ista narrantibus, multo magis ista patrantibus. E Episc. Me miserum, qui diebus his reservatus sum, quibus pecunia sacerdotium venditur, si tamen sacerdotium est! Insipienter enim feci qui ista retulerim, cum obtrectatores Joannis eo nos adegerint. Verum patienter feras me, obsecro, ut hinc quoque Joannis moderationem admireris, qui sedato interim zelo, dixit Eusebio: Eusebi frater, quoniam sæpe fit ut accusationes quæ fiunt a perturbatione animi, faciles probationes non habeant: sine te exorari, ut cesses Antoninum fratrem scripto accusare, nobis caussas molestiæ corrigentibus. Ad hæc ira accensus, durioribus usus est verbis, adversus Antoninum totus se efferens, & in accu-

a Isa, X.

1. Forte κοιμίσαντος.

2. Forte ἀπόντος.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.



μένων τῇ κατηγορίᾳ, παρακαλεῖ ὁ Ἰωάννης Παῦλον τὸν Ἡρακλείας· ἐδόκει γὰρ σπουδάζειν τῷ Ἀντωνίνῳ· ἵν' εἰς φιλίαν αὐτοὺς συνελάσῃ. καὶ ἀναστὰς εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν σὺν τοῖς ἐπισκόποις. ἦν γὰρ καιρὸς τῆς ἱερατείας· δοὺς δὲ τῷ λαῷ τὴν συνήθη τῆς εἰρήνης προσηγορίαν, ἐκάθισε σὺν τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις. ἐπεισελθὼν δὲ λεληθότως ὁ κατήγορος Εὐσέβιος ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐπισκόπων ἐπιδίδωσιν ἕτερον λίβελλον τὰ αὐτὰ περιέχοντα. ὁρκίζων τὸν Ἰωάννην ὅρκους φρικτοὺς, συμπλέξας αὐτοῖς καὶ τὴν σωτηρίαν τῶν βασιλέων, μετὰ πολλῆς ταραχῆς· ὡς νομίσαι τοὺς λαοὺς διαπτοηθέντας ἐπὶ τῷ ἰταμῷ· ὅτι θανάτου συγχώρησιν παρακαλεῖ αἰτῆσαι τὸν βασιλέα τὸν Ἰωάννην. ὁ δὲ Ἰωάννης θεασάμενος τὴν ἔκστασιν τοῦ ἀνδρὸς, τὸ ἀτάραχον μνώμενος τῷ λαῷ, ἐδέξατο τὸ βιβλίον, καὶ μετὰ τὰ ἀναγνώσματα τῶν θείων λογίων παρακαλέσας Πανσόφιον τὸν Πισσίδης προαγαγεῖν τὰ δῶρα· αὐτὸς συνεξῆλθε τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις. παρῃτεῖτο γὰρ ἐπιθόλως ἱερατεύειν, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, τὸ· ὅτ' ἂν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ διασκεψάμενος μετὰ τὴν λαοῦ ἀπόλυσιν, καθεσθεὶς ἐν τῷ φωτιστηρίῳ σὺν τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις, τὸν κατήγορον προσκαλεῖται, φήσας αὐτῷ ἐπὶ πάντων· καὶ πάλιν σοι τὰ αὐτὰ λέγω, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ λύπης ἢ ὀργῆς, πολλὰ καὶ λέγουσι καὶ γράφουσιν, ἀτονοῦντες περὶ τὰς ἀποδείξεις. εἰ τοίνυν σαφῶς ἐπίστασαι, περὶ ὧν βούλει κατηγορεῖν· οὔτε γὰρ δυνάμενον ἀπωθούμεθα, οὔτε μὴ δυνάμενον ἕλκομεν· πρὶν ἀναγνωσθῆναι τὸν λίβελλον, ἔκλεξαι τὸ συμφέρον. μετὰ γὰρ τὸ ἀναγνωσθῆναι, καὶ εἰς ἀκοὰς πάντων ἐλθεῖν, πραττομένων ὑπομνημάτων, οὐκέτι σοι ἔξεστιν, ἐπισκόπῳ ὄντι, ζητεῖν ἀβουλητίονα. ἐπὶ τούτοις πάλιν ἐνέμεινε τῇ ἐνστάσει. πρὸς οἷς κελεύουσιν ἀναγνωσθῆναι τὸ βιβλίον· ἀνεγνώσθη τὰ προειρημένα κεφάλαια. λέγουσιν οἱ γέροντες τῶν ἐπισκόπων τῷ Ἰωάννῃ· ἀκούσατε τὴν δύναμιν τοῦ βιβλίου· εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἓν τοῦ ἑνὸς κεφαλαίου δυσσεβές ἐστι, καὶ ἀπηγορευμένον πανταχόθεν τοῖς ἱεροῖς νόμοις· ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν ἐν τοῖς ὑποβεβληκόσι [1] τὴν ἅπασαν σχολὴν ποιεῖσθαι, ἀπὸ τοῦ φρικωδεστέρου ἡ ἐξέτασις γένηται. εἰ γὰρ ἐκεῖνο ἀληθὲς εὑρεθείη, οὐκ ἔστιν ἀντίρρησις περὶ τῶν λοιπῶν κεφαλαίων, τῆς ῥίζης ἐκείνου τοῦ κεφαλαίου πᾶν εἶδος κακίας καρποφορούσης, κατὰ τὸν εἰπόντα· ῥίζα πάντων κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. ὁ γὰρ ἐπ' ἀθῴοις δῶρα λαβὼν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος διανομὴν ἀργυρίῳ ἀπεμπολῆσαι νομίσας· πῶς φείσεται ἔτι κειμηλίων ἢ λίθων ἢ χωρίων τῆς ἐκκλησίας; τότε ὁ Ἰωάννης ἄρχεται τῆς ἐξετάσεως, φήσας τῷ Ἀντωνίνῳ· τί λέγεις πρὸς ταῦτα, ἀδελφὲ Ἀντωνῖνε; ἠρνήσατο ἐξ ἀνάγκης. πῶς γὰρ οἷόν τε ἐκ προοιμίων αὐτῶν τὴν ἰδίαν αἰσχύνην ὁμολογῆσαι. ἠρωτήθησαν οἱ δεδωκότες, ἠρνήσαντο κἀκεῖνοι. ἐπὶ τούτοις ἐπιμελῶς τῆς ἐξετάσεως γινομένης μέχρις ὥρας ὀγδόης, ἐκ τεκμηρίων τινῶν ἐμορφοῦτο ἡ δίκη. καταλήγει τὰ τελευταῖα, ὡς εἰκὸς, εἰς μάρτυρας, ἐφ' ὧν καὶ δεδώκασι, καὶ εἰλήφει. οὐ παρῆσαν οἱ μάρτυρες· χρεία γίνεται τῆς τούτων παραστάσεως. ἀποβλέψας εἰς τὸ ἐργῶδες τῆς παραστάσεως ὁ Ἰωάννης, προθυμεῖται ἐπὶ καθαρισμῷ τῆς ἐκκλησίας, καὶ φειδοῖ τῶν μαρτύρων, δι' ἑαυτοῦ παραγενόμενος εἰς τὴν Ἀσίαν, τὴν ἐξέτασιν συμπεραιῶσαι. θεασάμενος ὁ Ἀντωνῖνος τὸ ἄοκνον Ἰωάννου καὶ τὸ ἀδέκαστον, ὡς ἄτε συνειδὼς ἑαυτῷ, ὑπεισελθὼν εἰς ἕνα τῶν κρατούντων, οὗ καὶ τῶν γηδίων ἐφρόντιζε τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, παρακαλεῖ αὐτὸν ποιῆσαι ἐπισχεθῆναι τὸν Ἰωάννην, ἵνα μὴ ἀπέλθῃ εἰς τὴν Ἀσίαν, ὑποσχόμενος τὴν τῶν μαρτύρων παράστασιν, ὃς ἐξ αὐτῆς παρασκευάζει δηλωθῆναι ἐκ τοῦ παλατίου τῷ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ

A fatione perfiftens; hortatur Joannes Paullum, Epifcopum Heracleæ; nam is Antonino favere videbatur, ut eos in amicitiam compelleret. Surgenfque, Ecclefiam ingreffus eft, una cum Epifcopis. Erat enim facrificii tempus: pacemque populo ex more precatus, fedit cum reliquis Epifcopis. Clam autem fubingreffus accufator Eufebius, coram omni populo & Epifcopis libellum alium offert eadem continentem. Adjurans Joannem horrendis juramentis, quibus falutem quoque Imperatorum complexus eft, multa cum perturbatione: ut putarent populi ejus imprudentia perterriti; eum a Joanne petere, ut vitam fibi ab Imperatore impetraret. Joannes vero, ut vidit inftantiam hominis, ftudens B imperturbatum tenere populum, libellum recepit, lectifque divinis eloquiis Panfophium, Pifidæ Epifcopum, orat, ut divina dona offerat: ipfe cum reliquis Epifcopis egreffus eft. Nolebat enim animo turbido facrificium facere, his Evangelii obtemperans: *Quando offers munus tuum*, & reliqua. Et poft dimiffionem populi, confiderans apud fe, & fedens in baptifterio cum reliquis Epifcopis, accufatorem coram omnibus advocat, dicens ei: Rurfus eadem tibi dico, quod multi mærore vel ira compulfi, multa & dicunt, & fcribunt, quæ probare non poffunt. Si igitur manifefte ea nofti, de quibus illum accufare vis; neque enim fi poffis, repellimus; neque trahimus, fi non poffis, ante- C quam legatur libellus, elige quod expedit: poftquam enim lectus fuerit, & in aures omnium venerit, confectis Actis, non amplius licebit, cum fis Epifcopus, abolitionem petere. Poft hæc, rurfus ille in propofito perfiftit. Tum jubent legi libellum; lectaque funt fupradicta capita. Dicunt feniores Epifcopi Joanni: Audite tenorem libelli, etfi unumquodque uniufcujufque capitis maxime impium eft, & undequaque facris legibus interdictum, ne videamur in his quæ leviora funt, tempus omne infumere, ab eo quod eft horribilius, fiat inquifitio. Si enim illud inventum fuerit verum, nullus de capitibus reliquis erit contradicendi locus: cum illius capitis radix omnem iniquitatis fpeciem pro- D germinet, juxta illum, qui ait: [a] *Radix omnium malorum eft avaritia*. Qui enim fuper innocentes munera accepit, & Spiritus fancti diftributionem argento vendere non dubitavit: quo pacto jam parcet facris vafis, aut lapidibus, aut prædiis Ecclefiæ? Tunc Joannes quæftionem inchoat, dicens Antonino: Quid ad hæc dicis, frater Antonine? Negavit ille neceffario. Quomodo enim poffet fub exordium ipfum confufionem fuam confiteri. Interrogati funt qui dederunt, negarunt & ipfi. Poft hæc cum inquifitio ad horam ufque octavam diligenter ageretur, ex indiciis quibufdam judicium formatum eft. Poftremo, ut par erat, ventum eft ad teftes, coram quibus & hi dederant, & ipfe E acceperat. Non aderant teftes: opus erat eorum præfentia. Difficultatem fiftendorum teftium refpiciens Joannes, ut purgaret Ecclefiam, & teftibus parceret, per fe in Afiam ire fe ultro offert, & examen peragere. Antoninus vifa Joannis ftrenuitate atque incorrupta integritate, utpote fibi confcius, adiit quemdam e proceribus, cujus prædia, quæ in Afia erant, ipfe curabat: orat ut inhibendum Joannem procuret, ne in Afiam abiret, promittens teftes fe exhibiturum, qui ftatim molitur, ut hæcce ad Joannem Epifcopum e palatio

[a] I. Tim. VI. 10.

1. Forte ὑποβεβηκόσι.

SÆCUL. IV.
CIRCA
ANN. CHR.
401.

τάδε, ἄτοπόν ἐστι πρᾶγμα, ἐπίσκοπόν σε ὄντα, καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν προστάτην, ἐν τοσαύτῃ προσδοκίᾳ θορύβου καταλείψαντα τὴν πόλιν, στείλασθαι τὴν ἀποδημίαν τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν, εὐχερῶς τῶν μαρτύρων διαγομένων. ἦν δὲ Γαϊνᾶς ὁ βάρβαρος ὁ προσδοκώμενος θόρυβος. καὶ τί γάρ; ἵνα μὴ μακρηγορήσω, πείθεται ἀπομεῖναι, φροντίζων ὁμοῦ καὶ τῆς δίκης καὶ τῆς συντελείας τῶν μαρτύρων. ἕρμαιον δὲ τῷ κατηγορηθέντι ὑπῆρχεν ἡ εἰς τοὺς μάρτυρας ἀναβολή, οὓς ἐδύνατο φυγαδεῦσαι ἢ ἀργυρίῳ ἢ δυναστείᾳ. ταῦτα προεωρακὼς ὁ Ἰωάννης, σκέπτεται μετὰ τῆς παρούσης συνόδου, τινὰς τῶν παρόντων ἐπισκόπων ἀποστεῖλαι εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπὶ ἐρωτήσει τῶν μαρτύρων. ἐξ αὐτῆς οὖν ὡρίσθησαν τρεῖς ἐπίσκοποι κατελθεῖν· Συγκλήτιος μητροπολίτης Τραϊανουπόλεως, Ἡσύχιος ὁ Παρίου, καὶ Παλλάδιος ὁ Ἑλενουπόλεως, διαλαλησάσης τῆς συνόδου ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, ὡς τὸν ἐντὸς δύο μηνῶν μὴ ἀπαντήσαντα καὶ συστάντα τοῖς ἑαυτοῦ δικαίοις ἐν Ὑπαίπαις τῇ Ἀσιανῶν πόλει, διὰ τὸ ἐκ γειτόνων εἶναι καὶ τοὺς ἐλεγχομένους, καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν ἐπισκόπων τοὺς ὀφείλοντας συνδικάσαι τοῖς περὶ Συγκλήτιον, τοῦτον ἀκοινώνητον γίνεσθαι. πρὸς τούτοις κατῆλθον οἱ τυπωθέντες Συγκλήτιος καὶ Παλλάδιος ἐν Σμύρνῃ. ὁ γὰρ Ἡσύχιος φίλος ὢν τοῦ Ἀντωνίνου, προσεποιήσατο κεκακῶσθαι· ἐξ αὐτῆς δὲ γράψαντες ἐσήμαναν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσι τὴν ἑαυτῶν ἐπιδημίαν, ἵνα συνδραμόντες εἰς τὴν ὡρισμένην πόλιν, ἐκπληρώσωσι τὰς ὑποσχέσεις. οἱ δὲ πείσαντες ἀλλήλους, ὁ μὲν χρυσίῳ, ὁ δὲ ὅρκῳ, φίλοι γεγόνασι πρὸ τῆς τῶν δικαστῶν παρουσίας. συνδραμόντες δὲ σχήματι ἐν τῇ Ὑπαιπινῶν, ἐνόμιζον τοὺς κριτὰς διαπαίζειν ἐπὶ ὑπερθέσει πάλιν τῶν μαρτύρων, ὡς ἐκδημούντων εἰς διαφόρους χρείας. πρὸς τούτοις, ἐπερωτῶσιν οἱ δικασταὶ τὸν κατήγορον· ἐντὸς οὖν πόσων ἡμερῶν διάγεις αὐτούς; καὶ ἐκδεχόμεθα. νομίσας αὐτοὺς δυσφοροῦντας πρὸς τὴν τῶν ἀέρων ἐπάχθειαν ἀποχωρεῖν, ἦν γὰρ τὸ ἀκραιφνὲς τῆς θερινῆς ὥρας, ὑπέσχετο, ἐντὸς τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἐγγράφως, ἢ ἄγειν τοὺς μάρτυρας, ἢ ὑφίστασθαι τὰ τῶν κανόνων. ἀφεθεὶς οὖν εἰς ἐπιζήτησιν τῶν μαρτύρων, καταλιπὼν τὸ πρᾶγμα, καταλαμβάνει τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἐκεῖσε διαλανθάνων. ἐξεδέξαντο οἱ κριταὶ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας, ὡς εἰκός· καὶ ὡς οὐδαμοῦ ἐφάνη, ἐπιστέλλουσι τοῖς πανταχοῦ τῆς Ἀσίας ἐπισκόποις, ποιήσαντες αὐτὸν ἀκοινώνητον, ἢ ὡς λιποτάκτην, ἢ ὡς συκοφάντην. μετὰ δὲ τοῦτο προσεκαρτέρησαν ἄλλας τριάκοντα ἡμέρας· καὶ ὡς οὐδαμοῦ ἐφάνη, ἀναχωρήσαντες ἦλθον εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν. κἀκεῖ περιτυχόντες αὐτῷ, ἐνεκάλουν ἐπὶ τῷ τετολμημένῳ· ὁ δὲ πάλιν ἀρρωστίαν σώματος προφασισάμενος, ὑπισχνεῖτο τοὺς μάρτυρας. τούτων οὕτω χρονοτριβούντων, ἀποθνήσκει ὁ Ἀντωνῖνος, μεθ' οὗ εἶχεν ὁ Εὐσέβιος τὴν δίκην. αὖθις ψήφισμα ἔρχεται ἀπὸ Ἀσίας, τοῦτο μὲν τοῦ κλήρου τῆς ἐκκλησίας τῶν Ἐφεσίων, τοῦτο δὲ τῶν ἐπισκόπων πρὸς τὸν Ἰωάννην, ἀξίωσιν μεθ' ὅρκου φρικτοῦ περιέχον. ἐπειδὴ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις φύρδην οὔτε θεσμοὶ καὶ ἡμεῖς ἐποιμάνθημεν, ἀξιοῦμέν σου τὴν τιμιότητα κατελθοῦσαν τύπον ἐπιθεῖναι θεόπεμπτον τῇ Ἐφεσίων ἐκκλησίᾳ ἐκ μακρῶν τῶν χρόνων καταπονηθείσῃ, τοῦτο μὲν ὑπὸ τῶν τὰ Ἀρείου φρονούντων τοῦτο δὲ ὑπὸ τῶν τὰ ἡμέτερα μετὰ πλεονεξίας καὶ φιλαρχίας αὐχούντων. ἐπειδὴ μάλιστα πολλοὶ οἱ ἐφεδρεύοντες, ὡς λύκοι βαρεῖς, διὰ χρημάτων ἁρπάσαι τὸν θρόνον [1] ἐπειγόμενοι. ὁ δὲ Ἰωάννης ἐν τοσαύτῃ σώματος ἀνωμαλίᾳ καὶ χειμερίας τῆς ὥρας, οὐδὲν πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενος λυπηρόν, ἐπὶ καταστάσει μάλιστα νενοσηκότων πραγμάτων ὅλης τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως δι' ἀπειρίαν ἢ ἐρημίαν ποιμένων, τονωθεὶς τῇ προθυμίᾳ, ἐμβὰς εἰς πλοῖον, ἀπαίρει τῆς πόλεως. ἐπιγενομένου δὲ σφοδροῦ

A denuntiarentur. Absurdum est te, qui sis Episcopus, & animarum nostrarum inspector, in tanta tumultus exspectatione, relinquere civitatem, & peregrinationem in Asiam obire, cum facile testes deduci possint. Erat autem exspectati tumultus caussa Gaina barbarus. Enimvero, ne longior sim, persuadetur illi ut maneat, curam simul habens & judicii & molestiæ testium. Interim lucrum insperatum reo fuit ad adventum testium dilatio, quos aut pecunia, aut potentia fugare poterat. Prævidens ista Joannes, cum præsente Synodo deliberat quosdam e præsentibus Episcopis in Asiam mittere ad interrogandos testes. Derepente igitur tres Episcopi electi sunt, qui mitterentur: Syncletius Me-
B tropolitanus Trajanopolis, Hesychius Episcopus Parii, & Palladius Helenopolis. Cum in Actis interloquuta esset Synodus, ut qui intra duos menses non occurrisset Hypæpis, Asiæ civitate, & jura sua persequutus non fuisset, quia vicini essent & & qui arguebantur, & reliqui Episcopi, qui cum Syncletio judicare debebant, is excommunicatus esset. Post hæc, descenderunt Smyrnam dicti Syncletius & Palladius. Hesychius autem qui amicus erat Antonini, simulavit morbum: & per litteras illico significarunt utrisque partibus adventum suum, ut concurrentes in dictam civitatem implerent promissa. Illi autem cum se mutuo corrupissent, partim auro, partim jurejurando, amici facti erant
C ante adventum judicum. Cum autem dicis caussa ad civitatem Hypæpinorum venissent, sperabant rursum eludere judices dilatione testium, quasi peregre profecti essent ob varias caussas. Post hæc judices accusatorem rogant: Intra quot igitur dies adducturus es testes? & exspectabimus. Ratus ille eos aeris inclementiam ægre ferentes, discessuros; erat enim æstatis ipse ardor; scripto promittit intra quadraginta dies, aut producturum testes, aut pœnas canonum subiturum. Dimissus igitur ad inquirendos testes, omissa inquisitione, Constantinopolim venit, ibi delitescens. Exspectabant judices, ut par erat, ad quadragesimam diem: & cum nullibi ille compareret, scribunt omnibus Asiæ Episco-
D pis, eum denuntiantes excommunicatum, sive ut desertorem, sive ut calumniatorem. Ceterum post hoc alios etiam triginta dies perstiterunt: & cum non compareret, discesserunt, & Constantinopolim redierunt. Illic cum ipsum offendissent, facinus illi exprobrarunt. Rursus ille infirmitatem corporis prætexens, pollicebatur testes se adducturum. Quæ cum in longum tempus sic abirent, moritur Antoninus, cum quo litem habebat Eusebius. Rursus ab Asia venit decretum ad Joannem, partim a clero civitatis Ephesiorum, partim ab Episcopis, postulationem cum horribili jurejurando continens. Quoniam superioribus temporibus inordinate & leges & nos gubernati sumus, oramus Venerationem
E tuam, ut descendas, & formam Deo dignam imponas Ecclesiæ Ephesiorum, a longo tempore afflictæ, partim quidem ab Arii sectatoribus, partim ab iis, qui cum avaritia & dominandi libidine catholicos se esse gloriantur. Quia permulti insidiantur, ut lupi graves, Episcopalem sedem pecuniis rapere festinantes. Joannes in tanta corporis infirmitate, etiam tempore hiberno, nihil molesti sibi ob oculos proponens, ut rebus totius Asianæ Diœceseos ægris mederetur, vel propter imperitiam, vel propter solitudinem pastorum, alacritate animi roboratus, ingressus navim, urbe discessit. Irruente interim sævo aquilone, metuentes nautæ,

1. Georg. τῆς ἐπισκοπῆς.

ἀνέμου βορέου, φοβηθέντες οἱ ναυτικοὶ, ἵνα μὴ εἰς A τὴν Προκόννησον ἐκκρουσθῶσι, τὸ ἔπαρμα θέντες τῇ βαλλομένῃ, ὑποτρέχουσι τὸ ὄρος τοῦ Τρίτωνος· κἀκεῖσε ῥίψαντες τὰς κατοχὰς, ἔμενον ἐκδεχόμενοι νότον, ἵνα παραβάλωσι τῇ Απαμείᾳ. ἐπιμείναντες οὖν δύο ἡμέρας νήστεις ῥεμβόμενοι ἐν τῷ πλοίῳ, τῇ τρίτῃ ἐξῆλθον εἰς τὴν Απάμειαν, ἐν ᾗ ἐξεδέχοντο Παῦλος καὶ Κυρῖνος, καὶ Παλλάδιος οἱ ἐπίσκοποι. τούτους γὰρ ἔλαβε συνεκδήμους ὁ Ιωάννης. διανύσαντες δὲ τῇ πεζικῇ πορείᾳ τὴν ὁδὸν, εἰσβάλλουσιν εἰς τὴν Εφεσον. καὶ συναγαγόντες τοὺς τῆς Λυδίας ἐπισκόπους, καὶ Ασίας καὶ Καρίας συντείνοντας εἰς ἑβδομήκοντα ἄνδρας, ποιοῦνται τὴν χειροτονίαν, τῶν πολλῶν ἐκ προθυμίας ἑκουσίου ἀπαντησάντων, μάλιστα Φρυγῶν, ἐπὶ ἀπολαύσει στόματος σοφίας, κατὰ τὸ εἰρημένον· σο- B φία ἐν ἐξόδοις ὑμνεῖται· τοῦτ' ἔστιν, ἐν τοῖς λαλοῦσιν· ἐν δὲ πλατείαις παῤῥησίαν ἄγει· τοῦτ' ἔστι, καρδίαις ταῖς διὰ πολυτρόπων θλίψεων πλατυνθείσαις, κατὰ τό· ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με. στενοχωρεῖται γὰρ ἡ σοφία ἐν τοῖς τὰ ζιζάνια γεωργοῦσι, καὶ τὸν λόγον συμπνίγουσι.

A ne in Proconnesum ejicerentur, posito velo in partem navis quæ vento verberabatur, Tritonis promontorium prætervehuntur: & ibi jactis ancoris manserunt, austrum exspectantes, ut Apamiæ applicarent. Cum igitur biduum jejuni perstitissent, in navicula agitati; tertia die Apamiam devenere, ubi eum exspectabant, Paullus, Cyrinus & Palladius: hos enim viæ comites assumserat Joannes, pedibusque confecto itinere Ephesum perveniunt. Et congregatis Lydiæ Episcopis, Asiæ atque Cariæ, numero septuaginta, ordinationem faciunt, cum plures spontanea alacritate occurrissent, maxime e Phrygibus, ut oris sapientia fruerentur, juxta quod dictum est: [a] *Sapientia in exitibus lauda-* B *tur*; hoc est, in loquentibus: *In plateis* autem *cum fiducia loquitur.* Hoc est, cordibus, quæ variis afflictionibus dilatata sunt, juxta illud: [b] *In tribulatione dilatasti me.* Coangustatur enim sapientia in iis qui zizania seminant, & suffocant verbum.


## C A P U T  X V.

TΟύτων οὖν οὕτως ἐχόντων, προσῆλθεν ὁ τῆς μακρηγορίας ἡμῖν αἴτιος τοῖς ἐπισκόποις πᾶσιν Εὐσέβιος, ὁ κατήγορος τῶν ἓξ λοιπῶν ἐπισκόπων, ἀξιῶν δεχθῆναι εἰς κοινωνίαν. προσαντιλέγουσί τινες τῶν ἐπισκόπων, μὴ δεῖν αὐτὸν δεχθῆναι ὡς συκοφάντην. ἐπὶ τούτοις ἱκετεύει λέγων· ἐπειδὴ ἡ δίκη τὸ C πλεῖστον μέρος ἐπὶ δύο ἔτη ἐβασανίσθη· εἰς μάρτυρας δὲ γεγένηται ἡ ὑπέρθεσις· δέομαι τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας σήμερον παραυτὰ δοῦναί με τοὺς μάρτυρας· εἰ γὰρ καὶ Αντωνῖνος ἐπλεύτησεν ὁ λαβὼν τὸ χρυσίον, καὶ χειροτονήσας· ἀλλ' οὖν γε μένουσιν οἱ δεδωκότες, καὶ χειροτονηθέντες. ἐδικαίωσεν ἡ παροῦσα σύνοδος ζητηθῆναι τὸ πρᾶγμα. ἄρχεται ἡ ὑπόθεσις ἐξ ἀναγνώσματος τῶν πρώην πραχθέντων ὑπομνημάτων. εἰσῆλθον οἱ μάρτυρες, εἰσῆλθον καὶ ἓξ τῶν δεδωκότων, καὶ χειροτονηθέντων. ἐν μὲν τῇ ἀρχῇ ἠρνοῦντο. ἐπιμενόντων δὲ τῶν μαρτύρων, τῶν μὲν λαϊκῶν, τῶν δὲ καὶ πρεσβυτέρων, οἷς ἔδοξαν πεθαῤῥηκέναι· καὶ γυναικῶν τινων, καὶ τὰ εἴδη τῶν ἐνεχύρων λεγόντων, καὶ τοὺς τόπους καὶ τοὺς καιροὺς, καὶ D τὴν ποσότητα. οὐ πάνυ καλῶς διακειμένης αὐτῶν συνειδήσεως, αὐθαίρετοι ὁμολογοῦσι δίχα πολλῆς ἀνάγκης, ὅτι δεδώκαμεν. ὡμολόγηται. καὶ γεγόναμεν· τοιαύτην νομίσαντες εἶναι ἀκολουθίαν, ἵνα δόξωμεν τοῦ βουλευτηρίου ἐλευθεροῦσθαι. καὶ νῦν δεόμεθα, εἰ μέν ἐστιν ὅσιον, ἡμᾶς εἶναι ἐν τῇ λειτουργίᾳ τῆς ἐκκλησίας· ἐπεὶ κἂν τὸ χρυσίον, ὃ δεδώκαμεν, ἵνα λάβωμεν. τῶν γὰρ γυναικῶν ἡμῶν τινες δεδώκαμεν σκεύη. ὁ Ιωάννης πρὸς ταῦτα ὑπέσχετο τῇ συνόδῳ, ὅτι τοῦ μὲν βουλευτηρίου ἐγὼ αὐτοὺς σὺν Θεῷ ἀπαλλάξω, ἀξιώσας τὸν βασιλέα. ὑμεῖς δὲ προστάξατε αὐτοὺς λαβεῖν, ὃ δεδώκασι, παρὰ τῶν Αντωνίνου κληρονόμων. προσέταξεν ἡ σύνοδος, τὸ μὲν χρυσίον αὐτοὺς λαβεῖν παρὰ τῶν κληρονόμων Αντωνίνου, κοινωνεῖν δὲ ἔν- E δον τοῦ θυσιαστηρίου. εἶναι δὲ ἀπὸ ἱερέων. ἵνα μὴ τούτων συγχωρηθέντων ἔθος γένηται Ιουδαϊκὸν, ἢ Αἰγύπτιον, τοῦ πωλεῖν καὶ ἀγοράζειν τὴν ἱερωσύνην. φασὶ δὲ τὸν λυμεῶνα, καὶ ψευδώνυμον πατριάρχην τῶν Ιουδαίων κατ' ἔτος ἀμείβειν, ἢ καὶ παρ' ἔτος τοὺς ἀρχισυναγώγους ἐπὶ συλλογῇ τοῦ ἀργυρίου, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ζηλωτὴν τούτου τῶν Αἰγυπτίων πατριάρχην, ἵνα πληρωθῇ τὸ προφητικόν· οἱ ἱερεῖς αὐτῆς μετὰ δώρων ἀπεκρίνοντο, καὶ οἱ προφῆται αὐτῆς μετὰ ἀργυρίου ἐμαντεύοντο. τούτων πάντων ἐστὶ καὶ ὑπομνήματα, καὶ οἱ κρίναντες· καὶ οὐκ εἰς μίαν ἡμέραν γεγένηται, ὡς ἐψεύσατο ὁ Θεόφιλος, ἡ ἐξέτασις,

DUM hæc geruntur, accessit ad nos Episcopos, prolixi sermonis caussa, Eusebius accusator sex reliquorum Episcoporum, rogans ut ad communionem admitteretur. Contradicunt quidam Episcopi, adduntque, calumniator cum esset, non oporC tere ipsum admitti. Post hæc supplicat, dicens: Quoniam caussa ista biennio maxima ex parte examinata est, & ad testium adventum facta est dilatio: rogo pietatem vestram, ut hodie jamjam testes producam. Etsi enim Antoninus mortuus est, qui nummos accepit, & ordinavit, attamen supersunt & qui dederunt, & qui ordinati sunt. Justum visum est præsenti Synodo rem perquiri. Incipit caussa a lectione Actorum, quæ prius facta fuerant. Ingressi sunt testes: ingressi & sex illi qui pecuniam dederant, & ordinati fuerant. Et initio quidem negabant. Instantibus autem testibus partim laicis, partim Presbyteris, quibus confidere videbantur, necnon mulieribus quibusdam, qui etiam D pignorum, seu munerum species dicebant, & loca, & tempora, & quantitatem. Cum vero eorum conscientia recta non esset, ultro confitentur, levi adhibita necessitate: dedimus, confessum est: & ordinati sumus: talem putantes esse consuetudinem, ut videremur a Curia liberari. Et nunc oramus, si fas est, simus in ministerio Ecclesiæ: sin minus, aurum, quod dedimus, recipiamus. Quidam enim e nobis uxorum supellectilem dedimus. Ad hæc Joannes Synodo pollicitus est: quod ad Curiam quidem attinet, ego eos, Deo juvante, liberabo, exorato Imperatore. Vos autem mandate, ut ab heredibus Antonini ipsi accipiant, quæ dederunt. Præcepit Synodus, ut aurum acciperent ab heredi- E bus Antonini, & communicarent intra altare: essent autem jam non Sacerdotes, sed ex Sacerdotibus. Ne si ista concederentur, mos fieret Judaicus aut Ægyptius, vendendi atque emendi Sacerdotium. Dicunt enim pestilentem, & falsum Judæorum Patriarcham, singulis annis, aut anno interjecto, Synagogæ principes mutare ad corradendam pecuniam, similiter & hujus æmulum, Ægyptiorum Patriarcham, ut impleatur illud Prophetæ: [c] *Sacerdotes ejus cum muneribus respondebant, & Propheta ejus cum pecunia vaticinabantur.* Horum omnium exstant Acta & judicum nomina: neque

a Prov. I. 20. b Psalm. IV. 2. c Mich. III. 11.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 401



ἀλλ' ἐπὶ δύο ἔτη. καὶ ἔστερξαν οἱ καθαιρεθέντες, τῆς μελλούσης κρίσεως ἐλευθερωθέντες, ὡς τὸν ἕνα ἐξ αὐτῶν ἔκδικον δημοσίων γενέσθαι πραγμάτων· καὶ εἰς τοὺς τόπους αὐτῶν ἕτεροι ἀγύναιοι ἀντεισήχθησαν, βίῳ καὶ λόγῳ κεκοσμημένοι. καὶ οἱ γεννάδες καὶ φιλόνεικοι, μετὰ τὴν Ἰωάννου ἐξορίαν, λαβόντες ὃ ἔλαβον. οὐ γὰρ ἔχει ὄνομα ἡ κακία, ὥσπερ οὐδὲ οὐσίαν· τοὺς μὲν πρὸ τετραετίας ῥιφέντας πάλιν εἰσέφρησαν εἰς τὰς ἐκκλησίας· τοὺς δὲ ἐνθέσμους ἐνθρονισθέντας ἐξέωσαν ἐπὶ σκορπισμῷ τῶν τοῦ Χριστοῦ προβάτων. τὸ μέντοι γελοιωδέστατον πάντων, μᾶλλον δὲ θρήνου ἄξιον, ἐὰν ἀκούσῃς, Θεόδωρε φιλομαθέστατε, ἠχήσει μέν σου, κατὰ τὸν προφήτην, ἀμφότερα τὰ ὦτα, ἀποκλαύσεις δὲ φιλόθεος ὢν τοὺς μαινομένους τῶν ἐπισκόπων, ἐσκοτισμένῃ χειρὶ λυμαινομένους τὰς δωρεὰς τοῦ Χριστοῦ. ἃς γὰρ μετὰ νηστείας, καὶ δεήσεως, καὶ δοκιμασίας κλήρου, καὶ φόβου οἱ περὶ Πέτρον καὶ Ἰωάννην ἐποίουν χειροτονίας, αὐτοὶ τὸ ἐναντίον μετὰ κραιπάλης καὶ μέθης καὶ δώρων οἰκτρῶν, τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκτρώματα· ἃ μήτε χοίρων ἀλόγων ἢ κυνῶν ἄξια, κατὰ τὸν προφητεύσαντα περὶ αὐτῶν Ἰὼβ ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος· οὓς οὐχ ἡγησάμην ἀξίους κυνῶν τῶν ἐμῶν νομάδων, οἳ ὑπὸ φρύγανα διῃτῶντο. οἱ τοίνυν μετὰ μιμάδων καὶ Ἰουδαίων, ὡς φίλοι τοῦ σωτῆρος, παρὰ τῶν σοφῶν τὰ ἀπόρρητα τῆς ἱερωσύνης καταπιστεύονται. δι' οὓς καὶ τοὺς εὐκτηρίους οἴκους φεύγουσιν οἱ λαοὶ τῶν ὀρθοδόξων. ἔφθασε γὰρ πάντως τὸ καινὸν καὶ κουφωδέστατον τοῦ τολμήματος καὶ μέχρις ἡμῶν τῆς κατὰ Ἔφεσον ἐκκλησίας· πῶς γὰρ οὔ; παραθαλασσίας οὔσης, καὶ ῥᾳδίως διαπορθμευούσης τὰς φήμας· εἰς τὸν τόπον γάρ, μᾶλλον δὲ εἰς τὸν Ἰωάννου, τοῦ τὸ εὐαγγέλιον γράψαντος, τοῦ εἰς τὸ τῆς σοφίας στῆθος πιστῶς ἐπαναπεσόντος, περὶ οὗ γέγραπται· ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς. ὃν Τιμόθεος, ὁ Παύλου μαθητής, πρὸς ὃν αἱ δύο φέρονται τοῦ Ἀποστόλου ἐπιστολαί, διαδέχεται βδέλυγμα ἐρημώσεως. χειροτονήσαντες γὰρ τὸν Βίκτωρος τοῦ Τριβούνου Εὐνοῦχον, ἐνεθρόνισαν, καὶ τὸν ὑπὸ ἑβδομήκοντα ἐπισκόπων ἐνθρονισθέντα ἐν εἱρκτῇ δαπανῶντες μέχρι τῆς δεῦρο, ἄνδρα μονάσαντα ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἀπὸ ἐγκυκλίων ἡγμένον μαθημάτων, καὶ τῶν θείων γραφῶν ἐντὸς γενόμενον, καὶ διακονήσαντα ἔτη τρία. καὶ εἴθε ὁ χειροτονηθεὶς Εὐνοῦχος διὰ βίου σεμνοῦ ἦν ἠγμένος, καὶ ἡμίκακον ἦν τὸ κακόν. νυνὶ δέ, γῆς ἔντερον, γαστρίδουλον, θηλυμανές, ἰταμόν, μέθυσον, πορνοκόπον, ἀργυρώνητον, ἀνελεύθερον, φιλάργυρον, πρὸς αὐτῇ τῇ γενέσει σιδηροκατάδικον, ἄνανδρον, ἄθηλυ, ἐπιμανές, καθὼς ἤκουσα πολλάκις, τὰ θεατρικὰ κοράσια ἐπ' ὤμων βαστάσαντα ἐν σατυρικοῖς συμποσίοις, κισσῷ τὴν κεφαλὴν ἐστεμμένον, καὶ κρατῆρα ἐν τῇ χειρὶ ἐνημμένον οἰνοχοηκέναι, ἐν προσχήματι τοῦ μυθικοῦ Διονύσου. ταῦτα δὲ πάντα ἔπραξεν οὐ πρὸ τῆς εἰς Χριστὸν μυσταγωγίας, ἀλλὰ μετὰ τὸ φώτισμα· ὃς αἰνίττεται διὰ τούτων μηδὲ τῇ ἀναστάσει πιστεύειν. τῆς γὰρ ἀναστάσεως τὸν θεμέλιον σαθρώσας, πῶς ἔτος ἐπὶ [1] ταύτῃ πιστεύει; ὁ δὲ μὴ πιστεύων τῇ ἀναστάσει, πῶς κήρυξ γένηται τῆς ἀναστάσεως, κατὰ τὸν εἰπόντα· πῶς δὲ κηρύξωσιν, ἐὰν μὴ πιστεύσωσιν; οὗτος σωφρονεῖ μὲν ἄμισθα διὰ σιδήρου, μαίνεται δὲ ἄκαρπα, δι' οἰκείαν αἰσχρότητα. ταῦτα δέ ἐστι τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν γεγενημένα, περὶ ὧν ἐπηρώτησας, διὰ τὸν γράψαντα Θεόφιλον, δεκαὲξ ἐπισκόπους καθῃρηκέναι τὸν Ἰωάννην. ἔστω σοι εἰδὼς ἐπὶ τῆς ἀληθείας, ὅτι ἓξ εἰσι. τούτων ἐστὶ καὶ τὰ ὑπομνήματα σωζόμενα παρ' ἡμῖν μετὰ ὑπογραφῆς τῶν εἰκοσιδύο ἐπισκόπων τῶν τὴν ἀρχὴν ἀκου-

A uno die facta est disquisitio, ut mentitus est Theophilus, sed per biennium: atque acquieverunt, qui fuerant depositi, ut a futuro judicio liberarentur: ita ut unus ex iis factus sit publicorum negotiorum defensor: & in eorum locum suffecti sunt alii, non conjugati, vita & doctrina ornati. Verum generosi illi & litigiosi, post Joannis exsilium, accepto eo quod acceperant; neque enim habet improbitas nomen, sicut neque substantiam; eos qui ante quadriennium ejecti fuerant, rursus in Ecclesias invexerunt: & legitime in sedibus collocatos expulerunt ad dispergendas Christi oves. Illud autem omnium maxime ridiculum, vel potius lamento dignum, si audieris, studiosissime Theodore: [a] B *Tinnient*, ut ait Propheta, *ambæ aures tuæ*. Lugebis vero, Dei amans qui sis, furentes Episcopos clandestina manu Dei dona corrumpentes. Quas enim ordinationes cum jejunio, & oratione, & probatione cleri, ac timore, Petrus & Joannes faciebant: illi contra per crapulam, & ebrietatem atque miseranda dona, abortus hominum, qui neque porcis irrationabilibus, neque canibus digni erant; juxta Job, qui de iis prophetavit ex persona Servatoris: [b] *Quos non dignabar ponere cum canibus gregis mei, qui sub sarmentis vivebant*. His autem qui inter mimos & Judæos vivunt, ut amicis Servatoris, a sapientibus Sacerdotii arcana concreduntur: propter quos etiam populi ortho- C doxi oratoria fugiunt. Pervenit enim ad nos novum illud & levitatis plenissimum facinus Ecclesiæ Ephesinæ: quidni enim, cum Ephesus maritima sit, & facile famam transvehat? Nam in locum illum, vel potius in locum Joannis, qui Evangelium scripsit, & super Sapientiæ pectus fideliter recubuit, de quo scriptum est: [c] *Quem diligebat Jesus*; cui successit Timotheus, Paulli Discipulus, ad quem duæ feruntur Apostoli epistolæ; succedit abominatio desolationis. Ordinato enim ab iis Victoris Tribuni Eunucho, in sede Episcopi eum collocarunt. Et qui a septuaginta Episcopis constitutus fuerat; in carcere, usque ad hunc diem macerant virum, encycliis disciplinis optime institu- D tum, & divinarum scripturarum peritum; qui in eremo monasticam vitam egerat, & qui per tres annos Diaconus fuerat. Atque utinam Eunuchus ille qui ordinatus est, honestam vitam egisset, & hoc malum quasi dimidiatum esset. At nunc terræ vermis, ventris mancipium, fœminarum amore insanum, impudens, ebriosum, meretricium, venale, illiberale, avarum, ab ipsa statim nativitate ferro obnoxium; nec vir nec fœmina; furiosum, & qui, ut sæpe audivi, inter satyrica convivia, theatrales puellas humeris portavit, capite edera coronato, craterem ferens manu, & vinum fundens in speciem fabulosi Bacchi. Hæc autem omnia fecit, non antequam Christo initiaretur, sed post E baptismum: qui per hæc ostendit resurrectionem se non credere. Qui enim resurrectionis fundamentum subvertit, quomodo eam credit? Qui autem non credit resurrectionem, quo pacto resurrectionis præco erit, juxta eum qui dixit: [d] *Quomodo autem prædicabunt, nisi crediderint?* Hic quidem nulla mercede castus est, ferro sectus; ceterum insanit sine fructu, per suam spurcitiem. Hæc autem sunt quæ in Asia gesta sunt, de quibus interrogasti, eo quod Theophilus scripserit, sexdecim Episcopos a Joanne depositos fuisse. Certo scias quod sex fuerint. Horum etiam Acta exstant, quæ servantur apud nos cum subscriptionibus viginti duorum Episcoporum, qui ab initio caussam audie-

a Jerem. xix. 3. b Job xxx. 1. c Joan. xxi. 20. d Rom. x. 20.

1. Georg. ἔτι.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.

σάντων, καὶ τῶν ἑβδομήκοντα τῶν καθειλόντων, καὶ τὴν δίκην περανωσάντων. ὁ Διάκ. σύγγνωθί μοι, πάτερ· ὑπερβαίνει μέθην, καὶ μανίαν, καὶ παίγνιον τὰ τοιαῦτα. οἱ μὲν γὰρ μαινόμενοι καὶ μέθυσοι καὶ οἱ παῖδες· οἱ μὲν μετὰ τὴν νῆψιν, οἱ δὲ μετὰ τὴν πέψιν, οἱ δ' ἄλλοι μετὰ τὴν ἔννομον ἡλικίαν ἀρνοῦνται ἐπαισχυνόμενοι τοῖς αἰσχρῶς ἢ ἀτάκτως γεγενημένοις ἢ λελεγμένοις. οὗτοι δὲ ἐν ἡλικίᾳ πλείᾳ, καὶ δοκούσῃ νήψει δεδρακότες, οὐ μόνον οὐ μεταμελοῦνται ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν, ἀλλ' ἔτι εὔχονται ἀσάλευτον καὶ βεβαίαν διαμεῖναι τὴν ἑαυτῶν κακοπραγίαν. οἱ γὰρ μὴ φρίξαντες εὐαγγέλιον ἐπιθεῖναι ἐναγεῖ κεφαλῇ, εἰς ἣν γυναικῶν αἱ ἀνήμεροι ἐπωρχήσαντο· τίσιν ἄλλοις συναριθμήσονται, ἢ τοῖς τὸν ἀκάνθινον στέφανον τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ περιθεῖσιν; αὐτὸς δὲ εἰ οἶσθα τὸν τρόπον τῆς καταστάσεως Πορφυρίου τοῦ Ἀντιοχέων, ἢ τοὺς καταστήσαντας, ἢ τὸν πάλαι τοῦ ἀνθρώπου βίον, ἢ ἄσημος, ἢ ἐπίσημος, τά τε δόγματα, εἰ ἀληθῆ, ἢ ψευδῆ, ἀπάγγειλον ἡμῖν. ἐπειδὴ μάλιστα καὶ γεγράφηκε τῇ ἐκκλησίᾳ Ῥωμαίων, καὶ ἀντιγράφων οὐκ ἠξιώθη. ὁ Ἐπίσκ. ὁ αὐτὸς ἔσται μοι λόγος τῆς ἀληθείας, οὐ γὰρ ἐπιλήσομαι τῆς τοῦ δεσπότου φωνῆς, τῆς λεγούσης· περὶ παντὸς λόγου ἀργοῦ δώσουσι λόγον οἱ ἄνθρωποι ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. ἐγὼ δὲ προσπλέξας τολμηρῶς εἴποιμι, καὶ περὶ πάσης ἀργῆς ἀκοῆς. ὥς γ' ἂν καὶ σεαυτὸν ἀσφαλίσαι, εἴ τι οὐ συνορᾷς με ἀληθεύειν, μὴ τῇ πολιᾷ μου ἡττώμενος, ἀλλὰ τῇ τῶν πραγμάτων φύσει. τί γάρ μοι ἐκ τῶν σήμερον, ἢ ἐκ τῶν χθὲς εἰρημένων, ὄφελος ψευσαμένῳ, εἰς αἰῶνα ἐνώπιον τῆς ἀκριβοῦς δίκης καταισχυνομένῳ; πῶς δὲ ὑποίσω τὸν μυλικὸν λίθον τῆς καταλαλιᾶς ἐν τῷ τραχήλῳ τῆς διανοίας, εἰς τὸν βυθὸν τῆς γεέννης κατασπώμενος, ἐπὶ τοῖς διὰ τῶν ψευσμάτων σκανδαλισθεῖσιν; Πορφύριος οὗτος ἐν μὲν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐχρόνισε, καὶ διακονήσας καὶ ἱερατεύσας ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ, τῶν μέντοι χρόνων ἀλλότριον τὸ ἦθος φέρων, εἰς οὐδὲν πνευματικὸν ἐχρησίμευσέ ποτε τῇ ἐκκλησίᾳ. τοῖς δὲ περιχωρίοις τῶν εὐλαβῶν ἐπισκόπων ἀεὶ ἀντιπράττων, ὡς ἅτε μεγίστης ὢν πόλεως, καὶ ἔχων ἄρχοντας ἐπ' ἐξουσίας, τὸ πρᾶγμα ἐκαπήλευε· ἐπιβουλεύων δὲ ταῖς σεμναῖς χειροτονίαις, ὑπεισήρχετο τῇ τῶν τρόπων δεινότητι τοὺς κατὰ καιρὸν ἐπισκόπους, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ ἄκοντας κατασπῶν ἐπὶ τὰς ἀνεμφθόρους ἄγων χειροτονίας. δεινὸν γὰρ κολακεία κατὰ τὸν κωμικὸν Μένανδρον, μετὰ δυστροπίας συγκεκλωσμένη, καθὼς λέγει· χαλεπὸν, Παμφίλη, ἐλευθέρᾳ γυναικὶ πρὸς πόρνην μάχεσθαι· πλείονα οἶδε, πλείονα κακουργεῖ· αἰσχύνεται οὐδένα, κολακεύει μᾶλλον· κατὰ δὲ τὸν σοφὸν Σολομῶντα· λόγοι κερκόπων μαλακοί· αὐτοὶ δὲ τύπτουσιν εἰς ταμεῖα κοιλίας. σωφροσύνης μὲν γὰρ τῆς κατὰ τὰς σαρκικὰς ἡδονὰς οὐ μόνον ξένος, ἀλλὰ καὶ ἐχθρὸς, καθάπερ γὺψ μύρου, καθέστηκεν· ὡς κρατεῖν αὐτοῦ φήμην καὶ τῆς κατὰ Σόδομα κακομανίας. νόμων γὰρ καὶ μέτρων καὶ τειχῶν κειμένων παρὰ τῆς φύσεως ἐπὶ ταῖς ἡδοναῖς, ὥς φασιν οἱ πολλοί· πατήσας μὲν τὸ τεῖχος, συντρίψας δὲ τὸ μέτρον, ἐνυβρίσας δὲ τὸν νόμον, ταύτην ἀπεκύησε τὴν ὑπόληψιν, τῶν γοήτων καὶ ἡνιόχων, καὶ τῶν τὰ παλαιὰ δι' ἀσχήμου κινήσεως μετ' ἐκστροφῆς σκέλους δεικνυόντων προΐστασθαι καὶ συνεστιᾶσθαι. γόησι μὲν γὰρ συναγωνίζεσθαι, καὶ φιλικῶς συμβάλλειν οὐ διετράπη, ὡς καὶ ἐν ὑπομνήμασι διαφόρων ἀρχόντων ἐμφέρεσθαι ἐγκλήματα. οὐκ ἀνεγνωκότα τὸ γνωμικόν· ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, μηδ' ὑπονοοῦ ποιεῖν. δι' ὃν καὶ ὁ μεσίτης πληγαῖς ἀνῃρέθη· [1] καὶ ὁ εὑρὼν ἐξορίσθη, καὶ ὁ γόης ἐφυγαδεύθη. φησὶ δὲ πρὸς ταῖς προλαβούσαις

A runt, & septuaginta eorum, qui deposuerunt, & caussam terminarunt. DIAC. Ignosce mihi, Pater: talia omnem ebrietatem, furorem ac ludibrium exsuperant. Furentes enim qui sunt & ebrii, atque pueri: illi quidem ubi resipuerunt, hi ubi concoxerunt, alii autem ubi ad justam ætatem pervenerunt, negant, erubescentes prave & inordinate facta atque dicta. Illi vero in ætate perfecta, & in apparente sobrietate cum patrarint, non solum non pœnitentia moventur, sed adhuc desiderant, ut firma & immobilis perduret sua improbitas. Qui enim non horruerunt Evangelium scelesto capiti imponere; cui immites mulierculæ insultavere; num aliis annumerabuntur, quam qui spineam co-
B ronam Dei Filio imposuerunt? Ceterum si nosti modum ordinationis Porphyrii, Antiochensis Episcopi, aut ipsos qui eum ordinarunt; aut quam hominis vitam, obscuram, an insignem; & doctrinam veram, an falsam, ipse nobis edissere: maxime quia ad Ecclesiam Romanam scripsit, & responso dignus habitus non fuit. EPISC. Eadem mihi ac prius erit ratio veritatis. Non enim oblivíscar vocem Domini dicentis: [a] *De omni verbo otioso reddent rationem homines in die judicii*. Ego autem audacter addidero, & de omni otioso auditu. Itaque & teipsum tuere cautius, ne si quid me non vere loqui animadvertas, non canis meis cedas, sed ipsi rerum veritati. Quid enim mihi ex
C iis quæ hodie, aut heri dicta sunt, utilitatis accedat, si mentiar, quæ in perpetuum coram exacto judicio confusioni mihi forent? Quomodo autem feram molarem detractionis lapidem in vertice mentis, in profundum gehennæ detractus, propter eos qui a mendaciis scandalum passi sunt? Porphyrius quidem iste in Ecclesia diu versatus est: & Diaconi & Sacerdotis functus officio in Presbyterio, istis quidem temporibus alienos mores gerens, in nulla umquam re spiritali Ecclesiæ profuit. Ceterum vicinis & religiosis Episcopis semper adversans, utpote qui esset e maxima civitate, & magistratus haberet in potestate, rem cauponatus est: sanctis enim ordinationibus insidians, morum ver-
D sutia se se opportune insinuabat in gratiam Episcoporum, invitosque (ut dixerit quis) attrahebat ad leves & noxias ordinationes. Mala enim res est adulatio cum perversis moribus connexa: juxta Comicum Menandrum, qui ait: Grave, o Pamphila, ingenuæ mulieri cum meretrice certare: plura novit, plura patrat, erubescit neminem, adulaturque potius: & ut ait sapiens Salomon: [b] *Verba adulatorum mollia; feriunt autem ad ventris usque penetralia*. A castimonia enim & continentia adversus carnales voluptates non solum abest, sed & hostis est, velut vultur unguenti: adeo ut Sodomitico crimini obnoxium fama vulgarit. Cum enim & leges, & mensuræ, & muri voluptatibus
E sint a natura constituti, ut vulgo dicitur: proculcato quidem muro, & confracta mensura, & lege violata, hanc de se suspicionem genuit, præstigiatoribus & aurigis, atque iis qui inhonesto motu cum distorto crure veteres fabulas exhibent, præesse, & convivari. Præstigiatoribus enim favere, & amice congredi non erubuit, ita ut in Actis plurium magistratuum hoc crimen contineatur. Qui non legerat hanc sententiam: Quæ facere non oportet, ea facere ne in suspicionem venias. Propter quem etiam mediator verberibus necatus est: & qui invenit, in exsilium pulsus est, præstigiator

a Matth. XII. 36. b Prov. XXVI. 22.

1. Hæc in Mediceo sic habentur: quædam in edito deerant.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 401.



κακοπραγίαις, μετὰ τὴν χειροτονίαν τὰ κειμήλια χωνεύσας τοῖς ἄρχουσι προσαναλίσκειν, ἵνα δόξῃ κρατεῖν οὐ λόγῳ, ἀλλὰ τυραννίδι, τῶν ἀθλίως αὐτῷ παραπεσόντων. τῇ γὰρ Ἰωάννου ἐξορίᾳ τῇ εἰς τὴν Ἀρμενίων συνήκμασεν ὁ θάνατος Φλαβιανοῦ, τοῦ Ἀντιοχέων ἐπισκόπου. Θεασάμενος ὁ Πορφύριος τήν τε ἀνδρονῖτιν καὶ τὴν γυναικονῖτιν πόθῳ ἐκκρεμαμένην τῷ τραχήλῳ Κωνσταντίου τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων δουλεύσαντος τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀνδρὸς, ὡς λέγουσιν οἱ Κριταὶ, ἀμφοτεροδεξίου. καὶ ἡ νομιζομένη γὰρ αὐτοῦ ἀριστερὰ, τῆς ἄλλων δεξιᾶς ἀμείνων ὑπῆρχεν. ὃς τὰ μὲν πρῶτα ἐν ἐπιστολαῖς ὑπηρετήσας, ἄμεμπτος ἀπὸ κέρδους αἰσχροῦ καὶ δώρων εὑρέθη. μετέπειτα δὲ ἐπὶ τὸν ἀναγνώστην καὶ διάκονον φθάσας, ἀκόπτως ἐκράτησε τῆς ἐν ἀνθρώποις βασιλευούσης τῶν γυναικῶν ἡδονῆς, ὡς λέγει ὁ παροιμιαστής· χεὶρ ἐκλεκτῶν κρατήσει εὐχερῶς. τὸ μὲν γὰρ κρατεῖν ἐστιν ἴσως καὶ τῶν ἐπὶ πλεῖστον φαύλων, ἢ φόβῳ, ἢ αἰσχύνῃ τὴν διὰ σώματος ἐνέργειαν κωλυόντων μετὰ πολλῆς τῆς ἀνάγκης. τῷ δὲ ἔρωτι τῶν ἄνω μὴ ἡττηθῆναι τοῖς κάτω, μόνον ἐστὶ τῶν φιλοθέων, οὓς καὶ ἐκλεκτοὺς ὠνόμασεν ἡ γραφὴ, τό· χεὶρ ἐκλεκτῶν κρατήσει εὐχερῶς, εἰποῦσα. πρᾶος μὲν γάρ ἐστιν, εἰ καί τις ἄλλος, ἀσκητὴς, διορατικὸς, ὀξὺς συνιδεῖν, βραδὺς εἰς κόλασιν, σύννους, τὸ σκεπτικὸν ἀεὶ αἰνιττόμενος, ἐλεήμων, ἀφιλάργυρος, δίκαιος εἰς τὰς κρίσεις, μακρόθυμος εἰς τὰς ὕβρεις, εὔτονος εἰς τὸ πεῖσαι, παρατείνας πολλάκις νῆστις ἕως ἑσπέρας, ἵν' ἐλευθερώσῃ καταπονουμένους, σεμνὸς ἰδεῖν, δριμὺς τὸ βλέμμα, ὀξὺς τὸ βάδισμα, ἄγαμος, ὡς εἰκὸς, ἄνθος μειδιοῦν ἐπὶ προσώπου σώζων καὶ ἐν αὐτοῖς ταῖς νόσοις. τοῦτον οὖν τὸν τοιοῦτον παρασκευάζει διὰ χρημάτων φυγαδευθῆναι τῷ τρόπῳ τούτῳ. ἀποστείλας εἰς τὸ στρατόπεδον πρὸς τοὺς κρατοῦντας τῶν ἐπισκόπων, ποιεῖ αὐτὸν ἀπὸ γράμματος βασιλικοῦ εἰς Ὄασιν ἐξορισθῆναι, ὡς ἀναστάτην τῶν δήμων. ὃς ἐξ αὐτῆς γνοὺς διασώζεται παρὰ τῶν φίλων ἐπὶ τὴν Κύπρον. αὐτὸς δὲ ὁ Πορφύριος τοὺς περὶ Κυριακὸν, καὶ Διόφαντον τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ λοιποὺς κληρικοὺς ὑπὸ τὴν τάξιν ποιήσας, ἐπιτηρεῖ καιρὸν, ἐν ᾧ πᾶσα ἡ πόλις μεθωρμίζετο ἐν τοῖς τῆς πόλεως προαστείοις, ἔχων παρ' ἑαυτῷ τοὺς περὶ Ἀκάκιον καὶ Σευηριανὸν καὶ Ἀντίοχον, κεκρυμμένους, μιᾶς τῶν παρὰ τοῖς ἔθνεσιν ἐπισήμων ἑορτῶν διὰ τετραετίας ἐπιτελουμένων τῶν Ἡρακλείων ἄθλων, Ὀλυμπίων καλουμένων, ἐν ᾗ, ὡς εἰπεῖν, καὶ γυναικῶν αἱ νομάδες σὺν τοῖς δήμοις ἐκκρηπίζονται ἐπὶ τὴν Δάφνην ἐπὶ θέᾳ τῶν ἀγωνιζομένων. ἐπεισπηδήσας τῇ ἐκκλησίᾳ μετὰ τῶν προειρημένων ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν ὀλίγων χειροτονεῖται λάθρα, θυρῶν κεκλεισμένων, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς· ὡς μηδὲ τὴν εὐχὴν αὐτοὺς φθάσαι ἐπιτελέσαι, φόβῳ τοῦ καταληφθῆναι. τοιοῦτο γὰρ ἡ μοιχεία, τὰ νόθα καὶ γεννῶσα καὶ δρῶσα. οἱ δὲ περὶ Σευηριανὸν λαβόντες τὸ ἱκανὸν, δι' ὀρέων καὶ ἀνοδιῶν ἔφυγον, τὸν ἀνθρώπειον διαδράσαντες φόβον, τῷ δὲ θείῳ, ὃν ἠγνόησαν, περιπαρέντες.

A vero in fugam actus fuit. Ajunt illum præter superiora scelera, post ordinationem sacra vasa conflasse, & in magistratus impendisse, ut videretur non ratione, sed tyrannide iis præesse, qui infeliciter in ipsius potestatem devenerant. Nam cum exsilio Joannis in Armenia concurrerat mors Flaviani, Antiochensis Episcopi. Cum videret Porphyrius viros & fœminas studio pendere a collo & cervicibus Constantii Presbyteri, qui a teneris, ut ajunt, unguiculis Ecclesiæ servierat, viri, ut in libro Judicum, [a] *ambidextri*: etenim quæ ejus sinistra putabatur, dextra aliorum potior erat. Qui primo quidem cum ab epistolis esset, integer a turpi lucro & donis inventus est. Postea autem fa- B ctus Lector & Diaconus, regnantem inter homines mulierum voluptatem sine labore superavit, ut ait Proverbiorum auctor: [b] *Electorum manus facile dominabitur*. Nam voluptates superare, & illi fortasse possunt, qui admodum mali sunt, aut timore, aut verecundia, corporis actionem cohibentes multa cum violentia. At vero cælestium amore, terrenis non cedere, Dei amantium solum est: quos & electos vocavit Scriptura, dicens: *Manus electorum facile dominabitur*. Ceterum mitis quidem ille est, si quis alius, Asceta, perspicax, acer ad intelligendum, tardus ad correptionem, cogitabundus, semper considerationem innuens, misericors, pecuniæ minime cupidus, in judiciis justus, longanimis C ad injurias, ad persuadendum vehemens, jejunus sæpe persistens usque ad vesperam, ut afflictos liberaret, adspectu venerabilis, oculo severus, velox incessu, cælebs, ut par est, renidentem florem in vultu conservans in ipsis quoque morbis. Hunc igitur talem virum pecuniis hoc modo fugare molitur. Misit ad Comitatum & ad potentiores Episcopos: atque hunc litteris Imperatoriis in Oasin relegari curat, veluti populorum perturbatorem. Qui statim ubi hoc rescivit, amicorum auxilio in Cyprum fugit. Ipse vero Porphyrius Cyriacum & Diophantum, Presbyteros, Clericosque ceteros, in custodiam mittens, observat tempus quo omnis civitas ad suburbana transiret; habens apud se Aca- D cium, Severianum, & Antiochum, absconditos. Prima die festivitatis, apud gentiles celeberrimæ, Olympiorum scilicet: sic enim vocantur certamina quæ ab Hercule instituta, quarto quoque anno celebrantur: in qua, ut ita dicam, mulierum greges, una cum populis, effervescunt ad Daphnen, ad spectandos Athletas: cum in Ecclesiam irrupisset, simul cum memoratis Episcopis, & Clericis paucis, clam ordinatur, clausis januis, multa cum festinatione; ita ut ne precationem quidem ad finem perduxerint, metuentes ne deprehenderentur. Tale enim adulterium est, spuria gignit & facit. Porro Severianus & socii, accepto pretio, per montes & invia loca fugere, humanum quidem evitantes periculum, sed divinam, quam ignorabant, indignationem incurrentes.

a Judic. III. 15. b Prov. XII. 24.

## CAPUT XVI.


Sæcul. V. circa Ann. Chr. 401.

Λυθέντος δὲ τοῦ δημοτικοῦ θεάτρου, καὶ τῶν δήμων εἰσελθόντων εἰς τὴν πόλιν, ἠγγέλθη αὐτοῖς τὸ κατὰ τὸν Πορφύριον πάθος, καὶ τὸ κατὰ Ἀκάκιον δρᾶμα. διακαρτερήσαντες οὖν τὴν ἑσπέραν ἐκείνην, ἐπὶ τὴν αὔριον, ὡς ἐπὶ μοιχείᾳ πληγέντες, διαναστάντες συνέρρευσαν πάντες μετὰ πυρὸς καὶ φρυγάνων, συναφανίσαι τὸν Πορφύριον τοῖς δωματίοις βουληθέντες. ὁ δὲ Πορφύριος οὐκ ἀγνοῶν ὃ μεμίσηται μῖσος, καταλείψας τὸν Θεὸν, καταφεύγει ἐπὶ τὸν στρατοπεδάρχην, καὶ πληρώσας αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ἀντιστρατεύει τοῖς ἀκροαταῖς τοῦ σωτῆρος, ἀποστρέψας τῶν Ἰσαυρικῶν πολέμων. καὶ οἱ μὲν λῃστρικώτατοι Ἴσαυροι Ῥόσον καὶ Σελεύκειαν ἐπόρθουν. Πορφύριος δὲ καὶ Οὐαλεντῖνος ὁ κόμης μετὰ τῶν ὁπλιτῶν τὴν ἐκκλησίαν τῶν ὀρθοδόξων ἐλεηλάτουν, τὸ φρικωδέστατον τοῦ σταυροῦ σημεῖον, ὃ ἀντὶ διδασκάλου ἐπ' ὤμων φέροντες ἐπὶ γῆς ἀσπόρου ἐλιτάνευον, τοῖς ἑαυτῶν ποσὶ συμπατήσαντες. διαγενομένων δὲ ἡμερῶν, ἀποστέλλει ἐν τῷ στρατοπέδῳ σπουδαίως, καὶ παρασκευάζει πρὸς τοῖς τοιούτοις ἄρχουσιν ἴδιόν τινα ὠμογέροντα, δύστροπον, σκολιὸν χειροτονηθῆναι νυκτέπαρχον, ἵνα ἐπ' ἀδείας ἔχων τοῦ συκοφαντεῖν τοὺς σπουδαίους, χειρώσηται τὴν πόλιν, Νέρωνος τοῦ θεομάχου ἀπομιμούμενος τοὺς τρόπους. οὐ γὰρ αὐτῷ πάρεστι τῷ λόγῳ πείθειν, ἀλλὰ ἀλογίᾳ καὶ δυσμενείᾳ θλίβειν, οὐκ ἔχοντι σκοπὸν ἀρέσαι Θεῷ, πλανωμένας προσάγοντι ψυχὰς, ἀλλ' ἐμπλῆσαι ὀφιώδη γαστέρα ἐπὶ τῷ στήθει βαδίζουσαν. εἰσὶν οὖν καὶ [1] ἄκοντες οἱ λαοὶ τῷ μὲν δοκεῖν συναγειρόμενοι φόβῳ τῶν αἰκισμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τῇ δὲ ἀληθείᾳ δυσφημοῦντες αὐτῶν τὴν ζωὴν, ἕξειν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀντίληψιν ἀναμένοντες. πρὸς ταῦτα ὁ Θεόδωρος ἐκπληττόμενος ἔλεγε· παρὰ φύσιν ὁρῶ τῶν λόγων τὰ πράγματα, πάτερ. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πλεῖστον οἱ κενόδοξοι, ἀνθρωπάρεσκοι ὄντες, καὶ κόλακες εὑρίσκονται, καὶ τραπέζας πολυτελεῖς ἐπιτεχνῶνται, τοῦ ἀγαπηθῆναι χάριν καὶ καλοὶ ἀκοῦσαι, καὶ ἐμπτυσμάτων ἀνεχόμενοι πολλάκις. πῶς τοίνυν ὁ Πορφύριος, ἢ ἄλλος τις, τὰς ἀπειλὰς, καὶ τὰς τιμωρίας, καὶ τὰς ἐξορίας, ἐξήσκησαν, ἀπορῶ. ὁ Ἐπίσκ. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θαυμαστὸν, Θεόδωρε, ὅτι εἰς τοσοῦτον κακίας ἐληλάκασι μέτρον, ὡς οὐ μόνον μὴ σπουδάζειν ἀρέσκειν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑπὲρ τῶν πραττομένων αἰσχύνης μηδ' ὅλως φροντίζειν. κακία γὰρ κακίας ἐν κακίᾳ προάγει. τότε γὰρ ἡ κακία προβάλλεται τὴν κενοδοξίαν, ὅτι ἐλπίζει κρατεῖν διὰ τῆς κολακείας τῶν ἀνοήτων. ὅταν δὲ ἀνώτεροι εὑρεθῶσι καὶ κολακείας καὶ τραπέζης θηρευόμενοι, τὰς ἀπειλὰς καὶ τὰς τιμωρίας προφέρει, ἵνα οὓς οὐκ ἐδελέασε τραπέζῃ ἢ κολακείᾳ, καταπτήξῃ ἀπανθρωπίᾳ, καὶ δέει, ὡς ἐπὶ τῶν μαρτύρων. ἐκεῖ γὰρ ἀμφότερα ἐπεκταίνετο, καὶ ἡ διὰ δώρων καὶ τιμῶν μηχανευομένη παγὶς, τοὺς περὶ τὰ δοξάρια κεχηνότας θηρῶσα, καὶ ἡ διὰ κολάσεως ἀπειλὴ, τήγανα, καὶ ἀρθρέμβολα, καὶ θηρία, καὶ ὅσα περὶ σφοδρὰν ὀδύνην ἐπιτήδεια εὐτρεπίζουσα, τοὺς ἀνδρείους καὶ φιλοθέους ἀναδεικνύουσα. ὁ μέντοι κλῆρος ὁ Ἀντιοχέων ὁ ἐπίσημος κεκρυμμένως συνάγει, μηδὲ πλησιάζων τοῖς τοίχοις τῆς ἐκκλησίας, καὶ πᾶσα ἡ ἐπίσημος γυναικωνῖτις, δι' ἃς μάλιστα ἔκφρονες γεγόνασιν οἱ ἀργυρολόγοι τῶν ἡγουμένων. περὶ δὲ τῶν Κωνσταντινουπόλεως τί δεῖ καὶ λέγειν, ὅσον πλῆθος ἀπέστη τῆς ἐκκλησίας, συνάγων ἐν τῷ ὑπαίθρῳ, ὡς προειρήκαμεν, ὡς μηδὲ τοὺς κρατοῦντας τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἔχειν τοσούτους ἀκροατὰς τῆς σιγῆς· λόγος γὰρ οὐδαμοῦ παρ' αὐτοῖς. ὁ Διάκ. ἠλευθέρωσάς μου τὴν

Soluto autem populi spectaculo, populisque in urbem regressis, nuntiatum ipsis est, quid Porphyrio evenisset, & quid Acacius egisset. Sustinentes ergo tantisper vespere illo usque in crastinum, velut propter adulterium perculsi, consurrexere, ac confluxere simul omnes cum igne & sarmentis; Porphyrium, atque ædes ejus delere volentes: Porphyrius autem non ignarus quo odio haberetur, relicto Deo, ad Præfectum exercitus confugit, impletisque ei manibus, bellum gerit adversus Servatoris auditores, eum avertens a bello Isaurico. Et Isauri quidem maximi prædones Rosum & Seleuciam vastabant. Porphyrius vero & Valentinus Comes, cum armatis Ecclesiam Orthodoxorum deprædabantur, tremendum Crucis signum pedibus conculcantes, atque illud, velut Magistrum suum, in humeris portantes, in terra inculta litanias agebant. Post aliquot autem dies festinato ad Comitatum mittit, atque apud ejusmodi magistratus comparat, ut quidam viridis ac crudus senex, moribus perversis, obliquus, Præfectus Vigilum crearetur, ut licentiam habens probos quosque calumniandi, civitatem in manu haberet, Neronis, Dei hostis, mores imitans. Non enim ipsi datum est oratione persuadere, sed irrationabilitate & immanitate vexare. Quippe qui pro scopo non haberet placere Deo, errantes animas reducenti; sed implere ventrem serpentis, qui super pectus graditur. Populi igitur reluctantes, in Ecclesia, specie quidem conveniunt, metu verberum, revera autem vitam suam exsecrantes, atque Dei ultionem exspectantes. Ad hæc stupefactus Theodorus, dixit: Præter naturam & rationem, Pater, res istas audio. Ut plurimum enim vanæ gloriæ cupidi, hominibus placere ambiunt, & adulatores inveniuntur, atque lautas mensas instruunt, ut amentur, & bene audiant, etiam sputa sæpe tolerantes. Quomodo igitur Porphyrius, sive alius quispiam, minas & supplicia atque exsilia exercuerint, ignoro. Episc. Hoc vero admiratione dignum est, Theodore, quod si ad tantum improbitatis excessum proruperint, ut non modo hominibus placere non studeant, verum facinorum quoque suorum confusionem minime curare; malitia enim malitiam in malitia promovet. Tunc enim malitia inanem gloriam producit, cum blanditiis suis imperare stolidis sperat. Cum autem qui captantur, blanditiis atque epulis superiores inventi fuerint, minas & supplicia profert, ut quos blanditiis, atque epulis non potuit inescare, immanitate ac terrore percellat; sicut sanctis Martyribus accidit. Ibi enim utrumque impendebatur, donorum atque honorum excogitata pedica, captans inhiantes gloriolæ; & suppliciorum minæ, sartagines, atque eculei & bestiæ; & quæcumque ad magnos dolores movendos idonea sunt, præparans, fortes & Dei amantes exhibens. Clerus quidem Antiochensis insignior clam plebem colligit, ne ipsis quidem Ecclesiæ parietibus appropinquans, necnon & tota insignis mulierum societas, propter quas maxime insaniunt pecuniarum avidi Pastores. De rebus autem Constantinopolitanis quid attinet dicere? quanta multitudo ab Ecclesia recesserit? conveniens sub dio, ut superius diximus, ita ut qui rerum Ecclesiasticarum potiuntur, non habeant totidem auditores silentii sui: nusquam enim apud eos sermo. Diac. Du-

1. Edit. Bigot. ἄπαντες, Codex Mediceus ἄκοντες, & sic legerat ipse Bigotius, qui vertit, *reluctantes*. Et paullo post eadem de caussa ἀντίληψιν restituimus: in edito ἀνάληψιν perperam legebatur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.



διάνοιαν, πάτερ, τῇ ἀμφιβολίᾳ δεδουλωμένην, τοῖς ὀφθαλμοῖς μου παραστήσας τὰ πράγματα. ἡ γὰρ συμφωνία τῶν λόγων, καὶ ἡ ἄσκηπτος διήγησις ἐπληροφόρησέ με, ἀληθῆ εἶναι τὰ γεγενημένα. ἀδύνατον γὰρ ψευδῆ λόγον ἑαυτῷ συμφωνῆσαι. ἀνεπαχθῶς τοίνυν διήγησαι ἡμῖν καὶ τὰ κατὰ τὴν Ὀλυμπιάδα, εἴγε τίς σοι γνῶσις. ὁ Ἐπίσκ. ποίαν ταύτην; ἐπειδή εἰσι καὶ ἕτεραι· ὁ Διάκ. τὴν διάκονον Κωνσταντινουπόλεως, νύμφην ποτὲ γενομένην Νεβριδίου τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων· ὁ Ἐπίσκ. καὶ πάνυγε οἶδα. ὁ Διάκ. ποταπὴ γυνὴ τυγχάνει οὖσα; ὁ Ἐπίσκ. μὴ λέγε γυνὴ, ἀλλ᾽ οἷος ἄνθρωπος. ἀνὴρ γάρ ἐστι παρὰ τὸ τοῦ σώματος σχῆμα. ὁ Διάκ. ἐν τίνι; ὁ Ἐπίσκ. ἔν τε βίῳ καὶ πόνοις, καὶ γνώσει, καὶ τῇ τῶν περιστάσεων ὑπομονῇ. ὁ Διάκ. πῶς οὖν ὁ Θεόφιλος αὐτὴν ἐλοιδόρησεν; ὁ Ἐπίσκ. ποῖος οὗτος; ὁ Διάκ. ὁ Ἀλεξανδρέων ἡγούμενος. ὁ Ἐπίσκ. ἔοικάς μοι, Θεόδωρε, τοὺς τοσούτους διαύλους τῶν λόγων λήθῃ κεκαλυφέναι. ὁ Διάκ. ἐν τίνι; ὁ Ἐπίσκ. ὁ τῆς ἀληθείας μὴ φεισάμενος, ἀλλὰ ταύτην καταπατήσας, ὡς οἱ προάγοντες λόγοι παρέστησαν· καὶ ὁ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ὑπ᾽ οὐρανὸν, δι᾽ ἣν ὁ μονογενὴς, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐσκύλη, ἵνα ταύτην ἑνώσῃ, μὴ τιμήσας, ἀλλ᾽ ἐνυβρίσας τῷ σχήματι, γυναικὸς ἔχει φείσασθαι χήρας, ἐν προσευχαῖς τὸ ζῆν ἀναλισκούσης; ἐμπερινόστησον, καὶ ἴδε εἴ τινά ποτε τῶν κακῶν ἐλοιδόρησε, μισόκαλος ὑπάρχων ἀεί. διὰ τί δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ οὐ στοχάζῃ, πῶς εἰσιν ἐναντίαι ἀλλήλαις. Ἐπιφάνιον γὰρ τὸν μακάριον τὸν Κωνσταντίας τῆς Κύπρου ἐπίσκοπον, τριακονταὲξ ἔτη ἄρξαντα τῆς ἐκκλησίας, δυσφημήσας, ὡς αἱρετικὸν ἢ σχισματικὸν ἐπὶ Δαμάσου ἢ Σιρικίου τοῦ μακαρίου· ὕστερον ἐν τῇ πρὸς τὸν πάπαν Ἰννοκέντιον ἐπιστολῇ λοιδορῶν τὸν μακάριον Ἰωάννην, δείκνυται ἁγιώτατον ὀνομάζων τὸν Ἐπιφάνιον. ποσάκις δὲ θέλεις καὶ τὰ γόνατα ταύτης ἐφίλησεν, ἐλπίδι τοῦ ἀργυρίου, ἣν νῦν λοιδορεῖ; ἐκείνης χαμαὶ πιπτούσης ἐπὶ τῷ πράγματι, καὶ δάκρυα ῥαινούσης, ἐπισκόπου ταῦτα ποιοῦντος. πλὴν ἔν τινι ἐλοιδόρησεν αὐτήν; ὁ Διάκ. ὡς ὑποδεξαμένην τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ ῥιφέντας μοναχούς. ὁ Ἐπίσκ. καὶ ἔξεστιν ἐπισκόπῳ ἢ πρέπον, ὅλως ῥίπτειν τὸν τυχόντα μαθητὴν, μήτιγε καὶ μονάζοντα; ὁ Διάκ. ὡς ἐὰν παρώξυνον αὐτὸν, ἢ κακῶς εἶπον. ὁ Ἐπίσκ. καὶ τὴν ἰδίαν ὀργὴν ὤφειλεν ἐκπληρῶσαι, φροντίζων τῆς κακηγορίας; πῶς ἔτι οὗτος τὰς Χριστοῦ ὕβρεις ζητήσει, ὁ περὶ τὰς ἰδίας ἀσχολούμενος δόξας; διὰ τί δὲ ὅλως τὸν εἰπόντα διδάσκαλον οὐκ ἐμιμήσατο, λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν; ὁ Διάκ. τί οὖν ὡς εἰ ἑτερόδοξοι ὑπῆρχον οἱ μονάζοντες; ὁ Ἐπίσκ. καὶ πάντως ἔδει διορθώσασθαι καὶ πεῖσαι, μὴ γὰρ ῥίψαι. ὁ Διάκ. ὡς εἰ καὶ τοῦτο ἐποίησεν, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐπείσθησαν, φιλόνεικοι ὄντες; ὁ Ἐπίσκ. τὸ ἀποστολικὸν ἔδει ποιῆσαι· τὸν αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος. μὴ γὰρ ῥίψαι, καὶ λεηλατῆσαι, καὶ ἔξω τῆς θρεψαμένης ἀπελάσαι μετὰ τῆς τῶν ἀρχόντων ἀπειλῆς. ὁ Διάκ. τελείου ἀνδρός μοι λέγεις μέτρα, καὶ θεοφιλοῦς, καὶ ἀνεξικάκου. ὁ Ἐπίσκ. καὶ μὴν οὐκ ἔστι μέγα ἐγκώμιον τὸν ἥττονα βαστάσαι. πλὴν εἰ μή ἐστι τέλειος, ὅσον ἧκε, πῶς καὶ ἐπίσκοπος ὁ τοιοῦτος; ἀτελὴς γὰρ ἀτελῶν οὐδέποτε προνοήσει. πῶς δὲ καὶ Θεόφιλος λέγεται, μὴ φιλῶν τὸν Θεὸν, δι᾽ ὃν ὤφειλε τὰς τῶν ἀνθρώπων ὕβρεις ῥᾳδίως φέρειν; εἰ δὲ Θεὸν οὐ φιλεῖ, δῆλον οὐδὲ ἑαυτόν. ὁ δὲ ἑαυτοῦ ἐχθρὸς, πῶς λοιπὸν ἄλλους φιλήσει; οὐκ οὖν οὐδὲν ξένον, εἰ τούτου χάριν ἔψεξεν Ὀλυμπιάδα, ὡς τοὺς μονάζοντας δεξαμένην. ὁ Διάκ. ὡμολόγηται μὲν, ὅτι Θεόφιλος ὀργίλον ἐποίησε πρᾶγμα, ῥίψας αὐτοὺς, εἴ τινες ἂν ἦσαν, εἴτε ὀρθόδοξοι, εἴτε αἱρετικοί. ἡ μέντοι διάκονος οὐκ ὄφει-

A biam & suspensam mentem meam, Pater, liberasti, qui oculis meis res ipsas subjeceris. Nam verborum consonantia, & non ficta narratio certiorem me fecit de veritate rerum gestarum. Fieri enim non potest, ut falsa oratio sibi ubique consonet. Ne igitur graveris, si quid nosti, ea nobis narrare, quæ Olympiadem spectant. Episc. Qualis ea est? nam plures eo nomine. Diac. Constantinopolitanæ Ecclesiæ Diaconissa, quæ sponsa aliquando fuit Nebridii Expræfecti. Episc. Illam quidem optime novi. Diac. Qualis illa mulier est? Episc. Ne, quæso, dicas, qualis mulier, sed qualis homo. Vir enim est præter corporis habitum. Diac. In quo? Episc. In vita, in laboribus, in

B scientia & tribulationum patientia. Diac. Cur ergo illi conviciatus est Theophilus? Episc. Quisnam ille est? Diac. Alexandrinus Episcopus. Episc. Videris mihi, Theodore, tot orationis spatia oblivioni tradidisse. Diac. Qua in re? Episc. Qui veritati non pepercit, sed illam conculcavit, ut superior sermo comprobavit. Et qui Ecclesiam quæ sub cælo est, propter quam Unigenitus, ut dici solet, laboravit, ut eam uniret, non honoravit, sed contumelia affecit habitu suo, mulieri posset parcere viduæ, quæ vitam in oratione consumit? Discute & vide si quem umquam improbum reprehenderit, qui probitatis semper hostis est. Cur autem & ex ejus epistolis non conjicis, quomodo

C illæ inter se repugnent? Qui enim beatum Epiphanium Constantiæ in Cypro Episcopum, qui triginta & sex annos Ecclesiæ præfuit, probris affecerat ut hæreticum, aut schismaticum, sub Damaso, aut beato Siricio; postea in sua ad Innocentium Papam epistola vituperans beatum Joannem, Epiphanium nominat sanctissimum. Quoties autem, putas, & genua Olympiadis osculatus est, spe nummorum, cui nunc conviciatur? Illa humi procidente ob eam rem, & lacrymas fundente, nihilominus ista Episcopus faciebat. Verum qua in re illi conviciatus est? Diac. Quod susceperit Monachos abs se ejectos. Episc. Num licet Episcopo aut decet, quemvis

D e discipulis, seu Christianum quemquam, omnino projicere, nedum Monachum? Diac. Si eum læserunt, aut ei maledixerunt. Episc. Num iram suam explere debuit, de maledicto solicitus? Quomodo adhuc Christi contumelias sibi quæret ille, qui gloriæ suæ velificatur? Cur autem omnino imitatus non est magistrum Paullum, dicentem: [a] *Maledicimur, & benedicimus?* Diac. Quid igitur si hæretici fuissent Monachi illi? Episc. Atqui omnino oportuit eos emendare, & persuadere, at non projicere. Diac. Quasi si hoc fecisset, illi non paruissent, qui pertinaces essent. Episc. Oportebat illud Apostolicum exsequi: [b] *Hæreticum hominem post unam & alteram correptionem devita,*

E *sciens quia perversus est hujusmodi.* At non expellere, & bona diripere, atque ex patria ejicere cum magistratuum minis. Diac. Viri perfecti officium mihi narras, & Deum amantis, & injuriarum patientis. Episc. Et certe laus magna non est deteriorem tolerare. Ceterum nisi perfectus est, quantum convenit, quomodo Episcopus est ejusmodi? Imperfectus enim imperfectis non consulet. Quomodo autem & Theophilus dicitur, qui non amat Deum, propter quem & hominum injurias patienter ferre debuit? Si vero Deum non amat, ne se quidem ipsum. Qui autem suimet inimicus est, quomodo tandem alios amabit? Mirum igitur non est, si ob id Olympiadem oderat, utpote quæ Monachos suscepisset. Diac. In confesso quidem est, Theophilum iracundia percitum id egisse, qui eos ejecerit, quicumque illi fuerint, sive orthodo-

*a* II. Cor. IV. 12. *b* Tit. III. 10.

κεν αὐτοὺς ὑποδέξασθαι; ὁ Ἐπίσκ. τί σοι οὖν ἐφάνη; καλῶς πεποιηκέναι, ἢ κακῶς; ὁ Διάκ. εἶπον ὅτι κακῶς. ὁ Ἐπίσκ. καὶ εὐποιΐα κελυεταί ποτε; ὁ Διάκ. καὶ πάνυγε, ὅταν ἢ ἐπὶ κακῶν καὶ μὴ ὀφειλόντων εὖ παθεῖν γινομένη. ὁ Ἐπίσκ. τίνες τοίνυν ἦσαν οἱ πεντακισχίλιοι, οὓς ἔθρεψεν ὁ σωτὴρ ἐκ πέντε ἄρτων κριθίνων, καλοὶ, ἢ κακοί; ὁ Διάκ. δηλονότι καλοὶ, ὡς παρὰ τοῦ σωτῆρος τραφέντες. ὁ Ἐπίσκ. διὰ τί οὖν κριθίνοις ἐτράφησαν, καλοὶ ὄντες; ὁ Διάκ. διὰ σπάνιν ἴσως πυρίνων, καὶ λιμόν. ὁ Ἐπίσκ. πῶς οὖν ὀνειδίζονται ἐπὶ ἀπιστίᾳ, ὡς καλοὶ, ἢ ὡς κακοί; ὁ Διάκ. εἰ ὀνειδίζονται, ὡς κακοὶ, δηλονότι. ὁ Ἐπίσκ. καὶ δύνανται οἱ αὐτοὶ καλοὶ εἶναι καὶ κακοί; ὁ Διάκ. καὶ πάνυγε. ὁ Ἐπίσκ. πῶς; ὁ Διάκ. ὡς μὲν πρὸς χείρονας καλοὶ, ὡς δὲ πρὸς κρείττονας κακοί. ὁ Ἐπίσκ. θαυμασίως εἴρηκας. τούτῳ τοίνυν τῷ τρόπῳ, καὶ οἱ μονάζοντες καὶ καλοὶ ἦσαν καὶ κακοί. καὶ ἡ μὲν πιστοτάτη ὡς καλοὺς αὐτοὺς ἐξένισεν· ὁ δὲ θαυμάσιος ὡς κακοὺς ἔρριψεν, ὅπερ οὐκ ἔδει. ὁ Διάκ. ἀλλ' ἐρεῖ σοι, ὅτι ἐπὶ λύπῃ ἐμῇ ἐδέξω τοὺς ἐχθρούς μου. ὁ Ἐπίσκ. ὅλως μὲν οὖν ἥττημα αὐτῷ ἐστιν, ὅτι καὶ ἐχθροὺς ὀνομάζει, ὁ χρεωστὴς τῶν ὕβρεων ὡς Χριστοῦ μιμητής. ὁ Διάκ. ποῦ δαὶ ὀνειδίζονται οἱ πεντακισχίλιοι ὑπὸ τοῦ σωτῆρος, ὡς εἴρηκας; οὐ γὰρ ἀναφέρονται. ὁ Ἐπίσκ. ἡνίκα συναθροισθέντες, ἐκ δευτέρου προσῆλθον τῷ Ἰησοῦ, ἀκούσαντες· ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι ἴδετε σημεῖα καὶ τέρατα· ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε. ὁ Θεόδωρος εἶπεν. σαφέστατα ἔχει. ὁ δὲ ψεκτὸς, κατὰ τοῦτο καὶ κακός; ὁ Διάκ. μενοῦνγε. ὁ Ἐπίσκ. κακοὺς οὖν ἔθρεψεν, ἢ καλοὺς ὁ σωτήρ; ὁ Διάκ. ὡμολόγηται ὅτι κακούς· οὐ γὰρ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. ὁ Ἐπίσκ. τί οὖν κακὸν πεποίηκεν ἡ Ὀλυμπιὰς, τὸν ἑαυτῆς κύριον μιμησαμένη, τὸν βρέχοντα καὶ ἀνατέλλοντα τὸν ἑαυτοῦ ἥλιον ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους; κἂν οἱ Φαρισαῖοι ὀνειδίζωσι τοὺς μαθητὰς, λέγοντες· ὁ διδάσκαλος ὑμῶν μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει, καὶ πίνει. ὁ Διάκ. ἔοικε, παρὰ τὴν σύνεσιν τῶν πολλῶν κακολογεῖται μὲν τὰ σεμνὰ, φιλεῖται δὲ τὰ αἰσχρά. ὁ Ἐπίσκ. πρὸς τί σοι οὗτος ὁ λόγος, φιλαληθέστατε Θεόδωρε; ὁ Διάκ. ὅτι εἰ μὴ σὺ ἐγύμνωσάς μοι τὸν λόγον, συλλογιστικῶς σαφηνίσας, εἰς τὴν ἀναίσθητον συναπηγόμην δόξαν, οὐ τῷ σκοπῷ τῆς ἐλευθερίας προσέχων, ἀλλὰ τοῖς Θεοφίλου θρύλλοις. ὁ Ἐπίσκ. οὐκοῦν τὸ ἐναντίον, ἐὰν ἀποδειχθῶσιν οἱ ἅγιοι ἐκεῖνοι ἄνδρες, οὐ μόνον οὐ κακοὶ, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἀπὸ κακίας πρὸς ἀρετὴν ἐπαναγαγόντες· δῆλος ἔσται ὁ τούτων διώκτης ἄξιος οὐ διωχθῆναι, ἀλλ' ἐλεηθῆναι, ὡς τοὺς μὲν καλοὺς ἀεὶ λυμαινόμενος, τοὺς δὲ κακοὺς ἀποδεχόμενος. ὁ Διάκ. οὕτως ἔχει, ὡς εἴρηκας. κἂν γὰρ μὴ ἀποδειχθῶσιν ἐκεῖνοι σοφοί τε καὶ ἅγιοι, ὥς φασιν οἱ πολλοὶ, ἐκτὸς μέμψεως ἔσται ἡ Ὀλυμπιὰς ἐκ τῶν προλαβόντων συλλογισμῶν, τὸ τοῦ σωτῆρος μίμημα ἐπιδειξαμένη. ὁ Ἐπίσκ. καὶ ποίαν μείζω ὁρᾷς μαρτυρίαν τῶν πράξεων, τοῦ εὐαγγελίου, ἢ τὴν Θεοφίλου; ὁ Διάκ. ἄπαγε, παρακαλῶ. ὡμολόγηται γὰρ παρὰ πᾶσι κἀκείνους ἀπό τινος ὀργῆς καὶ φιλαρχίας [1] ἐρρίφθαι, καὶ ταύτην ἀπὸ δεισιδαιμονίας καὶ ἔχθρας λελοιδορηκέναι, προφασισαμένου ἐκείνου τοὺς μονάζοντας. ἀστοχήσας γὰρ ἐπὶ ταῖς δουλοπρεπέσι κολακείαις τῷ μηδὲν παρ' αὐτῆς εἰληφέναι, πλὴν βρωμάτων ἢ ξενίων, εἰς λοιδορίαν ἐτράπη. τοῦτο γὰρ αὐτοῦ τὸ ἔθος ἐπὶ πάντων.

xi, five hæretici. Nonne Diaconiſſa debuit illos ſuſcipere? Episc. Quid igitur tibi videtur? bene, an male egiſſe? Diac. Dixi, male. Episc. An umquam beneficentia condemnatur? Diac. Et omnino quidem, cum fit in malos, & beneficio indignos. Episc. Quinam igitur erant illi quinquies mille quos Servator quinque hordeaceis panibus ſaturavit? boni, an mali? Diac. Boni ſcilicet, utpote a Servatore nutriti. Episc. Quare igitur hordeaceis paſti ſunt, qui boni eſſent? Diac. Ob penuriam forte triticeorum, aut ob famem. Epic. Quomodo igitur ob incredulitatem increpantur, ut boni, an ut mali? Diac. Utique mali, qui increpantur. Ep. An boni iidem & mali eſſe poſſunt? Diac. Certe. Ep. Quomodo? Diac. Deteriorum quidem comparatione, boni; meliorum vero, mali. Ep. Mira dixiſti. Hoc igitur modo, & Monachi illi, & boni erant, & mali. Et illi quidem fideliſſima eos ut bonos hoſpitio accepit; mirificus vero ille ut malos ejecit: quod non debuit. Diac. Sed dicet tibi quis: Ut moleſtias mihi creares, inimicos meos ſuſcepiſti. Ep. Prorſus igitur delictum in eo eſt, quod & inimicos appellat, qui, ut Chriſti imitator, injurias remittere debuit. Diac. Ubinam vero vituperantur quinque millia a Servatore, ut dixiſti? non enim ſcriptum eſt. Ep. Cum ſecundo congregati ad Chriſtum acceſſerunt, & audierunt: [a] *Quæritis me: non quia vidiſtis ſigna & prodigia, ſed quia manducaſtis ex panibus & ſaturati eſtis*. Theodorus ait: Manifeſtiſſima res eſt. Ep. Qui autem vituperabilis, hoc ipſo & malus eſt; Diac. Ita ſane. Episc. Malos igitur, an bonos pavit Servator? Diac. In confeſſo eſt, quod malos: [b] *Non enim egent, qui ſani ſunt, medico, ſed qui male habent*. Episc. Quid igitur mali fecit Olympias? Dominum ſuum imitata, [c] *qui pluit, & ſolem oriri facit ſuper juſtos & injuſtos*: licet Phariſæi exprobrent Diſcipulis, dicentes: [d] *Magiſter veſter cum publicanis & peccatoribus manducat, & bibit*. Diac. Præter intelligentiam, ut video, a multis vituperantur quidem honeſta, & turpia diliguntur. Episc. Cur iſta dicis, veritatis amantiſſime Theodore? Diac. Quia niſi ſermonem tuum cum ratiocinatione aperuiſſes, aut explicuiſſes, in ſtolidam abripiebar ſententiam, ſcopo libertatis non attendens, ſed Theophili fabulis. Episc. Quid ſi igitur e contrario viri illi ſancti demonſtrentur, nedum mali, ſed & qui multos ab improbitate ad virtutem reduxerint: manifeſte apparebit illorum perſecutor non dignus perſecutione, ſed miſeratione, ut qui bonos ſemper vexavit, malos ſuſcipiat? Diac. Ita eſt, ut dicis. Nam licet illi ſapientes & ſancti non fuerint, ut plerique dicunt, extra reprehenſionem erit Olympias, ut patet ex ſuperiori ratiocinio, quæ Servatoris imitationem exhibuerit. Ep. Quodnam vero geſtorum fidelium teſtimonium vides? Evangelii, an Theophili? Diac. Apage ſis, quæſo. Conſtat enim apud omnes, illum ira quadam & ambitione impulſum eos projeciſſe, & hanc ab ſuperſtitione & odio profectam eſſe: cauſſante Theophilo, Monachos ipſum conviciis appetiiſſe. Cum enim ſervilibus ſuis blanditiis nihil profeciſſet, & ni il ab ea, præter edulia & xenia, accepiſſet, ad convicia vertit ſe. Ejus enim is mos in omnibus.

SÆCUL. V, CIRCA ANN. CHR. 401.

a Joan. V. 26. b Luc. V. 32. c Matth. V. 45. d Matth. IX. 11.

1. Georg. τοῦ ὄρους.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.

## CAPUT XVII.

A Ὁ Ἐπίσκ. Ἄκουε τοίνυν, διακόνων ἄριστε· ὁρῶ γάρ σε χρήσιμον τῷ κοινῷ. τὸ γὰρ σπουδαῖόν σου ἐν τῷ νέῳ, ἐχέγγυον τοῦ ἔντιμον ἐν γήρᾳ ἔσεσθαι. οἱ ἄνδρες οὗτοι ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, καὶ Χριστιανῶν γονέων, Θεῷ ὑποταγέντες, οὐκ ἠνέσχοντο, οὐδὲ κομιδῇ νέοι, τῇ ματαιότητι δουλεῦσαι, οὐδὲ τοῖς ὄχλοις συναναστραφῆναι, ἀλλὰ καταλαβόντες τὴν ἐκ μεσημβρίας ἀοίκητον πόῤῥω που κειμένην τῆς οἰκουμένης, συνεστήσαντο καλύβας, ὅσον διαφυγεῖν τὴν ἐπάχθειαν τῆς ἡλιακῆς λαμπάδος, καὶ τὴν δρόσον τὴν ἐκ τοῦ ἀέρος. ἐν αἷς διάγοντες, εὐχαῖς καὶ ἀναγνώσμασι τὸν ἑαυτῶν κατηνάλωσαν χρόνον [1], τοσοῦτον θλιβέντες τοὺς καρποὺς τῶν χειρῶν ἐν ἔργοις σωματικοῖς, ὅσον εἰς τροφὴν ἁπλῆ ἐπαρκέσαι. ἄμεινον ἡγησάμενοι συναγελάζεσθαι δορκάσι, καὶ στρουθοῖς, ἢ βουβάλοις, ἢ συνευωχεῖσθαι B τοῖς Θεὸν ἀγνοοῦσιν ἀνθρώποις. τούτων ὁ μὲν γεραίτατος ἀμφὶ τὰ ἐννενήκοντα παρεμπεπάσας [2] ἔτη, συνανεστράφη τῷ μακαρίῳ Ἀντωνίῳ, Ἱέραξ καλούμενος, τὸ κύριον ὄνομα εἰσέτι καὶ ἐνισχῶν. ὁ δ' ἕτερος Ἀμμώνιος, σὺν δυσὶν ἀδελφοῖς ἀσκηταῖς καὶ ἑνὶ ἐπισκόπῳ, οἱ καὶ κλοιοφορήσαντες ἐπὶ Οὐάλεντος, ἐξωρίσθησαν, ὡς πᾶσα ἐπιγινώσκει ἡ Ἀλεξάνδρεια, ἑξηκοντοῦται· τοσοῦτοι ὄντες ἐν γνώσει, ὡς μηδὲν αὐτοὺς διαφεύγειν τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς τοῖς πολλοῖς ἀπορουμένων. ὧν οἱ μὲν δύο ἐκοιμήθησαν, τελευτήσαντες ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ἀμμώνιος μὲν, ὡς οἱ περὶ Αὐρήλιον καὶ Σισίννιον διηγήσαντο, προφητεύσας περὶ τὴν ἔξοδον [3], ὡς μεγάλου διωγμοῦ ἐπιγενομένου καὶ σχίσματος ταῖς ἐκκλησίαις, C ἄχιστον τέλος ἀπενεγκεῖν τοὺς αἰτίους, καὶ οὕτως ἑνωθῆναι τὰς ἐκκλησίας. ὃ δὴ καὶ ἐκ μέρους γεγένηται, καὶ γενήσεται· ἐνπεῦθεν γάρ τινων τὰ σώματα ἐπισκόπων τε καὶ λαϊκῶν ἡ νόσος παραλαβοῦσα, ποικίλοις πάθεσιν ἐμερίζετο. πυρετῷ μὲν μαλακῷ τὰ σπλάγχνα διακαίουσα, κνησμῷ δ' ἀφορήτῳ τὴν ἐπιφάνειαν ὅλην τοῖς ὄνυξιν ἐξορύττουσα, κώλου τε συνεχεῖς ἀλγηδόνες. τινὸς περί τε τοὺς πόδας ὑδροπιῶντος οἰδήματα πελιδνά· ἑτέρου δὲ ῥεύματα περὶ τὰ τέσσαρα ἄρθρα θερμὸν ψυχρὸν τοὺς κακῶς ὑπογράψαντας δακτύλους ἔφριξε, τοῦτε ἤτρου φλεγμονὴ, καὶ διὰ μορίου τινὸς σηπεδὼν δυσωδίαν εἰς μακρὸν παρατείνουσα, σκώληκας γεννῶσα. ὀρθόπνοιά τε πρὸς τούτοις καὶ δύσπνοια, καὶ πάντων τῶν μελῶν διατάσεις. φαντασίαι τε νυκτεριναὶ εἰς κύνας λυττῶν- D τας, καὶ ξιφήρεις βαρβάρους, ἀλλόγλωσσον, κυματώδη φωνὴν ἐξηχοῦντες μετεσχηματίζοντο, ἄϋπνον τὸν ὕπνον ἀποτελοῦσιν. ἕτερος δὲ ἐξ ἵππου πεσὼν, καὶ καυληδὸν τὸ δεξιὸν κατεάξας σκέλος, παραυτίκα τὸ ζῆν ἀπέῤῥηξεν. ἄλλος ἀποκλεισθεὶς τὴν φωνὴν, ὀκταμηνιαίῳ χρόνῳ ἐπὶ κλίνης ἐταριχεύετο, μηδὲ τῷ ἰδίῳ στόματι τὰς χεῖρας προσάγειν δεδυνημένος. ἕτερος ζῶν, τὰ σκέλη ἕως γονάτων κατ' ὀλίγον ἐπερίξετο ἐπὶ τριετίαν, ἐρυσιπέλου δῆθεν τὰς ἀφορμὰς γεννῶντος. ἄλλος τὴν γλῶσσαν οἰδήσας, ὥς φασι, μετὰ λάβρου πυρετοῦ, ὡς διάφραγμα κεῖσθαι τῷ στόματι ἀντερεῖδον τοῖς ὀδοῦσι, μὴ χωρούσης τῆς γλώσσης ἐν τῷ ὡρισμένῳ παρὰ τῆς φύσεως τόπῳ, E ἐν πυξίῳ γράψας ἐξομολόγησιν ἐποιεῖτο. καὶ ἦν ἰδεῖν θεήλατον ὀργὴν, διαφόροις τιμωρίαις στρατηγοῦσαν. οἱ γὰρ τὸν τῶν ψυχῶν ἰατρὸν καὶ ἐπαοιδὸν παροξύναντες, καὶ μεταστήσαντες τοῦ τῆς σωτηρίας ἐργαστηρίου τὸν ὑποφήτην τοῦτον, τοῖς τῶν σωμάτων ἰατροῖς εἰς αἰκισμὸν παρεδίδοντο. ὀδύνην μὲν ἐπιχορηγούντων τοῖς νομιζομένοις φαρμάκοις, σωτηρίαν δ' οὐκ ἐμποιούντων. τίς γὰρ ἰάσεται τὸν ὑπὸ Θεοῦ τιμωρούμενον, ὡς ὁ προφήτης λέγει· μὴ ἰατροὶ ἀναστήσουσι, καὶ ἐξ-

A EPISC. Audi igitur, Diaconorum optime. Nam video publico prodesse te. Illa enim in juventute gravitas pignus quoddam est, te in senectute honorabilem fore. Viri isti a parentibus Christianis orti, & a teneris unguiculis Deo subditi, numquam passi sunt, ne admodum quidem adolescentuli cum essent, servire vanitati, neque cum turba versari: sed occupantes solitudinem, quæ ad meridiem est, procul ab hominum domicilio sitam, sibi constituerunt tuguria, quibus tantum solis radiorum molestias evitarent & aeris rorem. In quibus viventes, orationi atque lectioni tempus suum impenderunt; adeo contritis volis manuum in operibus corporis, quantum satis esset B ad tenuem victum. Melius rati vivere cum capreis & struthiocamelis, & bubalis, quam epulari cum hominibus, qui ignorant Deum. Horum natu maximus, nonaginta ferme egressus annos, conversatus est cum Beato Antonio: Hierax ipse appellatus: quod proprium nomen usque ad hunc diem retinet. Alius vero Ammonius sexagenarius cum duobus fratribus Monachis & uno Episcopo, qui sub Valente cum boias tulissent, exsularunt, ut novit omnis Alexandria: tanta præditi scientia, ut nihil Scripturarum eos fugeret, quæ plerisque imperviæ sunt. Ex his, duo quidem quiescunt, mortui Constantinopoli. Ammonius autem, ut narrarunt Aurelius & Sisinius, circa vitæ exi- C tum prophetavit: post magnam persecutionem & schisma in Ecclesia, pessimum exitum reportaturos ejus auctores, & sic Ecclesias unitum iri. Quod quidem ex parte factum est, & fiet. Inde enim quorumdam Episcoporum & laicorum corpora morbus occupans, variis doloribus distrahebat. Lenta quidem febre viscera perurens, atque intolerabili pruritu totam corporis superficiem unguibus fodicans; crassique intestini continui dolores. Alio aqua intercute laborante, lividi pedum tumores: alteri autem humores nunc calidi, nunc frigidi, per quatuor articulos defluentes; digitos, qui male subscripserant, tremore afficiebant: & abdominis inflammatio, seu tumor, & per membrum quoddam D putredo pessimum odorem procul dispergens, & vermes generans. Præterea orthopnœa, & respirandi difficultas, atque omnium membrorum distentio. Item nocturnæ imagines in rabiosos canes, & strictis ensibus barbaros, peregrinam & turbulentam vocem sonantes transformabantur insomnem somnum peragentibus. Alius autem qui ex equo decidens, cum caulis in morem dextrum crus sibi fregisset, statim vitam abrupit. Alius, interclusa voce, octo menses in lecto maceratus est, qui ne ori quidem suo manus admovere valebat. Alteri, vivo, crura, ad genua usque, paullatim per triennium dissecta sunt: erysipelate videlicet materiam suppeditante. Alius inflata, ut ajunt, lingua, cum E febre vehementi, ut gurgulionis interseptum in ore esset dentibus adfixum, cum lingua in loco sibi a natura definito non hæreret, in pugillari confessionem scripsit. Et cernere erat divinitus immissam iram, variis pœnis bellum inferentem. Qui quidem animarum medicum & delinitorem exacerbarant, atque Dei interpretem a salutis officina dimoverant, corporum medicis ad vexationem tradebantur. Qui dolorem quidem solitis remediis augebant, salutem autem non procurabant. Quis enim medebitur ei, qui a Deo punitur? ut ait Prophe-

1. Georg. βίον. 2. Georg. παριππεύσας. 3. Georg. τοῦ βίου.

ὁμολογήσονταί σοι; οὕτως ἀπόλλυντο πάντες οἱ ἀντιπράττοντες τῇ εἰρήνῃ τῆς ἐκκλησίας σου, κύριε. λέγεται δὲ τὸ μνῆμα τοῦ μονάζοντος Ἀμμωνίου νόσους τὰς περὶ ῥῖγος ἐλαύνειν. τέθαπται δὲ ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῶν Ἀποστόλων, πέραν θαλάσσης. ὁ δὲ ἐπίσκοπος Διόσκορος, ὥς φασιν, εὐξάμενος πλεῖστα, ἢ εἰρήνην ἰδεῖν τῶν ἐκκλησιῶν, ἢ τέλος τὸ ἑαυτοῦ, κατηξιώθη τοῦ τέλους, ἐπειδὴ οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος τῆς εἰρήνης. ταφεὶς ἐν τῷ πρὸ τῆς πύλης μαρτυρίῳ [1], ὡς τὰς πλείστας τῶν γυναικῶν καταλειψάσας τῆς μάρτυρος τοὺς ὅρκους, κατὰ τῶν εὐχῶν Διοσκόρου ὀμνύειν. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἀσκητῶν, πολύς μοι λόγος καταναλίσκεται εἰς τὸ διηγήσασθαι, ἴσως ἐπειγομένου σου, φερώνυμε ἄνθρωπε. ὁ Διάκ. καὶ τίς οὕτω ταλαίπωρος, τοῖς τῆς ἀρετῆς διηγήμασι μὴ διδοὺς χώραν; λέγε τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ οἵῳ δήποτε λόγῳ εὐλόγῳ ἀπάγαγέ μου τὸν νοῦν τῶν βιωτικῶν νοημάτων. ὁ Ἐπίσκ. ἔστι τοίνυν ἕτερος Ἱέραξ, ἑλληνικῷ μὲν καλούμενος ὀνόματι, πνευματικοῖς δὲ κεκοσμημένος τρόποις. ὃς τὰ μὲν πρῶτα ἔξω πάσης Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος ἐν τῷ Πορφυρίτῃ ὄρει μόνος ἀναχωρήσας, ἄνευ πνοῆς ἀνθρωπίνης, τέσσαρα ἐκαρτέρησεν ἔτη, μόναις ταῖς ἀρεταῖς ἀρκούμενος εἰς παράκλησιν. ἔπειτα δὲ τῇ τῆς Νιτρίας ἐρήμῳ εἰκοσιπέντε ἔτη ἅμα τοῖς προειρημένοις πατράσι. τούτῳ δαίμονες ἐπιστάντες, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διηγήσατο, πολυχρόνιον ζωὴν ὑποβάλλοντες, ἀπὸ τῆς προκειμένης ἐλπίδος σαλεύειν ἐσπούδαζον, μετασχηματισθέντες εἰς ἀγγέλους φωτός· πεντήκοντα ἔτη, λέγοντες, ἔχεις ζῆσαι, πῶς καρτερήσεις ἐν τῇ ἐρήμῳ; ὁ δὲ τῇ συνέσει διὰ τῆς πίστεως, ἀνθυποφέρει φήσας· ἐλυπήσατέ με, ἐλάττονα τῆς προθέσεως τὸν χρόνον εἰπόντες. διακοσίων γὰρ ἐτῶν παρασκευὴν ἐποιησάμην ἐν τῇ ἐρήμῳ. οἱ δὲ ἀκούσαντες ᾤχοντο, ὀλολύζοντες, καὶ τοῦτον τὸν τοιοῦτον, ὃν οἱ δαίμονες οὐκ ἐσάλευσαν, πολυμήκη χρόνον εἰς ἀκηδίαν σοφισάμενοι, ὁ πάπας Θεόφιλος διὰ προστάγματος αὐτὸν μετανέστησε, καὶ εἰς τοσαύτην περιέστησεν ἀνάγκην, ὡς καὶ στρατόπεδον καταλαβεῖν· ὃς νῦν μετὰ τὴν κοίμησιν Ἀμμωνίου, τὴν πανέρημον πάλιν κατείληφε, τὴν τοῦ ἀρότρου παραβολὴν φοβηθείς. ἄλλος πάλιν πρεσβύτερος Ἰσαὰκ λεγόμενος, μαθητὴς μακαρίου τοῦ μαθητοῦ Ἀντωνίου, φιλέρημος εἰσάγαν, πεντηκοστὸν ἔτος ἄγων, κατὰ διάνοιαν σώζων τὴν πᾶσαν γραφὴν, κεράστας ὄφεις ἐν ταῖς χερσὶν ἀκινδύνως βαστάζων, παρθένος ἐκ μήτρας, ἑπταετὴς [2] καταλαβὼν τὴν ἔρημον, μετὰ τεσσαράκοντα ἔτη σὺν τοῖς προειρημένοις παρὰ τοῦ πάπα Θεοφίλου ἐσινιάζετο. ἕτερος Ἰσαὰκ πρεσβύτερος, καὶ αὐτὸς μαθητὴς καὶ διάδοχος Κρονίου τοῦ πρεσβυτέρου, μαθητοῦ καὶ αὐτοῦ Ἀντωνίου, γνωστικὸς καὶ αὐτὸς ἐν γραφαῖς ὑπερβαλλόντως, φιλόξενος εἰ καί τις ἄλλος· ὡς δι᾽ ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας ξενοδοχεῖον κατασκευάσαι ἐν τῇ πανερήμῳ εἰς ἀνάψυξιν καὶ τῶν ἀρρωστούντων μοναχῶν, καὶ τῶν ἐπιχωριαζόντων ξένων θέας ἕνεκεν μακαρίων πατέρων. φασὶ δὲ, ὀργῆς ἀλλότριος. τριακοστὸν ἔτος ἄγων ἐν τῇ ἀναχωρήσει, σὺν τούτοις ἐκακουχεῖτο. τούτων ὁ μὲν πρότερος Ἰσαὰκ ἑκατὸν πεντήκοντα εἶχεν ὑφ᾽ ἑαυτὸν ἀσκητάς· οὗ καὶ μαθητὰς ἐπισκόπους κατέστησεν ὁ Θεόφιλος ἕως ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ, ἡνίκα Θεόφιλος ἦν. ὁ δ᾽ ἕτερος διακοσίους δέκα, οὗ καὶ αὐτοῦ πολλοὶ ἐν ἐπισκόποις μαθηταὶ κατηριθμήθησαν. οὗτοί εἰσι, περὶ ὧν τρίτην ἡμέραν διηγησάμεθα, Ἰσιδώρου χάριν τοῦ πρεσβυτέρου, τῆς ἐρήμου ἠλάσθαι παρὰ Θεοφίλου τοῦ πάπα. οὗτοί εἰσιν, οὓς παρεῖδον ἱερεῖς καὶ λευῖται, καὶ εἰς αἰσχύνην ἀνδρῶν ἀνδρεία γυνὴ ὑπεδέξατο, καὶ εἰς κέρμα ἐπισκόπων, διακο-

A ta: [a] *Numquid medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?* Sic omnes Ecclesiæ tuæ pacis adversarii perierunt, Domine. Ceterum fertur sepulcrum Ammonii Monachi horrorem febris expellere. Sepultus vero est trans mare in martyrio Apostolorum. Porro Episcopus Dioscorus, ut dicunt, plurimum Deum precatus fuerat, ut, aut pacem Ecclesiarum videret, aut moreretur. Morte dignus habitus est, quoniam mundus pace dignus non erat: & sepultus in Martyrio, quod est ante portam, ita ut plurimæ mulieres, omissis per sanctam martyrem juramentis, per preces Dioscori jurarent. De reliquis autem Monachis multus mihi sermo consumeretur in narrando: & tu fortasse ad alia festinas, B o vir tui nominis, Theodore. DIAC. Et quis adeo infelix, ut narrationibus de virtute locum non præbeat? Dic igitur, quæso, & quocumque rationabili sermone animum meum a sæcularibus cogitationibus abducito. EPISC. Est igitur alter Hierax, profano quidem nominatus nomine; spiritualibus autem moribus exornatus. Qui primum quidem extra totam Ægyptum & Thebaidem in montem Porphyritem solus secesserat, & quidem sine ullo hominis afflatu, quatuor annos perseveravit: solis contentus virtutibus ad solatium. Postea in solitudine Nitriæ viginti quinque annos egit cum supradictis Patribus. Huic dæmones instantes, ut ipse nobis narravit, longævam vitam promittentes, a C proposita spe ipsum dimovere studebant, transformantes se in Angelos lucis, dicentes: Quinquaginta annos adhuc victurus es: quomodo in eremo perdurabis? Ille autem sapienter per fidem respondit, dicens: Contristastis me, brevius propositi mei tempus dicentes; ducentorum enim annorum apparatum mihi in eremo instruxeram. Quod ut audierunt, ululantes discesserunt: & hunc ipsum, quem dæmones non commoverant, diuturnum ei vitæ tempus promittentes, ut virum in desidiam pertraherent; Theophilus Papa Principis edicto migrare jussit: & ad talem redegit necessitatem, ut ad Comitatum iret: qui nunc post mortem Ammonii, rursum desertissimam solitudinem repetiit; D aratri Evangelici veritus parabolam. [b] Alius rursus Presbyter Isaac nomine, discipulus Macarii, qui fuit discipulus Antonii, solitudinis amantissimus; quinquaginta annos agens; Scripturam omnem memoriter tenens; cerastas serpentes in manibus sine periculo portans; ex matris utero virgo; cum septennis solitudinem incolere cœpisset, post quadraginta annos, cum prædictis, a Theophilo Papa, veluti cribro, excussus est. Alter Isaac Presbyter, & ipse discipulus ac successor Cronii Presbyteri, discipuli ejusdem Antonii, Scripturarum & ipse peritus quam qui maxime; hospitalis si quis alius: adeo ut præ summa humanitate hospitium in eremo construxerit, ad refrigerium ægrorum Mona- E chorum, & peregrinorum, ad invisendos beatos Patres illuc advenientium. Dicitur autem ab omni ira alienus. Trigesimum annum cum egisset in secessu, una cum his vexatus est. Ex his autem Isaac, prior, centum & quinquaginta sub se Monachos habebat: cujus discipulos, septem aut octo Episcopos constituit Theophilus, dum Theophilus, hoc est, Dei Amans, esset. Alter autem ducentos & decem: cujus etiam discipuli plurimi Episcopis annumerati sunt. Hi sunt, quos nudiustertius memoravimus Isidori Presbyteri caussa a Theophilo Papa ejectos ex eremo. Hi sunt, quos Sacerdotes & Diaconi despexerunt; & quos in virorum con-

a Psalm. LXXXVII. 11. b Luc. xix. 63.

1. Georg. τῷ ἐν τῇ Δρυΐ.

2. Georg. ἑπταετής.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.

νος θήλεια ἀξένισεν, ἧς ὁ ἔπαινος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐμπολιτεύεται πολλῶν ἕνεκεν, τὸν Σαμαρείτην ἐκεῖνον, ὅστις ποτέ ἐστι, μιμησαμένη, ὃς τὸν ὑπὸ λῃστῶν συντριβέντα, ἡμιθανῆ, ἐν τῇ καταβάσει Ἱεριχὼ εὑρὼν, ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐπεβίβασεν ὑποζύγιον μέχρι τοῦ πανδοχείου ἐκλινοχῶς, καὶ τὸ τῆς φιλανθρωπίας ἔλαιον σὺν τῷ στύφοντι οἴνῳ κεράσας ἰάσατο τὰ οἰδήματα· καὶ ταῦτα μὲν εἰρήσθω. ὅσην δὲ περιουσίαν χρημάτων ἢ κτημάτων τοῖς δεομένοις διένειμεν, οὐκ ἐμὸν τὸ λέγειν, ἀλλὰ τῶν εὖ παθόντων. ὑπερόριος γὰρ ὢν, ἀβαρὴς ἐφυλάχθην. ἄκουσον δὲ τῆς μείζονος ἀρετῆς. ὀρφανὴ γὰρ, ἀνδρὶ συναφθεῖσα οὐ συνεχωρήθη παρὰ τοῦ προγνώστου Θεοῦ, τοῦ προορῶντος τὰς τῶν ἀνθρώπων ἐκβάσεις, οὐδὲ εἴκοσι μῆνας δουλεῦσαι τῇ τῆς σαρκὸς ἡδονῇ τῆς πάντων βασιλευούσης, τοῦ συναφθέντος αὐτῇ, συντόμως τὸ τῆς φύσεως χρέος ἀπαιτηθέντος. λέγεται δὲ παρθένος ὑπάρχειν, ὡς ἡ φήμη διδάσκει. δυναμένη γὰρ τῷ ἀποστολικῷ νόμῳ δουλεῦσαι, τῷ· βούλομαι νεωτέρας χήρας γαμεῖν, οἰκοδεσποτεῖν· οὐκ ἠνέσχετο. καίπερ καὶ γένει, καὶ πλούτῳ, καὶ παιδείᾳ μαθημάτων πολυτελῶν, καὶ εὐφυΐᾳ φύσεως, καὶ ἄνθους ὥρᾳ κεκοσμημένη, δορκάδος δίκην τοῦ δευτέρου γάμου τὴν παγίδα ἀνεκτῶς ὑπερπηδήσασα. δικαίῳ γὰρ νόμος οὐ κεῖται· ἀλλ' ἀνυποτάκτοις, βεβήλοις, ἀκορέστοις περὶ φθοράν. ἔτυχε δὲ κατά τινα φθόνον σατανικὸν δηλωθῆναι ταύτης τὴν ἄωρον χηρείαν εἰς τὰς ἀκοὰς Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως, ὃς ἔσπευσεν αὐτὴν Ελπιδίῳ τινὶ συγγενεῖ ἑαυτοῦ Σπάνῳ συνάψαι εἰς γάμον. καὶ πολλὰ λιπαρήσας τὴν ἄνθρωπον, ἀποτυχὼν ἐλυπήθη, δηλωσάσης αὐτῆς· εἰ ἐβούλετό με ὁ ἐμὸς βασιλεὺς ἄρρενι συζῆν, οὐκ ἂν μου τὸν πρῶτον ἀφείλετο. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀνεπιτήδειόν με τῷ πεφυρμένῳ βίῳ ἔγνω, μὴ δυναμένην ἀνδρὶ ἀρέσαι, κἀκεῖνον τοῦ δεσμοῦ ἠλευθέρωσε, κἀμὲ τοῦ βαρυτάτου ζυγοῦ, καὶ τῆς ἀνδρικῆς δουλείας ἀπήλλαξε, τὸν χρηστὸν αὐτοῦ ζυγὸν τῆς ἐγκρατείας ἐπιθείς μου τῇ διανοίᾳ. μετὰ τὴν ἀπόκρισιν ταύτην προστάσσει τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως, φρουρεῖσθαι ταύτης τὰ πράγματα, μέχρις οὗ πληρώσει τριάκοντα ἔτη τὴν τοῦ σώματος ἡλικίαν. ὃς ἐξ αὐτῆς λαβὼν τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιτροπὴν, εἰς τοσοῦτον αὐτὴν ἔθλιβεν, ὑποβαλλόμενος ὑπὸ τοῦ Ελπιδίου, ὡς μὴ ἔχειν ἐξουσίαν μηδὲ τοῖς ἐπισήμοις συντυγχάνειν τῶν ἐπισκόπων, μηδὲ ἐκκλησίᾳ παραβάλλειν, ἵνα στενωθεῖσα ὑπὸ τῆς ἀκηδίας, καταπέσῃ εἰς τὴν αἵρεσιν τοῦ γάμου. ἡ δὲ πλέον ἡσθεῖσα, καὶ τῷ Θεῷ εὐχαριστήσασα, ἀντεδήλωσε τῷ βασιλεῖ ταῦτα· πρέπουσαν βασιλεῖ, καὶ ἁρμόττουσαν ἀρετὴν ἐπισκόπῳ εἰς ἐμὲ τὴν ταύτην ἐπεδείξω, δέσποτα, κελεύσας παραφυλαχθῆναί μου τὸ βαρύτατον φορτίον, περὶ οὗ ἐφρόντιζον, ὅπως διοικηθῇ. μεῖζον δὲ ποιήσεις, προστάξας αὐτὸ τοῖς πενομένοις καὶ ταῖς ἐκκλησίαις διασκορπισθῆναι, ἐγὼ γὰρ ἀπηυξάμην πάλαι τὴν ἐκ τῆς διανομῆς κενοδοξίαν [1], ὅπως μὴ ἀμελήσω τοῦ τῆς φύσεως πλούτου, ἑλιττομένη περὶ τὴν ὕλην. οὗτος ἐπανελθὼν ἀπὸ τοῦ πρὸς Μάξιμον πολέμου, προσέταξεν ἐξουσιάζειν αὐτὴν τῶν πραγμάτων, ἀκούσας τὸν τῆς ἀσκήσεως αὐτῆς τόνον. ὁ Διάκ. δικαίως οὖν αὐτὴν ἐτίμα ὁ Ἰωάννης, ἀσκουμένην οὕτως. ὁ Ἐπίσκ. ἀπέχεται μὲν γὰρ ἐμψύχων, [2] ἀλουτεῖ δὲ τὸ πλεῖστον. ἂν δὲ χρεία γένηται δι' ἀῤῥωστίαν, πάσχει γὰρ συνεχῶς τὸν στόμαχον [3], τῷ χιτωνίσκῳ τοῖς ὕδασι καταβαίνει, αἰδουμένη καὶ ἑαυτὴν, ὥς φασιν. ὁ Διάκ. λέγεται δὲ καὶ αὕτη πάνυ τεθεραπευκέναι τὸν μακάριον Ἰωάννην. ὁ Ἐπίσκ. καὶ τί ἄξιον τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς εἰς αὐτὸν ἐπεδείξατο; εἰ μὴ τὸ ἀπερίσπαστον τῆς καθημερινῆς μάζας παρασχομένη; ὅπερ ἐστὶν οὐ μι-

A fusionem virilis mulier suscepit, atque in Episcoporum condemnationem mulier Diaconissa hospitio excepit; cujus laus in Ecclesiis multarum rerum caussa celebratur: Samaritanum illum, quicumque tandem ille sit, imitata, qui a latronibus vulneratum, semivivum, in descensu Jericho inveniens, proprio illum imposuit jumento, & ad stabulum usque tulit; atque humanitatis oleum cum adstringente vino permiscens, vulneribus medicinam fecit. Et hæc quidem de istis dicta sint. Quantam autem & pecuniarum & prædiorum copiam pauperibus distribuerit, non meum est dicere, sed eorum qui beneficium acceperunt. Exsul quippe cum essem, ei oneri non fui. De ea vero audi quid præ-
B clarius: parentibus orbata, viro conjuncta cum esset, ita Deo volente, rerum omnium præscio, & humanos eventus prævidente, vix viginti menses carnis voluptati, quæ omnibus imperat, servivit: cum maritus ejus naturæ debitum cito persolvisset. Dicitur autem nunc etiam & virgo esse. Quæ enim potuit Apostolicæ legi servire: [a] *Volo adolescentiores viduas nubere, matresfamilias esse*; ea quidem non sustinuit; tamen cum genere & opibus, atque cognitione plurium scientiarum, necnon ingenio liberali, & forma, atque ætatis flore exornata esset, secundi conjugii laqueos, capreæ instar, audacter transiliens. [b] *Justo enim lex posita non est; sed jugum detrectantibus, profanis, & iis qui libidine*
C *expleri non possunt*. Contigit autem per quamdam satanæ invidiam, ut ejus præmatura viduitas delatione ad Theodosii Imperatoris aures perveniret, qui eam Elpidio cuidam, cognato suo, Hispano, in matrimonium dare cupiebat. Hic cum eam multum orasset, nec quidquam ab ea impetrasset, dolore affectus est, significante illa: Si me voluisset Rex meus cum viro vivere, virum mihi non abstulisset. Quoniam autem me conjugali vitæ minime idoneam cognovit, nec posse viro placere, & illum e corporis vinculis liberavit, & me a gravissimo jugo, atque a viri servitute eripuit, suave suum castimoniæ jugum menti meæ imponens. Post hoc responsum jubet Theodosius Præfecto ur-
D bis, ut ejus bona servarentur, usquedum triginta ætatis annos explesset. Qui statim post Imperatoris mandatum, eousque eam vexavit, incitatus ab Elpidio, ut ne facultatem quidem haberet cum insignibus Episcopis colloquendi, neque ad Ecclesiam accedendi: ut præ angustiis animi in conjugii voluntatem decideret. Illa vero ob hæc lætior, & gratias Deo agens, talia Imperatori renuntiavit: Imperatori debitam, & congruam Episcopo, virtutem in me humilem exhibuisti, domine; mandans grave onus meum custodiri, cujus curam habebam, ut administraretur. Majus autem feceris, si illud pauperibus & Ecclesiis distribui jusseris. Ego enim jam dudum vanam gloriam ex ejusmodi
E distributione deprecata sum, ne negligerem animæ divitias, rebus terrenis implicita. Itaque postmodum reversus a bello adversus Maximum, jussit eam bonorum suorum potestatem habere, audita virtutis ejus magnitudine. DIAC. Merito ergo eam honorabat Joannes, quæ hanc vitæ regulam servabat. EPISC. Abstinet autem ab animatis, & rarius balneo utitur. Si autem propter infirmitatem utitur, nam sæpius stomacho laborat; cum tunica in aquam descendit; se quoque ipsam, ut ajunt, reverita. DIAC. Dicitur etiam ipsa multum curasse beatum Joannem. EPISC. Ecquid dignum ejus virtute in eum præstitit? nisi quod non permisit quo-

a I. Tim. V. 11. b I. Tim. I. 9.

1. Georg. ἐκφυγεῖν. 2. Georg. ἄλουτρος. 3. Georg. στομάχου.

χρόνον τοῖς τοῦ Χριστοῦ ἐργάταις, νύκτωρ τε, καὶ μεθ' ἡμέραν τὰ τοῦ Χριστοῦ μεριμνῶσιν. ὡς λέγει Παῦλος, ἀσπαζόμενος Περσίδα, τὸ αὐτὸ τῇ Ὀλυμπιάδι τάχα καμούσῃ· ἀσπάσασθε, γράφει, Περσίδα τὴν ἀγαπητὴν, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν κυρίῳ. οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσι, καὶ οὐ τὰ τοῦ Χριστοῦ. οἶδα ταύτην τὸν μακάριον Νεκτάριον πλέον τεθεραπευκέναι, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς αὐτῇ πείθεσθαι· Ἀμφιλόχιον δὲ καὶ Ὄπτιμον καὶ Γρηγόριον καὶ Πέτρον τὸν ἀδελφὸν Βασιλείου, καὶ Ἐπιφάνιον τὸν Κύπρου, τοὺς ἁγίους· τί δεῖ καὶ λέγειν, οἷς καὶ κτήματα ἀγρῶν καὶ χρήματα ἐδωρήσατο; Ὀπτίμου δὲ τελευτῶντος ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰδίαις χερσὶν ἐκάμμυσε. πρὸς τούτοις, καὶ τοὺς ἐλεεινοὺς οὐ μετρίως ἀνέψυξεν ἐν πᾶσιν, Ἀντίοχον καὶ Ἀκάκιον καὶ Σευηριανὸν, καὶ ἁπλῶς ἐκ μέρους πάντας τοὺς ἐπιδημοῦντας ἱερατικοὺς, ἀσκητῶν δὲ, ἢ παρθένων ἀναριθμήτους. Ἰωάννης μέντοι, ἐπεὶ δὴ κείνας ἦν, ὡς εἰπεῖν, τύπος ἀποσταλεὶς τοῖς μετέπειτα ἐπισκόποις, τὸ ὅπως ὀφείλουσι ζῆν, κατὰ τὸν Παῦλον, ἐν ἰδίῳ μισθώματι κηρῦξαι τὴν μετάνοιαν, μηδενὸς ἁπτόμενος τῶν τῆς ἐκκλησίας, τὰ τῆς ἡμέρας μόνης ἐλάμβανε βρώματα, δραπετεύων ἀεὶ τὴν τοιαύτην φροντίδα. λέγεται δὲ ὅτι καὶ αἰδουμένῳ ἐῴκει, τῆς αἰσθητῆς μεταλαμβάνων τροφῆς. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν μήλων, ἐπὰν πεπανθῶσιν εἰς ἄκρον, οὐκ ἀνέχονται παραμένειν τῷ κλάδῳ, τὴν τοῦ δεσπότου χεῖρα ἐπιζητοῦντα· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων, ὅτ' ἂν ὑπερφυῶς ἐρασθῶσι τοῦ κάλλους οὐρανίων πραγμάτων, πρὸ τῆς ὡρισμένης ἐξόδου ἐπείγονται τυχεῖν τῆς ἐπαγγελίας· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν δεσποτικῶν παιδίων. ἐκεῖνα γὰρ πολλάκις τῇ προσδοκίᾳ τῇ τῶν μελιπήκτων, ἀθήγουσι τῶν προκειμένων βρωμάτων ἐπὶ φυλακῇ τῆς ὀρέξεως, ἵν' ἐμπλησθῶσι τῆς προσδοκωμένης γλυκύτητος. γνωρίσωσι δὲ τοὺς λόγους οἱ εἰς τὸ αὐτὸ ἴχνος τῆς πνευματικῆς πορείας ἐμβεβηκότες. λόγον γὰρ συνετὸν ἐὰν ἀκούσῃ σοφὸς, αἰνέσει αὐτὸν, καὶ ἐπ' αὐτὸν προσθήσει.

A tidiano eum cibo distrahi: quod quidem minimum non est Christi operariis, interdiu noctuque de rebus Christi solicitis. Similiter Paullus, salutans Persidem, quæ ipsi fortean non dissimile ministerium præbuit: [a] *Salutate*, inquit, *dilectam Persidem, quæ multum laboravit in Domino. Omnes enim quæ sua sunt, quærunt, & non quæ Christi.* Scio & beatum Nectarium plus eam coluisse, ita ut in Ecclesiasticis rebus ei obtemperaret: sanctos quoque Amphilochium & Optimum, & Gregorium, ac Petrum, fratrem Basilii, atque Epiphanium, Cypri Episcopum. Quid attinet dicere, quibus agrorum possessiones & pecunias dederit? Moriente autem Constantinopoli Optimo, ejus etiam B oculos manibus suis clausit. Præterea miserabiles quoque illos non mediocriter refrigeravit in omnibus; Antiochum, Acacium, & Severianum; atque, ut uno verbo ex parte complectar, omnes peregrinantes Clericos; & Monachorum ac virginum infinitam multitudinem. Joannem tamen, utpote missus qui exemplo esset, ut ita dicam, venturis Episcopis, quomodo vivere debeant, decreverat secundum Paullum, suis stipendiis prædicare pœnitentiam: nihil Ecclesiasticarum rerum attingens, quotidianum dumtaxat cibum sumebat, talem semper curam fugiens. Ajunt autem verecundia affici visum, dum sensibili vesceretur cibo. Quemadmodum enim in pomis, cum ea ad sum- C mam pervenerint maturitatem, in ramo permanere non sustinent, domini manum poscentia: sic & in sanctis, cum supra modum cælestium rerum pulchritudine capti sunt, ante definitum vitæ exitum frui promissa beatitudine festinant: sic & in herilibus parvulis. Illi enim sæpe crustula exspectantes, appositos cibos non tangunt, appetitumque cohibent, ut exspectata dulcedine saturentur. Agnoscent autem hos sermones, qui iisdem vestigiis vitæ spiritualis insistunt: [b] *Verbum enim sapiens si audierit scius, laudabit illud; & ad se adjiciet.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.



## CAPUT XVIII.

Ο Διάκ. Παρεκάλεσάς με, τίμιε πάτερ, πεπονημένως μοι περὶ πάντων διηγησάμενος, τὰ αὐτὰ τῆς προλαβούσης φήμης μετά τινος χάριτος ἀρτύσας τὰ εἰρημένα. τοῦτο δὲ λέγω, ὅτι οὐδὲν ἐβάρει τὴν ἐκκλησίαν ἡ τοῦ ἐπισκόπου τροφὴ, εἰ τῆς ἐκκλησίας μετελάμβανεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης, κατὰ τὸν εἰπόντα· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ. καὶ πάλιν· τίς ποιμαίνει ποίμνην, καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος τῆς ποίμνης οὐκ ἐσθίει; τίς δὲ φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐ μεταλαμβάνει; οὐ τῆς γραφῆς ἐστι ταῦτα καὶ πολλὰ ἕτερα; Ὁ Ἐπισκ. Πρεπόντως μὲν καὶ συνετῶς εἴρηκας, ὦ Θεόδωρε. πρόσθες δὲ τοῖς εἰρημένοις λόγοις καὶ τὰ ἑπόμενα ῥήματα. ἐξουσίας γὰρ διδομένης παρὰ τοῦ ἱεροῦ νόμου, τοὺς τὰ ἱερὰ ἐργαζομένους ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίειν, ὁ πλεονέκτης τῶν ἀγαθῶν Παῦλος τί ἐπιφέρει; οὐκ ἐχρησάμην τῇ ἐξουσίᾳ ἐπὶ τοῖς σωματικοῖς, ἵνα συγκοινωνὸς γένωμαι τοῦ εὐαγγελίου ἐν τοῖς πνευματικοῖς, μὴ γενόμενος πρόσκομμα τοῖς ἀσθενέσι, κατὰ τὸν εἰπόντα· ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν ἐν ἀσθενείᾳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ ἀσθενῆ μιμεῖσθαι; εἰ μὲν γὰρ μέχρις ἡμῶν εἱστήκει τὰ πράγματα, οὐδενὸς μεθ' ἡμᾶς διαδεξομένου τὴν τοῦ λαοῦ θεραπείαν, ἦν εἰπεῖν πλημμελοῦντι· βιώσωμεν ὡς βουλόμεθα, ἀπολαύσαντες τῶν βιωτικῶν πραγμάτων. ἐπειδὴ δὲ οἱ μεθ' ἡμᾶς, ὡς διδασκάλοις ἡμῖν χρῶνται, τὸν ἡμέτερον προβαλ-

D DIAC. Consolatus es me, venerande Pater, qui mihi accurate narraveris, & eadem, quæ fama vulgaverat, gratia quadam condieris. Hoc autem dico, nihil oneri Ecclesiæ futurum fuisse victum Episcopi, si ab Ecclesia eum accepisset beatus Joannes, juxta eum qui dicit: [c] *Dignus* enim *est operarius cibo suo*. Et rursus: [d] *Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Quis autem plantat vineam, & de fructu ejus non edit?* Nonne hæc, & multa alia Scripturæ sunt? EPISC. Congrue quidem & sapienter locutus es, o Theodore. Dictis autem verbis adde & sequentia. Cum enim sacra lex tribuat facultatem, ut qui sacra faciunt, quæ de sacrario sunt, edant, majorum bonorum avidus Paullus quid addit? [e] *Non usus sum* E *hac potestate*, in corporalibus, ut Evangelii particeps fiam in spiritualibus, ne offendiculum essem infirmis, juxta eum qui dicit: [f] *Si enim quis viderit te, qui habet scientiam*, in infirmitate *jacentem, nonne conscientia ejus qui sit infirmus, ædificabitur* ad imitandum infirma? Si enim res in nobis sisterent, nullusque post nos ad populi curam successurus foret, dicere liceret peccanti: Vivamus, ut placet, & sæcularibus rebus indulgeamus. Quoniam autem qui post nos futuri sunt, nobis ut magistris utentur, legem nostram & consuetudinem

a Rom. XVI. 12. Philipp. II. 21. b Ephes. XXI. 15. c Matth. X. 10. d I. Tim. V. 18. I. Cor. IX. 7.
e Ibid. V. 12. f I. Cor. VIII. 10.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.


λόμενοι νόμον καὶ ἔθος· ἀναγκαῖόν ἐστι μὴ μόνον ἑαυτοῖς ζῶντας, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι, καὶ τὸ τοῦ λαοῦ παραβιαζομένους τὴν ἀσθένειαν, ἐπὶ τὸ σωφρονέστερον καὶ ἀπεριττότερον μέρος ἄγειν τὴν τάξιν, ἑαυτοὺς νουθετοῦντας, κατὰ τὸν λέγοντα. τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν κύριον; νομοθετήσει αὐτῷ ἐν ὁδῷ ᾗ ᾑρετήσατο. τοῖς μὲν γὰρ προπετέσι καὶ ἐλεεινοῖς ἁμαρτάνουσιν ἀπεριστκέπτως νομοθετεῖ ὁ δεσπότης, ὡς ἅτε τὸ τῆς δουλείας ἀσπαζομένοις πνεῦμα, κατὰ τὸν ᾠδικὸν Δαυΐδ· νομοθετήσει κύριος ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ· κολάσει δὲ παραβαίνοντας. ὁ δέ γε δίκαιος ὑπερβὰς τὰ μέτρα τοῦ τῆς δουλείας νόμου, διὰ τὸ ἀγαπᾶν τὸν δεσπότην, ἐπὶ τὸ τῆς υἱοθεσίας ἐπειγόμενος μέρος, ἑαυτοῦ νομοθέτης γίνεται, οἷος ἦν ὁ Ἰὼβ, καὶ ποιῶν, καὶ λέγων· διαθήκην ἐθέμην τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ οὐ μὴ συνήσω ἐπὶ παρθένον. τίς δὲ ἦν ἡ διαθήκη; τὸ αὐτοὺς ἀτακτήσαντας εἰς τὴν σωφροσύνην ἐκκοπῆναι. ὁμοίως λέγων καὶ ὁ Δαυΐδ· ὤμοσα καὶ ἔστησα, τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. τὸ ἐπαμφοτερίζον, καὶ ἐνδυάζον τῆς γνώμης ὅρκῳ πεδήσας. ὧν μιμητὴς πατέρων ὡς γνήσιος υἱὸς, καὶ οὐ νόθος ὑπάρχων ὁ Ἰωάννης, πλαδῶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀγέλην ταῖς διαφόροις ἐπιθυμίαις ῥῶσαι γλιχόμενος ἐπὶ τὸ στεγνότερον μέρος τοῦ βίου, ἑαυτοῦ δικαστὴς καὶ νομοθέτης ἐγίνετο, ἀμεταθέτῳ κρίσει πυκνούμενος, συμποσίων καὶ συλλόγων εὐτραπέλων καὶ γελωτοποιῶν καὶ ματαιολόγων ἀποσχοινίσας ἀνθρώπων, θωρακίσας ἑαυτοῦ τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν τῇ τοῦ πνεύματος πανοπλίᾳ, ἵνα μὴ διὰ συμποσίου ἢ ἀκαίρου λόγου παρεισδῦσιν εὑροῦσα ἡ ἀφροσύνη ἐξαφανίσῃ τὴν σωφροσύνην, κατὰ τὸν εἰπόντα· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί· διὸ καὶ συνεσκευάσθη. βαρὺς γὰρ αὐτοῖς ἦν καὶ φαινόμενος, καθάπερ λύχνος λημιῶσιν ὄμμασιν. τοιοῦτός τις ἦν ὁ συμπαθὴς Ἱερεμίας, ὁ δάκρυσιν ὀλοφυρόμενος τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἱερέων τὴν ἀπιστίαν, ἐπιλέγων· τίς δώσει μου τῇ κεφαλῇ ὕδωρ, καὶ ὀφθαλμοῖς μου πηγὰς δακρύων; καὶ κλαύσομαι τὸν λαόν μου ἡμέρας καὶ νυκτός. πάλιν· τίς δώσει μοι σταθμὸν ἔσχατον ἐν τῇ ἐρήμῳ; καὶ καταλείψω τὸν λαόν μου, καὶ ἀπελεύσομαι ἀπ᾽ αὐτῶν, διότι πάντες μοιχῶνται. σύνοδον ἀθετούντων, τὸν σύλλογον ὀνομάζων τῶν ψευδοπροφητῶν καὶ ἱερέων. ὡς καὶ ἀλλαχοῦ προσφωνεῖ τῷ Θεῷ, οὐχ ὡς αὐτοῦ ἀγνοοῦντος, ἀλλ᾽ ὡς ἡμῶν ὀφειλόντων μιμεῖσθαι· κύριε, εἰ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων, ἀλλ᾽ εὐλαβούμην ἀπὸ προσώπου σου. κατὰ μόνας ἐκαθήμην, ὅτι πικρίας ἐνεπλήσθην. συνῳδὰ δὲ τούτοις καὶ Δαυΐδ. οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος, λέγων· καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω. καὶ ἐπιφέρει σαφηνίζων· ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων, καὶ μετὰ ἀσεβῶν οὐ μὴ καθίσω· νίψομαι ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖράς μου, τὰς πρακτικὰς δυνάμεις· καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, κύριε. οἱ δὲ ἔλαττον φροντίσαντες τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ δόντες αὐτῷ νῶτα οὐ προθέσει, ἀλλ᾽ ἢ βιοῦσιν [1], οὐ μόνον ἀνίπτοις χερσὶ καὶ ᾑμαγμέναις, δωροδοκίᾳ, δωροληψίᾳ, καὶ ψευδογραφίᾳ, ἀλλὰ καὶ πεπηλωμένοις ποσὶ λὰξ πατοῦντες. περὶ ὧν αἰνιττόμενος ὁ προφήτης Ἐζεκιὴλ φησιν· εἰσήγαγέ με ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς αὐλῆς, καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὀπὴ μία ἐν τῷ τοίχῳ. καὶ εἶπε πρός με· διόρυξον, υἱὲ ἀνθρώπου. καὶ διώρυξα, καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ θύρα μία. καὶ εἶπε πρός με· εἴσελθε, καὶ ἴδε τὰς ἀνομίας τὰς πονηρὰς, ἃς ποιοῦσιν ὧδε. καὶ εἰσῆλθον, καὶ ἰδοὺ πᾶσα ὁμοίωσις ἑρπετοῦ καὶ κτήνους, καὶ εἴδωλα μάταια βδελύγματα. καὶ εἶπέ μοι· ἑώρακας, υἱὲ ἀνθρώπου, ἃ ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι οἴκου Ἰσραὴλ ἐν σκοτεινῷ ἐν τῷ κοιτῶνι, αὐτῶν διάνοιαν αἰνιττόμενος. διότι εἶπον· οὐχ ὁρᾷ κύριος

A sibi proponentes: non nobis ipsis tantum vivere necesse est, sed ei qui pro nobis mortuus est, & resurrexit, atque populi infirmitatem roborantes exemplo nostro ad temperantiorem & frugaliorem vitam adducere, nos ipsos corripientes, juxta eum qui dicit: [a] *Quis est homo qui timet Dominum? legem statuet ei in via, quam elegit.* Nam temerariis quidem & miserabilibus imprudenter peccantibus legem ponit Dominus, quasi servitutis spiritum amantibus, juxta Psalmistam Davidem: [b] *Legem dabit Dominus delinquentibus in via:* puniet autem transgressores. Verum justus mensuras servilis legis supergressus, quia diligit Dominum, ad hereditatem adoptionis festinans, sibi ipsi legislator est: B qualis erat Job, qui faciebat simul & dicebat: [c] *Pepigi fœdus cum oculis meis, & non cogitabo de virgine.* Quodnam autem erat illud fœdus? eos, qui inordinati essent, ad castimoniam abducere. Similiter dicit David: [d] *Juravi, & statui custodire judicia justitiæ tuæ*, cum anceps & dubium mentis propositum juramento adstrinxisset. Quorum Patrum imitator Joannes, ut legitimus filius, non autem spurius, putrescentem variis cupiditatibus hominum gregem sanare desiderans, ad arctius vitæ genus, sui judex & legislator fuit, constanti proposito se roborans, a conviviis & conventibus facetorum, ridiculorum, scurrarum recedens, mentis suæ oculum spiritali armatura mu- C niens, ne per epulas, & intempestivos sermones ingressum nacta vecordia, castimoniam deleret, juxta eum qui dicit: [e] *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.* Ideo insidiis appetitus est: gravis enim ipsis erat, qui luceret, ut lucerna lippientibus oculis. Talis erat misericors Jeremias, qui Principum & Sacerdotum incredulitatem lacrymis deplorat, & addit: [f] *Quis dabit capiti meo aquam, atque oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte populum meum.* Rursus: *Quis dabit mihi in solitudine diversorium ultimum? & derelinquam populum meum, & recedam ab eis; quia omnes adulteri sunt.* Cœtum prævaricatorum, conventum nominans falsorum Prophetarum ac Sacer- D dotum. Sicut alibi Deum alloquitur, non quod ille ignoret, sed sic ut nos eum imitari debeamus: [g] *Domine, si sedi in concilio ludentium, sed verebar a facie tua: solus sedebam, quoniam amaritudine repletus sum.* Consona eis etiam David loquitur: [h] *Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.* Quod explicans, addit: *Odi Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo: lavabo inter innocentes manus meas*, hoc est, activas facultates, *& circumdabo altare tuum, Domine.* Qui autem minus altaris curam habent, & ei terga vertunt, non proposito, sed vita sua, non solum illotis manibus & sanguinolentis, munerum donatione, ac perceptione, atque E falsis accusationibus, sed lutulentis pedibus calcitrantes, illud conculcant: de quibus Ezechiel propheta præsignificans ait: [i] *Introduxit me ad vestibulum atrii, & vidi, & ecce foramen unum in pariete. Et dixit ad me: Perfode, fili hominis. Et fodi, ac vidi: & ecce ostium unum. Et dixit ad me. Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas faciunt heic. Et ingressus sum: & ecce omnis similitudo reptilis & jumenti, & idola vana abominationes. Et dixit mihi: Vidisti, fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, in cubiculo*, mentem innuens. *Ideo dixerunt: Non vi-*

*a* Psalm. XXIV. 12. *b* Psalm. XXV. 5. *c* Job XXXI. 1. *d* Psalm. CXVIII. 106. *e* I. Cor. XV. 33. *f* Jer. IX. 1. *g* Jer. XV. 17. *h* Psalm. XXV. 5. *i* Ezech. VIII. 7.

1. Forte βίᾳ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.




ἡμᾶς, ἐγκαταλέλοιπε κύριος τὴν γῆν. καὶ εἶπε πρός με· ἔτι ὄψει ἀνομίας μείζονας, ἃς οὗτοι ποιοῦσι. καὶ εἰσήγαγέ με εἰς ἕτερον τόπον, καὶ ἔδειξέ μοι. καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ γυναῖκες καθήμεναι, κλαίουσαι τὸν Θαμβούζ. καὶ πάλιν. εἰσήγαγέ με εἰς τὸν οἶκον κυρίου τὸν ἐσώτερον, καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ εἴκοσι καὶ πέσσαρες πρεσβύτεροι, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν διεστραμμένα, καὶ νῶτα αὐτῶν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. καὶ εἶπε πρός με· μὴ μικρὰ ταῦτα, ἃ ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ποιεῖ; ἠναγκάσθημεν δὲ τῆς τοῦ προφήτου περικοπῆς μνημονεῦσαι, διὰ τοὺς ἀφειδεστέρους, τῶν οἰομένων εἶναί τι, καὶ ἑαυτοὺς φρεναπατούντων, καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην συγχεόντων, διὰ τὸ νῶτα δοῦναι τῇ τοῦ κυρίου τραπέζῃ, οἷς τὸ κρίμα οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει. οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, περὶ ὧν Ἰούδας ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου φησίν· οὗτοί εἰσιν οἱ ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, συνευωχούμενοι ἀφόβως, ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες· νεφέλαι ἄνυδροι, ὑπὸ ἀνέμων φερόμεναι· καὶ κύματα ἄγρια θαλάσσης, ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας· ἀστέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται. ἡ μὲν γὰρ νεφέλας ἀνύδρους ἐκάλεσε, τὴν πονηρὰν αὐτῶν ᾐνίξατο χάλαζαν, τὴν τῆς ἀμπέλου ἀντίδικον· ἡ δὲ πλανήτας ἀστέρας, τὸ τῆς νηὸς ἐπίβουλον ὑπηνίξατο. ἥτις ναῦς, καὶ ἄμπελος, ἔστιν ἡ ἐκκλησία. τίνα δέ ἐστιν, ἃ τοῖς τοιούτοις ἕψεται ἐξ ἀνάγκης; ἄκουσον πάλιν τοῦ αὐτοῦ διηγουμένου προφήτου Ἐζεκιήλ· καὶ ἔδειξέ μοι, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες ἐξήρχοντο ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης τῆς ὑψηλῆς, τῆς βλεπούσης πρὸς βορρᾶν, καὶ ἑκάστου πέλυξ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. καὶ ἀνὴρ εἷς ἐν μέσῳ αὐτῶν, ἐνδεδυκὼς ποδήρη, καὶ ζώνη σαπφείρου ἐπὶ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ. καὶ εἰσῆλθον, καὶ ἔστησαν ἐχόμενοι τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ χαλκοῦ, καὶ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ Ἰσραὴλ ἀνέβη ἀπὸ τῶν Χερουβίμ, ἣ οὖσα ἐπ' αὐτῶν, εἰς τὸ αἴθριον τοῦ οἴκου. καὶ ἐκάλεσε τὸν ἄνδρα τὸν ἐνδεδυμένον τὸν ποδήρη, ὃς εἶχεν ἐπὶ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὴν ζώνην. καὶ εἶπε κύριος πρὸς αὐτόν· δίελθε μέσην τὴν πόλιν τὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ δὸς τὸ σημεῖον ἐπὶ τὰ μέτωπα τῶν ἀνδρῶν τῶν καταστεναζόντων, καὶ κατωδυνωμένων ἐπὶ πάσαις ταῖς ἀνομίαις, ταῖς γινομέναις ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ αὐτοῖς εἶπε· δηλαδὴ τοῖς ἓξ τοῖς ἔχουσι τοὺς πέλυκας· ἀκούοντός μου, πορεύεσθε εἰς τὴν πόλιν ὀπίσω αὐτοῦ, δηλαδὴ τοῦ τὰ σημεῖα τιθέντος ἐπὶ τῶν μετώπων. καὶ κόπτετε, καὶ μὴ φείσησθε τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, καὶ μὴ ἐλεήσετε· πρεσβύτερον, καὶ νεανίσκον, καὶ παρθένον, καὶ νήπια, καὶ γυναῖκας ἀποκτείνατε εἰς ἐξάλειψιν. ἐπὶ δὲ πάντας, ἐφ' οὓς ἐστι τὸ σημεῖον, μὴ ἐγγίσητε, καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε. καὶ ἤρξαντο ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν τῶν πρεσβυτέρων, οἳ ἦσαν ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου. εἰ δέ τις νομίζει περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν προφητεύεσθαι ταῦτα, οὗτος ἔοικε καὶ τὴν τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίαν ἠγνοηκέναι. οὐ γὰρ πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἱεράτευσεν ὁ Ἐζεκιήλ. παῖς γὰρ ἔτι νεαρὸς συναιχμαλωτισθεὶς κατὰ οἰκονομίαν Θεοῦ τῇ φυλῇ τοῦ Λευΐ, τῷ τριακοστῷ ἔτει τῆς ὁράσεως καταξιοῦται τῶν μελλόντων, ἱερατεύων ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, ὡς αὐτὸς ὑφηγεῖται· καὶ ἐγένετο ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει, ἐν τῷ τετάρτῳ μηνὶ, πέμπτῃ τοῦ μηνός· καὶ ἐγὼ ἤμην ἐν μέσῳ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Χοβάρ. καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα· ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς Ἐζεκιὴλ, υἱὸν Βουζὶ, τὸν ἱερέα ἐν γῇ Χαλδαίων ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ Χοβάρ. εἰ δὲ ἐντεῦθεν στενούμενός τις ἐρεῖ ἡμῖν· προηγησαμένου τοῦ σωτῆρος, ὃς καὶ τὸ σημεῖον δέδωκεν ἐπὶ τῶν μετώπων τοῦ σταυροῦ, ἐπηκολουθηκέναι ἀπιστηθέντος τοῦ σωτῆρος, τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ συγκόψαντος τῷ τεσσαρακοστῷ ἔτει τὴν τὰ παράνομα ἐργασαμένην συναγωγήν; ἀποδεχόμεθα μὲν τὸν ταῦτα νοοῦντα, παρακαλοῦμεν δὲ αὐτὸν, ὡς υἱὸν τῆς καινῆς διαθήκης, πείθεσθαι τῷ τῶν τοιούτων μύστῃ Παύλῳ,

A *det nos Dominus: dereliquit Dominus terram*. Et *dixit ad me: Adhuc videbis abominationes majores, quas isti faciunt. Et introduxit me in alium locum, atque ostendit mihi. Et ecce ibi mulieres sedebant, plangentes Thambuz*. Et rursus: *Introduxit me in domum Domini interiorem: & ecce ibi viginti quatuor seniores, & facies eorum, & dorsa eorum contra altare. Et dixit ad me: Numquid leve est hoc quod facit domus Israel?* Coacti fuimus hujus prophetæ capituli meminisse, propter impudentiores, qui se esse aliquid putant, & se ipsos dementant, ac Ecclesiasticam pacem perturbant: eo quod terga vertunt mensæ Domini, [a] *quibus judicium non cessat, & perditio eorum non dormitat*. Qui terre- B na sapiunt, de quibus Judas, frater Jacobi ait: [b] *Hi sunt, in epulis vestris maculæ, convivantes sine timore, semet ipsos pascentes: nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur: fluctus feri maris, despumantes suas confusiones: sidera errantia, quibus caligo tenebrarum servata est in æternum*. Cum autem *nubes sine aqua* vocavit, malam eorum significavit grandinem, vineæ adversariam: cum *errantia sidera*, insidias navis designavit. Quæ quidem navis & vinea, Ecclesia est. Quænam autem illa sunt, quæ talia ex necessitate subsequentur? Audi rursus eumdem prophetam Ezechielem narrantem: [c] *Et ostendit mihi, & ecce viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem, &* C *uniuscujusque securis in manu ejus. Vir quoque unus in medio eorum vestitus talari, & zona sapphiri in renibus ejus. Et ingressi sunt, & steterunt juxta altare æreum: & gloria Domini Israel ascendit de Cherubim, quæ erat in ipsis, ad atrium domus. Et vocavit virum qui indutus erat talari, qui habebat in lumbis suis zonam. Et dixit Dominus ad eum: Transi per mediam civitatem Jerusalem, & da signum super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eorum. Et illis dixit*; sex illis scilicet, qui habebant secures; *audiente me: ite in civitatem, sequentes eum*. Videlicet eum, qui signa posuit super frontes. *Et percutite, & ne parcite oculis ve-* D *stris, neque misereamini. Senem, adolescentulum, virginem, parvulos, & mulieres interficite usque ad internecionem. Ad omnes autem super quos est signum, ne accedite, & a sanctis meis incipite. Cœperunt ergo a viris senioribus, qui erant in domo Domini*. Si quis autem putet hæc de Judæis tantum prædici, is Servatoris adventum videtur ignorare. Non enim ante captivitatem sacerdotio functus est Ezechiel. Adhuc enim puer admodum cum tribu Levi in captivitatem abductus est; per Dei dispensationem, trigesimo anno visione futurorum dignus habitus est, sacerdos in ipsa captivitate, ut ipse narrat: [d] *Et factum est in trigesimo anno, in mense quarto, quinta mensis: & ego* E *eram in medio captivitatis super fluvium Chobar*. Et rursus paullo post: *Factus est sermo Domini ad Ezechielem filium Buzi Sacerdotem, in terra Chaldæorum, ad flumen Chobar*. Si quis autem hinc in angustias redactus, dixerit nobis: Cum præcesserit Servator, qui & Crucis signum in fronte dedit, quare advenisse creditus non est Servator, qui, Vespasiano Romanis imperante, delevit quadragesimo post anno Synagogam, quæ iniqua patraverat? Suscipimus quidem ista sentientem, ipsum autem ut Novi Testamenti filium, oramus, ut fidem habeat, Paullo talium magistro qui de omnibus ejus-

a I. Petr. xi. 3. b Jud. I. 12. c Ezech. ix. 2. d Ezech. I. 1.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.



τῷ λέγοντι περὶ πάντων τῶν τοιούτων βιβλίων, τό· ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις. ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε. ταῦτα δὲ λέγω, οὐχὶ δι' ἀρχῆς ἔχων σιδηρᾶν ῥομφαίαν ἐλθεῖν ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ· ἄπαγε. οὔτε γὰρ περὶ σιδηρᾶς ὁ προφήτης σημαίνει, ἀλλὰ περὶ ἑτέρας τινὸς κολαστικῆς δυνάμεως, περὶ ἧς ὁ αὐτὸς Ἐζεκιὴλ λέγει· γῆ ἐφ' ἣν ῥομφαίαν ἐπάγω ἐπ' αὐτήν. τὸ δὲ ἐπάγω, ἀντὶ τοῦ συγχωρήσω. καὶ λάβῃ ὁ λαὸς τῆς γῆς ἄνδρα ἕνα, καὶ δώσουσιν ἑαυτοῖς εἰς σκοπὸν, καὶ ἴδῃ ὁ σκοπὸς τὴν ῥομφαίαν ἐρχομένην, καὶ σαλπίσῃ τῇ σάλπιγγι, καὶ σημάνῃ τῷ λαῷ, καὶ ἀκούσῃ ὁ ἀκούων, καὶ μὴ φυλάξηται· ἐπελθοῦσα δὲ ἡ ῥομφαία καταλάβῃ τινὰ, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐκζητήσω. ὅτι οὐκ ἤκουσε τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος. καὶ πάλιν· ἐὰν δὲ ὁ σκοπὸς ἴδῃ τὴν ῥομφαίαν ἐρχομένην, καὶ μὴ σαλπίσῃ τῇ σάλπιγγι, καὶ τῷ λαῷ μὴ σημάνῃ· ἐπελθοῦσα δὲ ἡ ῥομφαία καταλάβῃ τινὰ, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητήσω, ὅτι ἰδὼν τὴν ῥομφαίαν, οὐκ ἐσάλπισε. τοῦτον τὸν κίνδυνον οὐχ ὑπνῶν τὸν τῆς ἀπιστίας ὕπνον, οὐδὲ ὀκνῶν τὸν τῆς φιληδονίας ὄκνον ὁ μακάριος Ἰωάννης πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, ὑψηλότερον σάλπιγγος ἐβόα, οὐκ ἄδηλος φθόγγον σημαίνων, ἀλλ' εὔδηλον γνῶσιν παρέχων τῆς διαβολικῆς ῥομφαίας, παρεκάλει φεύγειν τοὺς πάντας. καὶ ὅσοι μὲν τὸ συνειδὸς καθαρὸν, καθάπερ σημεῖον ἐπὶ τοῦ τῆς ψυχῆς μετώπου ἔσχον, χάριτι Θεοῦ, σὺν ὑμῖν τοῖς πιστοῖς Ῥωμαίοις διεσώθησαν. ὅσοι δ' αὖ πάλιν μεμολυμμένον, τοὺς λαοὺς καὶ τοὺς ἱερεῖς εἰς τὴν κατ' ἀλλήλων φιλονεικίαν ἐξέκαυσαν, ἵνα τοῖς κοινοῖς κακοῖς τὰ καθ' ἑαυτοὺς συσκιάσωσιν. ὁ Διάκ. θαυμασίως μὲν εἴρηκας. ὡμολόγηται δὲ, ὅτι ἀμήχανόν ἐστι πρᾶγμα, ἄνθρωπον ἄμεμπτον ἐν τῷ περιγείῳ βίῳ τούτῳ εὑρεθῆναι τέλειον, τῆς γραφῆς λεγούσης πολλαχῶς· τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας; πλὴν ὅμως οὐκ ἔγνω χρήσασθαι τῷ καιρῷ ὁ μακάριος Ἰωάννης· τοῖς γὰρ κεκρατημένοις οὐ δεῖ παρεγχειρεῖν. ὁ Ἐπίσκ. ἔοικάς μοι, καλὲ Θεόδωρε, πανοῦργος ὑπάρχειν. συμπάθειαν γὰρ, ὡς ἔπρεπέ σοι, ἀπ' ἀρχῆς ἡμῖν προβαλλόμενος μετά τινος κατανύξεως, ἐκ τοῦ κατὰ μικρὸν εὑρίσκῃ φιλοσκώπτης ὑπάρχων· οὔτε γὰρ οἱ νομιζόμενοι ἐχθροὶ, οὕτω δεινῶς τὰ κατ' αὐτὸν διεμέμψαντο. ὁ Διάκ. πρὸς τί ἠχθέσθης, φιλαλήθης ἀκούσας, πάτερ; ὅτι εἶπον· οὐ προσέσχε τῷ καιρῷ ὁ μακάριος Ἰωάννης, τῆς γραφῆς λεγούσης· ἐν τόποις δυναστῶν μὴ ὑφίστασο. καὶ πάλιν. τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι, μάλιστα ἐπὶ τῶν παραίνεσιν ἢ ὠφέλειαν μὴ δεχομένων. ὁ Ἐπίσκ. μακάριοί ἐστε, οὕτω τὰς γραφὰς ἑρμηνεύοντες. τὸ γὰρ, ἐν τόποις δυναστῶν μὴ ὑφίστασο, παρὰ τῷ Ἐκκλησιαστῇ, πρὸς τοὺς ἀναξίους καὶ ἀδυνάτους ἱερωσύνης εἴρηται, ἵνα μὴ ταύτην ἁρπάζωσι. δυνάστας γὰρ, τοὺς κατ' ἀρετὴν διδασκάλους λέγει. πρῶτον τοὺς ἀποστόλους. οἵ τινες ἦσαν δυνάσται, τὸ τῆς δυνάμεως ἠμφιεσμένοι πνεῦμα, ἔπειτα τοὺς μιμητὰς τούτων. καὶ τὸ, ἐξαγοράζειν δὲ τὸν καιρὸν, τοιοῦτόν ἐστιν, οὐχ ἵνα ὑποκριθῶμεν, κλέπταις συντρέχοντες, καὶ μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα τιθέντες. ἀλλ' ἵνα κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἁμαρτίας διὰ τῆς ἀρετῆς ἀγοράσωμεν τὸν καιρὸν, μὴ πωλήσαντες αὐτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ. ὁ δὲ κατὰ μικρὸν τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν καιρὸν ἐξαγοράζων, ὅλον ἑαυτοῦ τὸ ζῆν ἐξηγόρασε, παραχωρήσας τὰ τοῦ βίου ἡδέα, ἵνα τὰ ὑπὲρ βίον εὑρήσῃ. ὥσπερ καὶ οἱ μάρτυρες πεποιήκασι δόντες τὸ ζῆν τὸ αἱμάτινον, τὴν ἀφθαρσίαν ἐκληρονόμησαν, κυρίως αὐτοὶ τὸν καιρὸν ἐξαγοράσαντες. εἰ δὲ μὴ οὕτω ταῦτα νοεῖται, ἔσονται καὶ οἱ περὶ Μωσέα, καὶ Ἠλίαν, καὶ Μιχαίαν, καὶ Δανιὴλ, καὶ Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν, καὶ Ἠσαΐαν, καὶ Πέτρον, καὶ Παῦλον, ἵνα μὴ πλείονας

A modi libris dicit: [a] *Hæc autem in figura contingebant illis: scripta vero sunt ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt.* Hæc autem dico nequaquam apprecans, ut gladius ferreus veniat super inimicos Dei, absit. Neque enim de gladio ferreo loquitur Propheta, sed de alia quadam punitrice virtute, de qua Ezechiel dicit: [b] *Terra super quam gladium inducam: ( inducam vero, id est permittam ) & ceperit populus terræ virum unum, & ponent sibi speculatorem, & viderit speculator gladium venientem, & tuba sonuerit, & signum dederit populo, atque audierit, qui audit, & non caverit; veniens autem gladius apprehenderit aliquem: sanguinem ejus ab eo requiram,*
B *quia non audivit vocem tubæ.* Et rursus: *Si autem speculator viderit venientem gladium, & tuba non cecinerit, neque populo significaverit; veniens autem gladius apprehenderit aliquem: sanguinem ejus de manu speculatoris requiram, quia cum viderit gladium, tuba non cecinit.* Ejusmodi periculum, nequaquam dormiens infidelitatis somno, neque voluptatis pigritia piger beatus Joannes, ante oculos habens, altius tuba clamabat, non obscurum edens sonum, sed apertam plane scientiam dans diabolici gladii, fugere omnes hortabatur. Quicumque autem conscientiam puram, veluti signum in animæ fronte, habuerunt, per gratiam Dei, cum vobis Romanis fidelibus servati sunt. Qui vero rursus
C inquinatam, populos ad Sacerdotes in mutuum certamen accenderunt, ut publicis malis sua obumbrarent. DIAC. Mire quidem dixisti. Constat autem fieri non posse, ut homo in hac terrena vita irreprehensibilis prorsus inveniatur, dicente pluribus in locis Scriptura: [c] *Quis gloriabitur mundum se habere cor? aut quis fiduciam habebit, purum se esse a peccato?* Verum non novit uti tempore beatus Joannes: res enim constitutas temere movere non oportet. EPISC. Videris mihi, bone Theodore, nimium astutus esse. Cum enim initio miserationem, ut decuit, nobis exhibueris cum quadam compunctione, inde paullatim dicax irrisor inveniris esse: neque qui putabantur inimici, tam acri-
D ter illum vituperarunt. DIAC. Quid indignaris, Pater, qui veritatis amans audis? quod dixerim non observasse tempus beatum Joannem, cum Scriptura dicat: [d] *In locis potentum ne subsistas.* Et rursus: [e] *Redimentes tempus*, præsertim in iis qui monita, utilitatemque non admittunt. EPISC. Beati estis, qui sic Scripturas interpretamini. Id enim apud Ecclesiasten, *In locis potentum ne steteris*, adversus indignos & incapaces Sacerdotii dictum est, ne illud rapiant. Potentes enim, virtutis magistros dicit: primum quidem Apostolos, qui erant potentes, virtutis spiritum induti: deinde eorum imitatores. Et illud, *Redimere tempus*, perinde est ac ne hypocritæ simus, cum furibus currentes, &
E cum adulteris partem ponentes: sed ut tempore suo tempus peccati virtute redimamus, non illud peccato vendentes. Qui autem hoc modo paullatim tempus redimit, totam redimit vitam suam, ut omissis sæculi voluptatibus cælestia dona nanciscatur. Quomodo & Martyres fecerunt, qui hanc corpoream vitam exponentes, incorruptibilitatem consecuti sunt, revera ipsi tempus redimentes. Si vero ista non sic intelliguntur, Moses certe, & Elias, & Michæas, & Daniel, & Joannes Baptista, & Esaias, & Petrus, atque Paullus; ne plures commemorem, tempus suum ignorasse inve-

a I. Cor. x. 11. b Ezech. xxxiii. 2. c Prov. xx. 9. d Prov. xxi. 6. e Ephes. V. 16. Coloss. iv. 5.

εἶπω, τὸν ἑαυτῶν καιρὸν ἀγνοήσαντες. ἐπειδὴ ὁ μὲν φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἑαυτῷ πορίζεται, διὰ τὸν ἔλεγχον τὸν πρός τινα, ἐν ὄρεσιν ἐθνικῷ πρόβατα νέμον. ὁ δὲ ὑπὸ καίρῳ τῇ λύπῃ πιεσθεὶς, εἰς ὕπνον κατέπεσεν, οὔτε τοίχου ἢ πέτρας σκιὰν εὑρίσκων, ἀλλ' ὑπὸ φυτὸν ἀρκεύθινον, ὃ καὶ αὐτὸ ἀμυδρῶς κατασκιάζει. ὁ δὲ ἐπρίζετο. ὁ δὲ εἰς λάκκον λεόντων ἐχαλᾶτο ὑπὲρ εὐσεβείας. ὁ δὲ ἐν φυλακῇ ἤγουν μοιχῷ [1] τινι δέσμιος ἐφυλάσσετο, ἄρτον θλίψεως καὶ ὕδωρ στενὸν καταδικασθεὶς λαμβάνειν, ἵν' ἐπὶ μακρὸν κατατηκόμενος χρόνον, βίᾳ τὸ ζῆν ἀποῤῥήξῃ διὰ τὴν πρὸς βασιλέα τινὰ παῤῥησίαν. τί δέ μοι λέξεις περὶ τοῦ ἀζύγου ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννου; ἆρα οὐκ ἔγνω τῷ καιρῷ χρήσασθαι, ἐπειδὴ διὰ τὸν ἀνεπισκίαστον ἔλεγχον τῆς Ἡρώδου μοιχείας, τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη, κηδόμενος τοῦ Ἡρώδου, ὡς ἰατρὸς, νοσοῦντος τὸ ἀνίατον πάθος, ἢ καίων, ἢ τέμνων; ᾧ λόγῳ καὶ Ἰωάννης ἐλεῶν, ἢ φιλῶν, ἤλεγχε τοὺς νοσοῦντας. εἰ δὲ ὁ Βαπτιστὴς τὸν καιρὸν οὐκ ἔγνω, πῶς τὸν τεχνίτην τῶν αἰώνων καὶ ποιητὴν ἐπέγνω, φήσας· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου; πῶς δὲ οὐκ ἔγνω Παῦλος καὶ Πέτρος τὸν καιρὸν, οἱ στύλοι τῆς ἐκκλησίας, οἱ καὶ μετὰ θάνατον κλείοντες, καὶ ἀνοίγοντες τοὺς τῆς μετανοίας καιροὺς τοῖς βουλομένοις, καὶ κρούουσιν; ἐπειδὴ μάλιστα ὁ μὲν ἐπὶ πόδας σταυροῦται, εἰς οὐρανὸν τὴν πορείαν σημαίνων, ὁ δὲ καρατομεῖται, διὰ τὴν ἐν Χριστῷ παῤῥησίαν, ἵνα τῆς ὄντως κεφαλῆς μὴ ἐκπέσῃ. μὴ τοίνυν ἀποδέχου τοὺς μετ' ἐπισκέψεως [2] τὴν τῶν ἁγίων διαβάλλοντας παῤῥησίαν. ἐθνικῶν γὰρ καὶ οἰησισόφων ἡ συνήθεια αὕτη, φιλοζωούντων, καὶ φιλοσκωπτόντων τὴν τῶν μαρτύρων ἀδειλίαν. οὔτε γὰρ μάχαιραν ἀμβλεῖαν, οὔτε παῤῥησίαν ἄπρακτον εἶναι δεῖ. καὶ ὥσπερ τοῦ μύρου ἀχώριστος ἡ εὐωδία, οὕτω τῆς παῤῥησίας ἡ εὔνοια. καὶ εἰ μὲν ἰδιωτικῶς ἐπὶ οἰκετῶν, ἢ φίλων, ἢ ἰδίων, οἱ ἔλεγχοι ἐγίνοντο, ἐφ' ὧν καὶ τὸ ἐρυθριᾶσαι φορτικόν· ἔγκλητος ἴσως ὁ παῤῥησιαζόμενος, οὔτε καιρὸν, οὔτε τόπον γνωρίσας. εἰ δὲ καθάπερ ἐν μακέλλῳ, τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ οἱ ἔπαινοι γίνονται τῶν κατορθούντων, καὶ οἱ ψόγοι τῶν ἀμελούντων, τί τραχυνόμεθα πρὸς τοὺς ἐλέγχους ἀνωνύμως, καὶ ἐπωφελῶς ἡμῖν γινομένους; σιτίζοντες τὰς αἰτίας, οὐ πειθόμενοι τῷ εἰρηκότι· πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες. εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἔσται, ἔσονται πάλιν οἱ ἅγιοι, σκανδαλίσαντες μέν τινας πόλεις, ἢ χώρας, ἐπὶ τοῖς ἐλέγχοις, ἐκτραχηλίσαντες δὲ τοῖς ἐπαίνοις ἄλλας. πρῶτος ὁ ἅγιος Ἰὼβ, Φοινίκην τινὰ διαβάλλων χώραν, ὡς ἐπισπωμένην τὸν αὐτῷ προσπολεμοῦντα σατὰν, καθὼς λέγει· μερίζονται δὲ αὐτὸν γένη Φοινίκων. ἔπειτα Μωϋσῆς, καὶ οἱ προφῆται, τὴν Αἴγυπτον διαβάλλοντες, καὶ κάμινον σιδηρᾶν προσαγορεύοντες, καὶ σκότος, καὶ τὴν Παλαιστίνην ἐγκωμιάζοντες, καὶ γῆν ἐπαγγελίας ἀποκαλοῦντες, εὑρισκομένην τὴν μὲν Αἴγυπτον τῷ σπουδαίῳ γῆν ἐπαγγελίας, τῷ δὲ ῥᾳθύμῳ τὴν Παλαιστίνην, οὐ μόνον κάμινον σιδηρᾶν, ἀλλὰ καὶ σκότος ἐξώτερον τῇ ἀπιστίᾳ. ὁπότε οὐ τὰ χωρία ψεκτὰ, ἢ ἐπαινετὰ, ἀλλὰ τὰ ἐπιτηδεύματα. τί δέ μοι καὶ εἰς μῆκος ἐκτείνειν τὸν λόγον, καὶ μὴ ἀπὸ τῶν συντόμων ἄρχεσθαι; ἆρά γε ὁ Παῦλος ψεύστας Κρῆτας ἀποκαλῶν, καὶ Γαλάτας ἀνοήτους, καὶ Κορινθίους πεφυσιωμένους, καὶ ἄλλους ἄλλα, τούτοις μόνοις συνέγνω τὰ πάθη, ὡς μόνοις τὸν ἔλεγχον ἐπαγαγὼν, ἢ καὶ τοῖς πᾶσιν; ἢ ἀνάπαλιν πιστοὺς Ῥωμαίους ἀποκαλῶν,

A nientur. Quoniam ille fuga salutem sibi quærit ob reprehensionem alicujus, dum gentilis cujusdam oves in monte pasceret. Alius præ torpore, dolore oppressus, in somnum decidit: [a] neque parietis, aut saxi inveniens umbram, sed sub juniperi virgulto, quod & ipsum exile erat, se collocat. Alius serra secabatur. Alius pro pietate in foveam leonum demittebatur. Alius in carcere, hoc est, in specu quodam vinctus servabatur, panem tribulationis, & aquam angustiæ sumere condemnatus, ut longo tempore contabescens, vitam vi abrumperet, propter suam adversus Regem quemdam loquendi libertatem. Quid autem mihi dices de Joanne, qui inter natos mulierum parem non habet? An minime norat tempore uti, quoniam propter apertam B & minime adumbratam adulterii Herodis increpationem, capite minutus est; curans, ut medicus, Herodem insanabili morbo affectum, aut urens, aut secans? Qua ratione & Joannes miserans, & amans, increpabat infirmos. Si autem Joannes Baptista tempus non norat, quomodo sæculorum opificem & factorem agnovit? dicens: [b] *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Quomodo Paullus & Petrus, columnæ Ecclesiæ, tempus ignorabant, qui etiam post mortem volentibus, atque pulsantibus aperiunt, & claudunt pœnitentiæ tempora? Quoniam maxime hic, cruci affixus est, pedibus obversis, viam in cælum significans; ille, capite truncatur ob suam in Christo loquendi libertatem, ne C a vero excideret capite. Ne igitur admiseris eos, qui cum quadam increpatione Sanctorum loquendi libertatem culpant. Gentilium enim, & judicio suo sapientum ista consuetudo est, qui amore hujus vitæ, etiam Martyrum constantiam irrident. Neque enim vel gladium obtusum, vel otiosam esse loquendi libertatem oportet. Et quemadmodum ab ungento fragrantia separari non potest, sic neque a loquendi libertate benevolentia. Ac siquidem coram famulis, aut amicis, aut suis, reprehensio fieret, coram quibus erubescere molestum est: forte accusandus esset, qui libere redargueret, quippe qui tempus & locum ignoraret. Si autem in Ecclesia, velut in macello, proborum encomia D fiunt, & increpationes negligentium: quid exasperamur adversus increpationes, quæ sine nomine, & utiliter fiunt? alentes crimina, nec obtemperantes ei, qui dixit: [c] *Omne quod in macello vænit, manducate, nihil discernentes.* Quod nisi ita sit; Sancti iterum invenientur civitates quasdam aut regiones scandalizasse ob increpationes, alias vero laudibus suis subvertisse. Primus sanctus Job Phœnicem quamdam regionem objurgans, quasi Satanam hostem suum in se attrahentem, sic dicit: [d] *Partem autem ei dant gentes Phœnicum.* Deinde Moyses, & Prophetæ, Ægyptum criminantur, fornacem ferream appellantes, & tenebras, atque Palæstinam laudibus extollunt, terramque promissionis vocant: cum Ægyptus inveniatur probo qui- E dem terra promissionis, ignavo autem Palæstina, non solum fornax ferrea, sed & tenebræ exteriores, infidelitatis caussa. Quoniam non loca vituperio, aut laude digna sunt, sed hominum studia. Quid autem necesse mihi est sermonem in longum extendere, & non a brevibus incipere? Numquid Paullus [e] *mendaces Cretenses* appellans, & Galatas [f] *insensatos*, & Corinthios [g] *inflatos*, atque alios aliter, his solis vitia condonavit, quasi ipsis solis reprehensionem adhibens, nonne & omnibus? aut

[a] III. Reg. xix. 4. [b] Joan. I. 36. [c] I. Cor. X. 25. [d] Job xii. 26. [e] Tit. I. 12. [f] Gal. III. 1. [g] I. Cor. V. 2.

1. Lege μυχῷ.

2. Forte ἐπισκήψεως.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.

καὶ μύστας Ἐφεσίους, οἷς καὶ ὑψηλότερον ἐπιστέλλει, καὶ φιλαδέλφους Θεσσαλονικεῖς, μόνοις περιέγραψε τοὺς ἐπαίνους; οὐ πάντως. ἀλλ᾽ ὡς πνευματοφόρος τέθεικε καὶ τοὺς ψόγους καὶ τοὺς ἐπαίνους, ἵνα ὁ μὲν ἄξιος τῶν ἐπαίνων ἐπιγνοὺς, τονωθῇ τῇ προθυμίᾳ. ὁ δὲ ἕτερος ἐντυχὼν, ὀδυνηθῇ τῇ ὑπομνήσει, ἀπατελψάμενος τοῦ ψόγου τὸ αἴτιον. οὔτε οὖν μόνοι Γαλάται ἀνόητοι, οὔτε Κρῆτες ψεῦσαι, οὔτε Κορίνθιοι ὑπερήφανοι. πανταχοῦ γὰρ τὰ πάντα ὑπάρχει, τὸ μίαν εἶναι καὶ τὴν ἁμαρτάνουσαν καὶ τὴν κατορθοῦσαν φύσιν, καὶ ἐκεῖνο, καὶ τοῦτο ἐν τῷ αὐτῷ γινομένην, οἰκείᾳ προαιρέσει. τούτῳ τοίνυν τῷ τρόπῳ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπαῤῥησιάζετο ὁ Ἰωάννης. μᾶλλον δὲ ἐκρεοκόπει τὴν ἀρετὴν τοῖς πεινῶσιν, [1] ἐξοστρακίζων τὴν ἁμαρτίαν τοῖς φανεροῖς ἐλέγχοις, πειθόμενος τῷ εἰρηκότι· τὸν ἁμαρτάνοντα ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσι. εἰ δέ τινες ἐπὶ πλεῖστον ὑπερηφανίαν, ἢ ἀφροσύνην νοσοῦντες, βούλονται αὐτῶν καὶ τὰς ἡδονὰς ἐγκωμιάζεσθαι, ταύτην τὴν συνήθειαν οἱ τοῦ Θεοῦ δοῦλοι οὐκ ἔχουσιν. οἱ γὰρ ἀγανακτοῦντες ἐπὶ τῷ ψόγῳ τῆς πλεονεξίας, καὶ τῆς πορνείας, καὶ ἄλλης τινὸς μυσαρᾶς ἡδονῆς, οὐδὲν ἄλλο λέγουσι δυνάμει, ἢ τὸ δεῖν ἀποδέχεσθαι ταῦτα δηλητήρια ὄντα.

A contra cum Romanos [a] *fideles* vocat, & Ephesios [b] *mystas*, quibus & sublimius scribit, & [c] *fratrum amantes* Thessalonicenses, his solis laudes adscripsit? Minime sane. Sed ut Spiritus sancti plenus, & vituperia & laudes apposuit, ut qui se laude dignum agnoverit, majori animi alacritate roboretur: alius vero vituperia legens, submonitus doleat, & probri caussam abjiciat. Non igitur soli Galatæ *insensati*, nec Cretenses *mendaces*, nec Corinthii *superbi*. Ubique enim hæc omnia sunt, cum una sit natura, quæ & peccat, & recte agit, & sive hoc, sive illud in se fit, voluntate sua. Hoc igitur modo in Ecclesia libere loquebatur Joannes. Immo potius esurientibus partiebatur virtutis cibum, pecca-
B tum manifestis reprehensionibus exterminans, & obtemperans Paullo dicenti: [d] *Peccantem coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant.* Porro si qui superbiæ, aut vesaniæ morbo laborantes, velint etiam voluptates suas cum laudibus efferre: hanc consuetudinem non habent Dei servi. Qui enim indignantur ob vituperatam avaritiam, & fornicationem, aut aliam quamvis fœdam libidinem, nihil aliud reipsa dicunt, quam hujusmodi perniciosum virus debere admitti.

## C A P U T XIX.

Ο Διάκ. χάρις πλείστη, πάτερ, τῇ ἐνδημίᾳ τῆς σῆς φιλαδελφίας. γεγένηται γὰρ ἡμῖν ὀνησιφόρος, καὶ μνημόσυνον τῆς ζωῆς. ἡσυχάσαντος δὲ μετὰ τοὺς πολλοὺς ἐπαίνους τοῦ Θεοδώρου, τῶν παρόντων τις ἔῤῥηξε ῥῆμα, λέγων· πῶς οὖν τοσούτοις προτερήμασι κεκοσμημένος, ὑπερήφανος ἦν; ὁ Ἐπίσκ. αὐτὸς παρὼν ἔγνως αὐτὸν ὑπερήφανον, ἢ ἄλλος σοι ἀφηγήσατο; ὁ δὲ ἀπεκρίθη· οὐκ οἶδα τὸν ἄνδρα, φησίν· ἀλλ᾽ ἤκουσα παρά τινος βυρσοδέψου, διηγουμένου, ὅτι σπανίως ἦν αὐτῷ συναγελάσαι, δίχα τῆς ἐκκλησίας, στενοχωρουμένῳ τὸ συνδιάγειν ἐπὶ πολὺ τοῖς βουλομένοις. τοῦτο δὲ δεῖγμα ὑπεροψίας καὶ τύφου, τὸ φεύγειν τὰς τῶν βουλομένων συνουσίας. ὁ Ἐπίσκ. καὶ τίνος ἦν ἄλλου λέξαι τὴν Ἰωάννου φιλοσοφίαν, ἢ βυρσοδέψου, τοῦ καὶ τὴν δυσωδίαν τοῦ ἰδίου ἐργαστηρίου σύντροφον οὖσαν ἀποδεχομένου; εἰ δὲ δεῖγμα ὑπεροψίας τὸ φεύγειν τοὺς ὄχλους, ἔσται καὶ ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης ὑπερόπτης κατὰ τὸν λόγον τὸν σὸν, ὑποχωρῶν εἰς τὰς ἐρήμους, ἔπειτα δὲ καὶ ὁ σωτήρ. ἀναγέγραπται γὰρ, ὅτι ἰδὼν τοὺς ὄχλους ὁ Ἰησοῦς, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καθίσαντος δὲ αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ οὐχ οἱ ὄχλοι. καὶ πάλιν· ἰδὼν τοὺς ὄχλους, ἀνεχώρησε κατ᾽ ἰδίαν. ὃν μιμούμενος κατὰ δύναμιν ὁ καλὸς Ἰωάννης, καὶ αὐτὸς ὑπεχώρει τοὺς ὄχλους, συνηδόμενος τοῖς κατὰ ἀλήθειαν μαθεῖν τι βουλομένοις. ὁ Διάκ. καλῶς μὲν γὰρ ὑπὸ γραφικῶν παραδειγμάτων πείθεις. τί δὲ ἔχεις εἰπεῖν, ὅτι ὑβριστὴς ἦν, καὶ οὐ μόνον τοὺς πολλοὺς ὑπεχώρει, ἀλλὰ καὶ ἕνα, καὶ δύο; ὁ Ἐπίσκ. μάλιστα μὲν, καὶ εἷς ἀνωφελὴς, καὶ ἀγύρτης, ὄχλος ἐστίν; οἷος ἦν ὁ εἰπὼν τῷ Ἰησοῦ· διδάσκαλε, ἀκολουθήσω σοι, ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ. οὐ φυγὼν τὸν ὄχλον ὁ σωτὴρ εἶπε τό· αἱ ἀλώπεκες, καὶ τὰ ἑξῆς. οὐκ ἔχεις δέ με πεῖσαι, ὅτι ποτὲ Ἰωάννης ἀφ᾽ οὗ ἐβαπτίσθη, ἢ ὤμοσεν, ἢ ὥρκισεν, ἢ κατελάλησεν, ἢ ἐψεύσατο, ἢ κατηράσατο, ἢ εὐτραπέλων ἠνέσχετο; ὁ Διάκ. οὔτε γὰρ ἐγὼ λέγω τούτων τι, ἀλλ᾽ ὅτι ὕβριζεν. ὁ Ἐπίσκ. ὦ βέλτιστε, καὶ ὁ τούτων μηδὲν ποιήσας, πῶς ὕβριζεν, ἀφειδῶν τῆς γλώσσης τῆς ἑαυτοῦ; ἐν μικρῷ γὰρ καὶ

Diac. Maximam, Pater, habeo gratiam huic ad nos humanissimo adventui tuo. Fuit enim nobis utilis & salutaris, atque vitæ monimentum.
C Cum autem post prolixas laudes Theodorus quievisset, ex adstantibus aliquis erupit in hanc vocem: Quomodo igitur, inquit, tantis exornatus dotibus, superbus erat? Episc. An ipse præsens superbum eum deprehendisti, an alius tibi narravit? Ille respondit: Non novi virum, ait: sed audivi a quodam corario, qui narrabat raro ipsum sui copiam facere, nisi in Ecclesia; & moleste ferre diu colloqui cum volentibus. Hoc vero specimen est superbiæ & fastus, fugere congressus volentium. Episc. Et cujusnam alius erat Joannis sapientiam vituperare, quam coriarii, qui fœtorem officinæ suæ, veluti familiarem amplectitur? Si autem fugere turbas, superbiæ indicium est; erit &
D Joannes Baptista superbus, secundum sermonem tuum, qui in eremum secedebat: erit & Servator. Scriptum enim est, quod [e] *videns turbas Jesus, ascendit in montem; & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus*, non autem turbæ. Et rursus: [f] *Videns turbas, secessit seorsum.* Quem pro viribus imitans optimus Joannes, & ipse turbis se subducebat, eisque maxime delectabatur, qui veraciter aliquid discere vellent. Diac. Bene quidem Scripturæ exemplis persuades. Quid autem ad hoc dices, quod contumeliosus fuisse dicitur, nec solum multitudinem fugisse, sed vel unum, aut duos? Episc. Bene quidem: etiam unus inutilis, & agyrta, turba est; qualis erat is, qui dixit Christo:
E [g] *Magister, sequar te, quocumque ieris.* Nonne fugiens turbas Servator, dixit: *Vulpes foveas habent?* & reliqua. Probare autem mihi non potes, Joannem, ex quo baptizatus est, aut jurasse, aut quemquam adjurasse, aut maledixisse, aut mentitum, aut imprecatum esse, aut facetias sustinuisse. Diac. Ego quidem neque horum quidquam dico, sed contumelias fecisse. Epis. O Optime, quomodo, qui nihil horum patravit, contumeliam faciebat, linguæ suæ minime parcens? Est enim in re

a Rom. I. 6. b Ephes. I. c Thess. V. 14. d I. Tim. V. 20. e Matth. V. 1. f Matth. VIII. 18.
g Ibid. ṼṼ. 19. 20.

1. Cod. Med. ἐξοστρίζων.


μεγάλῳ ὁ μολυσμὸς ἴσος ἐστίν. ὁ Διάκ. τί οὖν ἐστι, παρακαλῶ, ἃ λαλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι; καὶ πότε παύσονται τοῦ λαλεῖν; ὁ Ἐπίσκ. ἄκουσον τοίνυν περὶ πάντων, καὶ μηκέτι ἕπου ταῖς φλυαρίαις· οὐ γὰρ ἕξεις ἀπολογίαν οὐδέποτε. οἱ ἄνθρωποι ὀρθῶς μὴ βιοῦντες, ὀρθὰς οὐκ ἔχουσι τὰς ὑπολήψεις, ἀεὶ εἰκαιολογοῦντες, καὶ εἰς τοῦτο σχολάζοντες, μάλιστα νῦν οὐδενὸς τολμῶντος ἄλλο τι λέγειν. καὶ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος γὰρ Θεοῦ, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ ὑπὲρ προφήτην αὐτοῦ, καὶ βιοῦντος, καὶ λαλοῦντος, καὶ δρῶντος, ἀλλόκοτα ἐλάλουν, χοίρων δίκην, ἢ μυιῶν τὰ περὶ αὐτοῦ συναθροίζοντες. τοῦτο γὰρ ἤθελον οἱ τότε καιροί. οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον· πλανᾷ τὸν κόσμον. οἱ δέ· ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια. ἕτεροι· ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος, καὶ οἰνοπότης. ἄλλοι· Σαμαρείτης ἐστὶ, καὶ δαιμόνιον ἔχει. καὶ τί με δεῖ λέγειν συναγαγόντα τοὺς ὕθλους; ὡς καὶ αὐτὸν τὸν σωτῆρα εἰδότα τοῦτο, λέγειν τοῖς ἀποστόλοις. τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; ᾧ προσαποκρίνονται οἱ μαθηταὶ, τὰς ἀμφοτέρας περὶ αὐτοῦ ὑπολήψεις διηγούμενοι· οἱ μὲν Ἠλίαν, οἱ δὲ Ἱερεμίαν, ἄλλοι δὲ Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν φήσαντες. ἡσυχάσαντες τῶν ἐπιπλείστων [1] φαύλων τοὺς λόγους, οἷς [2] ἀντεπερωτᾷ, διαχωρίζων τῶν ἀνθρώπων. οὐκέτι γὰρ ἦσαν τὴν γνώμην ἄνθρωποι, ἀλλ' υἱοὶ Θεοῦ. ἔδωκε γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος ἐξουσίαν, τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; ἀποκρίνονται οὐ πάντες, ἀλλὰ μόνος ὁ Πέτρος, ἑρμηνεύων τὴν πάντων γνώμην· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ζῶντος. ἧς ἀποκρίσεως ἀποδεχόμενος τὸ ὀρθὸν ὁ σωτὴρ, ἀπεφήνατο, εἰπών· σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, τοῦτ' ἔστι, τῇ ὁμολογίᾳ, οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. τούτῳ τοίνυν τῷ χαρακτῆρι εὑρήσεις καὶ νῦν, οὐ μόνον ἐπὶ Ἰωάννου, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάντων τοὺς ψόγους, καὶ τοὺς ἐπαίνους. καὶ ὥσπερ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ κακῶς ἐλαλεῖτο τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀποστόλων, βοώντων Ἐφεσίων· οὗτοί εἰσιν, οἱ ἀναστατώσαντες τὴν οἰκουμένην. πέπαυται δὲ νῦν, δοξαζομένων αὐτῶν. οὕτως εὑρήσεις μετὰ τὴν γενεὰν ταύτην, ὡς μάρτυρα τιμώμενον τὸν Ἰωάννην, καταλυθέντων τῶν ἀντικειμένων ταῖς περὶ αὐτοῦ εὐφημίαις· καὶ ὅσοι μὲν χοιρώδεις, ἢ κυνώδεις, φήσουσι τό· πλανᾷ τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅσοι δὲ μαθηταὶ, γνησίως, καὶ ἐπιστημόνως αὐτὸν ἐκζητοῦντες, τό· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἀνδρῶν δώδεκα εὕρηνται ἐν ἀρχῇ, οἱ τὸν Ἰησοῦν γνωρίσαντες, τῶν πολλῶν εἰσέτι καὶ νῦν φλυαρούντων. τί ἀκριβολογούμεθα περὶ Ἰωάννου, ἀνθρώπου πρὸς τὸν σίελον τοῦ Χριστοῦ μὴ ὄντος; τί δὲ λέγω, πρὸς τὸν σίελον; πρὸς τὸ κράσπεδον. πάντα γὰρ τὰ ἔθνη, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς σίελος λογισθήσονται. ὃν δὲ τρόπον εἶπας αὐτὸν ὑβρίζειν, τοιοῦτός ἐστι. πρῶτον μὲν γὰρ ἀμήχανον ἦν πρᾶγμα πρὸς τὸν τυχόντα χαριεντίζεσθαι αὐτὸν, μήτιγε δὴ καὶ ὑβρίσαι. εἰ δέ που τινὰς τῶν γνησίων αὐτοῦ μαθητῶν, ἢ κληρικῶν, ἢ ἐπισκόπων, εἶδεν ἐπὶ ἀποχῇ τινος, ἢ κατορθώματι σωματικῆς ἀρετῆς μεγαλοφρονοῦντας, τὸ ἐναντίον πρὸς αὐτοὺς ἐπισκώπτων, ἀπεκάλει· ὡς τὸν ὑδροπότην, μέθυσον· καὶ τὸν ἀκτήμονα, πλεονέκτην· καὶ τὸν ἐλεήμονα, κλέπτην λέγων. εἶδος γὰρ χαρίεν καὶ τοῦτο διδασκαλίας πρὸς τοὺς γνησίους,

A parva, ut in magna, par peccatum. DIAC. Quid ergo est, quæso, quod loquuntur homines? & quando loqui desinent? EPISC. De singulis igitur audi, & nugas hujusmodi noli amplius sequi. Nullam enim umquam veniam impetrabis. Homines, qui recte non vivunt, recta opinari non possunt; semper temere effutientes, & in id insumentes tempus; & maxime nunc, cum nullus contra quidquam hiscere audet. Nam & de Servatore, qui Deus erat, & supra hominem, & Prophetam quemvis ejus, vivebat, atque loquebatur, ac faciebat, absurda loquebantur: porcorum instar & muscarum hæc de eo coacervantes. Illud enim ea tempora requirebant. Alii enim dicebant: [a] *Decipit mun-* B *dum.* Alii vero: [b] *In Beelzebul principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Alii: [c] *Ecce homo vorax & vini potor.* Alii: [d] *Samaritanus est, & dæmonium habet.* Et quid me attinet illorum ineptias colligere, ac recensere? adeo ut ipse Servator, ista sciens, dicat Apostolis: [e] *Quem me dicunt homines esse filium hominis?* Cui respondent discipuli, meliores de eo opiniones referentes: [f] *Alii quidem Eliam; alii vero Jeremiam; alii Joannem Baptistam dicunt:* improbissimorum scilicet sermones supprimentes: quos rursus interrogat, eos ab hominibus segregans. Non enim amplius erant mente & cogitatione homines, sed filii Dei. ([g] *Dedit* enim nobis Verbum, *potestatem filios Dei fieri.*) *Vos au-* C *tem quem me esse dicitis?* Respondent non omnes, sed solus Petrus, mentes omnium interpretans: [h] *Tu es Christus, Filius Dei vivi.* Cujus responsi rectitudinem probans Servator, pronuntiavit, dicens: [i] *Tu es Petrus, & super hanc petram* (hoc est, confessionem hanc) *ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferni non prævalebunt adversus eam.* Ad hanc igitur regulam etiamnum invenies, non in Joanne solum, sed in omnibus & vituperia & laudes. Et sicut per id temporis male loquebantur de Christo, atque Apostolis, Ephesii clamantes: [k] *Hi sunt, qui subverterunt orbem terrarum;* nunc autem cessarunt male loqui, glorificatis ipsis: sic reperies post hanc generationem, Joannem, ut mar- D tyrem, honoratum iri, mortuis iis, qui ejus laudibus adversati sunt: & quicumque suilli, aut canini sunt, dicent, *Decipit mundum*, & cetera. Quicumque autem discipuli, vere & scienter ipsum perquirunt, dicentes: [l] *Tu es Christus, Filius Dei vivi.* Si autem sub Servatore Christo inter tot millia hominum, duodecim initio inventi sunt, qui Christum scienter agnoverint, cum plerique omnes etiamnum delirent. Quid de Joanne anxie disquirimus, homine, qui ad Christi salivam non accessit? Quid autem dico, ad salivam? ne ad fimbriam quidem. Omnes enim gentes, ut ait Isaias, [m] *Tamquam stilla situlæ, & ut saliva reputabuntur.* Quo autem modo dixisti contumeliam eum fecisse, E ejusmodi est. Primo quidem, numquam consueverat cuivis obvio facetus & urbanus esse, multo minus contumeliam facere. Si vero quosdam e germanis discipulis suis, aut Clericis, aut Episcopis, vidisset, propter alicujus rei abstinentiam, aut propter rectum corporeæ alicujus virtutis opus, superbire; ipsos objurgans, contrariis nominibus appellabat: veluti, aquæ potorem, ebriosum; & nihil possidentem, plus habendi cupidum; & misericordem, furem nominans. Hæc enim gratiosa est institutionis forma erga veros discipulos, per ea quæ non

*a* Joan. VII. 12. *b* Luc. XI. 15. *c* Matth. XI. 19. *d* Joan. VIII. 48. *e* Matth. XVI. 13. *f* Ibid. ℣. 14. *g* Joan. I. 12. *h* Matth. XVI. 16. *i* Ibid. ℣. 18. *k* Act. XVII. 6. *l* Matth. XVI. 16. *m* Isa. XL. 15.

1. Ἐπιπλεῖστον. 2. Οὐς.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.



διὰ τῶν μὴ προσόντων κυροῦντες τὸ προσόν. τὸ δὲ ἀληθές· ἐτίμα σώφρονα νέον, ὑπὲρ ἀκόλαστον γέροντα· καὶ γέροντα φιλομαθῆ, ὑπὲρ νεώτερον ἀμαθῆ· καὶ ἀκτήμονα ἰδιώτην, ὑπὲρ πεπαιδευμένον φιλάργυρον· καὶ κοσμικὸν ἐνάρετον, ὑπὲρ μοναχὸν ἄπραγον. ἃ ἴσως ὕβρεις λέγουσιν οἱ τὰς τιμὰς ἐπιζητοῦντες· καίπερ τῆς γραφῆς καὶ τὰς ὕβρεις ποσῶς ἐχούσης, Ἰωάννου μὲν λέγοντος τοῖς προσελθοῦσι μαθητευθῆναι· γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑμῖν ὑπέδειξε φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; Παύλου δὲ πάλιν λέγοντος ἐν ταῖς Πράξεσι τῷ ἀρχιερεῖ· τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε. τοῦ δὲ σωτῆρος πῆ μὲν τοῖς Ἰουδαίοις· γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ. πῆ δὲ πᾶσι τοῖς ἀποστόλοις· ὦ ἀνόητοι, καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ. πῆ δὲ τὸν Πέτρον, σαταναν ὀνομάζων· ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ, ὅτι σκάνδαλόν μου εἶ. οὐκ οὔσης οὐδεμιᾶς αἰτίας βαρείας, ἐφ᾽ ἧς γεγόνασιν αἱ ὕβρεις. ὥς γ᾽ οὖν σιγῇ τὴν φιλομάθειαν ἀσπασώμεθα, οὐ δυνάμενοι τοὺς πνευματικοὺς ἀνακρίνειν. οὔτε γὰρ μισοῦντες ὑβρίζουσιν, οὔτε φυσιούμενοι φιλερημοῦσι, πάντα ἐξ ἀγάπης τὰ χρήσιμα ἀσκοῦντες. τούτου τοίνυν ἕνεκα, καὶ πάντες ὅσοι σπουδαῖοι ἡμῖν ἀνεγράφησαν ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις, ἐκκλίνοντες καὶ ἐκτρεπόμενοι τὸν τῶν ἀπαιδεύτων ὅμιλον εὑρίσκονται, τοῦ μὴ τῷ χρόνῳ διὰ τῆς συνηθείας, ἢ μειῶσαί τι τῆς ἀρετῆς, ἢ σπᾶσαι τῆς ἀπ᾽ αὐτῶν κακίας. Σάῤῥα πρώτη παραινεῖ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς Ἀβραὰμ, τὸν τῆς θεραπαινίδος παῖδα, ἔτι κομιδῇ νέον ὄντα, ἐξορίζειν τῆς κοινῆς ἑστίας. συμπαίζειν γὰρ τῷ υἱῷ αὐτῆς Ἰσαὰκ ἀπαξιοῖ, μήπως τῷ συναγελασμῷ ὑποσυρῇ τοῖς αὐτοῦ ἐπιτηδεύμασί τε καὶ ἤθεσι. καὶ Ἰακὼβ δὲ αὐτὸς φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίζεται, τὴν εἰς Μεσοποταμίαν στειλάμενος ἀποδημίαν. καὶ Λὼτ δὲ προτρέπεται ὑπὸ τῶν ἀγγέλων ἐξοικίζεσθαι τῶν δυσσεβῶν Σοδομιτῶν. ἀλλὰ καὶ Μωϋσῆς, ὡς προεῖπον, μέγας γενόμενος, καὶ ἀρνησάμενος λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραὼ, τῆς ἀπὸ τοῦ τυράννου, καὶ τῶν δορυφόρων αὐτοῦ προνοεῖται διαζεύξεως, καὶ προτρέπεται τοὺς συμφρονοῦντας αὐτῷ συναπᾶραι, καὶ τῆς ἐξόδου ἐπιμελεῖσθαι. καὶ οἱ προφῆται δὲ τὸν τῶν μοχθηρῶν ὄχλον περιϊστάμενοι, ἐν ἐρημίαις τὰ πολλὰ ἐξητήθησαν [1]; περὶ ὧν καὶ ὁ ἀπόστολός φησιν· ἐν ἐρημίαις, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, πλανώμενοι, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, διὰ τὴν ἀνόμων ἐπιμιξίαν. καὶ ἄλλως ἐπιστάμενοι, ὅτι ἱκανὸν ἡ συνήθεια ἐξαπατῆσαι, καὶ εἰς τὰ αὐτὰ καθέλκειν τοὺς συνημερεύοντας. οὐ μόνον· ἀλλ᾽ ὅτι καὶ καθ᾽ ἑαυτὴν ἡ ὁμιλία ἐπίψογός τε καὶ δηλητήριος, πρὸς δὲ καὶ αἰσχρά. οὐ γὰρ φύσιν ἔχει τὸ μὴ ἡδόμενον, ἐπί τινι ὑπομεῖναι, κἂν ἐπὶ βραχὺ τούτῳ συνδιατρίβειν· ἀεὶ γὰρ τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον, ὡς καὶ λέγεται· πᾶν ζῶον τὸ ὅμοιον ἀγαπᾷ, τὸ δὲ ἀνόμοιον, ἐχθρὸν καὶ ἀλλότριον. τίς γάρ ποτε πείσει τὴν σπερμολόγον περιστερὰν, ἢ τρυγόνα ἰκτῖσιν, ἢ κόραξι συννεμηθῆναι τοῖς κρεοφάγοις, ἢ τὸν ποηφάγον χῆνα, καὶ γέρανον γυψὶν ὀστολύφοις συναγελάσαι; τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, ἢ ἀρετῇ πρὸς κακίαν, κακοῖς δὲ πρὸς καλούς; ὁ Διάκ. πῶς οὖν ὁ Ἀπόστολος λέγει; ὅτι ἐγενόμην τοῖς πᾶσι τὰ πάντα· τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω· τοῖς ἀσθενέσιν, ὡς ἀσθενὴς, ἵνα ἀσθενεῖς κερδήσω· τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος, ἵνα ἀνόμους κερδήσω. ὁ Ἐπίσκ. αὕτη ἡ μαρτυρία, ὦ βέλτιστε, οὐ συντελεῖ πρὸς τὰ λεγόμενα. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Παῦλος, ἐγενό-

A insunt, ea quæ insunt, approbare. Ceterum hoc certum est, temperantem adolescentem pluris æstimabat, quam intemperantem senem; & senem discendi cupidum, quam adolescentem indoctum; & idiotam nihil possidentem, quam doctum pecuniæ avidum, atque sæcularem virtute præditum, quam monachum, inertem ac otiosum. Quæ forte contumelias vocant, qui honores sectantur: & quidem, cum Scriptura contumelias aliquatenus habeat, Joanne quidem dicente iis, qui ad se accedebant, ut docerentur: [a] *Genimina viperarum, quis vobis ostendit fugere a ventura ira?* Et Paullo rursus in Actis Apostolorum dicente Pontifici: [b] *Percutiet te Deus, paries dealbate*. Et dicente alicubi Servatore Ju-
B dæis: [c] *Generatio prava & adultera signum quærit*. Et alibi cunctis Apostolis: [d] *O stulti & tardi corde*. Et alibi Petrum satanam nominante: [e] *Vade post me, Satana, quoniam scandalum mihi es*: cum nulla gravis caussa esset, ob quam hæ contumeliæ fierent. Itaque cum silentio discendi desiderium amplectamur, qui non possumus spiritales dijudicare. Neque enim odio habentes, contumelias faciunt, neque inflati solitudinem sectantur, omnia utilia ex caritate facientes. Hujus igitur rei gratia, etiam ii qui in sacris Scripturis probi, & studiosi, nobis relati sunt, indoctorum congressum fugisse, & declinasse inveniuntur, ne lapsu temporis ob eam consuetudinem, aut aliquid virtutis deperde-
C rent, aut quidpiam eorum improbitatis in se attraherent. Sarra prior precatur virum suum Abrahamum, ut filium ancillæ adhuc adolescentulum, communi lare arceret. Indignum enim putabat, qui cum filio suo Isaaco luderet, ne forte mutuis oblectamentis in ejus mores ac studia attraheretur. Jacob vero & ipse fuga salutem quærit, in Mesopotamiam peregrinationem suscipiens. Et Lot ab Angelis suadetur demigrare ab impiis Sodomitis. Sed & Moyses, ut prius dixi, magnus qui fuit, & filius filiæ Pharaonis dici recusavit; monetur, ut secedat a tyranno, ejusque satellitibus; & excitatur, ut sibi consentientes secum abducat, & de exitu cogitet. Immo etiam Prophetæ improborum multitudinem evitantes, in desertis locis sæpius vi-
D xerunt, de quibus Apostolus ait: [f] *In solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, atque in cavernis terræ*; ob impiorum scilicet commixtionem: alioquin scientes, quam facile possit consuetudo fallere, & simul conversantes in eadem pertrahere. Neque id modo: verum quia ipse per se congressus vituperabilis est, atque exitiosus, præterea autem & turpis. Non enim a natura habet, id quod non oblectat, sustinere, immo ne vel modicum illi immorari: nam simile simili semper carum est, ut dicitur: [g] *Omne animal simile diligit*; dissimili autem inimicum est, atque alienum. Quis enim umquam inducet columbam, quæ grana legit, aut turturem, pasci cum milvis, aut corvis carnivo-
E ris? aut herbivorum anserem, & gruem, cum vulturibus ossium voracibus congregari? Quæ enim societas luci ad tenebras, aut virtuti ad vitium, & probris ad improbos? Diac. Quomodo igitur Apostolus dicit: [h] *Factus sum omnibus omnia; Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrifacerem; infirmis, tamquam infirmus, ut lucrifacerem infirmos; iis qui sine lege erant, tamquam si sine lege essem, ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant*? Ep. Istud testimonium, o virorum optime, nihil ad ea quæ dicta sunt, confert. Non enim Paullus dixit, factus

a Luc. III. 7. b Act. XXIII. 3. c Matth. XII. 39. d Luc. XXIV. 25. e Matth. XVI. 23. f Heb. XI. 38. g Eccle. XIII. 19. h I. Cor. IX. 22.

1. Ἐζήτησαν.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.



μίω τοῖς ἀμελέσιν ἀμελὴς, ἢ τοῖς φλυάροις φλύαρος, ἢ τοῖς φιλαργύροις φιλάργυρος, ἢ ἕτερόν τι τῶν τοιούτων· ἀλλ', ἐγενόμίω, ὡς τὸ, ἢ τὸ, οὐχὶ τό. τὸ γὰρ, ὡς τὸ, οὐ ταυτόν ἐστι τῷ τό. τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ λεγόμενον ἢ γινόμενον παρὰ τοῦ Αποστόλου· οὗ ἡ συγκατάβασις, κἂν μὴ μέγα κέρδος ἐνεποίει, ἀλλ' οὖν γε οὐ παρεῖχε βλάβίω. ἐγενόμίω γὰρ Ιουδαίοις, ὡς Ιουδαῖος, ἵνα Ιουδαίους κερδήσω. καίπερ ἐξ Ιουδαίων ὢν, ἐμπεριτομος ὤν. πῶς οὖν λέγει, ὡς Ιουδαῖος, καὶ οὐχὶ Ιουδαῖος; συσσαββατίζων γὰρ, καὶ συννηστεύων πολλάκις εὑρίσκετο, μὴ παραφθείρων τὰ δόγματα τοῦ σωτῆρος, ἵνα τῇ συνηθείᾳ καὶ τῷ συμβαδισμῷ ἐφελκύσηται αὐτοὺς εἰς τελειοτέραν ἐπίγνωσιν, καθάπερ οἱ ἰατροὶ τοῖς νοσοῦσιν οὐκ ἀεὶ συνόντες, οὔτε τοῦ αὐτοῦ νοσήματος ἀπολαύοντες, οὔτε ταῖς αὐταῖς ἐπιθυμίαις λυττῶντες· πρέπουσα γὰρ αὕτη διδασκάλῳ διαγωγὴ τὸ μὴ ἐγχρονίζειν τοῖς ὄχλοις, ἀλλ' ἡμεροῦντα καὶ ἐξερευνῶντα ζητεῖν τῶν πολυτρόπων ἠθῶν τίω διάγνωσιν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἐπιστημόνων ἰατρῶν. ἐκεῖνοι γὰρ τὰ πολλὰ τοῖς βιβλίοις ἐνδιατρίβοντες, καὶ τὰ αἴτια τῶν νοσημάτων προλέγουσι, καὶ τὰς λύσεις παραδιδόασι, τοσοῦτον πλησιάζοντες τοῖς νοσοῦσιν, ὅσον τὸ πάθος εὑρεῖν, καὶ τὸ φάρμακον παρασχεῖν, οὐ συμπαίζοντες, οὐδὲ συνεκλεστιῶντες αὐτοῖς. οὐ γὰρ τοῦτο ἰατρικῆς ἐστιν ἀρετῆς τὸ ἐπάγγελμα, τὸ συνεσθίειν, ἢ τὸ συμπαίζειν, ἀλλὰ τὸ εἰς ὑγείαν τὸν κάμνοντα ἐπανάγειν. παῦσαι τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν μὴ βασάνιζε, τῆς ἀρετῆς οὐδέποτε νικωμένης τοῖς τῶν ἀθυροστόμων ψόγοις· ἀλλὰ μᾶλλον δέξαι μου γνώμίω, καὶ τοῖς ὠσί σου θυρωρὸν προστατάστησον, ἵνα μὴ ἅπαντα λόγον σημαίνουσι, καὶ ἔσω ταμείου εἰσδέχωνται τὸν νοῦν σου ταράσσοντα. ἐμοὶ δὲ συγχώρησον τὰ λείποντα προσαναπληρῶσαι τοῦ διηγήματος. ἐπείγομαι γὰρ τίω ὁδόν μου. καὶ ὁ Θεόδωρος εἶπεν· ἐν τίσιν οἱ ἐπίσκοποι, οἱ μετὰ τῶν ἡμετέρων ἀποσταλέντες, Εὐλύσιος, καὶ Παλλάδιος, καὶ Κυριακὸς, καὶ Δημήτριος; ἀμυδρῶς γὰρ ἠκούσαμεν, ὅτι ἐξωρίσθησαν. ὁ Επισκ. εἰ τὰ πρωτά σοι παρ' ἡμῶν σαφῆ κατεφάνη τὰ περὶ τοῦ μακαρίου Ιωάννου, οὐδὲν ὑποτοποῦντα ψεῦδος· καὶ εἰ μέμνησαι τούτων, διηγήσομαι καὶ περὶ ὧν πυνθάνῃ.

A sum negligentibus negligens, aut garrulis garrulus, avaris avarus, aut quid hujusmodi: sed, factus sum, tamquam hoc, vel illud, non hoc. Illud enim, tamquam hoc, non idem est, ac hoc. Tale autem est, quod ab Apostolo fit, aut dicitur: cujus condescensus, etsi non magnum emolumentum in se habebat, nullum saltem inferebat detrimentum. *Factus enim sum Judæis, tamquam Judæus, ut Judæos lucrifacerem.* Etenim cum ex Judæis esset, circumcisus erat. Quomodo igitur dicit, *tamquam Judæus*, & , non Judæus? Una enim Sabbatum celebrans, & una jejunans sæpius inveniebatur, non tamen violans præcepta Servatoris: ut consuetudine cum eis, & comitatu ad perfectiorem B cognitionem eos attraheret. Sicut medici faciunt, qui ægris semper non adsunt, nec eodem quo ipsi morbo laborant, neque iisdem appetitionibus agitantur. Hoc enim vitæ institutum magistro convenit, tempus cum multitudine non terere, sed quiete & solicite perquirere variam morum atque ingeniorum differentiam, sicut periti medici faciunt. Nam illi sæpe libris immorantes, morborum caussas prædicunt, & remedia tradunt, tantum cum ægris versantes, quantum sufficit ad inveniendam caussam morbi, & ad remedium adhibendum, nec cum ipsis ludentes, nec prandentes. Hæc enim medicæ virtutis professio non est, cum ægris convivari, aut ludere, sed eos ad sanitatem reducere. C Desine igitur, quæso: & de his ne amplius disquire; cum virtus numquam vincatur oris effrænis hominum vituperiis: sed potius mihi crede, & auribus tuis ostiarium præstitue, ut ne omnem sermonem admittant, atque intra penetrale suscipiant, qui mentem tuam perturbet. Et mihi permitte, ea quæ huic narrationi desunt, adimplere. Festino enim iter meum perficere. Tunc Theodorus inquit: Ubinam sunt Episcopi, qui cum nostris missi sunt, Eulysius, Palladius, Cyriacus & Demetrius? Obscure quippe audivimus in exsilium missos esse. Episc. Si priora illa, quæ a nobis audisti de beato Joanne, clara & manifesta tibi sunt, nihil habentia mendacii: atque si eorum meministi, narrabo etiam ea, de quibus me interrogas. D

## C A P U T XX.


Ο Διάκ. οὕτω πεπληροφορημένως ἔχω, ὡς αὐτὸς παρὼν ἐν τοῖς τόποις. ἱκανὸν ἔστω δέ σοι τεκμήριον τῆς ἐμῆς πεισμονῆς, ἡ προσοχὴ τῶν λεχθέντων, ὧν ἔναυλον ἔχων τίω μνήμίω, ἴσως καὶ γραφῇ παραδώσω ἐν δέρματι ἀκμαίῳ μέλανι ἐγχαράξας, εἰς μνήμίω τῆς ἡμῶν γενεᾶς, καὶ ὠφέλειαν τῶν ἐπισκοπῆς ὀρεγομένων, ἵνα γίνωνται κατὰ τὸν ἅγιον Ιωάννίω, ἢ καθ' ὑμᾶς τοὺς ὑπὲρ ἀληθείας τίω ὁδὸν τῶν μαρτύρων ἐζηλωκότας, ἢ παύσονται τοῦ βάρους [1] ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἡλικίαν βαστάζειν, τὸν λαϊκὸν, καὶ ἀκίνδυνον ἀσπαζόμενοι βίον. ἄμεινον γὰρ παρ' ἐμπείροις κυβερνήταις τὸ ναῦλον δόντας, ἐπιβάτας γενομένους, διασωθίωαι, ἢ κυβερνήτου τόπον ἀναλαβόντας, ὑποβρύχιον τὸ σκάφος τῷ φορτίῳ συναπολέσαι. ἀφηγησάμενος οὖν τὰ κατὰ τὸν μακάριον Ιωάννίω, πῶς τε ἐξήσκησε, καὶ ὅπως διέτριψεν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τῇ τε Αντιοχέων, καὶ τῇ Κωνσταντινουπολιτῶν, καὶ ὅπως ἤχθη [2], καὶ ὅπως συνεσκευάσθη, καὶ πάντα τὰ διὰ μέσου πικρὰ, ἃ παρὰ τῶν πλημμελῶν φιλοπόνως γεγεώργηται, εἰπών τι τὰ κατὰ τὸν Πορφύριον, καὶ τὸν Εφέσου Εὐνοῦχον, ἀπάγγειλον ὑμῖν τὰ λείποντα. τίνες δὲ ἐν φυλακῇ ἐπλάτησαν; τίνες τι

DIAC. Ita abunde persuasus sum, tamquam si præsens locis ipsis adfuissem. Sufficiens autem meæ persuasionis indicium tibi sit, attentio ad ea quæ dicta sunt, quorum adhuc auribus insonantem memoriam habens, forte scripto ea mandabo in membrana, optimo atramento descripta, ad memoriam hominum ætatis nostræ, atque utilitatem eorum qui Episcopatum desiderant; ut sint secundum beatum Joannem, & eos hujus temporis, qui E pro veritate martyrum viam æmulati sunt, aut desinant onus supra vires suas portare, laicam & periculi expertem vitam amplectentes. Præstat enim apud peritos gubernatores, dato naulo vectores salvos evadere, quam gubernatoris locum sumentes, navem cum mercibus naufragio perdere. His igitur de beato Joanne expositis, quomodo severiorem vitam exercuerit, & quomodo in Ecclesiis refulserit, sive Antiochensi, sive Constantinopolitana, & quomodo promotus fuerit, aut quot insidias passus fuerit, atque omnes inter ea acerbitates, quæ ab improbis moleste elaboratæ sunt, cum dixeris, & quæ Porphyrium spectant, & Eunuchum Ephesi Episcopum; enuntia, precor, nobis reliqua. Et qui-

1. Forte τὸ βάρος.

2. Forte προήχθη.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 401.




ἐξωρίσθησαν τῶν Ἰωάννου κοινωνικῶν; δίκαιον γὰρ τῶν τοιούτων μνείαν ἐπιτελεῖν, εἰς προθυμίαν τῶν ζώντων. εἰ γὰρ ἐν τοῖς βιωτικοῖς τούτοις πράγμασι παῖδες οἱ ὑπὲρ τῶν δεσποτῶν συγκλειόμενοι, ἢ τυπτόμενοι, ἢ ξεόμενοι, εὐνοίας καὶ ἐλευθερίας παρ' αὐτῶν ἀπολαύουσι, πόσῳ πλέον οἱ διὰ Χριστὸν τιμωρούμενοι, ἄξιοι καὶ τιμῆς ἐκκλησιαστικῆς, καὶ εὐνοίας εἰσί; περὶ ὧν καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· τοῖς δεσμίοις ὡς συνδεδεμένοι· τοῖς κακουχουμένοις συγκακουχούμενοι, ὡς καὶ αὐτοὶ ἐν σώματι ὄντες. τίμιος γὰρ ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Ὁ Ἐπίσ. ἄριστα εἶπας. οὐκοῦν ἄκουσον. οἱ μὲν ἐπίσκοποι, ὡς μὲν ἐν ἀρχαῖς ἡ φήμη περιέδραμεν, εἰς θάλασσαν ἐποντώθησαν [1]· ὡς δὲ ὁ ἀληθὴς περιέχει [2] λόγος, εἰς ἐξορίαν ὑπερόριον ἀπεστάλησαν, ἐν ταῖς βαρβαρικαῖς ζώναις, ὑπὸ δημίων εἰσέτι καὶ νῦν φρουρούμενοι. ἐλθὼν γάρ τις συνοδεύσας αὐτοῖς διάκονος ἀφηγήσατο, Κυριακὸν μὲν τὸν Ἐμέσης, ἐνδοτέρω ὀγδοήκοντα σημείων εἰς Παλμύραν, τὸ τῶν Περσῶν φρούριον, εἶναι· Εὐλύσιον δὲ Βόστρης τῆς Ἀράβων, ἐσώτερον ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν ὁμοίως εἰς φρούριον, Μισφᾶς καλούμενον, πλησίον τῶν Σαρακηνῶν· Παλλάδιον δὲ Βλεμμύων, ἢ [3] Αἰθιόπων ἐκ γειτόνων φρουρεῖσθαι Συήνη καλούμενον τὸ χωρίον· Δημήτριον ἔσω εἰς Ὄασιν, τὴν γείτονα τῶν Μαζίκων· εἰσὶ γὰρ καὶ ἄλλαι Ὀάσεις· Σεραπίωνα δὲ, μετὰ μυρίας ἀναποδείκτους συκοφαντίας, ὠμότητι δικαστῶν καθυβρίσαντες αἰκισμοῖς τὸ σῶμα, μέχρις ἐκκοπῆς τῶν ὀδόντων, ὡς λόγος, εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα περιώρισαν. Ἱλάριος ἀνὴρ ἅγιος, γεγηρακὼς, εἰς Πόντον τὴν ἐνδοτάτω ἐξαπεστάλη μετὰ πληγὰς, οὐ δικαστοῦ, ἀλλὰ τοῦ κλήρου, ὃς ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχει, μὴ γευσάμενος ἄρτου, ψιλῶν λαχάνων, ἢ κολύβων μεταλαμβάνων. Ἀντώνιος ἐν σπηλαίοις τῆς Παλαιστίνης ἑαυτὸν ἐξώρισε. Τιμόθεος ὁ Μαρωνείας, καὶ Ἰωάννης ὁ τῆς Λυδίας, λέγεται ἐν Μακεδονίᾳ. Ῥόδων ὁ τῆς Ἀσίας, ἐπορεύθη ἐν Μιτυλήνῃ. Γρηγόριος ὁ τῆς Λυδίας, λέγεται ἐν Φρυγίᾳ. Βρίσσων δὲ ὁ ἀδελφὸς Παλλαδίου, ἀποστὰς ἑκουσίως τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας, ἐν τῷ ἀγριδίῳ αὐτοῦ διάγει, ταῖς χερσὶν ἑαυτοῦ τὴν γῆν μεταλλεύων [4]. Λαμπέτιος δὲ, ὡς φασὶν, ἐν χωρίῳ Λυδίας παρά τινος Ἐλευθέρου ἐπικουρούμενος, τοῖς ἀναγνώσμασι προσέχει. Εὐγένιός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι. Ἐλπίδιος ὁ μέγας Λαοδικείας τῆς Συρίας ἅμα Πάππῳ, τρία πληροῦνται ἔτη, τὴν κλίμακα τῆς οἰκίας οὐ κατῆλθον, προσευχαῖς σχολάζοντες· Ἡρακλείδας ὁ Ἐφέσιος ἐν τῇ εἱρκτῇ τῆς Νικομηδείας ἐγκέκλεισται, τετραετὴς ἐστὶ χρόνος. οἱ δὲ λοιποὶ τῶν κοινωνικῶν ἐπισκόπων, οἱ μὲν ἀνέλπιστα ἐνθυμηθέντες, ἐκοινώνησαν Ἀττικῷ, εἰς ἑτέρας μετατεθέντες ἐκκλησίας τῆς Θρᾴκης· οἱ δὲ ἄδηλοί εἰσιν. Ἀνατόλιον δέ φασιν εἶναι ἐν Γαλλίαις. τῶν δὲ πρεσβυτέρων, οἱ μὲν εἰς Ἀραβίαν καὶ Παλαιστίνην περιωρίσθησαν. Τίγριος δὲ εἰς τὴν μέσην τῆν ποταμῶν περιωρίσθη. Φίλιππος ἐτελεύτησε, φυγὼν ἐν Πόντῳ, Θεόφιλος διάγει ἐν Παφλαγονίᾳ. Ἰωάννης ὁ τοῦ Αἰθερίου, μοναστήριον συνεκρότησεν ἐν Καισαρείᾳ [5]. Στέφανον εἰς Ἀραβίαν ἐξορισθέντα τῶν δημίων ἀπέσπασαν οἱ Ἴσαυροι, ἀπολύσαντες ἀνὰ τὸν Ταῦρον. Σαλούστιόν φασιν ἐν τῇ Κρήτῃ. Φίλιππον τὸν ἀσκητὴν, καὶ πρεσβύτερον τῶν σχολῶν, ἤκουσα ἀρρωστοῦντα ἐν Καμπανίᾳ. Σωφρόνιος ὁ διάκονος, ἐν φυλακῇ ἐστὶ τῆς Θηβαΐδος. Παῦλος ὁ διάκονος, ὁ βοηθὸς τοῦ οἰκονόμου, λέγεται ἐν Ἀφρικῇ. ἄλλος Παῦλος, ὁ τῆς Ἀναστασίας, ἐστὶν ἐν Ἱεροσολύμοις. Ἑλλάδιος ὁ πρεσβύτερος ὁ τοῦ Παλατίου, διάγει ἐν ἀγριδίῳ τῆς Βιθυνίας ἰδίῳ. πλείους δὲ κρύπτονται ἐν Κωνσταντινου-

A nam in carcere mortui sint; quinam in exsilium acti, eorum qui cum Joanne communicabant? Justum enim est, etiam horum memoriam facere, ad excitandam alacritatem viventium, Si enim in his sæcularibus rebus, famuli, qui pro dominis in carcere conjiciuntur, aut verberantur, aut torquentur, benevolentiam libertatemque ab ipsis consequuntur, quanto magis qui propter Christum suppliciis afficiuntur, digni sunt honore Ecclesiastico, atque benevolentia? de quibus Apostolus ait: [a] *Vinctis quasi simul vincti*, atque iis qui vexabantur, quasi vexationis socii, utpote & ipsi in corpore constituti. [b] *Pretiosa enim est in conspectu Domini mors sanctorum ejus*. Episc. Optime dixi- B sti. Audi igitur. Episcopi quidem, ut initio fama vulgavit, in mare demersi sunt: ut autem se habet veritas, in exsilium longinquum pulsi sunt, in barbaras regiones, ibique etiamnunc a servis publicis custodiuntur. Nam cum venisset quidam Diaconus, qui simul cum eis iter fecerat, retulit, Cyriacum quidem Emesenum, Palmyræ in Persarum castello esse, octoginta milliaribus ultra Emesam: Eulysium similiter, Episcopum Bostræ, ulterius itinere trium dierum in castello Arabum, Misphas dicto, Saracenis adjacente: Palladium Episcopum, in vicina Blemmyum, aut Æthiopum, custodiri, in oppido, Syene dicto: Demetrium interius, in Oasi, Mazicibus proxima; sunt enim C aliæ Oases. Serapionem autem post innumeras absque ulla probatione calumnias, summa cum judicum crudelitate cæsum, ad excussionem usque dentium, ut fama est, in patriam suam relegarunt. Hilarius, vir sanctus, & senex, in intimum Pontum pulsus est, plagis concisus, non a judice, sed a clero: qui decem & octo abhinc annis panem non gustavit, olera sola, & frumentum coctum edens. Antoninus in speluncis Palæstinæ se ipsum conclusit. Timotheus Maroneæ, & Joannes Lydiæ Episcopi, in Macedonia esse dicuntur. Rhodon, Episcopus Asiæ, Mitylenem profectus est. Gregorius, Lydiæ Episcopus, in Phrygia esse dicitur. Brisso autem, frater Palladii, Ecclesia sua ul- D tro derelicta, in agello suo degit, terram propriis manibus fodiens. Lampetius vero, ut ajunt, in oppido Lydiæ a quodam Eleuthero adjutus, lectionibus vacat. Eugenius in patria est. Elpidius, magnus ille Laodiceæ Syriæ Episcopus, & Pappus, per totum triennium de scala domus suæ non descenderunt precationibus vacantes. Heraclidas Ephesius, quadriennium jam Nicomediæ in carcere inclusus est. Reliqui autem Episcopi de communione Joannis, omni spe abjecta, alii quidem communicarunt Attico, & in alias Thraciæ Ecclesias translati sunt; alii vero delitescunt. Anatolium ajunt esse in Galliis. Porro Presbyterorum alii in Arabiam, & Palæstinam amandati sunt. Tigrius in E Mesopotamiam relegatus est. Philippus in Ponto exsul mortuus est. Theophilus in Paphlagonia degit. Joannes, Æthrii filius, Cæsareæ construxit Monasterium. Stephanum in Arabiam relegatum, e custodum manibus abstractum, Isauri in Taurum dimiserunt. Salustium in Creta esse dicunt. Audivi Philippum Monachum, & Presbyterum Scholarum, in Campania ægrotare. Sophronius Diaconus in Thebaidis carcere detinetur. Paullus Diaconus, œconomi adjutor, dicitur in Africa versari. Alius Paullus, Diaconus Anastasiæ, Hierosolymis vivit. Helladius, Presbyter Palatii, in agello suo Bithyniæ vitam agit. Plures autem Constantinopoli

a Hebr. X. 34. b Psalm. cxv. 15.

1. Georg. ἐποντίσθησαν. 2. Georg. *deest*. 3. Georg. τῶν. 4. Georg. ἐργαζόμενος. 5. Georg. Καρίᾳ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.




A πόλει, ἄλλοι δὲ ἀπῆλθον εἰς τὰς πατρίδας. Σιλβανὸς δὲ ὁ ἅγιος ἐπίσκοπος ἐν Τρωάδι ἐστὶν, ἁλιεύων καὶ ζῶν. Στέφανος ὁ ἀσκητὴς, ὁ τὰς Ῥωμαίων ἐπιστολὰς διακομίσας, ἐν Κωνσταντινουπόλει, τούτου αὐτοῦ ἕνεκεν τυπτηθεὶς, ἐπὶ μῆνας δέκα εἰς τὴν εἱρκτὴν ἐβλήθη. προταθείσης δ' αὐτῷ κοινωνίας, ὡς οὐκ ἐπείσθη, ξεσθεὶς εἰσάγαν τάς τε πλευρὰς καὶ τὸ στῆθος, ὧν ἐγὼ αὐτόπτης ἐγενόμην, τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπιμελείᾳ διασωθεὶς ἴσως εἰς δευτέρους ἀγῶνας, μετὰ δέκα μῆνας τῆς θεραπείας, ἐξωρίσθη εἰς τὸ Πηλούσιον. προβινκιάλιός τις στρατιώτης τῶν περὶ τὸν βασιλέα σχολῶν, διαβληθεὶς ὡς φιλητὴς Ἰωάννου, μετὰ πληγὰς πολυτρόπους, καὶ ξεσμὸν ἀφειδῆ, ἐξωρίσθη εἰς Πέτρας. οἰκέτης δὲ Ἐλπιδίου τοῦ B πρεσβυτέρου, μισθωθεὶς, ὡς φασὶ, πεντήκοντα νομισμάτων, ἵνα τὸν ἅγιον Ἰωάννην δολοφονήσῃ, φωραθεὶς ἐπὶ τούτῳ, τρεῖς ἔχων ῥομφαίας, ἔπαισε τοὺς κατέχοντας αὐτὸν κατὰ μέρος ἑπτά. ὧν οἱ μὲν τέσσαρες παραυτίκα ἐτάφησαν· οἱ δὲ τρεῖς ἐπὶ ἱκανὸν χρόνον ἐπιμεληθέντες ἐσώθησαν, τοῦ φονέως ἀπολυθέντος. Εὐτρόπιος ὁ μακάριος, ἄφθορος ἀπὸ γυναικῶν, ψάλτης, τυπτηθεὶς, καὶ ξεσθεὶς εἰσάγαν τὰς πλευρὰς σὺν τῷ μετώπῳ, ὡς καὶ τὰς ὀφρῦς κατασπασθῆναι, λαμπάδων αὐτῷ τελευταῖον ταῖς πλευραῖς ἀμφοτέρωθεν γυμνοῖς ὀστέοις προσπελωθεισῶν ἐλαιόκωμος [1] ὧν προσεκπνέει τῷ ξύλῳ, ταφεὶς μεσονυκτίῳ παρὰ τῶν τοῦτο δρασάντων ἱερατικῶν, συνεπιμαρτυρήσαντος τοῦ Θεοῦ τῷ θανάτῳ, ὀπτασίᾳ ψαλλόντων, διὰ τὸ σύμμορφον τοῦ σωτηρίου πά- C θους. διηγήσατο δὲ ὁ ἀναλύσας διάκονος ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων, ὅτι οἱ ἐπαρχικοὶ οἱ διάγοντες αὐτοὺς, ἐπὶ τοσοῦτον ἔθλιψαν κατ' ἐντολάς τινων, ὡς εὔχεσθαι αὐτοὺς θάνατον ἐπελθεῖν, καὶ τὸ ζῆν παραιτεῖσθαι. τὰ μὲν γὰρ ἐν ἀργυρίοις ἀναλώματα, ἃ κατὰ τὴν ὁδὸν εἰλήφεισαν, ὑφ' ἓν ἀποσπάσαντες, εἰς ἀλλήλους διεμερίσθησαν [2], ξηροῖς δὲ τοῖς ὀνοζυγίοις [3] ἐπιῤῥίπτοντες, τῶν δύο ἡμερῶν τὴν ὁδὸν, μίαν ἐποίουν, βαθεῖαν ἑσπέραν εἰσάγοντες, καὶ ὄρθρῳ σκοτεινῷ ἐξάγοντες. ὡς μὴ δὲ τὰς ἀθλίας τροφὰς κατέχειν τὸν στόμαχον. ῥήμασί τε αἰσχροῖς καὶ ἀτέμνοις βάλλοντες οὐκ ἐφείδοντο· Παλλαδίου δὲ καὶ τὸν παῖδα ἀφείλοντο, βιασάμενοι αὐτὸν καὶ γραμματεῖον ἐκθέσθαι. Δημήτριον δὲ εἰς τοσοῦτον ἔθλι- D ψεν εἷς τῶν διαγόντων, ὡς καὶ Σιβύῃ [4] βαθεῖαν ἑσπέραν ἐπελθεῖν, ὃς παρὰ πόδας εἰς τὸ σῶμα ἐβασανίσθη, ἐπωδυνώς τὸ ζῆν ἀποῤῥήξας, εἰς τοὺς ἐπιθειάζοντας γνωρίζειν [5] τὴν τῶν ὕβρεων ποινήν· προειπόντος αὐτῷ καὶ Παλλαδίου, ὡς ὁ ἐλθὼν διηγήσατο συστρατιώτης, ὅτι ἄλλην ὁδὸν οὐχ ὁδεύσεις, οἰκτρῶς τελευτήσας. ἐκκλησίᾳ μὲν γὰρ τὸ σύνολον πλησιάζειν οὐκ εἴων, καταλύοντες ἢ ἐν πανδοχείοις, ἔνθα ἑταιρίδων πλῆθος, ἢ ἐν ταῖς συναγωγαῖς Σαμαρειτῶν, ἢ Ἰουδαίων, μάλιστα ἀπὸ Ταρσοῦ, καὶ ἐκεῖ ὡς στενοχωρουμένους αὐτοὺς, καὶ ἕτερόν τι ἐννοεῖν [6], ὃ ἦν ἀπρονόητον. λέγει δὲ εἷς τῶν ἐπισκόπων. τί λυπούμεθα περὶ τῶν καταγωγίων; μὴ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ἐστι, ποῦ μεῖναι, ἵνα οἰ- E κείᾳ αἱρέσει ἀσχημονοῦντες, δίκας ὀφλήσωμεν; ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ταῦτα πάντα καὶ γεγένηται, καὶ γενήσεται, τοῦ Θεοῦ διὰ πάντων δοξαζομένου; πόσαι τούτων τῶν ἑταιρίδων λήθην Θεοῦ λαβοῦσαι, ἢ τὴν ἀρχὴν μηδὲ γνοῦσαι, ἡμᾶς οὕτω θεασάμεναι, εἰς φόβον Θεοῦ, καὶ ἔννοιαν ἦλθον, ἴσως ἐπὶ τὸ κρεῖττον τραπεῖσαι, ἢ κἂν ἐπὶ τὸ χεῖρον μὴ καταῤῥεύσασαι; οὐ μικρὸν δὲ ψυχῇ λογικῇ ὑπὸ πάθους κακουμένῃ [7], καὶ μικρὸν ἀναπνεῦσαι, ὅπερ ἐστὶν ἔναυσμα σωφροσύνης· ὡς πάντα ὑποστάντα εἰ-

A delitescunt; alii in patrias suas abierunt. Silvanus, sanctus Episcopus, Troade piscatur, & piscatu vivit. Stephanus monachus, qui Romanorum epistolas detulit, ob id ipsum verberatus, decem menses Constantinopoli in carcere vitam egit. Cum autem ei communio proposita esset, & non acquievisset, lateribus & pectore ungularum violentia laceratis, cujus rei ipse oculatus testis fui; Christi providentia in secunda fortasse certamina servatus, post decimum curationis suæ mensem, Pelusium relegatus est. Provincialis quidam miles, ex Scholis Palatinis, accusatus tamquam Joannis fautor, post varii generis plagas, & atrocissimas abrasiones, Petras exsul missus est. Elpidii vero Presbyteri fa- B mulus, quinquaginta, ut ajunt, aureis conductus, ut sanctum Joannem dolo interficeret: cum deprehensus esset tres gladios habere, septem ex iis qui ipsum apprehenderant, singillatim percussit. Quorum quatuor continuo sepulti sunt; alii autem tres, post diuturnam curationem, salvi evaserunt, absoluto homicida. Beatus Eutropius, purus a mulieribus, cantor, verberibus cæsus, & lateribus ac fronte usque adeo laceratus, ut & supercilia quoque evulsa sint, facibus postremo ad latera, post ossa nudata, utrimque admotis, & oleo plenis, in ipso equuleo animam exhalavit, mediaque nocte sepultus est a Clericis, qui hoc patrarant; cum Deus morti ejus testimonium præbuisset, visione psallen- C tium, ob Servatoris passionis conformitatem. Retulit autem Diaconus, qui ab Episcopis rediit; a Præfecti militibus, qui eos deduxerunt, usque adeo, jussu aliquorum vexatos, ut mori optarent, & vivere recusarent. Nam pecunias, quas in sumtus itineris sibi sumserant, penitus abreptas inter se partiti sunt, & in macra jumenta eos injicientes, bidui iter uno die faciebant: multa nocte in diversoria introducentes, & summo mane ante lucem reducentes, ita ut ne miseras quidam escas stomachus retinere posset. Turpibus præterea & inhonestis verbis eos impetere non parcebant. Palladio etiam famulum abstulerunt, vim ipsi inferentes, tabellas deponeret. Demetrium autem unus e D deductoribus usque adeo vexavit, ut multa nocte Bizyam pervenerit; qui statim gravissimis doloribus toto corpore cruciatus, vivendi finem fecit: ita ut cuncti Deum venerantes, agnoscerent eam esse pœnam injuriarum: cum prædixisset ei Palladius, ut redux quidam commilito narravit: Aliud iter non incedes, sed miserabiliter morieris. Ecclesiis namque viros sanctos omnino appropinquare non sinebant; divertentes aut in stabula, ubi scortorum erat multitudo; aut in Samaritanorum, vel Judæorum Synagogas, præcipue Tarsi: ita ut illic in angustias redacti, etiam aliud quid cogitarent, quod erat minime præmeditatum. Unus autem ex Episcopis dixit: Quid ob diversoria tristamur? Num E enim in nobis est, ubi diversemur, ut propria voluntate indecore agentes, pœnas demus? An ignoratis hæc omnia jam contigisse, ac futura esse, cum Deus in his omnibus glorificetur? Quam multæ ex illis meretricibus quæ Dei oblivionem ceperant, aut ab initio eum ne norant quidem, nobis visis ita vexatis, in timorem Dei & cogitationem venerunt, fortasse in melius conversæ, aut saltem non prolapsæ in pejus? Non parum est rationali animæ, quæ a perturbationibus vexatur, vel modicum respirare, quod est castimoniæ fomentum:

1. Georg. ἐλαίῳ κομψοῦ. 2. Georg. διεμερίσαντο. 3. Georg. ὑποζυγίοις. 4. Forte Βιζύῃ.
5. Georg. γνῶναι. 6. Georg. ἐννοηθῆναι προῆγεν. 7. Georg. κρατουμένη.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.



πεῖν τὸν ἱεροφάντην Παῦλον· Χριστοῦ εὐωδία [1] ἐσμὲν ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, διὰ τὸ θέατρον γεγενῆσθαι ἀγγέλοις τε καὶ ἀνθρώποις. εἰς τοσοῦτον δὲ ὠμότητος οἱ κατὰ τόπον ἤκμασαν [2] ἐπίσκοποι τῶν κοινωνικῶν Θεοφίλου κατὰ τὴν Ανατολὴν πᾶσαν, ὡς ἔλεγεν ὁ ἐλθὼν ἀσκητὴς, ὥς τινας αὐτῶν οὐχὶ μόνον μὴ ἐνδείξασθαι τὴν ὀφειλομένην σωφροσύνην, ἀλλὰ καὶ μετὰ δώρων πείθειν τοὺς ἐπαρχικοὺς τάχιον ἐξελαύνειν τῶν πόλεων. εἰσὶ δὲ οἱ μάλιστα τοῦτο πεποιηκότες, ὁ Ταρσοῦ, καὶ ὁ Αντιοχείας, καὶ Εὐλόγιος ὁ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, ὅ, τε Αγκύρας πρὸ πάντων, καὶ Αμμώνιος ὁ τοῦ Πηλουσίου, τοῦτο μὲν δόμασι, τοῦτο δὲ ἀπειλαῖς πλέον κατ' αὐτῶν τοὺς διάγοντας στρατιώτας ἐξαγριοῦντες, ἵνα μήτε τοὺς τῶν βουλομένων λαϊκῶν ἐπιδέχεσθαι αὐτοὺς συγχωρῶσι, καθὼς ἐν ταῖς καθολικαῖς γράφει Γαΐῳ ὁ μακάριος Ιωάννης, κατά τινος ἐπισκόπου, ἀποδεχόμενος τοῦ Γαΐου τὸ ξενόδοχον, παρακαλῶν αὐτὸν μὴ μιμεῖσθαι τοὺς πονηροὺς τῶν ἐπισκόπων. ἔχει δέ πως ἡ λέξις· Γαΐῳ ἀγαπητῷ, ὃν ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ. ἀγαπητὲ, περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι, καὶ ὑγιαίνειν, καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ ψυχή. ἐχάρην γὰρ λίαν, ἐρχομένων τινῶν, καὶ διηγουμένων μοι, ὅτι ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖς, καὶ ἐφ' οἷς ἀνέπαυσας τοὺς ἁγίους. μείζονα ταύτης χαρὰν οὐκ ἔχω. ἐπιφέρει δὲ μετὰ τοῦτο· ἔγραψα τῇ ἐκκλησίᾳ· ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν, Διοτρεφὴς, οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς, λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν· καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τοὺς βουλομένους κωλύει, καὶ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλει. εἶθ' ὕστερον παραινεῖ, λέγων· ἀγαπητὲ, μὴ μιμοῦ τὸ κακόν. ὁ γὰρ ἀγαθοποιῶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν· ὁ κακοποιῶν, οὐχ ἑώρακε τὸν Θεόν. ἐμνημονεύσαμεν δὲ τοῦ ῥητοῦ ὅλου τῆς παλαιᾶς πονηρίας, ἵνα τῶν νῦν Διοτρεφῶν παραστήσωμεν τὴν γνώμην. ἐπῄνει δὲ, καὶ ἐθαύμαζε τῆς δευτέρας Καππαδοκίας τοὺς ἐπισκόπους, ὡς πολὺ συναλγήσαντας μετὰ δακρύων τοῖς ἐξορισθεῖσιν ἐπισκόποις, μάλιστα τὸν ἐπιεικέστατον Θεόδωρον τῶν Τυάνων, καὶ Βοσπόριον Κολωνείας, τεσσαρακοστὸν ὄγδοον ἔτος ἔχοντα ἐν τῇ ἐπισκοπῇ· καὶ Σεραπίωνα τὸν Οστρακίνης, τεσσαρακοστὸν πέμπτον ἔτος ἔχοντα ἐν τῇ τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίᾳ. ἐνεὸς δὲ γενόμενος ἐπιπολὺ ὁ Θεόδωρος εἶπε· τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα, πάτερ; μὴ ἄρα ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ, καὶ ἡ ἀποστασία, κατὰ τὸν Παῦλον, διὰ τούτων λαμβάνει τὴν εἴσοδον, ἵνα λοιπὸν ἀποκαλυφθῇ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος; τὸ γὰρ τοὺς κακοὺς εὐημερεῖν, καὶ διαπράττεσθαι ταῦτα, καὶ χρονίζειν, καὶ ἰσχύειν, καὶ τοὺς καλοὺς θλίβεσθαι, καὶ λεηλατεῖσθαι, εἰς φρίκην με ἄγει τοῦ πλησιάζειν ἐκεῖνον. ὁ Επίσκ. μάλιστα μὲν οὖν, συνετώτατε, ἐγγύς ἐστι τὸ τέλος, κατὰ τὸν εἰπόντα· παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστί. καὶ κατὰ τό· ἐξῆλθε δὲ ὁ οἰκοδεσπότης περὶ ὥραν ἑνδεκάτην μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα. ἡ δὲ ἐσχάτη τῶν δώδεκα, ἐστιν ἡ τελευταία. εἰ δὲ πρὸ τετρακοσίων ἐτῶν εἴρηται παρὰ τοῦ Αποστόλου ἐσχάτη, πολλῷ μᾶλλον νῦν διὰ πάντα. ἔπειτα δὲ ἀρχῆς ἐστι ταῦτα κατὰ συγχώρησιν τοῦ κυρίου εἰς γυμνάσιον τῶν ἁγίων, ἐξαιτουμένου αὐτοὺς τοῦ διαβόλου, καθὼς λέγει ὁ σωτήριος λόγος· Σίμων, Σίμων, ἐξῃτήσατο ὑμᾶς ὁ σατανᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον· ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου. καὶ οὐ πάντως περὶ μόνου Πέτρου ἐδεήθη Ιησοῦς, ἀλλὰ περὶ πάντων τῶν τὴν Πέτρου πίστιν

A adeo ut dixerit, qui hæc sustinuit, sacrorum interpres Paullus: [a] *Christi bonus odor sumus in his qui salvi fiunt, & in his qui pereunt, eo quod spectaculum facti sumus Angelis, & hominibus.* Eo autem usque crudelitatis proruperunt locorum illorum Episcopi de communione Theophili, per totum Orientem, sicut retulit Monachus qui inde rediit, ut plerique eorum non modo debitam humanitatem nostris non exhibuerint, verum datis muneribus Prætorianos milites induxerint, ut eos ocius e civitatibus expellerent. Sunt autem qui hæc præcipue fecere, Tarsi & Antiochiæ Episcopi, atque Eulogius Cæsareæ Palæstinæ; ante omnes autem, Episcopus Ancyræ, & Ammonius Pelusii, B partim donis, partim minis, deductores milites adversus eos magis exasperantes, ut ne laicis quidem eos excipere volentibus id permitterent: sicut in Catholicis scribit ad Cajum beatus Joannes adversus quemdam Episcopum, hospitalitatem Caii laudans, eumque orans, ne improbos Episcopos imitetur. Sic autem verba se habent: [b] *Cajo carissimo, quem ego diligo in veritate. Carissime, de omnibus orationem facio prospere te ingredi, & valere, sicut prospere agit anima tua. Gavisus sum valde venientibus quibusdam, & narrantibus mihi, quod in veritate ambulas, & in quibus sanctos refecisti; majus his non habeo gaudium.* Et addit: [c] *Scripsi Ecclesiæ: sed is qui amat primatum gerere* C *in eis, Diotrephes non recipit nos, verbis malignis garriens, & quasi non ei ista sufficiant, neque ipse suscipit fratres, & eos qui suscipere volunt, prohibet, & de Ecclesia ejicit.* Deinde rursus admonet: *Carissime, noli imitari malum. Qui enim bene facit, ex Deo est: qui male facit, non vidit Deum.* Hunc autem textum de veteri malitia integrum attulimus, ut hujus temporis Diotrephum ingenium exponeremus. Ceterum laudabat, & mirabatur secundæ Cappadociæ Episcopos, ut qui plurimis cum lacrymis condoluissent exsulibus Episcopis: præsertim mitissimum Theodorum, Tyanorum Episcopum, & Bosporium Coloniæ, qui quadragesimum octavum in Episcopatu agebat annum, & Serapio- D nem, Ostracinæ Episcopum, qui quadraginta quinque annos munus Episcopatus gerebat. Cum aliquamdiu Theodorus præ stupore obmutuisset, dixit: Quid igitur ad hæc dicemus, Pater? [d] *Num hora jam novissima est, & defectio,* secundum Paullum, *per ista initium capit, ut demum reveletur filius perditionis, adversarius?* Nam malos prospere agere, & hæc patrare, & durare, & prævalere; & bonos premi, ac spoliari, illum appropinquare cum horrore me admonet. EPISC. Proximus quidem est finis, sapientissime Theodore, juxta eum qui ait: [e] *Filioli, novissima hora est.* Et juxta illud: [f] *Exiit paterfamilias circa undecimam horam conducere operarios in vineam suam.* Hora autem E duodecima ultima est. Si vero ante quadringentos annos dicta est ab Apostolo ultima; multo magis nunc propter hæc omnia. Deinde hæc ab initio contigerunt Domino permittente, ad exercendos sanctos, cum eos expeteret Diabolus, sicut ait Servator: [g] *Simon, Simon, expetivit vos Satanas, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Neque vero pro solo Petro rogavit Christus, sed pro omnibus, Christi fidem habentibus: nihil aliud


a II. Cor. xii. 15. I. Cor. iv. b III. Joan. I. 1. c Ibid. ℣. 7. d II. Theff. xi. 3. e I. Joan. II. 18. f Matth. xx. 1. g Luc. xx. 31.

1. Georg. ῥοπὴ.
2. Georg. ἔθλιψαν. Forte ἤλασαν.

ἐχόντων· οὐδὲν ἕτερον ἢ λικμωμένου τοῦ κοσκίνου, ἢ A τὸν περίγειον κύκλον ἡδονῶν καὶ ὀδυνῶν πεπληρωμένον, δι' ὧν, ὡς δι' ὀπῶν ἐκπίπτουσιν οἱ γεώδεις, ἀπὸ τοῦ τροφίμου σίτου ἐπὶ τὸν ᾅδην, ὡς ἀπὸ τρυπημάτων διαχωριζόμενοι, τῶν μὲν διαῤῥεόντων ὡς δι' ὀπῆς τῆς γαστριμαργίας, ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία. τῶν δὲ, διὰ φιληδονίας, περὶ ὧν ὁ προφήτης λέγει· πνεύματι πορνείας ἐπλανήθησαν· οὔτε γὰρ πόρνοι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. τῶν δὲ, διὰ φιλαργυρίας, ὅσοι τὴν τῆς εἰδωλολατρείας ὁμόζυγον ἐμνηστεύσαντο. τῶν δὲ, δι' ὀργῆς καὶ θυμοῦ, ὅσοι τὸ θηριῶδες σκότος ἠγάπησαν, περὶ ὧν Ἰωάννης φησίν· ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι. ὀργὴ γάρ, φησιν ὁ παροιμιαστὴς, ἀπόλλυσι καὶ φρονίμους. τῶν B δὲ, δι' ἀκηδίας καὶ λήθης, μὴ προσκαρτερούντων τῇ ἀγρυπνίᾳ τῆς μνήμης, καὶ δεομένων, τό· ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας. οὓς ταλανίζων ὁ λόγος, φησίν· οὐαὶ ὑμῖν, τοῖς ἀπολελωκόσι τὴν ὑπομονὴν, καὶ τί ποιήσετε, ὅταν ἐπισκέψηται ὁ κύριος; ἄλλων, δι' ἀδοξίας ἀλόγου, περὶ ὧν ὁ ᾠδικὸς προαναφωνεῖ, ὅτι διεσκόρπισεν ὁ Θεὸς ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων. ἑτέρων, δι' ἀλαζονείας, ἢ τύφου, ὅ ἐστιν ὑπεροψία, οὓς μέμφεται ὁ προφήτης, ὡς λιποτάκτους· ὑπερήφανοι παρηνόμουν ἕως σφόδρα· ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐξέκλινα. ἑκάστῃ δὲ τούτων τῶν κακιῶν παρέπονται πλείους· τῷ τύφῳ ὁ φθόνος. τῇ πλεονεξίᾳ τὸ μῖσος, καὶ ἀνελευθερία καὶ ψεῦδος· τῷ θυμῷ ὀργὴ ἢ μῆνις, αἱ ὕβρεις, οἱ φθόνοι· τῇ C πορνείᾳ, ἡ λήθη, ἡ ἀφοβία, ὁ ὄκνος, ἡ ἀζηλία, ἡ ἀνόνητος ἀγρυπνία· τῇ κενοδοξίᾳ, αἱ πολυπραγμοσύναι, δωροδοκίαι, φαντασίαι, ὑποκρίσεις, προσωποληψίαι, φενακισμοί· τῇ ὑπερηφανίᾳ αἱ ἀπόνοιαι, αἱ ἀσπλαγχνίαι, ἀνοσιουργίαι, ἐκστάσεις φρενῶν, καὶ ἄλλη ἄλλαι, ἵνα μὴ πλείους εἴπω, φορτίζων τὸν λόγον, εὐαποδείκτου ὄντος τοῦ εἰρημένου. τούτων ἑκάστῃ τῶν κακιῶν ὁ Θεὸς ἀντίδικον ἔταξεν ἀρετὴν, ὡς τῇ λαγνείᾳ τὴν σωφροσύνην, τῇ λαιμαργίᾳ τὴν ἐγκράτειαν, τῇ πλεονεξίᾳ τὴν δικαιοσύνην, τῇ ὀργῇ τὴν πρᾳότητα, τῇ λύπῃ τὴν χαρὰν, τῇ λήθῃ τὴν μνήμην, τῇ ἀκηδίᾳ τὴν ὑπομονὴν, τῇ ἀφροσύνῃ τὴν φρόνησιν, τῇ δειλίᾳ τὴν ἀνδρείαν, τῇ κενοδοξίᾳ τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ ἄλλῃ ἄλλην· πάσαις δὲ τὴν D θείαν γραφήν. μόνῳ δὲ τῷ τύφῳ οὐκ ἔδωκεν ἀρετὴν ἀντικειμένην, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν κακίαν, ἑαυτὸν αὐτῇ φυλάξας, καθὼς εἴρηκεν· ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται. ὡς ὁ αὐτὸς ἱκετεύει προφήτης, λέγων· ἔπαρον τὰς χεῖράς σου ἐπὶ τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν εἰς τέλος. καὶ πάλιν· ἀπόδος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις. καὶ ὥσπερ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γνωρίζεται, ὡς ὁ κύριος εἶπεν· ἐκ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς· οὕτως ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων, εἴτε ὄντων ἁγίων, εἴτε καὶ λεγομένων. οὕτω δὲ πάντοτέ εἰσιν αἱ τῶν κακῶν ἄσειστοι εὐημερίαι, τοῦ Θεοῦ ἐπ' αὐτοῖς μακροθυμοῦντος. τοῦτο γὰρ αὐτῷ πρέπει, ὡς τοὺς ἁγίους αὐτὸ τοῦτο ἐκ προσώπου τῶν θλιβομένων προαναφωνεῖν, εἰς ἡμῶν τῶν νῦν πασχόντων παράκλησιν. E πρῶτος ὁ τῆς ὑπομονῆς υἱὸς Ἰὼβ τί φησι μετὰ πολλά; τί γάρ; μὴ ἐξ ἀνθρώπου ἡ ἔλεγξίς μου; τὸ ἄμεμπτον αἰνιττόμενος. ἢ διὰ τί οὐ θυμωθήσομαι; εἰσβλέψαντες εἰς ἐμὲ, θαυμάσατε, χεῖρα θέντες ἐπὶ σιαγόνι. ἐάν τε γὰρ μνησθῶ ἐσπούδακα, ἔχουσι δέ μου τὰς σάρκας ὀδύναι. διὰ τί ἀσεβεῖς ζῶσι, πεπαλαίωνται δὲ ἐν πλούτῳ; ὁ σπόρος αὐτῶν κατὰ ψυχὴν, τὰ δὲ τέκνα αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς. οἱ οἶκοι αὐτῶν εὐθηνοῦσι, φόβος δὲ οὐδαμοῦ. μάστιξ κυρίου οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτούς. ἡ

A significante cribro, quam orbem terrarum, voluptatum ac dolorum plenum, per quæ, veluti per foramina, terreni homines in orcum excidunt ab alente tritico, dum velut a foraminibus secernuntur. Aliis quidem diffluentibus veluti per foramen ingluviei, [a] *quorum Deus venter est.* Aliis autem per voluptatum illecebras, de quibus Propheta ait: [b] *Spiritu fornicationis seducti sunt. Neque enim fornicatores, neque adulteri, neque molles, regnum Dei possidebunt.* Aliis per avaritiam: scilicet quicumque idololatriæ conjugem sibi desponsarunt. Aliis per iram & furorem, qui ferales tenebras amaverunt, de quibus Joannes: [c] *Qui odit fratrem suum, in tenebris est usque adhuc. Ira* B enim, ut ait Proverbiorum auctor, *perdit etiam sapientes.* Aliis per incuriam & oblivionem, in memoriæ vigilantia non perdurantes, & illud precantes dicunt: [d] *Dormitavit anima mea præ tædio.* Quos miserans Scriptura, ait: *Væ vobis qui perdidistis patientiam; & quid facietis, cum visitabit Dominus?* Alii per irrationabilem ostentationem, de quibus Psalmista prædicebat: [e] *Quoniam dissipavit Deus ossa hominibus placentium.* Aliis per arrogantiam & fastum, quod est superbia; quos veluti ordinis desertores Propheta insimulat: [f] *Superbi inique agebant usquequaque, a lege autem tua non declinavi.* Unumquodque autem horum vitiorum plura alia subsequuntur: fastum invidia, ava- C ritiam odium, illiberalitas, mendacium: furorem ira, vel excandescentia, contumeliæ, invidentiæ; fornicationem oblivio, securitas, pigritia, zeli boni defectus, inutilisque vigilia: vanam gloriam curiositas, perceptio donorum, pompa, simulationes, personarum acceptiones, fallaciæ: superbiam dementia, immisericordiæ, impia facta, mentis emotiones, atque alias aliæ, ne plures recensens, sermonem hunc onerem, cum abunde demonstratum sit, quod dictum est. Unicuique autem horum vitiorum contrariam virtutem Deus opposuit: verbi gratia, luxuriæ castitatem, gulositati temperantiam, avaritiæ justitiam, iræ lenitatem, tristitiæ gaudium, oblivioni memoriam, socordiæ patientiam, demen- D tiæ prudentiam, ignaviæ fortitudinem, vanitati humilitatem, & aliis alias: his omnibus divinam Scripturam. Soli autem fastui virtutem contrariam non dedit, ob exsuperantiam vitii, se ipsum illi reservans, sicut dixit: [g] *Deus superbis resistit.* Sicut etiam ipse Propheta precatur, dicens: [h] *Leva manus tuas in superbias eorum in finem.* Et rursus: [i] *Redde retributionem superbis.* Et quemadmodum ex fructu arbor cognoscitur, ut ait Dominus: [k] *Ex fructibus eorum cognoscetis eos;* ita unusquisque hominum, sive sint sancti, sive dicantur. Sic autem ubique sunt improborum prosperitates immotæ, Deo erga ipsos patienter agente. Hoc enim ipsum decet, ita ut sancti idipsum ex persona eo- E rum, qui vexantur, proclamarint ad consolationem omnium nostrum, qui nunc patimur. Primus patientiæ filius Job, quid post multa ait? Quid enim? [l] *Numquid ex homine reprehensio mea?* Inculpatum se esse significans. *Et quare non irascar? qui adspicitis me, admiramini, ponentes manum super maxillam. Si enim recordatus fuero, religiose vixi, & dolores obtinent carnem meam. Quare impii vivunt, & inveterarunt in divitiis? Semen eorum secundum animam; filii autem eorum in oculis sunt. Domus eorum abundant, timor autem nullibi. Flagellum Dei*

a Philipp. III. 19. b I. Cor. VI. 10. c I. Joan. II. 9. d Psal. CXVIII. 28. e Psal. LII. 6. f Psal. CXVIII. 102. g Jacob IV. 6. h Psal. LXXIV. 3. i Psal. XCIV. 2. k Matth. VII. 16. l Job XXI. 4.



SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.

βοῦς αὐτῶν οὐκ ὠμοτόκησε· διεσώθη δὲ ἀπὸ καύματος, ἐν γαστρὶ ἔχουσα οὐκ ἔσφαλε. μένουσι δὲ ὥσπερ πρόβατα αἰώνια. τὰ δὲ παιδία αὐτῶν προσπαίζουσιν, ἀναλαβόντα ψαλτήριον, καὶ κιθάραν, καὶ εὐφραίνονται φωνῇ ψαλμοῦ· συνετέλεσαν ἐν ἀγαθοῖς τὴν ζωὴν αὐτῶν, ἐν δὲ τῇ ἀναπαύσει τοῦ ᾅδου ἐκοιμήθησαν. λέγει δὲ τῷ κυρίῳ· ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁδούς σου εἰδέναι οὐ βούλομαι. τούτῳ συνῳδὰ ὁ ἀνεξίκακος, καὶ τῶν θείων ᾄστης κριμάτων, κατὰ τό· ἔλεον καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι, κύριε, Δαυὶδ φησιν, ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραὴλ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες, παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου. διὰ τί; ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν. καὶ ἐν ἑτέρῳ πάλιν τὸν πλοῦτον αὐτῶν διαβάλλων λέγει· οἱ βόες αὐτῶν παχεῖς, τὰ πρόβατα αὐτῶν πολύτοκα, πληθύνοντα ἐν ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν, τὰ ταμεῖα αὐτῶν πλήρη, ἐξερευγόμενα ἐκ τούτου εἰς τοῦτο, αἱ θυγατέρες αὐτῶν κεκαλλωπισμέναι, περικεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ. ἀλλὰ καὶ τὴν κακὴν αὐτῶν ὁμόνοιαν, καὶ εἰρήνην θαυμάζων, ἐπιφέρει· οὐκ ἔστι κραυγὴ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῶν, οὐδὲ κατάπτωμα φραγμοῦ ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν. εἶτα τὴν τῶν πολλῶν διαβάλλων διεφθαρμένην δόξαν, φησίν· ἐμακάρισαν τὸν λαόν, ᾧ ταῦτά ἐστι. καὶ ἐπιφέρει· μακάριος ὁ λαὸς, οὗ κύριος ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, βοηθὸς αὐτοῦ. καὶ ἵνα μὴ μέχρι τούτου στήσας τὰς μαρτυρίας, ἐπικίνδυνον ἀποδείξω τῇ ἀτελείᾳ τὸν λόγον, ἄκουε πάλιν μετὰ στερνοκτυπίας τινὸς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τὸν Ἀμβακοὺμ ἀποδυσφοροῦντα, καὶ λέγοντα· ἕως πότε, κύριε, κεκράξομαι ἀδικούμενος, καὶ οὐ μὴ εἰσακούσῃ; ἰδίας γὰρ ἀδικίας, τὰς τοῦ πλησίον ὠνόμαζε. καὶ φιλάδελφος ὤν, ἐπιφέρει· βοήσομαι πρὸς σὲ, καὶ οὐ μὴ σώσῃς. ἵνα τί μοι ἔδειξας κόπους, καὶ πόνους ἐπιβλέπειν ἐπὶ ταλαιπωρίαν, καὶ ἀσέβειαν; ἐξ ἐναντίας μου γέγονε κρίσις, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνει. διὰ τοῦτο διεσκέδασται νόμος, καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρίμα, ὅτι ὁ ἀσεβὴς καταδυναστεύει τὸν δίκαιον. τῷ αὐτῷ πνεύματι ὁ συμπαθέστατος τῶν ἁγίων Ἱερεμίας, ἐπαπορῶν ὑπὲρ ἄλλων, βοᾷ· δίκαιος εἶ, κύριε, ὅτι ἀπολογήσομαι πρὸς σέ· πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σὲ, κύριε· τί ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦται; εὐθήνησαν πάντες οἱ ἀθετοῦντες ἀθετήματα, ἐφύτευσας αὐτοὺς, καὶ ἐρριζώθησαν· ἀντὶ τοῦ ἀκωλύτως διάγουσι· καὶ ἐποίησαν καρπόν· οὐ πάντως πνεύματος· ἐγγὺς εἶ τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ πόρρω ἀπὸ τῶν νεφρῶν αὐτῶν. ἄντικρυς δὲ ἰσοδυναμοῦντα τούτοις ὁ σοφὸς Σοφονίας ὁ προφήτης, ὡς κακηγόρους τοὺς ἀνθρώπους διαβάλλων, ὡς τὴν πρόνοιαν μεμφομένους, καὶ τοὺς ἁγίους ταλανίζοντας, ἐκ προσώπου κυρίου φησίν· ἐβαρύνατε ἐπ' ἐμὲ τοὺς λόγους ὑμῶν, λέγει κύριος, καὶ εἴπατε· ἐν τίνι κατελαλήσαμεν κατὰ σοῦ; εἴπατε· μάταιος ὁ δουλεύων Θεῷ. καὶ τί πλέον; ὅτι ἐφυλάξαμεν τὰ προστάγματα αὐτοῦ, καὶ διότι ἐπορεύθημεν ἱκέται ἀπὸ προσώπου κυρίου παντοκράτορος, καὶ νῦν ἡμεῖς μακαρίζομεν ἀλλοτρίους, καὶ ἀνοικοδομοῦνται πάντες ποιοῦντες ἀνομήματα, καὶ ἀντέστησαν Θεῷ, καὶ ἐσώθησαν. ταῦτα κατελάλησαν οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. οἷς τὰ αὐτὰ ἐπιφέρει ὁ κήρυξ τῆς εὐσεβείας, Παῦλος· πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι, καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι. εἶτα τὴν εὐτέλειαν τῶν ἁγίων σημαίνει, λέγων· δοκῶ γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς Ἀποστόλους ἐσχάτους ἐπέδειξεν, ὡς ἐπιθανατίους· ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις. μέχρι γὰρ τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν, καὶ κοπιῶμεν, ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσί. τὰς σωματικὰς καταλέγων ταλαιπωρίας· λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν, διωκόμενοι ἀνεχόμεθα,

A *non est super illos. Bos eorum non immaturum peperit: servata est ab æstu, in ventre habens non frustrata est. Manent autem sicut oves perpetuæ. Infantes eorum alludunt, tenentes psalterium, & citharam, & lætantur in voce psalmi; consummarunt in bonis vitam suam, & in requie inferni obdormierunt. Dicit autem Domino: Recede a me, vias tuas scire nolo.* Huic consona, malorum tolerans, & divinorum judiciorum præco David, ait, juxta illud: [a] *Misericordiam & judicium cantabo tibi, Domine: quam bonus Deus Israeli rectis corde! Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei.* Cur? [b] *Quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns.* Et alibi rursus, opes eorum
B damnans, dicit: [c] *Boves eorum crassæ, oves eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis, promtuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Filiæ eorum compositæ, circum ornatæ, ut similitudo templi.* Sed & malam eorum concordiam, & pacem admirans, addit: *Non est clamor in plateis eorum, neque ruina maceriæ in domibus eorum.* Deinde, vituperans corruptam vulgi opinionem, ait: *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Et addit: *Beatus populus, cujus Dominus Jacob adjutor ejus.* Et ne eo usque sistens testimonia, faciam, ut periclitetur imperfecta oratio, audi rursus Abbacum cum quodam planctu super hujusmodi indignantem, ac dicentem: [d] *Usquequo, Domine, clamabo, injuriam patiens, & non exaudies?* Injurias enim pro-
C ximi, suas appellavit. Et fratrum amans addit: *Vociferabor ad te, & non salvabis. Quare ostendisti mihi labores, & dolores videre in ærumnam ac impietatem? Ex adverso mei factum est judicium, & judex accipit. Idcirco dissipata est lex, & non perducitur judicium in finem, quia impius prævalet adversus justum.* Eodem spiritu etiam, misericordissimus sanctorum, Jeremias, hæsitans præ aliis, clamat: [e] *Justus es, Domine; quoniam apud te defensionem instituam: verumtamen judicia loquar ad te, Domine: quare via peccatorum prosperatur? abundant omnes, qui prævaricantur prævaricationes. Plantasti eos, & radices egerunt,* ( hoc est, licenter vivunt ) *& fecerunt fructum:* ( non plane spiritus )
D *propinquus es ori eorum, & longe a renibus eorum.* His autem omnino paria, sapiens propheta Sophonias, homines ut maledicos culpans, qui Dei providentiam accusant, sanctosque miseros dicunt, ex persona Domini ait: [f] *Ingravastis super me sermones vestros, ait Dominus, & dixistis: In quo contra te loquuti sumus? Dixisti: Vanus, qui servit Deo. Et quid amplius nobis? Quia custodivimus mandata ejus, & quia ambulavimus supplices ante faciem Domini omnipotentis: & nunc nos beatificamus alienos, & ædificantur omnes, qui faciunt injustitias, & restiterunt Deo, & servati sunt. Hæc obloquuti sunt, qui timent Dominum, unusquisque ad proximum suum.* Quibus similia infert,
E pietatis præco, Paullus: [g] *Mali autem homines & seductores proficient in pejus, errantes, & in errorem mittentes.* Deinde sanctorum vilitatem designans, ait: [h] *Puto enim, quod Deus nos Apostolos novissimos demonstravit, quasi morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nam usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & fatigamur, operantes manibus nostris.* Corporeas ærumnas dinumerans: *Maledicimur, & benedicimus: persequutionem patimur,*

*a* Psal. c. 1. *b* Psal. LXX. 2. *c* Psal. CXLIII. 13. *d* Habac. I. 2. & seqq. *e* Jer. XXII. 1. *f* Malach. III. 13. *g* I. Tim. III. 13. *h* I. Cor. IV. 8.

βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν, ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. τοῦ ἀγαθοῦ καὶ δικαίου Θεοῦ κατά τινας ἀπορρήτους λόγους, σταδίου δίκην, τὸν κόσμον ἐκτείνοντος, καὶ αὐτεξουσίους ἡμᾶς ποιήσαντος, ἵνα οἰκείᾳ αἱρέσει τοῖς πράγμασιν ἐπιβάλλοντες, δικαίας τὰς εὐθύνας παράσχωμεν, καθὼς ὁ νόμος λέγει· τέθεικα πρὸ προσώπου σου τὴν ζωὴν, καὶ τὸν θάνατον, ἔκλεξαι ὃ θέλεις. διὰ τί δὲ, τέθεικεν; οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ τὸ λέγειν, πλὴν ὅτι τέθεικεν. οὐ γὰρ σοφὸν ἦν τὸ ἀτρέπτους ἡμᾶς γενέσθαι, ἄθλων οὐ προκειμένων, καὶ γνώμης οὐ κατορθούσης. μόνῳ τῷ θείῳ καὶ ἀϊδίῳ προσαρμόσαντος τοῦ ἀτρέπτου. ὁ Διάκ. ἄγε, καὶ φιλοσόφως ὑπήντησας, πάτερ, ὀμματώσας τὴν ψυχὴν τῶν παρόντων, ἐν τούτοις ἀεὶ προσκοπτόντων διὰ γραφῶν ἀπειρίαν. καὶ ὅτι γυμνάσιον ὑπέστη διὰ μακρῶν τῶν χρόνων ἡ ἐκκλησία, ἀναδείξασα τοὺς ἑαυτῆς στεφανίτας, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, οὐ δωρεὰν, ἐν τοῖς ὀπίσω χρόνοις, Χριστοῦ σαρκὸς καταφαγόντας. λυπεῖ δὲ ἡμᾶς ἡ ὑμῶν ἀκαταστασία, καὶ ἡ τῶν ἐκκλησιῶν κατάλυσις. ὁ Επίσκ. [1] θαυμάζω σου, ἀνδρῶν τιμιώτατε Θεόδωρε, τοῦ τὸ πολλοστὸν τὴν ὠφέλειαν ὁμολογοῦντος, καὶ αὖθις τὰ ἐναντία λαλοῦντος. μακαρίζων γὰρ, ὡς στεφανίτας· ταλανίζεις, ὡς ἐκπεσόντας· ἐπειδὴ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐστερήμεθα τόπων [2]. ὅμοιον δέ μοι πάσχεις τῶν τὰ Ολύμπια θεωρούντων ἀγροίκων. ἐκεῖνοι γὰρ κεχήνασι μὲν πρὸς τὰ βραβεῖα ἡδέως, δακρύουσι δὲ πρὸς τὰς πληγὰς τῶν ἀγωνιζομένων οἰκτρῶς. ἐμοὶ δὲ ἄμεινόν ἐστι φάραγγας, καὶ νάπας, καὶ πελάγη διώκειν μετὰ τῆς ἀληθείας, ἢ πολλὴν ἔχοντα δόξαν τῆς νῦν νομιζομένης εὐημερίας, ὑποκεῖσθαι τῷ ψεύδει. ἀλήθειαν μὲν γὰρ ἔχων, ἕξω τὰ πάντα· αὐτῆς γὰρ δοῦλα τὰ πάντα. ψεῦδος δὲ κεκτημένος, οὐδ' ἐμαυτὸν, ἐκείνης μὴ ὑπάρχων. ἔχων δὲ τὴν ἀλήθειαν, οὐχ ἁπλῶς αὐτὴν βούλομαι ἔχειν, ὡς δέσποιναν, ἢ δούλην, ἢ γείτονα, ἀλλ' ὡς ἀδελφήν. ἂν δὲ ᾖ δυνατὸν, καὶ ὡς ὁμόζυγον, τῆς ἡδονῆς αὐτῆς ἀπολαύων [3], καὶ μετὰ ταῦτα κληρονομῶν [4], ὡς ἰδίαν γυναῖκα. θυγάτηρ γάρ ἐστι τῆς ὄντως ἀληθείας, ἧς γαμβρὸς, ὁ σπουδαῖος. ὁ γὰρ ταύτην ἔχων σφραγίδα [5] ἀνηβᾷ, ἀγήρως ἐστὶ, καὶ ἀμάραντος, θερμότερον πυρὸς ἔχων τὸν ζῆλον, ὀξύτερον ξίφους τὸν λόγον, κουφότερον ἀετοῦ τὸν βίον. ἀόκνως [6] τρέχει, καθάπερ πρὸς οἰκουρὸν μητέρα, [7] τῶν γραφῶν μελέτην· ἀνθεῖ διηνεκῶς τῇ ἀλυπίᾳ, οὐ κεκράτηται φόβῳ, γαυριᾷ τῇ ἀδειλίᾳ, κορυβαντιᾷ τῷ ἐνθουσιασμῷ, οὐ μισεῖ οὐδένα, οἰκτείρει τοὺς κακῶς τῷ βίῳ χρωμένους. μακαρίζει τοὺς ἰδιοπραγοῦντας μετὰ τῆς αὐταρκείας· λυπεῖται τὴν [8] τοῦ πνεύματος λύπην [9] ἐπὶ τῇ τῶν ἱερατικῶν ἀμελείᾳ. περὶ ὧν εἶπεν ὁ ἀπόστολος· καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα [10] τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. λυπεῖ δὲ τὸ πνεῦμα, ὁ διδοὺς αὐτῷ νῶτα τῇ ἀμελείᾳ. καὶ τί γὰρ τὸ ὅλον; τελευτᾷ μετὰ παρρησίας, οὐδένα λυπήσας, πλὴν τῶν δαιμόνων, καὶ ὅσοι γείτονες αὐτῶν [11]. χρόνος αὐτῷ περιττεύει, οὐκ ἐκαπήλευσε τὰς ἡμέρας ἐν κακουργίαις. ἐδιπλασίασε τὸ δεδομένον χρῆμα [12], καὶ τόκους ἀγαθῶν ἔργων προέπεμψεν, ἐν ὀλίγῳ καιρῷ πληρώσας πολυχρόνια ἔτη [13]. διαθήκην [14] ὕλης [15] οὐ γράφει. ζῶν καὶ φρονῶν αὐτὴν κατεπάλαισε [16]. θάνατος ἔκρουσε τὴν τοῦ σαρκίου θύραν, πρὶν αὐτὸν ἰδεῖν ἔξωθεν ὄντα, βοᾷ, ἀπέλθωμεν ἐντεῦθεν. ἐπιψάλλων· οἴμοι, ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη. καὶ εἰ μὴ διὰ τὸν πέμψαντα δεσπότην, αὐτῷ ἂν περιέθη-

A *& sustinemus: blasphemamur & obsecramus: tamquam purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc.* Cum Deus bonus, & justus, secundum arcanas quasdam rationes, stadii instar, mundum explicarit; & nostri arbitrii nos fecerit, ut propria voluntate rem aggredientes, justas pœnas solvamus; sicut Lex ait: [a] *Posui ante faciem tuam vitam & mortem: eligere quod vis.* Cur autem, *posuit?* Non est hujus temporis dicere, nisi quod posuit. Neque enim sapientiæ fuisset, nos inconvertibiles esse factos, nullis propositis præmiis & mente non recte agente. Inconvertibile enim soli Deo sempiterno congruit. Diac. Præclare & sapienter occurristi, Pater, præsentium mentis ocu- B los illuminans, qui in his semper offendunt ob Scripturarum imperitiam. Et quia diu gymnasium Ecclesia fuit, victores suos ostendens viros, ac mulieres, anteactis temporibus, Christi carnem non gratis comedisse. Contristat autem nos vestra instabilitas, seu persecutio, atque Ecclesiarum subversio. Episc. Miror te, virorum honoratissime Theodore, qui multiplicem utilitatem confessus, rursus contraria loqueris. Beatos enim nos prædicans, ut victores; miserabiles dicis, ut expulsos: quoniam Ecclesiis privati sumus. Idem mihi pati videris, quod rustici, qui Olympia spectant. Illi enim ore hiant, perlibenter videntes præmia; lacrymantur autem miserabiliter ad certantium pla- C gas. Mihi autem præstat valles, & silvas, & maria pervagari cum veritate, quam multam gloriam præsentis felicitatis habentem, mendacio subjacere. Veritatem enim habens, habebo omnia: etenim ipsi serviunt omnia. Mendacium vero possidens, ne me ipsum quidem habebo, cum illius non sim. Ceterum veritatem habens, non simpliciter eam habere volo, ut dominam, aut servam, aut vicinam; sed ut sororem, & si fieri possit, ut conjugem, ipsius voluptate frui, & postea heredem, tamquam propriam uxorem. Filia enim est sinceræ illius veritatis cujus gener, vir probus. Qui enim hoc signaculum possidet, repubescit, numquam senescit, nec marcescit; igne ardentiorem habens ze- D lum, acutiorem gladio sermonem, leviorem aquila vitam. Impigre currit ad Scripturarum meditationem, velut ad matrem domus custodem: floret jugiter lætus; non capitur metu; gloriatur intrepidus; sacro furore tripudiat; neminem odit; miseratur eos qui sæculo abutuntur; beatos dicit, qui sibi vivunt contenti; tristatur spiritali tristitia ob Ecclesiasticorum socordiam. De quibus ait Apostolus: [b] *Et Spiritum sanctum nolite contristare; in quo signati estis in diem redemtionis.* Contristat autem spiritum, qui terga ei dat per negligentiam. Eequid omnia percenseo? Moritur cum libertate loquendi, nemine contristato præter dæmones, & qui ipsis proximi sunt. Abundat illi tem- E pus, non consumsit dies in malefactis. Duplicavit datam pecuniam, bonorumque operum præmisit usuras, modico tempore longævos implevit annos. Testamentum bonorum non scribit. Vivens enim, & sentiens ea dispersit. Pulsavit mors corpusculi ostium, prius quam mortem viderit, quæ foris est, clamat, discedamus hinc; accinens: [c] *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est!* Ac nisi propter Deum qui eam miserat, ipsi lites in-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.

a Eccles. xv. 17. b Ephes. iv. 30. c Psal. cxix. 5.

1. Hic incipit Fragmentum Cujacian. in edit. Fr. Ducæi. 2. τοίχων. 3. ἀπολαύειν. 4. κληρονόμον. 5. σφραγῖ. 6. ἄοκνος. 7. πρὸς τὴν. 8. τῇ τοῦ. 9. λύπῃ. 10. τοῦ Θεοῦ. 11. τύπων. 12. χάρισμα. 13. χρέι. 14. διαθήκας. 15. ὕλαι. 16. καταλείλοιπε.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.

A κὲ δίκας εἰσπράττων, ὅτι σχολαιότερον ἦλθεν. φιμωνίζει δὲ πλατεῖον ἀπαλλαγεὶς τοῦ πολυπαθοῦς σαρκίου, ὡς ξενιδίου σαπροῦ, ἀπειλοῦντος πτῶσιν. ὤρθωσε τὸ οὖς πρὸς τὸν λέγοντα [1]. εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ, καὶ πιστὲ, ἀκουσόμενος καὶ τὰ ἑξῆς. ἔστω δέ σοι τεκμήριον τῶν λεγομένων, ἡ τῶν λόγων πυκνότης· ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας λαλεῖ τὸ στόμα. ὁ δὲ τῷ ψεύδει συζῶν, βίον ἔχει τεταραγμένον. ποτὲ μὲν χαίρων ἀμέτρως ἐπὶ αὐξήσει ἀργυρίου, ἢ δοξαρίου μικροῦ, ἢ πορνιδίου φιλίᾳ, ἢ ἐχθρῶν αὐτοῦ δυσημερίᾳ· ποτὲ δὲ λυπεῖται ἕως θανάτου, τὰς μεταβολὰς [2] ὀνειροπολῶν, καὶ τὰς ἀδηλίας, νύκτας ἔχει ἀΰπνους, ἢ κακοΰπνους. ὑπονοεῖ ἐπιβουλὰς, καὶ τῶν γνησίων, οὐ θαῤῥῶν οὐδὲ ἑαυτῷ, ἀπιστῶν τοῖς πᾶσιν, ὡς ψεύσταις. B τοιοῦτος αὐτὸς ὑπάρχων, δειλός ἐστιν ὡς λαγωὸς, θρασὺς ὡς χοῖρος, ψεύστης ὡς χαμαιλέων, ἀπατεὼν ὡς πέρδιξ, ἀνελεήμων ὡς λύκος, ἀνήμερος ὡς μῦς· ἐχθρὸς ἑαυτοῦ, ἀδιαλείπτως βάσκανος, ἐξ ἀνάγκης ἑαυτὸν τιμωρούμενος οὐκ αἰσθάνεται. κατ᾽ ἄλλου γὰρ κακῶς λογιζόμενος, φθάνει πάσχων ὑφ᾽ ἑαυτοῦ κακῶς. θάνατος ἰώυξε, πάντα δίδωσιν, ἵνα μικρὸν παραμείνῃ, φιλοζωῶν, τὸν δεδομένον αὐτῷ χρόνον ἐκαπήλευσεν εἰκῇ. τὸ δηνάριον πρὸς οἷς οὐκ ἐδίπλωσεν, οὐδὲ σῶον ἐφύλαξε, τρέμει διηνεκῶς ὡς φύλλον, γηρᾷν οὐ βουλόμενος, ληροφρονῶν τὰ γερόντων ὑφίσταται, φοβεῖται τὸν θάνατον, ὡς Θεόν. Θεὸς παρ᾽ αὐτῷ ὁ φαινόμενος κόσμος. καὶ C τί γάρ; ὠχριᾷ, φρικιᾷ, ἀγωνιᾷ. προλαμβάνων τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν, ἑαυτὸν τιμωρεῖται, τοῦ συνειδότος ἀνηλεῶς [3] βασανίζοντος, καὶ καθ᾽ ἓν τῶν πλημμελημάτων ὑπομιμνήσκοντος [4], δεινότερα πάσχων, ἤπερ οἱ μαστιγούμενοι τὰ ἑαυτῶν σώματα ταῖς πληγαῖς. ὑποδύνει τὰς κατὰ καιρὸν δυναστείας δουλοπρεπῶς, κολακεύει τὸν κόσμον αἰσχρῶς, ἀντὶ ἑνὸς κυρίου μυρίους ἔχει δεσπότας, ἵνα μὴ τῇ ἀληθείᾳ δουλεύσῃ· ἐπίφοβος ἀσκεῖ εἶναι [5], φοβούμενος τοὺς πάντας [6]· ταῦτα μέν σοι παρ᾽ ἡμῶν κατὰ δύναμιν εἰρήσθω. καὶ εἴ τις ἀληθέστερον καὶ γλαφυρώτερον λέγων, τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν διορθώσηται, καὶ τοῦτον ἡδέως ἀποδεξώμεθα, ὡς διορθωτὴν καὶ φιλάδελφον, καὶ τῷ σωτῆρι εὐχαριστήσωμεν διὰ D πάντα. πλὴν καὶ αὐτὸς ἀντίδος μοι τοῦ σκοποῦ τὴν γνῶσιν τῆς δυτικῆς συνόδου, καὶ ἐπισφράγισαί μου τοὺς λόγους· εἴγέ σοι συνήρεσαν, ὡς ἐπωφελῶς εἰρημένοι· μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν διηγησάμενον, εἶπεν ὁ Θεόδωρος ταῦτα. σοὶ μὲν τῷ διηγησαμένῳ ταῦτα, δῴη κύριος ἔλεος εὑρεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· καὶ ὅτι τῶν τοιούτων ἀπέστης τῆς κοινωνίας· καὶ ὅτι ἡμῖν σαφῶς διηγήσω. μνησθείη δὲ κύριος πάσης θυσίας τοῦ Ἰωάννου, ὅτι ἕως θανάτου οὐ προέδωκε τὴν παῤῥησίαν. ὁ δὲ σκοπὸς τῆς ἐκκλησίας Ῥωμαίων οὗτός ἐστιν, ἕως τέλους μὴ κοινωνῆσαι τοῖς ἀνατολικοῖς ἐπισκόποις, μάλιστα Θεοφίλῳ, ἕως ἂν δῷ κύριος χώραν οἰκουμενικῆς συνόδου, ἰατρευούσης τὰ σεσηπότα μέλη τῶν ταῦτα ἐργασαμένων. E εἰ γὰρ καὶ κεκοίμηται ὁ μακάριος Ἰωάννης, ἀλλ᾽ ἐγρήγορεν ἡ ἀλήθεια, δι᾽ ἣν ἡ ζήτησις ἔσται. τοῖς δὲ ταῦτα διαπραξαμένοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἡδέως ἂν συνέτυχον κατὰ πρόσωπον, εἰπών· ποῦ ἡ ἱερωσύνη; ποῦ ἡ ὁσιότης; ποῦ τὸ ἥμερον καὶ κοινὸν [7] τῆς φύσεως; ποῦ αἱ ἐντολαὶ τοῦ σωτῆρος; τό· ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου, καὶ μνησθῇς, ὅτι ἔχει τι κατὰ σοῦ ὁ ἀδελφός σου, ἄπελθε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ οὕτως πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. ποῦ τό· ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ ἐπὶ τὴν δεξιὰν

A tenderet, exigens quod serius venit. Acquiescit demum liberatus ab ærumnoso corpore, ut a vitioso hospitiolo ruinam minante. Aurem arrexit ad eum qui dixit: [a] *Euge, serve bone & fidelis*, auditurus & reliqua. Sit autem tibi eorum quæ dicimus, certum indicium, verborum copia: [b] *ex abundantia enim cordis os loquitur*. Porro qui cum mendacio vivit, vitam habet perturbatam. Aliquando quidem immodice gaudens, ob incrementum pecuniæ, aut parvæ gloriolæ, aut ob amorem meretriculæ, aut propter inimicorum suorum adversam fortunam: aliquando autem tristatur usque ad mortem, dum mutationes somniat, & incertos eventus, noctesque habet insomnes, ac male dor- B mit. Quin & amicorum insidias ipse suspicatur, ne sibi quidem confidens; omnibus derogans fidem, ut mendacibus. Qui hujusmodi est, timidus est, ut lepus; audax, ut porcus; fallax, ut chamæleo; deceptor, ut perdix; immisericos, ut lupus; immansuetus, ut mus: sui ipsius inimicus; indesinenter invidens; se ipsum necessario crucians, non sentit. Cum autem malum contra alium cogitat, se ipsum prius pessime torquet. Pulsavit mors, omnia dat, ut modicum adhuc duret: cupidus vitæ, indultum sibi tempus frustra consumsit: præterea denarium non duplicavit, neque salvum custodivit: jugiter tremit, ut folium, senescere nolens, & quæ delirantium senum sunt, patitur: C mortem timet, ut Deum. Deus illi est visibilis mundus. Et quid ultra? pallescit, horret, anxius est: divinum judicium præveniens, se ipsum punit, conscientia illum atrociter torquente, & unumquodque peccatum in memoriam revocante, graviora patitur, quam hi, quorum corpora verberibus conciduntur. Serviliter se demittit ad temporales potestates, fœde blanditur mundo, pro uno domino infinitos habet heros, ut non serviat veritati; timeri cupit, cum ipse omnes timeat. Hæc autem tibi pro virili a nobis dicta sint. Si quis autem verius & elegantius dicens, imbecillitatem nostram emendaverit; hunc libenter accipiemus, ut correctorem, & fratrum amantem: atque Servato- D ri gratias agemus propter omnia. Verum ipse mihi expone Occidentalis Synodi scopum, ac decretum, & obsigna verba mea, siquidem tibi placuerunt, ut utiliter dicta. Cum autem loqui desiisset, hæc ait Theodorus: Tibi quidem, qui hæc narrasti, det Deus misericordiam consequi in illa die; tum quia a talium communione abstinuisti, tum quia nobis hæc aperte disseruisti. Ceterum Dominus meminerit omnis sacrificii Joannis, qui ad mortem usque loquendi libertatem non abjecit. Scopus Ecclesiæ Romanæ iste est, non communicare umquam Orientalibus Episcopis, præsertim Theophilo, donec Dominus dederit locum universali Synodo, quæ putrefactis membris eorum, qui hæc E patrarunt, medeatur. Etsi enim dormit beatus Joannes, vigilat tamen veritas, propter quam inquisitio erit. Eos autem, qui talia in Ecclesia perpetrarunt, libenter convenirem, in faciem dicens: Ubinam Sacerdotium? ubi sanctitas? ubi mansuetudo, & communio naturæ? ubi Servatoris mandata? Ubi illud: [c] *Si offers munus tuum, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: vade, prius reconciliare fratri tuo, & sic offer munus tuum*. Ubi illud: [d] *Si quis te per-*

a Matth. xxv. 21. b Matth. xii. 34. c Matth. V. 23. d Ibid. ℣. 39.

1. Georg. λόγον, τό. Fr. 2. βουλάς. 3. Διαβασανίζων. 4. Ὑπομιμνήσκων. 5. ἀεὶ. 6. Hic Fr. desinit. 7. Georg. κοινωνικόν.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.

σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. ποῦ ἡ τῶν γραφῶν μελέτη; τό· ἰδοὺ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό; ποῦ τό· ἀδελφοὶ ἐν ἀνάγκαις χρήσιμοι ἔστωσαν. διὰ τί δὲ, ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρὰ, ἀνατρέψαντες πεποιήκατε· ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ συκοφαντούμενος, ἢ λαφυραγωγούμενος, ὡς πόλις οἰκτρὰ καὶ ἀτείχιστος; τί ποτε οὖν, ὡς ἄμικτον τὸ χρῆμα διώκειν ἐπεχειρήσατε, τρὶς καὶ οὐχ ἅπαξ ἄθλιοι; τίνι δὲ λόγῳ, ὡς πρὸς ἐχθρὸν φονᾶν κατ' αὐτοῦ οὐχ ὑπεστείλασθε; πῶς δὲ καὶ ἐπῆλθεν ὑμῖν οὕτως κατ' ἀλλήλων ἐξαγριαίνεσθαι; πόθεν δὲ καὶ τὴν τηλικαύτην μεταβολὴν ἐνεδείξασθε, ὡς ἀπὸ τοῦ τιθάσσου ἐπὶ τὸ ἀτίθασσον καὶ ἀνήμερον μεταβαλεῖν; θαυμάζω, καὶ τῆς διαστροφῆς θαυμάζων ἐκπέπληγμαι· ὁρῶν λίαν διακεκινημένον τὸ πᾶν ἐπὶ τούτο. ἵνα τί καὶ οὕτω πολλῷ τῷ θράσει ἐπαιρόμενοι τὴν τιθηνοκόμον καὶ κουροτρόφον τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, οἷα [1] πολύγονον μήτραν ὑβρίσατε διακείραντες; ὡς ἐφ' ὑμῖν πληροῦσθαι τὸ προφητικόν· ἀνθ' ὧν ἐδίωξαν ἐν ῥομφαίᾳ τὸν ἀδελφὸν αὐτῶν, καὶ ἐλυμήναντο μήτραν ἐπὶ γῆς. ἣ μήτρα συνιὼν ὁ θεῖος καὶ σωτήριος λόγος ὑμᾶς τε κἀκεῖνον ἔσπειρέ τε καὶ ἐφύτευσεν ἐπὶ ἀμυθήτοις χρηστοῖς καὶ ὠφελίμοις πράγμασιν. ἀντὶ γὰρ τοῦ συναντιλαμβάνεσθαι ὑμᾶς ἀλλήλους, εἰς ἃ καὶ προσῆκε· τί παθόντες, οὐδ' ἡσυχάζειν, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἠρεμεῖν ἐκρίνατε κἂν τοῦ λοιποῦ; εἰς τὴν χρείαν οὖν τῆς συναντιλήψεως κτισθέντες, τί ἐρρᾳδιουργήσατε τὴν χάριν, οὐ μόνον μὴ ἐπικουφίζοντες τοὺς πόνους, ἀλλὰ καὶ προσαποθούμενοι, καὶ τῆς οἰκείας συγγενείας ἀποσχίζοντες, τοῦ προφήτου πρὸς ὑμᾶς βοῶντος· οὐχὶ πατὴρ εἷς πάντων ἡμῶν; οὐχὶ Θεὸς εἷς ἔκτισεν ἡμᾶς; ἀλλ' ἐρεῖτέ μοι· ἥμαρτεν εἰς τὸν νόμον. ποῖον; ὃν ὑμεῖς κατεπατήσατε, τῇ πονηρίᾳ διασκεδάσαντες. ποῦ οὖν ὁ τῆς φύσεως νόμος, τὸ μετὰ χρηστότητος διορθώσασθαι; τί δαὶ καὶ νόμῳ πολεμίων καταχρώμενοι, διώκετε ἐν οἷς βούλεσθε, καὶ πράσσετε ἐναντίοις οὖσι, καὶ ἔχθρας ἀξίοις; πόσῳ δὲ ἦν ἄμεινον συνοικοῦντας, καὶ ἐν ταὐτῷ διαιτωμένους, τῶν κοινῶν καὶ ἀγαθῶν βουλευμάτων ἀλλήλοις μεταδιδόναι, εἰς χάριν καὶ ἀρέσκειαν τοῦ ὑμετέρου πατρός; τέκνων γὰρ ἀρετὴ καὶ συμφωνία χαρίτων [2], καὶ σφόδρα εὐμενὲς τοῖς τοκεῦσι· μηδενὸς ἄλλου χρήζουσιν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐγγόνων, ἢ τούτου. εὖ ἴστε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι φιλίας καὶ εὐνοίας σύνδεσμος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ τὸ σπουδάζειν, καὶ πάντα πράττειν ἀρεσκόντως τῷ πατρὶ, καὶ τῷ τῆς γενέσεως καὶ διατροφῆς καὶ διαμονῆς αἰτίῳ. οὗ ὑπερφρονήσαντες ὡς λήρου, πολέμους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐξήψατε, κατὰ τὸν εἰπόντα προφήτην· μανίαν ἐν οἴκῳ κυρίου κατέπηξαν. ἀντὶ τοῦ παρορμᾷν, καὶ προτρέπειν ἀλλήλους ἔπειτα [3] κατὰ νοῦν καὶ γνώμην τὴν τοῦ πατρὸς πολέμους ἀσυμβάτους ἐργαζόμενοι ἐν ἀλλήλοις. προστίθημι δὲ ὅ,τι καὶ τὸν Θεὸν, καὶ τοὺς πάντας τοὺς προσχωροῦντας αὐτῷ, τοὺς μὲν υἱοὺς, ὑμῶν δὲ ἀδελφοὺς, σφόδρα ἐξίστησι καὶ κινεῖ, καὶ σιωπᾷν οὐκ ἐπιτρέπει· οὐδὲ γὰρ ὀλίγωρος, οὐδὲ τῆς τῶν τέκνων ὠφελείας ἀφροντίς ἐστιν. ἀχθόμενος τοιγαροῦν ἐπί τε τῇ ὑμετέρᾳ φρενοβλαβείᾳ, καὶ ἐπὶ τῇ τῶν ἀδικουμένων [4] καταδυναστείᾳ. διὸ καὶ παρελθεῖν ὑμᾶς ἀτιμωρήτους, οὐ κρίνει δίκαιον, καθὼς ἐνήρξατο. οὔτε γὰρ αὐτῷ εὐπρεπὲς οὔτε ὑμῖν ἀσφαλὲς, τό,τε πάθος ὑμῶν οὐ φορητὸν, ἐπιμελείας [5] τε οὐ τῆς τυχούσης. διά τε πληγῶν καὶ τῶν ἀπὸ παιδείας μωλώπων οὐκ ἀριθμητῶν χείρους ὑμᾶς ὁρᾷ. πολὺ γὰρ τὸ ἀναίσθητον, καὶ ἀκαμπέστατον ὑμῖν ἐπιπολάζει, ἀδελφοὺς, γνησίους, καὶ ὁμοδιαίτους, πρὸς δὲ καὶ ὁμοσπόνδους, ὁμοτραπέζους,

A *cusserit in maxillam dextram; obverte illi & alteram.* Ubi Scripturarum meditatio? [a] *Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum!* Ubi illud: [b] *Fratres in necessitatibus utiles sint.* Cur Illud: [c] *Frater, qui a fratre adjuvatur, ut civitas munita*, pervertistis, & sic fecistis; Frater, qui a fratre vexatur, aut spoliatur, ut civitas miserabilis, & sine muris? Quid tandem igitur veluti rem malam persequi aggressi estis? O ter, & non semel infelices! Qua tandem ratione adversus illum, tamquam adversus inimicum cædem intentare non refugistis? Quomodo venit in mentem vestram sic adversus vos invicem efferari? Unde tantam mutationem ostendistis, ut a mansueto ad im- B mite & immansuetum transiretis? Admiror, & hanc conversionem admirans, obstupesco; intuens omnia ob id nimis commota: cur tanta audacia elati, mamillas præbentem, & pueros vos nutrientem, Dei Ecclesiam, ut fœcundam vulvam, contumeliis affecistis, & concidistis? ut impleretur in vobis Propheticum illud: [d] *Pro quibus persecuti sunt in gladio fratrem suum, & vulvam labefactarunt in terra.* Cum hac vulva congressus, divinus & salutaris sermo, vos, atque illum seminavit, & plantavit in bonis innumeris, ac utilibus rebus. Nam cum deberetis vobis invicem opem ferre, ad ea quæ decebat; quid caussæ est, cur quiescere, & pacate degere saltem in posterum non censuistis? C Ad usum igitur, & mutuum auxilium conditi, quid eam neglexistis gratiam, non modo non sublevantes fratris laborem, sed & repellentes atque a propria cognatione abscindentes? cum Propheta clamet ad vos: [e] *Nonne Pater unus omnium nostrum? Nonne Deus unus condidit nos?* Sed diceretis mihi: Peccavit in legem. Qualem? Quam vos conculcastis, eam per nequitiam dissipantes. Ubi ergo naturæ lex? corrigere cum lenitate? Quid, quæso, lege hostium abutentes, persequimini, dum consulitis, & agitis, quæ contraria sunt, & inimicitiis digna? Quanto melius fuerat, ut simul habitantes, atque in unum victitantes, communia & bona consilia invicem communicaretis, ad gloriam D & gratiam Patris vestri? Filiorum enim virtus, & gratiarum concentus, valde jucundus est parentibus, qui nihil aliud a liberis suis expetunt quam illud. Hoc etiam probe nostis, quod amicitiæ & benevolentiæ vinculum nihil aliud sit, quam eniti; & omnia facere, quæ placeant patri, ortus, educationis, atque conservationis auctori. Quem ut delirum contemnentes, bella in Ecclesia accendistis, juxta Prophetam, qui dicit: [f] *Insaniam in domo Domini fixerunt*; cum excitare, atque hortari mutuo deberetis. Deinde præter mentem & sententiam patris bella implacabilia inter vos gerentes. Addo quod & Deum, & omnes qui ad eum accedunt, ipsius quidem filios, vestros vero E fratres vehementer obstupefacit, ac movet, nec tacere permittit: neque enim filiorum utilitatis negligens est, & solicitudinis expers. Vestram igitur dementiam ægre ferens, atque eorum oppressionem, qui injuriam patiuntur, ideo impune vos evadere justum non putat, sicut cœpit. Neque enim ipsi decorum, neque vobis tutum est: & morbus vester tolerabilis non est, nec curæ cujuslibet. Plagis enim & innumeris etiam castigatos vibicibus, deteriores factos esse vos videt. Multum enim insensibile, & inflexibile in vobis redundat, fratres, germanos, & contubernales, præterea &

[a] Psal. CXXXII. 1. [b] Prov. XVII. 17. [c] Prov. XVIII. 19. [d] Amos I. 11. [e] Malach. II. 10. [f] Osee IX. 8.

1. Οἷον. 2. Georg. εὐχάριστος. 3. Εστὶ τὰ παρά. 4. Georg. δυναστευομένων. 5. Georg. δεῖ.


SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.

καὶ ὁμολέκτους, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς συγγενείας τετυχηκότας, οὕτως εἰς μῖσος ἔχθιστον [1] περιετρέψατε, ὡς καὶ τῶν ἰδίων ὅρων, καὶ τῆς κοινῆς ἑστίας ἀποδιαπέμπεσθαι, καὶ πόῤῥω ἀπελαύνειν, ἀπόλεις, ἀοίκους, πρὸς δὲ καὶ φυγάδας, ὅσον ἐφ' ὑμῖν ἧκον μέρος. κατασκευάσαντες καὶ ταῦτα, οὐ πρὸς ποσόν τινα χρόνον τὴν φυγάδα ὁρίσαντες, ἀλλ', ὅσον ἐδυνήθητε, καὶ ἐπ' ἄπειρον, διὰ τὸ ὠμόθυμον, καὶ τὸ λίαν παρακεκινημένον ὑμῶν. ὃ ἐπ' αὐτοῖς, καὶ τῷ μακαρίῳ Ιωάννῃ κέκτησθε, ἔγκοτον τὸ ἔχθος ἀναζωπυροῦντες, καὶ ὥσπερ ἠκονημένον ξίφος μέχρι τῆς δεῦρο κατ' αὐτοῦ χαλῶντες τὴν γλῶτταν, τὴν μῆνιν [2] ἀσπάζεσθε ἀντὶ διδασκαλίας ἐπωφελοῦς, τὴν κατηγορίαν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας εἰς μολυσμὸν τῶν ἀκουόντων ἐκχέοντες. καὶ ταῦτα μὲν **B** ἐκείνοις, οἷς ὁ κύριος ἐν ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ ἀποδώσει κατὰ τὰ ἔργα. σοὶ δὲ ποίων λόγων ἀμαράντων [3] στέφανον πλέξας, οἴσω, ὦ μακάριε Ιωάννη, μετὰ ἔξοδον τοῦ σταδίου, οὐ φοβούμενος τὸ ἐγκωμιάσαι; ἀπεδύσω γὰρ τὴν τρικυμίαν. ἢ τῶν Μωσαϊκῶν ἐκείνων [4], οὓς δέδωκεν εὐλογήσας τὸν πρακτικὸν Ιωσὴφ, καὶ τὸν θεωρητικὸν Λευῒ τὸν ἱερέα; ἐν σοὶ γὰρ ὁρῶ ἀμφοτέρους· ἐπ' εὐλογίας κυρίου ἡ γῆ σου, καὶ ἀπὸ ὡρῶν οὐρανοῦ, καὶ δρόσου, καὶ ἀβύσσων πηγῶν κάτωθεν, καὶ καθ' ὥραν γεννημάτων, ἡλίου τροπῶν, καὶ ἀπὸ συνόδων μηνῶν, ἀπὸ κορυφῆς ὀρέων ἀρχῆς, καὶ ἀπὸ κορυφῆς ἀεννάων βουνῶν, ἔσονται ἐπὶ κορυφῆς Ιωσήφ· καὶ εἴ τις, ὡς Ιωσήφ· καὶ ἐπὶ κορυφῆς ὢν ἡγήσατο ἀ- **C** δελφῶν, δοξασθεὶς ἐν ἀδελφοῖς πρωτότοκος. ταύρου τὸ κάλλος αὐτοῦ, κέρατα μονοκέρωτος τὰ κέρατα αὐτοῦ, ἐν αὐτοῖς ἔθνη κερατιεῖ ἅμα ἕως ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς. καὶ τῷ Λευῒ εἶπε· καὶ εἴ τις αὐτὸν ἐμιμήσατο· δότε Λευῒ δήλους αὐτοῦ, καὶ ἀλήθειαν αὐτοῦ τῷ ἀνδρὶ τῷ ὁσίῳ, ὃν ἐπείρασαν αὐτὸν ἐν πείρᾳ, ἐλοιδόρησαν αὐτὸν ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας. ὁ λέγων τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρί· οὐχ ἑώρακά σε· καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ· οὐκ ἐπέγνω. ἐφύλαξε τὰ λόγιά σου, καὶ τὴν διαθήκην σου διετήρησεν, ἐδήλωσε τὰ δικαιώματά σου τῷ Ιακὼβ, καὶ τὸν νόμον σου τῷ Ισραήλ. ἐπιθήσει θυμίαμα διὰ παντὸς ἐν ἑορτῇ [5] σου ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ σου. εὐλόγησον, κύριε, τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν **D** αὐτοῦ δέξαι. πάταξον [6] ὀφρὺν [7] ἐχθρῶν ἐπανεστηκότων αὐτῷ· καὶ οἱ μισοῦντες αὐτὸν μὴ ἀναστήτωσαν. ἐγὼ δὲ προσπλέξας εἴποιμι· οἱ φιλοῦντες αὐτὸν, Ιησοῦ Χριστὲ, μὴ καταισχυνθήτωσαν· σὸν γὰρ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. ὁ Επισκ. καὶ αὕτη τῆς σῆς συνέσεως ἡ ἄσκησις, θηρευτὰ νοημάτων Θεόδωρε ἐκ τοῦ τῆς διανοίας σου θησαυροῦ, κατὰ τὸν εἰπόντα σωτῆρα, καινὰ καὶ παλαιά. παλαιὰ μὲν, τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας παιδεύματα· καινὰ δὲ, τὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγια. ἐξ ὧν θησαυρῶν ὁποτέρῳ μέρει τὸ πρόσφορον δέδωκας. τῆς μὲν σῆς φρονήσεως φράσαι τοῖς πλημμελήμασιν, ἃ ἥρμοζε, τῆς δὲ Μωσαϊκῆς εὐλογίας πλέξας Ιωάννῃ τὸν ὀφειλόμενον στέφανον· ὃς ἀπαθῶς ἱερατεύσας, ἀληθῶς οὐκ ἔγνω πατέρα, ἢ **E** μητέρα, ἢ γένος αἱμάτινον, δικαιοσύνης ὑπερβολῇ, ἀλλ' ἢ τοὺς ἐραστὰς, καὶ ἐργάτας τοῦ λόγου· οἱ δὲ καθ' ἡμᾶς δοκοῦντες ἐπίσκοποι, τὸ μὲν πήλινον γένος πορισμοῖς, καὶ στρατείαις, καὶ ἀξιώμασιν ἐγκαθώρμησαν, παραβάντες τὸν εἰπόντα νόμον· οὐ δώσουσιν οἱ ἱερεῖς τοὺς υἱοὺς αὐτῶν εἰς ἄρχοντας, καὶ παρατρέχοντας τῷ βασιλεῖ· τὰ δὲ τοῦ πνεύματος συσκευαῖς, καὶ δυσημερίαις, καὶ φρουραῖς, καὶ περιορισμοῖς ἐνδαπανῶντες, ἄκρατον πιόντες τὴν ἄγνοιαν [8], ἐκ τούτων

**A** confœderatos, atque ejusdem mensæ ac lecti participes, & unius ejusdemque cognationis, adeo in odium turpissimum pervertistis, ut eos etiam a finibus propriis & communi lare expuleritis, & procul ejeceritis, sine civitate, ac domo: denique exsules, quantum in vobis fuit. Et hæc moliti, non ad aliquod tempus exsilium terminantes, sed in quantum potuistis, in infinitum etiam, per crudelitatem ac nimiam mentis vestræ emotionem. Quod in his, & in beato Joanne fecistis, intestinum odium reaccendentes, ac veluti acutum gladium ad hunc usque diem adversus eum linguam immittentes, iram amplectimini pro utili doctrina, contumeliam in Ecclesia ad audientium inquinamentum **B** effundentes. Et hæc quidem illis dicta sint, quibus Dominus in misericordia & lenitate retribuit secundum opera. Tibi vero, B. Joannes, quibus ex verbis immarcescibilem tibi coronam conficiam, contextamque imponam, post exitum e vitæ hujus stadio te laudibus efferre non timens? Evasisti enim procellam. An Mosaicorum illorum flosculorum coronam texam, quos dedit ille, qui benedixit actuosum Joseph, & contemplativum Levi Sacerdotem? In te enim utrumque video. [a] *In benedictione Domini terra tua, & a montibus cæli, & rore, & abysso fontium subjacente, & tempore germinum, solis conversionum, & congressuum mensium, a vertice montium principii, & a vertice col-* **C** *lium æternorum erunt super caput Joseph*, (& si quis similis Joseph) & super verticem fratrum quibus præfuit, *glorificatus primogenitus inter fratres. Tauri pulchritudo ejus: cornua, unicornis, cornua illius: in ipsis ventilabit gentes simul usque ad terminos terræ.* Et Levi dixit: Et si quis eum imitatus est: [b] *Date Levi manifestos ejus, & veritatem ejus viro sancto, quem tentaverunt in tentatione, maledixerunt ei ad aquam contradictionis. Qui dixit patri, & matri: Non vidi te; & fratres suos non agnovit, custodivit eloquia tua, & pactum tuum servavit, manifestavit justificationes tuas Jacob, & legem tuam Israeli. Ponet semper thymiama in festivitate tua super altare tuum. Benedic,* **D** *Domine, fortitudini ejus, & opera manuum ejus suscipe. Percute supercilium inimicorum insurgentium in eum, & qui oderunt eum, non consurgant.* Ego autem & illud addiderim: Qui diligunt eum, Jesu Christe, non confundantur: tuum enim imperium in sæcula. Amen. EPISC. Et hoc tuæ intelligentiæ documentum, sensuum scrutator Theodore, proferre de thesauro mentis tuæ, ut ait Servator, *nova, & vetera.* Vetera quidem, humanæ sapientiæ documenta; nova vero, sancti Spiritus eloquia. Ex quibus thesauris utrique parti quod congruebat, tribuisti. Tuæ quidem prudentiæ est eloqui quæ peccatoribus conveniebant, & de Mosaica benedictione Joanni debitam coronam texere: qui **E** sacerdotio sine affectu functus, vere ignoravit patrem, & matrem, & consanguineum genus, ob exsuperantiam justitiæ; sed solos noverat, verbi divini amatores, & operarios. Porro qui nostro tempore videntur Episcopi, luteum quidem genus in quæstus, & militias, & dignitates invexerunt, prævaricati legem, quæ dicit: [c] *Non dabunt Sacerdotes filios suos in principes & obambulones Regi.* Spiritales autem viros insidiis, ærumnis, custodiis, atque exsiliis consumunt, meramque bibunt ignorantiam, ex his putantes se virtutis amicos

[a] Deut. XXXIII. 13. [b] Ibid. ℣. 8. [c] Levit. XVIII. 21.

1. Georg. αἴσχιστον. 2. Georg. μνήμην. 3. Georg. ἀμάραντον. 4. Georg. λειμώνων: 5. Ὀργῇ LXX. 6. Κάταξον. 7. Ὀσφὺν LXX. 8. Georg. ἄνοιαν.



νομίζοντες ἀτιμάζειν τοὺς φίλους τῆς ἀρετῆς, περὶ ὧν προεῖπεν ὁ σωτήρ· ἐλεύσονται ἡμέραι, ἐν αἷς δόξουσιν οἱ ἀποκτείνοντες ὑμᾶς, λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ. καὶ οὐ δήπου περὶ Ἑλλήνων εἶπεν, ἐπεὶ ἂν εἰρήκει, τοῖς θεοῖς· οἳ πλείονας παρὰ τὸν ἕνα σημαίνουσιν. ἐξ ὧν δὲ τὸν ἕνα καὶ μόνον ὠνόμασεν, ἐδήλωσε τοὺς νῦν ἡμᾶς προσχήματι τῆς ἐκκλησίας ληϊζομένους. τὰς γὰρ ἰδίας κακοτροπίας, καὶ φθόνους ἐπικρυψάμενοι, ὑπὲρ ταύτης φροντίζειν κατασχηματίζονται λόγῳ, ἣν ἐλυμήναντο ἔργοις. ἀλλὰ κἂν οὕτω σοφίσωνται, ἡ ἔκβασις τῶν γεγενημένων αὐτοὺς διελέγξει, ὑπουργήσαντας τῷ καυχησαμένῳ· οὐ μὴ σαλευθῶ ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν ἄνευ κακοῦ. οὐκέτι γὰρ ἐφευρίσκων εἶδος αἱρέσεως καινοτέρας ὁ ἐφευρετὴς τῆς ἀνομίας, καὶ γεωργὸς τῆς κακίστης ἐπιθυμίας ὄφις, ἐξοίστρησε τοὺς προεστῶτας τῆς ἐκκλησίας εἰς ἀλληλοκτονίαν, φιλοκαθεδρείας καὶ πρωτοκαθεδρείας πάθει, δι' ὧν εἰργάσαντο τὸ σχίσμα. εἰ γὰρ ἦν πνεύματος Θεοῦ συμφωνία ἐν τοῖς ἐπισκόποις, καὶ ὡς αἴτιος πλημμελείας, ἢ ἀνάξιος ἱερωσύνης, ἢ, ὡς Θεόφιλος λέγει, ὑπερηφανίας, ὤφειλεν εἰρχθῆναι ὁ Ἰωάννης· ἐδύνατο ἡ παντοδύναμος Θεοῦ σοφία ἐνθέσμως αὐτὸν κωλῦσαι τῆς ἱερατείας, ἢ ἐφευρεῖν τρόπον, δι' οὗ ἀταράχως καὶ ἀκλαυστὶ ἐξεβάλλετο οὗτος, ἢ θανάτῳ, ἢ παραλύσει, ἢ ἀφωνίᾳ, ὡς οἴδαμέν τινας τῶν ἀντιπεσόντων αὐτῷ πεπονθότας, καί τινας μέλλοντας πάσχειν. ἐξ ὧν δὲ τοσαῦτα παρηκολούθησεν ἀνάξια τοῦ σωτῆρος ἔργα, καὶ αὐτὸς οὐ καθῃρέθη, ἀλλ' ἐξωρίσθη· εὔδηλον τοῦ διαβόλου εἶναι τὸ δρᾶμα, οὗ κατελύετο τῇ διδασκαλίᾳ [1] ἡ βασιλεία. οἶδα μὲν τὸν Ἰωάννην ἓξ καθελόντα ἀξίως, ὡς ὠνητὰς τῆς ἱερατικῆς ἀξίας, περὶ ὧν ἀνωτέρω εἶπον. τίς ἐδάκρυσε; τίνος δὲ ῥῖνες ἔσταξαν αἷμα; ποία ἀράχνη ἐσχίσθη; τίς δὲ τῆς οἰκίας αὐτοῦ ἐξῆλθε; τίς δὲ ὀβολὸν ἐζημιώθη; ποῖος δὲ τῆς Ἀσίας ἀγύρτης, ἢ δημιουργὸς, ἢ γηπόνος, ἢ σκυτοτόμος, ἢ δημότης οὐκ ἠσμένισε τὸ γεγενημένον ἐπὶ ἐκδικίᾳ τῶν ἱερῶν νόμων; ἐπευφημῶν· ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, κύριε; πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. ὅπου γὰρ Θεὸς ἐργάζεται, πάντα γίνεται ἐν σοφίᾳ· ὅπου δὲ ὁ μισόκαλος δαίμων, ὁμοίως ἅπαντα ἐν ἀσοφίᾳ. παρακολουθεῖ δὲ τῇ ἀσοφίᾳ ἀλλόκοτα πράγματα, φθόνοι, φόνοι, ἔρις, ζῆλος, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, διχοστασίαι, κτύπος, κλωσμὸς ἀπαιδεύτων, ἐξουσιῶν ζέσις, ἴκρια, ξεσμοὶ, λαμπάδες, κρουνοὶ αἱμάτων, ἀφόρητοι ζημίαι, δημεύσεις, λύσεις θεσμῶν θείων, καταφρονήσεις νόμων, ἀθετήσεις σωφροσύνης, οἰκουμένης σχίσμα, παραφυλακαὶ γῆς καὶ θαλάσσης ναυτικαὶ, ἱππικαὶ, πεζικαὶ μηχαναὶ εἰς ἐμποδισμὸν τῶν διὰ τὴν ἀλήθειαν ἐκδημούντων. πῶς τοίνυν τολμῶσι λέγειν· Θεοῦ οἰκονομίᾳ ἐκβέβληται ὁ Ἰωάννης; εἰπάτωσαν δέ μοι οἱ ἐξηχοῦντες ταῦτα· ἠκύρει ἡ παντοδύναμος τοῦ Θεοῦ σοφία, ὡς προέφην, ἀοράτῳ δυνάμει παῦσαι τὸν Ἰωάννην ἀνάξιον ὄντα; ἢ πεῖσαι τοὺς ἀμφισβητοῦντας αὐτοῦ δίχα πολλῆς ἀνάγκης ἀρχόντων ἀπαθῶς φέρειν τὸ πρᾶγμα; εἰ γὰρ ὁ αὐτὸς Θεός ἐστιν ὁ τῷ Μωϋσῇ συνεργήσας εἰς ἐλευθερίαν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ὑπακοὴν, τοῦ Φαραὼ ἀναφανδὸν βοῶντος· οὐκ οἶδα τὸν Θεὸν, καὶ τὸν Ἰσραὴλ οὐκ ἐξαποστελῶ· πῶς τοίνυν βοηθείας δεδέηται ἐπὶ Ἰωάννου τῆς τῶν ἐπιγείων ἀρχόντων; ὡς γηράσας, ἢ ὡς ἀτονήσας, ἢ ὡς ἀπορήσας; εἶτα ὁ τὰς μοιχείας τινῶν καὶ τὰς παιδεραστίας ἐπίφορα, καὶ γοητείας ἄλλων δημοσιεύσας, ἠπόρησεν ἔτι διελέγξαι τὸν Ἰωάννην; ἢ ἀνάπαλιν, ὁ τοῦδε τὴν γλῶσσαν συνάγχῃ ὀγκώσας μετ' ἐξομολο-

A dehonestare, de quibus prædixit Servator: [a] *Venient dies, in quibus putabunt, qui occiderint vos, obsequium se præstare Deo.* Neque videlicet de gentilibus dixit, quia dixisset, diis: qui plures, & non unum significant. Quod autem unum, & solum nominavit, ostendit eos, qui nunc Ecclesiæ prætextu nos deprædantur. Perversos namque mores suos, invidiamque occultantes, ejus curam se habere verbo simulant, quam factis labefactarunt. Sed etsi hoc simulabunt, rerum exitus ipsos redarguet, obsecutos esse ei, qui gloriatus est: [b] *Non movebor a generatione in generationem sine malo.* Nondum enim speciem novæ hæreseos invenerat, iniquitatis inventor, & pessimæ concupiscentiæ ex-

B cultor serpens, cum præpositos Ecclesiarum ad mutuas cædes efferavit, ambitione cathedræ & primæ sedis, per quam scissuram fecerunt. Si enim Spiritus Dei concordia esset inter Episcopos, & ut auctor criminis aut indignus sacerdotio, aut, ut Theophilus ait, superbiæ obnoxius, arceri debuisset Joannes: poterat omnipotens Dei sapientia jure, a sacerdotio illum arcere, aut modum invenire per quem sine tumultu & sine fletibus ejiceretur, scilicet aut morte, aut paralysi, aut amissione vocis, ut novimus aliquibus ex adversariis accidisse, & aliquos adhuc in eo esse, ut hæc patiantur. Ex quo autem tot & tanta Servatore indigna facta subsecuta sunt, ipse quidem non depositus est, sed

C in exsilium actus est. Evidens est diaboli esse opus, cujus regnum Joannis prædicatione destruebatur. Novi quidem sex Episcopos merito a Joanne depositos, ut sacerdotalis dignitatis emtores, de quibus superius dixi. Quis lachrymatus est? Cujus e naribus stillavit sanguis? Quæ aranei tela conscissa est? Quis domo sua pulsus est? Quis vel obolo mulctatus est? Quis vero Asiæ circulator, aut opifex, aut agricola, aut sutor, aut plebejus, gratanter non audiit quod acciderat pro vindicandis sacris legibus? accinens: [c] *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti.* Ubi enim Deus operatur, omnia fiunt in sapientia: ubi vero bonorum osor dæmon, similiter omnia in in-

D sipientia. Porro insipientiam res absurdæ sequuntur, invidiæ, cædes, jurgium, æmulatio, furores, rixæ, discordiæ, fragores, imperitorum conspiratio, magistratuum fervor, cruces, laterum abrasiones, tædæ, rivi sanguinum, intolerabiles mulctæ, publicationes bonorum, solutiones divinarum sanctionum, contemtus legum, pudoris & frugalitatis contemtus, orbis terrarum scissura, paratæ terra marique insidiæ navales, equestres, pedestresque machinæ ad impedimentum eorum qui veritatis caussa exsulant. Quomodo igitur audent dicere: Dei dispensatione Joannes ejectus est? Dicant autem mihi, qui ista personant: Nonne poterat omnipotens Dei sapientia invisibili, ut dixi, vir-

E tute, Joannem, si indignus fuisset, amovere; aut suadere aversariis sine interventu & viribus principum moderate rem ferre? Si enim idem Deus est, qui Moysi cooperatus est ad libertatem Israel, & obedientiam, Pharaone palam clamante: [d] *Non novi Deum, & Israel non dimittam*: quomodo igitur auxilio terrenorum principum indiguit in caussa Joannis? quasi senuerit, aut debilis factus sit, aut non potuerit. Deinde qui quorumdam adulteria, infandas libidines, atque aliorum præstigias publicaverit, non potuerit adhuc Joannem coarguere? Aut contra. Qui hujus linguam fecit

[a] Joan. XVI. 2. [b] Psal. IX. 6. [c] Psal. CXI. 6. [d] Exod. V. 2.

1. Georg. Ἰωάννου.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 401.



γήσεως ἐγγράφου, καὶ τὸν ἄλλον κλιμακτῆρι περιπεσεῖν συγχωρήσας θανατηφόρῳ, ἢ ταριχεύσας τόνδε μετὰ γενέσεως σκωλήκων ἄφωνον ἐπὶ κλίνης ἐνιαυτὸν παρ' ὀλίγον ὅλον, ἢ ὁ τὰς ἀπηρημένας ἐκδειματώσεις ἐπαγαγὼν ἑτέρῳ μετὰ τῆς συντρόφου ποδάγρας, ἢ ὁ τὰ σκέλη πρήσας, οὗ ἐβουλήθη, ἢ ὁ τόνδε δυσώδει θανάτῳ ἀναρπάσας θᾶττον, ὃν ἴσασι πάντες, ἠτόνησεν ἐπὶ Ἰωάννου, ὥς φατε, ἱεροσύλου ὄντος ἕν τι τούτων ἐνεργῆσαι, ἀλλ' ἐδεήθη τοῦ καὶ τοῦ, ἵνα ἀτιμάσας ἐξώσῃ τὸν Ἰωάννην, πλέον αὐτὸν ἐκ τούτου δοξάσας; ἀπατῶνται τοίνυν μὴ τὴν ἐντολὴν τοῦ λόγου [1]. ἱερόσυλος γὰρ κυρίως οὐχ ὁ χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ τὰ σηρῶν νήματα, σητῶν βρώματα, πτωχοῖς διανείμας, ἀλλ' ὁ ἀργυρίῳ, καὶ κολακείᾳ, καὶ τραπέζῃ ἀπεμπολῶν τὰ δόγματα, καὶ τοὺς θεσμοὺς τοῦ σωτῆρος. ἔπειτα ὁ λυμαινόμενος ἱερὸν ἄνδρα, βίῳ καὶ λόγῳ κεκοσμημένον, δι' οὗ ὁ σωτὴρ ὡς διὰ κρατῆρος, ἢ κειμηλίου ἐλογοπότει τοῖς ἐρασταῖς τοῦ λόγου τὰ πρόσφορα τῆς σωτηρίας. λεγέσθωσαν τοίνυν ἱερόσυλοι οὗτοι, οἱ συλαγωγήσαντες τὴν ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, τοιούτων στερήσαντες διδασκάλων, καὶ πωλοῦντες ἀργυρίῳ τὰς χειροτονίας. οὓς ἤδη μετελεύσεται ἡ θεία δίκη, εἰς ἐπανόρθωσιν τῆς αὐτῶν κακοπραγίας. εἰ γὰρ οἱ τὸν Μωσέως παραχαράξαντες νόμον διὰ τῆς ἄγαν ἀπροσεξίας, φραγελλίῳ ἐκβέβληνται τοῦ νεῶ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος, καὶ τοῦτο, [2] ὡς ἔνδον τὰς περιστερὰς πωλοῦντες. τί πείσονται ἄρα οἱ καπηλεύοντες τῆς νέας διαθήκης τὴν ἱερατείαν; ἢ τὸ ῥάβδῳ σιδηρᾷ συντριβῆναι ὑπὸ τοῦ ἀρχιποιμένος, καθὼς ὁ ἀπόστολος λέγει· ἀθετήσας τις νόμον Μωϋσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει; πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας; οἴδαμεν γὰρ τὸν εἰπόντα· ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος. φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος. ὁ δὲ τὸν ὅσιον τοῦτον, καὶ ἅγιον ποιμένα, καὶ τῆς δικαιοσύνης φωστῆρα δοξάσας Θεὸς, δώῃ ἡμῖν μέρος, καὶ κλῆρον εὑρεῖν σὺν αὐτῷ ἐν τῇ φοβερᾷ αὐτοῦ τῆς δικαιοκρισίας ἡμέρᾳ. ᾧ πρέπει δόξα, τιμὴ, μεγαλωσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A angina tumeſcere, ita ut ſcripto veritatem profiteri coactus fuerit, & alium permiſerit incidere in gradus, qui ipſi fuerunt morriferi, aut alium erumpentibus undique vermibus mutum in lecto maceraverit annum ferre integrum, aut alteri injecerit horrenda terricula cum familiari podagra, aut qui crura ſecuit cujus voluit, aut qui fœda morte cito eum rapuit, quem ſciunt omnes: hic in Joanne, ſacrilego, ut dicitis, aliquid horum patrare non valuit, ſed hoc & illo indiguit, ut Joannem cum ignominia expelleret, multo plus ex eo gloriæ ipſi conçilians? Errant igitur, vim verbi ejus neſcientes. Sacrilegus enim ille proprie eſt, non qui aurum, aut argentum, aut veſtes ſericas, tinearum B cibum, pauperibus elargitur: ſed qui pecunia, aut aſſentatione, aut epulis doctrinam Servatoris, & præcepta vendit. Deinde qui ſacrum virum vita & eloquentia ornatum divexat, per quem Servator, veluti per craterem, & vas pretioſum, verbi amatoribus adjumenta ſalutis propinabat. Illi igitur ſacrilegi dicantur, qui Apoſtolicam Eccleſiam deprædati ſunt, talibus eam Paſtoribus ſpoliantes, & ordinationes pecunia vendentes, ad quos jam jam perveniet divina juſtitia, ad emendationem ipſorum improbitatis. Si enim qui legem Moyſis adulterabant per nimiam negligentiam, e templo a Servatore ejecti ſunt cum flagello, & quidem e funiculis, quia intus columbas vendebant. Quid C illi nunc paſſuri ſunt, qui cauponantur novi Teſtamenti Sacerdotium, niſi ut a Paſtorum principe virga ferrea conterantur? Ut ait Apoſtolus: [a] *Qui violat legem Moyſis, abſque miſericordia ſub duobus aut tribus teſtibus moritur.* Quanto putatis acerbiore dignus cenſebitur pœna, qui Dei Filium conculcavit, & ſanguinem teſtamenti pollutum exiſtimavit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritum gratiæ contumelia affecit? Scimus enim, qui dicit: [b] *Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis.* Deus autem qui hunc pium & ſanctum Paſtorem, & juſtitiæ luminare glorificavit, det ipſe nobis partem & hereditatem cum illo invenire in tremendo juſti judicii ſui die. Cui competit gloria, honor, majeſtas, & magnificentia, Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

*a* Hebr. x. 28. *b* Rom. xII. 19. Hebr. x. 21.

1. Forte εἰδότες.

2. Καὶ τοῦτο addendum σχοινίου.

# S. CHROMATII

AQUILEJENSIS EPISCOPI

# TRACTATUS XVIII.

IN S. MATTHÆI EVANGELIUM.

# S. CHROMATII
## AQUILEJENSIS EPISCOPI
# TRACTATUS I.
## *In S. Matthæi Evangelium.*

I. DAT nobis, fratres, conventus hic populi & mercatus frequentia occasionem proponendi sermonis Evangelici. Solent enim sæcularia esse spiritualibus exempla, & terrestria imaginem præbere cælestibus. Nam Dominus ac Salvator frequenter admonet nos per terrestria de cælestibus, cum dicit: [a] *Simile est regnum cælorum reti misso in mare*. Vel certe: [b] *Simile est regnum cælorum homini negotianti, quærenti bonas margaritas*. Si ergo mercatus hanc ipse continet rationem, ut unusquisque pro utilitate sua aut vendat quæ sibi superflua sunt, aut emat quæ desunt; non incondite & ego proponam mercem, quam mihi commisit Dominus, prædicationem utique cælestem: siquidem me minimum quoque, etsi indignum, tamen de servis illis, quibus Dominus talenta distribuit ad negotiandum lucrumque faciendum, elegit. Nec sane deerunt mercatores, ubi per gratiam Dei tales ac tanti auditores. Magis autem necesse est, lucrum cæleste captari, ubi terrestre commodum non negligitur. Cupio, fratres carissimi, proponere vobis illas beatitudinum margaritas pretiosas ex sancto Evangelio: aperite itaque cordis vestri thesauros, emite, percipite avide, feliciter possidete. Dominus ac Deus noster unigenitus summi Patris, qui de Deo homo, de Domino magister dignatus est fieri, cum turbæ multæ ex diversis confluerent regionibus, assumtis Discipulis suis, id est, Apostolis suis: [c] *Ascendit in montem, & aperto ore suo docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*, &c. Gradus quosdam firmissimos ex lapidibus pretiosis sternit quodammodo Dominus Salvator; per quos sanctæ animæ & fideles repere possint & ascendere ad summum illud bonum, id est, regnum cælorum. Breviter igitur, fratres carissimi, qualitates graduum cupio demonstrare, vestra modo mens tota & anima sit intenta, quia non sunt parva quæ Dei sunt.

II. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Mirum principium, fratres, doctrinæ cælestis! non a terrore incipit, sed a beatitudine; non terrorem faciens, sed potius desiderium. Vice enim agonothetæ vel munerarii certatoribus in hoc stadio spiritali præmium grande proponit; ut dum aspiciunt præmium, nec labores timeant, nec pericula perhorrescant. *Beati* ergo *pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Non simpliciter, neque confuse beatos pauperes dixit, sed addidit, *pauperes spiritu.* Nec enim omnis paupertas felix est: quia fit sæpe ex necessitate, fit nonnumquam per pessimos mores, fit etiam ex indignatione divina. Beata ergo paupertas, est spiritalis: eorum scilicet hominum, qui spiritu & voluntate pauperes se faciunt propter Deum, renuntiando sæculi bonis, substantiam suam ultro erogando: quos merito *beatos* appellat, quia *pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum*: per voluntariam enim paupertatem cælestis regni divitias assequuntur. Deinde ait: [d] *Beati mites, quia ipsi possidebunt terram*. Mire, post primum gradum, secundus ostenditur: *Beati*, inquit, *mites, quia ipsi possidebunt terram*. Sed sicut impossibile est, extra ordinem secundo sistere gradu, nisi ascenderis primum; sic homo mitis esse non poterit, nisi prius pauper spiritu fuerit factus. Quomodo ergo inter divitias positus animus, inter curas, & solicitudines sæculares, ex quibus negotia, lites, provocationes, iræ, exacerbationes sine intermissione nascuntur: quomodo, inquam, inter hæc animus poterit esse mitis & lenis, nisi prius a se omnes caussas iracundiæ, occasionesque rixarum abrenuntiando præciderit? Non fit mare tranquillum, nisi cessaverint venti; non exstinguitur ignis, nisi materiam incendii spinarumque sarmenta detraxeris: Sic nec animus erit mitis & quietus, nisi ea quæ exsuscitant & inflammant, fuerint abdicata. Bene ergo gradus jungitur gradui, quia pauperes spiritu ipsi incipiunt jam esse mites.

III. Accedit & tertius: [e] *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*. Quis nobis iste luctus intelligendus est salutaris? utique non ille, qui ex rerum nascitur detrimentis, non qui ex amissione carorum, nec qui ex jactura sæcularium dignitatum: quæ utique omnia jam pauper factus spiritu non dolebit. Hic est luctus salutaris, qui agitur pro peccatis, pro recordatione divini judicii. Nam quia prius inter innumeras sæculi occupationes & asperitates animus constitutus, de se ipso cogitare non poterat; jam securus & mitis effectus, incipit se ipsum propius intueri, examinare actus suos diurnos atque nocturnos: & sic præteritorum criminum vulnera incipiunt apparere, & tunc luctus ac lacrymæ subsequuntur salutares, & adeo salubres, ut mox cælestis consolatio occurrat: verus enim qui dixit; *Beati qui lugent, quia ipsi consolabuntur*.

IV. Accedamus, fratres, ad quartum. [f] *Beati*, inquit, *qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur*. Vere enim post pœnitentiam, post luctus & lacrymas peccatorum, quæ alia nascitur esuries, & quæ sitis, nisi justitiæ? Sicut enim qui caliginem noctis emensus est, jam gestit proximam lucem; & qui choleram amaram digessit, escam concupiscit & potum: sic & mens hominis Christiani, postquam per luctus & lacrymas sua peccata digesserit, jam solam Dei justitiam esurit atque sitit: & merito, ejus quam desiderat, satietate gaudebit.

V. Occurrat & quintus gradus: [g] *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*.

a Matth. XIII. 47. b Ibid. ℣. 45. c Matth. V. 1-3. d Ibid. ℣. 4. e Ibid. ℣. 5. f Ibid. ℣. 6. g Ibid. ℣. 7.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 402.

Nemo alteri præstare poterit, nisi prius ipse sibi præstiterit. Postquam sibi ergo misericordiam impetravit, satietatemque justitiæ, incipit jam dolere de miseris, incipit jam pro aliis peccatoribus exorare: factus misericors in ipsos etiam inimicos, majorem sibi cumulum misericordiæ per hujusmodi pietatem in adventum Domini præparabit: ideo dicitur, [a] *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*.

VI. Adest ecce gradus sextus: [b] *Beati*, inquit, *mundo corde, quia ipsi Deum videbunt*. Plane jam mundo sunt corde, plane jam Deum videre poterunt, qui pauperes spiritu, qui mites, qui lamentati peccata, qui justitia refecti, qui misericordes, in adversariis quoque tam sincerum oculum cordis & lucidum gerunt, ut sine aliqua malitiæ lippitudine inaccessibilem Dei claritatem sine impedimento conspiciant. Munditia enim cordis, & conscientiæ puritas nullam nubem ad intuendum Dominum patietur.

VII. Sequitur fratres: [c] *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*. Magna dignitas paci studentium, cum filiorum Dei appellatione censetur. Bona quidem & hæc pacificatio quæ fit inter fratres, propter substantiam sæculi litigantes, aut propter vanam gloriam aut simultates: sed parva hæc merces; quia dixerat Dominus in exemplum nostri: [d] *Quis me constituit judicem aut divisorem super vos?* Jam enim præmiserat: [e] *ablata tua ne repetas*. Et alio loco: [f] *Quomodo potestis credere, gloriam ab invicem accipientes?* Potior ergo & sublimior pacificatio intelligenda est a nobis; illam dicam, qua homines gentiles qui inimici sunt Dei, per instantiam doctrinæ adducuntur ad pacem; qua peccatores emendantur, & Deo per pœnitentiam reconciliantur; qua rebelles hæretici corriguntur; qua Ecclesiæ discordantes ad unitatem pacemque formantur. Vere enim qui tales sunt pacifici, non solum beati sunt, sed digni merito filii Dei vocabuntur: ipsum enim Dei Filium Christum imitantes, qui [g] *pax nostra* & reconciliatio ab Apostolo prædicatus est, societatem nominis ejus sortiuntur.

VIII. [h] *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum*. Non est dubium, fratres, quia bono facto comes est semper invidia. Nam salva persecutorum crudelitate; ubi cœperis rigidam tenere justitiam, insolentiam repercutere, incredulos ad pacem Domini convocare; ubi cœperis denique a mundanis hominibus & erroneis discrepare, statim persecutiones oriuntur: necesse est surgant odia, æmulatio laceret. Sic denique ad illum summum gradum, ad ipsum caput atque fastigium, suos auditores adducit Christus, non tantum ut sustineant patiendo, sed etiam ut moriendo congaudeant.

IX. [i] *Beati*, inquit, *estis, cum vos persequun-*
A *tur, & exprobrant, & dicunt omne malum adversum vos, propter justitiam, mentientes: Gaudete & exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis: Sic enim persecuti sunt Prophetas qui fuerunt ante vos*. Perfecta virtus est, fratres, post totius justitiæ ministrationes, propter veritatem opprobria ab hominibus sustinere, affligi cruciatibus, morte denique affici, nec terreri, proposito nobis exemplo Prophetarum, qui diversis modis propter justitiam lacerati, passionum Christi conformes & præmii esse meruerunt. Hic gradus celsior est, in quo Christum Paullus aspiciens dicebat: [k] *Unum autem: quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea quæ in primo sunt me extendens, sector ad bravium su-*
B *pernæ vocationis Dei in Christo Jesu*. Et adhuc apertius ad Timotheum: [l] *Certamen*, inquit, *bonum certavi, cursum consummavi*. Quasi qui omnes gradus ascenderat, addidit: *Fidem servavi*: [m] *In reliquo reposita est mihi corona justitiæ*. Vere enim universo cursu completo hoc supererat, ut per tribulationes & passiones gaudens Paullus, ad gradum sublimiorem martyrii perveniret. Digne ergo Dominus servis suadet: [n] *Gaudete*, inquiens, *& exsultate, quia merces vestra copiosa est in cælis*: & crescere per incrementa persecutionem evidenter ostendit. Ostensi sunt, fratres, octo gradus evangelici, exstructi ex lapidibus, ut dixeram, pretiosis. Ostensa est illa scala Jacobi [o], cujus cacumen
C de terra pertingebat ad cælum, per quam qui ascendit, portam invenit cæli, ac per eam ingressus, sine fine in conspectu Domini lætus adstabit, laudaturus Dominum cum sanctis Angelis in æternum.

X. Hic noster mercatus, hæc nundina spiritualis. Demus, benedicti, quæ habemus: offeramus spiritus paupertatem, ut accipiamus secundum promissionem regni cælestis ubertatem: offeramus mansuetudinem, ut terram possideamus & paradisum: defleamus peccata & nostra & aliena, ut consolationem de Domini bonitate mereamur: esuriamus & sitiamus justitiam, ut copiosius saginemur: de-
D mus misericordiam, ut veram misericordiam consequamur: vivamus pacifici, ut filii Dei vocemur: mundum cor & castum corpus offeramus, ut lucido sensu Deum videre possimus: persecutiones propter justitiam minime timeamus, ut cælestis regni efficiamur heredes: opprobria, cruciatus, mortem denique si eveniat, propter Dei veritatem gaudentes amplectamur & læti, ut merces nobis cum Prophetis & Apostolis copiosa præstetur in cælo. Ut autem verbis finis cum præfatione concordet: si est gaudium mercatoribus propter lucra præsentia & caduca, magis gaudeamus omnes pariter & lætemur, quia tales Domini hodie invenimus margaritas, quibus nulla possint bona sæculi compara-
E ri. Quas ut acquirere, obtinere, possidere mereamur, auxilium nobis & gratia cum virtute, ab ipso Domino postulanda est, cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

*a* Matth. V. 7. *b* Ibid. ℣. 8. *c* Ibid. ℣. 9. *d* Luc. XII. 14. *e* Luc. VI. 30. *f* Joan. V. 44. *g* Ephes. II. 14. *h* Matth. V. 10. *i* Ibid. ℣. 11. *k* Philipp. III. 13. 14. *l* II. Tim. IV. 7. *m* Ibid. ℣. 8. *n* Matth. V. 12. *o* Gen. XXVIII. 12.



# TRACTATUS II.


I. [a] *Videns autem*, inquit, *turbas Jesus, ascendit in montem: & sedente eo accesserunt ad eum discipuli ejus, & aperiens os suum, docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum*, & cetera quæ sequuntur. De terrenis & humilibus ad alta & excelsa discipulos suos Dominus ducturus, montem conscendit: & quidem Oliveti, ut per ipsius vocabuli significationem, divinæ misericordiæ suæ munus ostenderet. Ascendit igitur Dominus in montem, ut discipulis suis terrena jam relinquentibus & superna petentibus, velut in alto jam positis, præcepta traderet cælestium mandatorum: & provisas olim benedictiones divino munere largiretur, secundum quod David ante testatus fuerat, dicendo: [b] *Etenim benedictionem dabit qui legem dedit*. Et ut apertius & gratiam Apostolorum, & auctorem tantæ hujus benedictionis ostenderet, addidit, dicens: *Ambulabunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion*: Filius scilicet Dei, qui in Sion Apostolis benedictiones donavit. Idem enim in hoc monte benedictiones Apostolis dedit, qui jamdudum in monte Sina Moysi legem tradiderat, probans se esse utriusque legis auctorem, secundum quod per Hieremiam ipse Dominus manifestat dicendo: [c] *Et dabo illis testamentum novum: non tale quale jam dudum dedi patribus eorum, cum educerem eos de terra Ægypti: sed hoc est testamentum quod dabo illis: scribam leges meas in cordibus eorum, & in sensu eorum scribam illas*. Et jam dudum quidem cum lex daretur, juxta montem populus prohibebatur accedere [d]: nunc Domino dicente in monte nemo prohibetur; immo potius omnes invitantur ut audiant: quia in lege severitas est, in Evangelio gratia: illic terror incredulis incutitur, heic credentibus benedictionum munus infunditur. Si vis ergo & tu benedictionem a Domino accipere: relinque terrenam conversationem, pete vitam supernam: ascende in altitudinem fidei tamquam montem, ut benedici jure a Domino merearis. Sed quæ jam ipsa verba benedictionum sint, videamus.

II. *Beati*, inquit, *pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum*. Plures quidem novimus pauperes: sed non quia tantum pauperes, idcirco beatos: quia unumquemque nostrum non necessitas paupertatis facit esse beatum, sed fides devotæ paupertatis. Nam multos scimus egere quidem sæculi facultate, nihilominus tamen a peccatis non desinere, atque a fide Dei esse alienos; quos utique manifestum est beatos dici non posse. Et ideo debemus requirere qui isti beati sint, de quibus ait Dominus: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum*. Hos utique pauperes significat esse beatos, qui contemtis mundi divitiis, spretaque sæculi facultate ut Deo fierent divites, mundo esse pauperes voluerunt. Hi tales pauperes quidem sæculo videntur, sed Deo divites sunt, egentes sæculo, sed Christo locupletes. Cujus beatæ paupertatis exemplum nobis primi in se Apostoli præbuerunt: qui contemta omni facultate, statim sequuti Domini vocem, ipsius esse discipuli meruerunt. Hos tales pauperes etiam Apo- A stolorum temporibus invenimus, qui primi credentes, universis rebus suis possessionibusque distractis, sub hac devota paupertate Domini divitias quæsierunt. Unde & Apostolus in tali paupertate divitias inesse cælestes ostendit, dicens: [e] *Tamquam nihil habentes, & omnia possidentes*. Inde denique Petrus, cum ascendens in templum a claudo eleemosyna peteretur: [f] *Argentum & aurum non est mihi; quod autem habeo hoc tibi do; In nomine Domini nostri Jesu Christi surge & ambula*. O vere beata paupertas: quæ cum nihil de mundi facultate habeat, tantum de cælo largitur! Non dat quidem argentum vel aurum, sed quod plus est divitiis omnibus, reddit corporis sanitatem. Imaginem B Cæsaris in nummo quam daret non habuit: sed Christi imaginem in homine reformavit. De hujusmodi pauperibus in præsenti loco Dominus loquitur, de quibus & David multis locis testatur dicendo: [g] *Edent pauperes, & saturabuntur, & vivet cor eorum in sæculum sæculi*. Et iterum: [h] *Judicabit pauperes populi, & salvos faciet filios pauperum*. [i] *Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum*. Talium ergo pauperum Dominus docet esse regnum cælorum, qui se caussa religionis ac fidei sæculo pauperaverunt, ut locupletem sanctum Spiritum possiderent. Vel certe beatos pauperes dicit, qui nulla superbia diaboli inflantur, nulla ambitione sæculi extolluntur, sed humilita- C tem spiritus cum fidei devotione custodiunt. Unde dicitur a David in Psalmo: [k] *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non* spernit. Tales ergo pauperes spiritu beati sunt apud Deum.

III. Deinde ait: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*. Sicut de pauperibus superius, ita & heic de lugentibus loquitur: non eos beatos appellans qui aut dilectæ alicujus conjugis orbitatem, aut amissionem carorum pignorum filiorumque graviter lugent; sed eos potius beatos esse significat; qui aut propria commissa peccata jugi lacrymarum fletu expiare contendunt, aut qui pio legis affectu D iniquitatem sæculi ac peccantium delicta lugere non desinunt. His ergo tam sancte lugentibus non immerito a Domino consolatio exsultationis æternæ promittitur. Eam denique David sanctus exspectans, etiam stratum suum jugi lacrymarum fletu rigavit, dicendo: [l] *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo*. Et iterum: [m] *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Ubi est Deus tuus?* Et iterum: [n] *Quia cinerem sicut panem manducabam, & potum meum cum fletu temperabam*. Et iterum: [o] *Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis in lacrymis in mensura*. Vis autem scire pium luctum sanctorum? Audi dictum de Samuele E propheta [p], quia usque ad diem mortis ejus luxerit regem Saulem. Hieremias quoque cum populi peccata defleret, ita ait: [q] *Ut flumina aquarum transierunt oculi mei, super contritionem plebis meæ*. Et iterum: [r] *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo hanc plebem die ac nocte?* Daniel etiam gravi luctu pro populi peccatis afficitur, secundum quod ipse testa-

a Matth. V. 1. 2. b Psalm. LXXXIII. 8. c Jer. XXXI. 31. 32. d Exod. XIX. 21. e II. Cor. VI. 10. f Act. III. 6. g Psalm. XXI. 27. h Psalm. LXXI. 4. i Psalm. XXXIII. 7. k Psalm. L. 19. l Psalm. VI. 7. m Psalm. XLI. 4. n Psalm. CI. 10. o Psalm. LXXIX. 6. p I. Reg. XV. 35. q Thren. III. 48. r Jer. IX. 1.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 402.



tur dicens: [a] *Et eram*, inquit, *lugens tribus hebdomadis dierum, panem non manducans, & vinum non bibens*. Sanctus quoque Apostolus quosdam Corinthiorum luctu simili deflet dicendo: [b] *Et veniam ad vos, ut lugeam multos ex his qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam in immunditia quam gesserunt, & fornicatione*. Hujusmodi ergo luctum Dominus perpetui gaudii consolatione compensat, secundum quod Isaias retulit, dicens: [c] *Date his qui lugent Sion, gloriam pro cinere: unctionem lætitiæ lugentibus: pro spiritu mæstitiæ amictum gloriæ*. David ait: [d] *Convertisti planctum meum in gaudium mibi, disrupisti saccum meum & præcinxisti me lætitia*.

IV. Deinde ait: *Beati mites, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram*. Diversæ sunt gratiæ promissionum divinarum, quia diversi gradus meritorum. Ait ergo: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*. Mites sunt homines mansueti, humiles & modesti, in fide simplices, & ad omnem injuriam patientes; qui præceptis evangelicis instituti, Dominicæ mansuetudinis imitantur exemplum, qui ait in Evangelio: [e] *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde*. Denique Moyses jam dudum idcirco maximam gratiam apud Deum habuit, quia mitis erat. Hoc enim de eo scriptum est: [f] *Et erat Moyses mansuetus præ omnibus qui erant super terram*. Unde David in Psalmo ait: [g] *Memento Domine David & omnis mansuetudinis ejus*. Hujusmodi ergo mites beatos ostendit, quibus non in præsenti vita, sed in futura possessionem terræ illius felicis repromisit, de qua dictum legimus in Psalmo: [h] *Mansueti autem possidebunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis*. Et iterum: [i] *Qui exspectant Dominum, ipsi hereditate possidebunt terram*. De qua & per Salomonem Spiritus sanctus testatur, dicens: [k] *Quoniam recti habitabunt in terra, & sancti habitabunt in ea*. Hos ergo mites Dominus beatos ostendit, qui lenitatem mansuetudinis dominicæ sequentes, beatæ illius terræ hereditate perpetua possessione fruentur. Maxime tamen de terra nostri corporis loquitur in qua Sancti transfigurati in gloriam, secundum Apostolum æterna felicitate regnabunt.

V. Deinde ait: *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur*. Non facili desiderio, nec levi cupiditatis ardore expetendam a nobis esse justitiam docuit. Siquidem hos beatos esse significat, qui ad eam consequendam, esuriendi ac sitiendi modo interni desiderii cupiditatibus inardescunt: quia si eam unusquisque nostrum esuriens ac sitiens desiderio concupiscat, non potest aliud semper, quam justitiam cogitare, justitiam quærere: quia esuriens ac sitiens necesse est, id quod sitit atque esurit, concupiscat. Merito igitur his taliter esurientibus ac sitientibus eum qui panis cælestis ac fons aquæ vivæ est, satietatem refectionis illius perpetuæ repromittit, dicendo: *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur*. Illam utique justitiam fidei, quæ Dei & Christi est, de qua & Apostolus retulit: [l] *Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum*. Vel certe ipsum Dominum ac Salvatorem nostrum, qui nobis secundum Apostolum: [m] *Et justitia, & sanctificatio, & redemtio factus est*: cujus desiderio velut cibi ac potus modo beati semper exæstuant, secundum quod ipse Dominus per Salomonem testatur, dicens ex persona Sapientiæ: [n] *Qui me manducant, adbuc esurient: & qui me bibunt, adbuc sitient*. Hanc ergo justitiam etiam nos semper esurire ac sitire debemus, ut saturari cibo refectionis perpetuæ mereamur. Bene autem cum additamento dictum est in loco præsenti: *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur*: quia qui non justitiam, sed injustitiam esuriunt, scilicet qui aurum & argentum desiderant, qui divitias vel honores sæculi concupiscunt, & qui numquam terrenis opibus vel carnis desideriis satiantur, ii tales non beati, sed infelices sunt, quia eis non spes promissæ gloriæ, sed damnationis pœna debetur.

VI. Deinde ait: *Beati misericordes, quoniam ipsis miserebitur Deus*. Plurimis quidem testimoniis, tam in veteri testamento quam etiam in novo, ad faciendam misericordiam a Domino provocamur: sed ad compendium fidei arbitramur satis superque sufficere id, quod in præsenti loco ipse Dominus propria voce depromit, dicendo: *Beati misericordes, quoniam ipsis miserebitur Deus*. Dominus misericordiarum misericordes dicit esse beatos, ostendens unumquemque misericordiam Dei promereri non posse nisi & ipse misericors fuerit. Unde & alio loco ait: [o] *Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester qui est in cælis, misericors est*. Deinde ait: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Hos mundo corde esse significat, qui deposita sorde peccati, ab omni se carnis inquinamento purgaverint, & per opera fidei atque justitiæ Deo placuerint, secundum quod David in Psalmo testatur dicens: [p] *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam*. Merito & David sciens Deum non nisi mundo corde posse videri, ita in Psalmo precatur dicens: [q] *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis*. Hujusmodi ergo mundo corde Dominus beatos esse ostendit, qui pura mente & integra conscientia sub fide Domini viventes, Deum gloriæ in futuro cælesti regno conspicere merebuntur: [r] *Non jam per speculum & in ænigmate, sed faciè ad faciem*, ut Apostolus retulit. Modo enim licet oculis fidei Deum contemplemur, claritatem tamen ejus præ infirmitate carnis videre non possumus: tunc autem videbimus eum, accepta immortalitate in cælestem gloriam transformati, cum immortalem Deum immortalibus oculis conspicere cœperimus: & tunc vere implebitur in nobis illud quod scriptum est: [s] *Sicut audivimus, ita & vidimus in civitate Domini virtutum*. Non immerito idem David cum futuri temporis gloriam ostenderet in qua sancti cum Deo habitabunt, ita retulit: [t] *Attamen justi confitebuntur tibi, & habitabunt recti cum facie tua*.

VII. Deinde ait: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*. Pacifici sunt, qui a dissensionis & discordiæ scandalo separati, dilectionem caritatis fraternæ, & pacem Ecclesiæ sub catholicæ fidei unitate custodiunt: quam pacem tuendam disci-

*a* Dan. X. 3. *b* II. Cor. XII. 21. *c* Isa. LXI. 3. *d* Psalm. XXIX. 12. *e* Matth. XI. 29. *f* Num. XII. 3. *g* Psalm. CXXXI. 1. *h* Psalm. XXXVIII. 11. *i* Psalm. LXVIII. 36. *k* Prov. II. 21. *l* Rom. III. 20. *m* I. Cor. I. 30. *n* Eccli. XXIV. 29. *o* Luc. VI. 36. *p* Psalm. XXIII. 3. 4. *q* Psalm. L. 12. *r* I. Cor. XIII. 12. *s* Psalm. XLVII. 9. *t* Psalm. CXXXIX. 14.

pulis suis Dominus in Evangelio peculiariter commendat, dicendo: [a] *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*. Quam pacem Dominum Ecclesiæ suæ daturum David ante testatus est, dicens: [b] *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui convertuntur ad ipsum*. De qua pace custodienda & Apostolus commonet, dicens: [c] *In omnibus servantes unitatem spiritus cum vinculo pacis*. Et iterum: [d] *Pax Dei quæ superat omnem intellectum, custodiat corda vestra & corpora vestra a malo*. Nihil enim tam necessarium servis Dei, tam salutare Ecclesiæ, quam caritatem servare, quam pacem diligere, sine qua Deum videri non posse, ad Hebræos Apostolus docet, dicendo: [e] *Ante omnia diligite pacem, sine qua nullus nostrum Deum videre poterit*. Unde omni studio ac devotione pacem Ecclesiæ servare nos convenit, & eos qui a pace dissentiunt, ac Ecclesiæ caritatem, quantum in nobis est, pacis ac fidei studio revocare, exemplo Prophetæ qui ait: [f] *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus; cum loquebar illis impugnabant me gratis*. Merito & in Evangelio in exsultatione Angelorum nativitatem Domini nuntiantium, hæc vox sancta reperitur: [g] *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. De qua pace & David retulit: [h] *Pax*, inquit, *multa est diligentibus te, & non est illis scandalum*. Et Isaias similiter: [i] *Et ponam in multa pace filios tuos, & in æquitate ædificaberis*. Si enim ad hoc Filius Dei carnem suscipere & pati dignatus est, ut [k] pacificaret nos Deo per sanguinem crucis suæ; utique, secundum quod Apostolus retulit, per omnia pacifici esse debemus, ut vere [l] ipsum Deum pacis in nobis habere mereamur; hoc enim scriptum est: [m] *Factus est in pace locus ejus, & habitatio ejus in Sion*. Et sic vere non solum filii Dei erimus, sed & [n] *heredes Dei, coheredes autem Christi*. Hoc enim Apostolus retu-

A lit: *Si filii*, inquit, *Dei*, & *heredes Dei, coheredes autem Christi*.

VIII. Deinde ait: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum*. Non immerito esuriendam ac sitiendam justitiam Dominus superius memoravit: cujus desiderio in tantum sitire nos decet, ut propter eam & persecutionem mundi, & pœnas corporis, & ipsam mortem contemnere debeamus. In qua significatione martyres maxime declarantur, qui propter justitiam, fidem & nomen Christi persecutiones in sæculo sustinent, quibus spes magna promittitur, id est possessio regni cælorum. Cujus bea-
B titudinis Apostoli principes exstiterunt, & omnes justi qui propter justitiam legis diversis persecutionibus afflicti, merito fidei suæ ad regna cælestia pervenerunt.

IX. Deinde ait: *Beati eritis cum vos persecuti fuerint homines, & exprobrabunt, & dicent omne malum contra vos. Gaudete in illa die & exsultate: dico enim vobis, quia merces vestra multa est in cælis: Sic enim faciebant & Prophetis patres eorum*. Omnia quæ tempore persecutionis propter nomen Christi adversus justos persecutorum excogitare potest infanda perfidia, vel diversa opprobria ingerere, vel corpori pœnas inferre; non so-
C lum patienter ferre debemus, sed etiam cum gaudio exsultationis accipere, propter futuram gloriam. Hoc enim ait: *Gaudete in illa die & exsultate: dico vobis, quia merces vestra multa est in cælis*. Quam gloriosa est persecutionis hujus tolerantia, cujus mercedem Dominus repositam esse dicit in cælis! Et idcirco propositæ gloriæ præmium considerantes, ad omnem tolerantiam passionis devota fide parati esse debemus: ut consortes gloriæ Prophetarum atque Apostolorum effici mereamur, per Christum Dominum nostrum qui est benedictus in sæcula.

## TRACTATUS III.


I. Deinde ait: [o] *Vos estis sal terræ; sed si sal terræ infatuatum fuerit, ad nihilum valet, nisi ut projiciatur foras & conculcetur ab hominibus*. Dominus Apostolos suos sal terræ cognominat. Et videamus quid sub hujus vocabuli comparatione de Apostolis suis Dominus velit intelligi. Quod ut plenius possimus advertere, primum solicite requirendum est, quid hoc sal sit, & cujus terræ, & in quam deinde rem utilitatemque proficiat. Jam etiam salis ipsius naturam usumque tractare debemus, ut his cognitis, dominici dicti virtutem spiritali intelligentia facilius assequamur. Natura igitur salis per aquam, per calorem solis, per flatum venti constat; & ex eo quod fuit, in aliam speciem generatur. Sic & Apostoli atque omnes credentes, per aquam baptismi, per fidem Christi (qui in comparatione sol justitiæ dictus est) & per inspirationem sancti Spiritus Deo renati, ex terrena in cælestem nativitatem transierunt. Unde non immerito sancti Apostoli sal terræ a Domino nuncupantur. Et cujus terræ? promtum est noscere: id est terræ corporis nostri, quam dudum insipientem ac sensu vanitatis insulsam, evangelicæ prædicationis sapientia salierunt. Ipsi enim sal ter-

D ræ nostræ facti sunt, quia per ipsos & verba sapientiæ accepimus, & per cælestem nativitatem in spiritalem sumus demutati naturam. Sicut igitur sal hoc, id est, sal terræ indiscrete omnibus opus est, id est, regibus ac potentibus, divitibus & pauperibus, servis ac dominis; sic & cælestis sapientiæ verbum quod per Apostolos prædicatum est, necessarium est cunctis ad vitam. [p] *Omnes enim*, secundum Apostolum, *egent gratia Dei*. Quia sicut præsentem hanc vitam non sine salis usu habemus: ita quoque illam vitam æternam, sine dono sapientiæ divinæ adipisci non possumus.

II. Sed quia de natura vel gratia salis secundum
E intelligentiam spiritualem jam superius dictum est, nunc quoque de ipsa salis virtute tractemus. *Vos ergo*, inquit, *estis sal terræ*. Itaque sicut sal cum operatur in carne qualibet, corruptelam non admittit, fœtores aufert, sordes expurgat, vermes non finit generari; ita & cælestis gratia ac fides quæ per Apostolos data est, simili exemplo in nobis operatur. Aufert enim carnalis concupiscentiæ corruptelam, peccatorum sordes expurgat, odorem malæ conversationis excludit, vermes delictorum

a Joan. xiv. 27. b Psalm. lxxxiv. 9. c Ephes. iv. 3. d Philipp. iv. 7. e Heb. xii. 14. f Psalm. cxix. 7. g Luc. II. 14. h Psalm. cxviii. 165. i Isa. liv. 13. k Coloss. I. 20. l Rom. xv. 33. m Psalm. lxxv. 3. n Rom. viii. 17. o Matth. V. 13. p Rom. III. 23.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 402.



non finit generari, id est, de corpore libidinosas A & mortiferas voluptates exsurgere: conservans corpora nostra etiam ab illo immortali verme, qui indefessa pœna peccatores excruciat, de quo scriptum est: [a] *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*. Et ficuti sales a foris quidem apponuntur, intrinsecus vero operantur per virtutem naturæ suæ, ita & cælestis gratia exteriora hominis atque interiora perpenetrat, & totum hominem integrum a peccato incorruptumque conservat. Hos autem Deo dignos esse, qui sale cælestis sapientiæ condiuntur, etiam dudum præcedente figura legis ostensum est [b], quia omne sacrificium offerendum Deo, sale saliebatur. Quod ipsum Evangelista commemoravit dicendo: [c] *Omne*, inquit, *sacrificium sale salietur:* ostendens eum hominem dignum vere sacrificium Deo fieri, qui cælestis sapientiæ virtute esset infusus. Unde non immerito cum per Ezechielem prophetam Dominus Jerusalem, immo potius Synagogam, increparet, inter cetera ait: [d] *Aqua non est lota, neque sale salita:* prænuntians, quia neque per gratiam baptismi salutaris ad abluenda peccata sua acceptura erat, neque fidem cælestis sapientiæ susceptura. Si quis itaque hoc cælesti sale usus fuerit, condietur; qui autem noluerit, infatuabitur. Non immerito & Apostolus [e] sermonem nostrum semper gratiæ sale conditum esse debere commonuit.

III. Adhuc hujus salis gratiam ac virtutem etiam in libris Regnorum invenimus præostensam. Cum [f] in Hiericho essent aquæ malignæ quæ steriles faciebant, peritus est sanctus Elisæus propheta, ut iisdem aquis remedium salutare præberet. Tunc sanctus Elisæus cælestis mysterii non ignarus, dixit afferri sibi vas fictile, & mitti in eo salem. Et venit, & misit salem ad exitus aquarum; & sic sanata sterilis natura aquarum, in fecunditatem mutata est: quod in sacramentum futuræ veritatis gestum, manifesta ratione cognoscimus. Nam per aquas gentes significari evidenter Apocalypsis retulit dicendo: [g] *Aquæ quas vidisti, populi, & gentes, & turbæ, & nationes sunt*. Quæ aliter sanari, vel remedium salutare accipere non poterant: nisi sal in vas fictile mitteretur, id est Dei sapientia humanum corpus acciperet. Quæ postquam ad exitus aquarum, id est ad exitum mortis humanæ, salutis nostræ caussa pervenit; tunc omnium credentium natura quæ a fructu seminis sterilis erat, in fidei ac justitiæ fecunditatem mutata est. Unde non immerito Dominus Apostolos suos sal terræ appellat, quos divina, ex se, & cælesti sapientia replevit. Sic autem eos sal terræ esse testatus est; sicut & lucem mundi. Nam cum ipse lucem mundi se esse professus sit [h], tamen etiam discipulos suos hoc nomine voluit nuncupare, non auferens sibi quod suum est lumen, sed largiens: quia lumen verum & æternum quod suum est, sine aliquo detrimento propriæ naturæ largitur. Scimus sane nonnullos sales de terra generari: sed & hæc similitudo congruit Apostolorum personæ. Quia quamvis nati de terra humani corporis viderentur, aliud tamen per fidem Christi esse jam cœperant; ut non jam terra, sed sal terræ haberentur; quia de carnalibus facti sunt spiritales, idonei qui fide possent condire insulsa corda credentium.

B IV. *Vos ergo*, inquit, *estis sal terræ: si autem sal infatuatum fuerit, in quo condietur? ad nihilum valet, nisi ut projiciatur foras & conculcetur ab hominibus*. Infatuari autem eos ostendit, qui cum semel per fidem & sapientiam cælestem eruditi, fideles ac stabiles debeant permanere; relicta fide & sapientia divina, aut in hæresim ruunt, aut ad stultitiam gentilium redeunt. Et idcirco ait, *si autem sal infatuatum fuerit, in quo condietur?* Quia infatuati fraude diaboli hujusmodi homines, amissa fidei gratia, evanescunt. Qui cum potuissent etiam alios non credentes, adhuc a fide alienos divinæ prædicationis verbo condire, etiam sibi inutiles extiterunt. C Denique Judas Iscariotes de hujusmodi salibus fuerat: sed postea quam divinam sapientiam reprobavit, & de Apostolo apostata factus est: non solum aliis prodesse non potuit, sed & sibi miser & inutilis factus est. Et ideo addidit Dominus dicens: *ad nihilum valet, nisi ut projiciatur foras & conculcetur ab hominibus:* quia hujusmodi, jam non fideles ac domestici; sed projecti ab Ecclesia, ut extranei & fidei hostes habendi sunt. Unde & Judas de domestico fidei, inimicus factus est veritatis. Projecti itaque hujusmodi extra Ecclesiam, necesse est, ut diversis vitiis carnis & variis voluptatibus sæculi conculcentur: & hoc est quod ait: *ad nihilum valet, nisi ut projiciatur foras & conculcetur ab hominibus*. D Quid sit autem conculcari ab hominibus, etiam Salomon in libro suo retulit, cum de muliere meretrice loqueretur: [i] *Mulier*, inquit, *fornicaria, quasi stercus in via ab hominibus prætereuntibus conculcatur*. Quia igitur conditi jam sale apostolico sumus, in tali ac tanto condimento gratiæ spiritualis permanere debemus, ut ipsi quoque sal terræ nuncupari a Christo Domino nostro mereamur, qui est benedictus in sæcula, Amen.

## TRACTATUS IV.

I. Deinde ait: [k] *Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi super montem posita, neque accendunt lucernam ut ponant eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt*. Sal terræ Dominus discipulos suos appellavit: quia infatuata a diabolo corda humani generis, per cælestem sapientiam condierunt. Nunc quoque lumen mundi eos nuncupat, quia a se ipso qui verum & æternum lumen est, illuminati; ipsi quoque lumen facti sunt tenebrarum. Nam quia ipse sol justitiæ est; non immerito etiam discipulos suos lumen mundi cognominat; quia per ipsos quasi per E quosdam micantes radios, universo orbi cognitionis suæ lumen infudit: fugaverunt enim a cordibus hominum tenebras erroris, luce veritatis ostensa. Per ipsos namque illuminati etiam nos, ex tenebris lumen sumus effecti, dicente Apostolo: [l] *Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: sicut filii lucis ambulate*. Et iterum: [m] *Non estis filii noctis neque tenebrarum, sed estis filii luminis & filii diei*. Merito & sanctus Joannes in epistola sua testatus est, dicens: [n] *Deus lux est*, & qui manet in Deo, in lumine est sicut & ipse est in lumine. Unde quia tenebris erroris liberatos nos

*a* Marc. IX. 43. 45. 47. Isa. LXVI. 24. *b* Lev. II. 13. *c* Marc. IX. 48. *d* Ezech. XVI. 4. *e* Coloss. IV. 6. *f* IV. Reg. II. *g* Apoc. XVII. 15. *h* Joan. VIII. 12. *i* Eccli. IX. 10. *k* Matth. V. 14. 15. *l* Ephes. V. 8. 9. *m* I. Thess. V. 5. *n* I. Joan. I. 5.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 402.

esse gaudemus, semper quasi filii lucis in lumine ambulare debemus.

II. Et addidit: [a] *Non potest*, inquit, *civitas abscondi supra montem posita*. Civitatem heic Ecclesiam significat, de qua multis locis divinæ Scripturæ testantur, & de qua David maxime loquitur, dicens: [b] *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei*. Et iterum: [c] *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei*. Et iterum: [d] *Sicut audivimus, ita & vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: Deus fundavit eam in æternum*. Et ut manifeste se de hac civitate loqui Spiritus sanctus ostenderet, etiam montis ipsius fecit mentionem, dicendo: *In civitate Dei nostri, in monte sancto ejus*. De qua per Isaiam Dominus loquitur, dicens: [e] *Ecce ego præparabo tibi carbunculum lapidem, & fundamenta tua sapphyrum, & propugnacula tua jaspidem, & portas tuas lapidem chrystallum, & circuitum tuum lapides electos, & omnes filios tuos docibiles Dei*. Et multa similia quæ prætermisimus, ne tædium legentibus faceremus; maxime cum hæc quæ dicta sunt, ad probationem civitatis hujus satis abundeque sufficiant. Civitatem ergo supra montem positam, Ecclesiam ostendit, supra fidem Domini ac Salvatoris nostri in cælesti gloria constitutam; quæ actu spiritali omnem [1] humiditatem terrenæ infirmitatis excedens, universo mundo conspicua facta est gloriosa; quæ jam non per annuntiationem legis obumbratur, sed per evangelicam doctrinam aperta prædicatione conspicitur.

III. Et addidit: [f] *Neque enim accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt*. Videamus itaque & hujus dicti dominici rationem. Scimus lucernam ad hoc accendi, ut non modio aut aliquo operimento tegatur; quod si fiat, usus ejus nulli rei proderit: sed ideo accenditur in candelabro, ut in edito loco posita cæcitatem obscuræ noctis abjiciat, & lucis suæ usum in domo constitutis impertiat. Quod ideo Dominus commemorat, quo sciremus, & nos idcirco gratia fidei accensos, & luce spiritus illuminatos, ut & ipsi per opera fidei atque justitiæ velut lucerna spiritualiter luceremus; & hos qui in tenebris erroris sunt positi, ignorantiæ nocte depulsa, veritatis ipsius lumine illustraremus. Unde Apostolus ait: [g] *Inter quos lucetis sicut luminaria in hoc mundo, verba vitæ continentes*. Quod si non faciamus, videbimur tam necessarii luminis utilitatem ad damnum tam nostrum quam aliorum infidelitate nostra quodam velamine obtegere & obumbrare. Quapropter & illum [h] qui talentum ad lucrum cælestis negotiationis acceptum abscondere magis voluit quam ad mensam nummulariis dare, debitam pœnam incurrisse scimus & legimus.

IV. Et idcirco lucerna illa spiritualis, quæ ad usum salutis nostræ accensa est, semper lucere debet in nobis. Habemus enim lucernam cælestis mandati, & gratiæ spiritalis, de qua David retulit: [i] *Mandatum tuum lucerna pedibus meis, & lux semitis meis*. De qua & Salomon ait: [k] *Quoniam lucerna est præceptum legis*. De qua per Sophoniam quoque prophetam Dominus testatur: [l] *Et scrutabor Jerusalem cum lucerna*. In hac enim lucerna inextinguibile legis ac gratiæ suæ lumen ostendit, quod non aliquo cæcæ mentis velamine operiendum est vel obscurandum, ut Judæi vel hæretici faciunt, qui perspicuam lucem prædicationis divinæ pravis interpretationibus obtegere & occultare nituntur, pro fide perfidiam prædicando, & lumen veritatis, erroris tenebris obvelando. Unde lucerna hæc legis ac fidei non occultanda nobis est, sed ad salutem multorum semper in Ecclesia, velut in candelabro constituenda; ut veritatis ipsius luce & nos fruamur, & omnes credentes illuminentur. Ad cujus luminis contemplationem etiam per Isaiam nos sanctus Spiritus adhortatur dicendo: [m] *Venite, ambulemus in luce Domini. Dimisit enim populum suum domus Israel*. De qua luce & beatus Petrus in Epistola sua testatus est dicens: [n] *Qui eripuit nos de tenebris, & advocavit nos in admirabilem lucem*. Unde & Zacharias propheta, ut spiritalis hujus luminis & cælestis candelabri quod in figura Ecclesiæ ostensum est, manifestaret mysteria, inter cetera quæ ei pro merito prophetiæ monstrata sunt, etiam [o] candelabrum aureum cum lampadibus suis se vidisse testatus est. Nam [p] & in tabernaculo testimonii ad futuræ veritatis exemplum candelabrum cum lucernis indefesso lumine populo lucebat. Cujus rei ratio Judæis quidem occulta est, sicuti & omnia sacramenta legis, sed nobis jam manifesta. Scimus enim in candelabro illo typum veri & æterni luminis ostensum: id est, Spiritus sancti, qui per multiformem gratiam omne Ecclesiæ corpus semper illuminat. Unde & Dominus in Evangelio inter cetera, discipulos suos, ut lucernas in manibus ardentes habeant, adhortatur, dicendo: [q] *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes*. Quod utique Dominum præcepisse non corporali sensu, sed ratione spiritali intelligendum est. Nam quia in lucerna mandatum Dei sive lumen legis significatur; idcirco lucernam in manibus portare jubemur, ut illuminati gratia Spiritus sancti, operibus justitiæ ac fidei luceamus, secundum quod Salomon retulit: [r] *Viæ*, inquit, *justorum, similiter ut lux fulgebunt; procedunt enim & illuminant, donec* [2] *corrigat dies*.


V. Merito ergo, cum in præsenti loco Dominus lucernæ mentionem fecisset, dicendo: *neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt*, addidit dicens: [s] *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & magnificent Patrem vestrum qui in cælis est*. Magnificatur enim Deus in nobis apud incredulos & infideles, si secundum præcepta divina vivamus, si bonis operibus luceamus. Unde & sanctus Apostolus ait: [t] *Magnificate & portate Deum in corpore vestro*. Et beatus Petrus in Epistola sua similiter commonet: [u] *Ut cum detrectaverint de vobis, opera justitiæ magnificent Deum nostrum*. Potest autem & aliter intelligi, quia multiplex intelligentia spiritalis est, ut in lucerna ipsum Dominum significare

[a] Matth. V. 14. [b] Psalm. LXXXVI. 3. [c] Psalm. XLV. 5. [d] Psalm. XLVII. 9. [e] Isa. LIV. 11. 12. sec. LXX. [f] Matth. V. 15. [g] Philipp. II. 15. 16. [h] Matth. XXV. 28. 30. [i] Psalm. CXVIII. 105. [k] Prov. VI. 23. [l] Soph. I. 12. [m] Isa. II. 5. 6. sec. LXX. [n] I. Pet. II. 9. [o] Zach. IV. 2. [p] Exod. XXV. & XL. [q] Luc. XII. 35. [r] Prov. XV. 18. sec. LXX. [s] Matth. V. 16. [t] I. Cor. VI. 20. [u] I. Pet. III. 16.

1. *Humiditatem*. An *humilitatem*?

2. *Corrigat* ] LXX. Prov. XV. 18. κατορθοίη, *dirigat*. Legit tamen *corrigat* etiam Lucifer Caralitanus, ut ad eum locum adnotat Nobilius.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 402.



noſcamus, propter aſſumti corporis humilitatem. A Hic quidem, non ſolum ſecundum gloriam divinitatis Sol juſtitiæ nuncupatur, ſed ſecundum aſſumti corporis ſacramentum etiam lucerna oſtenditur; quia cum Deus eſſet gloriæ & majeſtatis æternæ, humilis in hoc mundo tamquam lucerna apparuit. Et non ſine cauſſa tamquam lucerna: quia lucerna per noctem lucere conſuevit. Idcirco itaque in hoc mundo humilis tamquam lucerna apparuit: ut tenebras erroris de cordibus noſtris & ignorantiæ noctem depelleret; qui in hoc mundo velut in nocte poſiti degimus. Hujuſmodi ergo lucerna, id eſt incarnatio Chriſti oſtenſa a lege ac Prophetis, jam non obſcura prædicatione legis tamquam modio tegitur, nec infidelitate Scribarum ac Phariſæorum velut quodam vaſe perfidiæ operitur: ſed in cruce velut in candelabro conſtituta, omnem Eccleſiæ domum illuminat. Secundum myſterium itaque incarnationis lucerna eſt; ſecundum gloriam vero divinitatis, ſol juſtitiæ eſt. Denique in ipſo crucis candelabro, tamquam ſol reſplenduit, cum per Apoſtolorum prædicationem, quaſi per quoſdam radios, univerſo orbi clariſſimum ſuæ cognitionis lumen invexit Dominus & Salvator noſter, qui eſt benedictus in ſæcula.

## TRACTATUS V.


I. DEinde ait: [a] *Nolite putare, quia veni ſolvere legem aut Prophetas: non veni ſolvere, ſed adimplere.* Non ad diſſolvendam legem vel Prophetas Filius Dei venit, qui auctor eſt legis & Prophetarum; quia ipſe Moyſen ad tradendam legem populo dedit, & Prophetas ad prædicationem futurorum ſancto Spiritu mundavit: *Non* ergo, inquit, *veni ſolvere legem aut Prophetas, ſed adimplere.* Implevit autem legem & Prophetas hoc modo, dum ea quæ ſcripta erant in lege & Prophetis, ipſe conſummavit. Unde cum acetum in cruce oblatum ſibi bibiſſet, ait: [b] *Adimpletum eſt:* ut evidenter oſtenderet, omnia quæ de ſe in lege & Prophetis ſcripta erant, etiam uſque ad aceti potum eſſe completa. Adimplet legem omni modo C dum myſterium paſchæ vel agni olim in figura monſtratum, paſſionis ſuæ ſacramento complevit. Unde ait Apoſtolus: [c] *Nam & paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Adimplet legem, dum ſacrificia legis omniaque exempla in ſe præfigurata, accipiendo corpus, veritatis ratione complevit. Vel certe adimplet legem, dum præcepta legis quæ deerat, evangelicæ gratiæ ſuæ ſupplemento confirmat. Quam autem legem venit adimplere, in ſequenti demonſtrat dicendo: [d] *Donec cælum & terra tranſeant, jota unum vel unus apex a lege non cadent, donec omnia fiant.* Quam vera igitur ac divina ſit prædicatio legis, ex hoc ipſo cognoſcimus, de qua ne jota quidem vel unum apicem D poſſe cadere Dominus manifeſtat. Quamquam in hoc jota vel apice legis etiam ſacramentum crucis poſſit intelligi, quia jota & apex quamdam in ſe imaginem crucis oſtendunt, quæ a lege ac Prophetis prædicata nulla ratione poterant præteriri.

II. Deinde ait: [e] *Qui ſolverit*, inquiens, *unum de mandatis iſtis minimis & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum.* Cum mandata minima ſolvere impium ſit, multo magis magna & maxima. Unde per Salomonem id ipſum Spiritus ſanctus conteſtatur, dicens: [f] *Qui modica ſpernit, paullatim decidet.* Et idcirco nihil eſt de præceptis divinis ſolvendum, nihil mutilandum, ſed totum fideli ac devota mente ſervandum atque do- B cendum, ne cæleſtis regni gloria amittatur: quia, quæ judicio infidelium vel hominum ſæculi minima putantur & parva, hæc apud Deum non ſunt parva, ſed neceſſaria. *Qui autem docuerit & fecerit*, hunc magnum futurum Dominus oſtendit in regno cælorum. Quapropter non ſolum verbis operandum eſt, ſed & factis; nec ut doceas tantum, ſed ut quod docueris, facias. Et audiamus ipſum Dominum hujuſmodi doctores qui dicunt & non faciunt, in Evangelio increpantem: [g] *Væ*, inquit, *vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia oneratis homines oneribus quæ portari non poſſunt, ipſi autem non tangitis digito veſtro ſarcinas ipſas.* Unde & Apoſtolus ait: [h] *Non*, inquit, *auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur.* Si hoc etiam ab audientibus dicit, quid de doctoribus intelligendum eſt? Inde & Salomon ait: [i] *Noli eſſe citatus in lingua tua, & ſegnis & remiſſus in operibus tuis.* Et ideo oportet eum qui docet, exemplum ex ſe præbere puræ fidei per honeſtatem converſationis ſuæ, ut Apoſtolus Timotheo ſcribit: [k] *Forma*, inquit, *eſto fidelium.* Et iterum: [l] *Exemplum te ipſum præbens operum bonorum, in juſtitia, in caſtitate, in ſobrietate, per doctrinam ſanam.* Unde & ipſe Filius Dei qui magiſter & dominus legis eſt, ad exemplum noſtrum, cuncta quæ docuit, voluit rebus ipſis implere.

III. Et addidit: [m] *Niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Reprehenditur juſtitia Scribarum & Phariſæorum, quia non fidem promiſſionis divinæ, ſed humanam laudem & ſæculi gloriam quærebant, ſicuti habemus exemplum [n] de illo Phariſæo ſuperbo & elato: qui ut ſibi videbatur, juſtitiæ ſuæ merita præferens, impudenter ſe, elato animo ac ſuperbis vocibus in conſpectu Dei jactabat. Retinebant ergo ſpeciem juſtitiæ Scribæ & Phariſæi, non ut Deo placerent, ſed ut famam humanæ gloriæ quærerent, ut lucra terrena & temporalia commoda mercarentur. Et ideo hortatur Dominus, ut hanc [1] famoſam juſtitiam laudis humanæ operibus juſtitiæ cæleſtis ac fidei meritis præcedamus, per Chriſtum Dominum noſtrum.

a Matth. V. 17. b Joan. XIX. 30. c I. Cor. V. 7. d Matth. V. 18. e Ibid. ℣. 19. f Eccli. XIX. 1. g Matth. XXIII. 4. h Rom. II. 13. i Eccli. IV. 34. k I. Tim. IV. 12. l Tit. II. 7. 8. m Matth. V. 20. n Luc. XVIII. 11.

1. *Famoſam* ] An *Fumoſam* ?



## TRACTATUS VI.

I. DEhinc ſequitur : [a] *Audiſtis quia dictum eſt* A *antiquis : Non occides : Qui autem occiderit, reus erit judicio. Ego autem dico vobis : Si quis iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio.* Hoc eſt quod dixit Dominus, *non veni ſolvere legem, ſed adimplere.* Hoc eſt, quod minus erat, addere : præcepta ſcilicet legis in melius reformare. Unde & ſanctus Apoſtolus ait : [b] *Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit : ſed legem conſtituimus.* Rudi & duro populo legis tradita ſunt mandata juſtitiæ ; perfecto autem & fideli populo evangelica traduntur præcepta conſummatæ fidei & cæleſtis juſtitiæ. Lex præcepit non occidendum, Evangelium vero nec iraſcendum : ut omnem radicem peccati auferret de cordibus noſtris : quia per iracundiam poteſt etiam B uſque ad homicidium perveniri. Unde non immerito beatus Job in libro ſuo ita teſtatus eſt dicens : [c] *Stultum interficit iracundia, ſeductum autem occidit æmulatio.* David quoque ita ait : [d] *Iraſcimini, & nolite peccare ; dicite in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini.* Quod teſtimonium ſanctus Apoſtolus interpretatus eſt dicens : [e] *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, neque detis locum diabolo.* Cum ergo iraſci non liceat, multo minus homicidii crimen admittere. Et cum iracundia teneatur in futuro judicio ; quam putamus pœnam habiturum ipſius ſceleris factorem?

II. [f] *Qui autem dixerit*, inquit, *fratri ſuo, raca,* C *reus erit concilio : Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Ita docet nos Dominus, per omnia eſſe perfectos, ut ne levibus quidem vel vanis ſermonibus futuro judicio rei teneamur. Vetat namque dici fratri, *raca*, id eſt vacue & inanis : non enim debet dici vacuus & inanis, qui fide & Spiritu ſancto plenus eſt. Neque enim debet frater fatuus appellari, qui credendo in Chriſto, divinæ ſapientiæ gratiam conſecutus eſt. Unde & cum per Salomonem Spiritus ſanctus de viro evangelico loqueretur ; ita teſtatus eſt, dicens : [g] *Beatus qui non eſt lapſus verbo oris ſui, & non eſt ſtimulatus triſtitia delicti.* Et idcirco alio loco idem Salomon ait : [h] *Fac ori tuo ſeras, & linguæ* D *tuæ & verbis tuis fac ſtateram.* Et iterum : [i] *Circumcide a te pravum os, & iniqua labia longe expelle a te.* Et iterum : [k] *Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum ; eſt enim in illa triſtitia delicti.* Unde & David ait : [l] *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis.* Et iterum in alio Pſalmo dixit : [m] *Dixi, cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Quia, ut Salomon ait : [n] *Labia imprudentum ſtulta narrabunt ; & ſtatera appenditur verbum prudentis.* Et ideo Dominus in Evangelio [o] etiam pro otioſo ſermone rationem nos reddituros eſſe teſtatus eſt. Hinc & Apoſtolus ita hortatur, dicens : [p] *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non exeat, niſi qui bonus eſt ad ædificationem fidei.* Et iterum : [q] *Sermo veſter ſit ſemper in gratia ſale conditus, ut ſciatis quomodo oporteat vos unicuique reſpondere.* Ob quam rem in omnibus cautos nos eſſe convenit, ne per familiaritatem inutilium verborum, damnum ſaluti acquiramus.

III. Dehinc ait : [r] *Si offers munus tuum ante altare, & ibi rememoratus fueris quia habet aliquid frater tuus adverſum te ; relinque illic munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc offer munus tuum.* Quanti habeat Dominus fraternam dilectionem, ex hoc ipſo cognoſcimus ; cum oblatum Deo munus oſtendit accepte non offerri, niſi prius oblator muneris fratri ſuo ( iracundia ſepoſita ) reconcilietur. Invenimus denique [ſ] offerentis Cain munera idcirco a Deo repudiata, quia caritatis jura non ſervans, adverſus fratrem iram animo retinebat. Unde non immerito Dominus in Evangelio multis locis, caritatis fraternæ dilectionem præcipue cuſtodiendam eſſe inſinuat, dicendo : [t] *Mandatum novum do vobis, ut dilectionem habeatis ad alterutrum :* Et iterum : [u] *In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi caritatem ad alterutrum habueritis.* Non immerito etiam per Zachariam prophetam ita Dominus loquitur : [x] *Judicium juſtum & pacificum judicate, & nolite retinere malitiam fratris veſtri in cordibus veſtris.* Per David quoque ſimiliter teſtatur : [y] *Deſine ab ira, & derelinque indignationem.* Pari modo etiam per Salomonem Spiritus ſanctus loquitur, dicens : [z] *Homo homini reſervas iram, & a Deo quæris medelam? Ipſe in hominem ſimilem tibi non habes miſericordiam, & Deum exoras pro peccatis? & ipſe cum ſis caro retines iram, & propitiationem petis a Deo? & quis orabit pro delictis tuis?* Et ſuperaddidit dicens : [a] *Memento noviſſima, & deſine inimicari.* Unde & ſanctus David evangelici præcepti per Spiritum ſanctum non ignarus, de ſe ita teſtatus eſt, dicens : [b] *Si iniquitatem*, inquit, *conſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Quid enim tam gratum Deo, tam neceſſarium noſtræ ſaluti, quam quod Dominus præcipit, iram non retinere, pacifico animo ac ſimplici conſcientia Deo munus offerre, ſicut obtulit primus Abel? Et ideo munera ipſius ſuſcepta ſunt a Deo, Cain reprobata : quia Abel pura ac ſimplici mente munera Domino offerebat ; Cain vero iram adverſus fratrem tenebat in corde. Quapropter ſi volumus munera noſtra Deo placere, excludere iracundiam de corde debemus, interficere malitiam contra fratrem ſuſceptam, tenere vero pacem fraternam, ſervare caritatem, diligere unanimitatem, cuſtodire concordiam, ut placare Dominum mereamur, qui eſt benedictus in ſæcula.

*a* Matth. V. 21. 22. *b* Rom. III. 31. *c* Job V. 2. *d* Pſalm. IV. 5. *e* Epheſ. IV. 26. 27. *f* Matth. V. 22. *g* Eccli. XIV. 1. *h* Eccli. XXVIII. 28. *i* Prov. IV. 24. *k* Eccli. XXIII. 17. *l* Pſal. CXL. 3. *m* Pſal. XXXVIII. 2. *n* Eccli. XXI. 28. *o* Matth. XII. 36. *p* Epheſ. IV. 29. *q* Coloſſ. IV. 6. *r* Matth. V. 23. 24. *ſ* Gen. IV. 5. *t* Joan. XIII. 34. *u* Ibid. ℣. 35. *x* Zach. VIII. 16. *y* Pſal. XXXVI. 8. *z* Eccli. XXVIII. 3-5. *a* Ibid. ℣. 6. *b* Pſal. LXV. 18.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 402.

## TRACTATUS VII.

I. Post hinc sequitur: [a] *Esto*, inquit, *consentiens adversario tuo, dum es cum illo in via; ne forte adversarius tradat te judici, & judex tradat te ministro, & in carcerem mittaris: Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem*. De hoc Domini dicto quidam ita existimant intelligendum, asserentes hujusmodi adversarium qui culpa sua vel aliena inimicus exstiterit, cito ad pacem & amicitias esse revocandum, dum cum illo sumus in via: id est in cursu vitæ præsentis: ne cum de sæculo fuerit recessum, unusquisque, ut caritatis immemor & inimicitiarum reus, incipiat Deo judici offerri, & tradi a judice ministro: id est præposito tormentorum: ut missus in carcerem gehennæ debitas peccati pœnas exsolvat. Sed assertio ista non plenam videtur habere rationem. Quid enim? si aliquis e fratribus ob caussam fidei adversarius exsistat, numquid perfidiæ ipsius consensus commodandus est, ne cum tali religiosa discordia maneat? Habemus adversarios & gentiles qui fidei nostræ adversantur, qui nos interdum tempore persecutionis ad nefanda sacrificia cogunt: numquid & propter hujusmodi adversarios hoc agendum est, quemadmodum voluntati ipsorum consensum sacrilegum commodemus, ne inimici permaneant? quorum sacrilegæ persuasioni non modo consentiendum non est, verum etiam invicta fide resistendum.


II. Quidam etiam aperte adversarium heic diabolum intelligendum existimant, quod qua ratione astruant, non animadverto. In quo enim debet consensus diabolo commodari, cujus hoc opus est, ut totum contra fidem, contra salutem, contra divinam religionem suadeat, hortetur, extorqueat? Nisi forsitan hoc sensu intelligi debeat, ut si forte persecutor aliquis inimicus exsistens, vel diabolus (quia auctor persecutionis est) voluerit caussa nominis Christi Christiano mortem inferre, libenter consensum accommodet, ut morti pro Christo tradatur, ne idem diabolus qui *accusator noster* est, reos nos apud Deum constituat de fidei prævaricatione, & pœnæ obnoxios faciat: quia diabolus quamvis omnis criminis auctor sit, ipse tamen & accusator est. Hoc enim dictum de eo in Apocalypsi legimus: [b] *Et præcipitatus est*, inquit, *Draco accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos in conspectu Dei die ac nocte*. Ipse suasor, ipse accusator: suadet, ut decipiat; accusat, ut damnet.

III. Alii vero, quorum assertio planior mihi videtur, adversarium heic Spiritum sanctum existimant intelligendum, qui adversatur vitiis & desideriis carnis, secundum quod Apostolus manifestat dicendo: [c] *Caro*, inquit, *concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quæcumque vultis, illa faciatis*. Spiritus enim cælestia desiderat, caro terrena concupiscit: Spiritus donis spiritalibus gaudet, caro vitiis corporalibus oblectatur. Unde & Apostolus ait: [d] *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemtionis*. Huic (credo) adversario peccati & erroris humani, suadenti quæ justa & sancta sunt, in omnibus obedire nos Dominus præcepit, dum cum illo sumus in via (id est, in comitatu vitæ præsentis) ut æternam pacem, & perpetuam societatem cum eo habere possimus. Verum si quis voluntati Spiritus sancti dicto non audiens & contrarius exstiterit, non dubium est, hujusmodi hominem post excessum vitæ Dei Filio qui judex vivorum ac mortuorum est offerendum, a quo tradetur ministro, id est, Angelo tormentorum, mittendus in carcere gehennæ; unde non dimittetur, nisi etiam novissimum quadrantem reddat, id est omnem pœnam debiti etiam usque ad novissimum peccatum exsolvat. De hoc igitur adversario Dominus in præsenti loco loqui intelligitur, qui adversans peccatis nostris salutem nostram desiderat, qui nos idcirco cupit sibi esse consentaneos, ut & pœnas inferni evadere & regna cælestia consequi mereamur. De quo & Salomon in libro suo testari videtur, cum dicit: [e] *Est unus, & non est secundus, & quidem nec filius, nec frater est ei, & non est finis omni labori suo*. Et: [f] *Optimi sunt duo quam unus, quibus est merces bona labor ipsorum; quia si ceciderit unus, alter erigit socium suum. Væ illi uni cum ceciderit, quia non habet qui erigat illum*: ostendens quia caro quæ concordiam & societatem sancti Spiritus habere meruerit, cum in mortem ceciderit, ab eodem Spiritu erigatur in vitam & gloriam sempiternam. Et ideo, væ uni illi dixit; quia cum ceciderit, non habet qui erigat eum: id est, quia caro quæ consortium Spiritus per infidelitatem suam non meruerit habere, non in vitam æternam erigitur, sed in pœnam perpetuam suscitatur ab eo qui judex vivorum & mortuorum est: cui est laus & gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

## TRACTATUS VIII.

I. Deinde ait: [g] *Audistis, quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo*. Non immerito sanctus David ait dicendo: [h] *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*. Adeo nimis, quia non solum adulterium, sed etiam concupiscentia rea teneatur ad crimen. Lex adulterium damnat, Evangelium vero etiam concupiscentiam punit, quæ radix est adulterii. Unde per Salomonem, multis locis id ipsum Spiritus sanctus contestatur dicendo: [i] *Post concupiscentias tuas non eas, & a voluptate tua vetare; quia si dederis animæ tuæ concupiscentiam, tradet te in gaudium inimicis tuis & invidis tuis*. Et iterum: [k] *Ne des fornicariis animam tuam in ullo, ne perdas te & hereditatem tuam. Noli circumspicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis illius. Averte faciem tuam a muliere comta, & ne circumspexeris speciem alienam*. Et postea addidit: [l] *Speciem alienæ mulieris multi admirantes reprobati sunt: colloquium enim illius quasi ignis ardescit*. Bene dixit, *quasi ignis ardescit*: quia in hujusmodi mulieris colloquio desiderium libidinis quasi ignis accenditur. Unde vitare debes talem mulierem, ne te flamma cupiditatis exurat. Ideo & Salomon ait: [m] *Non te vincat formæ desi-*

a Matth. V. 25. 26. b Apoc. XII. 10. c Gal. V. 17. d Ephes. IV. 30. e Eccle. IV. 8. f Ibid. ℣℣. 9. 10.
g Matth. V. 27. 28. h Psalm. CXVIII. 4. i Eccli. XVIII. 30. 31. k Eccli. IX. 6-8. l Ibid. ℣. 11.
m Prov. VI. 25. sec. LXX.



*derium, neque capiaris oculis tuis, neque rapiaris palpebris tuis.* Et iterum ait: [a] *Aufer a me ventris concubitus concupiscentiam, & concubitus concupiscentiæ non apprehendat me, & animæ irreverenti & [1] infrenatæ ne tradideris me.* Audiamus & beatum Job, qui se in omnibus virum evangelicum præbuit, & mandatum Domini, antequam audiret implevit, id ipsum de se contestari, cum dicit: [b] *Si deflexit pes meus de via & sequutum est cor meum oculum meum, si manibus meis tetigi munera, alii fructus meos edant: si secutum est cor meum uxorem alienam: aut si assiduus fui ad illam, placeat & uxor mea alteri. Ira enim furoris est & immundi spiritus, commaculare mulierem viri: ignis est ardens.* Unde, quia grave peccatum est adulterium, ad exstirpandam radicem peccati ipsius, ne conscientia nostra maculetur, etiam concupiscentiam interdixit, quæ est adulterii origo, secundum quod beatus Jacobus in Epistola sua refert: [c] *Concupiscentia*, inquit, *parit peccatum, peccati autem concupiscentia adquirit mortem.* Idcirco & per David Spiritus sanctus de hoc ipso ita loquitur: [d] *Beatus*, inquit, *qui tenebit & allidet parvulos suos ad petram.* Hunc beatum & vere evangelicum virum ostendens, qui desideria & concupiscentias carnis per infirmitatem humanam nascentes, statim antequam crescant, in ipso nativitatis exordio per fidem Christi, qui *petra* dictus est [e], enecaverit.

II. Deinde ait: [f] *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & projice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus eat in gehennam. Et si manus tua*, inquit, *scandalizat te, abscinde eam & projice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.* Non oculum mihi vel manum corporis humani significat, sed oculum vel manum cordis: id est sensum malæ concupiscentiæ & carnalis desiderii abscindi de cordibus præcipit, unde omnia mala procedere ipse Dominus in Evangelio manifestat, dicendo: [g] *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidium, adulterium, blasphemiæ, falsa testimonia, & cetera quæ coinquinant hominem.* Verum, corpus detruncare nihil proficit ad malæ mentis emendationem, in qua totus gurges est vitiorum. Denique videmus multos orbatos oculis vel corpore debilitatos, a vitiis tamen non cessare. Unde hæc magis membra vitiorum, malæ mentis, & pravæ cogitationis exscindere nos Dominus præcipit, propter regnum cælorum: ne dominantibus vitiis, & corpus & anima, id est totus homo reus efficiatur ignis æterni. Quidam autem hoc de filiis vel proximis intelligendum esse existimant, qui nobis velut oculi capitis cari sunt ac dilecti; ut si forte aliquid de hujusmodi fidei ac spei nostræ contrarii exsistentes scandalum generaverint, abjiciantur a nobis, & ut inimici salutis habeantur: ne cum ejusmodi hominibus perfidis & blasphemis unusquisque nostrum sociatus, pari pœna damnetur.

III. Sed quia corporis mentio facta est, rectius id magis de corpore Ecclesiæ potest intelligi: in quo oculus, velut pretiosum membrum episcopus significatus agnoscitur, qui lumine mandati divini totum corpus illuminat. De hoc ergo dictum recte intelligitur: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & projice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam:* ut si forte hujusmodi oculus, id est, episcopus, per pravam fidem & turpem conversationem Ecclesiæ scandalum fuerit, eruendum eum esse, id est abjiciendum a corpore Ecclesiæ præcipit, ne peccato ipsius reus populus teneatur. Scriptum est enim, quia [h] *modicum fermentum totam massam corrumpit.* Et iterum: [i] *Auferte malum de vobis ipsis.* In manu vero presbyter significatus intelligitur: qui si & ipse pravam fidem tenens aut non recte vivens, scandalum populo fecerit, abscindi eum Dominus jubet: id est abjici, ne peccato ipsius Ecclesia maculetur, cum Ecclesia juxta Apostolum [k] *sancta & immaculata* esse debeat, per Christum Dominum nostrum, qui est benedictus in sæcula. Amen.


## TRACTATUS IX.

I. Dehinc sequitur: [l] *Audistis quia dictum est antiquis: Qui dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii. Ego autem dico vobis: Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta caussa fornicationis, facit eam mœchari.* In omnibus Dominus ac Salvator noster legis antiquæ jura reformat in melius. Jam dudum quidem populo Judaico illicite viventi ac suis voluptatibus servienti, per Moysen repudii dandi quacumque de caussa indulta videbatur licentia; non quod ita legis ratio postularet, sed quia populi carnalis effrenata voluptas secundum rigorem disciplinæ, justitiam legis tenere non posset. Idcirco hæc permissa facultas est, secundum quod alio in loco ipse Dominus, responso suo, adhuc eis requirentibus manifestat. Nam cum dicerent, cur Moyses permisisset dari librum repudii, respondit Dominus, dicens: [m] *Ad duritiam cordis vestri scripsit hoc Moyses dari librum repudii, ab initio autem non fuit sic.* Unde nunc non immerito Dominus ac Salvator noster, sublata illa licentia, antiquæ constitutionis suæ præcepta restaurat. Jubet namque matrimonii castum conjugium indissolubili lege servari, ostendens conjugii legem a se esse primitus institutam. Ipse enim ait: [n] *quod ergo Deus conjunxit in unum, homo non separet.* Quo dicto & [2] passivam Judæorum licentiam, & stultam ac miserabilem Manichæorum præsumtionem, qui negant a Deo esse conjugia, hujus sententiæ pronuntiatione damnavit, dicens, *excepta caussa fornicationis* uxorem non licere dimitti: aperte demonstrans, eum contra Dei agere voluntatem, qui matrimonium a Deo junctum illicita divortii separatione temerare præsumserit. Unde non ignorent, quam grave apud Deum damnationis crimen incurrant, qui per effrenatam libidinis voluptatem (absque fornicationis caussa) dimissis uxoribus, in alia volunt transire conjugia. Quod idcirco se credunt impune committere, quia humanis & sæculi legibus id videtur permissum, nescientes, in hoc se gravius ac magis delinquere,

a Eccli. XXIII. 6. b Job XXXI. 7-12. c Jac. I. 15. d Psal. CXXXVI. 9. e I. Cor. X. 4. f Matth. V. 29. 30. g Matth. XV. 19. 20. h I. Cor. V. 6. i Ibid. ℣. 13. k Ephes. V. 27. l Matth. V. 31. 32. m Matth. XIX. 8. n Ibid. ℣. 6.

1. *Infrenatæ*] Vulg. *animo — infrunito*. Paullo ante apud LXX. *Prov.* VI. 25. μηδὲ συναρπασθῇς ἀπὸ τῶν σῶν βλεφάρων. *Neque abripiaris ab tuis palpebris*. Sic & Vulg.
2. *Passivam*] Mendose. Leg. *pessimam* aut *pravam*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 402.



quia humanas leges divinis præferant; ut quod illicitum Deus esse constituit, ideo licitum credant quia ab homine sit libere permissum. Sed sicuti uxorem caste ac pure viventem dimittere fas non est, ita quoque adulteram dimittere permissum est, quia ipsa mariti consortio fecit se indignam, quæ in corpus suum peccando, Dei templum ausa est violare.

II. Dehinc ait: [a] *Audistis quia dictum est antiquis; Non pejerabis: reddes autem Domino juramenta tua. Ego autem dico vobis, non jurare omnino: neque per cælum, quia thronus est Dei: neque per terram, quia scabellum est pedum ejus: neque per Hierosolymam, quia civitas est Regis magni: neque per caput tuum jurabis, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester; est, est; non, non: quod autem abundantius est, a malo est.* Per gratiam doctrinæ evangelicæ lex per Moysen data profectum accepit. In lege præceptum est, non esse pejerandum: in Evangelio vero nec jurandum. Quod ipsum olim per Salomonem præcipere Spiritus sanctus præmeditabatur dicendo: [b] *Jurationi non assuescat os tuum.* Et iterum: [c] *Sicut autem servus flagellatus assidue, a livore non minuitur; sic omnis jurans & [1] negotians, a peccato non purgabitur.* Unde jurare nos prorsus non convenit. Quid enim unicuique nostrum jurare necesse est, cum nobis mentiri omnino non liceat; quorum verba ita vera semper, ita debent esse fidelissima, ut pro juramento habeantur? Et idcirco Dominus non solum pejerare, sed etiam jurare nos prohibet; ne tunc tantum videamur verum dicere, cum juramus: ne quos veraces in omni sermone esse constituit, putaremus sine juramento licitum esse mentiri. Juramenti enim hæc caussa est, quia omnis qui jurat, ad hoc jurat, ut quod verum est eloquatur. Et ideo Dominus inter juramentum & loquelam nostram nullam vult esse distantiam: quia sicut in juramento nullam convenit esse perfidiam, ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium, quia utrumque & perjurium & mendacium divini judicii pœna damnatur, dicente Scriptura: [d] *Os quod mentitur, occidit animam.* Quisquis ergo verum loquitur jurat, quia scriptum est: [e] *Testis fidelis non mentitur.* Unde non immerito Deum nostrum jurare sæpe Scriptura divina commemorat, quia a Deo qui verax est & mentiri nescit, quidquid dicitur, pro juramento habetur, quia verum est omne quod loquitur. Invenimus quidem aliquoties Deum jurantem, sed propter Judaicæ infidelitatis perfidiam, qui putant omne verum non nisi in fide juramenti consistere. Idcirco ergo etiam Deus jurare voluit, ut qui loquenti Deo non credebant, crederent vel juranti.

III. Ait ergo Dominus: *Audistis quia dictum est antiquis; Non pejerabis. Ego autem dico vobis, non jurare omnino: neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum ejus: neque per Hierosolymam, quia civitas est magni Regis.* In his Domini dictis, quibus per hujusmodi elementa jurare nos prohibet, duplex intelligentia est. Primum enim voluit a nobis & usum jurationis, & consuetudinem humani erroris auferre; ne unusquisque nostrum per hæc elementa jurando, creaturam in honore divinæ venerationis haberet; aut idcirco impunitatem perjurii habere se crederet, si per mundi elementa juraret, cum scriptum sit: [f] *Nec juravit proximo suo in dolum.* In quo etiam errorem tam Judaicæ infidelitatis, quam etiam generis humani condemnat, qui relicto creatore, creaturam sub divina veneratione habuerunt, secundum quod Apostolus retulit: [g] *Et coluerunt, & servierunt creaturæ potius quam creatori.* Deinde etiam hoc modo potest intelligi: quia cum juratur per cælum & terram, juratur per eum qui cælum & terram constituit, secundum quod ipse Dominus alio loco manifestavit dicendo: [h] *Qui jurat in altari, jurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt: & qui jurat [2] in throno Dei, jurat in eo & in omnibus, quæ super illud sunt; & qui jurat in throno Dei jurat in eo, & in eo qui habitat in ipso. Neque*, inquit, *per Hierosolymam, quia civitas est magni Regis:* id est typus corporis Christi, quod est spiritalis illa & cælestis Ecclesia. *Neque*, inquit, *per caput tuum jurabis*, quia secundum Apostolum: [i] *Caput viri Christus est.* Unde qui per hæc jurat, per eum qui omnium horum auctor est, jurat. *Sit* ergo, inquit, *sermo vester, est, est; non, non: quod autem abundantius est, a malo est:* docens, quod omnis sermo a nobis prolatus nihil aliud quam quod verum est debeat continere; cum omne mendacium, (id est, quod amplius est) ad auctorem diabolum revocetur, qui semper [k] *ab initio mendax est, sicut & pater ejus.* Unde semper, quod verum est, loqui & meditari debemus, ut discipulos nos esse ejus qui veritas est, ostendamus, qui est benedictus in sæcula.

## TRACTATUS X.

I. DEhinc sequitur: [l] *Audistis quia dictum est antiquis: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in maxillam dexteram, præbe illi & sinistram: & ei qui vult tecum judicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Ad omne nos exemplum patientiæ & humilitatis Dominus per evangelica præcepta conformat. Jam dudum jussum fuerat in lege, si quis iracundiæ furore commotus, vel oculum, vel dentem alterius eruisset; ipse quoque simili pœnæ atque eidem damno subjaceret. In quo præcepto, & justitia legis ostensa est, & insolentis populi sub hoc terrore temeritas refrenata est: ut quia metum futuri judicii non habebant, saltem vel præsentis vindictæ pœna eos a scelere prohiberet. Hi vero qui secundum fidem evangelicam vivunt, retributionem vindictæ istius non requirunt, quibus omnis spes retributionis & vindictæ in futuro servatur. Et idcirco Dominus in Evangelio non solum vicem nos injuriæ reddere non jubet, sed percussos in dexteram maxillam, etiam aliam præcipit præbere, si hoc ira percutientis exegerit. Hoc enim ait: *Qui te percutit in dexteram maxillam, præbe*

a Matth. V. 33-37. b Eccli. XXIII. 9. c Ibid. ℣. 11. d Sap. I. 11. e Prov. XIV. 5.
f Psal. XXIII. 4. g Rom. I. 25. h Matth. XXIII. 20. i I. Cor. XI. 3. k Joan. VIII. 44.
l Matth. V. 38-40.

1. *Negotians*] Gr. ὀνομάζων, *nominans*. Paullo ante pro *flagellatus*, ibid. ἐξεταζόμενος, *interrogatus*. Neque aliter Vulg.

2. *In throno Dei — in throno Dei*] Aliter textus & Vulgata versio.

*ei & sinistram*. Hoc est enim [1] vere fide vivere, non præsentem ultionem, sed futuram vindictam expetere ab eo qui ait: [a] *Mihi vindictam, ego retribuam dicit Dominus*. Hunc talem evangelicum virum, qui percussus in maxillam libenter alteram præbet, Hieremias evidenter ostendit cum dicit: [b] *Bonum est viro cum portaverit jugum grave in juventute sua. Sedebit singulariter & tacebit, quia portavit jugum grave. Dabit percutiendam maxillam suam, & satiabitur in opprobrio.* In quo manifeste eum utique ostendit beatum virum, qui sub hoc jugo evangelicæ legis vivens, ab omni persequentis injuria se non avertit. Hujusmodi enim meditatio tolerantiæ, ducit ad passionem martyrii. Facile enim etiam persecutionis tempore pœnas corporis poterit sustinere, si in pace ante exercitatus hujusmodi injurias æquanimiter ac libenter suscipiat. Nec sane convenit Christiano vicem injuriæ reddere, ne similis ei cui vicem restituit judicetur. Si enim malum est injuriam facere, non est alienus a culpa qui vicem malam rependit, ac per hoc non potest bonus haberi qui malum imitatur.

II. Non solum autem maxillam præbendam percutienti Dominus præcipit, sed & damna subiri. Hoc enim addidit: *Et qui vult tecum judicio contendere & tunicam tuam tollere, remitte ei & pallium.* Post corporalis enim injuriæ tolerantiam, vult nos Dominus etiam rerum sæcularium habere contemtum: & usque adeo ab omni lite vel contentione judicii esse summotos, ut si forte calumniator vel tentator exsistens, ad probandam fidem nostram litem moveat volens auferre quæ nostra sunt, non solum hæc quæ injuste expetit, sed etiam illa quæ non postulat, sponte nos Dominus jubet offerre. Quia si unusquisque propter calumniam litigantis hæc quæ sunt parva contemserit, per ejusmodi exercitationem eruditus, facile poterit etiam in persecutione universa quæ sunt [2] hujusmodi contemnere. Perfecta enim fides ista & perfecta victoria est contra injuriam facientem, si etiam ea quæ non postulat offerantur.

III. Deinde ait: [c] *Quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo adhuc alia duo.* Ad omne devotionis opus impigros nos esse præcipit Dominus, ac paratos. Bonum enim nostrum vult non tam necessitatis esse quam [3] propriæ voluntatis; ut dum amplius ex nobis facimus quam ab aliis postulamur, majoris mercedis gloriam consequamur. Integræ enim caritatis ac perfectæ devotionis officium est, plus sponte præstare quam petieris. Hunc sensum quidam etiam spiritualiter intelligendum crediderunt, ut qui angariatus fuerit mille passus, vadat cum eo adhuc alia duo: Id est, ut quicumque infidelis, vel nec dum cognitionem veritatis consecutus, de uno Deo Patre rerum omnium conditore, velut per iter legis ingressus, fecerit mentionem, vadas cum illo adhuc alia duo: id est, ut post Patris professionem per viam veritatis hunc eumdem usque ad cognitionem Filii & Spiritus sancti perducas, ostendens illi non solum Patrem, sed & Filium & Spiritum sanctum esse credendum.

IV. Denique sequitur: [d] *Et qui petit a te, da ei.* Id est, ut post cognitionem Trinitatis, donum gratiæ cælestis promto animo tribuamus. Vel certe misericordiam postulantibus, tribuamus secundum quod possumus; ut ipsi quod a Deo petimus, præcedente merito facilius impetrare possimus ab eo qui ait: [e] *Petite & dabitur vobis.* Verum si eos qui nos petunt despiciamus, qua fiducia Deum nobis, quod petimus, præstare credimus? dicente Scriptura: [f] *Vide ne avertas faciem tuam ab ullo paupere, ita fiet ut nec a te avertatur facies Dei.* [g] *Et omni*, inquit, *volenti mutuari a te avertaris.* Jubemur per omnia religionem pietatis ac fidei custodire, ut necessitatem tribulationis alterius quasi propriam computemus, nec pluris facultatem quam fratrem faciamus. Et ideo vel petentibus fratribus, vel mutuo in necessitate postulantibus, religioso animo & pio affectu communicare debemus, exspectantes mercedem retributionis æternæ, secundum quod David ait: [h] *Jucundus vir qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in judicio.* Et iterum: [i] *Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Unde & sanctus Job, cujus exemplum sequi nos convenit, hæc ipsa evangelica præcepta implevisse se ita commemorat, dicendo: [k] *Quod si missum feci inopem, exire januam meam nudo sinu: quod si cautionem cujusquam habui, & non disrupi: & si credidi, nihil accepi a debitore meo; aut si mei caussa umquam terra gemuit, aut sulci ejus ploraverunt simul: aut si fructus ejus manducavi solus sine pretio: aut si animam domini terræ decipiens contristavi.* Quæ omnia Job idcirco fideliter implevit, quia mercedem ab eo exspectabat qui retributor est æternorum bonorum: cui laus & gloria in sæcula. Amen.

## TRACTATUS XI.

I. Dehinc sequitur: [l] *Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui vos oderunt, & orate pro calumniantibus & persequentibus vos: ut sitis filii Patris vestri, qui solem suum oriri jubet supra bonos & malos, & pluit super justos & injustos.* Per omnia vult nos Dominus in præceptis suis esse perfectos. Jam dudum quidem in lege præceptum est: [m] *Diliges amicos, & odies inimicos:* sed populo terreno & carnali secundum tempus data sunt ista præcepta, sicuti & illud: [n] *Oculum pro oculo, dentem pro dente:* Nunc autem evangelico populo traduntur præcepta cælestis ac perfectæ justitiæ, ut inimicos diligamus, odientes amemus, pro calumniantibus ac persequentibus nos oremus, ut vere filii Dei esse mereamur, qui pro misericordia sua indiscrete super bonos ac malos, justos ac injustos, vitæ præsentis beneficia cælestia ac dona largitur. Ad hujusmodi præcepta evangelica custodienda etiam per Isaiam hortatur nos Spiritus sanctus: [o] *Audite verbum Domini, qui timetis nomen ejus: dicite, Fratres nostri estis, his qui vos oderunt & abominantur: nomen Domini magnifice-*


[a] Deut. XXXII. 35. Rom. XII. 19. [b] Thren. III. 27. 28. 30. [c] Matth. V. 41. [d] Ibid. ℣. 42. [e] Matth. VII. 7. [f] Job IV. 7. [g] Matth. V. 42. [h] Psal. CXI. 5. [i] Ibid. ℣. 9. [k] Job XXXI. 34-40. sec. LXX. [l] Matth. V. 43-45. [m] Lev. XIX. 18. [n] Exod. XXI. 23. Lev. XXIV. 20. Deut. XIX. 21. [o] Isa. LXVI. 5.

1. *Vere* ] An *vera*? Sed nihil muto.

2. *Hujusmodi* ] Legendum videtur, [illegible].

3. *Propriæ* ] An *promtæ*?

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 402.



*tur, & appareat illis in jucunditate eorum, & illi confundantur*. Unde non immerito David in Pſalmo ita teſtatur, dicens: [a] *Domine Deus meus, ſi feci hæc: ſi reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis*. Beatus quoque Job id ipſum ita commemorat, dicens: [b] *Quod ſi gaviſus ſum in delicto inimici mei: ſi dixi in corde meo, bene factum eſt: audiat auris mea maledictionem*. Hæc autem evangelicæ gratiæ præcepta, quæ nunc ad ſalutem hominum data ſunt, invenimus per mandata legis in animalibus formata, cum dicitur: [c] *Si*, inquit, *videris boves inimici tui ſub onere ruiſſe, non tranſies, ſed elevabis cum eo*: ut jam nunc in lege Moyſis unuſquiſque in animalibus diſceret, quod quandoque ſecundum Evangelium facturus eſſet in homine.

II. Et merito ſequitur: [d] *Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaveritis fratres veſtros tantum: quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter qui in cælis eſt, perfectus eſt*. Oſtendit Dominus meritum nos perfectæ dilectionis habere non poſſe, ſi eos tantum diligamus a quibus vicem nobis rependi dilectionis mutuæ noverimus, cum hujuſmodi dilectionem etiam gentibus ac peccatoribus ſciamus eſſe communem. Unde vult nos Dominus communem legem dilectionis humanæ lege dilectionis evangelicæ ſuperare; ut non ſolum circa eos qui nos diligunt, ſed etiam circa inimicos & odientes amoris noſtri oſtendamus affectum, ut veræ pietatis ac bonitatis paternæ in hoc imitemur exemplum.

III. Et addidit: [e] *Attendite ne juſtitiam veſtram coram hominibus faciatis, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis a Patre veſtro qui in cælis eſt*. Ab omni jactantia inanis gloriæ atque humanæ cupiditatis vult nos eſſe Dominus alienos, ut opus juſtitiæ noſtræ non hoc ſtudio faciamus quo hominibus placere velimus, ſed ſoli Deo a quo exſpectamus meriti noſtri mercedem. Amittit enim meritum juſtitiæ apud Deum, qui idcirco juſte vult vivere ut gloriam humanæ laudis acquirat. Unde Apoſtolus ait: [f] *Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem*.

IV. Dehinc ait: [g] *Cum autem facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te ſicut hypocritæ faciunt, qui amant ſtare in ſynagogis & in plateis ut honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera*


A *tua, ut ſit eleemoſyna tua in abſconſo, & Pater tuus qui videt in abſconſo, reddet tibi*. In omnibus nos Dominus ad perfectæ fidei gloriam doctrina cæleſti conformat. Superius docuit, opus juſtitiæ non propter homines, ſed propter Deum eſſe faciendum. Nunc quoque jubemur, eleemoſynam facientes, tuba canere non debere: id eſt, non promulgare quod facimus, quia non eſt devotæ mentis, idcirco in Dei rebus aliquid operari, ut gloriam humanæ laudis exſpectet. Plerique enim ideo aliquid in uſus pauperum largiuntur, ut inanem laudem hominum & famam ſæculi de facultate mercentur: quos operis ſui mercedem in hoc ſæculo recepiſſe Dominus manifeſtat; quia dum B hanc gloriam ſæculi quærunt, mercedem futuræ promiſſionis amittunt.

V. Et ideo addidit Dominus: *Ut ſit eleemoſyna tua in abſconſo; & Pater tuus qui videt in abſconſo, reddet tibi*: volens opus miſericordiæ non eſſe publicum, ſed occultum, id eſt, ut non propter hominum laudem, ſed propter Deum tantum operemur, a quo exſpectamus gloriam & futuræ benedictionis mercedem. Hujus autem fidelis operis eleemoſynam ſub religioſæ taciturnitatis ſilentio Salomon Eccleſiam collaudans olim proteſtatus eſt, dicens: [h] *Specioſæ ſunt genæ tuæ, præter taciturnitatem tuam*. Hanc ſcilicet taciturnitatem, de qua C ait Dominus: [i] *neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua*. Sed non heic Dominus de humani corporis manibus loquitur, quibus nec videndi, nec loquendi ullus eſt ſenſus: ſed in manu dextera vel ſiniſtra aut opus aut homines ſignificantur. Denique ſcriptum legimus in libris Regnorum manu homines ſignificari, cum dicitur: *Nonne decem mihi manus ſunt in Iſrael?* id eſt, decem tribus Iſrael. Unde non dubium eſt in dextera manu juſtos ſignificari: in ſiniſtra vero peccatores intelligi ſecundum quod Salomon retulit: [k] *Partes dexteriores novit Dominus; perverſæ autem ſunt quæ ſunt a ſiniſtris*. Hujus autem dexteræ ac ſiniſtræ intelligentiam Dominus in Evangelio apertiſſime mani- D feſtat, cum juſtos a dextris, peccatores vero a ſiniſtris collocandos eſſe declarat. Hæc ergo dextera juſtorum, ſi quid ſecundum præceptum Domini operatur, jubetur ſiniſtra neſcire: id eſt, ut quod religioſe ac fideliter operamur, in conſpectu peccatorum & infidelium hominum non jactemus. Verum ſi quid non humanæ laudis ſtudio, etiam coram religioſis fratribus fideliter faceremus, non poteſt opus devotionis ac fidei a fratribus jactantia judicari ante Dominum ac Salvatorem noſtrum, qui eſt benedictus in ſæcula, Amen.

## TRACTATUS XII.

I. DEinde ait: [l] *Et cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ qui amant ſtare in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominus: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum, & Pater tuus qui videt in abſconſo, reddet tibi*. Ad omnem nos juſtitiæ cæleſtis ac fidei perfectionem Dominus inſtruit. Vult enim nos ſine hypocriſi & ſine aliquo ſtudio laudis humanæ, omne opus divinæ religionis implere. Prohibemur namque hypocrita- E rum more orationes noſtras omnibus jactanter oſtendere, ne meritum gratiæ amittamus. Dominus enim non ſimulatam ac jactantem, ſed ſimplicem ac fidelem orationem requirit. Et ideo clauſo oſtio, id eſt, intra cordis ac conſcientiæ ipſius ſecretum a Domino jubemur orare, ut ab eo qui ſecretorum & occultorum eſt cognitor, recipiamus orationis occultæ mercedem. Religioſæ enim mentis eſt, Deum non clamore vel ſono vocis, ſed devotione animi ac fide cordis orare, ſecundum quod David in Pſalmo teſtatur dicens: [m] *Dicite in cor-*

a Pſalm. VII. 4. b Job XXXI. 29. 30. ſec. LXX. c Exod. XXIII. 5. Deut. XXII. 4. d Matth. V. 46-48.
e Matth. VI. 1. f Coloſſ. I. 10. g Matth. VI. 2-4. h Cant. VI. 6. i Matth. VI. 3. k Prov. IV. 27.
l Matth. VI, 5. 6. m Pſalm. IV. 5.



*dibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.* Invenimus denique in libris Regnorum [a] Annam illam sanctissimam, hujus evangelicæ doctrinæ præcepta complentem. Nam cum sine aliquo vocis sono, in cordis sui secreto, in conspectu Domini fideliter orans desiderii sui preces effunderet, statim exaudiri a Domino meruit. Sic & Danieli [b], cum tribus pueris occulte semper orantibus, interpretationes somnii & revelationum secreta Dominus scire concessit. Cornelius quoque [c] nec dum præceptis evangelicis eruditus, dum in cubiculo suo secrete ac fideliter orat, meruit vocem sancti Angeli loquentis audire. Quid de Jona dicemus, qui non modo non cubiculo, sed utero beluæ clausus [d], in tantum orans meruit exaudiri, ut de profundo maris & de ventre tam immanis beluæ incolumis ac vivus evaderet? Exauditus autem a Deo est, non quia voce, sed quia fide clamabat. Et ideo clamore vocis non est opus in oratione ad Deum, quem scimus secreta cordis intueri: sed clamore fidei, ac religiosæ mentis devotione.

II. Unde non immerito in sequentibus, Dominus ait: [e] *Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo similari eis: scit enim Pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis ab eo.* Ethnici enim homines putant multiloquentia verborum facilius se a Domino impetrare posse quod postulant: sed hoc a nobis Dominus non exspectat. Vult potius ut orationem nostram non verbositate sermonis, sed fide cordis ac justitiæ meritis commendemus, ei utique qui melius novit omnia quæ nobis necessaria sunt, & universa quæ postulaturi sumus, antequam loquamur agnoscit. Quantum denique distet inter multiloquacem, & humilem ac simplicem orationem, in Pharisæo illo & Publicano habemus exemplum [f]. Nam Pharisæi jactantis se in multiloquentia verborum reprobatur oratio: Publicanus vero humilis ac submissus pro peccatis suis veniam postulans, justificatior jactante se Pharisæo descendit. In quo completum invenimus id quod scriptum est: [g] *Oratio humilis nubes penetravit*, perveniens ad Deum qui orantis precem audire consuevit, qui est benedictus in sæcula. Amen.

## TRACTATUS XIII.


I. Deinde ait: [h] *Sic ergo orabitis.* Dominus noster qui orantes se exaudire consuevit, quibus verbis orare debeamus ostendit. O quam fidelis hæc & beata nobis oratio est, cujus ordinem nobis doctor vitæ, ac magister cælestis instituit! Quam beati etiam nos esse possumus, si hæc orationis dominicæ verba non tantum officio oris, sed fidelissimo conversationis actu servemus! Hanc itaque orandi formam Dominus discipulis suis ad spem salutis humanæ constituit, dicendo: [i] *Pater noster qui in cælis es.* Quanta Domini circa nos dilectio! Quanta misericordia ejus & pietas, quæ nobis tantæ gratiæ munus indulsit, ut licenter Dominum ac Deum nostrum, servi Patrem dicere audeamus! Quo vocabulo non jam tantum servos, sed etiam filios nos Dei esse demonstrat. Et cum ad gratiam satis superque sufficeret, ut vel servi dici tantummodo mereremur, in tantum caritas Dei exabundavit, ut non solum servi, sed & filii Dei per adoptionem vocemur. Cujus nominis gratiam, per fidem credentibus Christo donatam, in Evangelio Joannes ostendit, dicendo: [k] *Quotquot crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Unde & Apostolus ait: [l] *Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem, Abba, Pater.* Quia igitur tanti muneris gratiam consecuti sumus, ut non solum servi, sed & filii efficeremur; quasi filii Dei agere & conversari debemus: ut id nos esse quod dicimur, spiritali actu probemus, secundum quod Joannes in Epistola sua ait: [m] *Qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia nativitas Dei custodit illum, & diabolus non tangit illum.* [n] *Qui autem peccatum facit*, non ex Deo, *sed a diabolo est, quia diabolus ab initio peccat.* Et idcirco sacramentum cælestis nativitatis nostræ custodientes, ab omni peccato alieni esse debemus, ut vere filii Dei dici vel esse mereamur. Sciunt & sancti Prophetæ hujus divinæ misericordiæ gratiam, in qua nobis Deum Patrem nuncupare permissum est, dicente Isaia: [o] *Tu es enim Pater noster: quia Abraham non cognovit nos, & Israel non cognovit nos, sed tu Domine Pater noster: ab initio nomen tuum super nos est.* Similiter & Malachias, in libro suo testatur, dicens: [p] *Unus est enim Pater omnium nostrum.* Quanta Domini misericordia! Qui jam dudum nobis patrem diabolum voluntate propria adsciveramus, nunc renati per aquam & Spiritum sanctum, Patrem Deum habere jam cœpimus. Ipse enim Deus Pater unus est nobis, qui regenerat Spiritu suo, quos facit ad æternam hereditatem filios. Et ideo quasi filii Dei ambulare debemus, ne aliter agentes quam filios Dei convenit, rei sub usurpatione tanti nominis teneamur.

II. Ait ergo: *Pater noster qui in cælis es, sanctificetur nomen tuum.* Non quod ab aliquo nomen Dei sanctificari possit, cum omnes sanctificet ipse, qui ait per Prophetam: [q] *Sancti estote, sicut & ego sanctus sum, dicit Dominus.* Sed idcirco nomen ipsius sanctificari postulamus, ut in nobis sanctificetur per opera justitiæ, per fidei meritum, per gratiam Spiritus sancti. Quam sanctificationem, ut per hujusmodi dona accipere possimus, misericordiæ ipsius auxilium necessarium est. Verum non eget aliqua sanctificatione ille, qui fons est sanctitatis æternæ.

III. Deinde ait: [r] *Adveniat regnum tuum.* Similiter & heic non Deo optamus ut regnet, qui Rex est æternorum sæculorum: cujus regnum nec initium habet nec finem: sed ut illud regnum, id est cæleste quod nobis promisit, adveniat. Sed magnæ fiduciæ & sinceræ conscientiæ est, hoc Domini regnum ut adveniat, confidenter optare. Et idcirco, quia ut regnum Dei veniat, semper oramus: tales nos in fide Domini & in mandatis ejus exhibere debemus, ut futuro regno digni esse possimus.

a I. Reg. I. 13. b Dan. I. 17. c Act. X. 2. 3. d Joan. II. e Matth. VI. 7. 8. f Luc. XVIII. 10. g Eccli. XXXV. 21. h Matth. VI. 9. i Ibid. k Joan. I. 12. 13. l Gal IV. 6. m I. Joan. V. 18. n I. Joan. III. 8. o Isa. LXIII. 16. p Malach. II. 10. q Lev. XI. 44. XIX. 2. r Matth. VI. 10.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 402.



IV. Dehinc ait: [a] *Fiat voluntas tua, ficut in cælo & in terra*. Par quoque & heic intelligentiæ ratio eft. Non enim quifquam eft qui obfiftere & contradicere Deo poffit, ne quod velit, faciat; cum voluntate ejus, & in cælo & in terra cuncta confiftant: fed ut in nobis voluntas ejus fiat, oramus. Voluntas autem Dei eft, ut toto corde ei credentes, hæc quæ fieri præcipit, impleamus. De qua voluntate Dei Apoftolus teftatur dicens: [b] *Voluntas Dei eft fanctificatio veftra, ut abftineatis vos a carnalibus concupifcentiis*. De quo & Dominus in Evangelio locutus eft dicens: [c] *Hæc eft autem voluntas Patris mei qui mifit me, ut omnis qui videt Filium & credit in eo, habeat vitam æternam*. Cum ergo dicimus: *Fiat voluntas tua, ficut in cælo & in terra*; hoc oramus, id eft, ut ficuti Dei voluntas ab Angelis fideliter cuftoditur in cælis, ita quoque a nobis religiofa ac fideli devotione divinæ dignationis auxilium poftulandum eft. Vel certe: *Fiat voluntas tua, ficut in cælo & in terra*: ut ficut in fanctis ac cæleftibus hominibus, Dei voluntas impletur: ita quoque in terra, id eft, in his qui nec dum crediderunt, per credulitatem fidei & veritatis cognitionem, ut Dei fiat voluntas, oramus.

V. Dehinc ait: [d] *Panem noftrum quotidianum da nobis hodie*. Duplici modo hoc Domini dictum intelligimus. Primum, ut non aliud quam quotidianum victum poftulemus: non enim jubemur divitias petere aut affluentiam fæcularium rerum, fed panem quotidianum, quod Chriftianis fide viventibus ad præfentem vitam folummodo neceffarium eft, dicente Apoftolo: [e] *Habentes victum & tegumentum, his contenti fumus*. Id ipfum quoque & Salomon evidenter oftendit: [f] *Ufus*, inquit, *hominis, panis, aqua, & veftimentum*. Sed cum dicimus *hodie*, docemur, de præfenti tantum die, non de omni vitæ tempore cogitare, ne mens noftra fæculari folicitudine occupetur: fecundum quod ipfe Dominus alio loco aperte demonftrat, dicendo: [g] *Nolite cogitare de craftino, craftinus enim dies folicitus erit fibi ipfi*. Hoc autem fpiritaliter nobis præceptum effe debemus advertere, ut panem quotidianum petamus: id eft, panem illum cæleftem & fpiritalem, quem quotidie ad medelam animæ & fpem æternæ falutis accipimus, de quo ait Dominus in Evangelio: [h] *Panis* cæleftis, *caro mea eft quam ego dabo pro mundi hujus vita*. Et hunc ergo panem quotidie poftulare jubemur: id eft, ut præftante Domini mifericordia, quotidie panem accipere corporis Domini mereamur. Ait enim fanctus Apoftolus: [i] *Probet autem fe ipfum homo, & fic de pane Domini manducet, & de calice bibat*. Et iterum: [k] *Qui manducat panem Domini indigne, & calicem bibit, reus erit corporis & fanguinis Domini*. Unde non immerito femper orare debemus, ut hunc panem cæleftem quotidie mereamur accipere: ne aliquo interveniente peccato, a corpore Domini feparemur.

VI. [l] *Et dimitte nobis debita noftra, ficut & nos dimittimus debitoribus noftris*. Jufta plane ac neceffaria omnibus hæc vox eft. Primum, ut peccatores nos effe confiteamur: dehinc, ut fic a Deo nobis oremus dimitti peccata, quemadmodum peccantibus in nos ipfi dimittimus. Quod fi minime faciamus, ipfi nos apud Deum reos verbis noftris efficimus, dicente Scriptura: [m] *Laqueus fortis eft viro, propria labia*. Unde non immerito & Salomon dominicæ hujus orationis formam per Spiritum fanctum non ignorans, ante præmonuit dicendo: [n] *Non mentieris verbum in tua oratione*. Quis enim audeat, aut quomodo poteft Deo in oratione mentiri? Nifi forte is qui fecundum dominicam orationem, a Deo peccatorum veniam poftulans, ipfe in fe peccantibus non dimittit, non retinens dictum divinum: [o] *Homo homini refervas iram, & a Deo quæris propitiationem? & ipfe in hominem fimilem tibi non habes mifericordiam, & Deum pro peccatis exoras?* Hoc autem alio in loco ipfe Dominus apertiffime manifeftat, proferens fervi illius debitoris exemplum [p], cui plurimum debenti rogatus dominus debitum omne concefferat; qui cum poft indultum debitum confervo fuo debenti fibi nollet ipfe dimittere, in carcerem traditus & damnatus in pœna eft.

VII. Dehinc ait: [q] *Et ne nos inducas in tentationem, fed libera nos a malo*. Tentationis hujus duplex ratio, & cauffa diverfa eft: quia aliis per peccatum tentatio infertur ad emendationem, aliis ad fidei probationem, aliis infertur ad gloriam, fecundum quod beatus Jacobus in Epiftola fua teftatus eft, dicens: [r] *Beatus qui fuftinuerit tentationem, quoniam beatus factus accipiet coronam vitæ, quam promifit Deus iis qui eum diligunt*. Non enim fic oramus, ut tentationem quam fcimus effe utilem, penitus recufemus, dicente fancto David: [f] *Proba me Domine, & tenta me, ure renes meos & cor meum*. Cum etiam fanctum Abraham fciamus per tentationem perfectæ fidei gloriam confecutum: beatum quoque Apoftolum ad profectum fidei fuæ traditum tentationibus legerimus. Qui cum repelli a fe tentationis auctorem a Domino puftularet, refponfum eft illi: [t] *Sufficit gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur*. Non ergo, ne in toto tentemur oramus; fed ne fupra quam virtus fidei patitur, tentationi tradamur: quod ipfum in alio libro Evangelii evidenter oftenfum eft: fic enim fcriptum eft: [u] *Et ne nos inferas in tentationem*, quam fufferre non poffumus. Apoftolus quoque ut id ipfum oftenderet, ita teftatus eft dicendo: [x] *Fidelis autem Deus qui non patitur tentari fuper id quod poteftis, fed faciet cum tentatione etiam tranfgreffum, ut poffitis tolerare*. Et ideo non illam tentationem a nobis auferri quæ effe poteft utilis, deprecamur; fed illam quæ ad fidei noftræ everfionem modum infirmitatis excedit. Et idcirco congrue ac neceffario in fine orationis [y] etiam *liberari* nos poftulamus *a malo*, qui fidem noftram diverfis tentationibus quotidie expugnare non definit, a qua nos non immerito quotidiana oratione deprecamur, ne immiffionibus ipfius impediti, præcepta divina minime poffimus implere. Univerfa igitur quæ fidei ac faluti noftræ funt neceffaria, in hac brevitate orationis dominicæ continentur, dum profeffionem nominis paterni confitemur, dum fignificationem ineffe in nobis ipfius nominis poftulamus, dum advenire regnum Dei petimus, dum voluntatem ejus in nobis fieri deprecamur: dum panem vel terrenum vel cæleftem ad fpem falutis noftræ quotidie exoramus, dum peccatorum veniam imploramus, dum gravem tentationem auferri a

*a* Matth. VI. 10. *b* I. Theff. IV. 3. *c* Joan. VI. 40. *d* Matth. VI. 11. *e* I. Tim. VI. 8. *f* Eccli. XXIX. 28. *g* Matth. VI. 34. *h* Joan. VI. 52. *i* I. Cor. XI. 28. *k* Ibid. ꝟ. 29. *l* Matth. VI. 12. *m* Prov. VI. 2. fec. LXX. *n* Eccli. VII. 15. *o* Eccli. XXVIII. 3. 4. *p* Matth. XVIII. 23. feqq. *q* Matth. VI. 13. *r* Jac. I. 12. *f* Pfal. XXV. 2. *t* II. Cor. XII. 9. *u* Luc. XI. 4. *x* I. Cor. X. 13. *y* Matth. VI. 13.

nobis oramus, postremo dum nos liberari a malo A qui est auctor omnis peccati, indesinenter a Domino postulamus. Quod ipsum futurum olim per Isaiam Spiritus sanctus prænuntiaverat dicendo: [a] *Quoniam verbum breviatum faciet Dominus per universum orbem terræ.* Unde non immerito sequitur: [b] *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, remittet vobis Pater vester qui est in cælis delicta vestra: Si autem non remiseritis hominibus, nec Pater vester remittet vobis peccata vestra.* In hoc quod oramus; *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:* sequitur Domini justa sententia, qua ait: *si non remiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester remittet vobis, qui est in cælis.* Et idcirco ut de remittendis nobis peccatis Dominum confidenter orare possimus, ipsis prius in nos peccantibus remittamus. Unde & Salomon ait: [c] *Remitte proximo tuo peccata, & tibi peccata solventur.* Quod si infideli animo ac perdurata mente delinquentium in nos peccata teneamus; nos quoque peccatorum veniam accipere non mereri, aperte Dominus manifestat: cui est honor, laus, & gloria, una cum Spiritu sancto ante omnia sæcula & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

## TRACTATUS XIV.

I. Deinde ait: [d] *Cum jejunatis*, inquit, *nolite fieri sicut hypocritæ, tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Vos autem cum jejunatis, ungite caput vestrum, & faciem vestram lavate, ne appareatis hominibus jejunantes, sed Patri vestro qui est in absconso: & Pater vester qui est in absconso, reddet vobis.* Sicuti in superioribus præceptis, ita quoque circa jejunii observationem, ad perfectæ nos fidei meritum Dominus doctrinæ suæ mandatis instituit; ut non propter humanam gloriam (sicut hypocritæ faciunt,) sed propter futuram spem, soli Domino jejunemus, a quo exspectamus humilitatis hujus devotæ mercedem. Verum qui ita jejunant, ut magis hominibus quam Deo placeant: habent quidem laborem de corporis afflictione, sed per inanem gloriam mercedem laboris apud Deum habere non possunt; quia cum solummodo id caussa religionis ac fidei agere debeant, humanæ potius laudis gloriam quærere malunt; & ideo ait Dominus: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Et unum quidem propositum videtur esse jejunii: tam ejus qui Deo tantum devota mente jejunat, quam etiam illius qui jejunans hominibus placere desiderat; sed distat gratia jejunantium: quia quamvis utriusque simile propositum videatur atque jejunii labor, non tamen idem fructus est nec eadem retributio meritorum. Longe enim differt ille qui propter Deum jejunat, ab eo qui propter homines jejunare proponit: quia huic pro mercede laboris compensatio fit laudis humanæ; illi pro devotione humilitatis, meritum gloriæ in futuro servatur. Sic quoque & orantium habitus secundum animi fidem & mentis affectum magna distantia meritorum est. Aliud est enim (ut superius dictum est) sub exspectatione humanæ laudis orare: aliud ad hoc tantum orare, ut orationis suæ a Deo retributore exspectet mercedem. Similis caussa est & circa omnem observantiam divinæ religionis.

II. Unde non immerito Dominus omne studium laudis atque humanæ jactantiæ volens a nobis abesse, docet nos quemadmodum ipsi religioso animo ac devota mente placeamus, dicendo: *Vos autem cum jejunatis, ungite caput vestrum, & faciem vestram lavate, ne appareatis hominibus jejunantes, sed Patri vestro qui est in absconso:* ut, si fieri potest, opus jejunii & ipsius corporis atque animæ afflictionem vultus hilaritate velemus. Cujus rei exempla etiam secundum historiam in Sanctis præterito tempore legimus præostensa. Nam sanctissima Judith, cum magno mærore pro populo esset afflicta, post solemnitatem triduani jejunii, capite uncto & lota facie, ita internæ afflictionis tristitiam texit, ut simulato gaudio lætari hostibus videretur: ac sic demum per lætitiam vultus jejunium texit, & ab hoste triumphum victoriæ reportavit. Similiter Hester sanctissima, dum lota facie & capite uncto, post triduanum jejunium intelligi a rege potuit; Aman illum populi sui inimicum nequissimum interemit. Quid de Daniele ac tribus pueris dicemus, qui in tanta abstinentia inter tot adolescentes qui cibis regalibus pascebantur, soli vultu ceteris gratiores inventi sunt?

III. Sed quia id secundum litteram diximus; quid etiam secundum spiritualem intelligentiam sentiendum sit, debemus advertere. In unctione capitis misericordiam significari cognoscimus. Unde ungere caput, est proximo misericordiam facere: quæ misericordia in pauperem facta, refertur, ad Dominum qui caput viri secundum Apostolum [e] intelligitur, ipso Domino dicente; [f] *Quamdiu uni ex minimis istis fecistis.* In cujus misericordiæ vice, divina retributione velut quodam oleo cælesti perfundimur ab eo qui ait: [g] *Beati misericordes, quoniam ipsis miserebitur Deus.* Novit hanc cælestis olei in capite unctionem, etiam sanctus David, cum dicit: [h] *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam.* In facie vero lavanda emundatio corporis, ac sinceræ conscientiæ puritas significata cognoscitur. Unde lavare faciem, hoc est, ab omni sorde peccatorum & squalore delicti, & faciem cordis nostri & ipsam conscientiam mundam referre, ut vere lætitiam cælestis gaudii & hilaritatem sancti Spiritus in nobis habere possimus. Ac sic fit, ut dum sub hac fidei devotione Deo potius quam hominibus jejunamns, a Deo qui occultorum est cognitor, accipiamus retributionis mercedem. Hoc enim ait Dominus: *ne appareatis hominibus jejunantes, sed Patri vestro qui est in absconso: & Pater vester qui est in absconso, reddet vobis.* Si ergo vis caput semper unctum gerere, & mundam faciem cordis habere, juxta Domini dictum; insiste fideliter operibus misericordiæ, insiste devotioni jejunii; ut placere Domino merearis, cui est gloria in sæcula sæculorum Amen.

[a] Isa. x. 23. [b] Matth. vi. 14. 15. [c] Eccli. xxviii. 3. sec. Græc. [d] Matth. vi. 16-18. [e] I. Cor. xi. 3. [f] Matth. xxv. 40. [g] Matth. V. 7. [h] Psalm. cxxxii. 2.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 402.



## TRACTATUS XV.

I. [a] *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea exterminant, ubi fures effodiunt & involant: Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, ubi neque ærugo, neque tinea exterminant, & ubi fures non effodiunt nec furantur: ubi enim erit thesaurus tuus, illic erit & cor tuum.* Prohibet nos Dominus in terra thesaurizare, ubi omnia infirma sunt & caduca. Contrarium est enim fidei ac saluti hos terrenos thesauros expetere, divitias sæculi quærere, facultates mundi sectari, quas possunt & tineæ corrumpere, & ærugo absumere, & fures rapere. Quia quicumque magis in terra thesaurizare voluerint, quam in cælo, thesauros illos æternæ & cælestis vitæ habere non possunt, dicente ipso Domino: [b] *Quoniam dives difficile intrabit in regnum cælorum.* Similiter & Apostolus: [c] *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem & muscipulam diaboli.* Recordemur illius divitis, qui omnem gloriam suam in sæculi thesauris atque in redituum suorum ubertate constituit: qui cum propter affluentiam frugum de ampliandis horreis cogitaret, atque animæ suæ, delicias opum & securitatem longæ vitæ promitteret; non dicam subripiente fure hæc quæ congregaverat perdidit; sed ipsam animam sub eadem nocte, cui thesaurizabat, amisit. Unde non immerito David ipse testatus est, dicens: [d] *Thesaurizat & ignorat cui congregabit ea.* Cogitemus & illum adolescentem, qui cum prope omnia præcepta legis implesset: quia thesauros magis terrenos habuit quam cælestes, vitæ æternæ thesauros obtinere non potuit. Et idcireo bene David ait: [e] *Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: divitiæ si affluant, nolite cor apponere.*

II. Quapropter vult nos Dominus thesauros nostros non in terra, ubi perire possunt, sed in cælo recondere, ubi nulla adversa dominantur, ubi fures non effodiunt, id est diabolus & angeli ejus; nec ærugo exterminant, id est, peccata dominantur. Quemadmodum autem hunc thesaurum in cælo reponere debeamus, ipse Dominus in Evangelio manifestat, dicendo ad illum adolescentem: [f] *Vade, vende omnia quæ habes, da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo.* Hujusmodi ergo thesauros qui æterni sunt & incorrupti, qui perire non possunt, per opera justitiæ, per pietatis ac misericordiæ merita jubemur in cælo recondere. In cælo enim reconditur, quidquid (secundum fidem Scripturæ) in usum pauperum fideliter erogatur, dicente Scriptura: [g] *Qui dat pauperi, Deo fænerat.* Unde & sub Apostolis credentes, memores hujus dominici præcepti, thesaurizasse sibi invenimus in cælo: quia venditis universis rebus suis, terrenos thesauros ad regna cælestia transtulerunt.

III. Et ideo addidit Dominus, dicens: [h] *Ubi fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum.* Qui in cælo semper bonis operibus thesaurizamus, ubi omnis spes & salus est nostra, ubi nobis vita æterna reposita est, in terra licet positi, cor tamen in cælo semper habemus. Verum, non potest cor in cælis habere, qui cupiditate sæculi captus, thesaurizare sibi magis in terra maluerit. Merito & sanctus Apostolus etiam divites sæculi, quemadmodum hunc thesaurum cælestem consequi possint, hortatur, dicens: [i] *Divitibus hujus sæculi præcipe, non superbe sapere, neque ponere in incertum divitiarum spem suam, sed in Deum vivum, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum: bene faciant, divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi in futurum, ut apprehendant veram vitam,* ab eo qui auctor est vitæ & immortalitatis æternæ: cui est laus & gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

## TRACTATUS XVI.

I. Deinde ait: [k] *Lucerna,* inquit, *corporis tui est oculus tuus: Si oculus simplex est, totum corpus tuum lucidum est; si autem oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum est. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, tenebræ ipsæ quantæ sunt?* Lucerna corporis, sensus mentis, & fides cordis intelligitur: quæ si in nobis pura & lucida fuerit, sine dubio, omne corpus nostrum illuminat. Idcirco autem lucerna in comparatione fidei ponitur, quia sicut lucerna incedentium in nocte gressus illuminat, ne aut in foveas, aut in offendicula quæque ambulantes incurrant: ita in hac sæculi nocte splendor fidei omnes vitæ nostræ gressus, præeunte lumine veritatis illuminat, ne aut in foveas peccatorum, aut in offendicula diaboli incidamus. Hoc est ergo quod ait Dominus: *Lucerna corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum est; si autem oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum est:* Ostendens, quia si hæc fides nostra, quæ lucerna corporis vel oculo significatur, in nobis aut peccatorum tenebris, aut perfidiæ obscuritate cæcetur: sine dubio, omne corpus nostrum obscurum tenebrosumque redditur. Quod ipsum S. Joannes ostendit, dicens: [l] *Deus lux est:* Et: [m] *Qui carum habet fratrem suum, ipse est in lumine; Qui autem odit fratrem suum, in tenebris ambulat, & nescit ubi ambulat, quia tenebræ obcæcaverunt oculos ejus.* Et si hoc de eo qui fratrem suum odit, secundum dictum Joannis intelligitur: in quibus tenebris hæreticus demoretur, qui amisso lumine catholicæ veritatis, perfidus ac blasphemus exsistit, debemus advertere. Et ideo ait Dominus: *Si lumen,* inquit, *quod in te est, tenebræ sunt: tenebræ ipsæ quantæ sunt?* In eo scilicet, qui veritatem in mendacium, fidem in perfidiam demutaverit.

II. Alio autem sensu oculum corporis, qui est membris omnibus pulcrior ac pretiosior, episcopum advertimus significatum, qui clara fidei suæ ac doctrinæ prædicatione, velut oculus quidam Ecclesiæ corpus illuminat. Qui per simplicem fidem ac sanctam conversationem, catholicus & fidelis doctor exstiterit, potest populus cui præest, doctrinæ ac formæ ipsius exemplo in lumine semper veritatis manere. Verum si is qui lumen ceteris præbere videtur, per pravam fidem aut per turpem conversationem, nequam & perfidus doctor exstiterit, sine dubio, vitæ ac perfidiæ suæ exemplo totum

[a] Matth. VI. 19-21. [b] Matth. XIX. 25. [c] I. Tim. VI. 9. [d] Psal. XXXVIII. 7. [e] Psal. LXI. 11. [f] Matth. XIX. 21. [g] Prov. XIX. 17. [h] Matth. VI. 21. [i] I. Tim. VI. 17-19. [k] Matth. VI. 22-24. [l] I. Joan. I. 5. [m] I. Joan. II. 10. 11.

corpus potest tenebrosum efficere. Unde non immerito de tali oculo Dominus dicit: *Si lumen quod in te est, tenebræ sunt: tenebræ ipsæ quantæ sunt?* Hoc est, si hujusmodi doctor qui lumen fidei ex se præbere ceteris debet, per hæresim obcæcatus, tenebrosus exstiterit: quantæ in populo illo possint esse tenebræ peccatorum, debemus advertere.

III. Et addidit: [a] *Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & mammonæ.* Non posse unumquemque nostrum duobus dominis servire, id est, Deo & diabolo, Dominus manifeste declarat. Et Deus quidem quamvis dominus omnium sit, quia omnia ab ipso creata sunt & in omnibus ipse dominatur, potestate, virtute, natura: horum tamen præcipue Dominus esse dignatur, qui Dominum ac Deum suum, conditorem universitatis cognoscentes, præcepta ejus fideli servitute custodiunt. Diabolus vero, horum tamen dominus intelligitur, quos a vero Domino ac parente seducens per peccatum, nequissimæ suæ subjugat servituti, & quibus per iniquitatis suæ opera illicito jure dominatur. Hac ergo de caussa & ipse suo loco dominus appellatur, quia hujusmodi stultis hominibus per peccatum dominatur. Et idcirco scriptum est: [b] *Qui facit peccatum, servus est peccati.* Sed quia jam per Dei misericordiam visitati, liberati de diaboli dominatione, verum Dominum recognovimus, a quo creati & redemti sumus: priori domino, id est, diabolo, qui nobis more tyrannico dominabatur, servire prohibemur: vel potius avaritiæ & cupiditati, quam mammonam nun-

A cupat, quæ interdum etiam religiosas mentes captivare consuevit. Unde fugere ac vitare debemus cupiditatem pecuniæ, avaritiam sæculi, ne nos indignæ servituti ejus, vel diabolo qui auctor est avaritiæ, subjugemus.

IV. Et hoc est quod ait Dominus: *Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odiet & alterum amabit, aut unum patietur & alterum contemnet*: quia quicumque ex toto corde Dominum ac Deum suum diligit, necesse est diabolum cum suis actibus oderit: quia in dilectione Dei manifestum est diabolum semper in exsecrationem haberi. Verum qui per iniqua opera peccatorum mam-
B monam vel diabolum diligit, faciendo ipsius voluntatem, Deum amare non potest, cujus præcepta comtemnit. Et ideo qui Deum diligit, servus diaboli non potest nuncupari: cum jam ipsi per fidem cælestis gratiæ dominetur. Similiter & qui peccatis deserviens, dominationi se diabolicæ subdit: hujusmodi Deum habere Dominum non meretur. Et ideo ait Dominus: *Non potestis Deo servire & mammonæ*: Ostendens nos non posse & Deo servire & diabolo, id est, Deo misericordiæ auctori, & diabolo mammonæ & avaritiæ dominatori. Hoc & Apostolus ostendit, cum dicit: [c] *Quæ societas lucis ad tenebras?* Mammona, id est, diabolus qui auctor est mammonæ. Ille nos ad
C misericordiam provocat, hic ad avaritiam. Ille ad vitam, hic ad mortem. Ille ad salutem, hic ad perditionem: Cui de duobus obtemperare debemus? Ei utique qui nos ad vitam invitat, non ei qui nos tradit ad mortem. *** *Reliqua desiderantur.*

## TRACTATUS XVII.

*Deest initium.*

QUapropter respondens Dominus Jesus dixit: [d] *Sine modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam.* Jesus igitur ad consummanda legis omnia sacramenta, ut baptizaretur a Joanne, a Galilæa in Jordanem descendit. Sed Joannes Deum suum per Spiritum sanctum recognoscens, cujus ne calceamenta quidem dignum se fuisse portare professus, implere quod jubebatur excusat: quia non credebat ei necessarium baptismum esse, quem sciret ad hoc venisse, ut baptismo suo mundi peccata deleret; & idcirco baptizari se ab eo potius oportere testatur, dicendo: [e] *Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Tamquam si diceret: Ego homo sum; tu Deus: Ego peccator, quia homo; tu sine peccato, quia Deus. Quid vis a me baptizari? Non recuso obsequium, sed ignoro mysterium. Ego peccatores baptizo in pœnitentiam. Tu quid vis baptizari, qui non habes caussam peccati? Immo potius quid vis baptizari ut peccator, qui venisti peccata tollere? Quid est ergo quod ait Joannes: *A te debeo ego baptizari, & tu venis ad me?* [1] quidnam famuli sui fidele servitutis, sed dispensationis suæ mysterium dicendo: *Sine modo; sic enim oportet nos implere omnem justitiam*: ostendens hoc esse omnem justitiam, ut ipse Dominus & magister salutis nostræ sacramentum compleret. Non ergo sui caussa baptizari Dominus venit, sed caussa nostri, ut impleret omnem justitiam. Justum est enim, ut quod quis docet alterum facere, prior incipiat. Quia igitur magister & Dominus humani generis venerat, exemplo suo docere voluit, quid esset faciendum, ut discipuli magistrum, servi Do-
D minum sequerentur. Quia ergo novum baptisma daturus erat, ad generis humani salutem & remissionem peccati; prior ipse baptizari dignatus est, non ut peccata deponeret, qui peccatum solus non fecerat; sed ut aquas baptismi sanctificaret ad diluenda peccata credentium. Numquam enim aquæ baptismi purgare peccata credentium potuissent, nisi tactu dominici corporis sanctificatæ fuissent. Ille ergo baptizatus est, ut nos lavaremur a peccatis. Ille tinctus est in aqua, ut nos a delictorum sordibus purgaremur. Ille lavacrum regenerationis accepit, ut nos ex aqua & Spiritu sancto renasceremur, sicut ipse alio in loco ait: [f] *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit*
E *in regnum cælorum.*

II. Baptismum ergo Christi ablutio est delictorum nostrorum, & renovatio est vitæ salutaris. Audi hoc ipsum Apostolum demonstrantem, cum dicit: [g] *Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Et addidit: [h] *Consepulti ergo illi estis per baptismum in mortem: ut quemadmodum Christus surrexit a mortuis, sic & vos in novitate vitæ ambuletis.* Per Baptismum itaque peccato morimur,

a Matth. VI. 24. b Joan. VIII. 34. c II. Cor. VI. 14. d Matth. III. 15. e Ibid. ℣. 14. f Joan. III. 5. g Gal. III. 27. h Rom. VI. 4.

1. Locus hiulcus videtur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 402.



sed Christo convivimus: vitæ pristinæ sepelimur, sed novæ vitæ resurgimus: vetusti hominis errore exuimur, sed novi hominis indumenta suscipimus. Implevit ergo Dominus etiam in baptismo omnem justitiam, quia ad hoc baptizari voluit, ut baptizaremur: ad hoc lavacrum regenerationis accepit, ut renasceremur in vita.

III. Et baptizavit quidem Joannes Dominum ac Salvatorem nostrum, sed potius ille baptizatus a Christo est: quia ille aquas sanctificavit, hic aquis sanctificatus est: ille gratiam donavit, hic accepit: hic peccata deposuit, ille remisit; quia hic homo, ille Deus: Dei enim est peccata dimittere, ut scriptum est: [a] *Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus?* Et ideo ait Joannes ad Christum: *Ego a te debeo baptizari; & tu venis ad me?* Joannes enim baptismo egebat, quia sine peccato esse non poterat: verum Christus baptismo egere non poterat, quia peccata non fecerat. Unde in baptismo illo Dominus ac Salvator noster primum Joannis, dehinc totius mundi peccata purgavit. Et ideo ait: *Sine modo; sic enim oportet nos implere omnem justitiam.* Cujus baptismi gratia dudum mystice præostensa est, cum populus per fluvium Jordanis in terram promissionis inductus est. Sicut ergo tunc populo ad terram promissionis eunti, per Jordanem via fuit, Domino præcedente: ita nunc per easdem aquas fluvii Jordanis, primum iter viæ cælestis apertum est, per quod ad beatam illam terram promissionis, id est, promissionem regni cælestis deducimur. Illis Jesus filius Nave in Jordane dux fuit: nobis vero Jesus Christus Dominus per baptismum dux exstitit salutis æternæ, unigenitus Dei Filius, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

## TRACTATUS XVIII.

I. Dehinc sequitur: [b] *Et baptizatus Jesus, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei descendentem quasi columbam. Et ecce vox de cælo dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Ut in Domini corporea nativitate, ita quoque in baptismo ejus, omni admiratione digna & majestati ejus congrua paruerunt. Cæli igitur, de aquis ascendente Domino, post baptismum patuerunt: sanctus Spiritus in habitu columbæ, specie corporali descendit testimonium Patris supra Filium deferens: vox etiam Patris statim de cælis auditur, dicentis: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Cujus sacræ vocis auditum super aquas, David quoque ante prænuntiaverat, dicendo: [c] *Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit.* In hoc utique, in quo vox paternæ majestatis testimonium Filio perhibens, quasi quoddam tonitru sonuit.

II. Quis igitur heic contra fidem hæreticis locus est? Quæ in hac Patris professione blasphemandi occasio relicta est, cum etiam expressa proprietate verborum sacramentum sit perfectæ Trinitatis ostensum? In mysterio enim baptismi & Filius manens videtur in corpore, & Spiritus sanctus in specie columbæ descendit, & vox Patris de cælis auditur, ut Trinitatis unitas declaretur; quia nec Pater sine Filio intelligi potest, nec Filius sine Spiritu sancto cognosci. [1] Unde igitur quale Patris de Filio testimonium sit, dicentis: *Hic est Filius meus:* Suus utique, non per adoptionem gratiæ, neque per religionem creaturæ, ut hæretici volunt, sed sui proprietate generis & veritate naturæ. Multi enim Sanctorum filii Dei dicuntur, & sunt: sed hic sine compassione unus Deo Patri Filius unigenitus, & verus, & proprius, non aliunde, quam de Patre natus. Quia tam verus Pater, Pater est, & Deus est: sicuti etiam verus Filius, Filius est Trinitatis ostensus; cum & Pater Christum Dominum ac Deum nostrum Filium suum esse testatur; & Spiritus, id est, Paracletus, in tanto fidei sacramento Patri Filioque conjungitur: ut verum Patrem, verum Filium, verum etiam Spiritum sanctum crederemus: tres personas, sed unam divinitatem Trinitatis, unamque substantiam. Hæc transitorie de Trinitatis mysterio dicta sunt.

III. Verum quia omnia quæ pro nobis Dominus egit, in sacramentum salutis nostræ ostensa cognoscimus: in eo, quod baptizato Domino cæli aperti sunt, idem monstratur, quia renatis in baptismo cælorum regna paterent, quæ nobis Filius Dei in corpore ad cælum ascendens, primus aperuit. Unde & statim in eo, quod sanctus Spiritus in specie columbæ descendit, & vox Patris de cælis auditur, dicentis: *Hic est Filius meus*; in quo cæleste mysterium, & salutis nostræ ordo revelatur; quia per salutare baptismum aquæ, essemus & filii Dei futuri, & donis sancti Spiritus munerandi: per quem est Patri, & Filio laus & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

a Luc. V. 21. b Matth. III. 16. 17. c Psalm. XXVIII. 3.

1. An legendum? *Vide*.

*FINIS.*

# SULPICII SEVERI


## OPERA OMNIA:

Ex nova editione ceteris multo accuratius adornata, & Veronæ ann. 1741 - 1754. in vulgus emissa:

STUDIO ET LABORE

V. C. HIERONYMI DE PRATO

CONGREGATIONIS ORATORII PRESBYTERI.



ACCESSERUNT

EPISTOLÆ VII. SUPERIORE SÆCULO EVULGATÆ,

QUÆ IN EADEM VERONENSI EDITIONE DESIDERANTUR.

# VETERUM TESTIMONIA
## DE
# SULPICIO SEVERO.

I.

S. Paullinus Nolanus, *intimus* Sulpicii Severi *amicus, plures ad eum ſcripſerat epiſtolas, quarum hodie exſtant* XIII. *tantum, ex quibus hæc pauca excerpſimus; licet omnes & ſingulæ totidem ſint Severi virtutum præclariſſima teſtimonia.*

*Epiſt.* V. *alias* I. *ſcripta anno* CCCXCV. *num.* 5. & 6.
*ita ad eum ſcribit.*

Tu, frater dilectiſſime, ad Dominum miraculo majore converſus es, quia ætate florentior, laudibus abundantior, oneribus patrimonii levior, ſubſtantia facultatum non egentior, & in ipſo adhuc mundi theatro, ideſt fori celebritate, diverſans & Facundi nominis palmam tenens, repentino impetu diſcuſſiſti ſervile peccati jugum, & letalia carnis & ſanguinis vincla rupiſti. neque te divitiæ de matrimonio familiæ conſularis aggeſtæ, neque poſt conjugium peccandi licentia, & cælebs juventas ab anguſto ſalutis introitu & arduo itinere virtutis in mollem illam & ſpatioſam multorum viam revocare potuerunt .... Tu ergo verus factor legis, & Evangelii non ſurdus auditor, qui corpus & mundum configens cruci, delicias juventutis, & vitæ præſentis mala gaudia pro venenis & luctibus averſatus es, reſpuens patrimonio- A rum onera ceu ſtercorum, merito ſocrum ſanctam [1] omni liberaliorem parente in matrem ſortitus æternam, quia cæleſtem Patrem anteverteras terreno parenti; exemplo apoſtolorum *relicto* [2] patre in navicula fluctuante, ſcilicet in hujus vitæ incerto cum retibus rerum ſuarum & implicatione patrimonii derelicto, Chriſtum ſecutus; nec minoris domeſticis opibus ingenii facultatis laudem ab hominibus non accipiens, & inanis gloriæ ſublimiter negligens, piſcatorum prædicationes Tullianis omnibus & tuis litteris prætuliſti. confugiſti ad pietatis ſilentium, ut evaderes iniquitatis tumultum: muteſcere voluiſti mortalibus, ut ore puro divina loquereris, & pollutam canina facundia linguam, B Chriſti laudibus & commemoratione ipſa pii nominis expiares.

Idem *epiſt.* XI. *alias* V. *ſcripta anno* CCCXCVII. *ad eumdem, num.* 4.

Neque ſat habes occaſionibus cunctis reviſere, niſi & pueros tuos mittas, nec ſolum de famulis, ſed & de filiis ſanctis, quorum benedicta in Domino prole lætaris, eligis tabellarios, quorum oculis nos videas, & ore contingas. Specioſi nobis pedes illorum tamquam evangelizantium bona: nuntiant enim nobis & afferunt ea quæ ad pacem ſunt de te, cum proferunt opera Domini, quæ aut operaris in verbo Dei, aut ſcribis in ſpiritu Verbi.

*Et infra num.* 11.

Te vero victa lege membrorum & exteriore corrupto puram conſperſionem parare [3], & ſine fermento azymum Chriſto confici, eloquia tua tam facunda quam ſancta teſtantur, neque enim tibi donatum fuiſſet enarrare Martinum, niſi dignum os tuum ſacris laudibus mundo corde feciſſes. Benedictus igitur tu homo Domino, qui tanti Sa- C cerdotis & manifeſtiſſimi Confeſſoris hiſtoriam tam digno ſermone quam juſto affectu percenſuiſti: beatus & ille pro meritis, qui dignum fide & vita ſua meruit hiſtoricum, qui & ad divinam gloriam ſuis meritis, & ad humanam memoriam tuis litteris conſecratur.

*Et infra num.* 13. *in fine:*

Sed in me peccatorem fugere, non pauperem, Martini beatiſſimi frequentator argueris; quem certe numquam deſideraſſes, ſi cibis corporis eſurire timuiſſes.

Idem *epiſt.* XXIII. *alias* III. & IV. *ſcripta anno* CCCCI.
*ad eumdem, num.* 3. *de Victore loquens:*

Vere recognovimus in eo ſanctorum formulam beatorum Martini & Clari, quem proximo inter- D vallo illuſtris magiſtri ſequacem [4] te auctore cognovimus. horum ſe unius in regeneratione progeniem, alterius in via comitem fuiſſe filius pacis Victor aſſeruit.

*Ibidem num.* 4.

Vix ut me aquam miniſtrare manibus ſuis fineret: ex libro enim tuo iſtius gratiam ſervitutis adamavi, ut minimam ſaltem guttulam de ſacris Martini actibus delibarem.

1. Scilicet Baſſulam, ad quam data eſt epiſtola III.
2. Monet Le-Brunius hoc verbum *relicto* in editione Schotti deeſſe: & ſane redundare videtur.
3. Al. *parari*: quod magis placet.
4. Alludit ad ea quæ Severus in epiſt. II. ad Aurelium ſcripſerat.

IDEM *epist.* XXIV. *alias* II. *scripta & missa cum superiore, num.* I.

Cur audeas nobis[!], ut decertato agone victori- A bus, palmam perfectionis adscribere, quod omnem terrenæ possessionis sarcinam exposuisse videamur: te contra adhuc infelicem & in luto fæcis infernæ adhærentem ingemiscas, quod vel unum, ut scripsisti, prædiolum non vendidisse videaris; cum ipsum quoque æque ut vendita a tuo jure præsenti alienaveris, ut majoribus fidei fructibus bis devotus exsisteres Deo, diverso mercimonii opere, sed uno vitæ lucro intra ejusdem præcepti terminos venditor largitorque fundorum, & ideo sine animi captivitate possessor; quia & quæ reservasti, Ecclesia te serviente possideat. *Adde & quæ num.* 3. *&* 4.

IDEM *epist.* XXVII. *alias* XIV. *scripta itidem anno* CCCCI. *ad eumdem, num.* 3.

Ineffabile mihi est, quanta me voluptate perfuderint, cum referrent & actus & sermones tuos & perfectum cor tuum caritatis divinæ scientia, qua humilis & excelsus, pauper & dives, servus & liber, famulis conservus, fratribus servus, pauperi- B bus dives in visceribus misericordiæ, divitibus pauper in spiritu mansuetudinis, humilis virtute pietatis, arduus sublimitate virtutis, & servus Deo, liber mammonæ. totum in te spirare Martinum, florere Clarum, maturari Evangelium prædicabant.

IDEM *epist.* XXVIII. *alias* IX. *scripta anno* CCCCII. *num.* 5.

Præterea autem jussisti, nimium opulenter tibi de paupere tuo blandiens, ut quæ de te annalibus non unius gentis, sed generis humani fugerent, ego videlicet quasi peritior edocerem. sed sibi imputet famem, qui pauperis amici forem pulsat, & promtuarium inane scrutatur. numquam enim in hæc investiganda & colligenda mihi contentum studium fuit: nam etiam in tempore veteri, quo videbar legere nec legenda, ab historicis scriptoribus peregrinatus sum. Attamen nunc operis tui curam gerens, quo te pro utilitate fidei nostræ inspiciendis & conferendis præteritorum temporum rationibus occupatum indicasti, quod de me non habui, de fratris unanimis opulentiori thesauro petivi; & C ipsam adnotationem, quam commonitorii vice miseras, litteris meis inditam direxi ad Rufinum presbyterum, sanctæ Melani [1] spiritali in via comitem, vere sanctum & pie doctum, & ob hoc [2] intima mihi affectione conjunctum. Si ille has, quæ merito te permovent, de annorum sive regnorum non congruente calculo hiantis historiæ caussas non ediderit, qui & scholasticis & salutaribus litteris græce juxta & latine dives est; vereor ne apud alium in his regionibus frustra requiramus. quod si præsumtioni de se meæ satisfecerit, prima occasione, si Dominus faverit, transmittam unanimitati tuæ, utcumque mihi super hac ratione rescripserit.

IDEM *epist.* XXIX. *alias* X. *scripta eodem quo superior tempore ad eumdem, num.* 6.

Quo etiam ILLUSTRI ILLI MATERIA ET ELOQUENTIA LIBRO TUO vicem aliquam videar reddere; si feminam (*Melanium*) inferiorem sexu, virtutibus Martini Christo militantem prosequar, quæ, &c.

*Ibidem num.* 14. *de eadem Melanio loquens:*

Non tuli, frater, ut te ista nesciret. ut gratiam in te Dei plenius nosceret, tuo te illi magis quam meo sermone patefeci: Martinum enim nostrum illi studiosissimæ talium historiarum ipse recitavi. D quo genere te & venerabili episcopo atque doctissimo Nicetæ, qui ex Dacia Romanis merito admirandus advenerat, & plurimis Dei sanctis, in veritate non magis tui prædicator quam mei jactans, revelavi: gloria enim mihi est, diligi te [3] & amari, quem famulum veritatis consona linguæ vita testatur.

IDEM *epist.* XXXII. *alias* XII. *scripta anno* CCCCIII. *ad eumdem. inter versiculos, quos mittit ipsi aliquibus in locis basilicæ ab eo ædificatæ & depictæ parietibus inscribendos, hi habentur, num.* 3.

Dives opum Christo, pauper sibi, pulcra *Severus*
Culmina sacratis fontibus instituit.

*Et num.* 5.

Corpore, mente, fide castissimus incola Christi
Condidit ista Deo tecta *Severus* ovans.
Totus & ipse Dei templum viget hospite Christo, E
Gaudentemque humili corde gerit Dominum.
Ecce velut trino colit unam nomine mentem,
Sic trinum sancta mente sacravit opus.

1. Ita editio Rosvveydi, & Le-Brunii ex mss. alibi tamen legitur *Melanii*.

2. Ex hoc aliisque locis Paullini aperte colligas, ipsi admodum carum fuisse Rufinum: Severo vero cum eodem nullam intercessisse amicitiam hinc plane liquet. itaque corrigendus Norisius qui Hist. Pelag. lib. I. cap. 2. scripsit: *Paullinum Nolanum, & Severum Sulpicium non modo Rufini amicos, sed & encomiastas fuisse, ex ipsorum litteris satis intelligitur.*

3. Forte *a te*.

## II.

PAULLINUS *S. Ambrosii Mediolanensis episcopi notarius, initio ejus Vitæ quam scripsisse autumant anno* CCCCXII. *aut* CCCCXIII. *aut saltem* CCCCXXII. [1] *ad beatum Augustinum episcopum ita scribit:*

Hortaris venerabilis pater Augustine [2], ut sicut beati viri Athanasius episcopus & Hieronymus presbyter stilo prosecuti sunt vitas SS. Paulli & Antonii in eremo positorum, sicut etiam Martini venerabilis episcopi Turonensis ecclesiæ *Severus servus Dei* LUCULENTO SERMONE contexuit; sic etiam ego beatissimi Ambrosii episcopi Mediolanensis ecclesiæ meo prosequar stilo. Sed ego ut meritis tantorum virorum, qui muri ecclesiarum sunt & eloquentiæ fontes, ita etiam sermone me imparem novi.

## III.

S. HIERONYMUS *scribens, circa annum* CCCCXV. *in Ezechielis cap.* XXXVI.

Neque enim juxta Judaicas fabulas, quas illi δευτερώτεις appellant, gemmatam & auream de cælo exspectamus Jerusalem: nec rursum passuri circumcisionis injuriam, nec oblaturi taurorum & arietum victimas, nec sabbati otio dormiemus. quod & multi nostrorum, & præcipue Tertulliani liber qui inscribitur *De spe fidelium*, & Lactantii Institutionum volumen septimum pollicetur, & Victorini Petabionensis episcopi crebræ expositiones, & nuper *Severus* noster in Dialogo, cui Gallo nomen imposuit: & ut Græcos nominem, & primum extremumque conjungam, Irenæus & Apollinarius.

## IV.

URANIUS *presbyter in epistola ad Pacatum De Obitu S. Paullini,*
*scripta anno* CCCCXLI. *aut paullo post:*

Martinus autem vir per omnia apostolicus, cujus Vita [3] ab omnibus legitur, Galliarum episcopus fuit.

## V.

PROSPERI AQUITANI *Chronicum Pithœanum, quod desinit in annum* CCCCLV.
*ad annum Arcadii & Honorii IX.*

*Severus*, ex disciplina sancti Martini, ejus vitam tribus explicat libris.

## VI.

PAULLINI PETROCORICENSIS, *qui Vitam beati Martini versu expressit*
*circa annum* CCCCLX. *lib.* V. *vers.* 193. *& seqq.*

Testis adest docto mirabilis ore *Severus*,
Et tota Christum cordis virtute secutus,
Insignis mundi titulis, sed clarior illa,
Qua mundum temsit, sanctæ virtute fidei;
Nobilitate potens, sed multo extentius idem
Nobilior Christi cultu quam sanguinis ortu.
Hic Sacrum Canonem, distentæ & scripta coartans
Historiæ, geminis conclusit cuncta libellis,
Quæcumque a primis percurrerat edita sæclis.
Idem Martini titulos vel gesta retexens,
Scrutator cautus veri, fidusque relator,
Protulit in medium tam claræ insignia vitæ;
Sic justam retinens æquato examine libram,
Ne dubia adstrueret dicens, nec certa taceret.
Hic Sancto persæpe pie sociatus adhæsit,
Ut solet in speculo cordis perspectio mentis
Cognatæ similis [4] morum sociare figuras:
Quo mage credendum est testem magis esse probatum,
Qui coram comperta docet, cum visa loquatur.

## VII.

GENNADIUS *in Catalogo de viris illustribus, quem scribebat*
*circa annum* CCCCXCIV. [5], *sub numero* XIX.

*Collatione facta cum tribus mss. codicibus, primo antiquissimo Capituli Veronensis, in quo habetur integer liber ejusdem Gennadii; altero Brixiano, & tertio Veneto, in quorum primo præmittitur Dialogis, in altero postponitur hoc de Sulpicio Severo testimonium: item cum aliis libris impressis.*

*Severus* presbyter, cognomento Sulpicius, Aquitanicæ provinciæ, vir genere & litteraturæ [6] no-

1. Vide Tillem. in Vita S. Ambrosii §. II.
2. Ex his verbis jure possumus arguere & cognitam & in pretio habitam fuisse S. Augustino S. Martini Vitam a Severo scriptam: neque tamen verum esse comperio eum in epistolis suis Severi mentionem aliquando fecisse: nam quod in omnibus fere Severi editionibus ejus testimonium producitur ex epist. CCV. nihil moror: in comperto enim est eam epistolam Augustino falso adscriptam. quod vero alii, iique non ignobiles scriptores, Labbeus, Bailletus, Natalis ab Alexandro, epistolam ejusdem XXV. citant, eodemque tempore adnotant eam quæ num. CCV. prænotatur, supposititiam esse, profecto graviter alucinantur: nullibi enim, quod comperiam, in epistolis Augustinus Severi nostri meminit, & sane in antiquis editionibus, ad quas provocat Bailletus, epist. XXV. ne quidem Augustini est, sed Hieronymi.
3. Hæc autem non alia certe ab ea quam Severus edidit.
4. Pro *similes*.
5. Vide Norisium Hist. Pelag. lib. II. cap. XVI.
6. *Litteratura*: ita Venetus, & ita legit Pastrengus: favent Capitularis & Brixianus, qui habent *littera*: & ita legitur in editione Parmensi anni 1480. Operum D. Hieronymi. Ea voce usus Gennadius & in Prudentio, *Vir sæculari litteratura eruditus*. Vulgat. habent *litteris*.

bilis, & paupertatis atque humilitatis amore conspicuus, carus [1] etiam sanctorum virorum Martini Turonensis episcopi, & Paullini Nolensis, scripsit non contemnenda opuscula. nam epistolas ad amorem Dei & contemtum mundi hortatorias scripsit sorori suæ multas, quæ & [2] notæ sunt. scripsit ad Paullinum [3] prædictum duas, & ad alios alias: sed quia in aliquibus etiam familiaris necessitas inserta est, non digeruntur. composuit & Chronica. scripsit & ad multorum profectum Vitam beati Martini monachi & episcopi, signis [4] & prodigiis ac virtutibus illustris viri: & collationem Postu-

A miani & Galli se mediante & judice de conversatione monachorum Orientalium & ipsius Martini habitam in Dialogi speciem duabus in concisionibus [5] comprehendit: in quarum priore refert suo tempore apud Alexandriam [6] synodo episcoporum decretum, Origenem & cautius [7] a sapientibus pro bonis legendum, & a minus capacibus [8] pro malis repudiandum [9]. Hic in senectute sua a Pelagianis deceptus, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium usque ad mortem tenuit, ut peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo penitus [10] emendaret.

## VIII.

GELASIUS *in concilio* LXX. *episcoporum, Decreto de Apocryphis Scripturis edito anno* CCCCXCVI.

Opuscula Postumiani & Galli apocrypha. B

## IX.

VIGILIUS TAPSENSIS, *qui floruit sub finem sæculi* V. *non interpres sed auctor disputationis Athanasii contra Arium, in Procemio:*

Sed si illud recolat, quod in Chronica sua beatæ memoriæ [11] *Sulpicius Severus* posuit, dicens, *Duo Arii tamquam duo serpentes ex uno ore sibilabant*; duos Arios fuisse evidenter reperiet.

## X.

EUGIPPIUS *presbyter, discipulus S. Severini Noricorum apostoli, in ejus Vita, quam scripsit, ut ipse testatur in epistola ad Paschasium diaconum, biennio post consulatum Importuni, id est* coss. Felice & Secundino, *anno Christi* DXI.

*Severus* quoque *Sulpicius* refert ex relatione Postumiani, virum quemdam magnis virtutibus signisque mirabilem, ad expellendam de corde suo C jactantiæ vanitatem quam incurrerat, exorasse ut, permissa in se mensibus quinque diaboli potestate, similis his fieret quos ipse curaverat.

## XI.

VENANTIUS FORTUNATUS, *qui postea fuit Pictavensis episcopus, in Vita Martini scripta ante annum* DLXX. *lib.* II. *vers.* 467. *& seqq.*

Cujus [12] prosaicus cecinit prius acta *Severus*,
Versibus intonuit Paullinus deinde beatus:
Æquiparare valens [13] illustris uterque relator,
Materia victi sed & ipsi carmine cedunt.

*Et lib.* III. *vers.* 10. *& seqq.*

Ante per Hadriacos fluctus dare vela videbar
Cum duce *Sulpicio*, bene cujus ab ore venusto
Martini sacros dulcis stilus edidit actus,
Quos ego sub geminis claudo pede curro libellis.

*Et paullo infra:*

Dum tamen alta peto, resonet mihi *Gallus* in aure D
Gesta beata viri, qua [14] mitiget unda tumorem,
Et sermone viam relevet sale fabula dulcis.
Deferor ecce freto, fugiunt & litora visum:
Remiget hic *Gallus*, Martinus vela gubernet.

1. Editio Gennadii Hamburgi curata a Joanne Alberto Fabricio, quam sequitur editio Hieronymiana Veronensis, haber *clarus ... notitia*, contra mss. & impressorum fidem. Sic Hieronymus lib. *De Vir. Illustr.* in Serapione, *Carus Antonii monachi*, & Tertullianus *De Pœnitentia* cap. 9. *Caris Dei adgeniculari*.

2. Conjunctio *&*, quæ abest ab editione Hamburg. & Veronensi, habetur in Cap. & in editione Parmensi.

3. *Ad supradictum Paullinum Nolanum duas*. Cap. Brix. cum Parm. editione; quæ cum Veneto libro, & aliis impressis præmittit *&*: *& ad supradictum*.

4. *Et prodigiis* in Brix. non apparet.

5. Miræus, Fabricius & alii; *in tribus incisionibus*: male: *duabus in concisionibus* est in Cap. & Parm. editione, quibus suffragantur Brix. & Ven. *in duabus concisionibus*. al. edit. *duabus incisionibus*.

6. Edit. Hamburgensis & Veron. *in synodo*. male alii quidam libri impressi, *apud Alexandrinam synodum episcoporum decretum*.

7. *Et cautius*. *Et* est ex Cap. & Brix. Parm. edit. & aliis.

8. In Cap. Brix. mss. & edit. Parm. *a minus capientibus*.

9. Hamburg. & Veron. edit. *refutandum*: sic habet & Ven. liber.

10. Ita libri omnes præter Hamburg. & Veron. qui habent *pœnitens*, ex cod. Corbejensi; cujus variantes lectiones habes in Tom. II. editionis Parisiensis S. Hieronymi.

11. Sed verba citata non sunt propria Severi. Vid. *Histor. Sacræ* lib. II. cap. XXXV.

12. *Martini*. 13. Lege *volens*.

14. Forte *quo*.

## XII.

GREGORIUS TURONENSIS *Hist. Franc. lib.* I. *cap.* 7.

Hoc vero [1] holocaustum in monte Calvariæ, quo Dominus crucifixus est, oblatum fuisse, *Severus* narrat in Chronica.

IDEM *lib.* II. *Hist. Franc. in Proœmio:*

Sic & Eusebius, *Severus* Hieronymusque in Chronicis, atque Orosius, & bella regum & virtutes martyrum pariter texuerunt .... Venientes ergo per ante dictorum auctorum historias, ea quæ in posterum acta sunt, Domino jubente, disseremus.

IDEM *Hist. Franc. lib.* X. *cap.* 31.

De cujus (*S. Martini*) vita tres a *Severo Sulpicio* libros conscriptos legimus.

IDEM *lib.* I. *Mirac. S. Martini.*

Multi sunt qui virtutes S. Martini vel stante versu vel stilo prosaico conscripserunt. de quibus primus ille *Severus Sulpicius*, cui tantus fervor amoris fuit in Sanctum Dei, ut eo adhuc degente in sæculo unum librum de mirabilibus vitæ ejus scriberet: exinde post transitum beati viri duos libros scripsit, quos Dialogos voluit vocitari; in quibus nonnulla de virtutibus eremitarum anachoretarumque, referente Postumiano, inseruit: sed in nullo inferiorem nostrum potuit reperire Martinum, quem apostolis sanctisque prioribus exæquavit, ita ut etiam diceret, *Felicem quidem Græciam, quæ meruit audire Apostolum prædicantem, sed nec Gallias a Christo derelictas, quibus donavit Dominus habere Martinum.*

IDEM *in epistola præmissa quatuor libris De Miraculis S. Martini episcopi:*

Miracula illa quæ Dominus Deus noster per beatum Martinum antistitem suum in corpore positum operari dignatus est, quotidie ad corroborandam fidem credentium confirmare dignatur. ille nunc exornans virtutibus ejus tumulum, qui in eo operatus est cum esset in mundo; & ille præbet per eum beneficia Christianis, qui misit tunc præsulem gentibus perituris. Nemo ergo de ante actis virtutibus dubitet, cum præsentium signorum cernit munera dispensari, cum videt claudos erigi, cæcos.... Ego vero fidem ingerens libri illius [2] qui de ejus vita ab anterioribus est scriptus, præsentes virtutes, quantum ad memoriam recolo, memoriæ imposterum, Domino jubente, mandabo .... Utinam *Severus*, aut Paullinus viverent, aut certe Fortunatus adesset, qui ista (*miracula S. Martini*) describerent.

IDEM *lib.* I. *De mirac. S. Martini cap.* 4. *in fine:*

Sed & si ad *Severi* recurramus historiam, ipsa hora cum sibi scripsit [3] in libro Vitæ suæ fuisse revelatum.

IDEM *lib.* II. *de Mirac. S. Mart. cap.* 32.

Cum talia miracula, quæ scripsimus, quotidie cernamus, quid illi miseri sunt dicturi, qui *Severum* in Vita sancti antistitis mentitum esse pronuntiant? Nam audivi quemdam nequam, ut credo, spiritu repletum, proloquentem non potuisse fieri, ut oleum sub Martini benedictione crevisset: sed nec hoc, quod elapsa ampulla, super stratum marmoris corruens, perstitisset illæsa [4].

IDEM *ibidem*, *cap.* 49.

Venerat dies festus solemnitatis beati, in qua caterva populorum multa concurrerat .... Denique Sacerdotibus qui advenerant, ad agenda solemnia procedentibus, cum lector, cui legendi erat officium, advenisset, & arrepto libro *Vitam* sancti cœpisset legere Confessoris, &c. [5].

## XIII.

JONAS *monachus Bobiensis, fere æqualis S. Columbano abbati, qui obiit anno* DCXV. *cujusque vitam scripsit, quæ habetur Sæculo* II. *Benedict. apud P. Mabillon, & non nihil interpolata apud Surium; in Præfatione illius Vitæ hæc habet:*

Beatus Athanasius Antonii, Hieronymus Paulli & Hilarionis, vel ceterorum quos cultus bonæ vitæ laudabiles reddebat; Postumianus vero, *Severus* & Gallus Martini egregii pastoris, nostris eorum memoriam dimisere sæculis: plerique aliorum, &c.

1. Loquitur de Abrahæ sacrificio. Sed hic locus non habetur in Severo.

2. Vel Severi opuscula singillatim his verbis indicat, vel Severi, Paullini & Fortunati opera in unum volumen compacta.

3. Al. *cum libro*: & melius. Si legamus *in libro*, indicat epistolam ad Aurelium.

4. Habentur hæc duo miracula Dial. III. cap. III. Hos Dialogos sub Vita S. Martini comprehendit, ut vidimus & epistolas comprehendere in Testimonio superiori.

5. Huic adde cap. 29. ejusdem libri II. & cap. 42. lib. III. quibus locis de libro Severi agi videtur.

## XIV.

*In Prologo Vitæ S. Projecti episcopi & martyris, cujus mortem Sigebertus anno* DCLXX. *consignat, auctore coætaneo anonymo.*

Sed ut ad sacros veniam anachoretas atque confessores, beatus Athanasius Alexandrinus episcopus Antonii, sanctus vero & eruditissimus vir Hieronymus Paulli & Hilarionis, vel ceterorum quos cultus bonæ vitæ laudabiles reddebat, edidit acta: A Postumianus vero, *Severus* & Gallus Martini egregii vitam suis edidere schedulis .... Jonas etiam nostræ memoriæ tempore vir eloquens vitam beati Columbani & discipulorum ejus Athalæ, Eustasii & Bertulfi luculentissime edidit.

## XV.

*Ex Epitome Canonum, quam Adrianus summus Pontifex Carolo magno Romæ obtulit anno circiter* DCCLXXIV. [1]

Sciendum est autem, hunc Osium inter CCCXVIII. Patres Nicæni Concilii honorabilem fuisse, atque ab apostolica sede cum Victore & Vincentio presbyteris destinatum, qui & Hispanus [2] usque ad tempus Constantii principis in corpore legitur permansisse. Hic tamen in extremis suis satis puerili- ter desipuit, ut *Severus Sulpicius* in Chronicis suis testatur, afferens quod Constantius imperator nu- B merosissimum Ariminense concilium ab eo contra catholicam fidem congregatum Arianæ hæresi subscribere compulisset. Unde etiam, &c.

## XVI.

*Ex Collectione historica chronographica ex Idatio, collectore quodam Gallo, Carolo magno compari.*

Anno undecimo [3] regni Arcadii Martinus episcopus Spiritu sancto plenus & vir apostolicus transiit ad Dominum carne deposita: cujus vitam & mirabilia quæ fecit, SEVERUS VIR SUMMUS, discipulus ipsius, qui & Chronica, alia quam hæc sunt, ab initio Genesis apertissime scripsit [4].

## XVII.

*Martyrologium* RHABANI, *ex Tom.* II. *Part.* II. *Thes. Monum. Eccl. Henrici Canisii, ad annum* DCCCLV.

Novembris III. idus. Depositio beati Martini Turonensis Archiepiscopi & Confessoris, cujus vita & doctrina per miracula quæ Dominus per eum fecit, pæne omnibus fidelibus claret, nec necesse est aliquid hic inde a nobis commemorari, quia C ipsius vitam, virtutes & signa *Sulpicius Severus* luculento sermone manifeste descripsit; nec non & Gregorius ejusdem urbis episcopus in Miraculorum libris plenissime disseruit.

## XVIII.

ADO *Viennensis in Chronico, quod perduxit ad annum* DCCCLXXIV.

*Severus* presbyter [5], cognomento Sulpicius, Aquitanicæ provinciæ, vir genere & litteris nobilis, & paupertatis amore conspicuus, carus etiam sanctorum episcoporum Martini Turonensis & Paullini D Nolani, moritur. Hic in senectute sua a Pelagianis deceptus, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium usque ad mortem tenuit, ut peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.

## XIX.

S. ODO *Abbas Cluniacensis, qui obiit anno* DCCCCXLII. *Serm.* IV. *de combustione Basilicæ beati Martini, qui habetur tom.* XVII. *Bibl. PP. pag.* 266.

Quem (*S. Martinum*) sicut de eo perhibetur, usquequaque Deus mirificans, etiam in hoc glorificat, quod omnis [6] qui de illo & prosaice & metrice sive etiam rithmice scripserunt, & sancti & periti fuisse, & dulci admodum & congruo eloquio noscuntur quæ pertulerunt [7] edidisse [8].

1. Ita in collectione Conciliorum, & in Antiquis Lectionibus Canisii tom. II. Vide tamen quæ illic adnotavit Sirmondus.
2. Forte, *qui in Hispaniis*.
3. Alii legunt *decimo quinto* seu XV. vide Tillem. in Martini Vita. Not. XII. col. 781.
4. Hunc locum præ oculis habuerunt Vossius aliique, qui Idatium scribunt laudasse Severum: itaque Tillemontius loco supra citato scribit: *Mais je n'ay pu trouver cet endroit dans Idace*.
5. Hæc omnia ad verbum ex Gennadio.
6. Lege *omnes*.
7. Lege *protulerunt*.
8. In eodem sermone plura ex Severo decerpit, iisdem ut plurimum verbis transcriptis.

## XX.

Hugo *archidiaconus Turonenſis in Dialogo de quodam miraculo quod contigit in translatione S. Martini, quem Dialogum ſcriptum vult Mabillonius poſt annum* CIↃXII. *apud eumdem Mabillonium Analectorum tom.* I.

Sed ut ad Martinum recurram, habet & ipſe virtutum ſuarum egregios interpretes, licet & has ipſe occultare maluerit; habet, inquam, Paullinum, virum apoſtolicum, Fortunatum, *Severum* & Gallum, qui iſti Martinum uſque ad extremos mundi cardines, velut evangelici teſtes, diffuderunt.

## XXI.

Hermanus Contractus *in Chronico juxta editionem Caniſii Antiqu. Lection. tom.* III. *Part.* I. *quod perduxit ad annum* CIↃLIV. *ad annum* CCCXCVII.

Sanctus Martinus Turonorum epiſcopus poſt multas virtutes migravit ad Dominum anno ætatis LXXXI. epiſcopatus vero XXVI. cujus virtutes & vitam *Sulpicius Severus* egregio edidit ſtilo.

*Ex eodem Chronico juxta Urſtiſii ms. a Piſtorio edito tom.* I. *Scriptorum rerum Germanicarum, ad annum* CCCXC.

Hoc tempore S. Martinus, Ambroſius epiſcopi, Hieronymus presbyter, Joannes Chryſoſtomus, Auguſtinus & *Severus*, aliique quamplures doctores claruerunt.

*Ibidem ad annum* CCCXCVII.

Sanctus Martinus epiſcopus migravit ad Dominum anno ætatis LXXXI. epiſcopatus vero XXII.[1] cujus vitam & virtutes *Sulpicius Severus* egregie compoſuit.

## XXII.

Petrus Damiani, *qui floruit circa annum* CIↃLXX. *in Sermone de S. Martino.*

Nobilis ille confeſſor, ſacerdotum gloria, gemma pontificum, clericorum forma, lumen monachorum, ſolemnem diem univerſitati noſtræ præfixit. Hic eſt Martinus miraculorum poteſtate ſublimis, qui terrarum orbem lumine ſuæ cognitionis implevit. Ægyptus, religionis mater & eremitarum fecundiſſima nutrix, Martinum tantis filiis poſuit in exemplum. Crevit in immenſum fama nominis ejus, & auſa eſt in ipſam apoſtolicam irrumpere dignitatem, quorum manus tractaverunt de verbo vitæ, qui filium hominis inter filios hominum felici vocis officio divulgarunt. in omnem terram pervagata eſt memoria tanti pontificis, & ubicumque reſonat fides Chriſtiana, ſonat vita Martini. *Et poſt pauca*: Actus ejus & vitam Severus insignis Orator ita ſuo nobilitavit eloquio, ut & hiſtoriam relatione plena veritate proponeret, & rhetoricis legibus multipliciter inſigniret.

## XXIII.

Sigebertus Gemblacensis *monachus in Chronico, quod ad annum uſque* CIↃCXII. *perduxit, hæc habet ad annum* CCCXCIX.

Florebant in Eccleſia hoc tempore ſancti & docti viri Joannes Chryſoſtomus .... in Aquitania *Severus*, qui vitam S. Martini & multa alia ſcripſit; qui in ſenecta a Pelagianis ſeductus, ſilentium uſque ad mortem tenuit, tacendo corrigens quod loquendo peccavit.

## XXIV.

S. Uldaricus *in collectione* Antiquiorum conſuetudinum Cluniacenſis Monaſterii *concinnata anno* CIↃCX. *hæc habet cap.* 43. *quod eſt* de Feſtivitate S. Martini *&c.*

Cujus Vita cum ſit luculento ſtilo compoſita, & de ipſius adeo virtutibus admiranda, SS. Patres noſtri, ſicut in Aſſumtione S. Mariæ, ita hic quoque noluerunt, ut in ejus (*Martini*) Depoſitione aliud Evangelium pronuntiaretur, vel alia Homilia, quam ipſa Vita legeretur[2].

## XXV.

Honorius Augustodunensis, *qui floruit circa annum* CIↃCXXX. *lib.* II. *de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 19.

*Severus* presbyter, cognomento Sulpicius, Aquitanicæ provinciæ, vir genere & litteris nobilis,

1. Lege XXVI.

2. Lectam olim fuiſſe Vitam S. Martini in eccleſia Turonenſi conſtat ex Gregorio Turonenſi.

scripsit vitam Martini Turonensis episcopi & Paullini Nolensis [1], & sorori suæ epistolas multas hortatorias ad amorem Dei & contemtum mundi. scri- A psit & ad Paullinum duas, & ad alios alias. Sub Arcadio claruit.

## XXVI.

S. BERNARDUS *Claræuallensis Abbas, qui obiit anno* CIƆCLIII. *Sermonem quem habuit in festo S. Martini, Severi verba usurpat sæpius, & ipsius nomen exprimit, cum dicit:*

Audi vero mansuetudinem ejus, suo illo *Sulpicio* sic scribente [2]: Tantam adversus omnes injurias patientiam assumserat, ut cum esset summus Sacer- B dos, impune etiam ab infimis clericis læderetur, nec propter id eos aut loco umquam amoverit, aut a sua, quantum in ipso fuit, caritate repulerit.

## XXVII.

CHRONOGRAPHUS SAXO *a Leibnitzio editus, quique ad annum* CIƆCLXXXVIII. *annales suos protulit, proindeque illo ipso tempore vixisse credi potest, pag.* 84.

Annus Domini CCCCVII. Arcadii & Honorii IX. *Severus* vitam S. Martini eleganter scribit.

## XXVIII.

GUIBERTUS MARTINUS *abbas Gemblacensis, qui anno* CIƆCCVIII. *obiisse dicitur, in elogio seu apologia Severi, quæ habetur apud Boll.* 29. *Januar. pag.* 968. *& seqq.*

*Sulpitius Severus*, primum beati Martini discipulus, post Bituricensis archiepiscopus, juxta Gennadium in libro quem de viris scripsit illustribus, immo sicut ex gestis ejus patet, quæ in Majori-Monasterio positus legi, ex Aquitaniæ partibus oriundus fuit, & tam disciplinis liberalium artium quam generis nobilitate clarus enituit. Itaque gemina simul & prosapiæ & sapientiæ ac scientiæ præpollens gloria, quodque inter hujusmodi homines caput est, mediocritatis virtute conspicuus, cum ad viriles mediæ ætatis excrevisset annos, ut vir prudens, mundum in maligno positum esse perpendens, & secundum carnem vivere vel sapere mortem & stultitiam deputans, relicta domo & cognatione, rebusque propriis in usum pauperum expensis, ad beatum Martinum se contulit; a quo officiose & grate susceptus, ejus se discipulatui incunctanter subdidit, & cum eo in prædicto Majori-Monasterio, donec carne exueretur, vir sanctus familiarissime conversatus est. Recepto denique inter cæli secreta beatissimo Martino, Sulpicius iste Severus, qui ejus discipulatui totus semper inhæserat, cellam Patris per quinquennium, hereditate videlicet, præclare pius heres & habitator obtinuit. quem, scilicet Sulpicium, quamvis admodum renitentem, Bituricensis clerus inde extraens, sanctitate & scientia viri, pariterque amore ductus beati Martini magistri ejus, archiepiscopum sibi sublimavit. Quod a Pelagianis seductus in aliquo a regula orthodoxæ fidei exorbitaverit, nusquam omnino nisi in solo legi Gennadio, qui nescio utrum hoc alicubi & ipse legerit, an ex sola fama, quæ facta & infecta loquitur, didicerit. illud tamen fideliter credo, hunc ejus errorem apud pium judicem Christum, qui pœnitentibus clementer ignoscit, ipsius merita non minorasse, sicut in Ecclesia videmus gloriam sanctitatis ejus non obscurasse; cum auctor idem qui refert deceptum, testetur & correctum, dicens, illum pœnitentiam sibi ipsi imposuisse, ut scilicet silentium usque ad mortem teneret, quatenus tacendo penitus emen- C daret quod incaute loquendo deliquisset. Et hoc eo magis sit mirum necesse est, quod cum esset clarus genere, sublimis dignitate, episcopus officio, ac per hoc pluribus se debens, publicum desereret, secretum peteret, atque carcerali latebra se prædamnans, simulque vigiliis, fame & frigoribus carnem macerans, in spiritu humilitatis & animo contrito Deo satisfaceret. Proinde quis, nisi de Christi pietate diffidens, non dico de ejus salute, sed de maxima ejus sanctitate dubitare jam audeat? Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. Et quidni illa taciturnitate solitaria ad diligendum Deum intra se concalesceret cor ejus? quidni in meditatione ejus exardesceret ignis compunctionis? (quid- D ni, dum non nisi ad hoc vacat, revocaretur dolor offensionis suæ?) Quo scilicet igne in camino divinæ probationis examinatus, & fonte lacrimarum, quibus per singulas noctes, idest recordationes ejusdem offensionis, stratum conscientiæ rigabat, cum hyssopo purgatoria humiliationis aspersus, profecto mundatus est a delicto maximo, & super nivem dealbatus. itaque quodammodo transiens per ignem & aquam, optimo tempore eductus est in refrigerium. proinde lignum istud fructiferum, etsi aliquando subripiente vento fallaciæ ad Aquilonem transiit, non ibi cecidit nec ibi remansit; sed rursus flante Deo regyratum ad Austrum, ibi in fine cecidit, ibique sine fine permanebit. Si autem as- E sertioni mei solius super his non creditur, credatur toti sanctæ Majoris-Monasterii multitudini, quæ sacræ depositionis ejus solemnia festivo quotannis concelebrat officio: cujus celebritati ipse quoque apud eos degens & semel & iterum interfui, & hanc cum ceteris fratribus cum nonnulla devotione IV. kalend. februarii, ut agitur, percolui. Habeatur ergo, ut dignum est pro auctoritate, tantæ fides ecclesiæ, & contrahat & oppilet os suum iniquitas, quæ confessionem & pulcritudinem, quam dedit Dominus sancto suo & excelso in verbo gloriæ, procaciter illi nititur abrogare. Gratias tibi ago, doctrix viarum Dei omnipotens sa-

1. Notat Aubertus Miræus labi Honorium, dum scribit Severum Paullini vitam scripsisse.

2. Hæc verba habentur in Vita S. Martini prope finem.

pientia, quæ in eo vicisti malitiam, delapsumque A in foveam & in vinculis peccati positum non dereliquisti; sed in fraude circumvenientium illi assistens, a peccatoribus gratiæ tuæ adversariis liberasti eum, tantaque sublimasti gloria, ut inter filios ejusdem gratiæ computetur, & inter sanctos sors illius sit. Ceterum ne quis de ignorantia fallatur, & me quoque deceptum sanctitatem alterius alteri arrogasse caussetur; noverit hunc alium, & alium illum esse Sulpicium, cujus festivitas XVI. kalend. præscripti mensis februarii in nonnullis ecclesiis celebratur: ambos tamen unius ejusdemque civitatis Bituricensis fuisse archiepiscopos; & hunc quidem ob distinctionem alterius Sulpicium Severum, illum vero Sulpicium Pium appellari. Inve- B niet autem & diligens annorum supputator hunc illo multum superiorem tempore, cum iste beati Martini, qui tertius Turonicæ præsedit ecclesiæ, ille diebus S. Gregorii, qui nonus decimus eamdem rexit ecclesiam, exstiterit. Sulpicius igitur noster iste insignis & elegans, studiorum & operum beatissimi Martini conscriptor, non reprehensionis elogio, sed summo laudis dignus præconio censeatur, qui splendidissimam gemmam aureo luculenti sermonis circumdans eloquio, tam præclarum tamque politum in medio Ecclesiæ speculare portabat, ut omnes boni æmulatores, qui sui solicite curam gerentes in veritate salvari cupiunt, in illo quid vitandum, quid appetendum, & unde placendum sit Deo, limpidissime perspiciant.

XXIX.

*Ex Chronico Turonensi, quod in annum* CIϽCCXXII. *desinit, apud Martene tom.* V. *Veterum Scriptorum, &c. pag.* 925.

S. Florentius abbas claret.... claret & S. Maurilius Andegavensis episcopus.... *Sulpicius* maximus, & Gallus, & Postumianus, & Clarus, & Brictius, beati Martini Turonensis discipuli.

XXX.

*Anonymus in Prologo S. Paullini, ex codice Cluniacensi apud P. Le-Brunium in Testimoniis:*


Paullinus sanctus Nolanæ civitatis episcopus, genere Aquitanus, dignitate vero generis urbis Romæ senator clarissimus, exemplo maxime & prædicatione beati Martini Turonensis episcopi, & C Delphini Burdegalensis, una cum *Severo Sulpicio* æque nobili & litterato viro, ex laica & conjugali vita ad perfectionis Christianæ pauperiem ditissimam animatus, omnem pompam & luxum sæculi calcans, quæcumque in hoc sæculo possidebat, juxta Domini præceptum vendidit & pauperibus erogavit.

XXXI.

*Historia Septem Dormientium apud* GREGORIUM TURONENSEM *col.* 1726. *novissimæ editionis:*

Nec minus propter ostendendam & caritatis ejus (*Martini*) abundantiam, qua semper totus affluxit, & originis nobilitatem a *Severo* primo vitæ ipsius scriptore prætermissam, quam propter, &c. stilum moverimus.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 403.



# SULPICII SEVERI CHRONICA,

Quæ vulgo inscribuntur

# HISTORIA SACRA.

## PROLOGUS.

I. Res a mundi exordio Sacris Litteris editas breviter constringere, & cum distinctione temporum usque ad nostram memoriam carptim dicere aggressus sum; multis id a me studiose efflagitantibus, qui Divina, compendiosa lectione, cognoscere properabant. quorum ego voluntatem secutus, non peperci labori meo, quin ea quæ permultis voluminibus præscripta continebantur, duobus libellis concluderem; ita brevitati studens, ut pæne nihil gestis subduxerim. Visum autem mihi est non absurdum, cum usque ad Christi crucem, Apostolorumque actus per Sacram Historiam cucurrissem, etiam post gesta connectere; excidium Hierosolymæ, vexationesque populi Christiani, & mox B pacis tempora, ac rursum ecclesiarum intestinis periculis turbata omnia locuturus. Ceterum illud non pigebit fateri, me, sicubi ratio exegit, ad distinguenda tempora continuandamque seriem usum esse historicis ethnicis, atque ex his, quæ ad supplementum cognitionis deerant, usurpasse; ut & imperitos docerem & litteratos convincerem. Verumtamen ea quæ de sacris voluminibus breviata digessimus, non ita legentibus auctor accesserim, ut prætermissis illis unde hæc derivata sunt, appetantur; nisi, cum illa quis familiariter noverit, hic recognoscat quæ ibi legerit. etenim universa divinarum rerum mysteria non nisi ex ipsis fontibus hauriri queunt. Nunc initium narrandi faciam.

# CHRONICORUM, SIVE HISTORIÆ SACRÆ

## LIBER PRIMUS.

II. Mundus a Domino constitutus est ab hinc annos jam pæne sex millia, sicut processu voluminis istius digeremus: quamquam inter se parum consentiant qui rationem temporum investigatam ediderunt. quod cum vel Dei nutu, vel vitio vetustatis eveniat, calumnia carere debebit. C Mundo autem condito, homo factus est. viro Adam, mulieri Eva nomen fuit. Sed constituti in Paradiso, cum interdictam sibi arborem degustassent, in nostram velut exsules terram ejecti sunt. Deinde ex his Cain atque Abel nascuntur. Sed Cain impius fratrem interemit. filium Enoch habuit, a quo primum civitas condita est, auctoris nomine vocitata. Ex hoc Irad, atque ex eo Maviael nascitur. Hic Mathusalem filium habuit, isque Lamech genuit, a quo juvenis quidam occisus traditur, nec tamen nomen refertur occisi: quod quidem futuro mysterio fuisse præmissum a prudentibus æstimatur. Igitur Adam, post necem filii minoris, Seth filium procreavit, cum jam tricesimum & ducentesimum annum ætatis implesset. D vixit autem annos Ꟑ cccc xxx. Seth vero Enos, Enos Cainan, Cainan Malaleel, Malaleel Iared, Iared Enoch genuit, qui ob justitiam translatus a Deo traditur. hujus filius Mathusala dictus est, qui Lamech genuit, ex quo Noe natus, justitia egregius, & præ ceteris mortalibus Domino carus acceptusque. Qua tempestate, cum jam humanum genus abundaret, angeli, quibus cælum sedes erat, speciosarum forma virginum capti, illicitas cupiditates appetierunt; ac naturæ suæ originisque degeneres, relictis superioribus, quorum incolæ erant, matrimoniis se mortalibus miscuerunt. hi paullatim mores noxios conferentes, humanam corrupere progeniem. ex quorum coitu Gigantes editi esse dicuntur, cum diversæ inter se naturæ permixtio monstra gigneret.

III. Quibus rebus offensus Deus, maximeque malitia hominum, quæ ultra modum processerat, delere penitus humanum genus decreverat. sed Noe, virum justum, vita innocens destinatæ exemit sententiæ. Idem admonitus a Domino diluvium terris imminere, arcam immensæ magnitudinis ex lignis contexuit; ac bitumine illitam impenetrabilem aquis reddidit: qua ille cum uxore ac filiis tribus & totidem nuribus est clausus. volucrum etiam paria, itidemque diversi generis bestiarum, eodem claustro recepta. reliqua omnia diluvio absumta. Igitur Noe, cum jam imbrem destitisse, ac quieto in salo arcam circumferri intelligeret; ratus id quod erat, aquas decedere, corvum primum explorandæ rei gratia, eoque non revertente (ut ego conjicio, cadaveribus detento) emisit columbam, quæ cum consistendi locum non reperisset, reversa est. rursum remissa, folium olivæ retulit: manifestum indicium, nudari cacumina arborum. tertio demum emissa, non rediit: unde animadversum, aquas destitisse. ita Noe arcam egressus est. Id gestum a mundi exordio, post annos, ut ergo comperio, ĪI cc duos & quadraginta.

IV. Ac primum Noe aram Domino statuit, hostiasque ex volucribus immolavit. mox a Domino

cum filiis benedicitur; præceptumque accepit, ne A sanguine vesceretur, aut sanguinem hominis effunderet: quia mundi primordia, mandati istius liber, Cain maculaverat. Igitur vacuo tum sæculo, ex filiis Noe *Sem* fuit. tres enim habuit, Sem, Cham, Japheth. Sed Cham, quod sopitum vino patrem riserat, maledictum a patre meruit. Hujus filius, Chus nomine, Nebrod gigantem genuit, a quo Babylon civitas constructa traditur. pleraque etiam oppida ea tempestate condita memorantur, quæ nominatim persequi animus non fuit. Sed cum multiplicaretur humanum genus, diversaque loca atque insulas mortales haberent, una tantum omnes lingua utebantur; donec se in unum, dispergenda per totum orbem, multitudo contraxit. His, mo- B re humani ingenii, consilium fuit, insigni aliquo opere famam quærere, priusquam a se invicem diducerentur. ita turrim facere aggressi, quæ cælo accederet; nutu Dei, ut officia operantium præpedirentur, ab assueto sermonis genere multa diverso neque ulli invicem intellecto linguarum ritu loquebantur: quo promtius dispersi sunt, cum alter alterum velut alienigenam facile relinquebat. Sed filiis Noe ita divisus orbis fuit, ut Sem intra Orientem, Japheth Occidentem, Cham mediis contineretur. Ita usque Abram ducta successio, nihil sane insigne aut memorabile in se habuit.


V. Abram autem patre Thara natus est, post C diluvium anno millesimo & septuagesimo. Abram uxor Sara dicta est: primaque eis in regione Chaldæorum habitatio fuit. inde apud Charras una cum patre diversatus est. qua tempestate admonitus a Domino, domum, patriam ac patrem relinquens, assumto Lot fratris filio, in terram Chananæorum profectus, in loco cui Sichem nomen est, consedit. mox annonæ inopia Ægyptum concessit, ac rursum reversus. Lot præ multitudine familiæ a patruo digressus, ut laxioribus vacuæ tum regionis spatiis uterentur, in Sodomis consedit. id oppidum infame incolis, viris in viros irruentibus, atque ob id invisum Domino fuisse traditur. Ea tempestate reges vicinarum gentium in armis erant, cum D antea nullum inter mortales certamen fuisset. sed adversum hos qui bello vicina tentabant, reges Sodomorum, Gomorrhæorum vicinarumque regionum in prælium erumpunt; primoque impetu fusi, victoriam concessere. tum a victoribus Sodoma direpta, prædæ hostibus fuit; ductusque Lot in captivitatem. Quod cum Abram comperisset, propere armatis servis suis, numero trecentis decem & octo, reges victoria feroces, exutos præda armisque in fugam compulit. tum a Melchisedec sacerdote benedictus est, eidemque decimas prædæ dedit. reliqua his quibus erepta erant, reddidit.

VI. Per idem tempus Abræ Dominus locutus E est, multiplicandumque semen ejus, sicut arenas maris stellasque cæli, spopondit; peregrinumque ejus semen prædictum futurum, ac posteros in hostili solo per quadringentos annos laturos servitium, postea libertati restituendos. Tunc ei atque uxori ejus adjectione unius litteræ nomen immutatum: ita nunc ex Abram Abraam, ex Sara Sarra dicitur. cujus quidem rei non inane mysterium non est hujus operis exponere. eodem tempore Abrææ lex circumcisionis imposita est. Erat ei autem ex ancilla filius Ismael. & cum ipse esset annorum centum, uxor autem ejus nonaginta, futurum eis filium Isaac Dominus pollicetur; qui cum duobus angelis ad eum venerat. Inde Sodomam missi angeli, Lot in porta sedentem repererunt. quos cum ille, homines existimans, hospitio receptos cœnatosque domi haberet; juventus improba ex oppido novos hospites ad stuprum flagitabant. Lot pro hospitibus filias offerens, non acquiescentibus quibus illicita potius desiderio erant, ipse ad stuprum trahebatur. quem angeli propere ab injuria vindicantes, luminibus impudicorum cæcitatem offuderunt. Tum Lot ab hospitibus edoctus perdendum oppidum, propere cum uxore & filiabus est egressus: interdictum tamen eis est, ne retrorsum conspicerent. sed mulier parum dicto audiens (humano malo, quo ægrius vetitis abstinetur) reflexit oculos, statimque in molem conversa traditur. at Sodoma divinis ignibus conflagravit. Lot autem filiæ existimantes humanum genus interiisse, concubitum inebriati patris appetiverunt; unde Moab & Ammon nati sunt.

VII. Per idem tempus fere, cum Abraam esset etiam centum annorum, Isaac filius natus est. tum ancillam, de qua Abraam filium susceperat, Sarra expulit; quæ habitasse in deserto una cum filio, & præsidio Domini defensa traditur. Non multum post Dominus Abrææ fidem tentans, immolandum sibi a patre filium Isaac poscit. quem ille non cunctatus offerre, cum aræ puerum superposuisset, gladiumque educeret, vox missa de cælo est, puero ut parceret. victimæ aries præsto fuit: consummatoque sacrificio, Abrææ Dominus locutus est, promittens ea quæ jam spoponderat. At Sarra, cum septimum & vicesimum supra centesimum annum ageret, decessit. corpus cura viri sepultum in Hebron Chananæorum oppido: etenim illic Abraam commorabatur. Tum Abraam Isaac filium juvenilis ætatis videns (siquidem tum quadragesimum annum ætatis agebat) servo suo imperavit, uxorem ei quæreret; ex ea tamen tribu atque terra, de qua ipse oriundus videbatur: modo ut inventam puellam in regionem Chananæorum deduceret, nec putaret eum caussa conjugis in solum patrium rediturum. atque ut ea strenue mandata exsequeretur, contacto domini femine sacramentum dedit. Ita servus profectus in Mesopotamiam, ad oppidum Nachor Abrææ fratris devenit; successitque in domum Bathuelis Syri, Nachore patre geniti. hujus filiam Rebeccam speciosam virginem conspicatus, poposcit, atque ad dominum adduxit. Post id Abraam accepit uxorem Ceturam nomine, quæ in Paralipomenis concubina dicitur; suscepitque ex ea filios. sed Isaac Sarra edito substantiam tradidit: his autem quos ex concubinis susceperat, dona distribuit: atque ita ab Isaac separati sunt. Abraam diem functus est, impletis annis centum & quinque & septuaginta. corpus sepulcro Sarræ uxoris appositum.

VIII. At Rebecca diu sterilis, assiduis mariti ad Dominum precibus, a die matrimonii vicesimo fere anno geminos edidit, qui in matris alvo exsultasse sæpius traduntur: dictumque responso Domini est, duos in his populos prænuntiari, & majorem minoris subdendum esse principio. sed prius editus asper setis, Esau vocatus; minori Jacob nomen fuit. Ea tempestate gravis annonæ inopia terras incesserat: qua necessitate Isaac in Geraris ad regem Abimelec cessit, admonitus a Domino ne in Ægyptum descenderet. eidemque universæ illius terræ possessio promittitur, ibique benedicitur; multiplicatusque pecore atque omni substantia, agente invidia ab incolis pellitur. pulsus apud Puteum juramenti consedit. Igitur annis gravior, luminibus obductis, cum Esau filium benedicere pa-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



raret, consilio Rebeccæ matris Jacob se benedicendum pro fratre obtulit: ita Jacob adorandus principibus & gentibus, fratri præponitur. Queis rebus Esau accensus, fratri necem moliebatur. quo metu Jacob, hortante matre, in Mesopotamiam confugit, admonitus a patre, ut ex domo Laban fratris Rebeccæ uxorem acciperet: tanta illis cura fuit, cum in alienis terris consisterent, genus tamen intra familiam suam ducere. Ita Jacob profectus in Mesopotamiam, per soporem Dominum vidisse traditur: atque ob id locum somnii sacratum habens, lapidem ex eo sumsit; vovitque, si rebus prosperis revertisset, titulum sibi domus Domini futurum; decimasque omnium quæ acquisita sibi forent, Domino daturum. inde se ad Laban fratrem matris contulit, quem ille sororis filium agnitum, in hospitium benigne recepit.

IX. Erant Laban duæ filiæ, Lia & Rachel; sed Lia oculis deformior, Rachel pulcra fuisse traditur: cujus specie Jacob captus, amore virginis conflagrabat; eamque sibi in matrimonio a patre postulans, septem annorum servitio se mancipavit. sed impleto tempore Lia ei supponitur; ac rursum septennii servitio subditur, atque ei Rachel traditur. Sed hanc diu sterilem, Liam fecundam fuisse accepimus. Filiorum quos ex Lia Jacob habuit, hæc sunt nomina: Ruben, Simeon, Levi, Judas, Issachar, Zabulon, Dina. ex ancilla vero Liæ Gad & Aser, ex ancilla Rachel Dan & Nephthalim nati sunt. at Rachel, desperato jam partu, Joseph edidit. Tum Jacob redire ad patrem cupiens, cum ei Laban socer partem pecorum mercedem servitii dedisset, ob quæ parum sibi eum æquum gener Jacob ratus, dolum ab eo suspectans; clam profectus est vicesimo primo fere anno quam advenerat. Rachel viro inscio patris idola furto abstulit: qua injuria Laban generum persecutus, non repertis idolis, pace facta, regressus est; multum obtestatus generum ne uxores filiabus suis superinduceret. Inde digressus Jacob, vidisse angelos & castra Domini traditur. Sed cum præter regionem Edom, quam Esau frater incolebat, iter destinaret, missis prius legatis & muneribus suspectum sibi fratrem exploravit: tum ille obviam fratri processit; nec tamen Jacob se ultra fratri credidit. Sed pridie quam inter se fratres convenirent, Dominus humana specie assumta, colluctatus cum Jacob refertur: & cum adversus Dominum prævaluisset, tamen non esse mortalem non ignoravit: benedici sibi ab eo flagitabat. Tum ab eo illi immutatum nomen est, ut ex Jacob Israel diceretur. sed cum ille vicissim a Domino nomen Domini quæreret; Non esse quærendum, quia admirabile esset, responsum est. ex colluctatione autem latitudo femoris Jacob obtorpuit.

X. Igitur Israel declinans fratris domum, promovit agmen in Salem Sicimorum oppidum, atque ibi loco pretio accepto tabernaculum statuit sibi. Huic oppido Emor Chorræus princeps præerat. hujus filius Sichem Dinam filiam Jacob ex Lia genitam stupro subdidit. Quo comperto, Simeon & Levi Dinæ fratres, omnes in oppido sexus virilis dolo peremerunt, ac impigre sororis ulti sunt injuriam. oppidum a filiis Jacob direptum, prædaque omnis est abducta. Id factum ægre admodum tulisse Jacob traditur. mox a Domino monitus, Bethel petiit, ibique altare Domino statuit. inde in parte turris Gader tabernaculum fixit. Rachel ex partu obiit. puer Benjamin vocatus est. Isaac decessit annos natus centum

A & octoginta. At Esau potens divitiis erat, uxoribus sibi etiam e Chananæorum gente assumtis: cujus progeniem in hoc tam præciso opere inserendam non putavi. si quis studiosior erit, ad origines revertatur. Post excessum patris, Jacob in solo eo in quo Isaac vixerat, commorabatur: filii ejus aliquantum ab eo pascui gratia cum gregibus secesserant; Joseph tamen ac Benjamin parvus domi resederant. Carus admodum Joseph patri, obque id invisus fratribus: simul, quia frequentibus ejus somniis majorem eum omnibus futurum portendi videbatur. Igitur ad inspiciendos greges revisendosque fratres a patre missus, opportunus injuriæ fuit. namque viso fratre, consilium necis ejus ceperunt: B sed obsistente Ruben, cui a tanto facinore abhorrebat animus, in lacum demissus. mox suadente Juda deducti ad mitius consilium, negotiatoribus eum, qui tum Ægyptum petebant, vendiderunt, atque ab his Potifari præposito Pharaonis traditus est.

XI. Per idem tempus Judas Jacob filius Suam Chananæam in matrimonium assumsit, ex qua tres filios sustulit, Her, Onan, Selam. sed Her Thamar connubio sociatur; quo mortuo, Onan fratris uxorem accepit; qui, quia spermata in terram effunderet, exstinctus a Domino refertur. tum Thamar meretricio habitu assumto, socero mixta est, C exque eo geminos edidit. In partu autem illo mirabile fuit, quod cum prodeunti puero, ad dignoscendum qui prius nasceretur, obstetrix manum ejus cocco illigasset, reductus in alvum matris puer, postero die editus est. nomen infantibus Fares & Zara inditum. At Joseph, cum benigne a curatore regio, qui eum pretio acceperat, haberetur, domumque ejus & familiam procuraret; decorus ipse insigni specie, uxoris domini oculos in se converterat. cumque amore ipsius deperiret, appetitum sæpius nec acquiescentem sibi falso scelere infamat, ac viro queritur, stuprum sibi intentatum: ita Joseph in carcerem est conjectus. Erant in eadem custodia ministri regis duo, qui cum somnia sua ad Joseph retulissent, futura ex somnio conjectans, D unum eorum pœnas capite luiturum, alium absolvendum pronuntiavit. atque ita accidit. Igitur post biennium somnium regi objectum est, quod cum a prudentibus Ægyptiorum non posset absolvi, minister regis ille carcere exemtus regem admonet, Joseph esse mirum somniorum interpretem, ita Joseph solvitur; interpretatusque est regi somnium: Septem annis proximis maximam frugum ubertatem futuram, consequentibus inopiam. quo metu rex perculsus, videns divinum in Joseph spiritum, rei eum annonariæ præfecit, æquato secum imperio. Tum Joseph abundantibus per totam Ægyptum frumentis, magnam copiam congessit: multiplicatisque horreis adversus futuram famem consuluerat. E ea tempestate spes atque salus Ægypti in illo sita erat. Per idem tempus vero duos ex Aseneth filios genuit, Manassem & Ephræm. ipse autem, cum summam a rege potestatem accepit, erat annorum xxx. nam a fratribus septemdecim annos natus venumdatus est.

XII. Interea rebus in Ægypto adversus famem bene compositis, orbem terræ gravis frumenti inopia quatiebat. qua necessitate compulsus Jacob, filios in Ægyptum misit, Benjamin tantum secum domi retento. Igitur Joseph rerum potentem, penes quem annonæ arbitrium erat, fratres adeunt, & more regio adorant. quibus ille visis, callide agnitionem dissimulans, hostiliter eos venisse, &

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

subdole loca explorare arguebat. angebatur autem, quod Benjamin fratrem non videbat. Res ergo in id deducta, ut præsentiam ejus pollicerentur: nimirum ut ex eo quæreretur, an isti explorandi caussa Ægyptum intrassent. ad promissi autem fidem Simeon obses traditur: ipsis frumentum gratis datum. Rursum igitur revertentes, Benjamin, ut convenerat, deduxerunt. tum se cognoscendum Joseph fratribus præbuit, non sine pudore male merentium. ita eos oneratos frumento, multisque donatos domum remisit, præmonens, Quinque adhuc annos famem futuram: cum patre atque omni progenie ac familia ad se commigrarent. Igitur Jacob in Ægyptum descendit, Ægyptiis admodum lætantibus, gaudente rege, benigne a filio susceptus. Id gestum anno ætatis Jacob centesimo & trigesimo; a diluvio autem anno CIↃ CCC & LX. ceterum ab eo tempore quo Abraam in terra Chananæorum consedit, in id quo Jacob Ægyptum ingressus est, referuntur anni CCXV. Igitur Jacob septimo & decimo anno quam in Ægypto advenerat, urgente morbo Joseph filium obtestatur, corpus sepulcro suo redderet. tum Joseph patri benedicendos filios suos obtulit; quibus benedictis, cum tamen benedictionis merito majori minorem præposuisset, filios omnes benedictione lustravit. decessit autem annos natus CXLVII. Funus magnifice curatum: corpus in sepulcro majorum Joseph condidit. fratres, post patris obitum pro conscientia paventes, benigne habuit. decessit autem Joseph ipse, ætatis anno decimo & centesimo.


XIII. Hebræi igitur qui in Ægyptum devenerant; incredibile memoratu est, quam cito numero aucti sint, multiplicataque progenie Ægyptum repleverint. Sed defuncto rege qui eos ob meritum Joseph benigne fovebat, succedentium regum imperio deprimebantur: nam & opus durum ædificandarum civitatum eis impositum; & quia jam multitudo abundans metuebatur, ne quandoque libertatem armis vindicarent, parvulos recens editos aquis mergere edicto regio cogebantur. nec dissimulari cruentum imperium licebat. Qua tempestate filia Pharaonis infantem in flumine repertum, nutriendum pro filio curavit. nomen puero Moyses dedit. Moyses hic, cum viriles annos ageret, conspicatus Hebræum ab Ægyptio pulsari, permotus dolore, fratrem ab injuria vindicans, Ægyptium calce perculsum interemit. mox supplicium e facto metuens, in terram Madian profugit; & apud Jothor sacerdotem regionis illius diversatus, filiam ejus Sepphoram in matrimonium accepit, exque ea duos filios Gersam & Eliefer sustulit. Hoc tractu temporum Job fuit, lege naturæ & agnitionem Dei & omnem justitiam complexus, prædives opibus, atque eo illustrior, quod his neque integris corruptus, neque amissis depravatus est. nam cum per diabolum exutus bonis, filiis etiam esset orbatus, ad extremum diris ulceribus affectus, non potuit vinci, ut præ doloris impatientia aliqua in parte peccaret. mercedem denique divini testimonii consecutus, sanitati redditus omnia quæ amiserat, in duplum recepit.

XIV. At Hebræi multiplicato servitutis malo pressi, querelis in cælum conversi, spem auxilii a Deo exspectabant. Tum Moysi pascenti oves repente rubus ardere visa, flammis tamen, quod erat mirabilius, innoxiis. qua novitate obstupefactus, rubo propius accessit, statimque ad eum istiusmodi fere verbis Deus locutus est: Dominum se esse Abraam, Isaac & Jacob; quorum progeniem, Ægyptiorum dominatione depressam, ereptam malis cupiat: iter ergo susciperet ad regem Ægypti, ducemque se populi in libertatem restituendi præstaret. cunctantem potestate confirmat, virtutem ei signorum faciendorum impertiens. Ita Moyses in Ægyptum profectus, signis prius apud suos editis, assumto fratre Aaron regem adiit: missum se a Deo prodit, verbisque se Dei dicere, populum Hebræum uti dimitteret. at ille negans se Dominum nosse, parere imperio abnuebat. cumque Moyses in testimonium mandatorum Dei ex virga draconem fecisset, mox aquas omnes in sanguinem convertisset, totamque terram ranis opplesset; facientibus similia Chaldæis, magicas esse artes quæcumque per Moysen fierent, potius quam Dei virtutem, pronuntiabat; donec superductis ciniphibus terra oppleta est, Chaldæis fatentibus majestate divina ista fieri. Tum rex malo coactus, advocato ad se Moyse & Aaron, dat populo discedendi potestatem, modo ut superductam cladem averterent. sed ubi clades exemta est, impotens sui animus in se reversus, exire, ut convenerat, Israelitas non patiebatur. ad extremum decem plagis corporis & regni sui contusus & evictus est.

XV. Sed pridie quam Ægypto populus est egressus, mandatis Domini instruitur, rudis adhuc temporum: Mensem illum qui tunc erat, primum omnium mensium esse cognosceret: sacrificium autem diei illius in solemnitatem consequentium sæculorum ita esse celebrandum, ut quartadecima die mensis agnus immaculatus, anniculus, victima cæderetur; ejusdem sanguine postes illinirentur: carnem penitus exedendam, os autem non conterendum: septem diebus fermento abstinerent, azymis uterentur, ritumque hunc posteris traderent. Ita populus egressus dives suis copiis, & Ægypti spoliis cumulatior: cujus numerus, ex quinque & septuaginta Hebræis, qui primum Ægyptum descenderant, ad millia virorum sexcenta pervenerat.... ab eo autem quo primum Abraam terram Chananæorum accesserat, anno trigesimo & quadringentesimo: a diluvio autem mille quingentis quinque & septuaginta. Igitur propere egressis, columna nubis interdiu, noctu columna ignis præferebatur. Sed cum, ob interjectum sinum rubri maris, præter terram Philistiim via duceret; ne postea Hebræis eremum aspernantibus redeundi in Ægyptum continentibus terris noto itinere facultas panderetur, nutu Dei aversi, in rubrum mare illati sunt, castraque ibi cunctantes constituerunt. Quod ubi regi nuntiatum est: Hebræum populum viæ errore in objectum mare devenisse: nullum ei esse exitum obsistente elemento; furens animi, quo angebatur tot hominum millia regno suo & potestati decedere, exercitum propere educit. Jamque eminus arma signaque & protentæ patentibus late campis acies visebantur, cum Hebræis metu trepidis & cælum adspectantibus Moyses a Deo monitus percussum virga mare discidit. ita populo, cedentibus in latera aquis, velut in continenti iter pervium fuit. nec cunctatus rex Ægyptius cedentes insequi, mare, qua patebat, ingressus, mox coeuntibus aquis cum omni exercitu deletus est.

XVI. Tunc Moyses incolumitate suorum, exitio hostium, virtuteque exsultans, canticum Domino cecinit, idemque omnis turba virilis ac muliebris sexus fecit. Sed ingressos eremum, cum jam per triduum iter agerent, aquæ penuria urgebat, repertaque ob amaritudinem usui non erat. Ac tum primum impotentis populi contumacia apparuit.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.




jamque in Moysen ferebatur, cum edoctus a Deo lignum aquis intulit, cujus hæc vis fuit, ut dulcem saporem fluentis redderet. Exin promotum agmen, apud Elim duodecim fontibus aquarum & septuaginta arboribus palmarum repertis consedit. Rursum populus famem conquerens, Moysen increpabat, Ægypti servitium cum saturitate ventris desiderans, tum grex coturnicum superne missus castra opplevit. Postero autem die animadvertunt qui extra castra processerant, parvis quibusdam siliquis oppletum solum; quarum species in modum coriandri seminis, glaciali albitudine erat, ut crebro hibernis mensibus superductis pruinis tegi terram videmus. Tum per Moysen populus admonetur, Panem hunc eis munere missum Dei: unumquemque in id paratis vasculis tantum usurpare debere, quantum in diem unum pro numero singulis satis esset: sexto tamen die, quia sabbato colligi non liceret, duplum præsumerent. Verum populus, ut semper, parum dicto audiens, more humani ingenii, non refrenavit cupiditatem, ex reconditis in posterum quoque diem consulens. sed reposita fœtore diro in vermes effervescebant; cum die sexto in sabbatum reservata, integra permanerent. Hoc Hebræi per XL annos cibo sunt usi, cujus sapor melli proximus, nomen Manna traditur. in testimonium autem divini muneris reservasse Moyses gomor plenum in vase aureo dicitur.

XVII. Inde progressus populus, cum aquæ penuria tentaretur, ægre ab exitio ducis temperabat. tum Moyses mandante Domino, apud locum cui Oreb nomen est, virga petram percutiens, large aquæ copiam fecit. Sed ubi Raphidim perventum, Amalecitæ populum incursionibus vastabant. Moyses suis in prælium eductis, cum Jesum bellantibus præfecisset, assumto Aaron & Ur spectator pugnæ futurus, simul precandi Dominum gratia, montem conscendit. sed cum dubio eventu acies concurrissent, Moysi precibus victor Jesus hostes in noctem cæcidit. Per idem tempus Jothor Moysi socer cum filia Sepphora (quæ Moysi nupta, proficiscente in Ægyptum viro domi resederat) liberisque ejus, cognitis rebus quæ per Moysen gerebantur, ad eum venit. Hujus consilio Moyses ordines populi distribuit: tribunos centurionesque & decuriones præficiens, necessarium disciplinæ ritum posteris tradidit. Jothor in patriam regressus. Exin ad Sinam montem perventum. ibi Moyses a Domino monetur, populus ut sanctificaretur, auditurus Dei voces: idque solicite curatum. Sed ubi Deus monti institit, validis tubarum clangoribus aer quatiebatur, crassæque nubes crebris cum fulminibus advolvebantur. sed Moyses & Aaron in montis cacumine Dominum propter, populus circa ima montis constitit. Ita lex lata multiplex & copiosa Dei verbis, & sæpe repetita: cujus si quis erit curiosior, fontem ipsum adeat: nos eam breviter perstringimus. Non erunt, inquit, tibi dei alieni præter me: Non facies tibi idolum: Non sumes nomen Dei tui in vanum: Sabbato nullum opus facies: Honorifica patrem tuum & matrem tuam: Non occides: Non mœchaberis: Non furtum facies: Non falsum testimonium dices adversus proximum tuum: Non concupisces quidquam proximi tui.

XVIII. His a Deo dictis, cum tubæ circumstreperent, lampades inardescerent, montem fumus obtegeret, populus præ timore inhorruit, verba Dei non sustinens; poposcitque a Moyse, ut ipsi tantum loqueretur Dominus, atque ita audita ad populum referret. Edicta autem Dei ad Moysen istiusmodi sunt: Hebræus puer pecunia emtus, sex annis serviet, post hæc liber erit: sponte autem permanenti in servitute, auris forabitur. Qui hominem occiderit, capite pœnas luet: qui imprudens, rite exsulerit. Qui patrem matremve pulsaverit, conviciumque eis dixerit, capitali supplicio afficitor. Si quis Hebræum subreptum vendiderit, morti dabitur. Si quis servum proprium servamve percusserit, exque eo ictu obierit, reus judicio fiet. Si quis partum non deformatum mulieri excusserit, neci dabitur. Si quis servo oculum aut dentem extorserit, servus vindicta liberabitur. Taurus si hominem occiderit, lapidabitur: si dominus sciens bestiæ vitium, non consuluerit, & ipse lapidabitur: aut pretio se redimat, in quantum accusator poposcerit. Si servum taurus occiderit, in triginta didrachmis pecunia domino numerabitur. Si quis defossum lacum non cooperuerit, pecusque in lacum ceciderit, pretium pecudis domino dabit. Si taurus alterius taurum occiderit, pecus venumdabitur, pretiumque domini partientur: peremtum etiam divident. quod si dominus vitium tauri sciens, non consuluerit; taurum dabit. Si quis vitulum subripuerit, quinque restituet; si ovem subripuerit, quadrupli pœna erit: si viva penes abactorem pecora reperientur, dupla restituet. Nocturnum furem occidi licet, diurnum non licet. Si cujus pecora alterius sata depaverint, dominus pecoris eversa restituet. Si depositum perierit, is penes quem depositum fuit, jurabit nihil se dolo egisse: fur inventus, duplum dabit. Commendatum pecus a bestia interceptum, non restituetur. Si quis virginem nondum desponsatam corruperit, dotabit puellam, & ita eam uxorem accipiet. si pater puellæ nuptias recusaverit, dotem raptor dabit. Si quis se pecudi miscuerit, morti dabitur. Sacrificans idolis, pereat. Viduam & orphanum non premendos: Pauperem debitorem non perurgendum; nec usuram poscendam: Vestimentum pauperis pro pignore non accipiendum: Principem populi non increpandum: Primogenita omnia Domino offerenda: Carnem a fera captam non edendam: Coitiones in testimonium falsum, aut in quacumque malitia, non esse faciendas. Inimici pecus errans non præteribis, sed reduces. Si animal inimici succubuisse oneri inveneris, erigere debebis. Innocentem & justum non occides. Non justificabis impium pro muneribus. Munera non accipienda: Advenam benigne habendum: Sex diebus opus faciendum, sabbato requiescendum: Fructus septimi anni non metendos, sed pauperibus & egenis reliquendos.

XIX. Hæc fere Moyses ad populum verba Dei retulit, altariumque ex duodecim lapidibus sub monte constituit. Ac rursum montem, in quo Dominus consistebat, conscendit, adhibito secum Aaron, Nadab & Abiud, majoribusque natu septuaginta. Sed hi non valentes Dominum intueri, locum tamen in quo Dominus stabat, viderunt: cujus mirabilis forma & claritudo eximia refertur. Moyses autem accersitus a Domino, interiorem nubem quæ circum Dominum steterat, ingressus, quadraginta diebus totidemque noctibus ibi fuisse traditur. Quo tempore super ædificando tabernaculo atque arca, rituque sacrificandi edoctus verbis Dei est: quæ ego, quia prolixa admodum videbantur, inserenda huic tam præciso operi non putavi. Sed immorante diutius Moyse, quippe qui XL dies apud Dominum duceret, populus desperato ejus reditu Aaron compulit simulacra facere.




Tunc ex metallis conflatis vituli caput exstitit. A cui cum populus Domini immemor hostias obtulisset, vinoque se & ventri dedisset, despectans hæc justo dolore Deus, improbum populum, nisi a Moyse fuisset exoratus, delesset. Sed regressus Moyses, cum duas ex lapide tabulas manu Domini scriptas detulisset, populumque luxui & sacrilegio deditum deprehendisset, tabulas confregit; indignam esse gentem existimans, cui lex Domini traderetur. Multis tamen increpitis, Levitas ad se aggregavit, eisdemque præcepit, ut districtis gladiis populum cæderent. quo impetu xx. tria millia virorum peremta traduntur. Tum Moyses tabernaculum extra castra constituit: quod quoties fuisset ingressus, columna nubis adstare pro foribus visebatur, co- B ramque ad Moysen Dominus loquebatur. poscente autem Moyse, ut Dominum in majestate propria videret; responsum, Formam Dei mortalibus oculis perspici non posse; posteriora tamen ejus videre concessum. tabulæque quas Moyses prius confregerat, refectæ. sed in hoc colloquio Dei XL. diebus diversatus apud Dominum Moyses traditur. Cumque de monte descenderet tabulas præferens, tanta claritudine facies ejus renidebat, ut intueri eum populus non valeret. sed cum mandata Dei relaturus esset, vultum velamento obtexit, atque ita ad populum verbis Domini locutus est. Hoc in loco tabernaculi interiorumque ejus ædificatio refertur. quo consummato, nubes superne decidit, atque ita tabernaculum C obumbravit, ut ipsum Moysen aditu excluderet. Hæc fere duobus libris, Genesi atque Exodo, continentur.

XX. Exin Leviticus liber sequitur, in quo litandi præcepta traduntur; mandata etiam latæ superius legi adduntur, plena omnia sacerdotalibus institutis. quæ si quis cognoscere volet, perfectius inde capiet: nos enim suscepti operis modum custodientes, solam historiam persequimur. Igitur Levi tribu in sacerdotium segregata, reliquæ tribus dinumeratæ, repertaque hominum IↃC & III CIↃ. Cum ergo populus mannæ cibo, ut supra retulimus, uteretur, tot tantisque beneficiis Dei, ut semper, ingratus, viles quibus in Ægypto assueverat, dapes desiderabat. Tum D Dominus immensam copiam coturnicum castris intulit; quas cum avide diriperent, primoribus labiis admotis carnibus interibant: magnaque eo die clades in castris fuit, adeo ut xx & III virorum millia periisse tradantur. ita populus eo quem desiderabat cibo punitus est. Inde promotum agmen, & in Faran ventum est. edoctusque a Domino Moyses vicinam esse terram, cujus possessionem eis promiserat Dominus; exploratoribus in eam missis renuntiatur, felicem omni copia esse regionem, sed gentes validas, & munita ingentibus muris oppida. Quod ubi populo compertum, magna mentes omnium formido incesserat, eoque mali ventum, ut spreto Moysi imperio ducem sibi constituere pa- E rarent, cujus ductu in Ægyptum reverterentur. Tunc Jesus & Chaleb, qui inter exploratores terræ fuerant, conscissis vestibus flentes, populum obtestantur, ne exploratoribus credant formidolosa referentibus: se quoque una cum his fuisse, nihil metuendum in solo illo reperisse: promissis illos Dei confidere oportere: hostes prædæ potius quam exitio fore. Sed gens indomita, sanis consiliis male renitens, in perniciem eorum ferebatur. queis rebus commotus Dominus partem populi hostibus cædendam objecit, exploratoribus interfectis ad vulgi formidinem.

XXI. Secuta est eorum contumacia, qui se Dathan & Abiron ducibus adversum Moysen & Aaron erigere conati sunt. sed eos vivos hiatu suo terra absorbuit. Nec multo post totius populi in Moysen & Aaron orta seditio est, adeo ut tabernaculum (quod erat nefas nisi sacerdotibus introire) irrumperent. tum vero catervatim in eos grassata mors est: momentoque omnes interissent, nisi Moysi precibus placatus Dominus cladem avertisset. numerus tamen peremtorum septingenti & XIV millia fuit. Nec multo post ob aquæ penuriam, ut jam sæpius, populi exorta seditio est. Tunc Moyses a Domino monitus ut petram virga ferire (familiari sibi experimento, siquidem id jam ante fecisset) semel atque iterum petram percussit, atque ita aqua effluxit. In quo quidem notatus a Domino Moyses refertur, quod per diffidentiam non nisi iterato ictu aquam eduxerit. denique ob hoc peccatum promissam sibi terram non ingressus est, sicut inferius ostendam. Igitur Moyses ex eo loco promovens, cum præter Edom agmen educere pararet, missis ad regem legatis transeundi copiam poposcit, ob jus sanguinis bello abstinendum ratus: etenim gens illa Esau progenies erat. sed rex supplices aspernatus, transitum negavit, paratus armis contendere. Tum Moyses in Or montem iter convertit, vetita via abstinens, ne quam inter consanguineos caussam belli præberet. in eo quoque cursu regem gentis Chananæorum delevit. Seon quoque regem Amorrhæorum perculit, omniumque eorum oppidis potitus est. Basan etiam & Balac reges devicit, & castra super Jordanem haud longe ab Hiericho molitus est. Tunc adversus Madianitas certatum, victique & subacti sunt. Moyses mortuus est, cum XL in deserto annos populo præfuisset. Ceterum Hebræi ob hanc caussam tanto tempore in eremo fuisse traduntur, donec omnes qui verbis Dei non crediderant, interirent: excepto enim Jesu & Chaleb, nemo ultra xx annos natus Ægypto profectus, Jordanem transiit. ipse Moyses ut terram promissam viderit tantum, nec contingeret, peccato ejus adscribitur: quod eo tempore quo saxum ferire & aquam producere præceptus est, post tot virtutum suarum experimenta dubitaverit. decessit autem anno ætatis vigesimo & centesimo. de sepulcri loco parum compertum.

XXII. Moyse mortuo summa rerum penes Jesum Nave filium erat: etenim illum sibi Moyses successorem constituerat, virum virtutibus suis simillimum. Principio autem suscepti imperii, dimissis per castra nuntiis populum certiorem facit, frumentum uti pararent, triduoque proximo iter pronuntiat. Sed Jordanis flumen validissimum transitum prohibebat: quia neque navium copia pro tempore erat, neque vadari fluvius poterat, qui tum pleno alveo ferebatur. Igitur arcam præferri a sacerdotibus, eosdemque adverso flumine consistere jubet. quo facto incisus Jordanis traditur. ita per siccum copiæ traductæ. Erat in his locis oppidum nomine Hiericho, muris validissimis munitum, neque expugnationi neque obsidioni facile. sed Jesus Domino fretus, non armis aut viribus, urbem aggressus ferri arcam Dei circa muros jubet, sacerdotesque præire arcam, & tuba canere. sed cum arca septies circumlata esset, muri ac turres conciderunt. direptum oppidum atque incensum. Tum Jesus Dominum traditur **. Inde adversus Gai ductus exercitus: locatisque a tergo urbis insidiis, Jesus metum simulans terga hosti dedit. quo viso, qui in oppido erant patentibus portis cedentibus instare, ita hi qui in insidiis fuerant,

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



vacuam urbem cepere: cæsique omnes absque ullius effugio, rex captus summoque supplicio affectus.

XXIII. Quod ubi vicinarum gentium regibus compertum est, in bellum conspirant Hebræos armis depellere. verum Gabaonitæ, gens valida ex urbe opulenta, ultro se Hebræis dederunt, jussa facturos pollicentes: receptique in fidem; ut ligna & aquam conveherent imperatum. Sed regibus proximarum urbium deditio eorum iras conciverat. itaque admotis copiis, oppidum eorum Gabaon nomine, obsidione circumsistunt. Igitur oppidani, artis rebus suis, nuntios ad Jesum mittunt, obsessis uti succurreret. ita ille maturato itinere inopinantibus supervenit, cæsaque ad internecionem multa hostium millia. Cum dies cædentes deficeret, noxque victis futura præsidio videretur, merito fidei dux Hebræus noctem avertit: dies perseveravit. ita nullum hostibus effugium fuit. quinque reges capti, interfecti sunt. eodem impetu vicinæ quoque urbes imperio adjectæ, regesque earum peremti. Verum, quia omnia hæc in ordinem persequi non fuit consilium, dum brevitati studemus; id modo adnotandum curavimus, xx & novem regna imperio Hebræorum subjecta, quorum terra per undecim tribus viritim distributa est. Levitis enim in sacerdotium assumtis nulla portio data, quo liberius servirent Deo. Equidem hoc exemplum non tacitus præterierim, legendumque ministris ecclesiarum libenter ingesserim. etenim præcepti hujus non solum immemores, sed etiam ignari mihi videntur: tanta hoc tempore animos eorum habendi cupido veluti tabes incessit. inhiant possessionibus, prædia excolunt, auro incubant, emunt venduntque, quæstui per omnia student. at si qui meliores propositi videntur, neque possidentes neque negotiantes (quod est multo turpius) sedentes munera exspectant, atque omne vitæ decus mercede corruptum habent, dum quasi venalem præferunt sanctitatem. Sed longius quam volui egressus sum, dum me temporum nostrorum piget tædetque: ad inceptum redeo. Igitur, ut supra dixi, diviso per tribus captivo solo pace summa Hebræi perfruebantur, finitimis bello territis, tot victoriis nobiles armis nemine audente tentare. Eodem tractu Jesu mortuus est, anno ætatis decimo & centesimo. de imperii autem ejus tempore parum definio: frequens tamen opinio est xx & vii annis eum Hebræis præfuisse. quod si ita est, a mundi exordio in excessum ejus anni sunt ĪĪĪ CIↃ CCC LXXX & IIII.

XXIV. Jesu mortuo populus sine duce agebat. sed cum adversus Chananæos bellandum esset, dux belli Judas assumtus est. Hujus ductu res prospere gestæ: domi militiæque summum otium: populus aut subactis aut per deditionem acceptis gentibus imperitabat. Inde, ut semper fieri secundis rebus solet, morum disciplinæque immemor, matrimonia ex victis assumere, paullatimque externos mores trahere, ac mox profano ritu idolis sacrificare occœpit. adeo cuncta cum externis societas perniciosa est. Quæ Deus longe ante prospiciens, salubri Hebræos responso instruxerat, devictas gentes ut internecioni darent. sed plebs cupida dominandi, imperare victis cum pernicie malebat. Igitur cum relicto Deo idola colerent, destituti divino auxilio a rege Mesopotamiæ evicti & subacti, VIII. annis captivitatem pependerunt: donec Gothoniel duce in libertatem restituti per quinquaginta annos rerum potiti sunt. Rursumque corrupti longæ pacis malo, idolis litaverunt. Moxque aderat pœna peccantibus: ab Eglom enim rege Moabitarum devicti, duodevigin-ti annis servierunt, donec instinctu Dei Aod regem hostium dolo interemit, contractoque tumultuario exercitu libertatem armis vindicavit. idem per LXXX. annos in pace Hebræis præfuit. Huic Semigar successit: hicque adversus allophylos congressus, secundo eventu prælium fecit. Rursumque Hebræos sectantes idola rex Chananæorum Jabin nomine subjugavit, gravissimamque in eos per XX. annos dominationem exercuit, donec pristinum Debbora mulier statum reddidit. adeo nihil spei in eorum ducibus erat, ut muliebri auxilio defenderentur. quamquam hæc in typum Ecclesiæ forma præmissa sit, cujus auxilio captivitas est depulsa. Sub hac duce vel judice XL. annis Hebræi fuerunt. Rursumque ob peccata Madianitis traditi, duro imperio habebantur, afflictique malo servitutis divinum auxilium imploraverunt. ita semper in secundis rebus, immemores cælestium beneficiorum, idolis supplicabant; in adversis, Deo. Unde cum reputare in animo soleo, populum tot beneficiis Dei obligatum, tot cladibus cum peccaret coercitum, expertumque & misericordiam & severitatem Dei, nequaquam emendatum; & cum semper veniam erroris acciperet, semper peccasse post veniam; nihil mirum videri potest, Christum ab his non esse receptum, cum jam inde ab initio toties in Domino rebelles deprehendantur: magisque mirum est, illis semper peccantibus numquam Dei, si quando eum imploraverunt, defuisse clementiam.

XXV. Igitur cum eis, ut supra retulimus, Madianitæ dominarentur, conversi ad Dominum misericordiam solitam flagitantes, impetraverunt. Erat in Hebræis Gedeon quidam nomine, vir justus & carus Domino acceptusque. huic angelus de campo messis domum revertenti adstitit: Dominus, inquit, tecum, potens in virtute. at ille voce humili, non esse in se Dominum ingemiscebat: siquidem quod populum captivitas premeret, virtutumque Domini, qui eos de terra Ægypti eduxerat, flens recordabatur. tum angelus: Vade, inquit, in hoc spiritu quo locutus es, & populum de captivitate eripe. ille vero abnuere, se infractis suorum viribus, cum ipse minimus esset, tantum onus suscipere. perstare contra angelus, Ne dubitaret posse fieri quæ Dominus loquebatur. Perfecto igitur sacrificio, dirutaque ara quam Baalis idolo Madianitæ sacraverant, ad suos profectus, castra castris hostium contulit. sed Madianitis etiam gens Amalech se conjunxerat. Gedeon vero non amplius quam ad triginta & II. millia exercitum paraverat. sed priusquam confligeret, Deus ad eum locutus est, Nimiam esse hanc multitudinem, quam in prælium vellet educere: Hebræos pro solita perfidia eventum pugnæ non Deo, sed virtuti suæ daturos: itaque daret volentibus discedendi potestatem. quod ubi populo divulgatum, XX & II M. a castris recesserunt. Sed ex X. millibus quæ resederant, admonitus a Domino, non amplius quam trecentos tenuit: reliquos ab armis dimisit. Ita media vigilia castra hostium ingressus, jussis omnibus tuba canere, magnum terrorem injecit; neque cuiquam resistendi animus fuit. turpi fuga, qua quisque potuit, dilapsi; sed, occurrentibus omni ex parte Hebræis, passim fugientes cadunt. reges Gedeon persecutus ultra Jordanem, comprehensos neci dedit. Ea pugna centum & XX M. ex hostibus cæsa, XV. capta traduntur. Tunc consensu omnium Gedeoni, ut princeps populi esset, delatum: quod ille aspernatus, communi jure cum civibus vivere, quam præesse suis maluit.

XXVI. Depulsa igitur captivitate, quæ septem A annos populum continuerat, pax per XL. annos fuit. sed defuncto Gedeon, filius ejus Abimelech, ex concubina ortus, fratribus interemtis, pessimis quibusque consentientibus & maxime Sichimorum principibus operam ei navantibus, regnum occupavit: isque discordiis civilibus exercitus, cum suos bello premeret, turrim quamdam, in quam se amisso oppido fugientes receperant, expugnare aggressus, dum incautius subit, saxo a muliere ictus periit, cum triennio imperium tenuisset. Huic successit Thola, qui duobus & XX. annis regno potitus est. post hunc Jair fuit, qui cum æque viginti & duos annos principatum obtinuisset, populus relicto Domino idolis se mancipavit: obque id Israelitæ sub- B acti sunt ab allophylis & Ammonitis, duoque de XX. annis sub eorum imperio fuerunt. Quo tempore eis Dominum invocantibus divinum scilicet responsum redditum est: Simulacra potius invocarent: se non ultra misericordiam ingratis præstiturum. at illi flentes culpam fateri, & precari veniam; abjectisque idolis Deum implorantes, negatam licet misericordiam impetraverunt. Igitur Jepta duce ad libertatem armis vindicandam frequentes conveniunt; missis prius ad Ammon regem legatis, ut finibus suis contentus, bello abstineret. at ille prælium non abnuens, aciem instruxit. Tum Jepta, prius quam signum pugnæ daretur, vovisse dicitur, si prospere pugnasset, eum qui sibi primus revertenti obvius fuisset, hostiam Deo dandum. C Ita victis hostibus, cum domum rediret, filia ei obviam fit, quæ patrem exceptura victorem, cum tympanis & choris læta processerat. tum Jepta consternatus, dolore conscissis vestibus, indicat filiæ voti necessitatem. At illa, non feminea constantia, mori non recusans, duos tantum tamen menses vitæ spatium petit, ut æquales suas prius videret: quibus actis ultro ad patrem redit, votumque Domino reddit. Jepta principatum sex annis tenuit. huic Esebon successit, & tranquillis rebus exacto imperio, anno septimo decessit. postque eum Allon Zabulonites annis X. itemque Abdon annis VIII. rerum potiti, pacis tempore nihil quod historia loqueretur, ediderunt.

XXVII. Rursum Israelitæ ad idola conversi, divino destituti præsidio, subjecti allophylis, per XL. captivitatis annos pœnas perfidiæ pependerunt. Ea tempestate Sampson natus traditur. hujus mater diu sterilis, angelum vidit; dictumque ei est: Vino & sicera atque immundis abstineret: fore, uti puerum ederet libertatis vindicem & hostium ultorem. ita mulier enixa puerum, Sampson nomen ei indidit. Is intonso capite, miræ virtutis fuisse traditur: adeo ut leonem in via obvium manu discerperet. Uxorem ex allophylis habuit; quæ cum absente viro in alterius matrimonium convenisset, dolore ereptæ conjugis perniciem genti molitus est E ( fretus Domino & viribus, palam victores clade afficiebat.) CCC. siquidem vulpibus captis, ardentes lampades earum illigavit caudis, atque eas agris hostium immisit: ac tum forte maturis messibus facile incendium fuit, vineæque & olivarum arbores exustæ. Grandi allophylorum exitio abreptæ uxoris injuriam ultus videbatur: quo dolore allophyli permoti, mulierem tanti mali caussam cum domo & patre incendio consumserunt. sed Sampson parum se vindicatum ratus, urgere omnibus incommodis profanam gentem non desinebat. Tum compulsi Judæi, vinctum eum allophylis tradiderunt. sed traditus, ruptis vinculis, arrepto osse asini, quod casus telum dederat, mille ex hostibus prostravit: ingravescente autem æstu cum siti affectus esset, invocato Domino, ex osse quod manu tenebat, aqua fluxit.

XXVIII. Ea tempestate Sampson Hebræis præerat, allophylis unius virtute domitis. igitur insidiantes vitæ ejus, nec palam eum tentare audentes, uxorem ejus, quam ille postea acceperat, pecunia corrumpunt, virtutem viri uti proderet. Illa eum blandimento muliebri aggressa, diu eludentem & multum cunctantem perpulit ut indicaret, in crinibus capitis virtutem suam subsistere. mox dormienti insidiata, crinem ejus abstulit, atque ita eum allophylis tradidit: nam sæpe prius traditum comprehendere nequiverant. Tum illi, effossis oculis, vinctum compedibus in carcerem conjecerunt. sed spatio temporis accisos crines crescere, & cum eis virtus redire occœperat: jamque Sampson conscius recepti roboris, tempus modo justæ ultionis opperiebatur. Erat allophylis moris, cum dies festos agerent, Sampson quasi in pompam publicam producere, capto insultantes. ita die quodam, cum publicum epulum in honorem idoli dedissent, Sampson exhiberi jubent: templum autem, in quo omnis populus omnesque allophylorum principes epulabantur, duabus subnixum columnis miræ magnitudinis erat. Productus Sampson, inter columnas statuitur. tum ille tempore arrepto, invocato prius Domino, columnas disjecit; turbaque omnis ruina domus obruta. ipse cum hostibus non inultus occubuit, cum XX. annis Hebræis præfuisset. Huic Simmichar successit, de quo nihil amplius Scriptura prodidit: nam neque finem imperii ejus reperi, & fuisse populum sine duce invenio. ideo cum adversus Benjamin tribum civile bellum fuit, Judas temporarius dux belli assumtus est. Sed plerique, qui de temporibus scripserunt, annum unum imperio ejus adnotaverunt: plerique ita eum prætererierunt, ut post Sampson Heli sacerdotem subjunxerint. nos eam rem, ut parum compertam, in medio relinquemus.

D XXIX. Per hæc tempora civile, ut diximus, bellum exarserat: caussa autem motus hæc fuit. Levites quidam cum concubina iter faciens, urgente nocte compulsus, in oppido Gabaa, quod ab Benjamitis incolebatur, secesserat. Cum eum senex quidam hospitio benigne recepisset, juvenes ex oppido hospitem circumsistunt, stupro eum subdere parantes. Multum a sene increpiti, ægreque exhortati, vicario demum concubinæ ejus corpore in ludibrium accepto, advenæ pepercerunt: illusamque nocte tota, postero die reddiderunt. Sed illa ( stupri injuria, an verecundia, parum definio ) viso viro animam efflavit. Tum Levita in testimonium diri facinoris, membra ejus in duodecim discissa partes per duodecim tribus misit, quo promtius omnes facti invidia commoveret: quod ubi omnibus compertum, undecim reliquæ tribus adversus Benjamin in bellum conspirant. Huic bello Judas, ut diximus, dux fuit. sed duobus præliis male pugnatum; tertio demum Benjamitæ victi, cæsique ad internecionem. ita paucorum scelus publico exitio punitum. Hæc quoque Judicum volumine continentur. Regum libri sequuntur. Sed mihi annorum ordinem & seriem temporum persequenti, parum continuata videtur historia: nam, cum post Sampson Judicem Semigar fuerit, paulloque post historia consignet, populum sine judicibus egisse; Heli etiam sacerdos libris Regnorum

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.


fuisse referatur: sed cum, quot anni inter Heli & Sampson fuerint, minime Scriptura prodiderit: video medii quiddam fuisse temporis, quod laboret ambiguo. Ceterum a die mortis Jesu usque in id tempus quo Sampson defunctus est, numerantur anni cccc & xix: a mundi autem exordio anni IIII ccc & III. quamquam ab hac supputatione nostra ceteros discordare non nesciam: sed mihi conscius sum, me non incuriose latentem annorum ordinem protulisse, donec in hæc tempora incidi, de quibus dubitare me fateor. nunc reliqua exsequar.

XXX. Igitur, ut supra retuli, Hebræi sine judice aut duce ullo, proprio arbitrio agebantur. Heli sacerdos erat: sub hoc Samuel natus est. Huic pater Elcana, mater Anna. hæc diu sterilis, cum conceptum a Deo peteret, vovisse traditur, si puer nasceretur, sacrandum Domino. ita enixum puerum Heli sacerdoti tradidit. Mox, cum adolevisset, Dominus ad eum locutus est, Heli sacerdoti iram denuntians ob vitia filiorum, qui sacerdotium patris in quæstum verterant, munera a sacrificantibus exigentes. quamquam plerumque eos pater increpasse referatur: sed levior objurgatio non satisfecerat disciplinæ. Igitur allophylis in Judæam irruentibus obviam itum. sed victi Hebræi, parant aciem restituere. arcam Domini secum in pugnam efferunt, & cum ea filii sacerdotis prodeunt: quia ipse annis gravior luminibus obductis satisfacere officio nequiverat. sed ubi arca in conspectum hostium deducta est, majestate quadam præsentis Domini territi, fugam parabant: assumtaque rursum constantia, & non sine Domino mutatis animis, totis viribus concurrunt. Victi Hebræi: arca capitur: filii sacerdotis cadunt. Heli delato ad se mali nuntio consternatus, animam exspiravit, cum per annos xx. sacerdotium administrasset.

XXXI. Victores secundo prælio allophyli, arcam Dei quæ in potestatem venerat eorum, oppido Azoto in templum Dagon intulerunt. sed simulacrum dæmoni dicatum, ubi arca illata est, corruit: quumque idolum loco restituissent, nocte insecuta discerptum est. Inde mures per omnem regionem exorti, noxiis morsibus multa hominum millia leto dabant. Quo malo compulsi Azotii, ad delinandam calamitatem, arcam Dei ad Gethæos transtulerunt; qui cum simili clade afficerentur, in oppidum Ascalonensium arcam transvexerunt. his vero, advocatis gentis ejus primoribus, consilium fuit, arcam Domini Hebræis reddere. ita ex sententia principum augurumque & sacerdotum, imposita vehiculo multis cum muneribus remittitur. Illud mirabile, quod cum oneri boves feminas subjecissent, vitulosque earum domi retinuissent, iter nullo duce in Judæam pecudes direxerunt, non revocante affectu fetus relicti: cujus rei miraculo reguli allophylorum usque in fines Hebræorum arcam secuti, religiosum officium præstiterunt. Judæi autem, ubi referri arcam viderunt, certatim ex oppido Bethsamis cum gaudio obviam ruere, festinare, exsultare, grates Domino referre. mox Levitæ, quorum hoc negotium erat, sacrificium Deo celebrant, bovesque eas quæ arcam adduxerant, immolant. Sed in oppido quod supra diximus, teneri arca non potuit: itaque passim Dei nutu per totam urbem sævitum. arca in Cariathjarim oppidum translata est, ibique per viginti annos fuit.

XXXII. Ea tempestate Samuel sacerdos Hebræis præerat. quietis a bello rebus populus in otio degebat. pax deinde allophylorum irruptione turbata. Trepidantibus cunctis ob conscientiam peccati, Samuel, cæsa prius hostia, Domino fretus suos in prælium eduxit; primoque impetu fusis hostibus, victoria penes Hebræos stetit. Sed hostili metu remoto, secundis tranquillisque rebus, corruptis consiliis (more vulgi, cui præsentia fastidio, insueta desiderio sunt) regium nomen; cunctis fere liberis gentibus semper invisum, populus desiderabat, planeque non sine exemplo amentiæ præoptabat libertatem servitio mutare. Igitur frequentes Samuelem circumsistunt, ut, quia jam ipse senuisset, regem eis constitueret. at ille placide, salubri oratione, ab insana voluntate detorquere plebem: dominationem regiam & superba imperia exponere: libertatem extollere, servitutem detestari: postremo divinam eis iram denuntiare, siquidem homines mente corrupti, Deum regem habentes, regem sibi ex hominibus flagitarent. His atque aliis istiusmodi frustra dictis, cum populus in sententia perseveraret, Dominum consulit; qui permotus vecordia insanæ gentis, nihil adversum se petentibus negandum respondit.

XXXIII. Igitur Saul, sacerdotali prius a Samuele unguento perfusus, rex constitutus est. Hic ex tribu Benjamin, Cis patre ortus, modestus animi, forma excellenti erat; ut merito dignitas corporis dignitati regiæ conveniret. Sed principio regni hujus aliquanta ab eo pars populi desciverat, parere imperio abnuens, seque Ammonitis conjunxerat. verum hos Saul impigre ultus est: victique hostes, & venia Hebræis data. tum Saul iterato a Samuele unctus traditur. Inde allophylorum irruptione atrox bellum exortum. locum exercitui ad conveniendum Saul in Galgalis constituerat: & quum per septem dies Samuelem opperitus esset, ut sacrificium Domino fieret; tardante illo, quum populus dilaberetur, illicita præsumtione rex ad vicem sacerdotis holocaustum obtulit. multumque a Samuele increpitus, sera peccatum pœnitentia fatebatur. Igitur ex peccato regis metus omnem exercitum pervaserat: castra hostium haud longe sita præsens periculum ostendebant: neque cuiquam exeundi in prælium animus: plures *lacrymas* & latebras petiverant. nam præter imbecillitatem animorum, qui alienum a se Dominum delicto regis arbitrabantur, in maxima ferramentorum inopia exercitus erat; adeo ut præter Saul & Jonathan filium ejus, nemo gladium aut lanceam habuisse tradatur: nam allophyli superiore bello victores usum Hebræis ademerant, neque cuiquam conficiendi teli bellici aut rustici ferramenti potestas fuerat. Igitur Jonatha audaci consilio, solo armigero suo comite castra hostium ingressus, viginti fere ex hostibus interemtis, universum exercitum terrore perculerat. tum vero nutu Dei in fugam versi, non imperia exsequi, non ordines observare, omne præsidium in pedibus habere. quod ubi Saul animadvertit, suis propere eductis fugientes persecutus, victoria potitus est. Eo die rex edixisse traditur, ne quis, nisi confectis hostibus, cibum caperet. sed Jonatha interdictionis ejus inscius, favo reperto, tincto spiculo mel degustaverat. *sed* ubi regi ex Domini ira compertum est, mortem affici filium jussit: sed populi auxilio ab exitio vindicatus est. Ea tempestate Samuel a Domino monitus, regem adiit, verbis Domini nuntians, uti genti Amalec, quæ olim Hebræos ex Ægypto venientes transitu prohibuerat, bellum inferret; addito interdicto, ne quid ex spoliis devictorum concupisceret. ita in fines hostium



ductus exercitus, rex captus, gens subacta. Saul victus prædæ magnitudine, præcepti divini immemor, capta servari & ferri jubet. quo facto offensus Dominus, Samuelem alloquitur: Pœnitere se, quod Saul regem constituerit.


XXXIV. Dictum sacerdos regi refert. mox a Domino monitus, David regali unguento perlinit, parvum etiamnum puerum, sub patre agentem, pastorem ovium, assuetum sæpius cithara canere: ob quod postea a Saule assumtus, inter ministros regios habebatur. Qua tempestate allophylis atque Hebræis bello flagrantibus, cum ex adverso acies constitissent, Goliath quidam ex allophylis, vir miræ magnitudinis & roboris, suorum ordines prætergressus, ferocibus verbis probra in hostes jaciens singularem pugnam ciebat. Tum rex magna præmia & filiæ nuptias despondit, si quis provocantis spolia retulisset: sed nemo ex tanto agmine aggredi audebat. Igitur David etiamnum puer, pugnæ se obtulit: rejectisque armis, quibus infirma ætas gravabatur, virga tantum & quinque lapidibus sumtis, in prælium processit: primoque ictu, misso funda lapide, allophylum perculit: caput victi & spolia abstulit: gladium postea in templum posuit. allophyli autem omnes in fugam versi, victoriam concessere. Sed e prælio reversis, multus circa David favor invidiam regis accenderat: timens autem tam carum omnibus cum invidia & pernicie necare, sub specie honoris objectare eum periculis statuit. Ac primum tribunum eum fecerat, ut rem bellicam curaret. inde, cum ei filiam sponpondisset, fidem fregit, eamque alteri tradidit. mox filia regis natu minor, Melchol nomine, amore David flagrare occœperat. igitur nuptiarum ejus istiusmodi conditionem proponit: si centum præputia David ex hostibus retulisset, regiam virginem matrimonio illius cessuram: sperabat enim juvenem periculosa audentem facile periturum. sed longe aliter ac ratus erat, evenit: nam ut proposuerat, impigre David centum præputia ex allophylis retulit; atque ita regis filiam in matrimonium accepit.

XXXV. Crescebat in dies in eum regis odium stimulante invidia: quia bonos semper mali insectantur. igitur ministris & Jonathæ filio imperavit, vitæ ejus ut insidias pararent. sed Jonathæ carus acceptusque jam inde a principio David fuerat: itaque rex increpitus a filio, cruentum imperium repressit. Sed non diu mali boni sunt. nam cum spiritu erroris Saul affligeretur, eique David assisteret cithara laborantem deliniens; lancea eum ferire conatus est, nisi ille letalem ictum propere declinasset. Exinde jam non occulte, sed palam ei necem parabat: nec ultra se David regi credidit. Ac primum fugiens, ad Samuelem se contulit: inde ad Abimelech, postremo ad regem Moab confugit. mox per Gad prophetam monitus, in terram Judæ regressus, vitæ periculum adiit. Ea tempestate Saul Abimelech sacerdotem interemit, quod David recepisset: & cum ex ministris regiis nemo in sacerdotem manus inferre auderet, Doeg Syrus cruentum ministerium exsecutus est. Post id David desertum petiit. illuc quoque eum Saul persequutus est: sed inani opera ejus exitium moliebatur, quem Dominus protegebat. Erat in deserto spelunca vasto recessu patens. in hujus interiora David se conjecerat. Saul nesciens in primo speluncæ aditu reficiendi corporis gratia successerat, ibique somno captus requiescebat. quod ubi David animadvertit, hortantibus cunctis ut opportunitate uteretur, abstinuit regis exitio: diploidem tamen ejus abstulit. Mox egressus, tuto eminus loco a tergo regem allocutus est, sua in illum commemorans beneficia, Ut sæpe pro regno ejus caput periculis objectasset, utque postremo præsenti tempore a Domino sibi traditum interimere noluisset. Ad hæc culpam Saul fateri, veniam precari, lacrimas fundere, pietatem David extollere, malitiam suam incusare, regem eum & filium appellans. Tantum ex feroci illo animo mutatum, crederes nihil ultra adversum generum ausurum. sed David, qui penitius ingenium mali spectatum haberet & cognitum, nihil regi credendum ratus, intra eremum se continebat. Saul vecors animi, quia comprehendendi generum potestas non erat, filiam suam Melchol David, ut supra retulimus, nuptam, Phaltim cuidam in matrimonium dedit.

XXXVI. David ad allophylos confugit. Ea tempestate Samuel diem functus est. Saul allophylis bellum inferentibus Dominum consulit, nullumque est ei responsum redditum. tum per mulierem, cujus viscera spiritus erroris impleverat, Samuelem evocatum consulit. dictum ei ab eo est, postero illum die cum filio victum ab allophylis in prælio casurum. Igitur allophyli castris in hostili solo positis, postero die aciem instruunt, David tamen ex castris remisso: quia parum crediderant sibi illum adversum suos fidum fore. Sed conserto prælio, Hebræi fusi: filii regis cadunt: Saul equo delapsus, ne vivus in potestatem hostium veniret, gladio suo incubuit. De ætate imperii ejus parum certa comperimus, nisi quod in Actibus Apostolorum XL. annos regnasse dictus est. quamquam ego arbitror tum a Paullo, cujus illa prædicatio refertur, etiam Samuelis annos sub regis istius ætate numeratos. Plerique tamen qui de temporibus scripserunt, XXX. eum annos regnasse adnotaverunt: cui opinioni nequaquam accedimus. nam ea tempestate qua Domini arca in Cariathjarim oppidum translata est, necdum regnare Saul cœperat: refertur autem per David regem ex illo oppido arcam sublatam, cum per XX. annos ibi constitisset. ergo, cum intra id tempus Saul regnaverit atque decesserit, parvo admodum spatio tenuit imperium. Eadem nobis de temporibus Samuelis caligo, ut qui cum Heli sacerdote natus, admodum senex sacerdotio functus referatur. A nonnullis tamen qui de temporibus scripsere (quia vere nihil de ejus annis sacra historia signavit) LXX. annis præfuisse populo refertur: sed unde hæc auctoritas fuerit assumta, non reperi. Nos in tanta erroris copia, Chronicorum adnotationem secuti (quia eam ex Apostolorum Actibus, sicut superius memoravimus, profectam arbitramur) Samuelem & Saulem XL. annos principatum egisse referimus.

XXXVII. Saul peremto, David in terra allophylorum, perlato ad se mortis ejus nuntio, miro pietatis exemplo flevisse traditur. Tum Chebron Judææ oppidum petiit. ibi rursum regali unguento illitus, rex appellatus est: sed Abner, qui magister militiæ Saul regis fuerat, spreto David, Isbaal regis sui filium regem constituit. Crebris deinde præliis inter duces regum concursum: pulsus Abner sæpius; fratrem tamen Joab, qui ex parte David exercitui præerat, fugiens peremit. quo dolore postea Joab, cum se Abner David regi dedisset, jugulari eum præcepit non sine dolore regis, cujus fidem cruentaverat. Per idem tempus omnes fere natu majores Hebræorum publico consensu regnum ei totius gentis detulerunt; nam per septem annos in Chebron tantum regnaverat. ita tertio rex un-

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 403.




gitur, annorum circiter xxx. Allophylos in regnum irruentes secundis præliis repulit. Ea tempestate arcam Domini, quæ in Cariathjarim oppido, ut supra retulimus, erat, in Sion transtulit. cumque ædificare Domino templum in animo haberet, divinum ei responsum redditum, Semini illius id reservari. Bello deinde allophylos domuit, Moabitas subjugavit, Syriam subegit, stipendiumque ei imposuit; auri atque æris ex præda immensum modum retulit. Bellum deinde adversum Ammonitas ex injuria Chanun regis eorum exortum. Syris denuo rebellantibus, qui cum Ammonitis in bellum conjuraverant, David summam rerum Joab principi militiæ permiserat: ipse a bello remotus, intra Hierusalem commorabatur.

XXXVIII. Qua tempestate Bersaben quamdam miræ feminam pulcritudinis stupro compertam habuit. Hæc *viri* cujusdam uxor, qui tum in castris erat, fuisse traditur. hunc David iniquo pugnæ loco objectum hostibus, interficiendum curavit. ita mulierem matrimonio vacuam, sed jam ex stupro gravidam, numero uxorum aggregavit. Tum per Nathan prophetam graviter increpitus, licet agnito errore, castigationem Domini non effugit: namque filium ex furtivo illo concubitu editum paucos post dies amisit, multaque in domum familiamque ejus exsecranda acciderunt. ad extremum Absalon filius ejus arma impia adversus patrem sustulit, regno eum depellere cupiens. Adversus hunc Joab acie conflixit, admonitus a rege, ut victo parceret: sed ille spreto imperio, parricidiales conatus ferro ultus est. Flebilis ea victoria fuisse regi traditur: tanta in eo pietas erat, ut etiam parricidæ filio ignosci voluerit. Vix hoc bellum exstinctum videbatur, aliud rursum exortum Sabæa quodam duce, qui pessimum quemque ad arma incitaverat: sed propere motus omnis morte ducis repressus. Crebra deinde adversus allophylos David prælia secundo eventu habuit: cunctisque bello domitis, & tam exteris quam domesticis motibus compressis, florentissimum regnum in pace habebat. Tum eum subita cupido incessit, ad metiendas imperii vires, populum censere. ita a Joab militiæ magistro decies centena & trecenta civium millia dinumerata. Hujus eum facti mox piguit pœnituitque, veniam a Domino petens, cur in id animos extulisset, ut regni sui potentiam ex suorum potius multitudine, quam ex favore divino æstimaret. Itaque missus ad eum angelus, trinam ei pœnam denuntiat, datque arbitrium unam eligendi. sed proposita triennii fame, trium mensium fuga, morte tridui; fugam & famem detestatus, mortem elegit: momentoque temporis lxx. millia virorum interiere. Tum David videns angelum, cujus dextera populus prosternebatur, veniam precari, seque unum pro omnibus pœnæ objicere: se dignum exitio, quia ipse peccasset. Ita aversum plebis supplicium. David in loco, in quo angelum viderat, aram Domino statuit. Mox annis & morbo infractior, Salomonem filium, ex Bersabee Uriæ uxore susceptum, successorem regni constituit. Is regali unguento per Sadoc sacerdotem unctus, patre adhuc incolumi rex appellatus. David, cum regnasset annos xl. defunctus est.

XXXIX. Salomon initio regni urbem muro circumdedit. Huic per soporem adstare Dominus visus est, petendi quæ vellet tribuens optionem. sed ille non aliud sibi quam sapientiam dari poposcit, reliqua omnia parvi æstimans. ita somno excitatus, cum ante sacrarium Domini constitisset, A indultæ sibi a Domino sapientiæ documentum dedit. Namque duæ mulieres una in domo diversantes cum eodem tempore pueros edidissent, atque ex his alter post diem tertium nocte obisset; mater defuncti somno alterius insidiata mortuum suum supposuit, viventem abstulit. inde inter eas de puero altercatio; postremo res ad regem delata. difficilis judicii absolutio inter negantes, ubi testis deerat. Tum Salomon divinæ sapientiæ munere perimi puerum, corpusque ejus dividi inter ambigentes jubet. cumque una earum judicio acquievisset, alia vero cedere potius puero quam discerpi eum mallet; Salomon ex affectu feminæ hanc vere matrem esse conjectans, puerum illi adjudicavit, B non sine circumstantium admiratione: siquidem latentem veritatem prudentia protulisset. Ita in admirationem ingenii prudentiæque ejus reges vicinarum gentium amicitiam ab eo fœdusque petiere, parati imperata facere.

XL. Queis opibus confisus, templum Domino immensi operis facere aggressus, paratis per triennium impendiis, quarto fere imperii anno primum fundamentum jecit, a profectione Hebræorum ex Ægypto anno fere octavo & octogesimo & quingentesimo: licet libro Regnorum tertio cccclx. fuisse referantur; quod nequaquam convenit: siquidem per seriem superius comprehensam facilius fuerit, C ut minus fortassis annorum, quam amplius, adnotarim. Sed non dubito, librariorum potius negligentia, præsertim tot jam sæculis intercedentibus, veritatem fuisse corruptam, quam ut propheta erraverit: sicut in hoc ipso nostro opusculo futurum credimus, ut describentium incuria, quæ non incuriose a nobis sunt digesta, vitientur. Igitur Salomon cœptum templi opus vigesimo anno explicuit. Celebrato deinde ibidem sacrificio, dictaque oratione, qua populum templumque benedixit, Dominus ad eum locutus est, denuntians fore, si quando peccassent ac Dominum reliquissent, templum illud solo æquandum. quod jampridem impletum videmus, & mox .... connexum D rerum ordinem exponemus. Interea Salomon florens opibus, omnium qui umquam fuerant regum ditissimus, quique semper ordo rerum est, ab opibus in luxum & vitia delapsus, cum adversum interdictum Dei ex alienigenis conjugia sumsisset, & jam septingentas uxores & trecentas concubinas haberet, idola eis ritu gentium suarum, quibus litarent, constituit. Quibus rebus aversus Dominus, graviter increpito pœnam denuntiavit, fore ut regnum ex parte majore ademtum filio, servo illius traderetur. idque ita accidit.

XLI. Nam defuncto Salomone anno imperii quadragesimo, cum Roboam filius anno ætatis sexto E & decimo regnum patrium tenere cœpisset, pars populi ab eo offensa discedit. Etenim cum laxari sibi stipendium popolscisset, quod Salomon gravissimum imposuerat; repudiatis precibus supplicum favorem universæ plebis averterat. itaque consensu omnium imperium ad Hieroboam defertur. Is medio genere ortus, aliquamdiu Salomoni servitutem pependerat. sed cum ei responso Achiæ prophetæ regnum Hebræorum annuntiatum comperisset, necare eum clam destinaverat. quo ille metu in Ægyptum confugit: ibique uxore accepta ex stirpe regia, cognita demum Salomonis morte in solum patrium regressus, voluntate populi, ut supra retulimus, sumsit imperium. Penes Roboam tamen duæ tribus, Judæ & Benjamin, resederant: ex his ad trecenta millia paravit exercitum. quumque



acies promoverentur, verbis Dei populus admonetur, prælio abstineret: ex suo nutu Hieroboam regnum accepisse. ita spreto regis imperio, exercitus dilapsus. Hieroboam imperium invaluerat: sed cum Hierosolymam Roboam obtineret, ubi templo a Salomone facto populus sacrificare Domino consueverat; veritus Hieroboam, ne ab eo plebem religio averteret, statuit animos ejus superstitione occupare. itaque vaccam auream in Bethel, alteram apud Dan constituit, quibus populus litaret: sacerdotesque, omissa Levi tribu, ex plebe instituit. Invisum Domino flagitium expostulatio consecuta. Crebra deinde inter reges prælia: dubio eventu regnum obtinebant. Roboam septimo & decimo imperii anno exacto, vita functus est.

XLII. In hujus locum Abiu filius ejus regnum Hierosolymæ sex annos tenuit; quamvis in Chronicis triennio regnasse referatur. Huic Asa filius successit, a David quintus fere, quippe abnepos ejus. fuit religiosus Domini cultor: namque deletis aris lucisque idolorum, vestigia paternæ perfidiæ sustulit. fœdus cum rege Syriæ firmavit: ejus auxilio Hieroboæ regnum, quod tum a filio tenebatur, multa clade affecit, ac sæpe victis hostibus prædam ex victoria retulit. post unum & quadragesimum annum æger pedibus decessit. Huic triplex peccatum adscribitur: unum, quod societate regis Syriæ nimium confisus sit: alterum, quod prophetam Domini hoc ipsum increpantem in vincula conjecit: tertium, quia in pedum dolore remedium non a Domino, sed a medicis speraverit. Sed initio regni hujus, Hieroboam rex decem tribuum defunctus est. regnum Nadab filio reliquit. Is malis operibus, & tam suis quam paternis meritis invisus Domino, non ultra biennium regno potitus est, privataque imperio indigna progenies. Baasam Achiæ filium successorem habuit, æque a Domino alienissimum. isque sexto & vigesimo imperii anno defunctus est. regnum ad Elam filium devolutum, nec ultra biennium retentum. namque eum Zambri princeps equitum epulantem interfecit, regnumque occupavit: vir perinde in Dominum atque homines impius. Ab hoc pars populi secessit; Thamni cuidam regium nomen delatum. sed Zambri ante hunc septem annos & cum eodem duodecim regnavit. At in parte tribus Judæ Asa mortuo, Iosaphat filius ejus regnare cœpit, vir religiosis virtutibus merito clarus. Is cum Jambri pacem habuit. defunctus est autem, cum regnasset annos v. & xx.

XLIII. Hujus imperii tempore Achab, Jambri filius, rex decem tribuum fuit, ultra omnes in Dominum impius: namque Jezabel filia Basæ regis ex Sidone in matrimonio accepta Baali idolo aram lucosque constituit, & prophetas Domini interemit. quo tempore Elias propheta oratione cælum conclusit, ne pluviam terræ daret; idque regi denuntiavit, ut se impius caussam mali esse cognosceret. Igitur suspensis cælo aquis cum loca omnia adusta solis ardoribus non victum hominibus, non pabulum jumentis darent; ipse se intra periculum famis propheta concluserat. Ea tempestate cum eremum petiisset; corvis cibum ministrantibus vixit, aquam torrens proximus, donec aruit, dedit. Inde admonitus a Domino Sareptæ oppidum petiit: ad mulierem viduam divertit; cumque ab ea esuriens cibum peteret, illa caussari, non esse sibi nisi pugillum farris & pusillum olei: quo absumto una cum filiis mortem exspectaret. sed cum Elias verbis Dei polliceretur nec hydriam farre, nec vas

A oleo esse minuendum; mulier poscenti fidem non cunctata prophetæ credere, promissorum fidem consecuta est; siquidem divinis incrementis tantum accresceret, quantum quotidie detrahebat. Eodem tempore ejusdem viduæ filium mortuum Elias in vitam reduxit. tum jussu Domini regem adiit, exprobratoque ei sacrilegio, poposcit ad se omnem populum congregari. qui cum propere convenisset, accitis idolorum ac lucorum sacerdotibus CCCC. fere & L. inter eos inde orta est altercatio: Elia Dominum prædicante, illi superstitiones suas adserebant. postremo placuit fieri periculum, ut, si cujus cæsam hostiam missus cælo ignis absumeret, rata esset religio quæ virtutem edidisset. Ita sacer-
B dotes occiso vitulo Baal idolum invocare cœperunt: frustraque consumtis invocationibus imbecillitatem domini sui tacite fatebantur. Tum vero Elias irridens eos, Ne forte, inquit, dormiat: clamate vehementius, ut somno quo tenetur evigilet. Enimvero miseri trepidantes mussare, & tamen quidnam Elias facturus esset exspectare. at ille cæsum vitulum imposuit, quum prius sacrarium aqua opplesset: invocatoque Domino, exspectantibus cunctis ignis cælo delapsus aquam cum hostia absumsit. Tum vero populus solo stratus Dominum fateri, idola exsecrari: postremo Eliæ jussu profani sacerdotes comprehensi deductique ad torrentem, necati sunt. Redeuntem inde regem propheta prosecutus est. sed
C cum ei Jezabel regis uxor vitæ periculum pararet, ad remotiora secessit. ibi eum Dominus adlocutus est, septem millia virorum esse adhuc pronuntians, qui se idolis non dedissent. mirum id Eliæ fuit, qui solum se a sacrilegio immunem esse crediderat.

XLIV. Ea tempestate Achab rex Samariæ vineam Nabuthæi adhærentem sibi concupivit; quam cum ille ei vendere noluisset, dolis Jezabel interfectus est. ita Achab vinea potitus est, cum tamen Nabuthæi mortem doluisse referatur. Mox per Eliam verbo Domini increpitus, agnitoque crimine, cilicio indutus egisse pœnitentiam traditur. quo facto imminentem pœnam avertit. Namque rex Syriæ
D magno cum exercitu, duobus & triginta regibus in societatem belli adscitis, fines Samariæ ingressus, cum rege urbem obsidere cœpit. Artis deinde obsessorum rebus, dat belli conditiones: Si aurum & argentum & feminas tradidissent, fore uti vitæ eorum parceret. sed tam injustis conditionibus extrema perpeti satius visum. Et cum jam omnium desperata esset salus, propheta a Domino missus regem adit: hortatur ut in prælium exeat: cunctantem multis confirmat. ita eruptione facta, fusi hostes copiosaque præda reperta. Sed post annum reparatis viribus Syrus in Samariam regressus, acceptam cladem ultum ire cupiens, rursum victus est. eo prælio CXX. millia Syrorum interiere: regi venia
E data: regnum ei & pristinus status concessus. Tum Achab verbis Dei a propheta increpitus, cur abusus divino munere hosti sibi tradito pepercisset. Igitur Syrus post triennium bellum Hebræis intulit. adversum hunc Achab pseudoprophetarum impulsu in prælium descendit, spreto Michæa propheta & in vincula conjecto, quod ei exitiabilem fore pugnam denuntiasset. ita eo prælio Achab interfectus Ochoziæ filio imperium reliquit.

XLV. Is æger corpore cum ex ministris, qui idolum pro salute ejus consulerent, misisset; Elias a Deo monitus obviam se eis obtulit, increpitosque renuntiare regi jubet, mortem ejus consequuturam. Tum rex comprehendi eum ac deduci ad se jubet: sed missi, cælesti igne absumti. rex, ut propheta

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 403.

prædixerat, obiit: fucceffit autem Joram ei frater A ejus, ifque duodecim annis imperio potitus eft. At in parte duarum tribuum Jofaphat rege defuncto Joram filius regnum tenuit annos duodeviginti. is Achab filiam uxorem habuit, focero quam patri propior. poft hunc Ochozias filius imperium adeptus eft. hoc regnante Elias translatus refertur. Eodem tempore Elifæus difcipulus ejus multis fignis potens exftitit, quæ omnia notiora funt quam ut noftro ftilo egeant. ab eo viduæ filius refufcitatus, & Syrus lepra purgatus, & famis tempore omnium rerum copia fugatis hoftibus invecta, & in ufum trium exercituum aquæ præbitæ, & de exiguo olei immodicis incrementis folutum mulieris debitum & ipfi fufficiens vivendi fubftantia da- B ta. Hujus temporibus, ut diximus, Ochozias duarum tribuum erat rex; decem vero Joram, ut fupra retulimus, imperabat: interque eos fœdus ictum. nam & adverfus Syros junctis viribus bellatum, & adverfum Jehu, qui per prophetam in regem decem tribuum unctus fuerat, pariter in prælium egreffi, eadem pugna interiere.

XLVI. Sed regnum Joram Jehu tenuit. *Pofito* Ochozia in Judæa rege, qui uno anno regnavit, mater ejus Gotholia imperium occupavit ademto nepoti imperio, etiam tum parvo puero, cui Joas nomen fuit. fed huic ab avia præreptum imperium, poft octo fere annos per Sacerdotem & po- C pulum depulfa avia redditum. Hic initio regni obfervantiffimus divini cultus fuit, magnifque fumtibus templum exornavit: poft adulatione principum depravatus, adoratufque ab eis, Dei iram meruit. namque ei Azahel rex Syriæ bellum intulit: inclinatifque rebus fuis, auro templi pacem redemit. nec tamen ea potitus eft, facti invidia a fuis interfectus anno imperii quadragefimo. huic Amaffia filius fucceffit. At in parte decem tribuum defuncto Jehu Joachas filius ejus regnavit, invifus Deo malis operibus, ob quæ regnum ejus Syris prædæ fuit, donec Dei mifericordia depulfis hoftibus priftinum habere ftatum cœperunt. Joachas diem functus Joæ filio reliquit regnum. Is Amaffiæ regi dua- D rum tribuum civile bellum intulit, victoriaque potitus multam prædam in regnum fuum convertit. idque Amaffiæ ob delictum accidiffe traditur: fiquidem Idumæorum fines victor ingreffus, idola gentis ejus affumferat. Hic novem annos regnaffe fcribitur, quantum in libris Regnorum reperi. fed in Paralipomenis, atque etiam in Chronicis, novem & viginti annos imperium tenuiffe adnotatum eft; ea nimirum id perfuadente ratione, quæ in his Regnorum libris facile perfpici poteft. Joram enim rex decem tribuum octavo anno imperii Amaffiæ traditur regnare cœpiffe, unumque & quadraginta annos imperium tenuiffe: regnante demum Ozia Amaffiæ filio, quarto imperii ejus anno defunctus E eft. qua ratione viginti & novem annos Amaffiæ effecit. Itaque nos hoc ipfum fecuti, quia rationem temporum perfequi placet, Chronicorum auctoritati acceffimus.

XLVII. Igitur Amaffiæ Ozia filius fucceffit. nam in parte decem tribuum Ioas diem functus Ioram filio locum fecerat: poftque hunc Zacharias ejus filius regnavit. Horum nos regnum, omniumque qui in parte decem tribuum Samariæ præfuerunt, adnotanda effe tempora non putavimus: quia brevitati ftudentes, fuperflua omifimus: & ad cognitionem temporum ejus potiffimum partis annos credimus perfequendos, quæ in captivitatem pofterius abducta prolixius tempus in regno habuit. Igitur Ozias regnum Judæ adeptus præcipuam curam Domini cognofcendi habuit, Zacharia propheta plurimum ufus (Efaias etiam fub hoc primum prophetaffe traditur) quo merito profperis eventibus adverfus finitimos bella geffit. Arabas etiam devicit. Jamque Ægyptum terrore nominis fui concufferat, elatufque fecundis rebus illicita præfumens, incenfum Deo obtulit: quod folis facere facerdotibus fas erat. itaque cum per Azariam facerdotem increpitus eo loco decedere cogeretur, atque in iram exarfiffet, lepra oppletus deceffit. quo morbo affectus vita functus eft, quum regnaffet annos duos & quinquaginta. Regnum inde Joathæ filio datum: ifque admodum fanctus fuiffe traditur, profpereque imperium adminiftravit: gentem Ammonitarum bello victam ftipendium præftare coegit: regnavit autem annis XVI. eidemque Achaz filius fucceffit.

XLVIII. Celebris circa hæc tempora Ninivitarum fides traditur. Id oppidum, olim ab Affur Sem filio conditum, caput regni Affyriorum fuit, frequens tum incolentium multitudine, alens virorum millia C & XX. atque, ut in magno populo, abundans vitiis. Queis Deus motus Jonam prophetam ex Judæa ire præcepit, ac denuntiare urbi excidium, ficut olim Sodoma & Gomorrha divinis ignibus conflagraffent. verum propheta prædicationis iftius minifterium detrectans, non contumacia, fed præfcientia qua videbat Dominum pœnitentia populi placandum, navim quæ longe diverfa regione Tharfos petebat, confcendit. Sed, ubi in altum proceffum, nautæ fævitia maris compulfi, quifnam effet mali cauffa forte exploravere. cum fuper Jonam fors decidiffet, tamquam piaculum tempeftatis in profundum projectus eft: exceptufque a ceto, marino monftro, ac devoratus, poft triduum fere Ninivitarum litoribus ejectus juffa prædicat: Urbem fcilicet ob peccata populi triduo perituram. Igitur non diffimulanter, ut olim Sodomis, audita eft vox Prophetæ: ac ftatim juffu regis exemploque populus univerfus, quin & recens nati, cibo potuque abftinentur: jumenta itidem & diverfi generis animalia compulfa fame ac fiti lamentantium fpeciem cum hominibus præbebant. ita imminens malum averfum. Jonæ apud Deum conquerenti, quod fides dictis non adfuiffet, refponfum, Pœnitentibus veniam negari non poffe.

XLIX. At in Samaria Zachariam regem admodum impium, quem fuperius regnaffe memoravimus, Sella quidam interemit, regnumque occupavit: idemque Manæ infidiis, exemplo facti fui, perit. Mane ereptum Sellæ imperium tenuit, filioque Pache reliquit. eumdem vero Pache quidam ejufdem nominis interemit, regnumque occupavit. mox ab Ofee peremtus, eodem fcelere quo affumferat imperium, amifit. Hic ultra omnes reges fuperiores impius, pœnam fibi perpetuamque genti captivitatem a Deo meruit. namque ei Salmanaffar rex Affyriorum intulit bellum, victumque tributarium fibi effecit. fed cum occultis confiliis rebellionem pararet, regemque Æthiopum, qui tum Ægyptum obtinebat, in auxilium accerferit, idque Salmanaffar comperiffet, perpetuis eum vinculis in carcerem conjecit, urbemque excidit: populum univerfum in regnum fuum abduxit, Affyriis in hoftili folo ad cuftodiam pofitis (exinde ea pars Samaria appellata: quod lingua Affyriorum *cuftodes* Samaritas vocant) ex quibus plerique divinas ceremonias receperunt reliquis in errore gentilitatis perfeverantibus. hoc bello Tobias in captivitatem ductus eft. At in parte duarum tribuum rex Achaz



ob impietatem invisus Deo, cum finitimorum bellis sæpe premeretur, deos gentium colere decrevit, nimirum quia eorum auxilio victores frequentibus præliis exstitissent. ita in hoc nefariæ mentis piaculo diem functus est, cum XVI. annis in regno fuisset.

L. Huic Ezechias filius successit, multum paterni dissimilis ingenii: namque initio regni populum sacerdotesque ad Dei cultum cohortatus, multis disseruit, Ut frequenter castigati a Domino, sæpius essent misericordiam consequuti: ut postremum decem tribus in captivitatem nuper abductæ sacrilegii pœnas dissolverent: curandum eis sedulo, ne eadem pati mereantur. Ita conversis ad religionem omnium animis, Levitas Sacerdotesque omnes ad celebranda secundum legem sacrificia ordinavit: celebrarique Pascha instituit, quod jam pridem fuerat omissum. cumque dies festus adesset, dimissis per omnem terram nuntiis: conventus diem edixit: ut, si quis post abductionem decem tribuum in Samaria resedissent, ad solemne sacrum convenirent. ita frequentissimo conventu dies sacer publica lætitia exactus, longo post intervallo religione legitima per Ezechiam restituta. Pari deinde industria qua divina curaverat, rem bellicam administravit, allophylosque frequentibus præliis contudit, donec ei Sennacherib rex Assyriorum bellum intulit. Magno cum exercitu fines ejus ingressus, lateque agris vastatis, nullo obsistente urbis obsidionem urgebat: Ezechias enim multitudine inferior, non ausus manum conferere, muris se tuebatur. Rex Assyrius portis adsultans, minitari excidium, deditionem imperare: Ezechiam frustra Deo confidere: se Dei nutu potius arma sumsisse: victorem omnium gentium, eversorem Samariæ effugi non posse, ni matura deditione sibimet consuluisset. In hoc rerum statu Ezechias Deo fretus, Esaiam prophetam consulit, ejusque responso edocetur, Nihil ex hoste periculi fore: divinum autem auxilium non defuturum.


LI. Nec multo post Tharacas rex Æthiopum regnum Assyriorum invadit. quo nuntio Sennacherib ad sua tuenda conversus, fremens & clamitans, Victori sibi victoriam eripi, bellum omisit, missis ad Ezechiam litteris cum verborum contumeliis denuntians, se paullo post rebus domi compositis ad excidium Judææ mature rediturum. Sed nihil his Ezechias motus orasse Dominum traditur, ne hanc tantam hominis insolentiam inultam sineret. ita eadem nocte angelus castra Assyriorum aggressus, multa hominum millia leto dedit. rex trepidus in oppidum Niniven confugit, ibique a filiis interfectus dignum se exitum tulit. Per idem tempus Ezechias æger corpore, morbo incubuerat. Cumque Esaias ei verbum Domini annuntiasset, vitæ ejus finem adesse; flesse rex traditur. ita xv. annos prorogari sibi ad vitam meruit: quibus peractis, nono & vigesimo imperii anno decessit. regnum Manasse filio reliquit. Is a patre multum degenerans, relicto Domino culturas impias exercuit: ob quod in potestatem Assyriorum traditus, malo coactus agnovit errorem, populumque adhortatus est, uti relictis idolis Dominum colerent. Nihil sane dignum memoria gessit: regnavit autem annos v & L. Amon deinde filius ejus regnum adeptus est, nec ultra biennium eo potitus est: paternæ impietatis heres, Domini negligens, suorum insidiis circumventus periit. ad Josiam filium imperium devolutum.

A LII. Is admodum religiosus fuisse traditur, summaque cura divina administrasse, Helchia sacerdote usus bene. Is cum in templo librum verbi Dei scriptum, repertum a sacerdote legisset, quo continebatur, Hebræam gentem ob crebras impietates & sacrilegia delendam; piis ad Deum precibus fletuque jugi imminentem cladem avertit. Quod ubi indultum sibi per Holdam prophetissam comperit, majore cura, utpote obligatus divinis beneficiis, cultum Dei exercuit. Igitur vasa omnia anteriorum regum superstitionibus idolis consecrata cremavit; namque eo profani ritus invaluerant, ut soli ac lunæ divinos honores darent, eisdemque etiam ex metallis sacraria ædificarent. quibus Iosias in pul-
B verem redactis, sacerdotes quoque profanarum ædium interfecit. Sed ne sepulcris quidem impiorum pepercit: quod olim prædictum a propheta, impletum animadversum est. Hujus octavo & decimo imperii anno Pascha celebratum. Post triennium fere adversus Nechao regem Ægypti, qui bellum Assyriis inferebat, in prælium egressus, priusquam inter se acies concurrerent, sagitta ictus est: exque eo vulnere in urbem relatus, decessit, cum regnasset annos I & XX.


LIII. Joachas inde filius ejus regnum adeptus, tribus mensibus tenuit, captivitati ob impietatem destinatus: namque eum Nechao rex Ægypti vi-
C ctum captumque duxit. nec multo post in vinculis diem functus est. Judæis stipendium annuum imperatum: rex eis Eliachim arbitrio victoris datus, qui postea immutato nomine Joachim vocitatus est. Hic Joachæ frater, Iosiæ filius fuit, fratri quam patri propior, sacrilegio invisus Deo. Igitur cum regi Ægyptio pareret, quippe cui tributum penderet, Nabuchodonosor rex Babylonius Judæam terram occupavit armis, & per triennium jure belli victor possedit. etenim cedente jam rege Ægypti, determinatisque inter eos imperii finibus convenerat, Judæos ad Babylonem pertinere. Ita cum Joachim, exactis in regno annis undecim, filio ejusdem nominis locum fecisset, isque regis Baby-
D lonii in se iram concitasset (Deo nimirum agente, cui constitutum erat Judæam gentem captivitati & internecioni dare) Nabuchodonosor Hierosolymam cum exercitu ingressus, urbem murosque ac templum solo stravit: auri immensum modum, & sacra ornamenta vel publica vel privata, puberesque omnes virilis ac muliebris sexus transtulit, relictis, quorum imbecillitas aut ætas fastidio victoribus fuit. quæ turba, inutilis servitio, exercendis colendisque agris, ne incultum esset solum, deputata: eisdemque rex Sedechias præpositus, ademtis viribus inani tantum umbra regii nominis concessa. Sed Joachim tribus mensibus tempus imperii habuit. Is cum populo Babyloniam translatus, &
E in carcerem conjectus est. trigesimum post annum emissus, atque a rege in amicitiam receptus, mensaque & consiliis participatus, non sine solatio depulsæ calamitatis decessit.

LIV. Interea Sedechias rex turbæ inutilis, quamquam sine viribus, infido ingenio & Dei immemor, qui non intelligeret captivitatem ob delicta gentis illatam, postremis denique malis debitus, regis animum offendit. Ita ei post novem annos Nabuchodonosor bellum intulit, compulsumque intra muros confugere triennio obsedit. qua tempestate Hieremiam prophetam, qui jam sæpius imminere urbi captivitatem pronuntiaverat, consulit, si quid spei forsitan superesset. Sed ille cælestis iræ non

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



ignarus, eadem sæpius interrogatus respondit, ipsi A regi specialem pœnam denuntians. Tum vero Sedechias in iram excitatus, trudi prophetam in carcerem jubet: moxque eum crudelis facti piguit; sed obsistentibus Judæorum principibus, quibus jam inde a principio moris fuerat bonos premere, absolvere innocentem non est ausus. Iisdem cogentibus, in lacum immensi profundi, cœnoque ac sordibus, atque ex eo exitiabili fœtore horridum, demissus est, ut ne simplici quidem morte exspiraret. sed rex licet impius, aliquanto tamen sacerdotibus mitior, educi prophetam de lacu & carceris custodiæ reddi jubet. Interea obsessos vis hostium & penuria urgebat; consumtisque omnibus B quæ mandi poterant, fames invaluerat. Ita defessis inedia defensoribus, oppidum captum incensumque: rex, ut propheta dixerat, effossis oculis, Babyloniam translatus: Hieremias misericordia hostili carcere exemtus. Cum eum Nabuzardan princeps regius captivum cum ceteris duceret, delata sibi optione ab eo, utrum in solo patrio deserto desolatoque subsistere, an secum abire in summis honoribus vellet, residere in patria maluit. Nabuchodonosor, abducto populo, residuis ( quos belli conditio vel prædæ fastidium relinqui a victoribus fecerat ) Godoliam ejusdem gentis præposuit, absque ullo insigni regio aut imperii nomine: quia præesse paucis & calamitosis nulla dignitas erat.



# CHRONICORUM

SIVE

# HISTORIÆ SACRÆ.

## *LIBER SECUNDUS.*

I. CAptivitatis tempora prophetarum vaticiniis atque actibus illustrata sunt, maximeque Danielis egregia ad conservandam legem perseverantia, & in absolutione Susannæ divino consilio, ceterisque ab eo gestis, quæ ordine persequemur. Hic sub rege Joachim captus deductusque Babyloniam, parvus admodum puer: postea ob elegantiam vultus inter ministros regios assumtus, unaque cum eo Ananias, Misael & Azarias. Sed cum eos rex delicatioribus cibis curari præcepisset, idque Asphanæ eunucho negotii dedisset, Daniel paternarum traditionum memor, ne ex mensa regis gentilium cibis participaret, poposcit ab eunucho, ut leguminibus tantum uterentur. Caussante Asphane, ne dissimulatum imperium regis consecutura macies proderet; Daniel Domino fretus pollicetur, majoris decoris sibi vultus ex leguminibus, quam ex cibis regiis fore. fidesque dictis adfuit, ita ut minime eorum vultus comparabiles haberentur, qui imperialibus impendiis procurabantur. Igitur a rege in honore & gratia adhibiti, prudentia & disciplina brevi omnibus regis proximis antelati. Per idem tempus Susanna quædam Joachim nupta, spectatæ femina pulchritudinis, a duobus presbyteris appetita, cum impudicis non acquievisset, falso crimine incessitur: iisdem presbyteris deferentibus, in remotis locis adolescentem cum ea deprehensum, sed illum juvenili alacritate senum manus effugisse. ita presbyteris fides habita: judicio populi Susanna damnatur. Quæ cum secundum legem ad supplicium duceretur, Daniel tum annos natus XII. increpitis Judæis quod innocentem morti dedissent, reducere eam in judicium, caussamque denuo audiri postulat. Enimvero multitudo Judæorum quæ tum aderat, non sine Domino existimans puerum contemtæ ætatulæ in hanc constantiam prorupisse, favore accommodato, in concilium revertitur. Initur denuo judicium: Danieli, ut inter majores natu resideret, delatum. Igitur separari accusatores jubet: unumque ex eis interrogat, sub cujus generis arbore adulteram deprehendisset. ex varietate responsi falsitas deprehensa: Susanna absoluta: presbyteri, qui innocenti periculum creaverant, capite damnati.

II. Ea tempestate Nabuchodonosor somnium vidit mysterio futurorum mirabile, cujus interpretationem quum per se non posset evolvere, adscitis C ad interpretandum Chaldæis, qui magicis artibus extisque hostiarum scire occulta & futura præcinere videbantur: mox, veritus ne more hominum non vera sed placita regi ex somnio conjectarent, visa supprimit, poposcitque ab eis, ut, si vera in his divinatio esset, somnium ipsum sibi dicerent: tum demum interpretationi eorum crediturum, si prius enuntiando somnium artis periculum fecissent. Illi vero tantam molem abnuentes, non esse id humanæ opis confitebantur. Rex motus, quod falsa divinandi professione homines erroribus illuderent, cum adstricti præsenti negotio nihil scire se confiterentur. ita edicto regis in eos animadversum, palamque omnes hujus artis interficiebantur. Quod D ubi Danieli compertum, regis proximum appellat: enuntiationem somnii interpretationemque ejus pollicetur. res ad regem defertur: Daniel accersitur. jam revelato sibi per Dominum mysterio, visio regis refertur, solutioque. Sed res postulat, ut regis somnium & interpretationem prophetæ & consequentium fidem exponamus. Viderat rex per soporem imaginem capite aureo brachiisque argenteis, ventre & femoribus æreis, cruribus ferreis, quæ in pedes partim ferreos, partim fictiles desinebat. sed ferrum atque testum inter confusum coire non poterat. Ad extremum, imaginem lapis sine manibus abscissus proterebat: redactaque omnia in pulverem, vento ablata.

E

III. Igitur secundum prophetæ interpretationem imago visa figuram mundi gerit. caput aureum Chaldæorum imperium est: siquidem id primum & opulentissimum fuisse accepimus. pectus & brachia argentea secundum regnum annuntiant: Cyrus enim victis Chaldæis atque Medis imperium ad Persas contulit: in ventre æreo tertium regnum portendi pronuntiatur; idque impletum videmus: siquidem Alexander ereptum Persis imperium Macedoniæ vindicavit. crura ferrea imperium quartum, idque Romanum, intelligitur, omnibus ante regnis validissimum. pedes vero partim ferrei,

partim fictiles, dividendum esse Romanum regnum, ita ut numquam inter se coeat, præfigurant: quod æque impletum est. siquidem jam non ab uno imperatore, sed etiam a pluribus, semperque inter se armis aut studiis dissentientibus res Romana administratur. Denique commisceri testum atque ferrum numquam inter se coeuntem materiam, commistiones humani generis futuræ a se invicem dissidentes significantur. siquidem Romanum solum ab exteris gentibus aut rebellibus occupatum, aut dedentibus semper pacis specie traditum constat; exercitibusque nostris, urbibus atque provinciis permistas barbaras nationes, & præcipue Judæos inter nos degere, nec tamen in mores nostros transire, videamus. atque hæc esse postrema tempora prophetæ annuntiant: in lapide vero sine manibus abscisso, qui aurum, argentum & ferrum testumque comminuit, Christi figuram esse. Is enim non conditione humana editus (siquidem non ex voluntate viri, sed ex Deo natus est) mundum istum, in quo sunt regna terrarum, in nihilum rediget, regnumque aliud incorruptum atque perpetuum, id est futurum sæculum, quod sanctis paratum est, confirmabit. de quo uno adhuc quorumdam fides in ambiguo est, non credendum de futuris, cum de præteritis convincantur. Igitur Daniel multis a rege muneribus donatus, præfectus Babyloniæ atque omni imperio, in summis honoribus habebatur. ejus suffragio Ananias, Azarias & Misael ad summam æque dignitatem & potestatem provecti. Eodem fere tempore præclara Ezechielis prophetia exstitit, revelato ei futurorum & resurrectionis mysterio. exstat liber magni operis, & cum cura legendus.


IV. At in Judæa, cui post excidium Jerosolymæ Godoliam præpositum supra memoravimus, ægre ferentes Judæi principem sibi ex stirpe non regia arbitrio victoris datum, Ismael quodam duce & concitatore nefandæ conjurationis, dispositis eum in convivio insidiis peremerunt. At hi qui extra noxiam fuerant, ultum ire facinus cupientes, propere adversum Ismael arma capiunt. sed ille, quia cognovit exitium sibi imminere, relicto exercitu quem contraxerat, non amplius quam octo comitantibus ad Ammonitas confugit. Igitur populum universum metus pervaserat, ne paucorum scelus omnium exitio rex Babylonius ultum iret: nam præter Godoliam multos ex Chaldæis cum eo interfecerant. itaque consilium ineunt fugiendi in Ægyptum. Sed prius Hieremiam frequentes adeunt, sciscitantes divinum responsum. at ille verbis Dei universos hortari: In solo patrio manerent: si id fecissent, Dei præsidio tuendos, nullumque a Babyloniis periculum fore: sin Ægyptum peterent, omnes ibi ferro ac fame diversoque mortis genere perituros. Sed plebs, assueto malo, insolens parendi salubribus consiliis & divino imperio, profecta est in Ægyptum. quid de ea postea actum, sacris litteris siletur; nobis nihil compertum.

V. Hoc tractu temporum Nabuchodonosor elatus rebus secundis statuam sibi auream immensæ magnitudinis posuit, adorarique eam ut sacram effigiem præcepit. quod cum certatim ab omnibus (depravatis adulatione omnium animis) fieret; Ananias, Azarias & Misael profano officio abstinuerunt, non ignorantes honorem hunc soli Deo debitum. Igitur rei ex edicto regis constituuntur: propositaque eis conditio pœnarum ardens caminus, ut præsenti metu adorare statuam cogerentur, verum illi devorari ignibus, quam piaculum committere, maluerunt. Itaque vincti pedibus in medias flammas conjiciuntur. sed ministros infandi operis, dum promtius damnatos in ignem propellunt, flamma absorbuit: Hebræos (mirum dictu, & incredibile non visentibus) ignis non attigit, quum a spectantibus deambulantes in camino psalmum Deo dicere cernerentur. visusque cum his inter ignem quartus specie angeli, quem Nabuchodonosor propius intuitus, filium Dei se vidisse confessus est. Tum rex haud dubius divinam in re præsenti fuisse virtutem, missis per omne regnum suum edictis, facti miraculum provulgavit; confessus soli Deo honorem deferendum. Nec multo post rex objecto sibi somnio, mox voce etiam cælo emissa admonitus, potestate regia abjecta, atque ab omni conversatione humana remotus, herbis tantum vitam sustinens egisse pœnitentiam traditur. servatum ei nutu Dei imperium, donec impleto tempore, agnito demum Deo, post septem annos & regno & statui pristino restitutus est. Hic post devictum, ut supra diximus, Sedechiam, quem captivum Babylonem transtulit, regnasse traditur annos VI & XX. quamquam id non in Sacra Historia scriptum invenerim. sed forte accidit, ut dum multa evolverem, annotationem hanc jam interpolato per ætatem libello sine auctoris nomine reperirem, in quo regum Babyloniorum tempora continebantur: quam prætereundam non putavi, siquidem & Chronicis consentiret, & ita illius nobis ratio quadraret, ut per ordinem regum, quorum tempora continebat, usque in primum Cyri regis annum LXX. annos (tot enim per sacram Historiam a captivitate usque ad Cyrum fuisse referuntur) impleret.

VI. Post Nabuchodonosor, filius ejus regnum est adeptus, quem in Chronicis Evilmarodach fuisse vocitatum reperi. Hic duodecimo imperii anno diem functus fratri minori, qui Balthasar dictus est, locum fecit. Is cum quarto & decimo anno publicum epulum principibus ac præfectis suis daret, sacra vasa, quæ per Nabuchodonosor de templo Hierosolymæ ablata, nec in regales usus usurpata sed recondita in thesauris habebantur, proferri imperavit. Cum his per luxum ac licentiam regalis convivii promiscue omnes virilis ac muliebris sexus, uxores concubinæque ejus uterentur; subito rex in pariete conspicit digitos scribentes: cernebanturque in versum ductæ litteræ; sed qui posset scripta legere non reperiebatur. Igitur rex perterritus magos & Chaldæos advocat: quibus mussitantibus nec quidquam respondentibus, regina regem admonet: Esse quemdam Hebræum, Daniel nomine, qui olim Nabuchodonosor occulti mysterii somnium revelasset, jam tum ob illustrem sapientiam summis honoribus donatum. Itaque accitus Daniel, perlegit interpretatusque: Ob delictum regis, qui sacra Deo vasa temerasset, ipsi exitium imminere, regnumque ejus Medis ac Persis datum. quod mox consecutum est: nam eadem nocte Balthasar interiit, regnumque ejus Darius natione Medus occupavit. Danielem illustri opinione compertum universo imperio præposuit, secutus superiorum regum judicium: nam & Nabuchodonosor eum regno præfecerat, & Balthasar veste purpurea & torque aureo donatum, tertium regni principem constituerat.

VII. Igitur hi qui una cum eo rerum potentes erant, exagitati invidia, quod eis alienigena captivæ gentis fuisset æquatus, regem depravatum adu-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



latione compellunt, ut sibi diebus proximis triginta divini honores darentur, neque cuiquam liceret Dominum nisi regem precari. facile id Dariò persuasum, stultitia regum omnium, qui sibi divina vindicant. Igitur Daniel non rudis neque inscius Deo preces non homini deferendas, reus constituitur, edicto regis non paruisse: multumque abnuente Dario, cui carus acceptusque semper fuerat, principes pervicere, ut in lacum demitteretur. sed objecto bestiis nullum periculum fuit. Quod quum rex comperisset, accusatores deputari leonibus præcepit, qui non simili exemplo perfuncti sunt: nam continuo devorati ferarum famem expleverunt. Daniel clarus ante, clarior haberi cœpit. rex antiquato edicto suo, novum proposuit: Relictis erroribus ac superstitionibus Deum Danielis colendum. Exstant etiam visiones ejus, quibus consequentium sæculorum ordinem revelavit, annorum etiam numerum complexus, intra quem Christum, sicut factum est., descensurum ad terras pronuntiavit, venturumque Antichristum manifeste exposuit. quod, si quis studiosior erit, rectius ibi quæsitum reperiet: nobis propositum est rerum tantum ordinem contexere. Darius duodeviginti annos regnasse traditur, qua tempestate Astyages Medis imperabat.

VIII. Hunc Cyrus, ex filia nepos ejus, regno expulit Persarum usus armis: unde summa imperii ad Persas translata est. Babylonii quoque in potestatem ditionemque ejus concessere. Igitur initio regni, propositis publice edictis, dat potestatem Judæis in solum patrium redeundi: sacra etiam vasa, quæ Nabuchodonosor de templo Hierosolymæ abstulerat, reddidit. itaque pauci tum in Judæam regressi: ceteris redeundi animus, an facultas defuerit, parum comperimus. Erat ea tempestate apud Babylonios Beli antiquissimi regis, cujus etiam Virgilius meminit, ex ære simulacrum, quod superstitione hominum consecratum Cyrus quoque adorare erat solitus, antistitum ejus dolo illusus, qui vesci effigiem illam atque potare affirmabant, cum diurnam pensitationem, quæ idolo inferebatur, clam ipsi absumerent. Igitur Cyrus, cum Daniele familiariter uteretur, quærit ab eo, cur simulacrum non adoraret, cum manifestum viventis Dei esset indicium, absumentis ea quæ inferebantur? Daniel ridens hominis errorem, negare id posse fieri, ut æs illud, id est bruta materies, cibo uteretur aut potu. Acciri ergo rex sacerdotes jubet (nam fere ad septuaginta erant) adhibitoque eos terrore increpitat, Quis impensa consumeret, cum Daniel vir prudentia insignis minime id ab insensibili simulacro posse fieri contenderet. Tum illi confisi parato dolo, inferre & obsignari a rege templum deposcunt; uti, nisi omnia postero die absumta deprehenderentur, morte pœnas persolverent: dum eadem conditio Danieli maneret. Itaque signo regis templum obsignatur, cum prius Daniel sacerdotibus insciis pavimentum cinere adspersisset, ut introeuntium occultos aditus vestigia proderent. Igitur postero die rex templum ingressus animadvertit absumta quæ idolo apponi jusserat. tum Daniel occultam fraudem vestigiis prodentibus referat: Sacerdotes cum uxoribus & filiis suffosso foramine ingressos ea quæ idolo apposita fuerant devorasse. ita omnes jussu regis interfecti: templum ac simulacrum Danieli in potestatem datum, atque arbitrio ejus dirutum.

IX. Interea Judæi, quos ex permissu Cyri in patriam regressos supra memoravimus, urbem ac templum restituere aggressi, ut pauci atque ino-

A pes, parum proficiebant; donec centesimo fere anno, Artaxerxe rege Persis imperitante, per eos qui locis præerant ab ædificando sunt deterriti. etenim tum Syria atque omnis Judæa sub Persarum imperio per magistratus ac præsides regebatur. Igitur his consilium fuit regi Artaxerxi scribere, Non oportere Judæis restituendæ urbis suæ copiam dari, ne pro contumaci ingenio, resumtis viribus, aliis gentibus imperare soliti non paterentur sub alieno imperio degere. ita comprobato a rege præsidum consilio prohibita urbis ædificatio. usque in secundum Darii regis annum dilata est. Sed hoc tractu temporum qui reges Persis imperaverint, inserimus, quo facilius annorum series in ordinem contexta

B prodatur. Post Darium Medum, quem duodeviginti annos regnasse significavimus, Cyrus uno & triginta annis rerum potitus est: Scythis bellum inferens in prælio cecidit, secundo anno postquam Tarquinius Superbus Romæ regnare cœperat. Cyro Cambyses filius ejus successit, regnavitque annos novem. Hic cum Ægyptum atque Æthiopiam bello premeret & subegisset, victorque in Persas reverteretur, casu se ipsum vulneravit, ex eoque ictu periit. Post hujus mortem Magi duo fratres natione Medi menses septem Persarum regnum obtinuerunt. Ad hos interficiendos septem nobilissimi Persæ conjuraverunt, quorum princeps fuit Darius Hystaspis filius, natus ex fratre patruele Cyri,


C omniumque consensu regnum ei delatum. regnavit annos sex & triginta. Hic ante quadriennium quam decederet, apud Marathonam pugnavit celeberrimo Græcis Romanisque historiis prælio. id gestum post Romam conditam anno fere ducentesimo & sexagesimo, Macerino & Augurino consulibus, abhinc annos, si tamen investigatio Romanorum consulum non fefellit, ıↄ ccc lxxx & viii. omne enim tempus in Stiliconem consulem direxi. Post Darium Xerxes fuit, isque unum & viginti annos regnasse traditur: quamquam in plerisque exemplaribus viginti & quinque annos imperii ejus fuisse reperi. Huic successit Artaxerxes, cujus supra mentionem fecimus. hic cum inhiberi ædificationem

D urbis Judææ templique jussisset, suspensum opus usque in secundum Darii regis annum pependit. Sed ut usque ad eum temporum ordo connexus sit; Artaxerxes regnavit annos unum & quadraginta, Xerxes duobus mensibus, postque eum Sucdianus septem mensibus fuit.

X. Darius deinde, sub quo templum est restitutum, regnum adeptus est, cui Ochus tum nomen erat. Hic cum ex Hebræis tres adolescentes spectatæ fidei corporis custodes haberet, unusque ex his prudentiæ documento admirationem regis in se convertisset; delata sibi optione petendi, si quid animo concepisset, ingemiscens patriæ ruinis, copiam

E restituendæ urbis poposcit, meruitque a rege, ut subregulis ac præsidibus imperaret, ut ædificationem sacræ ædis præbitis impendiis maturaret. Ita templum quadriennio consummatum, sexto post anno quam Darius regnare cœperat: idque Judæis satis visum. & quia magnæ molis erat urbem restituere, diffisi viribus, opus multi laboris incipere non ausi, templo continebantur. Per idem tempus Esdras scriba legis post viginti fere annos quam templum fuerat consumatum, defuncto jam Dario, qui unum de viginti annis rerum fuerat potitus, permissu Artaxerxis secundi, non illius qui inter duos Xerxes fuit, sed hujus qui Dario Ocho successerat, Babylonia profectus, multique eum sequuti Hierosolymam pervenere; vasa quoque diversi operis & dona, quæ rex templo Dei miserat, cum

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
403.



duodecim Levitis. vix enim hic numerus ex illa A tribu repertus traditur. Is cum deprehendisset Judæos gentilium connubiis permistos, multis increpitos renuntiare istiusmodi matrimoniis, ac filios ex his susceptos extrudi jubet: omnesque dicto paruere. purgatus populus veteris legis ritum agebat. Ceterum Esdram nihil super reficienda urbe egisse comperio: credo, potiorem curam ratus plebem corruptis moribus reformare.

XI. Erat ea tempestate apud Babyloniam Neemias minister regius, gente Judæus, Artaxerxi merito obsequiorum carissimus. Is Judæos percontatus, quis paternæ urbis status esset, ubi comperit in iisdem ruinis jacere patriam, totis sensibus conturbatus, B cum gemitu multisque lacrymis orasse ad Deum traditur, delicta gentis suæ reputans, misericordiamque divinam efflagitans. Igitur quum eum rex inter epulas mæstum extra solitum animadvertisset, poposcit ab eo caussam dolorum ut exponeret. tum ille adversa gentis suæ & ruinam civitatis deflere, quæ jam per annos fere ducentos & quinquaginta solo strata, malorum testimonium, spectaculum inimicis præberet: daret sibi eundi & restituendæ ejus potestatem. Paruit rex piis precibus, statimque eum cum præsidio equitum, quo tutius iter ageret, dimisit, datis ad prætores epistolis, ut necessaria præberent. Is quum Hierosolymam pervenisset, viritim populo opus urbis distribuit; & certatim jussa omnes curabant. C jamque ad medium machinæ processerant, quum, flagrante invidia gentium, vicinæ urbes conspirant opera interrumpere, Judæosque ab ædificando deterrere. Sed Neemias, dispositis adversum incursantes præsidiis, nihil territus cœpta explicuit, consummatoque *muro*, & valvis portarum perfectis, per familias construendis interius domibus urbem dimensus est. censuitque populum minime urbi parem: neque enim amplius quam ad quinquaginta millia promiscui sexus atque ordinis reperta. tantum ex illo quondam immani numero frequentibus bellis absumtum, aut captivitate detentum: nam olim hæ duæ tribus, quarum hoc residuum fuit, quum ab D his decem tribus separatæ sunt, CCC & XX. millia virorum armaverant: a Deo ob peccatum internecioni & captivitati datæ, ad hanc usque paucitatem devenerant. Sed hæc, ut dixi, plebs duarum tribuum fuit: decem vero prius ductæ, per Parthos, Medos, Indos atque Æthiopas dispersæ numquam in solum patrium sunt regressæ; hodieque barbararum gentium imperiis continentur. Sed consummatio restitutæ urbis XXX & II. imperii Artaxerxis anno refertur. a quo tempore usque ad Christi crucem, id est Fusium Geminum & Rubellium consultes, anni CCCXC. & VIII. Ceterum a restitutione templi usque in eversionem, quæ sub Vespasiano Consule Augusto per Titum Cæsarem E consummata est, anni CCCC LXXX & III. Prædictum id olim est a Daniele, qui ab instauratione templi usque in eversionem LX & IX. hebdomadas futuras pronuntiaverat. A die autem captivitatis Judæorum usque in tempus restitutæ civitatis fuerunt anni CCLX.

XII. Hoc temporum tractu Esther atque Judith fuisse arbitramur. quarum quidem actus quibus potissimum regibus connectam, non facile perspexerim: nam cum Esther sub Artaxerxe rege referatur (porro duos hujus nominis Persarum reges fuisse reperi) multa cunctatio est, cujus hæc temporibus applicetur. mihi tamen visum est huic Artaxerxi sub quo Hierosolyma est restituta, Esther historiam connectere: quia non sit verisimile ut, si sub priore Artaxerxe fuisset, cujus tempora * complexus est, nullam tam illustris feminæ mentionem retulisset; maxime cum ab illo Artaxerxe inhibitam templi ædificationem, sicut supra memoravimus, constet: neque Esther passura fuerit tum, si in illius matrimonio tum fuisset. nunc gesta edisseram. Erat ea tempestate regi in matrimonio Vastis quædam, miræ femina pulcritudinis: cujus cum formam omnibus prædicaret, die quodam cum publicum convivium dabat, adesse reginam demonstrandæ pulcritudinis gratiam jubet. Illa vero stulto rege consultior, pudens virorum oculis spectaculum corporis præbere, jussa abnuit. qua contumelia barbarus animus permotus uxorem matrimonio ac regia depellit. Igitur quum in locum ejus puella regis conjugio quæreretur, reperta est Esther ceteras specie vincere. hæc Judæa ex tribu Benjamin, utroque parente orba a Mardochæo patruele fratre educta. Quum ad regales nuptias duceretur, mandante educatore genus ac patriam occultavit: admonita ne paternarum traditionum immemor, etsi in matrimonium alienigenæ captiva succederet, gentium cibis participaret.

XIII. Igitur juncta regi, brevi, ut fit, vi pulcritudinis totum ejus animum facile cepit: adeo ut eam æquatam imperio, insigni regio, veste purpurea donaret. qua tempestate Mardochæus inter proximos regis erat, pro virili portione negotiorum familiarium curator. Is compositas a duobus spadonibus regi insidias prodiderat: atque ex eo carior, summisque honoribus donatus. Erat ea tempestate regi Aman quidam perfamiliaris, quem æquatum sibi adorari more regnum præceperat. id Mardochæus unus ex omnibus facere fastidiens, odia Persæ in se graviter accenderat. Igitur Aman ad perniciem Hebræi animum intendens, regem adit; affirmatque, Esse in regno ejus hominum genus pravis superstitionibus Deo hominibusque invisum, externis legibus vivens, dignum exitio: rectum esse omnes hujus gentis internecioni dare. exque eorum bonis immensas opes pollicetur. Facile id barbaro persuasum. edictum emittitur, Judæos necandos. missique continuo, qui per omne regnum ab India usque Æthiopiam edictum promulgarent. Id ubi Mardochæo compertum, conscissis vestibus sacco obvolvitur, conspersusque cinere pergit ad regiam, ibique ejulatu multo cuncta questibus replet: Facinus indignum, immeritam gentem perire, neque ullam pereundi caussam dari. Esther lamentantis voce excita, rem, ut erat, cognoscit. tum vero anceps consilii, quia adeundi regem potestas non erat: etenim more Persarnm reginæ introire ad regem, nisi accersitæ, non licet: nec tamen quum fuerit regi libitum, sed statuto tempore admittitur. & forte tum ita evenerat, ut diebus triginta proximis separata a conspectu regis Esther haberetur. Igitur audendum aliquid pro civibus rata, etsi certa pestis adesset, pulcro in negotio occumbere parat: invocato prius Domino aulam regis ingreditur. At barbarus re insolita perculsus, paullatim blandimento muliebri delinitus, postremo ad cœnam reginæ perducitur, unaque cum illo Aman ille regi carus & Judææ genti infestus. Igitur quum jam post epulas multis poculis convivium calere cœpisset, Esther genibus regis advolvitur, gentis suæ perniciem deprecatur. rex vero nihil se petenti, si quid ultra peteret, negaturum pollicetur. tum Esther arrepto tempore, Amanis mortem flagitat in ultionem gentis quam perditam cupierat. Sed rex amici memor

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

paullisper cunctatur, deliberandique gratia modicum secessit. deinde regressus vidit Aman reginæ genua complexum: succensus ira, & appetitam reginam clamitans, morte eum affici jubet. Et tum regi compertum erat, pœnam crucis per Aman Mardochæo paratam. ita Aman eidem cruci adfigitur, omniaque bona ejus Mardochæo data, Judæique sunt absoluti. Artaxerxes regnavit annos duos & sexaginta, eidemque Ochus successit.

XIV. Huic rerum ordini recte Judith actus conferam; traditur enim post captivitatem fuisse: sed quis eo tempore Persis regnaverit, historia divina non edidit. regem tamen sub quo illa gesta sint, Nabuchodonosor nuncupat, non utique eum qui Jerosolymam B ceperit. sed nullum hoc nomine post captivitatem apud Persas regnasse reperio: nisi si ob impatientiam & pariles conatus, quicumque ille rex, Nabuchodonosor a Judæis vocitatus est. Plerique tamen Cambysem Cyri regis filium putant esse, quod victor Ægyptum atque Ætiopiam penetraverit. sed huic opinioni eadem sacra historia repugnat: nam duodecimo regis illius anno Judith fuisse signatur: porro Cambyses non ultra novem annos rerum potitus est. Unde, si in historia opinari licet, sub Ocho rege qui post Artaxerxem secundum fuit, hæc gesta crediderim: idque vel ex hoc conjicio, quod idem Ochus (ut in sæcularibus quibusdam scriptis legi) natura immitis cupidusque bellorum traditur. C nam & arma finitimis intulit, & Ægyptum, quæ ante multos annos desciverat, bello recuperavit. quo tempore etiam sacra eorum, & Apin in Deum receptum irrisisse traditur: quod postea Baguas spado ejus, natione Ægyptius, indignatus, contumeliam gentis morte regis ultus est. meminit autem hujus Baguæ historia divina: nam cum Holofernes jussu regis adversus Judæos duxerat exercitum, Baguam in iisdem castris fuisse memoravit. unde non immerito in argumentum nostræ opinionis adduxerim, ut rex ille, Nabuchodonosor nuncupatus, Ochus fuerit, sub quo Baguam fuisse mundiales historici prodiderunt. Ceterum illud nemini mirum esse oportebit, quod scriptores sæcularium littera- D rum nihil ex his quæ sacris voluminibus scripta sunt, attigerunt; Dei Spiritu prævalente, ut intaminata ab ore corrupto & falsis vera miscente, intra sua tantum mysteria contineretur historia, quæ separata a mundi negotiis, & sacris tantum vocibus proferenda, permisceri cum aliis velut æquali sorte non debuit. etenim erat indignissimum, ut alia agentibus, aut alia quærentibus, hæc quoque cum reliquis miscerentur. Sed pergam ad cetera, ac per Judith gesta, ut potero, paucis absolvam.

XV. Igitur reversis, ut supra memoravimus, in solum patrium Judæis, necdum composito rerum aut urbis statu, rex Persarum Medis bellum in- E fert, atque adversus regem eorum, Arphaxad nomine, acie confligit: secundo eventu peremto rege, gentem imperio adjungit. idem reliquis nationibus facit, præmisso Holoferne, quem principem militiæ delegerat, cum millibus peditum centum & viginti, equitum duodecim. Is Cilicia & Arabia bello vastatis, multas urbes aut vi capit aut metu in deditionem compellit. jamque Damascum admotus exercitus magno Judæos terrore perculerat: sed impares ad resistendum, neque ad deditionem acquiescentibus animis, expertis quippe usque ante captivitatis mala, ad templum frequentes concurrunt. Ibi communi gemitu permistoque ululatu divinum auxilium implorant: Satis se Domino ob peccata vel crimina dedisse pœnarum: reliquiis sal- A tem servitio nuper exemtis parceret. Interea Holofernes Moabitis in deditionem acceptis, atque adversum Judæos in societatem belli assumtis; quum ab eorum principibus inquireret, quibusnam viribus freti Hebræi deditioni animos non dedissent; Achior quidam comperta edisserit: Judæos Dei cultores, pio a patribus ritu institutos: olim in Ægypto pependisse servitium: inde divino munere eductos, ac siccatum mare pedibus emensos: postremo omnibus gentibus devictis, habitatas majoribus terras recepisse: exin vario rerum statu floruisse, aut concidisse, atque iterum malis emersisse, secundum merita iratum aut placatum Deum vicissitudine expertos; dum peccantes incursionibus hostium aut B captivitatibus coercentur, propitio numine semper invicti: ceterum si præsenti tempore absque peccato sint, nullo modo eos posse superari: sin aliter se habeant, facile vincendos. Ad hæc Holofernes ferox multis victoriis, nihil sibi invictum ratus, ira accensus cur ex peccato potissimum Judæorum pendere illius victoria putaretur, propelli Achior in castra Hebræorum jubet, ut cum his periret, quos vinci non posse affirmaverat, ac tum Judæi montes petiverant: ita, quibus id negotii datum, ima montium successere, ibique vinctum Achior reliquerunt. Quod ubi Judæi animadverterunt, exemtum vinculis in collem perducunt caussas rei quærentibus, gesta exponit, receptusque parem exitum opperiebatur, is post victoriam circumcisus, Judæus factus est. Igitur Holofernes difficultate locorum comperta, quia adiri præcelsa non poterant, montes militibus circumdat, & summa cura Hebræos aquationibus prohibet: eoque maturius obsidionem sensere. Itaque victi penuria aquæ, ad Oziam principem concurrunt proni omnes ad deditionem, Ille vero opperiendum paullisper, & divinum auxilium exspectandum respondens, quinto *decimo* die deditionis tempus constituit.

XVI. Quod ubi Judith compertum (quæ viro vidua, prædives opibus, insignis specie, sed moribus quam vultu illustrior, tum in castris erat) artis suorum rebus etiam certo sibi exitio audendum aliquid & tentandum rata, caput comit, vultu expolitur, comite ancilla castra hostium ingreditur: statimque ad Holofernem deducta perditas res suorum memorat, se transfugio vitæ consuluisse. deinde a duce poscit liberum extra castra nocturno tempore egressum orandi gratia. mandatum id vigilibus, portarumque custodibus. Sed ubi per triduum egrediendi ac redeundi consuetudinem sibi, barbaris fidem fecit, Holofernem cupido incessit dediticiæ corpore abuti. etenim forma excellenti Persam facile permoverat. Ita ad ducis tentorium per Baguam eunuchum deducitur, initoque convivio barbarus multo se vino obruit. tum remotis ministris, priusquam vim mulieri inferret, somno captus est. Judith tempore arrepto caput hostis desecat, secumque aufert: & cum secundum consuetudinem castris egredi crederetur, incolumis ad suos regressa est. Postero die Hebræi caput Holofernis de superioribus ostentantes, eruptione facta ad castra hostium pergunt. Tum vero barbari signum pugnæ poscentes, tabernaculum ducis frequentes assistunt. ubi truncum corpus repertum, fœda formidine in fugam versi terga hostibus præbuerunt. Judæi fugientes persecuti, cæsisque multis millibus, castris ac præda potiti. Judith summis laudibus celebrata, centum & quinque annos vixisse traditur. Hæc si Ocho rege, ut opinamur, gesta sunt, anno imperii ejus duodecimo; a tempore Hierosolymæ restitutæ usque in id bellum fuerunt anni duo & viginti. Ceterum Ochus

viginti & tres annos regnavit. fuit autem ultra A
omnes cruentus, & plusquam barbaro animo. hunc Bagua spado ægrotantem venenis sustulit. Post eum Arses filius ejus triennio imperium tenuit: Darius annos quatuor.

XVII. Adversum hunc Alexander Macedo acie conflixit. eo victo, Persis imperium ademtum, quod ab initio Cyri steterat annos ducentos & quinquaginta. Alexander, victor fere omnium gentium, adiisse Hierosolymæ templum dicitur, ac dona intulisse: edixitque per omne imperium quod sui juris effecerat, ut Judæis ibidem degentibus liberum esset in patriam reverti. exacto duodecimo imperii anno, septimo postea quam Darium devicerat, a- B
pud Babyloniam defunctus est. regnum amici ejus, qui simul cum illo maxima illa bella gesserant, partiti sunt. Inde aliquanto tempore sine usurpatione regali susceptas partes procuraverunt, Ariddæo quodam Philippo Alexandri fratre regnante: cui perimbecillo, verbo datum imperium videbatur, re autem penes eos erat qui sibi exercitum & provincias distribuerant. nec vero hic rerum status diu mansit, omnesque se reges appellari maluerunt. Primus in Syria post Alexandrum Seleucus rex fuit, subjecta eidem Perside ac Babylone. qua tempestate Judæi annuum stipendium talenta regi trecenta argenti dabant: nec tamen per externos magistratus, sed per Sacerdotes suos regebantur, patrioque ritu C
vivebant; donec plerique eorum longa rursum pace corrupti, miscere omnia seditionibus & turbare cœperunt, affectantes summum sacerdotium libidine, avaritia & dominandi cupidine.

XVIII. Namque primum sub rege Seleuco Antiochi magni filio Oniam Sacerdotem, virum sanctum atque integrum, Simon quidam falsis apud regem criminibus insimulatum, *exquirere* nequiverat. Interjecto deinde tempore Jason frater Oniæ Antiochum regem, qui Seleuco fratri successerat, adiit augmentum stipendii pollicens, si sibi summum sacerdotium traderetur. & quamquam insolitum neque ante permissum cuiquam erat perpetuo Sacer- D
dotio perfungi, solicitus tamen regis animus atque æger avaritia facile superatus est. ita depulso Onia, Jasoni Sacerdotium est mandatum. Is fœde admodum cives patriamque laceravit. Dein quum per Menelaum quemdam, Simonis illius fratrem, promissam regi pecuniam misisset; patefacta semel ambitioni via, iisdem artibus quibus Jason prius, Menelaus quoque Sacerdotium obtinuerat. Nec multo post, quum is promissum argenti modum non reddidisset, loco pellitur: Lysimachus substituitur. inde inter Jasonem & Menelaum fœda fuere certamina, donec Jason profugus patria, excessit. His initiis corruptis moribus eo usque processum, ut plerique popularium ab Antiocho poscerent, permitti E
sibi more gentilium vivere. quod quum rex petentibus annuisset, certatim pessimus quisque delubra exstruere, idolis supplicare, legem profanare occœperat. Interea Antiochus rediens ab Alexandria (namque tum bellum regi Ægyptio intulerat, quod jussu senatus & populi Romani deposuit, Paullo & Crasso consulibus) Hierosolymam adiit. cum discordantem superstitionibus susceptis populum reperisset, legem Dei destruens, & his favens qui impia sequebantur, omnia templi ornamenta detraxit, ac multa cæde vastavit. Id gestum ab excessu Alexandri anno centesimo uno & quinquagesimo, Paullo, ut diximus, Crassoque consulibus, post quinquennium fere quam Antiochus regnare cœperat.


XIX. Sed ut temporum ordo consertus sit, ac liqueat evidentius, quis hic fuerit Antiochus; regum qui post Alexandrum in Syria fuerunt, & nomina & tempora enumerabimus. Defuncto, ut supra retulimus, rege Alexandro, ab amicis ejus regnum omne divisum, ac regio nomine aliquamdiu administratum est. Seleucus post novem annos in Syria rex est appellatus, regnavitque annos duos & triginta. post eum Antiochus filius ejus, annos unum de viginti. inde Antiochus, Antiochi filius, qui & Thæus cognominatus est, annos quindecim. post hunc Seleucus filius, cognomine Callinicus, annos unum & viginti. item Seleucus, filius Callinici, annos tres. Hoc defuncto Antiochus frater *Callinici* Asiam & Syriam tenuit annos septem & triginta. hic est Antiochus, adversus quem Scipio Africani frater bellavit: quo bello victus, & imperii parte mulatus est. Hic duos filios habuit, Seleuchum & Antiochum, quem obsidem Romanis dederat. ita Antiocho magno mortuo, Seleucus ejus filius natu minor regnum adeptus est: sub quo Oniam Sacerdotem a Simone insimulatum diximus. Tum Antiochus a Romanis dimissus, datusque in locum ejus obses Demetrius Seleuci regis qui eo tempore regnabat, filius. Seleuco mortuo anno imperii duodecimo, regnum frater Antiochus qui Romæ obses fuerat, occupavit. Is post quinquennium quam regnare cœperat, ut supra docuimus, Hierosolymam depopulatus est. etenim grave Romanis stipendium pensitans, ipse immensis sumtibus pæne necessario cogebatur pecunias rapto quærere, neque ullam prædandi occasionem omittere. Post biennium deinde pari rursum clade affectis Judæis, ne forte frequentibus malis compulsi bellum sumerent, præsidium arci imposuit. Inde sacram legem evertere aggressus, mittit edictum, ut omnes relictis majorum suorum traditionibus gentilium ritu viverent. nec defuere qui profano imperio volentes parerent. Tum vero, fœdum spectaculum! per universam urbem palam in plateis diis litabatur: sacra etiam legis & prophetarum volumina igni cremata.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

XX. Ea tempestate Mathathias Joannis filius, sacerdos erat. hic quum a regiis cogeretur edicto parere, egregia constantia profana contemnens, Hebræum publice profanantem in ore omnium jugulavit. tum demum reperto duce facta secessio est. Mathathias oppido egressus, multis ad eum confluentibus speciem justi exercitus effecerat: queis omnibus destinatum erat, adversus profanum imperium se armis tueri, & in bello potius occumbere, quam impias cerimonias exercere. Interea Antiochus per græcas quoque urbes quæ in illius imperio erant, repertos Judæos sacrificare cogebat, inauditisque cruciatibus reluctantes afficiebat. qua tempestate illustris illa passio septem fratrum matrisque fuit: qui omnes cum legem Dei & instituta majorum violare suppliciis cogerentur, mori maluerunt. ad extremum pœnas mortesque eorum comitata mater est.

XXI. Interea Mathathias moritur. vicarium exercitui quem paraverat, ducem Judam filium substituit. Hujus ductu adversus regios frequentibus præliis prospere pugnatum. nam primum Apollonium ducem hostium, qui magnis copiis in conflictum descenderat, cum omni exercitu delevit. quod cum Seron quidam, qui tum Syriæ præerat, comperisset, multiplicatis legionibus Judam aggressus, ferox, quia numero præstabat; ubi in certamen descensum, fusus ac fugatus, octingentis ferme amissis in Syriam regressus est. Id ubi compertum est

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



Antiocho, ira & dolore succensus (quippe angebatur duces suos cum magnis exercitibus devictos) auxilium per omne regnum contrahit: donativum militibus, exhaustis penitus thesauris, largitur. etenim tum præcipue graviter pecuniæ inopia affectus erat. Nam deficientibus ab eo Judæis, qui ei ultra trecenta argenti talenta annua pensitaverant, præterea græcis urbibus multisque regionibus persecutionis malo turbatis (ne gentilibus quidem pepercerat, quos deserere inveteratas superstitiones & ad unum ritum deducere tentaverat: illis quidem, ubi nihil sancti erat, facile relinquentibus; sed tamen omnibus metu ac clade affectis) vectigalia cessaverant. Quibus rebus æstuans (etenim ipse olim omnibus regibus opulentior, suomet scelere inopiam persenserat) copias cum Lysia partitur, eique Syriam & bellum adversus Judæos committit, ipse in Persas ad cogenda vectigalia profectus. Igitur Lysias duces belli delegit, Ptolemæum, Gorgiam, *Doronem* & Nicanorem: his XL. millia peditum, septem equitum data. ac primo impetu magnum Judæis terrorem intulerunt. Tum Judas cunctis desperantibus suos adhortatus, Forti animo descenderent in prælium: Deo fretis nihil invictum fore: sæpe antea a paucioribus adversum plures bene pugnatum. jejunio indicto celebratoque sacrificio in aciem descensum. fusæ hostium copiæ. Judas castris potitus, multumque ibi auri & Tyriarum opum repertum. namque ex Syria negotiatores, nihil de victoria dubitantes, regium exercitum sequuti spe captivos mercandi, prædæ fuere. Hæc ubi Lysiæ ex nuntiis comperta, majore cura copias parat, annoque post immani exercitu Judæos aggreditur. victus denuo Antiochiam se recepit.


XXII. Judas pulsis hostibus Hiesolymam regressus, purgare templum & restituere animum intendit, quod eversum ab Antiocho profanatumque a gentibus fœdam sui speciem præbebat. Sed Syris arcem tenentibus (quæ contigua templo & loci natura superior atque inexpugnabilis erat) adiri subjecta non poterant, crebris eruptionibus prohibentibus. Adversum hos Judas validissimam suorum aciem objecit. ita opus sacræ ædis curatum, templumque muro circumdatum, constitutique qui perpetuum præsidium armati agitarent. At Lysias multiplicato exercitu in Judæam regressus, rursum vincitur, magna clade exercitus & auxiliorum, quæ ei a civitatibus missa in bellum conspiraverant. Interea Antiochus, quem in Persidem profectum supra memoravimus, oppidum Elymum regionis illius opulentissimum, fanumque ibi situm multo auro refertum diripere conatus; confluente undique ad defensionem loci multitudine fugatus, insuper nuntium accepit, res vel a Lysia, vel a *Lysimacho* improspere gestas. ita ex mærore animi corporis morbo incubuit. sed cum internis doloribus angeretur, reminiscens malorum quibus populum Dei vexaverat, merito sibi illa accidisse confitebatur. deinde post paucos dies moritur, cum regnasset annos undecim. Antiocho filio regnum reliquit, cui Eupator nomen fuit.

XXIII. Ea tempestate Judas Syros in arce positos obsidebat: qui cum fame atque inopia afficerentur, missis ad regem nuntiis præsidium implorant. ita Eupator cum centum millibus & equitum viginti millibus, suis subsidio venit, præeuntibus aciem cum ingenti terrore elephantis. Tum Judas laxata obsidione regi obviam tendit, primoque prælio Syros fundit. rex petit pacem: quia infido ingenio male usus, perfidiam consecuta ultio. Nam Demetrius Seleuci filius, quem Romanis obsidem datum supra memoravimus, ut audivit Antiochum decessisse, petivit ut se in regnum remitterent: quod cum ei negatum fuisset, clam Roma profugit, in Syriam venit, regnumque occupavit, Antiocho filio, qui annum unum & menses sex regnaverat, interfecto. Hoc regnante primum Judæi a populo Romano amicitiam fœdusque petiere: benigneque excepta legatio. decreto Senatus socii atque amici appellati. Interim Demetrius adversus Judam per duces suos bellum gerebat. ac primum per Bacchidem quemdam & Alcimum Judæum ductus exercitus: post Nicanor bello præpositus in prælio occubuit. tum Bacchides & Alcimus, resumtis viribus auctisque copiis, adversum Judam confligunt. in ea pugna victores Syri cruente admodum victoria sunt usi. Hebræi in locum Judæ Jonatham fratrem ejus deligunt. Interea Alcimus cum fœde Hierosolymam vastasset, moritur: Bacchides socio destitutus ad regem redit. Dein post biennium rursus Bacchides bellum Judæis intulit: victus pacem petit; quæ propositis conditionibus data, Si perfugas captivosque & omnia bello rapta redderet.

XXIV. Dum hæc intra Judæam geruntur, adolescens quidam Rhodi educatus, nomine Alexander, Antiochi se esse filium dictitans (quod falsum erat) adjutus opibus Ptolemæi regis Alexandrini, in Syriam cum exercitu venit: Demetrium bello superatum occidit, cum regnasset annos XII. Hic Alexander, priusquam adversus Demetrium confligeret, fœdus cum Jonatha fecerat, eumque veste purpurea & insignibus regiis donaverat. ob quod eum Jonathas auxiliis juverat, victoque Demetrio primus omnium congratulatum occurrerat. Neque postea Alexander datam fidem violavit. ita quinquennio, quo rerum potitus est, res Judæorum tranquillæ fuerunt. Igitur *Demetrius* Demetrii filius, qui post mortem patris Cretam confugerat, hortante Lifthene Cretensium duce regnum patrium bello repetens, impar viribus Ptolemæum Philometorem regem Ægypti, Alexandri socerum jam tum genero infestum, ut sibi sit auxilio implorat. ille vero non tam supplicis precibus quam spe Syriæ occupandæ illectus, copias cum eo jugit, ac filiam Alexandro nuptam dat Demetrio. Adversus hos Alexander acie confligit, eo prælio Ptolemæus cadit, Alexander vincitur & paullo post interficitur, cum regnasset annos v. vel, ut in plerisque auctoribus reperi, novem.

XXV. Demetrius regnum indeptus, Jonathan benigne habuit, fœdus cum eo fecit, Judæos legibus suis reddidit. Interea Tryphon, qui partium Alexandri fuerat, præfectus Syriæ, regno...... Eum bello prohibiturus contra Jonathan in prælium descendit, terribilis XL. millium exercitu. Tryphon, ubi se imparem cernit, pacem simulat: receptumque in amicitiam, invitatumque Ptolemaidam interfecit. Post Jonathan summa rerum ad Simonem fratrem defertur. Is funus fratris magnifice curavit, septemque illas pyramidas nobilissimi operis exstruxit, in quibus & fratrum & patris ossa condidit. Tum Demetrius refecto cum Judæis fœdere, contemplatione cladis a Tryphone illatæ (nam post Jonathæ necem urbes eorum atque agros bello vastaverat) annua eis vectigalia in perpetuum remittit. etenim usque ad id tempus regibus Syriæ, nisi cum armis resisterent, stipendium pensitaverant. Id gestum Demetrii regis anno secundo: quod ideo signavimus, quia usque in hunc annum per tempora Asianorum regum cucurrimus, ut ratio temporum digesta luceret. nunc autem per tempora eo-

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 403.



rum qui Judæis vel pontifices vel reges fuerunt usque ad Christi nativitatem rerum ordinem digeremus.

XXVI. Igitur post Jonathan Simon frater ejus, ut supra dictum est, Hebræis præfuit jure pontificis. id enim ei tum a suis, tum & a populo Romano honoris delatum. hic cum secundo Demetrii regis anno civibus præesse cœpisset, post octo annos insidiis Ptolemæi circumventus occubuit. Huic Joannes filius succeffit, qui cum adversum Hyrcanos, gentem validissimam, egregie pugnasset, Hyrcani cognomen accepit. mortuus est annos VI & XX. rerum potitus. Post hunc Aristobulus pontifex substitutus, primus omnium post captivitatem regium B nomen assumsit, capitique diadema imposuit. exacto anno diem functus est. Alexander deinde filius ejus rex pariter & pontifex fuit: regnavit annos VII & viginti. in cujus actibus nihil præter crudelitatem memoria dignum reperi. Hic cum Aristobulum & Hyrcanum parvos filios reliquisset, Salina sive Alexandra uxor ejus regnum per novem annos tenuit. post hujus obitum fœda inter fratres de regno certamina. Ac primum Hyrcanus imperium obtinebat: mox ab Aristobulo fratre pulsus, confugit ad Pompejum: qui tum, Mithridatico bello confecto pacataque Armenia & Ponto, victor omnium gentium quas adierat, introrsum pergere, & vicina quæque Romano imperio adjungere cu- C piens, caussas belli & materiam vincendi quærebat. Igitur Hyrcanum libens excepit, ductuque ejus Judæos aggreditur. urbe capta atque arce, templo pepercit. Aristobulum vinctum Romam mittit: Hyrcano jus pontificatus restituit: impositoque Judæis stipendio, procuratorem eis Antipatrum quemdam Ascalonitem præposuit. Hircanus quatuor & triginta annos rerum potitus, dum adversum Parthos bella gerit, capitur.

XXVII. Tum Herodes alienigena, Antipatri Ascalonitæ filius, regnum Judææ a senatu & populo Romano petiit, accepitque. Hunc primum Judæi externum regem cœperunt habere: etenim jam ad- D ventante Christo necesse erat, secundum vaticinia prophetarum, suis eos ducibus privari, ne quid ultra Christum exspectarent. Sub hoc Herode, anno imperii ejus tertio & XXX. Christus natus est, Sabino & Rufino consulibus, VIII. Kalendas Januarias. Verum hæc quæ Evangeliis ac deinceps Apostolorum Actibus continentur, attingere non ausus, ne quid forma præcisi operis rerum dignitatibus diminueret, reliqua exsequar. Herodes post nativitatem Domini regnavit annos IIII. nam omne imperii ejus tempus VII & XXX. anni fuerunt. post quem Archelaus tetrarcha annis IX. Herodes annis XX & IIII. Hoc regnante, anno regni octavo & decimo, Dominus crucifixus est, Fufio Gemino & E Rubellio Gemino consulibus, a quo tempore usque in Stiliconem consulem sunt anni CCCLXXII.


XXVIII. Apostolorum Actus Lucas edidit, usque in tempus quo Paullus Romam deductus est Nerone imperante: qui non dicam regum, sed omnium hominum & vel immanium bestiarum sordidissimus, dignus exstitit qui persecutionem in Christianos primus inciperet: nescio an & postremus explebit. siquidem opinione multorum receptum sit, ipsum Antichristum venturum. Hujus vitia ut plenius exponerem, res admonebat, nisi non esset hujus operis tam vasta ingredi: id tantum adnotasse conten- A tus sum, hunc per omnia fœdissima & crudelissima eo processisse, ut matrem interficeret; post etiam Pythagoræ cuidam in modum solemnium conjugiorum nuberet: inditumque Imperatori flammeum, dos & genialis torus & faces nuptiales, cuncta denique quæ vel in feminis non sine verecundia conspiciuntur, spectata. reliqua vero ejus, incertum pigeat an pudeat magis differere. Hic primus Christianum nomen tollere aggressus est: quippe semper inimica virtutibus vitia sunt, & optimi quique ab improbis quasi exprobrantes adspiciuntur. Namque eo tempore divina apud Urbem religio invaluerat, Petro ibi episcopatum gerente, & Paullo, posteaquam ab injusto *præsulis* judicio Cæsarem appellaverat, Romam deducto: ad quem tum audiendum plures conveniebant; qui veritate intellecta, virtutibusque Apostolorum, quas tum crebro ediderant, permoti, ad cultum Dei se se conferebant. Etenim tum illustris illa adversus Simonem Petri ac Paulli congressio fuit. qui cum magicis artibus, ut se Deum probaret, duobus suffultus dæmoniis evolasset, orationibus Apostolorum fugatis dæmonibus, delapsus in terram, populo inspectante disruptus est.

XXIX. Interea abundante jam Christianorum multitudine, accidit ut Roma incendio conflagraret, Nerone apud Antium constituto. sed opinio omnium invidiam incendii in Principem retorquebat, credebaturque Imperator gloriam innovandæ urbis quæsisse. neque ulla re Nero efficiebat, quin ab eo jussum incendium putaretur. Igitur vertit invidiam in Christianos, actæque in innoxios crudelissimæ quæstiones, quin & novæ mortes excogitatæ, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent. multi crucibus affixi, aut flamma usti: plerique in id reservati, ut cum defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Hoc initio in Christianos sæviri cœptum. post etiam datis legibus religio vetabatur, palamque, edictis propositis, Christianum esse non licebat. Tum Paullus ac Petrus capitis damnati: quorum uni cervix gladio desecta. Petrus in crucem sublatus est. Dum hæc Romæ geruntur, Judæi præsidis sui Festi Flori injurias non ferentes, rebellare cœperunt. adversus eos Vespasianus proconsulari imperio a Nerone missus, multis gravibusque præliis devictos coegit intra muros Hierosolymæ confugere. Interim Nero jam etiam sibi pro conscientia scelerum invisus, humanis rebus eximitur: incertum an ipse sibi mortem consciverit. certe corpus illius *interemtum*. unde creditur, etiamsi se gladio ipse transfixerit, curato vulnere ejus servatus, secundum illud quod de eo scriptum est: Et plaga mortis ejus [a] curata est; sub sæculi fine mittendus, ut mysterium iniquitati exerceat.

XXX. Igitur per excessum Neronis Galba imperium rapuit: mox Otho, Galba interfecto occupavit. Tunc Vitellius *in Gallias*, fretus exercitibus quibus præerat, Urbem ingressus, Othone interfecto, summam rerum usurpavit; quæ posteaquam ad Vespasianum delata, licet malo exemplo, bono tamen affectu Reip. ab improbis vindicandæ, cum Hierosolymam obsideret, sumit imperium: &, ut mos est, diademate capiti imposito, ab exercitu Imperator consalutatus Titum filium Cæsarem facit. eidem pars copiarum, & obsidendæ Hierosolymæ negotium datum. Vespasianus Romam profectus, summo favore senatus & populi receptus, cum se Vitellius interfecisset, imperium confirmavit. Interea Judæi obsidione clausi, quia nul-

[a] Apoc. XIII. 3.

SÆCUL. V CIRCA ANN. CHR. 403.




la neque pacis neque deditionis copia dabatur, ad A extremum fame interibant; passimque viæ oppleri cadaveribus cœpere, victo jam officio humandi. quin omnia nefanda insuper ausi, ne humanis quidem corporibus pepercerunt, nisi quæ ejusmodi alimentis tabes præripuerat. Igitur defessis defensoribus irrupere Romani. ac tum forte in diem Paschæ omnis ex agris aliisque Judææ oppidis multitudo convenerat: nimirum ita Deo placitum, ut eo tempore quo Dominum cruci affixerat gens impia, internecioni daretur. Pharisæi aliquantisper pro templo acerrime restiterunt; donec obstinatis ad mortem animis ultro se subjectis ignibus intulerunt. numerus peremtorum ad undecies centena millia refertur: capta vero C. millia, ac venumdata. Fer- B tur Titus adhibito consilio prius deliberasse, an templum tanti operis everteret. etenim nonnullis videbatur, ædem sacratam, ultra omnia mortalia illustrem, non debere deleri: quæ servata modestiæ Romanæ testimonium, diruta perennem crudelitatis notam præberet. at contra alii, & Titus ipse, evertendum templum in primis censebant, quo plenius Judæorum & Christianorum religio tolleretur. quippe has religiones, licet contrarias sibi, iisdem tamen auctoribus profectas: Christianos ex Judæis exstitisse: radice sublata stirpem facile perituram. ita Dei nutu accensis omnium animis templum dirutum, ab hinc annos trecentos triginta & unum. Atque hæc ultima templi eversio & postrema Ju- C dæorum captivitas, qua extorres patria per orbem terrarum dispersi cernuntur, quotidie mundo testimonio sunt, non ob aliud eos quam ob illatas Christo impias manus fuisse punitos: nam sæpe alias cum propter peccata captivitatibus traderentur, numquam tamen ultra septuaginta annos servitutis pœnam pependerunt.

XXXI. Interjecto deinde tempore, Domitianus Vespasiani filius persecutus est Christianos. quo tempore Joannem apostolum atque evangelistam in Patmum insulam relegavit: ubi ille, arcanis sibi mysteriis revelatis, librum sacræ Apocalypsis (qui quidem a plerisque aut stulte aut impie non reci- D pitur) conscriptum edidit. Non multo deinde intervallo tertia persecutio per Trajanum fuit; qui cum tormentis & quæstionibus nihil in Christianis morte aut pœna dignum reperisset, sæviri in eos ultra vetuit. Sub Hadriano deinde Judæi rebellare voluerunt, Syriam ac Palæstinam diripere conati: missoque exercitu subacti sunt. qua tempestate Hadrianus existimans se Christianam fidem loci injuria peremturum, ..... & in templo ac loco Dominicæ passionis dæmonum simulacra constituit; & (quia Christiani ex Judæis potissimum putabantur: namque tum Hierosolymæ non nisi ex circumcisione habebat Ecclesia Sacerdotem) militum cohortem custodias in perpetuum agitare jussit, quæ Judæos E omnes Hierosolymæ aditu arceret. quod quidem Christianæ fidei proficiebat, quia tum pæne omnes Christum Deum sub legis observatione credebant. nimirum id Domino ordinante dispositum, ut legis servitus a libertate fidei atque Ecclesiæ tolleretur. ita tum primum Marcus ex gentibus, apud Hierosolymam episcopus fuit. Quarta sub Hadriano persecutio numeratur, quam tamen post exerceri prohibuit, injustum esse pronuntians, ut quisquam sine crimine reus constitueretur. Post Hadrianum Antonino Pio imperante pax ecclesiis fuit.

XXXII. Sub Aurelio deinde Antonini filio persecutio quinta agitata. ac tum primum intra Gallias martyria visa, serius trans alpes Dei religione suscepta. Sexta deinde Severo imperante Cristianorum vexatio fuit. quo tempore Leonidas Origenis pater sacrum in martyrio sanguinem fudit. Interjectis deinde annis VIII & XXX. pax Christianis fuit: nisi quod medio tempore Maximinus nonnullarum Ecclesiarum clericos vexavit. Mox Decio imperante, jam tum septima persecutione sævitum in Christianos. inde Valerianus octavus sanctorum hostis fuit. Post eum, interjectis annis fere quinquaginta, Diocletiano & Maximiniano imperantibus acerbissima persecutio exorta, quæ per X. continuos annos plebem Dei depopulata est. qua tempestate omnis fere sacro martyrum cruore Orbis infectus est: quippe certatim gloriosa in certamina ruebatur, multoque avidius tum martyria gloriosis mortibus quærebantur, quam nunc episcopatus pravis ambitionibus appetuntur. nullis umquam magis bellis mundus exhaustus est: neque majore umquam triumpho vicimus, quam cum decem annorum stragibus vinci non potuimus. Exstant etiam mandatæ litteris præclaræ ejus temporis martyrum passiones: quas connectendas non putavi, ne modum operis excederem.

XXXIII. Sed finis persecutionis illius fuit abhinc annos IX & LXXX. a quo tempore Christiani imperatores esse cœperunt: namque tum Constantinus rerum potiebatur, qui primus omnium Romanorum principum Christianus fuit. Sane tum Licinius, quia adversum Constantinum de imperio certavit, milites suos litare præceperat: abnuentes militia rejiciebat. sed id inter persecutiones non computatur: adeo res levioris negotii fuit, quam ut ad Ecclesiarum vulnera perveniret. Exinde tranquillis rebus pace perfruimur, neque ulterius persecutionem fore credimus, nisi eam quam sub fine jam sæculi Antichristus exercebit. etenim sacris vocibus X. plagis mundum afficiendum pronuntiatum est: ita cum jam IX. fuerint, quæ superest, ultima erit. Hoc temporum tractu mirum est quantum invaluerit religio Christiana. tum siquidem Hierosolyma horrens ruinis, frequentissimis ac magnificentissimis Ecclesiis est adornata: namque Helena mater principis Constantini, quæ Augusta cum filio conregnabat, cum Hierosolymam agnoscere concupisset, reperta ibi idola ac templa protrivit: mox usa regni viribus, basilicas in loco Dominicæ passionis & resurrectionis & adscensionis constituit. Illud mirum, quod locus ille in quo postremum institerant divina vestigia cum in cælum Dominus nube sublatus est, continuari pavimento cum reliqua stratorum parte non potuit: siquidem quæcumque applicabantur, insolens humana suscipere terra respueret, excussis in ora apponentium sæpe marmoribus. quin etiam calcati Deo pulveris adeo perenne documentum est, ut vestigia impressa cernantur, & cum quotidie confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen arena non sentiat: & eadem adhuc sui speciem, velut impressis signata vestigiis, terra custodit.

XXXIV. Ejusdem reginæ beneficio Crux Domini tum reperta, quæ neque in principio obsistentibus Judæis potuerat consecrari, & postea dirutæ civitatis oppressa ruderibus, non nisi tam fideliter requirenti meruit ostendi. Igitur Helena primum de loco passionis certior facta, admota militari manu, atque omnium provincialium multitudine in studia reginæ certantium, effodi terram & contigua quæque ac vastissima ruinarum purgari jubet: mox pretium fidei & laboris tres pariter cruces, sicut olim Domino ac latronibus duobus fixæ fue-



rant, reperiuntur. Hic vero major dignoscendi patibuli in quo Dominus pependerat, difficultas omnium animos mentesque turbaverat, ne errore mortalium forsitan pro cruce Domini latronis patibulum consecrarent. Capiunt deinde consilium, ut aliquem recens mortuum crucibus admoverent. nec mora, quasi Dei nutu funeris exstincti solemnibus exsequiis deferebatur, concursuque omnium feretro corpus eripitur. Duabus prius frustra crucibus admotis, ubi Christi patibulo adtractum est, dictu mirabile! trepidantibus cunctis funus excussum, & inter spectatores suos adstitit. Crux reperta, dignoque ambitu consecrata.

XXXV. His per Helenam gestis principe Christiano libertatem atque exemplum fidei mundus acceperat: sed longe atrocius periculum cunctis Ecclesiis illa pace generatum. namque tum hæresis Ariana prorupit, totumque orbem invecto errore turbaverat. Etenim duobus Ariis acerrimis perfidiæ hujus auctoribus, Imperator etiam depravatur: dumque sibi religionis officium videtur implere, vim persecutionis exercuit: actique in exsilium episcopi, sævitum in clericos, animadversum in laicos, qui se ab Arianorum communione secreverant. Quæ autem Ariani prædicabant, erant hujuscemodi: Patrem Dominum instituendi orbis caussa genuisse filium: eo pro potestate sui ex nihilo, in substantiam novam atque alteram, factum Dominum novum alterumque: fuisse autem tempus quo filius non fuisset. Igitur hujus mali caussa synodus apud Nicæam ex toto orbe contrahitur. CCC siquidem & duodeviginti episcopis congregatis fides plena conscribitur, hæresis Ariana damnatur. Imperator decretam episcopale complectitur. Ariani nihil contra sanam fidem retractare ausi, se quoque tamquam acquiescentes nec aliud sentientes Ecclesiis miscuerunt: manebat tamen in pectoribus eorum insitum in catholicos viros odium: & adversum quos de fide disceptare non poterant, eos subornatis accusatoribus fictisque criminibus appetebant.

XXXVI. Itaque primum Athanasium Alexandriæ episcopum, juris consultum, qui apud Nicænam synodum diaconus adfuerat, aggrediuntur, absentemque condemnant. Etenim ad crimina quæ falsi testes congesserant, aggregabant quod Marcellum atque Photinum hæreticos sacerdotes, synodi judicio condemnatos, pravo studio recepisset. Sed de Photino dubium non erat, merito fuisse damnatum: in Marrello nihil tum damnatione dignum repertum videbatur; maximeque ei studium partium innocentium accesserat, quod eosdem illos judices a quibus fuerat condemnatus, hæreticos esse nemo dubitabat. Ceterum Ariani non hos potius quam Athanasium removere cupiebant. itaque Imperatorem eo usque compellunt, ut Athanasius exsulatum ad Gallias mitteretur. Mox in Ægypto octoginta episcopi congregati, Athanasium injuste condemnatum esse pronuntiant. Res ad Constantinum refertur. jubet ex toto orbe apud Sardicam episcopos congregari, atque omne judicium quo Athanasius damnatus fuerat, retractari. Inter hæc Constantinus moritur synodus congregata jam Constantino Imperatore Athanasium absolvit: Marcellus quoque episcopatui redditur. Nam de Photino episcopo Sirminensi non est rescissa sententia, quia etiam nostrorum judicio hæreticus probabatur. & tamen hoc ipsum Marcellum gravabat, quia Photinus auditor ejus fuisse in adolescentia videbatur. Verumtamen ad Athanasii absolutionem etiam illud accesserat, quod Ursacius & Valens principes Arianorum, cum post synodum Sardicensem viderentur a communione secreti, coram positi a Julio Romanæ urbis episcopo veniam poposcerunt, quod innoxium condemnassent: meritoque eum sententia concilii Sardicensis absolutum professi sunt.

XXXVII. Interjecto deinde tempore Athanasius, cum Marcellum parum sanæ fidei esse penitus comperisset, a communione suspendit, habuitque ille hanc verecundiam, ut tanti viri judicio notatus sponte concederet. ceterum antea innocens, postea depravatus, videri poterat jam tum nocens fuisse cum de eo fuerat judicatum. Nacti ergo Ariani istiusmodi occasionem, conspirant penitus Sardicensis synodi decreta subvertere. etenim eis color quidam suppetere videbatur, quod tam injuste fuisset pro Athanasio judicatum, quam Marcellus fuerat absolutus, qui nunc etiam Athanasii judicio hæreticus esse probaretur. Namque Marcellus Sabellianæ hæresis assertor exstiterat: Photinus vero novam hæresim jam ante protulerat, a Sabellio quidem in Unione dissentiens, sed initium Christi ex Maria prædicabat. Igitur Ariani astuto consilio miscent innoxium criminosis, damnationemque Photini & Marcelli & Athanasii eadem sententia comprehendunt: Illud nimirum apud imperatorum animos præstruentes, ut non putarentur de Athanasio perperam judicasse, qui de Marcello atque Photino vera sensissent. Verumtamen ea tempestate Ariani perfidiam suam occultabant: non ausi palam erroris sui dogmata prædicare, catholicos se gerebant, nihil sibi prius agendum rati, quam ut Athanasium Ecclesia submoverent, qui semper eis velut murus obstiterat: quo remoto, reliquos in libidinem suam cessuros sperabant. Sed pars episcoporum quæ Arium sequebatur, damnationem Athanasii cupitam accepit: pars coacti metu & factione, in studia partium concesserant. pauci, quibus fides cara & veritas potior erat, injustum judicium non receperunt: inter quos Paullinus episcopus Treverorum, oblata sibi epistola, ita subscripsisse traditur, Se in Photini atque Marcelli damnationem præbere consensum, de Athanasio non probare.

XXXVIII. Tum vero Ariani, ubi doli parum processerant, vi agere decernunt. nam quodlibet audere atque agere facile erat regis amicitia subnixis, quem sibi pravis adulationibus devinxerant. Quin etiam ex consensione multorum inexpugnabiles erant: nam omnes fere duarum Pannoniarum episcopi, multique Orientalium ac tota Asia in perfidia eorum conjuraverant. Sed principes mali istius habebantur, a Singiduno Ursacius, Valens a Mursa, ab Heraclia Theodorus, Stephanus Antiochenus, Acacius a Cæsarea, Menophantus Ephеso, Georgius Laodicea, Narcissus a Neronopoli. Hi ita palatium occupaverant, ut nihil sine eorum nutu ageret imperator: obnoxius quidem omnibus, sed præcipue Valenti deditus. Nam eo tempore quo apud Mursam contra Magnentium armis certatum, Constantius descendere in conspectum pugnæ non ausus, in basilica martyrum extra oppidum sita, Valente tum ejus loci episcopo in solatium assumto, diversatus est. Ceterum Valens callide per suos disposuerat, ut quis prælii fuisset eventus, primus cognosceret: vel gratiam regis captans, si prior bonum nuntium detulisset: vel vitæ consulens, antecapturus fugiendi spatium, si quid contra accidisset. Itaque paucis qui circa regem erant, metu

trepidis, imperatore anxio, primus nuntiat hostes fugere. cum ille indicem ipsum intromitti posceret, Valens, ut reverentiam sui adderet, angelum sibi fuisse nuntium respondit. Facilis ad credendum imperator, palam postea dicere est solitus, se Valentis meritis, non virtute exercitus vicisse.

XXXIX. Ab hoc initio illecti principis extulere animos Ariani, potestate regis usuri, ubi auctoritate sua parum valuissent. Igitur cum sententiam eorum, quam de Athanasio dederant, nostri non reciperent, edictum ab imperatore proponitur, ut qui in damnationem Athanasii non subscriberent, in exsilium pellerentur. Ceterum a nostris tum apud Arelatem ac Biterras, oppida Galliarum, episcoporum concilia fuere. Petebatur, ut priusquam in Athanasium subscribere cogerentur, de fide potius disceptarent: ac tum demum de re cognoscendum, cum de persona judicium constitisset. Sed Valens sociique ejus prius Athanasii damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non ausi. ab hoc partium conflictu agitur in exsilium Paullinus. Interea Mediolanum convenitur, ubi tum aderat imperator. eadem illa contentio nihil invicem relaxabat. Tum Eusebius Vercellensium & Lucifer a Caralis Sardiniæ, episcopi relegati. Ceterum Dionysius Mediolanensium Sacerdos in Athanasii damnationem se consentire subscripsit, dummodo de fide inter episcopos quæreretur. Sed Valens & Ursacius ceterique, metu plebis quæ catholicam fidem egregio studio conservabat, non ausi piacula profiteri, intra palatium congregantur. illinc epistolam sub Imperatoris nomine emittunt omni pravitate refertam; eo nimirum consilio, ut si eam æquis auribus populus recepisset, publica auctoritate cupita proferrent; sin aliter fuisset excepta, omnis invidia esset in rege, & ipsa venialis: quia etiam tum catechumenus sacramentum fidei merito videretur potuisse nescire. Igitur lectam in ecclesia epistolam populus aversatur. Dionysius, quia non esset assensus, urbe pellitur: statimque ejus in locum episcopus subrogatur. Liberius quoque urbis Romæ & Hilarius Pictavorum episcopus, dantur exsilio. Rhodanium quoque Tolosanum antistitem (qui natura lenior, non tam suis viribus quam Hilarii societate non cesserat Arianis) eadem conditio implicuit: cum tamen homines parati essent Athanasium a communione suspendere, modo ut de fide inter episcopos quæreretur. sed Arianis optimum visum præstantissimos viros a certamine submovere. Ita pulsi in exsilium, quos supra memoravimus, abhinc annos quinque & quadraginta, Arbetione & Lolliano consulibus. sed Liberius paullo post Urbi redditur ob seditiones Romanas. Ceterum exsules satis constat totius orbis studiis celebratos, pecuniasque eis in sumtum affatim congestas, legationibus quoque eos plebis catholicæ ex omnibus fere provinciis frequentatos.

XL. Interea Ariani non occulte, ut antea, sed palam ac publice hæresis piacula prædicabant: quin etiam synodum Nicænam pro se interpretantes, quam unius litteræ adjectione corruperant, caliginem quamdam injecerant veritati. nam ubi ὁμοούσιον erat scriptum, quod est *unius substantiæ*, illi ὁμοιούσιον, quod est *similis substantiæ*, scriptum esse dicebant: concedentes similitudinem, dum adimerent unitatem: quia multum ab unitate similitudo distaret. ut, verbi gratia, pictura humani corporis esset homini similis, nec tamen haberet hominis veritatem. Sed quidam ex his ultra processerant, ἀνομοιουσίαν, id est, *dissimilem substan-*

A *tiam*, confirmantes, eoque his certaminibus processum, ut istiusmodi piaculis orbis terrarum implicaretur. Nam Italiam, Illyricum atque Orientem Valens & Ursacius ceterique, quorum nomina edidimus, infecerant. Gallias nostras Saturninus Arelatensium episcopus, homo impotens & factiosus, premebat. Osium quoque ab Hispania in eamdem perfidiam concessisse opinio fuit: quod eo mirum atque incredibile videtur, quia omni fere ætatis suæ tempore constantissimus nostrarum partium, & Nicæna synodus auctore illo confecta habebatur: nisi fatiscente ævo; etenim major centenario fuit, ut *sanctus* Hilarius in epistolis refert; deliraverit. Quibus rebus perturbato orbe terrarum, & morbo B quodam Ecclesiis languentibus, segnior quidem, sed non minus gravis cura Principem exercebat: quod licet Ariani quibus favebat, superiores viderentur, necdum tamen de fide inter episcopos conveniret.

XLI. Igitur apud Ariminum urbem Italiæ synodum congregari jubet: idque Tauro Præfecto imperat, ut collectos in unum non ante dimitteret quam in unam fidem consentirent, promisso eidem Consulatu, si rem effectui tradidisset. Ita missis per Illyricum, Italiam, Africam, Hispanias Galliasque Magistri officialibus, acciti aut *macti* quadringenti & aliquanto amplius Occidentales episcopi Ariminum convenere: C quibus omnibus annonas & cellaria dare Imperator præceperat. sed id nostris (id est Aquitanis) Gallis ac Britannis indecens visum: repudiatis fiscalibus, propriis sumtibus vivere maluerunt. tres tantum ex Britannia inopia proprii publico usi sunt, cum oblatam a ceteris collationem respuissent, sanctius putantes fiscum gravare quam singulos. Hoc ego Gavidium episcopum nostrum quasi obtrectantem referre solitum audivi. sed longe aliter senserim: laudique attribuo episcopis tam pauperes fuisse, ut nihil proprium haberent, neque ab aliis potius quam fisco sumerent, ubi neminem gravabant. ita in utrisque egregium exemplum: de reliquis nihil memoria dignum traditur. sed redeo ad ordinem. Posteaquam omnes, D ut supra diximus, in unum collecti sunt, fit partium secessio. ecclesiam nostri obtinent: Ariani *tam* ædem *tum* de industria vacantem orationis loco capiunt. sed hi non amplius quam octoginta: reliqui nostrarum partium erant. Igitur frequentibus conciliis nihil actum, nostris in fide manentibus, illis de perfidia non cedentibus. Ad postremum placuit decem legatos mitti ad imperatorem, ut quæ esset partium fides & sententia, cognosceret, sciretque pacem cum hæreticis esse non posse. idem Ariani faciunt, mittuntque numero pari legatos, qui adversum nostros coram imperatore confligerent. sed ex parte nostrorum leguntur homines adolescentes, parum docti & parum cauti: ab Arianis autem E missi senes callidi & ingenio valentes, veneno perfidiæ imbuti, qui apud regem facile superiores extiterunt. sed nostris mandatum ne quo modo cum Arianis communionem inirent, omniaque integra synodo reservarent.

XLII. Interim in Oriente, exemplo Occidentalium, imperator jubet cunctos fere episcopos apud Seleuciam Isauriæ oppidum congregari. qua tempestate Hilarius quartum jam exsilii annum in Phrygia agens, inter reliquos episcopos, per vicarium ac præsidem data evectionis copia, adesse compellitur. cum tamen nihil de eo specialiter mandasset imperator, judices tantum generalem jussionem sequuti, qua omnes episcopos ad concilium cogere




jubebantur ( hunc quoque inter reliquos volentes miscere, ut ego conjicio. ) Dei nutu ita gestum, ut vir divinarum rerum instructissimus, cum de fide disceptandum erat, interesset. Is ubi Seleuciam venit, magno cum favore exceptus omnium in se animos & studia converterat. ac primum quæsitum ab eo, quæ esset Gallorum fides: quia tum Arianis prava de nobis vulgantibus suspecti ab Orientalibus habebamur, trionymam solitarii Dei unionem secundum Sabellium credidisse. sed exposita fide sua, juxta ea quæ Nicææ erant a patribus conscripta, Occidentalibus perhibuit testimonium. Ita absolutis omnium animis, intra conscientiam communionis, nec non etiam in societatem receptus, concilioque adscitus est. Agi deinde cœptum: repertique pravæ hæresis auctores, atque ab Ecclesiæ corpore avulsi. in eo numero fuere Georgius ab Alexandria, Acacius, Eudoxius, Vranius, Leontius, Theodosius, Evagrius, Theodulus. Sed confecta synodo, decreta ad imperatorem legatio quæ gesta insinuaret. damnati quoque ad regem profecti, satis freti sociorum viribus & Principis societate.

XLIII. Interea legatos Ariminensis concilii ex parte nostrorum compellit imperator uniri hæreticorum communioni, eisdemque conscriptam ab improbis fidem tradit verbis fallentibus involutam, quæ catholicam disciplinam perfidia latente loqueretur. namque Vsiæ verbum tamquam ambiguum & temere a patribus usurpatum, neque ex auctoritate Scripturarum profectum sub specie falsæ rationis abolebat, ne unius cum patre substantiæ filius crederetur. eadem fides similem patri filium fatebatur: sed interius aderat fraus parata, ut esset similis, non esset æqualis. Ita dimissis legatis præfecto mandatum, ut synodum non ante laxaret quam conscriptæ fidei consentire se omnes subscriptionibus profiterentur: ac, si qui pertinacius obsisterent, dummodo is numerus intra quindecim esset, in exsilium pellerentur. Sed regressis legatis, licet vim regiam deprecantibus, negata communio. Enimvero compertis quæ decreta erant, major rerum & consiliorum perturbatio: dein paullatim plerique nostrorum, partim imbecillitate ingenii, partim tædio peregrinationis evicti, dedere se adversariis, jam post reditum legatorum superioribus, & ecclesiam, nostris inde detrusis, obtinentibus: factaque semel inclinatione animorum, catervatim in partem alteram concessum, donec ad viginti usque nostrorum numerus imminutus est.

XLIV. Sed hi quanto pauciores, tanto validiores erant: constantissimusque inter eos habebatur noster Fægadius, & Servatio Tungrorum episcopus. Hos, quia minis & terriculis non cesserant, Taurus precibus aggreditur, ac lacrymans obtestatur, Mitiora uti consulerent: clausos intra unam urbem episcopos jam septimum mensem agere: injuria hiemis & inopia confectis nullam spem reversionis dari: quis tandem esset finis? sequerentur plurium exemplum: auctoritatem saltem ex numero sumerent. Enimvero Fægadius paratum se exsilio, atque ad omne supplicium in quod deposceretur, profiteri: se ab Arianis conceptam fidem non recepturum. ita in hoc certamine aliquot dies tracti. Ubi parum ad pacem proficiebant, paullatim & ipse infractier, ad extremum proposita conditione evincitur. Namque Valens & Vrsacius affirmantes præsentem fidem catholica ratione conceptam, ab Orientalibus imperatore auctore prolatam, cum piaculo repudiari: & quis discordiarum finis foret, si, quæ Orientalibus placuisset, Occidentalibus displiceret? postemo, si quid minus plene præsenti fide editum videretur, ipsi adderent quæ addenda putarent: præbituros se in his quæ essent adjecta, consensum. Favorabilis professio pronis omnium animis excepta, nec ultra nostri repugnare ausi, jam quoquo modo finem rebus imponere cupientes. Dein conceptæ a Fægadio & Servatione professiones edi cœpere, in queis primum damnatur Arius, totaque ejus perfidia: ceterum non etiam patri æqualis & sine initio, sine tempore, Dei filius pronuntiatur. Tum Valens, tamquam nostros adjuvans, subjecit sententiam cui inerat occultus dolus: Filium Dei non esse creaturam sicut ceteras creaturas: fefellitque audientes fraus professionis: etenim his verbis, quibus similis esse ceteris creaturis filius negabatur, creatura tamen, potior tantum ceteris, pronuntiabatur. Ita neutra pars vicisse se penitus, aut victam putare poterat: quia fides ipsa pro Arianis, professiones vero postea adjectæ pro nostris erant, præter illam quam Valens subjunxerat, quæ tum non intellecta, sero demum animadversa est. Hoc vero modo concilium dimissum, bono initio, fœdo exitu consummatum.

XLV. Igitur Ariani, rebus nimium prospere & secundum vota fluentibus, Constantinopolim ad imperatorem concurrunt. ibi repertos Seleuciensis synodi legatos vi regia compellunt exemplo Occidentalium pravam illam fidem recipere. plerique abnuentes, injuriosa custodia ac fame vexati, captivam conscientiam dedere. multi constantius retinentes, ademto episcopatu in exsilium detrusi, atque in eorum locum alii dati. Ita optimis Sacerdotibus aut metu territis, aut exsilio deductis, perfidiæ paucorum cuncti concesserant. Aderat ibi tum Hilarius, a Seleucia legatos secutus, nullis certis de se mandatis opperiens imperatoris voluntatem, si forsitan redire ad exsilium juberetur. Is ubi extremum fidei periculum animadvertit: Occidentalibus deceptis Orientales per scelus vinci; tribus libellis publice datis audientiam regis poposcit, ut de fide coram adversariis disceptaret. id vero Ariani maximopere abnuere. postremo quasi discordiæ seminarium & perturbator Orientis, redire ad Gallias jubetur absque exsilii indulgentia. Verum ubi permensus est orbem pæne terrarum malo perfidiæ infectum, dubius animi & magna curarum mole æstuans, cum plerisque videretur non ineundam cum his communionem qui Ariminensem synodum recepissent; optimum factu arbitratus revocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam, frequentibus intra Gallias conciliis, atque omnibus fere episcopis de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnat, & in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformat. Resistebat sanis consiliis Saturninus Arelatensium episcopus, vir sane pessimus & ingenio malo pravoque. verum etiam, præter hæresis infamiam, multis atque infandis criminibus convictus Ecclesia ejectus est. ita partium vires amisso duce infractæ. Paternus etiam a Petrocoriis æque vecors, nec detrectans perfidiam profiteri, Sacerdotio pulsus: ceteris venia data. Illud apud omnes constitit, unius Hilarii beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas. Ceterum Lucifer tum Antiochiæ longe diversa sententia fuit: nam in tantum eos qui Arimini fuerant, condemnavit, ut se etiam ab eorum communione secreverit, qui eos sub satisfactione vel pœnitentia recepissent. id recte an perperam constituerit, dicere non audeam.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



Paullinus & Rhodanius in Phrygia defuncti. Hilarius sexto anno postquam redierat, in patria obiit.

XLVI. Sequuntur tempora ætatis nostræ gravia & periculosa, quibus non usitato malo pollutæ Ecclesiæ, & perturbata omnia. namque tum primum infamis illa Gnosticorum hæresis intra Hispanias deprehensa, superstitio exitiabilis, arcanis occultata secretis. Origo istius mali Oriens ac Ægyptus. sed quibus ibi initiis coaluerit, haud facile est differere. Primus eam intra Hispanias Marcus intulit, Ægypto profectus, Memphi ortus. hujus auditores fuere Agape quædam non ignobilis mulier & rhetor Elpidius. ab his Priscillianus est institutus, familia nobilis, prædives opibus, acer, inquies, facundus, multa lectione eruditus, differendi ac disputandi promtissimus: felix profecto, si non pravo studio corrupisset optimum ingenium. prorsus multa in eo animi & corporis bona cerneres: vigilare multum, famem ac sitim ferre poterat: habendi minime cupidus, utendi parcissimus. sed idem vanissimus, & plus justo inflatior profanarum rerum scientia: quin & magicas artes ab adolescentia eum exercuisse creditum est. Is ubi doctrinam exitiabilem aggressus est, multos nobilium pluresque populares auctoritate persuadendi & arte blandiendi allicuit in societatem. ad hoc mulieres novarum rerum cupidæ, fluxa fide, & ad omnia curioso ingenio, catervatim ad eum confluebant: quippe humilitatis speciem ore & habitu prætendens, honorem sui & reverentiam cunctis injecerat. Jamque paullatim perfidiæ istius tabes pleraque Hispaniæ pervaserat: quin & nonnulli episcoporum depravati; inter quos Instantius & Salvianus Priscillianum non solum consensione, sed sub quadam etiam conjuratione susceperant: quoad Hyginus episcopus Cordubensis, ex vicino agens, comperta ad Idacium Emeritæ Sacerdotem referret. Is vero sine modo & ultra quam oportuit, Instantium sociosque ejus lacessens, facem quamdam nascenti incendio subdidit: ut exasperaverit malos potius quam compresserit.

XLVII. Igitur post multa inter eos & digna memoratu certamina, apud Cæsaraugustam synodus congregatur: cui tum etiam Aquitani episcopi interfuere. verum hæretici committere se judicio non ausi: in absentes tum lata sententia, damnatique Instantius & Salvianus episcopi, Elpidius & Priscillianus laici. Additum etiam, ut si quis damnatos in communionem recepisset, sciret in se eamdem sententiam promendam. Atque id Ithacio *Sossubensi* episcopo negotium datum, ut decretum episcoporum in omnium notitiam deferret, maximeque Hyginum extra communionem faceret: qui cum primus omnium insectari palam hæreticos cœpisset, postea turpiter depravatus in communionem eos recepisset. Interim Instantius & Salvianus damnati judicio Sacerdotum, Priscillianum, etiam laicum sed principem malorum omnium, una secum Cæsaraugustana synodo notatum, ad confirmandas vires suas episcopum in Abilensi oppido constituunt: rati nimirum, si hominem acrem & callidum Sacerdotali auctoritate armassent, tutiores fore se se. Tum vero Idacius atque Ithacius acrius instare, arbitrantes posse inter initia malum comprimi. sed parum sanis consiliis sæculares judices adeunt, ut eorum decretis atque exsecutionibus hæretici urbibus pellerentur. Igitur post multa & fœda certamina, Idacio supplicante elicitur a Gratiano tum Imperatore rescriptum, quo universi hæretici excedere non ecclesiis tantum aut urbibus, sed extra omnes terras propelli jubebantur. quo comperto Gnostici diffisi rebus suis, non ausi judicio certare, sponte cessere qui episcopi videbantur: ceteros metus dispersit.

XLVIII. At tum Instantius, Salvianus & Priscillianus Romam profecti, ut apud Damasum Urbis ea tempestate episcopum objecta purgarent. sed iter eis præter interiorem Aquitaniam fuit: ubi tum ab imperitis magnifice suscepti, sparsere perfidiæ semina: maximeque Elusanam plebem, sane tum bonam & religioni studentem, pravis prædicationibus pervertere. A Burdigala per Delphinum repulsi, tamen in agro Euchrotiæ aliquantisper morati, infecere nonnullos suis erroribus. Inde iter cœptum ingressi, turpi sane pudibundoque comitatu, cum uxoribus atque alienis etiam feminis, in queis erat Euchrotia, ac filia ejus Procula: de qua fuit in sermone hominum, Priscilliani stupro gravidam partum sibi graminibus abegisse. Hi ubi Romam pervenere Damaso se purgare cupientes, ne in conspectum quidem ejus admissi sunt. regressi Mediolanum, æque adversantem sibi Ambrosium repererunt. Tum vertere consilia, ut (quia duobus episcopis, quorum ea tempestate summa auctoritas erat, non illuserunt) largiendo & ambiendo ab imperatore cupita extorquerent. ita corrupto Macedonio tum Magistro officiorum, rescriptum eliciunt, quo calcatis quæ prius decreta erant, restitui Ecclesiis jubebantur. hoc freti Instantius & Priscillianus repetivere Hispanias (nam Salvianus in urbe obierat) ac tum sine ullo certamine Ecclesias quibus præfuerant, recepere.


XLIX. Verum Ithacio ad resistendum non animus, sed facultas defuit: quia hæretici corrupto Volventio proconsule vires suas confirmaverant. Quin etiam Ithacius ab his, quasi perturbator Ecclesiarum, reus postulatus, jussusque per atrocem exsecutionem deduci, trepidus profugit ad Gallias. Ibi Gregorium præfectum adiit; qui compertis quæ gesta erant, rapi ad se turbarum auctores jubet, ac de omnibus ad imperatorem refert, ut hæreticis viam ambiendi præcluderet. sed id frustra fuit: quia per libidinem & potentiam paucorum cuncta ibi venalia erant. Igitur hæretici suis artibus, grandi pecunia Macedonio data, obtinent, ut imperiali auctoritate præfecto erepta cognitio Hispaniarum vicario .... (nam jam proconsulem habere desierant) missique a Magistro officiales, qui Ithacium tum Treveris agentem ad Hispanias retraherent. quos ille callide frustratur: ac postea per Pritannium episcopum defensus illusit. Jam tum rumor incesserat, Clementem Maximum intra Britannias sumsisse imperium, ac brevi in Gallias erupturum. ita tum Ithacius statuit, licet rebus dubiis, novi imperatoris adventum exspectare: interim sibi nihil agitandum. Igitur ubi Maximus oppidum Treverorum victor ingressus est, ingerit preces plenas in Priscillianum ac socios ejus invidiæ atque criminum. quibus permotus Imperator, datis ad præfectum Galliarum atque ad vicarium Hispaniarum litteris, omnes omnino quos labes illa involverat, deduci ad synodum Burdegalensem jubet. Ita deducti Instantius & Priscillianus: quorum Instantius prior jussus caussam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus esse episcopatu pronuntiatus est. Priscillianus vero, ne ab episcopis audiretur; ad Principem provocavit. permissumque id nostrorum inconstantia, qui aut sententiam in

refragantem ferre debuerant, aut si ipsi suspecti A habebantur, aliis episcopis audientiam reservare, non caussam imperatori de tam manifestis criminibus permittere. ita omnes quos caussa involverat, ad regem deducti.

L. Secuti etiam accusatores Idacius & Ithacius episcopi: quorum studium in expugnandis hæreticis non reprehenderem, si non studio vincendi plus quam oportuit certassent. Ac mea quidem sententia est, mihi tam reos quam accusatores displicere. certe Ithacium nihil pensi, nihil sancti habuisse definio: fuit enim audax, loquax, impudens, sumtuosus, ventri & gulæ plurimum impertiens. Hic stultitiæ eo usque processerat, ut omnes B etiam sanctos viros, quibus aut studium inerat lectionis, aut propositum erat certare jejuniis, tamquam Priscilliani socios aut discipulos, in crimen arcesseret. Ausus etiam miser est ea tempestate Martino episcopo, viro plane Apostolis conferendo, palam objectare hæresis infamiam. namque tum Martinus apud Treveros constitutus, non desinebat increpare Ithacium, ut ab accusatione desistere: Maximum orare, ut sanguine infelicium abstineret: satis superque sufficere, ut episcopali sententia hæretici judicati Ecclesiis pellerentur: novum esse & inauditum nefas, caussam Ecclesiæ judex sæculi judicaret, denique quoad usque Martinus Treveris fuit, dilata cognitio est: & mox discessurus egre- C gia auctoritate a Maximo elicuit sponsionem, nihil cruentum in reos constituendum. Sed postea imperator per Magnum & Rufum episcopos depravatus, & a mitioribus consiliis deflexus, caussam præfecto Evodio permisit, viro acri & severo. qui Priscillianum gemino judicio auditum, convictumque maleficii, nec diffitentem obscœnis se studuisse doctrinis, nocturnos etiam turpium feminarum egisse conventus, nudumque orare solitum, nocentem pronuntiavit, redegitque in custodiam, donec ad principem referret. Gestis ad Palatium delatis, censuit imperator Priscillianum sociosque ejus capitis damnari oportere.

LI. Ceterum Ithacius videns quam invidiosum sibi apud episcopos foret, si accusator etiam postremis rerum capitalium judiciis adstitisset (etenim iterari judicium necesse erat) subtrahit se cognitioni: frustra, callido jam scelere perfecto. At tum per Maximum accusator apponitur Patricius quidam, fisci patronus. ita eo insistente Priscillianus capitis damnatus est, unaque cum eo Felicissimus & Armenius, qui nuper a catholicis, cum essent clerici, Priscillianum secuti desciverant. Latronianus quoque & Euchrotia gladio peremti. Instantius quem superius ab episcopis damnatum diximus, in Sylinam insulam, quæ ultra Britannias sita est, deportatus. Itum deinde in reliquos sequentibus judiciis, damnatique Asarinus & Aurelius diaconus gladio. Tiberianus, ademtis bonis, in Sylinam insulam datus. Tertullus, Potamius & Joannes, tamquam viliores personæ & digni misericordia, quia ante quæstionem se ac socios prodidissent, temporario exsilio intra Gallias relegati. Hoc fere modo homines luce indignissimi, pessimo exemplo, necati aut exsiliis multati: quod initio jure judiciorum & egregio publico defensum, postea Ithacius in jurgiis solitus, ad postremum convictus, in eos retorquebat, quorum id mandato & consiliis effecerat. solus tamen omnium episcopatu detrusus: nam Idacius, licet minus nocens, sponte se episcopatu abdicaverat: sapienter id & verecunde, nisi postea amissum locum repetere tentasset. Ceterum Priscilliano occiso non solum non repressa est hæresis, quæ illo auctore proruperat, sed confirmata, latius propagata est: namque sectatores ejus, qui eum prius ut sanctum honoraverant, postea ut martyrem colere cœperunt. peremtorum corpora ad Hispanias relata, magnisque obsequiis celebrata eorum funera. quin & jurare per Priscillianum summa religio putabatur. Ac inter nostros perpetuum discordiarum bellum exarserat, quod jam per quindecim annos fœdis dissensionibus agitatum, nullo modo sopiri poterat. Et nunc, cum maxime discordiis episcoporum turbari aut misceri omnia cernerentur, cunctaque per eos odio aut gratia, metu, inconstantia, invidia, factione, libidine, avaritia, arrogantia, somno, desidia essent depravata: postremo plures adversum paucos bene consulentes, insanis consiliis & pertinacibus studiis certabant: inter hæc plebs Dei & optimus quisque probro atque ludibrio habebatur.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 403.




# SULPICII SEVERI

## EPISTOLA AD DESIDERIUM

### DE LIBRO VITÆ BEATI MARTINI.

SEVERUS DESIDERIO FRATRI CARISSIMO S.

Ego quidem, frater unanimis, libellum quem de vita sancti Martini scripseram, scheda sua premere, & intra domesticos parietes cohibere decreveram; quia, ut sum natura infirmus, judicia humana vitabam, ne (quod fore arbitror) sermo incultior legentibus displiceret, omniumque reprehensione dignissimus judicarer, qui materiam disertis merito scriptoribus reservandam impudens occupassem: sed petenti tibi sæpius negare non potui. Quid enim esset, quod non amori tuo vel cum detrimento mei pudoris impenderem? Verumtamen ea tibi fiducia libellum edidi, qua nulli a te prodendum reor, quia id spopondisti. Sed vereor, ne tu ei janua sis futurus, & emissus semel non queat revocari. quod si acciderit, & ab aliquibus eum legi videris; bona id venia a lectoribus postulabis, ut res potius quam verba perpen-
A dant, & æquo animo ferant, si aures eorum vitiosus forsitan sermo perculerit: quia regnum Dei non in eloquentia, sed in fide constat. Meminerint etiam, salutem sæculo non ab oratoribus, sed a piscatoribus prædicatam; cum utique, si utile fuisset, id quoque Dominus præstare potuisset. Ego enim cum primum animum ad scribendum appuli, quia nefas putarem tanti viri latere virtutes, apud me ipse decidi ut solœcismis non erubescerem: quia nec magnam istarum umquam rerum scientiam contigissem; &, si quid ex his studiis olim fortasse libassem, totum id desuetudine tanti temporis perdidissem. Sed tamen, ne nos maneat tam molesta defensio, suppresso, si tibi videtur, nomi-
B ne libellus edatur. quod ut fieri valeat, titulum fronti erade, ut muta sit pagina; aut, quod sufficit, loquatur materiam, non loquatur auctorem.



# SULPICII SEVERI

## LIBER DE VITA BEATI MARTINI.

### PROLOGUS.

Plerique mortales studio & gloriæ sæculari inaniter dediti exinde perennem, ut putabant, memoriam nominis sui quæsiverunt, si vitas clarorum virorum stilo illustrassent. Quæ res utique non perennem quidem, sed aliquantulum tamen conceptæ spei fructum afferebat: quia & sui memoriam, licet incassum, propagabant; & propositis magnorum virorum exemplis non parva æmulatio legentibus excitabatur. sed tamen nihil ad beatam illam æternamque vitam hæc eorum cura pertinuit. Quid enim aut ipsis occasura cum sæculo scriptorum suorum gloria profuit? aut quid posteritas emolumenti tulit legendo Hectorem pugnantem, aut Socratem philosophantem? cum eos non solum imitari stultitia sit, sed non acerrime etiam impugnare, dementia: quippe qui humanam vitam præsentibus tantum actibus æstimantes, spes suas fabulis, animas sepulcris dederint: siquidem ad solam hominum memoriam se perpetuandos crediderunt; cum hominis officium sit, perennem potius vitam quam perennem memoriam quærere, non scribendo aut pugnando vel philosophando, sed pie, sancte religioseque vivendo. Qui quidem error humanus litteris traditus in tantum valuit, ut multos plane æmulos vel inanis philosophiæ, vel stultæ illius virtutis invenerit. Unde facturus mihi operæ pretium videor, si vitam sanctissimi viri, exemplo aliis mox futuram, perscripsero: quo utique ad veram sapientiam & cælestem militiam divinamque virtutem legentes incitabuntur. in quo ita nostri quoque rationem commodi ducimus, ut non inanem ab hominibus memoriam, sed æternum a Deo præmium exspectemus: quia etsi ipsi non ita viximus, ut aliis exemplo esse possimus; dedimus tamen operam, ne is lateret qui esset imi-
C tandus. Igitur S. Martini vitam scribere exordiar, ut se vel ante episcopatum vel in episcopatu gesserit. quamvis nequaquam ad omnia illius potuerim pervenire: adeo ea, in quibus ipse tantum sibi conscius fuit, nesciuntur: quia laudem ab hominibus non requirens, quantum in ipso fuit, omnes virtutes suas latere voluisset. Quamquam etiam ex his quæ comperta nobis erant, plura omisimus: quia sufficere credidimus, si tantum excellentiora notarentur. simul & legentibus consulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidium. Obsecro autem eos qui lecturi sunt, ut fidem dictis adhibeant; neque me quidquam nisi compertum & probatum scripsisse arbitrentur: alio-
D quin tacere, quam falsa dicere, maluissem.

II. Igitur Martinus Sabaria Pannoniarum oppido oriundus fuit, sed intra Italiam Ticini altus est, parentibus secundum sæculi dignitatem non infimis, gentilibus tamen. Pater ejus miles primum, post tribunus militum fuit. Ipse armatam militiam in adolescentia secutus, inter scholares alas sub rege Constantio, deinde sub Juliano Cæsare militavit: non tamen sponte: quia a primis fere annis divinam potius servitutem sacra illustris pueri spiravit infantia. Nam cum esset annorum decem, invitis parentibus ad ecclesiam confugit, seque catechumenum fieri postulavit. Mox mirum in modum totus in Dei opere conversus, cum esset annorum




duodecim, eremum concupivit: fecisset que votis satis, si ætatis infirmitas non obstitisset. animus tamen aut circa monasteria, aut circa ecclesiam semper intentus, meditabatur adhuc in ætate puerili quod postea devotus implevit. Sed cum edictum esset a regibus, ut veteranorum filii ad militiam scriberentur; prodente patre, qui felicibus ejus actibus invidebat, cum esset annorum quindecim, captus & catenatus sacramentis militaribus implicatus est, uno tantum servo comite contentus, cui tamen versa vice dominus serviebat, adeo ut plerumque ei & calciamenta ipse detraheret & ipse detergeret; cibum una caperent, hic tamen sæpius ministraret. Triennium fere ante baptisma in armis fuit, integer tamen ab iis vitiis, quibus illud hominum genus implicari solet. Multa illi circa commilitones benignitas, mira caritas; patientia vero atque humilitas ultra humanum modum. nam frugalitatem in eo laudare non est necesse, qua ita usus est, ut jam illo tempore non miles, sed monachus putaretur. quibus rebus ita sibi omnes commilitones suos devinxerat, ut eum miro affectu venerarentur. Nec dum tamen regeneratus in Christo, agebat quemdam bonis operibns baptismatis candidatum: adsistere scilicet laborantibus, opem ferre miseris, alere egentes, vestire nudos: nihil sibi ex militiæ stipendiis præter quotidianum victum reservans, jam tum evangelii non surdus auditor de crastino non cogitabat.

III. Quodam itaque tempore, cum jam nihil præter arma & simplicem militiæ vestem haberet, media hieme (quæ solito asperior inhorruerat, adeo ut plerosque vis algoris exstingueret) obvium habet in porta Ambianensium civitatis pauperem nudum: qui cum prætereuntes ut sui misererentur oraret, omnesque miserum præterirent; intellexit vir Deo plenus sibi illum, aliis misericordiam non præstantibus, reservari. Quid tamen ageret? nihil præter chlamydem, qua indutus erat, habebat: jam enim reliqua in opus simile consumserat. Arrepto itaque ferro, quo accinctus erat, mediam dividit, partemque ejus pauperi tribuit reliqua rursus induitur. Interea de circumstantibus ridere nonnulli, quia deformis esse truncatus habitu videretur: multi tamen, quibus erat mens sanior, altius gemere, quod nihil simile fecissent; cum utique plus habentes, vestire pauperem sine sua nuditate potuisent. Nocte igitur insecuta, cum se sopori dedisset, vidit Christum chlamydis suæ, qua pauperem texerat, parte vestitum. Intueri diligentissime Dominum, vestemque quam dederat, jubetur agnoscere. mox ad Angelorum circumstantium multitudinem audit Jesum clara voce dicentem: Martinus adhuc catechumenus hac me veste contexit. vere memor Dominus dictorum suorum (qui ante prædixerat: Quamdiu fecistis uni ex minime istis, mihi fecistis) se in paupere professus est suisse vestitum; & ad confirmandum tam boni operis testimonium, in eodem se habitu quem pauper acceperat, est dignatus ostendere. Quo viso, vir beatissimus non in gloriam est elatus humanam, sed bonitatem Dei in suo opere cognoscens, cum esset annorum duodeviginti, ad baptismum convolavit. Nec tamen statim militiæ renuntiavit, tribuni sui precibus evictus, cui contubernium familiare præstabat. etenim transacto tribunatus sui tempore, renuntiaturum se sæculo pollicebatur. qua Martinus exspectatione suspensus, per biennium fere posteaquam est baptisma consecutus, solo licet nomine, militavit.

A IV. Interea irruentibus intra Gallias Barbaris, Julianus Cæsar coacto in unum exercitu apud Vangionum civitatem, donativum cœpit erogare militibus: &, ut est consuetudinis, singuli citabantur, donec ad Martinum ventum est. Tum vero opportunum tempus existimans, quo peteret missionem (neque enim integrum sibi fore arbitrabatur si donativum non militaturus acciperet) Hactenus, inquit ad Cæsarem, militavi tibi: patere ut nunc militem Deo: donativum tuum pugnaturus accipiat: Christi ego miles sum; pugnare mihi non licet. Tum vero adversus hanc vocem tyrannus infremuit, dicens, eum metu pugnæ, quæ postera die erat futura, non religionis gratia detrectare mi-B litiam. At Martinus intrepidus, immo illato sibi terrore constantior, si hoc, inquit, ignaviæ adscribitur non fidei, crastina die ante aciem inermis adstabo: & in nomine Domini Jesu, signo crucis non clypeo protectus aut galea, hostium cuneos penetrabo securus. Retrudi ergo in custodiam jubetur, facturus fidem dictis, ut inermis barbaris objiceretur. Postera die hostes legatos de pace miserunt, sua omnia se seque dedentes. Unde quis dubitet hanc vere beati viri fuisse victoriam, cui præstitum sit, ne inermis ad prælium mitteretur? & quamvis pius Dominus servare militem suum, licet inter hostium gladios & tela, potuisset; tamen ne vel aliorum morte Sancti violaretur obtu-C tus, exemit pugnæ necessitatem. neque enim aliam pro milite suo Christus debuit præstare victoriam, quam ut, subactis sine sanguine hostibus, nemo moreretur.

V. Exinde relicta militia, sanctum Hilarium Pictavæ episcopum civitatis, cujus tunc in Dei rebus spectata & cognita fides habebatur, expetivit; & aliquamdiu apud eum commoratus est. Tentavit autem idem Hilarius imposito diaconii officio sibi eum artius implicare, & ministerio vincire divino. sed cum sæpissime restitisset, indignum se esse vociferans; intellexit vir altioris ingenii, hoc eum modo posse constringi, si id ei officii imponeret, in quo quidam locus injuriæ vi-D deretur. itaque exorcistam eum esse præcepit. quam ille ordinationem, ne despexisse tamquam humiliorem videretur, non repudiavit. Nec multo post admonitus per soporem ut patriam parentesque, quos adhuc gentilitas detinebat, religiosa sollicitudine visitaret, ex voluntate sancti Hilarii profectus est, multis ab eo adstrictus precibus & lacrymis ut rediret. Mæstus, ut ferunt, peregrinationem illam aggressus est, contestatus fratres, multa se adversa passurum. quod postea probavit eventus. Ac primum inter Alpes devia secutus incidit in latrones: cumque unus securi elevata in caput ejus librasset ictum, ferientis dexteram sustinuit alter; vinctis tamen post tergum manibus uni ser-E vandus & spoliandus traditur. qui cum eum ad remotiora duxisset, percontari ab eo cœpit, quisnam esset. respondit, Christianum se esse. Quærebat etiam ab eo, an timeret. tum vero constantissime profitetur, numquam se fuisse tam securum, quia sciret misericordiam Domini maxime in tentationibus adfuturam: se magis illi dolere, qui Christi misericordia, utpote latrocinia exercens, esset indignus. ingressusque evangelicam disputationem, verbum Dei latroni prædicabat. Quid longius morer? latro credidit, prosecutusque Martinum viæ reddidit, orans ut pro se Dominum precaretur. idemque postea religiosam agens vitam visus est: adeo ut hæc, quæ supra retulimus, ab ipso audita dicantur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



VI. Igitur Martinus inde progressus cum Mediolanum præteriisset, diabolus in itinere humana specie assumta se ei obvium tulit, quo tenderet quærens. cumque id a Martino responsi accepisset, se, quo Dominus vocaret, intendere; ait ad eum, Quocumque ieris, vel quæcumque tentaveris, diabolus tibi adversabitur. Tunc ei prophetica voce respondit: Dominus mihi adjutor est: non timebo quid faciat mihi homo. statimque e conspectu ejus inimicus evanuit. Itaque ut animo ac mente conceperat, matrem gentilitatis absolvit errore, patre in malis perseverante: plures tamen suo salvavit exemplo. Deinde (cum hæresis Ariana per totum orbem & maxime intra Illyricum pullulasset) cum adversus perfidiam sacerdotum solus pæne acerrime pugnaret, multisque suppliciis esset affectus (nam & publice virgis cæsus est, & ad extremum de civitate exire compulsus) Italiam repetens, cum intra Gallias quoque discessu sancti Hilarii, quem ad exsilium hæreticorum vis coegerat, turbatam ecclesiam comperisset, Mediolani sibi monasterium statuit. Ibi quoque eum Auxentius, auctor & princeps Arianorum, gravissime insectatus est; multisque affectum injuriis de civitate exturbavit. Cedendum itaque tempori arbitratus, ad insulam Gallinariam nomine secessit, comite quodam presbytero, magnarum virtutum viro. Hic aliquamdiu radicibus vixit herbarum: quo tempore helleborum, venenatum, ut ferunt, gramen in cibum sumsit. sed cum vim veneni in se grassantis vicina jam morte sensisset, imminens periculum oratione repulit, statimque omnis dolor fugatus est. Nec multo post, cum sancto Hilario comperisset regis pœnitentia potestatem indultam fuisse redeundi, Romæ ei tentavit occurrere, profectusque ad urbem est.

VII. Cum jam Hilarius præteriisset, ita eum est vestigiis prosecutus; cumque ab eo gratissime fuisset susceptus, haud longe sibi ab oppido monasterium collocavit. quo tempore se ei quidam catechumenus junxit, cupiens sanctissimi viri institui disciplinis; paucisque interpositis diebus languore correptus vi febrium laborabat. ac tum Martinus forte discesserat; & cum per triduum defuisset, regressus, corpus exanime invenit: ita subita mors fuerat, ut absque baptismate humanis rebus excederet. corpus in medio positum tristi mærentium fratrum frequentabatur officio, cum Martinus flens & ejulans accurrit. tum vera sanctum Spiritum tota mente concipiens, egredi cellulam, in qua corpus jacebat, ceteros jubet; ac foribus obseratis super exanimata defuncti fratris membra prosternitur: & cum aliquandiu orationi incubuisset, sensissetque per spiritum Domini adesse virtutem, erectus paullulum, & in defuncti ora defixus, orationis suæ ac misericordiæ Domini intrepidus exspectabat eventum: vixque duarum fere horarum spatium intercesserat, vidit defunctum paullatim membris omnibus commoveri, & laxatis in usum videndi palpitare luminibus. Tum vero magna ad Dominum voce conversus gratias agens, cellulam clamore compleverat: quo audito qui pro foribus adstiterant, statim irruunt. Mirum spectaculum, quod videbant vivere quem mortuum reliquissent! Ita redditus vitæ, statim baptisma consecutus, plures postea vixit annos: primusque apud nos Martini virtutum vel materia vel testimonium fuit. Idem tamen referre erat solitus, se corpore exutum ad tribunal judicis ductum, deputatumque

A obscuris locis & vulgaribus turbis tristem excepisse sententiam: tum per duos angelos judici fuisse suggestum, hunc esse pro quo Martinus oraret: ita per eosdem angelos se jussum reduci, & Martino redditum vitæque pristinæ restitutum. Ab hoc primum tempore beati viri nomen enituit, ut qui sanctus jam ab omnibus habebatur, potens etiam & vere Apostolicus haberetur.

VIII. Nec multo post, dum agrum Lupicini cujusdam Honorati secundum sæculum viri præteriret, clamore & luctu turbæ plangentis excipitur. ad quam sollicitus cum adstitisset, & quis esset hic fletus inquireret; indicatur unum e familia servu-
B lum laqueo sibi vitam extorsisse. quo cognito cellulam, in qua corpus jacebat, ingreditur; exclusisque omnibus turbis, superstratus corpori aliquantisper oravit. mox vivescente vultu, marcescentibus oculis in ora illius defunctus erigitur; lentoque conamine enisus adsurgere, apprehensa beati viri dextera, in pedes constitit; atque ita cum eo usque ad vestibulum domus, turba omni inspectante, processit.

IX. Sub idem fere tempus ad episcopatum Turonicæ ecclesiæ petebatur. sed cum erui a monasterio suo non facile posset, Ruricius quidam, unus e civibus, uxoris languore simulato, ad genua illius provolutus, ut egrederetur obtinuit. ita
C dispositis jam in itinere civium turbis, sub quadam custodia ad civitatem usque deducitur. Mirum in modum incredibilis multitudo non solum ex illo oppido, sed etiam ex vicinis urbibus ad suffragia ferenda convenerat. una omnium voluntas, eadem vota, eademque sententia, Martinum episcopatu esse dignissimum: felicem fore tali Ecclesiam sacerdote. pauci tamen, & nonnulli ex episcopis, qui ad constituendum antistitem fuerant evocati, impie repugnabant, dicentes scilicet: contemtibilem esse personam, indignum esse episcopatu, hominem vultu despicabilem, veste sordidum, crine deformem. Ita a populo sententiæ sanioris hæc illorum irrisa dementia est, qui illu-
D strem virum dum vituperare cupiunt, prædicabant. Nec vero aliud his facere licuit, quam quod populus Domino volente cogebat. Inter episcopos tamen quid adfuerant, præcipue Defensor quidam nomine dicitur restitisse: unde animadversum est, graviter illum lectione prophetica tunc notatum. Nam cum fortuito lector, cui legendi eo die officium erat, interclusus a populo defuisset, turbatis ministris, dum exspectatur qui non aderat, unus e circumstantibus sumto psalterio, quem primum versum invenit, arripuit. psalmus autem hic erat: [a] *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & defensorem.* quo lecto clamor populi tollitur, pars
E diversa confunditur. Atque ita habitum est, divino nutu psalmum hunc lectum fuisse, ut testimonium operis sui Defensor audiret: quia, ex ore infantium atque lactentium in Martino Domini laude perfecta, & ostensus periter & destructus est inimicus.

X. Jam vero sumto episcopatu qualem se quantumque præstiterit, non est nostræ facultatis evolvere. idem enim constantissime perseverabat qui prius fuerat. eadem in corde humilitas, eadem in vestitu ejus vilitas erat: atque ita, plenus auctoritatis & gratiæ, implebat episcopi dignitatem,

a Psalm. VIII. 3.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.


ut non tamen propositum monachi virtutemque desereret. Aliquamdiu ergo adhærente ad Ecclesiam cellula usus est: deinde cum inquietudinem se frequentantium ferre non posset, duobus fere extra civitatem millibus monasterium sibi statuit. qui locus tam secretus & remotus erat, ut eremi solitudinem non desideraret: ex uno enim latere præcisa montis excelsi rupe ambiebatur; reliquam planitiem Liger fluvius reducto paullulum sinu clauserat. una tantum eademque arta admodam via adiri poterat. Ipse ex lignis contextam cellulam habebat: multique e fratribus in eumdem modum; plerique, saxo superjecti montis cavato, receptacula sibi fecerant. Discipuli vero octoginta erant, qui ad exemplum beati magistri instituebantur. Nemo ibi quidquam proprium habebat: omnia in medio conferebantur. non emere, aut vendere, ut plerisque monachis moris est, quidquam licebat. ars ibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur; cui tamen operi minor ætas deputabatur: majores orationi vacabant. rarus cuiquam extra cellulam suam egressus, nisi cum ad locum orationis conveniebant. cibum una omnes post horam jejunii accipiebant: vinum nemo noverat, nisi quem infirmitas coegisset. plerique camelorum setis vestiebantur: mollior ibi habitus pro crimine erat. quod eo magis sit mirum necesse est, quod multi inter eos nobiles habebantur, qui longe aliter educati ad hanc se humilitatem & patientiam coegerant: pluresque ex his postea episcopos vidimus. quæ enim esset civitas, aut ecclesia, quæ non sibi de Martini monasterio cuperet Sacerdotem?

XI. Sed ut reliquas virtutes ejus, quas in episcopatu egit, aggrediar; erat haud longe ab oppido proximus monasterio locus, quem falsa hominum opinio, velut consepultis ibi martyribus, sacraverat: nam & altare ibi a superioribus episcopis constitutum habebatur. sed Martinus non temere adhibens incertis fidem, ab his, qui majores natu erant, presbyteris vel clericis flagitabat, sibi nomen martyris, vel tempora passionis ostendi: grandi se scrupulo permoveri, quod nihil certi constans sibi majorum memoria tradidisset. Cum aliquamdiu ergo a loco illo se abstinuisset, nec derogans religioni, quia incertus erat, nec auctoritatem suam vulgo accommodans, ne superstitio convalesceret; quodam die paucis secum adhibitis fratribus ad locum pergit. deinde super sepulcrum ipsum adstans oravit ad Dominum, ut quis esset, vel cujus meriti sepultus, ostenderet. Tum conversus ad lævam vidit prope adsistere umbram sordidam, trucem. imperat, nomen meritumque ut loqueretur. nomen edicit, de crimine confitetur: latronem se fuisse, ob scelera percussum, vulgi errore celebratum: sibi nihil cum martyribus esse commune, cum illos gloria, se pœna retineret. Mirum in modum vocem loquentis qui aderant audiebant, personam tamen non videbant. Tum Martinus quid vidisset exposuit, jussitque ex eo loco altare, quod ibi fuerat, submoveri: atque ita populum superstitionis illius absolvit errore.

XII. Accidit autem insequenti tempore, dum iter ageret, ut gentilis cujusdam corpus, quod ad sepulcrum cum superstitioso funere deferebatur, obvium haberet: conspicatusque eminus venientium turbam, quidnam id esset ignarus, paullulum stetit: nam fere quingentorum passuum intervallum erat, ut difficile fuerit dignoscere quid videret. tamen quia rusticam manum cerneret, & agente A vento linteamina corpori superjecta volitarent, profanos sacrificiorum ritus agi credidit: quia esset hæc Gallorum rusticis consuetudo, simulacra dæmonum candido tecta velamine misera per agros suos circumferre dementia. Elevato ergo in adversos signo crucis, imperat turbæ non moveri loco, onusque deponere. hic vero mirum in modum videres miseros primum velut saxa riguisse: dein, cum promovere se summo conamine niterentur, ultra accedere non valentes, ridiculam in vertiginem rotabantur: donec victi, corporis onus ponunt. attoniti & semet invicem adspectantes, quidnam sibi accidisset, taciti cogitabant. sed beatus vir cum comperisset, exsequiarum esse illam fre- B quentiam non sacrorum, elevata rursum manu, dat eis abeundi & tollendi corporis potestatem. Ita eos & cum voluit, stare compulit; & cum libuit, abire permisit.

XIII. Item cum in vico quodam templum antiquissimum diruisset, & arborem pinum, quæ fano erat proxima, esset aggressus excidere; tum vero antistes loci illius, ceteraque gentilium turba cœpit obsistere. & cum iidem illi, dum templum evertitur, imperante Domino quievissent, succidi arborem non patiebantur. Ille eos sedulo commonere, nihil esse religionis in stipite: Deum potius, cui serviret ipse, sequerentur: arborem illam ex- C cidi oportere, quia esset dæmoni dedicata. Tum ex illis unus, qui erat audacior ceteris: Si habes, inquit, aliquam de Deo tuo, quem dicis te colere, fiduciam, nosmet ipsi succidemus hanc arborem, tu ruentem excipe: &, si tecum est tuus, ut dicis, Dominus, evades. Tum ille intrepide confisus in Domino, facturum se pollicetur. Hic vero ad istiusmodi conditionem omnis illa gentilium turba consensit: facilemque arboris suæ habuere jacturam, si inimicum sacrorum suorum casu illius obruissent. Itaque cum unam in partem pinus illa esset acclinis, ut non esset dubium, quam in partem succisa corrueret; eo loco vinctus statuitur pro arbitrio rusticorum, quo arborem esse casuram ne- D mo dubitabat. Succidere igitur ipsi suam pinum cum ingenti gaudio lætitiaque cœperunt. aderat eminus turba mirantium. jamque paullatim nutare pinus, & ruinam suam casura minitari. Pallebant eminus monachi, & periculo jam propiore conterriti, spem omnem fidemque perdiderant, solam Martini mortem exspectantes. At ille confisus in Domino, intrepidus opperiens, cum jam fragorem sui pinus concidens edidisset, jam cadenti jam super se ruenti, elevata obviam manu, signum salutis opponit. tum vero (turbinis modo retroactam putares) diversam in partem ruit: adeo ut rusticos, qui toto in loco steterant, pæne prostraverit. Tum vero in cælum clamore sublato, gen- E tiles stupere miraculo; monachi flere præ gaudio: Christi nomen in commune ab omnibus prædicari. satisque constitit, eo die salutem illi venisse regioni: nam nemo fere ex immani illa multitudine gentilium fuit, qui non impositione manus desiderata, Dominum Jesum, relicto impietatis errore, crediderit. Et vere ante Martinum pauci admodum, immo pæne nulli in illis regionibus Christi nomen receperant: quod adeo virtutibus illius exemploque convaluit, ut jam ibi nullus locus sit, qui non aut ecclesiis frequentissimis, aut monasteriis sit repletus. nam ubi fana destruxerat, statim ibi aut ecclesias aut monasteria construebat.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



XIV. Nec minorem sub idem fere tempus eo- A dem in opere virtutem edidit. nam cum in vico quodam fano antiquissimo & celeberrimo ignem immisisset, in proximam immo adhærentem domum agente vento flammarum globi ferebantur. Quod ubi Martinus advertit, rapido cursu tectum domus scandit, obvium se advenientibus flammis inferens. tum vero mirum in modum cerneres contra vim venti ignem retorqueri, ut compugnantium inter se elementorum quidam conflictus videretur. ita virtute Martini ibi tantum ignis est operatus, ubi jussus est. In vico autem, cui Leprosum nomen est, cum itidem templum opulentissimum superstitione religionis voluisset evertere, restitit ei multitudo gentilium, adeo ut non absque inju- B ria sit repulsus. Itaque secessit ad proxima loca, ibique per triduum cilicio tectus & cinere, jejunans semper atque orans, precabatur a Domino, ut, quia templum illud evertere humana manus non potuisset, virtus illud divina dirueret. Tum subito ei duo angeli hastati atque scutati instar militiæ cælestis se obtulerunt, dicentes: missos se a Domino, ut rusticam multitudinem fugarent, præsidiumque Martino ferrent, ne quis, dum templum dirueretur, obsisteret: rediret ergo, & opus cœptum devotus impleret. Ita regressus ad vicum (inspectantibus gentilium turbis & quiescentibus, dum profanam ædem usque ad fundamentum dirueret) aras omnes atque simulacra redegit in pulve- C rem. quo viso rustici, cum se intelligerent divino nutu obstupefactos atque perterritos, ne episcopo repugnarent, omnes fere in Jesum Dominum crediderunt, clamantes palam & confitentes, Deum Martini colendum, idola negligenda, quæ sibi adesse non possent.

XV. Quid etiam in pago Æduorum gestum sit, referam. ubi dum templum itidem everteret, furens gentilium rusticorum in eum irruit multitudo. cumque unus audacior ceteris stricto eum gladio peteret, rejecto pallio nudam cervicem percussori præbuit. nec cunctatus ferire gentilis; sed cum dexteram altius extulisset, resupinus ruit: consternatus- D que divino metu, veniam precabatur. Nec dissimile huic fuit illud: cum eum idola destruentem cultro quidam ferire voluisset, in ipso ictu ferrum ei de manibus excussum non comparuit. Plerumque autem contradicentibus sibi rusticis, ne fana eorum destrueret, ita prædicatione sancta gentilium animos mitigabat, ut luce eis veritatis ostensa, ipsi sua templa subverterent.

XVI. Curationum vero tam potens in eo gratia erat, ut nullus fere ad eum ægrotus accesserit, qui non continuo receperit sanitatem: quod vel ex consequenti liquebit exemplo. Treveris puella quædam dira paralysis ægritudine tenebatur, ita ut jam E per multum tempus nullo ad humanos usus corporis officio fungeretur: omni ex parte præmortua, vix tenui spiritu palpitabat. Tristes ad solam funeris exspectationem adsistebant propinqui; cum subito nuntiatur, ad civitatem illam venisse Martinum. quod ubi pater puellæ comperit, cucurrit exanimis, pro filia rogaturus. Et forte Martinus jam Ecclesiam fuerat ingressus. Ibi inspectante populo multisque aliis episcopis præsentibus, ejulans senex genua ejus amplectitur, dicens: Filia mea moritur misero genere languoris, & quod ipsa est morte crudelius, solo spiritu vivit jam carne præmortua. rogo ut eam adeas, atque benedicas: confido enim, quod per te reddenda sit sanitati. qua ille voce confusus obstupuit, & refugit dicens: hoc suæ non esse virtutis: senem errare judicio: non esse se dignum, per quem Dominus signum virtutis ostenderet. Perstare vehementius flens pater, & orare ut exanimem visitaret. postremo a circumstantibus episcopis ire compulsus, descendit ad domum puellæ. Ingens turba pro foribus exspectabat, quidnam Dei servus esset facturus. Ac primum, quæ erant illius familiaria in istiusmodi rebus arma, solo prostratus oravit. deinde ægram intuens dari sibi oleum postulat; quod cum benedixisset, in os puellæ vim sancti liquoris infudit, statimque vox reddita est. Tunc paullatim singula contactu ejus cœperunt membra vivescere, donec firmatis gressibus, populo teste, surrexit.

XVII. Eodem tempore Tetradii cujusdam proconsularis viri servus dæmonio correptus dolendo exitu cruciabatur. rogatus ergo Martinus, ut ei manum imponeret, deduci eum ad se jubet: sed nequam spiritus nullo proferri modo ex cella in qua erat potuit. ita in advenientes rabidis dentibus sæviebat. Tum Tetradius ad genua beati viri advolvitur orans, ut ad domum, in qua dæmoniacus habebatur, ipse descenderet. Tum vero Martinus negare, se profani & gentilis domum adire posse (nam Tetradius eo tempore adhuc gentilitatis errore implicitus tenebatur) spondet igitur se, si de puero dæmon fuisset exactus, christianum fore. Ita Martinus imposita manu puero, immundum ab eo spiritum ejecit. quo viso Tetradius Dominum Jesum credidit: statimque catechumenus factus, nec multo post baptizatus est, semperque Martinum salutis suæ auctorem miro coluit affectu. Per idem tempus in eodem oppido ingressus patrisfamilias cujusdam domum, in limine ipso restitit, dicens: horribile in atrio domus dæmonium se videre. Cui cum ut discederet imperaret, quemdam e familia, qui in interiore parte ædium morabatur, arripuit. sævire dentibus miser cœpit, & obvios quoscumque laniare. commota domus, familia turbata, populus in fugam versus. Martinus se furenti objecit, ac primum stare ei imperat. sed cum dentibus fremeret, hiantique ore morsum minaretur, digitos ei Martinus in os intulit: Si habes, inquit, aliquid potestatis, hos devora. Tum vero, ac si candens ferrum faucibus accepisset, longe reductis dentibus digitos beati viri vitabat attingere: & cum fugere de obsesso corpore pœnis & cruciatibus cogeretur, nec tamen exire ei per os liceret, fœda relinquens vestigia fluxu ventris egestus est.

XVIII. Interea cum de motu atque impetu barbarorum subita civitatem fama turbasset, dæmoniacum ad se exhiberi jubet: imperat ut, an verus esset hic nuntius, fateretur. Tunc confessus est, se decem dæmones fuisse, qui rumorem hunc per populum disseminassent, ut hoc saltem metu ex illo Martinus oppido fugaretur: barbaros nihil minus quam irruptionem cogitare. ita cum hæc immundus spiritus media in ecclesia fateretur, metu & turbatione præsenti civitas liberata est. Apud Parisios vero, dum portam civitatis illius magnis secum turbis euntibus introiret, leprosum miserabili facie horrentibus cunctis osculatus est atque benedixit: statimque omni malo emundatus, postero die ad Ecclesiam veniens nitenti cute, gratias pro sanitate quam receperat, agebat. Sed nec hoc prætereundum est, quod fimbriæ vestimentis ejus cilicioque detractæ, crebras super infirmantibus egere virtutes. nam aut digitis illigatæ, aut collo inditæ persæpe ab ægrotantibus morbos effugaverunt.

XIX. Arborius autem, vir præfectorius, sancti admodum & fidelis ingenii, cum filia ejus gravissimis quartanis febribus ureretur, epistolam Martini quæ casu ad eum delata fuerat, pectori puellæ in ipso accessu ardoris inseruit, statimque fugata febris est. quæ res apud Arborium in tantum valuit, ut statim puellam Deo voverit, & perpetuæ virginitati dicarit. profectusque ad Martinum, puellam ei, præsens virtutum ejus testimonium, quæ per absentem licet curata esset, obtulit: neque ab alio eam quam a Martino, habitu virginitatis imposito, passus est consecrari. Paullinus vero, vir magni postmodum futurus exempli, cum oculum graviter dolere cœpisset, & jam pupillam ejus crassior nubes superducta texisset; oculum ei Martinus peniculo contigit, pristinamque ei sanitatem sublato omni dolore restituit. Ipse autem cum casu quodam esset de cœnaculo devolutus, & per confragosos scalæ gradus decidens, multis vulneribus esset affectus, cum exanimis jaceret in cellula, & immodicis doloribus cruciaretur, nocte ei angelus visus est eluere vulnera, & salubri unguine contusi corporis membra contingere: atque ita postero die restitutus est sanitati, ut nihil umquam pertulisse incommodi putaretur. Sed quia longum est ire per singula, sufficiant hæc vel pauca de plurimis: satisque sit nos & in excellentibus non subtrahere veritatem, & in multis vitare fastidium.

XX. Atque ut minora tantis inseram (quamvis, ut est nostrorum ætas temporum, quibus jam depravata omnia atque corrupta sunt, pæne præcipuum sit, adulationi regiæ sacerdotalem non cessisse constantiam) cum ad Imperatorem Maximum, ferocis ingenii virum & bellorum civilium victoria elatum, plures ex diversis partibus episcopi convenissent, & fœda circa principem omnium adulatio notaretur, seque degeneri inconstantia regiæ clientelæ sacerdotalis dignitas subdidisset; in solo Martino apostolica auctoritas permanebat. nam & si pro aliquibus supplicandum regi fuit, imperavit potius quam rogavit: & a convivio ejus frequenter rogatus abstinuit, dicens, se mensæ ejus participem esse non posse, qui duos Imperatores, unum regno, alterum vita expulisset. postremo, cum Maximus se non sponte sumsisse imperium affirmaret, sed impositam sibi a militibus divino nutu regni necessitatem armis defendisse, & non alienam ab eo Dei voluntatem videri, penes quem tam incredibili eventu victoria fuisset, nullumque ex adversariis nisi in acie occubuisse; tandem victus vel ratione vel precibus, ad convivium venit; mirum in modum gaudente rege, quod id impetrasset. Convivæ autem aderant, veluti ad diem festum evocati, summi atque illustres viri, præfectus idemque consul Evodius, vir quo nihil umquam justius fuit; Comites duo summa potestate præditi, frater regis & patruus: medius inter hos Martini presbyter accubuerat: ipse autem sellula juxta regem posita consederat. Ad medium fere convivium, ut moris est, pateram regi minister obtulit. ille sancto admodum episcopo potius dari jubet, exspectans atque ambiens, ut ab illius dextera poculum sumeret. sed Martinus ubi ebibit, pateram presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem qui post se prior biberet, nec integrum sibi fore, si aut regem ipsum aut eos qui a rege erant proximi, presbytero prætulisset. Quod factum Imperator omnesque qui tunc aderant, ita admirati sunt, ut hoc ipsum eis, in quo contemti fuerant, placeret: celeberrimumque per omne palatium fuit, fecisse Martinum in regis prandio quod in infimo-

A rum judicum conviviis episcoporum nemo fecisset. eidemque Maximo longe ante prædixit futurum, ut si ad Italiam pergeret, quo ire cupiebat, bellum Valentiniano Imperatori inferens, sciret se primo quidem impetu futurum esse victorem, sed parvo post tempore esse periturum. quod quidem ita vidimus: nam primo adventu ejus Valentinianus in fugam versus est: deinde post annum fere resumtis viribus, captum intra Aquilejæ muros Maximum interfecit.

XXI. Constat autem etiam angelos ab eo plerumque visos, ita ut conserto invicem apud eum sermone loquerentur: diabolum vero tam conspica-
B bilem & subjectum oculis habebat, ut sive se in propria substantia contineret, sive in diversas figuras spiritualis nequitiæ transtulisset, qualibet ab eo sub imagine videretur. quod cum diabolus sciret se effugere non posse, conviciis eum urgebat frequenter, quia fallere non posset insidiis. Quodam autem tempore cornu bovis cruentum in manu tenens cum ingenti fremitu cellulam ejus irrupit, cruentamque ostentans dexteram, & admisso recens scelere congaudens, Ubi est, inquit, Martine, virtus tua? unum de tuis modo interfeci. Tunc ille convocatis fratribus refert quid diabolus indicasset; solicitosque esse præcipit per cellulas singulorum, quisnam hoc casu fuisset affectus. Nemi-
C nem quidem deesse de monachis, sed unum rusticum mercede conductum, ut vehiculo ligna deferret, isse ad silvam nuntiant. Jubet igitur aliquos ire ei obviam. ita haud longe a monasterio jam pæne exanimis invenitur. extremum tamen spiritum trahens, indicat fratribus caussam mortis & vulneris: junctis scilicet bubus dum dissoluta artius lora constringit, bovem sibi excusso capite inter inguina cornu adegisse. nec multo post vitam reddidit. Viderit is, quo judicio Domini diabolo data fuerit hæc potestas. In Martino illud mirabile erat, quod non solum hoc quod supra retulimus, sed multa istiusmodi, quoties accidissent, longe ante prævidebat, aut sibi nuntiata fratribus
D indicabat.

XXII. Frequenter autem diabolus, dum mille nocendi artibus sanctum virum conabatur illudere, visibilem se ei formis diversissimis ingerebat. nam interdum in Jovis persona, plerumque Mercurii, persæpe etiam se Veneris ac Minervæ transfiguratum vultibus offerebat: adversus quem semper interritus, signo se crucis & orationis auxilio protegebat. Audiebantur etiam plerumque convicia, quibus illum turba dæmonum protervis vocibus increpabat: sed omnia falsa & vana cognoscens, non movebatur objectis. Testabantur etiam aliqui ex fratribus audisse se dæmonem protervis Martinum
E vocibus increpantem, cur intra monasterium aliquos ex fratribus qui olim baptismum diversis erroribus perdidissent, conversos postea recepisset, exponentem crimina singulorum: Martinum diabolo repugnantem respondisse constanter, antiqua delicta melioris vitæ conversatione purgari; & per misericordiam Domini absolvendos esse peccatis, qui peccare desinerent. contra dicente diabolo, non pertinere ad veniam criminosos, & semel lapsis nullam a Domino clementiam præstari; tunc in hanc vocem fertur exclamasse Martinus: Si tu ipse, o miserabilis, ab hominum infestatione desisteres, & te factorum tuorum vel hoc tempore cum dies judicii in proximo est, pœniteret; ego tibi vere confisus in Domino Jesu Christo misericordiam pollicerer. O quam sancta de Domini pietate præ-

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 403.



sumtio, in qua etsi auctoritatem præstare non potuit, ostendit affectum! Et quia de diabolo ejusdemque artibus sermo exortus est, non ab re videtur, licet extrinsecus, referre quod gestum est: quia & quædam in eo Martini virtutum portio est, & res digna miraculo recte memoriæ mandabitur, in exemplum cavendi, si quid deinceps uspiam tale contigerit.

XXIII. Clarus quidam nomine, adolescens nobilissimus, mox presbyter, nunc felici beatus excessu, cum relictis omnibus se ad Martinum contulisset, brevi tempore ad summum fidei virtutumque omnium culmen enituit. Itaque cum haud longe sibi ab episcopi monasterio tabernaculum constituisset, multique apud eum fratres commorarentur; juvenis quidam ad eum Anatolius nomine, sub professione monachi omnem humilitatem atque innocentiam mentitus accessit, habitavitque aliquamdiu in commune cum ceteris. dein procedente tempore angelos apud se loqui solere dicebat: cum fidem nullus adhiberet, signis quibusdam plerosque ad credendum coartabat. postremo eo usque processit, ut inter se ac Deum angelos discurrere prædicaret: jamque se unum ex prophetis haberi volebat. Clarus tamen nequaquam ad credendum cogi poterat. ille ei iram Domini & præsentes plagas, cur sancto non crederet, comminari. postremo in hanc vocem erupisse fertur: Ecce hac nocte vestem mihi candidam Dominus de cælo dabit, qua indutus in medio vestrum diversabor: idque vobis signum erit, me Dei esse virtutem, qui Dei veste donatus sim. Tum vero grandis omnium ad hanc professionem exspectatio. itaque ad mediam fere noctem fremitu terram insultantium commoveri omne monasterium loco visum est: cellulam autem, in qua idem adolescens continebatur, crebris cerneres micare luminibus: fremitusque in ea discurrentium, & murmur quoddam multarum vocum audiebatur. Deinde facto silentio egressus; unum de fratribus, *Sabacium nomine*, ad se vocat, tunicamque ei, qua erat indutus, ostendit. Obstupefactus ille convocat ceteros; ipse etiam Clarus accurrit; adhibitoque lumine vestem omnes diligenter inspiciunt. erat autem summa mollitie, candore eximio, micanti purpura, nec tamen, cujus esset generis aut velleris, poterat agnosci. curiosius tamen oculis aut digitis attrectata, non aliud quam vestis videbatur. Interea Clarus fratres admonet orationi instare, ut manifestius eis Dominus, quidnam id esset, ostenderet. itaque reliquum noctis hymnis psalmisque consumitur. At ubi illuxit dies, apprehensum dextera trahere ad Martinum volebat, bene conscius illudi illum diaboli arte non posse. Tum vero reniti ac reclamare miser cœpit, interdictumque sibi esse dicebat, ne se Martino ostenderet. cumque invitum ire compellerent, inter trahentium manus vestis evanuit. Unde quis dubitet hanc etiam Martini fuisse virtutem, ut phantasiam suam diabolus, cum erat Martini oculis ingerenda, dissimulare diutius aut tegere non posset?

XXIV. Animadversum est tamen, eodem fere tempore fuisse in Hispaniis juvenem, qui cum sibi multis signis auctoritatem paravisset, eo usque elatus est, ut se Heliam profiteretur. quod cum plerique temere credidissent, addidit ut se Christum esse diceret: in quo etiam adeo illusit, ut eum quidam episcopus, nomine Rufus, ut Dominum adoraret: propter quod eum postea ab episcopatu dejectum vidimus. Plerique etiam nobis e fratribus retulerunt, eodem tempore in Oriente quemdam exstitisse, qui se Joannem esse jactitaret. ex quo conjicere possumus, istiusmodi pseudoprophetis exsistentibus, Antichristi adventum imminere, qui jam in istis mysterium iniquitatis operatur. Non prætereundum autem videtur, quanta Martinum sub iisdem diebus diabolus arte tentaverit. quodam enim die præmissa præ se & circumjectus ipse luce purpurea, quo facilius claritate assumti fulgoris illuderet, veste etiam regia indutus, diademate ex gemmis auroque redimitus, calceis auro illitis, sereno ore, læta facie, ut nihil minus quam diabolus putaretur, oranti in cellula adstitit. cumque Martinus primo adspectu ejus fuisset hebetatus, diu multumque silentium ambo tenuerunt. tum prior diabolus, Agnosce, inquit, Martine, quem cernis: Christus ego sum: descensurus ad terram prius me manifestare tibi volui. Ad hæc cum Martinus taceret, nec quidquam responsi referret, iterare ausus est diabolus professionis audaciam: Martine, quid dubitas credere, cum videas? Christus ego sum. Tum ille, revelante sibi Spiritu, ut intelligeret diabolum esse non Deum; Non se, inquit, Jesus Dominus purpuratum & diademate renitentem venturum esse prædixit. ego Christum, nisi in eo habitu formaque qua passus est, nisi crucis stigmata præferentem, venisse non credam. Ad hanc ille vocem statim ut fumus evanuit, & cellulam tanto fœtore complevit, ut indubia indicia relinqueret, diabolum se fuisse. Hoc ita gestum ut supra retulimus, ex ipsius Martini ore cognovi, ne quis forte existimet fabulosum.

XXV. Nam cum olim audita fide ejus, vita atque virtutibus, desiderio illius æstuaremus, gratam nobis ad eum videndum peregrinationem suscepimus: simul, quia jam ardebat animus vitam illius scribere, partim ab ipso, in quantum ille interrogari potuit, suscitati sumus; partim ab his qui interfuerant vel sciebant, cognovimus. Quo quidem tempore credi non potest qua me humilitate, qua benignitate susceperit, congratulatus plurimum & gavisus in Domino, quod tanti esset habitus a nobis, quem peregrinatione suscepta expetissemus. Miserum me! (pæne non audeo confiteri) cum me sancto convivio suo dignatus esset adhibere, aquam manibus nostris ipse obtulit; ad vesperam autem ipse nobis pedes abluit. nec reniti aut contraire constantia fuit: ita auctoritate illius oppressus sum, ut nefas putarem, si non acquievissem. Sermo autem illius non alius apud nos fuit, quam mundi hujus illecebras & sæculi onera relinquenda, ut Dominum Jesum liberi expeditique sequeremur: præstantissimumque nobis præsentium temporum illustris viri Paullini, cujus supra mentionem fecimus, exemplum ingerebat, qui summis opibus abjectis Christum secutus, solus pæne his temporibus Evangelica præcepta complesset: illum nobis sequendum, illum clamabat imitandum: beatumque esse præsens sæculum tantæ fidei virtutisque documento, cum, secundum sententiam Domini, dives & possidens multa, vendendo omnia & dando pauperibus, quod erat factu impossibile, possibile fecisset exemplo. Jam vero in verbis & confabulatione ejus quanta gravitas, quanta dignitas erat! quam acer, quam efficax, & quam in absolvendis Scripturarum quæstionibus promtus & facilis! Et quia multos ad hanc partem incredulos scio, quippe quos viderim me ipso etiam referente non credere, Jesum testor spemque communem, me ex nullius umquam ore tantum scientiæ, tantum ingenii, tam boni & tam puri sermonis audisse. Quamquam in Martini virtutibus quantula

eſt iſta laudatio? niſi quod mirum eſt, homini illiterato ne hanc quidem gratiam defuiſse.

XXVI. Sed jam finem liber poſtulat, ſermo claudendus eſt: non quod omnia quæ de Martino fuerant dicenda, defecerint; ſed quia nos, ut inertes poetæ, extremo in opere negligentes, victi materiæ mole ſuccumbimus. Nam etſi facta illius explicari verbis utcumque potuerunt; interiorem vitam illius, & quotidianam converſationem; & animum cælo ſemper intentum nulla umquam (vere profiteor) nulla explicabit oratio. illam ſcilicet perſeverantiam & temperamentum in abſtinentia & jejuniis, potentiam in vigiliis & orationibus, noctesque ab eo perinde ac dies actas, nullumque vacuum ab opere Dei tempus, quo vel otio indulſerit vel negotio, ſed nec cibo aut ſomno quidem, niſi in quantum naturæ neceſſitas cogebat; vere fatebor, non ſi ipſe, ut ajunt, ab inferis Homerus emergeret, poſset exponere: adeo omnia majora in Martino ſunt, quam ut verbis concipi queant. Numquam hora ulla momentumque præteriit, quo non aut orationi incumberet aut inſiſteret lectioni: quamquam etiam inter legendum, aut ſi quid aliud forte agebat, numquam animum ab oratione laxabat. nimirum ut fabris ferrariis moris eſt, qui inter operandum pro quodam laboris levamine incudem ſuam feriunt; ita Martinus, etiam dum aliud agere videretur, ſemper orabat. O vere beatus, in quo dolus non fuit! neminem condemnans, nulli malum pro malo reddens. tantam quippe adverſum omnes injurias patientiam aſsumſerat, ut, cum eſset ſummus ſacerdos, impune etiam ab infimis clericis læderetur: nec propter id eos aut loco umquam amoverit, aut a ſua, quantum in ipſo fuit, caritate repulerit.

XXVII. Nemo umquam illum vidit iratum, nemo commotum, nemo mærentem, nemo ridentem: unus idemque ſemper, cæleſtem quodammodo lætitiam vultu præferens, extra naturam hominis videbatur. Numquam in illius ore niſi Chriſtus, numquam in illius corde niſi pietas, niſi pax, niſi miſericordia inerat. Plerumque etiam pro eorum qui obtrectatores illius videbantur, ſolebat flere peccatis, qui remotum & quietum venenatis linguis & vipereo ore carpebant. Et vere nonnullos experti ſumus invidos virtutibus vitæque ejus, qui in illo oderant quod in ſe non videbant, & quod imitari non valebant. Atque (o nefas dolendum & ingemiſcendum!) non alii fere inſectatores ejus, licet pauci admodum, non alii tamen quam epiſcopi ferebantur. nec vero quemquam nominare neceſse eſt, licet noſmet ipſos plerique circumlatrent: ſufficit, ut ſi quis ex his hæc legerit, & agnoverit, erubeſcat. nam ſi iraſcitur, de ſe ipſe dictum fatebitur, cum fortaſse nos de aliis ſenſerimus. Non refugimus autem, ut, ſi qui ejuſmodi ſunt, nos quoque cum tali viro oderint. Illud facile confido, omnibus ſanctis opuſculum iſtud gratum fore. de cetero ſi quis hæc infideliter legerit, ipſe peccabit. Ego mihi conſcius ſum, me rerum fide & amore Chriſti impulſum ut hæc ſcriberem, manifeſta expoſuiſſe, vera dixiſse: paratumque, ut ſpero habebit a Deo præmium, non quicumque legerit, ſed quicumque crediderit.


# SULPICII SEVERI
## EPISTOLA I.
### AD EUSEBIUM PRESBYTERUM.

*Contra æmulos virtutum beati Martini.*

HEſterna die, cum ad me plerique monachi veniſſent, inter fabulas juges longumque ſermonem mentio incidit libelli mei, quem de vita Beati viri Martini edidi, ſtudioſeque eum a multis legi libentiſſime audiebam. Interea indicatur mihi, dixiſſe quemdam malo ſpiritu ſuſcitatum, cur Martinus, qui mortuos ſuſcitaſſet, flammas domibus depuliſſet, ipſe nuper aduſtus incendio, periculoſæ fuiſſet obnoxius paſſioni. O iſtum, quiſquis eſt, miſerum! Judæorum in verbis ejus perfidiam & dicta cognoſcimus, qui in cruce poſitum Dominum his verbis increpabant: [a] *Alios ſalvos fecit, ſe ipſum ſalvum facere non poteſt*. Vere plane iſte, quicumque eſt, ſi illis temporibus natus eſſet, & in Dominum hac voce dicere potuiſſet, qui ſimili modo ſanctum Domini blaſphemat exemplo. Quid ergo, quiſquis es, Martinus ideo non potens, ideo non ſanctus; quia eſt periclitatus incendio? O beatum, & per omnia ſimilem Apoſtolis, etiam in his conviciis, virum! Nempe hoc & de Paullo gentiles, cum eum vipera momordiſſet, dixiſſe referuntur: [b] *Hic homo debet homicida eſſe, quem ſalvum factum de mari fata vivere non ſiverunt*. At ille excuſſa vipera in ignem nihil mali patiebatur. illi autem ſubito caſurum, & repente moriturum eum putabant: ſed cum viderent nihil mali contingere ei, convertentes ſe, dicebant eum Deum eſſe. Alioquin vel horum exemplo, omnium mortalium infeliciſſime, perfidiam tuam coarguere ipſe debueras; ut ſi tibi ſcandalum moverat quod Martinus flamma ignis videbatur attactus, hunc rurſum attactum ad merita illius & virtutem referres, quod circumſeptus ignibus non periſſet. Agnoſce enim miſer, agnoſce quod neſcis, omnes fere ſanctos magis inſignes periculorum ſuorum fuiſſe virtutibus. Video quidem Petrum fide potentem, rerum obſtante natura, mare pedibus ſupergreſſum, & inſtabiles aquas corporeo preſſiſſe veſtigio. ſed non ideo minor mihi videtur gentium prædicator, quem fluctus abſorbuit, & poſt triduum totidemque noctes emergentem e profundo unda reſtituit. atque haud ſcio, an pæne plus fuerit vixiſſe in profundo, an ſupra maris profunda tranſiſſe. Sed hæc tu, ut arbitror, ſtulte, non legeras, aut lecta non audieras. Neque enim abſque divino conſilio iſtiuſmodi exemplum beatus Evangeliſta ſacris litteris protuliſſet, niſi ut ex his humana mens erudiretur, naufragiorum atque ſerpentium caſus, & (ſicut Apoſtolus refert, qui nuditate, fame latronumque periculis

a Matth. xxvii. 42. b Actor. xxviii. 4.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



gloriatur ) omnia hæc sanctis hominibus atque omnibus ad perpetiendum quidem esse communia, sed his tolerandis atque vincendis præcipuam semper justorum fuisse virtutem, dum per omnia tentamenta patientes & semper invicti, tanto fortius vincerent, quanto gravius pertulissent. Unde hoc quod ad Martini infirmitatem vocatur, plenum est dignitatis & gloriæ, siquidem periculosissimo casu tentatus evicerit. Ceterum id omissum a me in libello illo quem de vita illius scripsimus, nemo miretur; cum ibidem sim professus, me non omnia illius facta complexum: quia si persequi universa voluissem, immensum volumen legentibus edidissem. neque sunt tam parva quæ gessit, ut omnia potuerint comprehendi. Sed tamen hoc de quo quæstio incidit, latere non patiar, & rem omnem, ut gesta est, referam, ne forte consilio hoc, quod ad vituperationem beati viri poterat opponi, prætermisisse videamur. Cum ad diœcesin quamdam pro solemni consuetudine ( sicut episcopis visitare ecclesias suas moris est ) media fere hieme Martinus venisset, mansionem ei in secretario ecclesiæ clerici paraverunt, multumque ignem scabro jam & pertenui pavimento subdiderunt, lectumque ei plurimo stramine exstruxerunt. Dein, cum se Martinus cubitum collocasset, insuetam mollitiem strati male blandientis horrescit: quippe qui nuda humo, uno tantum cilicio superjecto, cubare consueverat. itaque quasi accepta permotus injuria stramentum omne projecit. Casu super fornaculum partem paleæ illius quam removerat, aggessit. ipse, ut erat moris, nuda humo, lassitudine itineris urgente, requievit. Ad mediam fere noctem per interruptum, ut supra diximus, pavimentum ignis æstuans, arescentes paleas apprehendit. Martinus somno excitus, re inopinata, ancipiti periculo, & maxime, ut referebat, diabolo insidiante atque urgente præventus, tardius quam debuit ad orationis confugit auxilium. Nam erumpere foras cupiens, cum pessulo quem ostio obdiderat diu multumque luctatus, gravissimum circa se sensit incendium, adeo ut vestem qua indutus erat, ignis absumserit. Tandem in se reversus, non in fuga sed in Domino sciens esse præsidium; scutum fidei & orationis arripiens, mediis flammis totus ad Dominum conversus incubuit. tum vero divinitus igne submoto, innoxio sibi orbe flammarum orabat. Monachi autem, qui pro foribus erant, crepitante & colluctante incendii sono, obseratas effringunt fores: dimotoque igne, e mediis flammis Martinum auferunt, cum jam penitus esse consumtus tam diuturno incendio putaretur. Ceterum ( verbis meis Dominus est testis ) mihi ipse referebat, & non sine gemitu fatebatur, in hoc se diaboli arte deceptum, ut excussus e somno consilium non haberet, quo per fidem & orationem periculo repugnaret: denique tamdiu circa se sævisse ignem, quamdiu erumpere ostium turbatus mente tentaverit. ubi vero auxilium crucis & orationis arma repetisset, medias cessisse flammas, seque tunc sensisse rorantes quas male esset expertus urentes. Unde intelligat quisquis hæc legerit, tentatum quidem illo Martinum periculo, sed & probatum.

# SULPICII SEVERI

## EPISTOLA II.

### AD AURELIUM DIACONUM.

*De obitu & apparitione beati Martini.*

SUlpicius Severus Aurelio diacono salutem. Posteaquam a me mane digressus es, eram residens solus in cellula, subieratque me illa quæ sæpius occupat cogitatio, spes futurorum præsentiumque fastidium, judicii metus, formido pœnarum; &, quod consequens erat, atque unde cogitatio tota descenderat, peccatorum meorum recordatio tristem me confectumque reddiderat. Deinde cum fatigata angore animi in lectulo membra posuissem, ut plerumque ex mæstitudine solet, somnus obrepsit ( qui ut semper matutinis horis levior incertusque, ita suspensus & dubius per membra diffunditur; ut, quod in alio sopore non evenit, pæne vigilans dormire te sentias ) cum repente sanctum Martinum episcopum videre mihi videor, prætextum toga candida, vultu igneo, stellantibus oculis, crine purpureo: atque ita mihi in ea habitudine corporis formaque qua eum noveram, videbatur, ut, quod eloqui nobis pæne difficile est, non posset adspici, cum posset agnosci. arridensque mihi paullulum, libellum quem de vita illius scripseram, dextra præferebat. Ego sancta genua ejus amplexus, benedictionem pro consuetudine flagitabam: superpositamque capiti meo manum tactu blandissimo sentiebam, cum inter benedictionis verba solemnia familiare illud ori suo crucis nomen iteraret. mox in eum luminibus intentis, cum exsatiari vultu illius conspectuque non possem, subito mihi in sublime sublatus eripitur; donec emensa aeris istius vastitate, cum tamen rapida nube subvectum acie sequeremur oculorum, patenti cælo receptus videri ultra non potuit. Nec multo post presbyterum sanctum Clarum, discipulum illius, qui nuper excesserat, video eamdem quam magistrum, viam scandere. Ego impudens sequi cupiens, dum altos gressus molior & connitor, evigilo: somnoque excitus, congratulari cœperam visioni, cum ad me puer familiaris ingreditur, solito tristior, vultu loquentis pariter & dolentis. Quid tu, inquam, tam tristis loqui gestis? At ille, Duo, inquit, monachi modo a Turonis adfuerunt, qui domnum Martinum obisse nuntiant. Concidi, fateor, obortisque lacrimis flevi uberrime. quin etiam dum hæc ad te frater scribimus, fluunt lacrimæ, nec ullum impatientissimi doloris admitto solatium. Te vero, ubi hoc mihi nuntiatum est, participem esse volui luctus mei, qui eras socius amoris. Veni ergo ad me statim, ut pariter lugeamus quem pariter amamus: quamquam sciam virum illum non esse lugendum, cui post evictum triumphatumque sæculum nunc demum reddita est corona justitiæ. Sed tamen ego non possum mihi imperare, quin doleam. Præmisi quidem patronum, sed solatium vitæ præsentis amisi: etsi, si rationem ullam dolor admitteret, gaudere deberem. Est enim ille consertus apostolis ac prophetis, &, quod pace sanctorum omnium dixerim, in illo justorum grege nulli secundus, ut spe-

ro, credo & confido, illis potissimum qui stolas suas in sanguine laverunt, aggregatus, agnum ducem ab omni integer labe comitatur. Nam licet ei ratio temporis non potuerit præstare martyrium, gloria tamen martyris non carebit, quia voto atque virtute & potuit esse martyr, & voluit. Quod si ei Neronianis Decianisque temporibus, in illa quæ tunc exstitit dimicare congressione licuisset, testor Deum cæli atque terræ, sponte equuleum adscendisset, ultro se ignibus intulisset, Hebræisque pueris æquandus, inter flammarum globos media licet hymnum Domini in fornace cantasset. Quod si Esaianum illud supplicium persecutori forte placuisset, numquam profecto impar prophetæ serris & laminis dissecari membra timuisset. at si præcisis rupibus abruptisque montibus agere felicem furor impius maluisset, perhibeo confisus testimonium veritati, sponte cecidisset. Si vero gentium doctoris exemplo gladio deputatus, inter alias, ut sæpe provenit, victimas duceretur, primus omnium, carnifice compulso, palmam sanguinis occupasset. Jam vero adversus omnes pœnas atque supplicia, quibus plerumque humana cessit infirmitas, ita, a confessione Domini non recedens, immobilis stetisset, ut lætus ulceribus congaudensque cruciatibus quælibet inter tormenta risisset. Sed quamquam ista non tulerit, implevit tamen etiam sine cruore martyrium. nam quas ille pro spe æternitatis humanorum dolorum non pertulit passiones, fame, vigiliis, nuditate, jejuniis, opprobriis invidorum, insectationibus improborum, cura pro infirmantibus, solicitudine pro periclitantibus? quo enim ille dolente non doluit? quo scandalizante non ustus est? quo pereunte non gemuit? præter illa quotidiana illius adversum humanæ spiritalisque nequitiæ diversa certamina, dum in eo variis tentationibus appetito semper exsuperat fortitudo vincendi, patientia exspectandi, æquanimitas sustinendi. O vere ineffabilem virum, pietate, mi- A sericordia, caritate, quæ cum quotidie etiam in sanctis viris sæculo frigente frigescat, in illo tamen usque ad finem, aucta in dies, perseveravit! quo ego illius bono vel specialiter fruitus sum, cum me indignum & non merentem unice diligebat. En rursus lacrimæ fluunt, imoque de pectore gemitus erumpit. in quo mihi posthæc homine similis requies, in cujus erit caritate solatium? Me miserum, me infelicem! poterone umquam, si diutius vixero, non dolere, quod Martino superstes sum? erit mihi posthæc vita jucunda, erit dies aut hora sine lacrimis? aut tecum, frater dilectissime, potero illius mentionem habere sine fletu? aut umquam loquens apud te aliud quam de illo B loqui potero? Sed quid te in lacrimas fletusque commoveo? ecce nunc consolatum esse te cupio, qui me consolari ipse non possum. Non deerit nobis ille, mihi crede, non deerit: intererit de se sermocinantibus, adstabit orantibus: quodque jam hodie præstare dignatus est, videndum se in gloria sua sæpe præbebit, & assidua, sicut ante paullulum fecit, benedictione nos proteget. Inde secundum ordinem visionis cælum se sequentibus patere monstravit, & quo sequendus esset, edocuit: quo spes nostra tendenda, quo animus dirigendus, instruxit. Quid tamen fiet frater? quod mihi ipse sum conscius, conscendere arduum illud iter, ac penetrare non potero: ita sarcina molesta me præ- C gravat, & peccati mole depressum, negato in astra conscensu, sæva miserabilem ducit in tartara. spes tamen superest, illa sola, illa postrema, ut quod per nos obtinere non possumus, saltem pro nobis orante Martino mereamur. Sed quid te frater diutius occupo epistola tam loquaci, demororque venturum? simul jam pagina impleta non recipit. Mihi tamen hæc fuit ratio sermonem istum longius proferendi, ut quia doloris nuntium epistola deferebat, eadem tibi ex quadam nostri confabulatione præstaret charta solatium.

# SULPICII SEVERI

## EPISTOLA III.

## AD BASSULAM SOCRUM SUAM.

*Quomodo beatus Martinus ex hac vita ad immortalem transierit.*

SUlpicius Severus Bassulæ parenti venerabili salutem. Si parentes vocari in jus liceret, te plane expilationis furtique ream ad prætoris tribunal justo dolore traheremus. Quid enim non conquerar quam a te patior injuriam? nullam mihi domi chartulam, nullum libellum, nullam epistolam reliquisti: ita furaris omnia, ita universa divulgas. si quid ad amicum familiariter scripsi, si quid forte, dum ludimus, quod velim tamen occultum esse, dictavi, omnia ad te prius pæne quam fuerint scripta aut dictata, perveniunt. Nimirum obarratos habes notarios meos, per quos tibi nostræ ineptiæ publicantur. nec tamen adversum eos possum moveri, si tibi parent, qui in jus nostrum ex tua potissimum liberalitate venerunt, seque adhuc tuos quam meos esse meminerunt. tu sola es rea, tu sola culpabilis, quæ & mihi insidiaris, & illos fraude circumvenis, ut sine delectu ullo familiariter scripta, aut negligenter emissa, illucubrata tibi penitus atque impolita tradantur. Nam, D ut de reliquis taceam, rogo quemadmodum tam cito ad te epistola illa potuit pervenire, quam nuper ad Aurelium diaconum scripseramus. Ego enim Tolosæ positus, tu Treveris constituta, & tam longe a patria filio inquietante divulsa, qua tandem familiarem illam epistolam occasione furata es? namque accepi litteras tuas, quibus scribis, in eadem epistola qua de obitu domni Martini fecerim mentionem, ipsum beati viri transitum exponere debuisse. Quasi vero ego illam epistolam aut legendam alii præterquam ipsi ad quem missa videtur, ediderim; aut ego tanto sim operi destinatus, ut omnia quæ de Martino cognosci oportet, me potissimum scribente notescant. Itaque, si quæ E de obitu sancti episcopi audire desideras, ab illis potius qui interfuere, cognosce: ego tibi statui nihil scribere, ne ubique me publices. tamen si das fidem, nulli te esse lecturam, paucis tuæ satisfaciam voluntati: itaque præstabo te his quæ mihi sunt comperta, participem. Martinus igitur obi-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

tum tuum longe ante præscivit, dixitque fratribus dissolutionem sui corporis imminere. Interea caussa exstitit, qua Condatensem diœcesin visitaret. nam clericis inter se ecclesiæ illius discordantibus, pacem cupiens reformare, licet finem dierum suorum non ignoraret, proficisci tamen istiusmodi ob caussam non recusavit: bonam hanc virtutum suarum consummationem existimans, si pacem ecclesiæ redditam reliquisset. Ita profectus cum suo illo, ut semper, frequentissimo discipulorum sanctissimoque comitatu, mergos in flumine conspicatur piscium prædam sequi, & rapacem ingluviem assiduis urgere capturis. Forma, inquit, hæc dæmonum est: insidiantur incautis, capiunt nescientes, captos devorant, exsaturarique non queunt devoratis. Imperat deinde potenti virtute verborum, ut eum cui innatabant gurgitem relinquentes, aridas peterent desertasque regiones: eo nimirum circa aves illas usus imperio, quo dæmones fugare consueverat. ita grege facto, omnes in unum illæ volucres congregatæ, relicto flumine montes silvasque petierunt, non sine admiratione multorum, qui tantam in Martino virtutem viderent, ut etiam avibus imperaret. Aliquamdiu ergo in vico illo, vel in ecclesia ad quam ierat, commoratus, pace inter clericos restituta, cum jam regredi ad monasterium cogitaret, viribus corporis cœpit repente destitui: convocatisque discipulis, indicat se jam resolvi. Tum vero mæror & luctus omnium, vox una plangentium: Cur nos pater deseris? aut cui nos desolatos relinquis? invadent enim gregem tuum lupi rapaces: & quis nos a morsibus eorum, percusso pastore, prohibebit? scimus quidem desiderare te Christum; sed salva tibi sunt tua præmia, nec dilata minuentur: nostri potius miserere, quos deseris. Tunc ille motus his fletibus, ut totus semper in Domino misericordiæ visceribus adfluebat, lacrimasse perhibetur: conversusque ad Dominum, hac tantum flentibus voce respondit: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: fiat voluntas tua. Nimirum inter spem amoremque positus, dubitavit pæne quid mallet: quia nec hos deserere, nec a Christo volebat diutius separari: nihil tamen in voto suo ponens, aut voluntati relinquens, totum se Domini arbitrio potestatique committens. Nonne tibi his paucissimis verbis dicere videbitur: Gravis quidem est, Domine, corporeæ pugna militiæ, & jam satis est quod huc usque certavi; sed si adhuc in eodem labore pro castris tuorum stare me præcipis, non recuso, nec fatiscentem caussabor ætatem. munia tua devotus implebo, sub signis tuis, quoadusque ipse jusseris, militabo. & quamvis optata sit seni missio post laborem, est tamen animus victor annorum, & cedere nescius senectuti. at si jam parcis ætati, bonum est mihi Domine: fiat voluntas tua: hos vero quibus timeo, ipse custodies. O virum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincendum, qui in nullam se partem pronior inclinaverit, nec mori timuerit, nec vivere recusarit! Itaque cum jam per aliquot dies vi febrium teneretur, non tamen a Dei opere cessabat: pernox in orationibus & vigiliis, fatiscentes artus servire spiritui cogebat, nobili illo strato suo in cinere & cilicio recubans. Et cum a discipulis rogaretur, ut saltem vilia sibi sineret stramenta supponi; Non decet, inquit, filii, Christianum nisi in cinere & cilicio mori. ego si aliud vobis exemplum relinquo, ipse peccavi. Oculis igitur ac manibus in cælum semper intentus, invictum ab oratione spiritum non relaxabat. & cum a presbyteris, qui tum ad eum confluxerant, rogaretur, ut corpusculum lateris mutatione relevaret; Sinite, inquit, sinite me fratres, cælum potius respicere quam terram, ut suo jam itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. Hæc locutus, diabolum vidit prope adsistere. Quid hic, inquit, adstas cruenta bestia? nihil in me, funeste, reperies. Abrahæ me sinus recipiet.

[1] Cum hac ergo voce fatigatum divinis operibus spiritum cælo reddidit: testatique nobis sunt qui adfuerant, jam exanimo corpore glorificati hominis vidisse se gloriam. Vultus luce clarior renitebat, cum membra cetera ne tenuis quidem macula fuscaret. in aliis etiam, & in illo tantum artubus non pudendis, septennis quodammodo pueri gratia videbatur. Quis istum umquam cilicio tectum, quis cineribus crederet involutum? ita vitro purior, lacte candidior, jam in quadam futuræ resurrectionis gloria & natura demutatæ carnis ostensus est. Jam vero in obsequium funeris, credi non potest, quanta hominum multitudo convenerit. tota obviam corpori civitas ruit, cuncti ex agris atque vicis, multique ex vicinis etiam urbibus adfuerunt. O quantus luctus omnium! quanta præcipue mærentium lamenta monachorum! qui eo die fere ad duo millia convenisse dicuntur, specialis Martini gloria, cujus exemplo in Domini servitutem stirpes tantæ fruticaverant. Agebat nimirum ante se pastor exstinctus greges suos, sanctæ illius multitudinis pallidas turbas, agmina palliata, aut emeritorum laborum senes, aut juratos Christi in sacramenta tirones. Tum virginum chorus fletu abstinens præ pudore, cum lætandum potius illi esse sentiret quem jam suo Dominus gremio confoveret, quam sancto dissimulabat gaudio quod dolebat!

EX CAPITULARI VERONENSI CODICE.

*Cum hac ergo voce animam cælo reddidit: testatique nobis sunt qui ibidem fuerunt, vidisse se vultum ejus tamquam vultum angeli: membra autem ejus candida tamquam nix videbantur, ita ut dicerent, Quis istum umquam cilicio (vidit) tectum? quis in cineribus crederet involutum? jam enim sic videbatur, quasi in futuræ resurrectionis gloria & natura demutatæ carnis ostensus est* [2]. *In obsequium vero funeris credi non potest quanta hominum multitudo convenerit. tota obviam corpori civitas ruit: cuncti ex agris atque ex vicis, multique de vicinis etiam urbibus adfuerunt. O quantus luctus omnium, quanta præcipue mærentium lamenta monachorum! qui eo die fere ad* II. *convenisse dicuntur, specialis Martini gloria: ejus exemplo in Dni servitutem stirpes tantæ fruticaverant* [3]. *Agebat nimirum ante se pastor greges suos, sanctæ illius multitudinis pallidas turbas, agmina palliata, aut emeritorum* (supple *laborum*) *senes, aut juratos Christi in sacramenta tyrones. tum virginum chorus fletu abstinens præ pudore quam sancto dissimulabat gaudio quod dolebat! siquidem fides flere probiberet:*

1. Cum ab hisce verbis prope ad finem usque epistolæ, majores quam usquam in Capitulari codice a Vulgatis discrepantiæ occurrant, & quidem concinnior inde & simplicior fluat sensus; adeo ut suspicio mihi jam pridem subierit, posteriorem hujus epistolæ partem, ut in Vulg. legitur, interpolatam ab aliquo fuisse: idcirco utrumque textum e regione sibi respondentem damus, ut lector uno intuitu videat quæ in Vulg. redundat, & rectius judicare possit utra sit præferenda lectio. EDITOR VERON.

2. Leg. *esset*.

3. In ms. *frutecaverant*.

siquidem fides flere prohiberet, gemitum extorqueret affectus. etenim tam erat sancta de illius gloria exsultatio, quam pia de morte confusio. Ignosceres flentibus, gratularere gaudentibus: quia & pium est gaudere Martino, & pium est flere Martinum; dum unusquisque & sibi præstat ut doleat, & illi debet ut gaudeat. Hæc igitur beati viri corpus usque ad locum

*gemitum tamen extorquebat affectus, etenim tam sancta erat de illius gloria (&) exultatio, quam pia de morte tristitia, Ignosceres flentibus, congratulare [1] gaudentibus, dum unusquisque & sibi præstat ut doleat, & illi ut gaudeat. Hæc igitur beati viri corpus usque ad locum sepulcri hymnis*

A sepulcri hymnis canora cælestibus turba prosequitur. *canora cælestibus turba prosequitur.* &c. Comparetur, si placet sæcularis illa pompa, non dicam funeris, sed triumphi: quid simile Martini exsequiis conferetur? Ducant illi præ curribus suis vinctos post terga captivos: Martini corpus hi qui mundum ductu illius vicerant, prosequuntur. illos confusis plausibus populorum honoret insania: Martino divinis plauditur psalmis: Martinus hymnis cælestibus honoratur. illi post triumphos suos in tartara sæva trudentur: Martinus Abrahæ sinu lætus excipitur; Martinus hic pauper & modicus, cælum dives ingreditur: illinc nos, ut spero, custodiens, B me hæc scribentem respicit, te legentem.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

1. Forte *congratularere*.

# SULPICII SEVERI

## DIALOGI.

### DIALOGUS I.

I. CUM in unum locum ego & Gallus noster convenissemus, vir mihi & propter Martini memoriam (ex illius enim discipulis erat) & propter sua merita carissimus; intervenit nobis Postumianus meus, nostri caussa ab Oriente, quo se ante triennium patriam relinquens contulerat, regressus. Complexi hominem amantissimum, exosculatique genua & pedes ejus, cum uno atque altero spatio quasi obstupefacti, invicem flentes gaudio deambulassemus, jactis in terram ciliciis consedimus. Tum prior Postumianus me intuens, Cum essem, inquit, in remotis Ægypti, libuit ut ad mare usque procederem. navim illic onerariam offendi, quæ cum mercibus Narbonem petens solvere parabat. Eadem nocte adstare in somnis mihi visus es, & injecta me manu trahere, ut navim illam conscenderem. mox tenebras rumpente diluculo, cum de eo loco in quo quieveram surrexissem, somnium meum ipse mecum reputans tanto tui desiderio subito correptus sum, ut nihil cunctatus navim conscenderim; tricesimo die Massiliam appulsus, inde huc decimo pervenerim: adeo prospera navigatio piæ adsuit voluntati. Tu modo, propter quem tot maria transnavigavimus, tantum terræ transcucurrimus, complectendum perfruendumque te, remotis omnibus, trade. Ego vero, inquam, etiam cum tu in Ægypto morareris, totus tecum semper animo & cogitatione versabar, meque de te dies ac noctes cogitantem totum tua caritas possidebat; nedum modo me tibi æstimes puncto temporis defuturum, quominus amore tuo pendens te intuear, te audiam, tecum loquar, nullo penitus in secretum nostrum, quod nobis hæc remotior cellula præstat, admisso. nam hujus nostri, ut arbitror, Galli præsentiam non moleste feres, qui hoc adventu tuo, ut vides, perinde atque ego ipse, triumphat gaudio. Recte plane, inquit Postumianus; in societate nostra Gallus iste retinebitur: quia etsi mihi parum cognitus est, pro eo tamen quod tibi est carissimus, non potest mihi non esse carus, maxime cum ex Martini sit disciplina. neque gravabor quamlibet conserte vobiscum, ut poscitis, fabulari: quippe cum huc C propter hoc venerim, ut me hujus Sulpicii mei (me autem utraque manu complectebatur) desiderio etiam verbosus impenderem.

II. Enimvero, inquam, satis probasti, quantum pius amor possit, qui nostri caussa tot maria tantumque terrarum emensus, a summo, ut ita dicam, solis egressu usque in ejus occidua venisti. Age ergo, quia & secreti inter nos nec occupati sumus, & sermoni tuo vacare debemus, edisseras nobis velim omnem peregrinationis tuæ historiam; qualiter in Oriente fides Christi floreat; quæ sit ibi sanctorum quies, quæ instituta monachorum; quantisque signis ac virtutibus in servis suis Christus operetur. nam certe, quia in his regionibus, D inter ista quæ vivimus, ipsa nobis vita fastidio est; libenter ex te audiemus, si vel in eremo vivere Christianis licet. Ad hæc Postumianus, Faciam, inquit, ut desiderare te video. sed quæso prius ex te audiam, an isti omnes quos hic reliqueram sacerdotes, tales sint, quales eos, antequam proficiscerer, noveramus. Tum ego, Absiste, inquam, ista quærere, quæ aut una mecum, ut puto, nosti, aut si ignoras, non audire sit melius. Illud reticere non possum, non solum illos de quibus interrogas, nihil meliores quam noveras factos; sed unum illum nostri quondam amantem, in quo respirare ab istorum insectationibus solebamus, asperiorem nobis fuisse quam debuit. E Nec vero quidquam in illum inclementius dicam, quia & amicum colui, & tunc etiam amavi, cum putabatur, inimicus. me autem hæc tacitis cogitationibus revolventem admodum dolor iste compungit, [ pæne nos sapientis & religiosi viri amicitia destitutos ] illum quondam tam amicum nobis, tam amarum in nos esse potuisse. Verum hæc, quæ mæroris plena sunt, relinquamus: te potius, ut dudum spoponderas, audiamus. Ita, inquit, fiat, Postumianus, quod cum dixisset, paullulum omnes conticuimus. dein cilicium cui insederat, ad me propius admovit, atque ita exorsus est.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

III. Ante hoc triennium, quo tempore tibi, Sulpici, hinc abiens valedixi, ubi Narbone navim solvimus, quinto die portum Africæ intravimus: adeo prospera Dei nutu navigatio fuit. libuit animo adire Carthaginem, loca visitare sanctorum, & præcipue ad sepulcrum Cypriani martyris adorare. Quintodecimo die ad portum regressi, provectique in altum, Alexandriam petentes, reluctante austro pæne in Syrten illati sumus: quod providi nautæ caventes, jactis navem anchoris sistunt. Sub oculis autem terra continens erat, in quam scaphis egressi cum vacua ab humano cultu omnia cerneremus, ego studiosius explorandorum locorum gratia longius processi. tribus fere millibus a litore parvum tugurium inter arenas conspicio, cujus tectum, sicut Sallustius ait, quasi carina navis erat, contiguum terræ, satis firmis tabulis constratum, non quod ibi vis imbrium ulla timeatur, (fuisse autem illic pluviam nequando quidem auditum est) sed quod ventorum ea vis est, ut si quando vel clementiori cælo aliquantulus spirare flatus cœperit, majus in illis terris quam in ullo mari naufragium fit. Nulla ibi germina, sata nulla proveniunt, quippe instabili loco, arentibus arenis ad omnem motum ventorum cedentibus. Verum ubi eversa quædam a mari promontoria ventis resistunt, terra aliquantulum solidior herbam raram atque hispidam gignit. ea ovibus est pabulum satis utile. incolæ lacte vivunt. qui solertiores sunt, vel, ut ita dixerim, ditiores, hordeaceo pane utuntur. ea ibi sola messis est, quæ celeritate proventus per naturam soli sive aeris, ventorum casus evadere solet: quippe fertur a die jacti seminis tricesimo die maturescere. Consistere autem ibi homines non alia ratio facit, quam quod omnes tributo liberi sunt. extrema siquidem Cyrenorum ora est, deserto illi contigua, quod inter Ægyptum & Africam interjacet, per qnod olim Cato Cæsarem fugiens duxit exercitum.

IV. Ergo ut ad tugurium illud quod eminus conspexeram, pertendi, invenio senem in veste pellicea molam manu vertentem, consalutatus accepit nos benigne. ejectos nos in illud litus exponimus, & ne statim repetere cursum possimus, maris mollitie detineri: egressos in terram (ut est mos humani ingenii) naturam locorum cultumque habitantium voluisse cognoscere: Christianos nos esse: id præcipue quærere, an essent aliqui inter illas solitudines Christiani. Tum vero ille flens gaudio, ad genua nostra provolvitur: iterum nos ac sæpius exosculatus invitat ad orationem: deinde impositis in terram vervecum pellibus facit nos discumbere. apponit prandium sane locupletissimum, dimidium panem hordeaceum. eramus autem nos quatuor, ipse erat quintus. fasciculum etiam herbæ intulit; cujus nomen excidit, quæ menthæ similis exuberans foliis, saporem mellis præstabat: hujus prædulci admodum suavitate delectati atque exsatiati sumus. Ad hæc subridens ego ad Gallum meum, Quid, inquam, Galle: placetne tibi prandium, fasciculus herbarum & panis dimidius viris quinque? Tum ille, sicut est verecundissimus, aliquantulum erubescens, dum fatigationem meam accepit, Facis, inquit, Sulpici, tuo more, qui nullam occasionem, si qua tibi porrecta fuerit, omittis, quin nos edacitatis fatiges. sed facis inhumane, qui nos Gallos homines cogis exemplo Angelorum vivere (quamquam ego studio manducandi etiam Angelos manducare credam). nam istum dimidium hordeaceum timeo vel solus attingere. sed contentus sit hoc Cyrenensis ille, A cui vel necessitas vel natura est esurire; vel postremo isti, quibus, credo, marina jactatio inediam cibi fecerat. nos procul a mari absumus, & quod tibi sæpe testatus sum, Galli sumus. Sed pergat hic potius explicare sui Cyrenensis historiam.

V. Enimvero, Postumianus ait, cavebo posthac cujusquam abstinentiam prædicare; ne Gallos nostros arduum penitus offendat exemplum. Statueram autem etiam cœnam Cyrenensis illius, vel consequentia (septem enim diebus apud ipsum fuimus) referre convivia: sed supersedendum est, ne Gallus se æstimet fatigari. Ceterum postero die, cum aliqui ex incolis ad nos visendos confluere B cœpissent, cognoscimus illum hospitem nostrum esse presbyterum; quod summa nos dissimulatione celaverat. deinde cum ipso ad ecclesiam processimus, quæ fere duobus millibus aberat, a conspectu nostro interjectu montis exclusa. erat autem vilibus texta virgultis, non multo ambitiosis quam nostri hospitis tabernaculum, in quo nisi incurvus quis non poterat consistere. Cum hominum mores quæreremus, illud præclarum animadvertimus, nihil eos neque emere neque vendere. quid sit fraus aut furtum, nesciunt. aurum atque argentum, quæ prima mortales putant, neque habent, neque habere cupiunt. nam cum ego presbytero illi decem nummos aureos detulissem, refugit, altiore consi- C lio protestatus, Ecclesiam auro non instrui, sed potius destrui. aliquantulum ei vestimentorum indulsimus.

VI. Quod cum ille benigne accepisset, revocantibus nos ad mare nautis, discessimus, prosperoque cursu septimo die Alexandriam pervenimus, ubi fœda inter episcopos atque monachos certamina gerebantur, ex ea occasione vel caussa, quia congregati in unum sæpius Sacerdotes frequentibus decrevisse Synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret aut haberet: qui tractator sacrarum scripturarum peritissimus habebatur. Sed episcopi quædam in libris ipsius insanius scripta memora- D bant, quæ adsertores ejus defendere non ausi, ab hæreticis potius fraudulenter inserta dicebant: & ideo non propter illa quæ in reprehensionem merito vocarentur, etiam reliqua esse damnanda; cum legentium fides facile posset habere discrimen, ne falsata sequeretur, & tamen catholice disputata retineret. non esse autem mirum, si in libris neotericis & recens scriptis fraus hæretica fuisset operata, quæ in quibusdam locis non timuisset incidere Evangelicam veritatem. Adversum hæc episcopi obstinatius renitentes, pro potestate cogebant recta etiam universa cum pravis & cum ipso auctore damnare: quia satis superque sufficerent libri quos Ecclesia recepisset: respuendam esse peni- E tus lectionem, quæ plus esset nocitura insipientibus, quam profutura sapientibus. Mihi autem ex illius libris quædam curiosius indaganti, admodum multa placuerunt: sed nonnulla deprehendi, in quibus illum prava sensisse non dubium est, quæ defensores ejus falsata contendunt. Ego miror unum eumdemque hominem tam diversum a se esse potuisse, ut in ea parte qua probatur, neminem post Apostolos habeat æqualem; in ea vero quæ jure reprehenditur, nemo deformius doceatur errasse.

VII. Nam cum ab episcopis excerpta in libris illius multa legerentur, quæ contra catholicam fidem scripta constaret, locus ille vel maxime parabat invidiam, in quo editum legebatur, quia Dominus Jesus, sicut pro redemtione hominis in



carne venisset, & crucem pro hominis salute perpessus, mortem pro hominis æternitate gustasset; ita esset eodem ordine passionis etiam diabolum redemturus: quia hoc bonitati illius pietatique congrueret, ut qui perditum hominem reformasset, prolapsum quoque angelum liberaret. Cum hæc atque alia istiusmodi ab episcopis proderentur, ex studiis partium orta est seditio: quæ cum reprimi Sacerdotum auctoritate non posset, sævo exemplo ad regendam Ecclesiæ disciplinam Præfectus adsumitur, cujus terrore dispersi fratres, ac per diversas oras monachi sunt fugati, ita ut propositis edictis in nulla consistere sede sinerentur. Illud me admodum permovebat, quod Hieronymus, vir maxime catholicus & sacræ legis peritissimus, Origenem secutus primo tempore putabatur, quem nunc idem præcipue, vel omnia illius scripta damnaret. nec vero ausus sum de quoquam temere judicare; præstantissimi tamen viri & doctissimi ferebantur in hoc certamine diffidere. Sed tamen sive illud error est, ut ego sentio, sive hæresis, ut putatur; non solum reprimi non potuit multis animadversionibus Sacerdotum, sed nequaquam tam late se potuisset effundere, nisi contentione crevisset. Istiusmodi ergo turbatione cum veni Alexandriam, fluctuabat. me quidem episcopus illius civitatis benigne admodum, & melius quam opinabar, excepit, & secum tenere tentavit: sed non fuit animus ibi consistere, ubi recens fraternæ cladis fervebat invidia. nam etsi fortasse videantur parere episcopis debuisse, non ob hanc tamen caussam multitudinem tantam sub Christi confessione viventem, præsertim ab episcopis, oportuisset affligi.

VIII. Igitur inde digressus, Bethleem oppidum petii, quod ab Hierosolymis sex millibus disparatur, ab Alexandria autem sedecim mansionibus abest. Ecclesiam loci illius Hieronymus presbyter regit: nam parochia est episcopi, qui Hierosolymam tenet. mihi jam pridem Hieronymus superiore illa mea peregrinatione compertus facile obtinuerat, ut nullum mihi expetendum rectius arbitrarer. vir enim præter fidei meritum dotemque virtutum, non solum latinis atque græcis, sed & hebræis etiam ita litteris institutus est, ut se illi in omni scientia nemo audeat comparare. Miror autem, si non & vobis per multa quæ scripsit opera compertus est, cum per totum orbem legatur. Nobis vero, Gallus inquit, nimium nimiumque compertus est. nam ante hoc quinquennium quemdam illius libellum legi, in quo tota nostrorum natio monachorum ab eo vehementissime vexatur & carpitur. unde interdum Belgicus noster valde irasci solet, quod dixerit, nos usque ad vomitum solere satiari. Ego autem illi viro ignosco; atque ita sentio, de orientalibus illum potius monachis quam de occidentalibus disputasse. nam edacitas in Græcis gula est, in Gallis natura. Tum ego, scholastice, inquam, Galle defendis gentem tuam. sed quæso te, liber iste numquid hoc solum vitium damnat in monachis? Immo vero, inquit, nihil penitus omisit, quod non carperet, laceraret, exponeret: præcipue avaritiam, nec minus vanitatem insectatus est. multa de superbia, non pauca de superstitione disseruit. vere fatebor, pinxisse mihi videtur vitia multorum.

IX. Ceterum de familiaritatibus virginum & monachorum, atque etiam clericorum, quam vera, quam fortia disputavit! unde a quibusdam, quos nominare nolo, dicitur non amari. nam sicut Belgicus noster irascitur, edacitatis nimiæ nos notatos, ita illi fremere dicuntur, cum in illo opusculo scriptum legunt: Cælibem spernit virgo germanum, fratrem quærit extraneum. Ad hæc ego, Nimium, inquam, Galle progrederis: cave ne & te aliquis, qui hæc fortassis agnoscit, exaudiat, teque una cum Hieronymo incipiat non amare. nam quia scholasticus es, non immerito te versu Comici illius admonebo: Obsequium amicos, veritas odium parit. Tua nobis potius, ut cœperas, Postumiane, repetatur orientalis oratio. Ego, inquit, ut dicere institueram, apud Hieronymum sex mensibus fui: cui jugis adversum malos pugna perpetuumque certamen concivit odia perditorum: oderunt eum hæretici, quia eos impugnare non desinit: oderunt clerici, quia vitam eorum insectatur & crimina. sed plane eum boni omnes admirantur & diligunt: nam qui eum hæreticum esse arbitrantur, insaniunt. vere dixerim, catholica hominis scientia, sana doctrina est. totus semper in lectione, totus in libris est: non die, non nocte requiescit, aut legit aliquid semper, aut scribit. quod nisi mihi fuisset fixum animo & promissum, Deo teste, propositam eremum adire, vel exigui temporis punctum a tanto viro discedere noluissem. Huic ergo traditis atque commissis omnibus meis, omnique familia, quæ me contra voluntatem animi mei secuta tenebat implicitum, exoneratus quodammodo gravi fasce penitus ac liber, regressus Alexandriam, visitatis ibi fratribus, ad superiorem inde Thebaidam, id est ad Ægypti extrema contendi. ibi enim vastæ patentis eremi solitudines plurimum ferebantur habere monachorum. Longum est, si omnia cupiam referre quæ vidi: tamen pauca perstringam e pluribus.

X. Haud longe ab eremo, contigua Nilo multa sunt monasteria. habitant uno loco plerumque centeni: quibus summum jus est, sub abbatis imperio vivere, nihil arbitrio suo agere, per omnia ad nutum illius potestatemque pendere. ex his, si qui majorem virtutem mente conceperint, ut acturi solitariam vitam se ad eremum conferant, non nisi permittente abbate discedunt. hæc illorum prima virtus est, parere alieno imperio. transgressis ad eremum, abbatis illius ordinatione panis vel quilibet cibus alius ministratur. Casu per illos dies quibus illo adveneram, cuidam qui nuper ad eremum secesserat, neque amplius ab hoc monasterio quam sex millibus tabernaculum sibi constituerat, panem abbas per duos pueros miserat, quorum major habebat ætatis annos quindecim, minor duodecennis erat. His ergo inde redeuntibus aspis miræ magnitudinis fit obviam, cujus occursu nihil perterriti, ubi ante pedes eorum venit, quasi incantata carminibus, cærula colla deposuit. minor e pueris manu apprehensam ac pallio involutam ferre cœpit: deinde monasterium quasi victor ingressus in occursum fratrum, inspectantibus cunctis, captivam bestiam resoluto pallio non sine jactantiæ tumore deposuit. Sed cum infantium fidem atque virtutem ceteri prædicarent, abbas ille altiori consilio, ne infirma ætas insolesceret, virgis utrumque compescuit, multum objurgatos, cur ipsi quod per eos Dominus operatus fuerat, prodidissent. ejus illud non suæ fidei, sed divinæ fuisse virtutis: discerent potius, Deo in humilitate servire, non in signis & virtutibus gloriari: quia melior esset infirmitatis conscientia virtutum vanitate.

XI. Hoc ubi ille monachus audivit, & periclitatos infantulos serpentis occursu, & ipsos insuper

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

multa verbera victo serpente meruisse; abbatem A obsecrat, ne sibi post hæc panis ullus aut cibus aliquis mitteretur. Jamque octavus dies fuerat emensus, quo se homo Christi intra periculum famis ipse concluserat. arebant membra jejunio, sed deficere mens cælo intenta non poterat: corpus inedia fatiscebat, fides firma durabat. cum interim admonitus abbas ille per spiritum, ut discipulum visitaret, pia solicitudine cognoscere cupiens, qua vitæ substantia vir fidelis aleretur, qui ministrari sibi panem ab homine noluisset; ad requirendum eum ipse proficiscitur. Ille ubi eminus senem venire conspexit, occurrit, agit gratias, ducit ad cellulam. cum ingressi pariter ambo, conspiciunt palmiciam sportam, calido pane congestam, foribus affixam de poste pendere. Ac primum calidi panis odor sentitur; tactu vero ac si ante paullulum focis esset ereptus, ostenditur. Ægyptii tamen panis forma non cernitur. Obstupefacti ambo munus cæleste cognoscunt. cum ille hoc abbatis adventui præstitum fateretur, abbas vero illius fidei ac virtuti id potius adscriberet; ita ambo cælestem panem cum multa exsultatione fregerunt. quod cum senex ad monasterium post regressus fratribus retulisset, tantus omnium incenderat ardor animos, ut certatim ad eremum & sacras solitudines ire properarent, miseros se fatentes, qui diutius in congregatione multorum, ubi humana esset patienda conversatio, resedissent.

XII. In hoc monasterio duos ego senes vidi, qui jam per quadraginta annos ibi degere, ita ut numquam inde discesserint, ferebantur. quorum prætereunda mihi commemoratio non videtur: siquidem id de eorum virtutibus, & abbatis ipsius testimonio & omnium fratrum audierim sermone celebrari, quod unum eorum sol numquam vidisset epulantem, alterum vidiset iratum numquam. Ad hæc Gallus me intuens: O si vester ille (nolo nomen edicere) nunc adesset, vellem admodum istud audiret exemplum: quem in multorum sæpe personis nimium experti sumus vehementer irasci: sed tamen, quia inimicis suis, quantum audio, nuper ignovit, si istud audiret, magis magisque proposito confirmaretur exemplo, præclaram esse virtutem iracundia non moveri. nec vero inficiabor justas illi caussas irarum fuisse: sed ubi durior pugna, ibi gloriosior est corona: unde quemdam, si agnoscis, censeo jure laudandum, quod cum eum libertus deseruerit ingratus, misertus est potius quam insectatus abeuntem. sed neque illi irascitur, a quo videtur abductus. Ego autem: Nisi istud vincendæ iracundiæ Postumianus prodidisset exemplum, graviter irascerer discessione fugitivi: sed quia irasci non licet, tota istorum commemoratio quæ nos compungit, abolenda est. te inquam, Postumiane, te potius audiamus. Faciam, inquit, *Sulpici*, quod præcipis, quatenus tam studiosos audiendi esse vos video. sed mementote, quia non sine fenore istum apud vos depono sermonem: libens præsto quod poscitis, dummodo paullo post quod poposcero non negetis. Nos vero, inquam, nihil habemus, in quo tibi mutuum vel sine fenore restituere possimus. sed temen quidquid putaveris, imperato, dummodo, ut cœperas, desideriis nostris satisfacias: valde enim nos tua delectat oratio. Nihil, inquit Postumianus, vestra studia fraudabo: & quia eremitæ unius incipientis agnovistis virtutem, referam adhuc vobis pauca de plurimis.

XIII. Ergo ubi prima eremi ingressus sum, duodecim fere a Nilo millibus (habebam autem unum e fratribus ducem, locorum peritum) pervenimus ad quemdam senem monachum sub radice montis habitantem. ibi, quod in illis locis rarissimum est, puteus erat. bovem unum habebat, cujus hic erat totus labor, impulsa rotali machina aquam producere: nam fere mille aut amplius pedum profundum putei ferebatur. hortus illic erat multis oleribus copiosus: id quidem contra naturam eremi, ubi omnia arentia, exusta solis ardoribus, nullius umquam seminis vel exiguam radicem ferunt. verum hoc sancto illi labor cum pecore communis, & propria præstabat industria: frequens enim irrigatio aquarum tantam pinguedinem arenis dabat, ut mirum in modum virere atque fructificare horti B illius olera videremus. ex iis igitur una cum domino bos ille vivebat: nobis quoque ex ea copia cœnam sanctus dedit. Ibi vidi, quod vos Galli forte non credetis, ollam cum oleribus quæ nobis in cœnam præparabantur, sine igne feruere: tanta vis solis est, ut quibuslibet coquis etiam ad Gallorum pulmenta sufficiat. Post cœnam autem jam inclinante vespera invitat nos ad arborem palmam, cujus interdum pomis uti solebat, quæ fere duobus millibus aberat: nam hæ tantum in eremo arbores, licet raro, habentur tamen. quod utrum solers antiquitas procuraverit, an soli natura gignat, ignoro: nisi si Deus præscius habitandam quandoque a sanctis eremum, hæc servis C suis paraverit. ex majore enim parte, qui intra illa secreta consistunt, cum alia ibi germina nulla succedant, istarum arborum pomis aluntur. Ergo ubi ad illam ad quam nos humanitas nostri hospitis ducebat, arborem pervenimus, leonem ibi offendimus: quo viso, ego & ille dux meus intremuimus; sanctus vero ille incunctanter accessit: nos, licet trepidi, secuti sumus. fera paullulum (ut cerneres imperatam a Deo) modesta secessit & constitit, dum ille attigua ramis humilioribus poma decerperet: cumque plenam palmulis manum obtulisset, accurrit bestia, accepitque tam libere quam nullum animal domesticum: & cum comedisset, abscessit. nos hæc intuentes & D adhuc trementes, facile potuimus expendere, quanta in illo fidei virtus & quanta in nobis esset infirmitas.

XIV. Alium æque singularem virum vidimus, parvo tugurio, in quo non nisi unus recipi posset, habitantem. de hoc illud ferebatur, quod lupa ei solita erat adstare cœnanti, nec facile umquam bestia falleretur, quin illi ad legitimam horam refectionis occurreret, & tamdiu pro foribus exspectaret, donec ille panem qui cœnulæ superfuisset, offerret: illam manum ejus lambere solitam: atque ita quasi impleto officio & præstita consolatione discedere. Sed forte accidit, ut sanctus ille, dum E fratrem qui ad eum venerat deducit abeuntem, diutius abesset, & non nisi sub nocte remearet. Interim bestia ad consuetudinarium illud cœnæ tempus occurrit. vacuam cellulam, cum familiarem patronum abesse sentiret, ingressa, curiosius explorans, ubinam esset habitator. Casu contigua cum panibus quinque palmicia sportella pendebat. ex his unum præsumit & devorat, deinde perpetrato scelere discedit. Regressus eremita videt sportulam dissolutam, non constante panum numero. damnum rei familiaris intelligit, ac prope limen panis absumti fragmenta cognoscit. sed non erat incerta suspicio, quæ furtum persona fecisset. Ergo cum sequentibus diebus secundum consuetudinem bestia non venisset (nimirum audacis facti conscia, ad eum venire dissimulans, cui fecisset injuram) ægre pa-

tiebatur eremita, se alumnæ solatio destitutum. postremo illius oratione revocata, septimum post diem adfuit, ut solebat ante, cœnanti. Sed (ut facile cerneres verecundiam pœnitentis) non ausa propius accedere, dejectis in terram profundo pudore luminibus (quod palam licebat intelligi) quamdam veniam precabatur. quam illius confusionem eremita miseratus, jubet eam propius accedere, ac manu blanda caput triste permulcet: dein pane duplicato ream suam reficit. ita indulgentiam consecuta, officii consuetudinem deposito mærore reparavit. Intuemini, quæso, Christi etiam in hac parte virtutem, cui sapit omne quod brutum est, cui mite est omne quod sævit. lupa præstat officium, lupa furti crimen agnoscit, lupa conscio pudore confunditur: vocata adest, caput præbet, & habet sensum indultæ sibi veniæ, sicut pudorem gessit errati. tua hæc virtus Christe, tua sunt hæc Christe miracula. etenim quæ in tuo nomine operantur servi tui, tua sunt: & in hoc ingemiscimus, quod majestatem tuam feræ sentiunt, homines non verentur.

XV. Ne cui autem hoc incredibile forte videatur, majora memorabo. Fides Christi adest, me nihil fingere, neque incertis auctoribus vulgata narrare: sed quæ mihi per fideles viros comperta sunt, explicabo. Habitant plerique in eremo sine ullis tabernaculis, quos Anachoretas vocant. vivunt herbarum radicibus: nullo umquam certo loco consistunt, ne ab hominibus frequententur: quas nox coegerit, sedes habent. Ad quemdam igitur hoc ritu atque hac lege viventem duo ex Nitria monachi, licet longe diversa regione, tamen quia olim ipsis in monasterii conversatione carus & familiaris fuisset, auditis ejus virtutibus tetenderunt: quem diu multumque quæsitum, tandem mense septimo repererunt in extremo illo deserto quod est *Blembis* contiguum, demorantem: quas ille solitudines jam per annos duodecim dicebatur habitare. qui licet omnium hominum vitaret occursus, tamen agnitos non refugit, seque carissimis per triduum non negavit. Quarto die aliquantulum progressus, cum prosequeretur abeuntes, leænam miræ magnitudinis ad se venire cospiciunt. bestia, licet tribus repertis, non incerta quem peteret, anachoretæ pedibus advolvitur, & cum fletu quodam & lamentatione procumbens indicabat gementis pariter & rogantis affectum. movit omnes, & præcipue illum qui se intellexerat expetitum. præcedentem sequuntur: nam præiens, & subinde restitans subinde respectans, facile poterat intelligi, id eam velle, ut quo illa ducebat, anachoreta sequeretur. Quid multis? ad speluncam bestiæ pervenitur, ubi illa adultos jam quinque catulos male feta nutriebat: qui ut clausis luminibus ex alvo matris exierant, cæcitate perpetua tenebantur. quos singulos de rupe prolatos ante anachoretæ pedes mater exposuit. Tum demum Sanctus animadvertit quid bestia postularet, invocatoque Dei nomine, contrectavit manu lumina clausa catulorum: ac statim cæcitate depulsa, apertis oculis bestiarum diu negata lux patuit. Ita fratres illi, anachoreta quem desiderabant visitato, cum admodum fructuosa laboris sui mercede redierunt: qui in testimonium tantæ virtutis admissi, fidem Sancti & gloriam Christi, quæ per ipsos esset testificanda, vidissent. Mira dicturus sum: leænam post dies quinque ad auctorem tanti beneficii revertisse, eidemque inusitatæ feræ pellem pro munere detulisse: qua plerumque sanctus ille quasi amiculo circumtectus, non dedignatus est munus per bestiam sumere, cujus alium potius interpretabatur auctorem.


A XVI. Erat etiam alterius anachoretæ in illis regionibus nomen illustre, qui in ea parte deserti, quæ est Syenes, habitabat. hic cum primum se ad eremum contulisset, herbis herbarumque radicibus, quas prædulces interdum & saporis eximii fert arena, victurus, ignarus germinis eligendi noxia plerumque carpebat. nec erat facile vim radicum sapore discernere; quia omnia æque dulcia; sed pleraque occultiore natura virus letale cohibebant. Cum ergo edentem vis interna torqueret, & immensis doloribus vitalia universa quaterentur, ac frequens vomitus cruciatibus non ferendis ipsam animæ sedem stomacho jam fatiscente dissolveret; omnia penitus quæ essent edenda formidans, septi-
B mum in jejuniis diem spiritu deficiente ducebat. Tum ad eum fera, cui Ibicis est nomen, accessit. huic propius adstanti fasciculum herbarum quem collectum pridie attingere non audebat, objecit: sed fera quæ virulenta erant ore discutiens, quæ innoxia noverat eligebat. ita vir sanctus ejus exemplo quid edere, quid respuere deberet edoctus, & periculum famis evasit, & herbarum venena vitavit. Sed longum est de omnibus qui eremum incolunt, comperta nobis vel audita memorare. Annum integrum & septem fere menses intra solitudines constitutus exegi, magis virtutis admirator alienæ, quam quod ipse tam arduum atque difficile potuerim tentare propositum. sæpius tamen cum
C sene illo qui puteum & bovem habebat, habitavi.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

XVII. Duo beati Antonii monasteria adii, quæ hodieque ab ejus discipulis incoluntur. ad eum etiam locum in quo beatissimus Paullus primus eremita est diversatus, accessi. rubrum mare vidi: jugum Sina montis adscendi, cujus summum cacumen cælo pæne contiguum nequaquam adiri potest. Inter hujus recessus anachoreta esse aliquis ferebatur, quem diu multumque quæsitum videre non potui, qui fere jam ante quinquaginta annos a conversatione humana remotus, nullo vestis usu, setis corporis sui tectus, nuditatem suam divino munere nesciebat. Hic quoties eum religiosi viri adire
D voluerunt, cursu avia petens, congressus vitabat humanos. uni tantummodo ferebatur se ante quinquennium præbuisse, qui credo potenti fide id obtinere promeruit: cui inter multa colloquia percunctanti, cur homines tantopere vitaret, respondisse perhibetur, eum qui ab hominibus frequentaretur, non posse ab angelis frequentari. unde non immerito recepta opinione multorum fama vulgaverat, Sanctum illum ab angelis visitari. Ego autem a Sina monte digressus ad Nilum flumen regressus sum, cujus ripas frequentibus monasteriis confertas utraque ex parte lustravi. plerumque vidi, ut dudum dixeram, uno in loco habitare centenos: sed & bina & terna millia in iisdem vi-
E culis degere constabat. Nec sane ibi minorem putetis diversantium in multitudine monachorum esse virtutem, quam eorum esse cognoscitis qui se ab humanis cœtibus removerunt. Præcipua, ut jam dixeram, ibi virtus & prima est obedientia: neque aliter adveniens a monasterii abbate suscipitur, quam qui tentatus prius fuerit & probatus, nullum umquam recusaturus, quamlibet arduum ac difficile indignumque toleratu, abbatis imperium.

XVIII. Duo vobis referam incredibilis obedientiæ admodum magna miracula, licet suppetant plura recolenti: sed ad excitandam virtutum æmulationem, cui pauca non sufficiunt, multa non proderunt. Ergo cum quidam sæculi actibus abdicatus, monasterium magnæ dispositionis ingressus suscipi

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



se rogaret; abbas ei cœpit multa proponere, graves esse istius disciplinæ labores, sua vero dura imperia, quæ nullius facile valeret implere patientia: aliud potius monasterium, ubi facilioribus legibus viveretur, expeteret: non tentaret aggredi quod implere non posset. Ille vero nihil his terroribus permoveri, sed magis ita omnem obedientiam polliceri, ut, si eum abbas in ignem ire præciperet, non recusaret intrare. quam illius professionem ubi magister accepit, non cunctatus probare profitentem. Casu clibanus propter ardebat, qui multo igne succensus coquendis panibus parabatur. exundabat abruptis flamma fornacibus, & intra camini illius concava totis habenis regnabat incendium. hunc igitur advenam illum jubet magister intrare: nec distulit parere præcepto: medias flammas nihil cunctatus ingreditur; quæ mox tam audaci fide victæ, velut illis quondam Hebræis pueris, cessere venienti. superata natura est, fugit incendium: & qui putabatur arsurus, velut frigido rore perfusum se ipse miratus est. Sed quid mirum, si tuum, Christe, tironem ignis ille non attigit, ut nec abbatem pigeret dura mandasse, nec discipulum pœniteret imperio paruisse? qui eo quo advenerat die, dum tentaretur infirmus, perfectus inventus est. merito felix, merito gloriosus: probatus obedientia, glorificatus est passione.

XIX. In eodem autem monasterio factum id quod dicturus sum, recenti memoria ferebatur. Quidam itidem ad eumdem abbatem recipiendus advenerat. cum prima ei lex obedientiæ poneretur, ac perpetem polliceretur ad omnia vel extrema patientiam; casu abbas storacinam virgam jampridem aridam manu gerebat. hanc solo figit, atque illi advenæ id operis imponit, ut tamdiu virgulæ aquam irriguam ministraret, donec, quod contra omnem naturam erat, lignum aridum in solo arente viresceret. subjectus advena duræ legis imperio, aquam propriis humeris quotidie convehebat, quæ a Nilo flumine per duo fere millia petebatur. jamque emenso anni spatio, labor non cessabat operantis, & de fructu operis spes esse non poterat: tamen obedientiæ virtus in labore durabat. sequens quoque annus laborem jam adfecti fratris eludit. tertio demum succedentium temporum labente curriculo, cum neque noctu neque interdiu aquarius ille cessaret operator, virga floruit. Ego ipse ex illa virgula arbusculam vidi, quæ hodieque in atrio monasterii ramis virentibus quasi in testimonium manens, quantum obedientia meruit, & quantum fides possit, ostendit. Sed me dies ante deficiet, quam diversa miracula quæ mihi de virtutibus Sanctorum sunt comperta, consummem.

XX. Duo vobis adhuc præclara memorabo: quorum unum egregium erit adversus inflationem miseræ vanitatis exemplum, alterum adversus falsam justitiam non mediocre documentum. Quidam ergo Sanctus, fugandorum de corporibus obsessis dæmonum incredibili præditus potestate, inaudita per singulos dies signa faciebat. non solum enim præsens, neque verbo tantum, sed absens quoque interdum, cilicii sui fimbriis aut epistolis missis, corpora obsessa curabat. hic ergo mirum in modum frequentabatur a populis ex toto ad eum orbe venientibus. taceo de minoribus: Præfecti Comitesque, ac diversarum judices potestatum pro foribus illius sæpe jacuerunt. episcopi quoque sanctissimi, sacerdotali auctoritate deposita, contingi se ab eo atque benedici humiliter postulantes, sanctificatos se ac divino munere illustratos, quoties manum illius ve-

A stemque contigerant, non immerito crediderunt. hic ferebatur omni potu in perpetuum penitus abstinere, ac pro cibo (tibi Sulpici in aurem loquar, ne Gallus hoc audiat) septem tantum caricis sustentari. interea sancto viro, ut ex virtute honor, ita ex honore vanitas cœpit obrepere. quod malum ille ubi primum potuit in se sentire grassari, diu multumque discutere conatus est: sed repelli penitus vel tacita conscientia vanitatis, perseverante virtute, non potuit. ubique nomen ejus dæmones fatebantur: excludere a se confluentium populos non valebat. virus interim latens serpebat in pectore, & cujus nutu ex aliorum corporibus dæmones fugabantur, se ipsum occultis cogitationi-

B bus vanitatis purgare non poterat. totis igitur precibus conversus ad Dominum fertur orasse, ut permissa in se mensibus quinque diabolo potestate, similis his fieret quos ipse curaverat. Quid multis morer? ille præpotens, ille signis atque virtutibus toto Oriente vulgatus, ille ad cujus limina populi ante confluxerunt, ad cujus fores summæ istius sæculi se prostraverant potestates, correptus a dæmone est; tentus in vinculis. omnia illa quæ energumeni solent ferre, perpessus, quinto demum mense purgatus est non tantum dæmone, sed, quod illi erat utilius atque optatius, vanitate.

XXI. Sed mihi ista replicanti nostra infelicitas,

C nostra occurrit infirmitas. quis enim nostrum est, quem si unus homunculus humilis salutaverit, aut fatuis atque adulantibus verbis femina una laudaverit, non continuo elatus sit superbia, non statim inflatus sit vanitate? ut etiamsi non habeat conscientiam sanctitatis, tamen, quia vel stultorum adulatione aut fortassis errore sanctus esse dicatur, sanctissimum se putabit. jam vero si ei munera crebra mittantur, Dei se munificentia adseret honorari, cui dormienti atque resoluto necessaria conferantur. quod si vel de modico ei aliqua virtutis signa successerint, angelum se putaret. ceterum cum neque opere neque virtute conspicuus sit, si quis clericus fuerit effectus, dilatat continuo fimbrias

D suas, gaudet salutationibus, inflatur occursionibus, ipse etiam ubique discurrit: & qui ante pedibus aut asello ire consueverat, spumante equo superbus invehitur: parva prius ac vili cellula contentus habitare, erigit celsa laquearia, construit multa conclavia, sculpit ostia, pingit armaria, vestem respuit grossiorem, indumentum molle desiderat, atque hæc caris viduis ac familiaribus mandat tributa virginibus; illa ut byrrhum rigentem, hæc ut fluentem texat lacernam. Verum hæc describenda mordacius beato viro Hieronymo relinquamus: ad propositum revertamur. Tu vero, inquit Gallus meus, nescio quid Hieronymo reliqueris disputandum: ita breviter universa nostrorum instituta com-

E plexus es, ut pauca hæc tua verba, si æquanimiter acceperint & patienter expenderint, multum eis arbitrer profutura, ut non indigeant libris posthæc Hieronymi coerceri. Sed tu illa potius evolve quæ cœperas, & illud quod adversus falsam justitiam dicturum te esse promiseras, prode documentum: nam, ut vere tibi fatear, nullo perniciosius malo intra Gallias laboramus. Ita faciam, Postumianus inquit, nec te diutius tenebo suspensum.

XXII. Adolescens quidam ex Asia prædives opibus, genere clarus, habens uxorem & filium parvulum, cum in Ægypto tribunus esset, & frequentibus adversum Blembos expeditionibus quædam eremi contigisset, Sanctorum etiam tabernacula complura vidisset, a beato viro Joanne verbum sa-

lutis accepit . nec moratus inutilem militiam cum vano illo honore contemnere , eremum conſtanter ingreſſus , brevi tempore in omni genere virtutum perfectus emicuit. potens jejuniis , humilitate conſpicuus , fide firmus , facile ſe antiquis monachis ſtudio virtutis æquaverat; cum interim ſubiit eum cogitatio, injecta per diabolum, quod rectius eſſet ut rediret ad patriam , filiumque unicum ac domum totam cum uxore ſalvaret: quod utique eſſet acceptius Deo , quam ſi ſolum ſe ſæculo eripere contentus , ſalutem ſuorum non ſine impietate negligeret. Iſtiuſmodi ergo falſæ juſtitiæ colore ſuperatus, poſt quadriennium fere cellulam ſuam atque propoſitum eremita deſeruit. ſed ubi ad proximum monaſterium, quod a multis fratribus habitabatur, acceſſit , cauſſam diſceſſionis atque conſilium quærentibus confitetur. renitentibus cunctis , & præcipue loci illius abbate renitente , male animo fixa ſententia non potuit avelli : igitur infelici ſe obſtinatione proripiens , cum dolore omnium digreſſus eſt a fratribus. vix e conſpectu abſceſſerat, impletur a dæmone , cruentaſque ſpumas ore provolvens, ſuis dentibus ſe ipſe lacerabat. deinde ad idem monaſterium fratrum humeris reportatus , cum coerceri in eo immundus ſpiritus non valeret , neceſſitate cogente, ferreis nexibus alligatur , pedes cum manibus vinciuntur : non immerita pœna fugitivo , ut quem non cohibuerat fides , catenæ cohiberent . Poſt biennium demum oratione Sanctorum ab immundo ſpiritu liberatur , ad eremum unde diſceſſerat, mox regreſſus eſt , & ipſe correptus, & aliis poſt futurus exemplo , ne quem aut falſæ juſtitiæ umbra decipiat , aut incerta mobilitas inutili levitate compellat ſemel cœpta deſerere . Hæc vos de virtutibus Domini , quas in ſervis ſuis vel imitanda operatus eſt vel timenda , ſcire ſufficiat. Sed quia ſatisfeci veſtris auribus , immo etiam verboſior fui fortaſſe quam debui, tu modo ( ad me autem loquebatur ) debitum fenus exſolve , ut te de Martino tuo , ut es ſolitus , plura referentem , jam pridem in hoc deſideriis meis æſtuantibus, audiamus.

XXIII. Quid? inquam: tibi de Martino meo liber ille non ſufficit , quem ipſe tu noſti me de illius vita atque virtutibus edidiſſe? Agnoſco id quidem , Poſtumianus inquit, neque umquam a dextera mea liber ille diſcedit. nam ſi agnoſcis, ( aperit librum qui veſte latebat ) en ipſum. hic mihi, inquit, terra ac mari comes, hic in peregrinatione tota ſocius & conſolator fuit. Sed referam tibi plane , quo liber iſte penetraverit , & quam nullus fere in orbe terrarum locus ſit , ubi non materia tam felicis hiſtoriæ pervulgata teneatur . primus eum Romanæ urbi vir ſtudioſiſſimus tui Paullinus invexit: deinde cum tota certatim urbe raperetur, exſultantes librarios vidi , quod nihil ab his quæſtuoſius haberetur : ſiquidem nihil illo promtius, nihil carius venderetur. Hic navigationis meæ curſum longe ante prægreſſus, cum ad Africam veniſſem , jam per totam Carthaginem legabatur. ſolus eum Cyrenenſis ille presbyter non habebat : ſed me largiente deſcripſit. nam quid ego de Alexandria loquar? ubi pæne omnibus magis quam tibi notus eſt. hic Ægyptum, Nitriam, Thebaidam ac tota Memphitica regna tranſivit. hunc ego in eremo a quodam ſene legi vidi : cui cum me familiarem tuum eſſe dixiſſem , & ab illo & a multis fratribus hæc mihi injuncta legatio eſt, ut, ſi umquam terras iſtas te incolumi contigiſſem , ea te ſupplere compellerem quæ in illo tuo libro de vir-

A tutibus beati viri profeſſus es præteriſſe . Age ergo, quia non illa a te audire deſidero quæ ſcripta ſufficiunt, illa quæ tum vel propter legentium, ut credo, faſtidium præteriſti, multis id una mecum a te poſcentibus explicentur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

XXIV. Equidem Poſtumiane , inquam , cum te jamdudum de Sanctorum virtutibus intentus audirem , tacitis ad Martinum meum cogitationibus recurrebam, merito perſpiciens omnia illa quæ ſinguli diverſa feciſſent , per unum iſtum facile completa. Nam cum excelſa retuleris ( quod mihi dixiſſe liceat pace Sanctorum ) nihil a te penitus audivi , in quo Martinus eſſet inferior . ſed ſicut
B nullius umquam cum illius viri meritis profiteor conferendam eſſe virtutem, ita & illud animadverti decet, iniqua illum cum eremitis vel etiam anachoretis conditione conferri . illi enim ab omni impedimento liberi, cælo tantum atque angelis teſtibus , plane admirabilia docentur operari: iſte in medio cœtu & converſatione populorum, inter clericos diffidentes , inter epiſcopos ſævientes , cum fere quotidianis ſcandalis hinc atque inde premeretur , inexpugnabili tamen adverſus omnia virtute fundatus ſtetit , & tanta operatus eſt , quanta ne illi quidem quos a te audivimus eſſe in eremo vel fuiſſe , fecerunt. ac ſi illi paria feciſſent , quis judex tam eſſet injuſtus, ut non iſtum eſſe potiorem
C merito judicaret? Puta enim iſtum fuiſſe militem qui pugnaverit in iniquo loco , & tamen victor evaſerit; illos autem æque compone militibus, ſed qui ex æquo loco aut etiam de ſuperiore certaverint : quid ergo? etſi omnium una victoria eſt, non poteſt omnium eſſe par gloria. & tamen cum præclara retuleris, a nemine retuliſti mortuum ſuſcitatum : quo uno utique te neceſſe eſt confiteri Martino neminem conferendum.

XXV. Nam ſi admirandum eſt, quod illum Ægyptium flamma non attigit; hic quoque ſæpius imperavit incendiis . ſi revolvas quod anachoretis feritas beſtiarum victa ſuccubuit ; hic familiariter &
D rabiem beſtiarum & ſerpentium venena compeſcuit. quod ſi illum conferas qui immundis ſpiritibus obſeſſos verbi imperio ac etiam fimbriarum virtute curabat ; ne in hac quidem parte inferiorem fuiſſe Martinum multa documenta ſunt . ſi etiam ad illum recurras qui ſetis ſuis pro veſte contectus putabatur ab angelis viſitari ; cum iſto angeli quotidie loquebantur . jam vero adverſus vanitatem atque jactantiam ita invictum ſpiritum geſſit, ut illa vitia fortius nemo contemſerit ; cum quidem immundis ſpiritibus afflatos abſens plerumque curaverit , nec ſolum Comitibus aut Præfectis , ſed ipſis etiam Regibus imperaret. minimum id quidem in illius virtutibus: ſed credas velim , non ſolum va-
E nitati , ſed cauſſis etiam atque occaſionibus vanitatis neminem fortius repugnaſſe. Parva quidem, ſed non prætereunda dicturus ſum : quia & ille laudandus eſt, qui ſumma præditus poteſtate tam religioſam ad reverentiam beati viri oſtenderit voluntatem. memini Vincentium Præfectum , virum egregium & quo nullus ſit intra Gallias omni virtutum genere præſtantior , dum Turonos præteriret , a Martino ſæpius popoſciſſe, ut ei convivium in ſuo monaſterio daret ( in quo quidem exemplum beati Ambroſii epiſcopi præferebat , qui eo tempore Conſules & Præfectos ſubinde paſcere ferebatur ) ſed virum altioris ingenii , ne qua ex hoc vanitas atque inflatio obreperet , noluiſſe . Ergo fatearis neceſſe eſt, in Martino omnium illorum quos enu-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

meraſti, fuiſſe virtutes; Martini autem in illis omnibus non fuiſſe.

XXVI. Quid tu, inquit Poſtumianus, ita mecum? quaſi non eadem tecum ſentiam ſemperque ſenſerim. Ego vero quoad vivam ſemper & ſapiam, Ægypti monachos prædicabo, laudabo anachoretas, mirabor eremitas; Martinum ſemper excipiam: non illi ego quemquam audebo monachorum, certe non epiſcoporum quempiam comparare. hoc Ægyptus fatetur, hoc Syria, hoc Æthiops comperit, hoc Indus audivit, hoc Parthus & Perſa noverunt, nec ignorat Armenia, Boſporus excluſa cognovit, & poſtremo ſi quis aut fortunatas inſulas, aut glacialem frequentat oceanum. quo miſerior eſt regio iſta noſtra, quæ tantum virum, cum in proximo habuerit, noſſe non meruit. Nec tamen huic crimini miſcebo populares: ſoli illum clerici, ſoli neſciunt Sacerdotes. nec immerito noſſe illum invidi noluerunt: quia ſi virtutes illius noſſent, ſua vitia cognoviſſent. Horreo dicere quod nuper audivi, infelicem dixiſſe neſcio quem, te in illo libro tuo plura mentitum. non eſt hominis vox iſta, ſed diaboli; nec Martino in hac parte detrahitur, ſed fides Evangeliis derogatur. nam cum Dominus ipſe teſtatus ſit, iſtiuſmodi opera quæ Martinus implevit, ab omnibus fidelibus eſſe facienda; qui Martinum non credit iſta feciſſe, non credit Chriſtum iſta dixiſſe. ſed infelices, degeneres, ſomnolenti, quæ ipſi facere non poſſunt, facta ab illo erubeſcunt: & malunt illius negare virtutes, quam ſuam inertiam confiteri. Verum nobis ad alia properantibus omnis iſtorum memoria relinquatur: tu potius, ut jamdudum deſidero, reſidua Martini opera contexe. At ego, inquam, arbitror rectius iſtud a Gallo eſſe poſcendum, quippe qui plura noverit (neque enim ignorare potuit magiſtri facta diſcipulus) & qui non immerito iſtam vicem non ſolum Martino, ſed etiam nobis A debeat; ut, quia ego jam librum edidi, ac tu hactenus Orientalium geſta memoraſti, iſtam demum neceſſarii ſermonis hiſtoriam Gallus evolvat: quia, ut dixi, & nobis debet loquendi vicem, & Martino ſuo, credo, præſtabit ut non gravate illius facta commemoret. Ego plane, inquit Gallus, licet impar ſim tanto oneri, tamen relatis ſuperius a Poſtumiano obedientiæ cogor exemplis, ut munus iſtud quod imponitis, non recuſem. ſed dum cogito, me hominem Gallum inter Aquitanos verba facturum, vereor ne offendat veſtras nimium urbanas aures ſermo ruſticior. audietis me tamen ut Gurdonicum hominem, nihil cum fuco aut cothurno loquentem. nam ſi mihi tribuitis Marti- B ni me eſſe diſcipulum, illud etiam concedite, ut mihi liceat exemplo illius inanes ſermonum phaleras & verborum ornamenta contemnere. Tu vero, inquit Poſtumianus, vel Celtice; aut, ſi mavis, Gallice loquere, dummodo jam Martinum loquaris. ego autem profiteor, quia, etiamſi mutus eſſes, non defutura tibi verba, quibus Martinum quamvis facundo ore loquaris; ſicut Zachariæ in Joannis nomine lingua reſoluta eſt. Ceterum cum ſis ſcholaſticus artificioſe facis, ut excuſes imperitiam, quia exuberas eloquentia. ſed neque monachum tam aſtutum, neque Gallum decet eſſe tam callidum. Verum aggredere potius, & quod te manet explica: nimium enim dudum alias res agen- C tes conſumimus tempus; & jam ſolis occidui umbra prolixior monet, non multum diei vicina nocte ſupereſſe. Deinde cum paullulum omnes conticuiſſemus, Gallus ita cœpit: Cavendum mihi in primis eſſe arbitror, ne ea de Martini virtutibus repetam, quæ in libro ſuo Sulpicius iſte memoravit. unde prima illius inter militandum geſta prætereo, neque ea attingam quæ laicus egit ac monachus: nec vero audita ab aliis potius quam quæ vidi ipſe, dicturus ſum.

# DIALOGUS II.

## Sed potius *Dialogi I. pars altera.*

I. QUo primo igitur tempore relictis ſcholis beato me viro junxi, paucos poſt dies euntem ad eccleſiam ſequebamur. interim ei ſeminudus hibernis menſibus pauper occurrit, orans ſibi veſtimentum dari. tunc ille, arceſſito archidiacono, juſſit algentem ſine dilatione veſtiri: deinde ſecretarium ingreſſus, cum ſolus, ut erat illi conſuetudo, reſideret (hanc enim ſibi etiam in eccleſia ſolitudinem permiſſa clericis libertate præſtabat; cum quidem in alio ſecretario presbyteri ſederent vel ſalutationibus vacantes, vel audiendis negotiis occupati: Martinum vero uſque in eam horam qua ſolemnia populo agi conſuetudo depoſceret, ſua ſolitudo cohibebat. Illud non prætereibo, quod in ſecretario ſedens numquam cathedra uſus eſt: nam in eccleſia nemo umquam illum ſedere conſpexit; ſicut quemdam nuper, teſtor Dominum, non ſine meo pudore vidi ſublimi ſolio & quaſi regio tribunali celſa ſede reſidentem. ſedebat autem Martinus in cellula ruſticana, ut ſunt iſtæ in uſibus ſervulorum, quas nos ruſtici Galli tripetias, vos ſcholaſtici, aut certe tu qui de Græcia venis, tripodas nuncupatis) Hoc ergo ſecretum beati viri pauper ille captatum, cum ei archidiaconus dare tunicam diſtuliſſet, irrupit, diſſimulatum ſe a clerico querens, ac algere deplorans. nec D mora: ſanctus paupere non vidente, intra amphibalum ſibi tunicam latenter educit, pauperemque contectum diſcedere jubet. dein paullo poſt archidiaconus ingreſſus admonet, pro conſuetudine exſpectare in eccleſia populum: illum ad agenda ſolemnia debere procedere. cui ille reſpondens ait, pauperem prius (de ſe autem dicebat) oportere veſtiri: ſe ad eccleſiam non poſſe procedere, niſi veſtem pauper acciperet. Diaconus vero nihil intelligens, quia extrinſecus indutum amphibalo, veſte nudum interius non videbat, poſtremo pauperem non comparere cauſſatur. Mihi, inquit, veſtis quæ præparata eſt, deferatur: pauper non deerit veſtiendus. Arta tum demum clericus neceſſitate com- E pulſus, jamque felle commoto, a proximis tabernis bigerricam veſtem, brevem atque hiſpidam quinque comparatam argenteis rapit, atque ante Martini pedes iratus exponit. En, inquit, veſtem: ſed pauper hic non eſt. Ille nihil motus, jubet eum paullulum ſtare pro foribus, ſecretum utique procurans dum ſibi veſtem nudus imponeret; totis viribus elaborans, ut poſſet occultum eſſe quod fecerat. Sed quando in ſanctis viris latent iſta? quærentibus velint nolint cuncta produntur.

II. Cum hac igitur oblaturus ſacrificium Deo ve-




ste procedit. quo quidem die (mira dicturus sum) A cum jam altarium, sicut est solemne, benediceret; globum ignis de capite illius vidimus emicare, ita ut in sublime conscendens, longum admodum crinem flamma produceret. Hoc licet celeberrimo factum die in magna populi multitudine viderimus, una tantum de virginibus, & unus de presbyteris, tres tantum videre de monachis: ceteri cur non viderint, non potest nostri esse judicii. Per idem fere tempus, cum Evanthius avunculus meus, vir licet sæculi negotiis occupatus, tamen admodum Christianus, gravissima ægritudine extremo mortis periculo cœpisset urgeri, Martinum evocavit. nec cunctatus ille properavit: prius tamen quam medium viæ spatium vir beatus evolveret, virtutem B advenientis sensit ægrotus: receptaque continuo sanitate, venientibus nobis obviam ipse processit. altera die redire cupientem magna prece detinuit; cum interim unum e familia puerum letali ictu serpens perculit: quem jam exanimem vi veneni ipse Evanthius suis humeris illatum ante pedes sancti viri, nihil illi impossibile confisus, exposuit. jamque se malum serpens per omnia membra diffuderat. cernere omnibus venis inflatam cutem, & ad utris instar tensa vitalia. Martinus porrecta manu, universa pueri membra pertractans, digitum prope ipsum vulnusculum quo bestia virus infuderat, fixit. Tum vero (mira dicturus sum) vidimus venenum ex omni parte revocatum ad Mar- C tini digitum cucurrisse: deinde per illud ulceris foramen exiguum ita virus stipasse cum sanguine, ut solet ex uberibus caprarum aut ovium pastorum manu pressis longa linea copiosi lactis effluere. puer surrexit incolumis. nos obstupefacti tantæ rei miraculo, id quod ipsa cogebat veritas, fatebamur, non esse sub cælo qui Martinum possit imitari.

III. Consequenti itidem tempore iter cum eodem, dum diœceses visitat, agebamus. nobis nescio qua necessitate remorantibus, aliquantulum ille processerat. interim per aggerem publicum plena militantibus viris fiscalis rheda veniebat: sed D ubi Martinum in veste hispida, nigro & pendulo pallio circumtectum, contigua de latere jumenta viderunt, paullulum in partem alteram pavefacta cesserunt: deinde funibus implicatis, protentos illos quibus, ut sæpe vidistis, misera illa animalia conglobantur, ordines miscuerunt; dumque ægre expediuntur, moram fecere properantibus. qua permoti injuria militantes præcipitatis in terram saltibus se dederunt: dein Martinum flagris ac fustibus urgere cœperunt; cum quidem ille mutus & incredibili patientia præbens terga cædentibus, majorem insaniam infelicibus commoveret, magis ex hoc furentes, quod ille quasi non sentiens verbera illata contemneret. nos illico consecuti, fœde cruen- E tum atque universa corporis parte laniatum, cum exanimis in terram procubuisset, invenimus: statimque eum asello suo imposuimus, ac locum cædis illius exsecrantes raptim abire properavimus. Interea illi regressi ad rhedam suam furore satiato, agi quo ire cœperant, jumenta præcipiunt. quæ cum omnia solo fixa, ac si ænea signa, riguissent; tollentibus altius vocem magistris, flagris hinc atque inde resonantibus nihil penitus movebantur. consurgunt deinde omnes pariter in verbera. consumit Gallicas mularum pœna mastigias. tota rapitur silva de proximo: trabibus jumenta tunduntur; sed nihil penitus scævæ manus agebant: uno atque eodem in loco stabant fixa simulacra. quid agerent infelices homines, nesciebant. nec jam ultra dissimulare poterant, quin quamlibet brutis pectoribus agnoscerent, divino numine se teneri. tandem ergo in se regressi, cœperunt quærere, quis ille esset quem in eodem loco ante paullulum cæcidissent; cum percunctantes cognoscunt ex viantibus Martinum a se tam crudeliter verberatum. tunc vero apparere omnibus caussa manifesta; nec ignorare jam poterant, quin ob illius viri injuriam tenerentur. igitur omnes rapidis nos passibus consequuntur: conscii audacis facti ac merito pudore confusi, flentes & pulvere quo se ipsi fœdaverant, caput atque ora conspersi, ante Martini se genua provolvunt, veniam precantes, & ut eos abire fineret, postulantes: satis se vel sola conscientia dedisse pœnarum, satisque intellexisse quam eosdem ipsos vivos absorbere terra potuisset, vel ipsi potius amissis sensibus in immobilem saxorum naturam rigescere debuissent, sicut affixa locis quibus steterant, jumenta vidissent: orare se atque obsecrare, ut indulgeret sceleris veniam, & copiam præstaret abeundi. senserat etiam, priusquam accurrerent, vir beatus illos teneri, nobisque id ante jam dixerat: veniam tamen clementer indulsit, eosdemque abire permisit animalibus restitutis.

IV. Illud autem animadverti sæpe, Sulpici, Martinum tibi dicere solitum, nequaquam sibi in episcopatu eam virtutum gratiam suppetisse, quam prius se habuisse meminisset: quod si verum est, immo quia verum est, conjicere possumus quanta fuerint illa quæ monachus operatus est, & quæ teste nullo solus exercuit, cum tanta illum in episcopatu signa fecisse sub oculis omnium viderimus. multa quidem illius prius gesta innotuere mundo, neque potuere celari: sed innumerabilia esse dicuntur quæ, dum jactantiam vitat, occultavit, neque in hominum notitiam passus est pervenire; quippe qui humanam substantiam supergressus, virtutis suæ conscientia mundi gloriam calcans, cælo teste frueretur. quod verum esse vel ex his quæ comperta nobis sunt nec latere potuerunt, possumus æstimare; siquidem ante episcopatum duos mortuos vitæ restituerit, quod liber tuus plenius est locutus; in episcopatu vero, quod prætermisisse te miror, unum tantummodo suscitaverit. cujus rei ego testis sum, si tamen nihil de minus idoneo teste dubitatis. id ipsum autem vobis qualiter gestum sit, explicabo. Fuerat caussa nescio quæ, qua Carnotum oppidum petebamus. interea, dum vicum quemdam habitantium multitudine frequentissimum præterimus, obviam nobis immanis turba processit, quæ erat tota gentilium: nam nemo in illo vico noverat Christianum. verum ad famam tanti viri campos omnes late patentes confluentium multitudo contexerat. Sensit hic Martinus operandum, & annuntiante sibi spiritu totus infremuit; nec mortale sonans, verbum Dei gentilibus prædicabat, sæpius ingemiscens cur tanta Dominum Salvatorem turba nesciret. interea (sicut nos incredibilis circumdederat multitudo) mulier quædam, cujus filius paullo ante defecerat, corpus exanime beato viro protensis manibus cœpit offerre, dicens: Scimus quia amicus Dei es: restitue mihi filium meum, quia unicus est mihi. junxit se cetera multitudo, & matris precibus acclamabat. Tum Martinus videns pro exspectantium salute, ut postea nobis ipse dicebat, consequi se posse virtutem, defuncti corpus propriis manibus accepit; & cum inspectantibus cunctis genua flexisset, ubi consumma-

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 403.




ta oratione surrexit, vivificatum parvulum matri A restituit. Tum vero multitudo omnis in cælum clamore sublato Christum Deum fateri: postremo cuncti catervatim ad genua beati viri ruere cœperunt, fideliter postulantes ut eos faceret Christianos. nec cunctatus, in medio ut erant campo, cunctos imposita universis manu catechumenos fecit, cum quidem ad nos conversus diceret, non irrationabiliter in campo catechumenos fieri, ubi solerent martyres consecrari.

V. Vicisti, inquit Postumianus, Galle, vicisti; non utique me, qui Martini sum potius adsertor, qui hæc omnia de illo viro & scivi semper & credidi; sed eremitas omnes anachoretasque vicisti. B nemo enim illorum, sicut Martinus hic vester, immo noster, mortibus imperavit: meritoque hunc iste Sulpicius apostolis comparat & prophetis, quem per omnia illis esse consimilem, fidei virtus ac virtutum opera testantur. Sed perge quæso, quamquam nihil magnificentius audire possimus, perge tamen Galle, quod etiam nunc de Martino superest sermonis evolvere. nam etiam minima illius & quotidiana animus festinat agnoscere; quia minima illius aliorum maximis majora esse nulli dubium est. Ita faciam, Gallus inquit. Verum id quod dicturus sum, ipse non vidi: prius enim gesta res est quam me illi viro jungerem: sed factum celebre est, fidelium fratrum qui interfuerant ser- C mone vulgatum. Eo fere tempore quo primum episcopus datus est, fuit ei necessitas adire Comitatum. Valentinianus tum major rerum potiebatur. is cum Martinum ea petere cognovisset quæ præstare nolebat, jussit eum palatii foribus arceri: etenim ad animum illius immitem ac superbum uxor accesserat Ariana, quæ totum illum a sancto viro, ne ei debitam reverentiam præstaret, averterat. itaque Martinus, ubi semel atque iterum superbum principem frustra adire tentavit, recurrit ad nota præsidia: cilicio obvolvitur, cinere conspergitur, cibo potuque abstinet, orationem diebus noctibusque perpetuat. septimo vero die adstitit ei angelus: jubet eum ad palatium ire securum: D regias fores quamlibet clausas sponte referandas: imperatoris spiritum superbum molliendum. igitur istiusmodi præsentis angeli confirmatus alloquio & fretus auxilio, palatium petit. patent limina, nullus obsistit, postremo usque ad regem nemine prohibente pervenit. qui cum venientem eminus videret, infrendens cur fuisset admissus, nequaquam assurgere est dignatus adstanti, donec regiam sellam ignis operiret, ipsumque regem ea parte corporis qua sedebat, afflaret incendium. ita solio suo superbus excutitur, & Martino invitus assurgit: multumque complexus quem spernere ante decreverat, virtutem sensisse divinam emendatior fatebatur: nec exspectatis Martini precibus, prius omnia præstitit E quam rogaretur. colloquio illum atque convivio frequenter adscivit: postremo abeunti multa munera obtulit, quæ vir beatus, ut semper, paupertatis suæ custos cuncta rejecit.

VI. Et quia palatium semel ingressi sumus, licet diversis in palatio temporibus gesta connectam. nequaquam enim prætermittendum videtur, circa Martini admirationem, reginæ fidelis exemplum. Maximus imperator rempublicam gubernabat, vir omni vita merito prædicandus, si ei vel diadema non legitime tumultuante milite impositum repudiare, vel armis civilibus abstinere licuisset: sed magnum imperium nec sine periculo renui, nec sine armis potuit teneri. hic Martinum sæpius evocatum receptumque intra palatium venerabiliter honorabat: totus illi cum eo sermo de præsentibus, de futuris, de fidelium gloria, de æternitate sanctorum; cum interim diebus ac noctibus de ore Martini regina pendebat, evangelico illo non inferior exemplo pedes Sancti fletu rigabat, crine tergebat. Martinus, quem nulla umquam femina contigisset, istius assiduitatem, immo potius servitutem non poterat evadere. non illa opes regni, non imperii dignitatem, non diadema, non purpuram cogitabat: divelli a Martini pedibus solo strata non poterat. postremo a viro suo poposcit, deinde Martinum uterque compellunt, ut ei remotis omnibus ministris præberet sola convivium: nec potuit vir beatus obstinatius reluctari. componitur castus reginæ manibus apparatus: sellulam ipsa consternit, mensam admovet, aquam manibus subministrat: cibum quem ipsa coxerat, apponit; ipsa, illo sedente, eminus secundum famulantium disciplinam solo fixa consistit immobilis, per omnia ministrantis modestiam & humilitatem exhibens servientis: miscuit ipsa bibituro, & ipsa porrexit. finita cœnula fragmenta panis absumti micasque collegit, satis fideliter illas reliquias imperialibus epulis anteponens. beata mulier! tantæ pietatis affectu illi merito comparanda, quæ venit a finibus terræ audire Salomonem; siquidem simplicem sequamur historiam: sed si fides reginarum est conferenda (quod mihi liceat separata mysterii majestate dixisse) illa expetiit audire sapientem; ista non tantum audisse contenta, sed & meruit servire sapienti.

VII. Postumianus, Jamdudum, inquit, Galle, audiens te loquentem vehementer admiror reginæ fidem: sed illud ubi est, quod nulla umquam femina ferebatur propius adstitisse Martino? ecce ista regina non solum adstitit, sed etiam ministravit. & vereor, ne isto aliquantulum se tueantur exemplo qui libenter feminis inferuntur. Tum Gallus, Quid tu, inquit, non vides quod solent docere grammatici, locum, tempus, personam? Propone enim tibi ante oculos captum in palatio imperatoris precibus ambiri, reginæ fide cogi, temporis necessitate constringi, ut clausos carcere liberaret, exsiliis datos restitueret, bona ademta redhiberet: hæc quanti putas constare episcopo debuisse, ut pro his omnibus non aliquantulum de rigore propositi relaxaret? Verumtamen quia occasione hujus exempli male usuros esse aliquos arbitraris, illi vero felices erunt, si a disciplina exempli istius non recedant. videant enim, quia Martino semel tantum in vita, jam septuagenario, non vidua libera, non virgo lasciviens, sed sub viro vivens, ipso viro pariter supplicante, regina servivit & ministravit. hæc edenti adstitit, non cum epulante discubuit: nec ausa est participare convivium, sed deferebat obsequium. Disce igitur disciplinam: serviat tibi matrona, non imperet; & serviat, non recumbat: sicut Martha illa ministravit Domino, nec tamen est adscita convivio; immo prælata est ministranti quæ verbum potius audiebat. sed in Martino ista regina utrumque complevit: & ministravit ut Martha, & audivit ut Maria. Quod si quis hoc uti voluerit exemplo, per omnia teneat exemplum: talis caussa sit talisque persona, tale obsequium, tale convivium, & in omni vita semel tantum.

VIII. Præclare, inquit Postumianus, nostros istos, ut Martini non egrediantur exemplum, tua constringit oratio: sed profiteor tibi, quia hæc surdis auribus audientur. nam si Martini sequeremur vias,




( numquam cauſſas de oſculo diceremus , & ) univerſis ſcævæ opinionis opprobriis careremus . verum ſicut tu ſoles dicere, cum edacitatis argueris, Galli ſumus ; ita nos in hac parte numquam vel Martini exemplo vel tuis diſputationibus corrigendi fatemur . Verumtamen hæc nobis jamdudum agentibus , quid tu tam obſtinate Sulpici taces ? Ego , inquam , non ſolum modo taceo , ſed olim de iſtis tacere diſpoſui . nam quia quamdam viduam vagam, nitidulam, ſumtuoſam objurgaverim, laſcivius victitantem ; itidemque virginem adoleſcenti cuidam mihi caro indecentius adhærentem , cum quidem ipſam frequenter audiſſem , alios etiam qui talia agerent , increpantem ; tanta mihi omnium feminarum cunctorumque monachorum odia B concitavi , ut adverſum me utræque legiones jurata bella ſuſceperint. unde quæſo taceatis, ne etiam hoc quod vos loquimini , ad meam referatur invidiam. tota vobis iſtorum mentio relinquatur : ad Martinum potius revertamur. Tu Galle, ut aggreſſus es , cœptum opus explica . Tum ille, Jam quidem vobis, inquit, tanta narravi , ut ſatisfacere ſtudiis veſtris meus ſermo debuerit : ſed quia voluntati veſtræ non obſecundare mihi non licet , quantum adhuc diei ſupereſt , loquar . nam certe dum ſtramen illud quod in lectos noſtros paratur , adſpicio , ſubvenit in memoriam etiam de ſtramine in quo Martinus jacuerat , factam eſſe virtutem . Res ita geſta eſt. Claudiomagus vicus eſt in C confinio Biturigum atque Turonorum . eccleſia ibi eſt celebris religione ſanctorum , nec minus glorioſa ſacrarum virginum multitudine . præteriens ergo Martinus , in ſecretario eccleſiæ habuit manſionem. poſt diſceſſum illius cunctæ in ſecretarium illud virgines irruerunt : adlambunt ſingula loca , ubi aut ſederat vir beatus aut ſteterat: ſtramentum etiam in quo quieverat , partiuntur . una earum poſt dies paucos partem ſtraminis , quam ſibi pro benedictione collegerat , energumeno , quem ſpiritus erroris agitabat, de cervice ſuſpendit. nec mora : dicto citius , ejecto dæmone , perſona purgata eſt .

IX. Per idem fere tempus Martino a Treveris revertenti fit obviam vacca , quam dæmon agitabat : quæ relicto grege ſuo, in homines ferebatur; & jam multos noxie petulca confoderat . verum ubi nobis cœpit eſſe contigua, hi qui eam eminus ſequebantur , prædicere magna voce cœperunt , ut caveremus . ſed poſtquam ad nos torvis furibunda luminibus propius acceſſit , Martinus elevata obviam manu pecudem conſiſtere jubet : quæ mox ad verbum illius ſtare cœpit immobilis . cum interea videt Martinus dorſo illius dæmonem ſuperſedentem, quem increpans, Diſcede, inquit, funeſte de pecude, & innoxium animal agitare deſiſte. paruit nequam ſpiritus , & receſſit . nec defuit ſenſus in E bucula, quin ſe intelligeret liberatam : ante pedes ſancti recepta quiete proſternitur , deinde jubente Martino gregem ſuum petiit , ſeque agmini ceterarum ove placidior immiſcuit . Hoc illud fuit tempus quo inter medias flammas poſitus non ſenſit incendium : quod mihi non arbitror eſſe referendum ; quia hoc plenius iſte Sulpicius , licet in libro ſuo præteritum , in epiſtola tamen poſtea quam ad Euſebium tunc presbyterum modo epiſcopum fecit , expoſuit : quam tu Poſtumiane aut , credo , legiſti , aut ſi incognita tibi eſt , cum libuerit, in promtu ex illo armario habes : nos ab illo omiſſa referimus . Quodam autem tempore , dum diœceſes circuiret , venantium agmen incurrimus . canes leporem ſequebantur : jamque multo A ſpatio victa beſtiola, cum undique campis late patentibus nullum eſſet effugium , mortem imminentem jam jamque capienda crebris flexibus differebat. cujus periculum vir beatus pia mente miſeratus imperat canibus , ut deſiſterent ſequi , & finerent abire fugientem : qui continuo ad primum ſermonis ejus imperium conſtiterunt . crederes vinctos, immo potius affixos, in ſuis hærere veſtigiis.

X. Ita lepuſculus, perſecutoribus alligatis , incolumis evaſit. Operæ pretium autem eſt, etiam familiaria illius verba ſpiritali ſale condita memorare . Ovem recens tonſam forte conſpexerat. Evangelicum , inquit , mandatum iſta complevit : duas B habuit tunicas ; unam earum largita eſt non habenti : ita ergo & vos facere debetis . Item cum ſubulcum algentem ac pæne nudum in pellicea veſte vidiſſet ; En , inquit , Adam ejectus de paradiſo in veſte pellicea ſues paſcit : ſed nos illo vetere depoſito , qui adhuc in iſto manet , novum Adam potius induamus . Boves ex parte prata depaverant , porci etiam nonnulla ſuffoderant ; pars cetera quæ manebat illæſa , diverſis floribus quaſi picta vernabat . Speciem , inquit , gerit pars illa conjugii , quæ pecore depaſta etſi non penitus gratiam amiſit herbarum , nullam tamen florum retinet dignitatem : illa vero quam porci pecora immunda foderunt , fornicationis imaginem fœdam C prætendit : ceterum illa portio quæ nullam ſenſit injuriam , gloriam virginitatis oſtendit , herbis fecunda luxuriat , feni in ea fructus exuberat , & ultra omnem ſpeciem diſtincta floribus quaſi gemmis micantibus ornata radiat. beata ſpecies & Deo digna ! nihil enim virginitati eſt comparandum : ita & illi qui conjugia fornicationi comparant , vehementer errant ; & illi qui conjugia virginitati æquanda æſtimant , miſeri penitus & ſtulti ſunt. verum hæc a ſapientibus tenenda diſtinctio eſt, ut conjugium pertineat ad veniam , virginitas ſpectet ad gloriam , fornicatio deputetur ad pœnam , niſi ſatisfactione purgetur.

D XI. Miles quidam cingulum in eccleſia , monachum profeſſus, abjecerat: cellulam ſibi eminus in remoto quaſi eremita victurus erexerat . interea aſtutus inimicus variis cogitationibus brutum pectus agitabat , ut conjugem ſuam , quam Martinus in monaſterio puellarum eſſe præceperat , voluntate mutata ſecum potius vellet habitare . adiit ergo Martinum fortis eremita: quod haberet animi confitetur . ille vero vehementer abnuere : feminam viro rurſus, jam monacho non marito , incongrua ratione miſceri . poſtremo cum miles inſtaret , affirmans nihil hoc propoſito eſſe nociturum : ſe ſolo conjugis uti velle ſolatio : porro ne rurſus ſe in ſua vitia revolverent , non eſſe metuendum : E ſe eſſe militem Chriſti , illam quoque in eadem ejuſdem militiæ ſacramenta juraſſe : pateretur epiſcopus , ſanctos & ſexum ſuum fidei merito neſcientes pariter militare . Tum Martinus ( verba vobis ipſa dicturus ſum) Dic mihi, inquit, ſi umquam in bello fuiſti , ſi in acie conſtitiſti ? At ille reſpondens , Frequenter inquit , in acie ſteti , & bello frequenter interfui . ad hæc Martinus : Dic mihi ergo , numquid in illa acie quæ armata in prœlio parabatur , aut jam adverſus hoſtilem exercitum collato cominus pede diſtricto enſe pugnabat, ullam feminam ſtare aut pugnare vidiſti ? Tunc demum miles confuſus erubuit, gratias agens, errori ſuo ſe non fuiſſe permiſſum , nec aſpera increpatione verborum , ſed vera & rationabili ſecundum perſonam militis comparatione correctum.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



Martinus autem conversus ad nos ( sicut eum frequens A fratrum turba vallaverat ) Mulier , inquit , virorum castra non adeat : acies militum separata consistat : procul femina in suo degens tabernaculo sit remota . contemtibilem enim reddit exercitum , si virorum cohortibus turba feminea misceatur . miles in acie , miles pugnet in campo : mulier se intra murorum munimenta contineat . habet & illa gloriam suam , si pudicitiam viro absente servaverit : cujus hæc prima virtus & consummata victoria est , non videri .

XII. Illud vero , Sulpici , meminisse te credo , quo affectu nobis , cum & tu coram adesses , illam virginem prædicaret , quæ ita se penitus ab B omnium virorum oculis removisset , ut ne ipsum quidem ad se Martinum , cum eam ille officii caussa visitare vellet , admiserit . nam cum præter agellum illius præteriret , in quo se jam ante complures annos pudica cohibebat ; audita fide illius atque virtute divertit , ut tam illustris meriti puellam religioso officio episcopus honoraret . nos consequentes gavisuram illam virginem putabamus ; siquidem hoc in testimonium virtutis suæ esset habitura , ad quam tanti nominis Sacerdos deposito propositi rigore venisset . verum illa fortissimi vincula propositi ne Martini quidem contemplatione laxavit . ita vir beatus accepta per aliam feminam excusatione laudabili , ab illius foribus quæ videndam C se salutandamque non dederat , lætus abscessit . O virginem gloriosam , quæ ne a Martino quidem passa est se videri ! o Martinum beatum , qui illam repulsam nou ad contumeliam suam duxit ; sed magnificans illius cum exsultatione virtutem , inusitato in his dumtaxat regionibus gaudebat exemplo ! Ergo cum haud longe ab illa villula nos manere nox imminens coegisset , xenium beato viro eadem illa virgo transmisit : fecitque Martinus quod antea non fecerat ( nullius enim ille umquam xenium , nullius munus accepit ) nihil ex his quæ virgo venerabilis miserat , refutavit , dicens benedictionem illius a Sacerdote minime respuendam , quæ esset multis sacerdotibus præferenda D . Audiant , quæso , virgines istud exemplum , ut fores suas , si eas malis obsistere volunt , etiam bonis claudant ; & , ne ad se improbis sit liber accessus , non vereantur excludere etiam Sacerdotes . totus hoc mundus audiat : videri se a Martino virgo non passa est . non utique illa quemcumque a se repulit Sacerdotem ; sed in ejus viri conspectum puella non venit , quem videre salus videntium fuit . quis autem hoc alius præter Martinum Sacerdos non ad suam injuriam retulisset ? quos adversum sanctam virginem motus quantasque iras mente concepisset ? hæreticam judicasset , & anathematizandam esse decrevisset . quam vero illi beatæ animæ illas virgines prætulisset , quæ crebris occursibus E ubique se præbent obvias Sacerdoti , quæ convivia sumtuosa disponunt , quæ una pariter accumbunt ! Sed quo me ducit oratio ? paullulum iste liberior sermo reprimendus est , ne in aliquorum forsitan incurrat offensam : etenim infidelibus objurgationis verba non proderunt , fidelibus autem satisfaciet exemplum . Verum ego ita virtutem hujus virginis prædicabo , ut tamen nihil illis quæ ad Martinum videndum ex longinquis regionibus sæpe venerunt , arbitrer derogandum ; siquidem hoc beatum virum frequenter affectu etiam angeli frequentarint .

XIII. Ceterum id quod dicturus sum , Postumiane , hoc tibi ( me autem intuebatur ) teste recte perhibeo . Quodam die ego & iste Sulpicius pro foribus illius excubantes , jam per aliquot horas cum silentio sedebamus , ingenti horrore & tremore ac si ante angeli tabernaculum mandatas excubias duceremus , cum quidem clauso cellulæ suæ ostio nos ibi esse nesciret . interim colloquentium murmur audimus , & mox horrore quodam circumfundimur ac stupore ; nec ignorare potuimus nescio quid fuisse divinum . post duas fere horas ad nos Martinus egreditur : ac tum eum iste Sulpicius ( sicut apud eum nemo familiarius loquebatur ) cœpit orare , ut pie quærentibus indicaret , quid illud divini fuisset horroris quod fatebamur nos ambo sensisse , vel cum quibus fuisset in cellula collocutus : tenuem enim nos licet & vix intellectum , sermocinantium sonum pro foribus audisse . tum ille diu multumque cunctatus , ( sed nihil erat quod ei Sulpicius non extorqueret invito . incredibiliora forte dicturus sum , sed Christo teste non mentior : nisi quisquam est tam sacrilegus , ut Martinum æstimet fuisse mentitum . ) Dicam , inquit , vobis ; sed vos quæso nulli dicatis . Agnes , Thecla & Maria mecum fuerunt . Referebat autem nobis vultum atque habitum singularum . nec vero illo tantum die , sed frequenter se ab eis confessus est visitari : Petrum etiam & Paullum apostolos videri a se sæpius non negavit . Jam vero dæmones , prout ad eum quisque venisset , suis nominibus increpabat . Mercurium maxime patiebatur infestum : Jovem brutum atque hebetem esse dicebat . Hæc plerisque in eodem etiam monasterio constitutis incredibilia videbantur ; nedum ego confidam omnes qui hæc audient , credituros . nam nisi inæstimabilem vitam atque virtutem Martinus egisset , nequaquam apud nos tanta gloria præditus haberetur . quamquam minime mirum , si in operibus Martini infirmitas humana dubitaverit ; cum multos hodieque videamus nec Evangeliis quidem credidisse . A Martino autem sæpe angelos visos familiariter & sensimus & experti sumus . Rem minimam dicturus sum , sed tamen dicam . apud Nemausum episcoporum synodus habebatur , ad quam quidem ire noluerat , sed quid gestum esset scire cupiebat . casu cum eo iste Sulpicius navigabat ; sed procul , ut semper , a ceteris in remota navis parte solus residebat . ibi ei angelus , quid gestum esset in synodo , nuntiavit . nos postea tempus habiti concilii solicite requirentes , satis compertum habuimus , ipsum diem fuisse conventus , & ea ibi ab episcopis fuisse decreta quæ Martino angelus nuntiarat .

XIV. Ceterum cum ab eo de fine sæculi quæreremus , ait nobis , Neronem & Antichristum prius esse venturos : Neronem in Occidentali plaga regibus subactis decem imperaturum , persecutionemque ab eo eatenus exercendam , ut idola gentium coli cogat : ab Antichristo vero primum Orientis esse capiendum imperium , qui quidem sedem & caput regni Hierosolymam esset habiturus : ab illo urbem & templum esse reparandum : illius eam persecutionem futuram esse , ut Christum Deum cogat negari , se potius Christum esse confirmans : omnesque secundum legem circumcidi jubeat : ipsum denique Neronem ab Antichristo esse perimendum , atque ita sub illius potestate universum orbem cunctasque gentes esse redigendas , donec adventu Christi impius opprimatur : non esse autem dubium , quin Antichristus malo spiritu conceptus jam natus esset , & in annis puerilibus constitutus , ætate legitima sumturus imperium . Quod autem hæc ab illo audivimus , annus octavus est . vos æstimate quam jam in præcipiti consistant quæ futura me-

tuuntur. Hæc cum maxime Gallus, necdum explicatis quæ statuerat referre, loqueretur; puer familiaris ingressus est, nuntians Refrigerium presbyterum stare pro foribus. Dubitare cœpimus, utrum Gallum adhuc esset melius audire, an exoptatissimo nobis viro, qui officii caussa ad nos veniebat, occurrere. Tum Gallus: Etiamsi non ob adventum A sanctissimi sacerdotis relinquenda nobis hæc esset oratio, nox ipsa cogebat hucusque protractum finire sermonem. verum quia de Martini virtutibus nequaquam explicari universa potuerunt, hæc vos hodie audisse sufficiat: cras reliqua dicemus. Ita pariter accepta hæc Galli sponsione surreximus.



# DIALOGUS III.


## *Qui tamen dicendus esset* Secundus.

I. LUcescit hoc, Galle: surgendum est. nam, ut vides, & Postumianus instat, & hic presbyter, qui hesterno auditorium amisit, exspectat, ut quæ de Martino nostro in hodiernum diem explicanda distuleras, debitor sponsionis evolvas. non ignarus quidem iste omnium, quæcumque memoranda sunt: sed dulcis & grata cognitio est etiam nota relegenti; siquidem natura ita comparatum sit, ut meliore quis conscientia se nosse congaudeat quæ multorum testimoniis non esse incerta cognoscat. nam & hic a prima adolescentia Martinum secutus novit quidem omnia, sed libenter cognita recognoscit. fatebor enim tibi, Galle, Martini mihi sæpius auditas esse virtutes; quippe qui de eo etiam litteris multa mandaverim: sed per gestorum admirationem semper mihi nova sunt quæ de illo, licet audita sæpius, revolvuntur. proinde additum nobis Refrigerium auditorem eo impensius gratulamur, quo promtius Postumianus iste, qui hæc Orienti inferre festinat, quasi sub testibus consignatam abs te accepturus est veritatem. Hæc me loquente, Gallo jam ad narrandum parato, irruit turba monachorum: Evagrius presbyter, Aper, Sebastianus Agricola: & post paullulum ingreditur presbyter noster Ætherius cum Calupione diacono, & Amatore subdiacono: postremus Aurelius presbyter dulcissimus meus, longiore via veniens, anhelus cucurrit. Quid vos, inquam, tam subito & tam insperati, tam ex diversis regionibus, tam mane cucurritis? Nos, inquiunt, hesterno cognovimus, Gallum istum per totum diem Martini narrasse virtutes, & reliqua in hodiernum diem, quia nox oppresserat, distulisse: propterea maturavimus frequens auditorium facere tantam materiam locuturo. Interea nuntiatur, multos sæcularium stare pro foribus, nec ingredi audentes, sed ut admitterentur orantes. Tum Aper, nequaquam istos, inquit, nobis admisceri convenit: quia ad audiendum curiositate potius quam religione venerunt. Confusus ego illorum vice quos non admittendos esse censebat. ægre tandem obtinui, ut Eucherium ex vicariis & Celsum admitterent consularem: ceteri sunt repulsi. Tum Gallum media in sede componimus: qui cum diu nobili sua verecundia silentium tenuisset, tandem ita exorsus est.

II. Convenistis, inquit, ad me audiendum & sancti & diserti; sed religiosas potius quam doctas aures, uti arbitror, attulistis, audituri me fide testis, non oratoris copia locuturum. quæ autem hesterno dicta sunt, non revolvam: illa qui non audierunt, ex scriptis recognoscent. nova Postumianus exspectat, nuntiaturus Orienti, ne se in comparatione Martini præferat Occidenti. Ac primum gestit animus, quod Refrigerius in aurem suggerit, explicare. res in Carnotena gesta est civitate. Paterfamilias duodecennem ab utero mutam puellam Martino cœpit offerre, poscens ut linguam B ligatam meritis suis sanctus absolveret. ille cedens episcopis, qui tum forte latus illius ambiebant, Valentino atque Victricio, imparem se esse tantæ moli; sed illis quasi sanctioribus nihil impossibile fatebatur. at illi pias preces una cum patre supplici voce jugentes, orare Martinum, ut sperata præstaret. nec cunctatus ultra, (utrumque præclarum, & ostendendo humilitatem, nec differendo pietatem) jubet circumstantis populi multitudinem submoveri: episcopis tantum & puellæ patre assistentibus in orationem suo illo more prosternitur: dein pusillum olei cum exorcismi præfatione benedicit, atque ita in os puellæ sanctificatum liquorem, cum & linguam illius digitis teneret, infu- C dit. nec fefellit sanctum virtutis eventus. patris nomen interrogat: mox illa respondit. proclamat pater, cum gaudio pariter & lacrimis Martini genua complexus, & hanc primam se filiæ audisse vocem cunctis stupentibus fatebatur. Ac ne cuiquam id incredibile forte videatur, perhibeat vobis præsens Evagrius testimonium veritatis nam res ipso præsente tum gesta est.

III. Parvum illud est quod nuper Harpagio presbytero referente cognovi: sed non prætermittendum videtur: Avitiani Comitis uxorem misisse Martino oleum, quod ad diversas morborum caussas necessarium (sicut est consuetudo) benediceret: am- D pullulam vitream istiusmodi fuisse, ut rotunda in ventrem cresceret, ore producto; sed oris exstantis concavum non repletum; quia ita moris sit vascula illa complere, ut pars summa umbonibus obstruendis libera relinquatur. Testabatur presbyter, vidisse se oleum sub Martini benedictione crevisse, quoad exundante copia superne difflueret: eademque, dum ad matremfamilias vasculum referretur, ferviſſe virtute: nam inter manus pueri portantis ita semper exundasse oleum, ut omne illius vestimentum copia superfusi liquoris operiret: matronam ita usque ad summum labrum plenum vasculum recepisse, ut presbyter hodieque fateatur, obdendi pessuli, quo claudi diligentius servanda consu- E sueverunt, in vitro illo spatium non fuisse. Mirum & illud, quod huic (me autem intuebatur) memini contigisse. Vas vitreum cum oleo quod Martinus benedixerat, in fenestra paullulum editiore deposuit: puer familiaris incautior linteum superpositum, ampullam ibi esse ignarus, attraxit. vas super constratum marmore pavimentum decidit: cunctis metu exterritis, ne benedictio deperisset, ampulla perinde incolumis est reperta ac si super plumas mollissimas decidisset. quæ res non potius ad casum quam ad Martini est referenda virtutem, cujus benedictio perire non potuit. Quid illud? quod factum est a quodam, cujus nomen, quia præsens est & prodi se vetuit, supprimetur: cui quidem tempori hic etiam Saturninus interfuit. Canis nobis importunior oblatrabat: in nomine, inquit, Martini jubeo te

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



obmutescere, cani hæsit latratus in gutture: lingua (abscisam putares) obmutuit. ita parum est ipsum Martinum fecisse virtutes: credite mihi, quia etiam alii in nomine ejus multa fecerunt.

IV. Avitiani quondam Comitis noveratis barbaram nimis, & ultra omnia cruentam feritatem, hic rabido spiritu ingressus Turonum civitatem, sequentibus eum miserabili facie ordinibus catenatis, diversa perdendis parari jubet genera pœnarum, disponens postera die attonita civitate ad opus tam triste procedere. quod ubi Martino compertum est, solus paullo ante mediam noctem ad prætorium bestiæ illius tendit: sed cum profundæ noctis silentio quiescentibus cunctis nullus foribus obseratis pateret ingressus, ante limina cruenta prosternitur. interea Avitianus gravi somno sepultus angelo ingruente percellitur: Servus, inquit, Dei ad tua limina jacet, & tu quiescis? qua ille voce percepta, lecto suo turbatus excutitur; convocatisque servis trepidus exclamat, Martinum esse pro foribus: irent protinus, claustra reserarent, ne Dei servus pateretur injuriam, sed illi, ut est omnium natura servorum, vix prima limina egressi, irridentes dominum suum, quod somno fuisset illusus, negant quemquam esse pro foribus, ex suomet ingenio conjectantes neminem nocte posse vigilare, nedum illi crederent, in illo noctis horrore jacere ante aliena limina sacerdotem: idque Avitiano facile persuasum. rursum solvitur in soporem; sed mox vi majore concussus exclamat, Martinum stare pro foribus: sibi ideo nullam quietem animi corporisque permitti. tardantibus servis, ipse usque ad limina exteriora progreditur: ibi Martinum, ut senserat, deprehendit. perculsus miser tantæ manifestatione virtutis, quid, inquit, mihi hoc domine fecisti? nihil loqui te necesse est: scio quid desideres, video quid requiras: discede quantocius, ne me ob injuriam tuam cælestis ira consumat: satis solverim hucusque pœnarum. crede, quia non leviter apud me actum est, ut ipse procederem. Post discessum autem Sancti advocat officiales suos: jubet omnes custodias relaxari; & mox ipse proficiscitur. ita fugato Avitiano, lætata est se civitas liberatam.

V. Hæc cum multis Avitiano referente comperta sunt, tum nuper Refrigerius Presbyter, quem coram videtis, ab Evagrio fideli viro, ex tribunis, sub invocatione divinæ majestatis audivit, qui sibi hoc ab ipso Avitiano relatum esse jurabat. Ceterum nolo miremini me hodie facere quod hesterno non feci, ut ad singulas quasque virtutes nomina testium personasque subnectam, ad quas, si quis fuerit incredulus, quia adhuc in corpore sunt, recurrat. Exigit id infidelitas plurimorum, qui in aliquibus quæ hesterno memorata sunt, nutare dicuntur. accipiant ergo testes adhuc incolumes atque viventes, quibus, quia de fide nostra dubitant, magis credant. sed si adeo infideles sunt, profiteor, quia nec illis sunt credituri. Miror autem quemquam qui vel tenuem sensum religionis habeat, tantum piaculi velle committere, ut putet quemquam de Martino posse mentiri. facessat a quoquam qui sub Deo vivit, ista suspicio: neque enim Martinus hoc indiget, ut mendaciis adseratur. sed tamen totius sermonis fidem apud te, Christe, depromimus, nos nec alia dixisse nec alia dicturos, quam quæ aut ipsi vidimus, aut quæ manifestis auctoribus vel plerumque ipso referente cognovimus. Ceterum etsi dialogi speciem, quo ad relevandum fastidium lectio variaretur, adsumsimus,

A nos pie præstare profitemur historiæ veritatem. Hæc me extrinsecus inserere nonnullorum incredulitas, non sine meo dolore, compulerit. Sed redeat ad nostrum sermo consessum: in quo cum me tam studiose audiri videam, fatear necesse est Aprum fecisse constanter qui repulit infideles, eos tantum judicans audire debere, qui crederent.

VI. Efferor siquidem (credite) spiritu, & præ dolore totus insanio: non credunt Martini virtutibus Christiani, quas dæmones fatebantur! Monasterium beati viri duobus a civitate erat millibus disparatum: sed si quoties venturus ad ecclesiam pedem extra cellulæ suæ limen extulerat, videres

B per totam ecclesiam energumenos rugientes, & quasi adveniente judice agmina damnanda trepidare, ut adventum episcopi clericis, qui venturum esse nescirent, dæmoniorum gemitus indicaret. Vidi quemdam, appropiante Martino, in aera raptum manibus extensis in sublime suspendi, ut nequaquam solum pedibus attingeret. Si quando autem exorcizandorum dæmonum Martinus operam recepisset, neminem manibus attrectabat, neminem sermonibus increpabat, sicut plerumque per clericos rotatur turbo verborum; sed admotis energumenis ceteros jubebat abscedere, ac foribus obseratis in medio ecclesiæ cilicio circumtectus, cinere respersus, solo stratus orabat. tum vero cerneres miseros

C diverso exitu perurgeri: hos sublatis in sublime pedibus quasi de nube pendere, nec tamen vestes defluere in faciem, ne faceret verecundiam nudata pars corporum: at in parte alia videres sine interrogatione vexatos & sua crimina confitentes. nomina etiam nullo interrogante prodebant: ille se Jovem, iste Mercurium fatebatur. postremo cunctos diaboli ministros cum ipso cerneres auctore cruciari; ut jam in Martino illud fateamur impletum quod scriptum est: Quoniam sancti de angelis judicabunt.

VII. Pagum quemdam in Senonico annis singulis grando vastabat. compulsi extremis malis incolæ a

D Martino auxilium poposcerunt, missa per Auspicium præfectorium virum satis fida legatione, cujus agros specialiter gravior quam ceterorum adsueverat procella populari. sed facta ibi oratione Martinus ita universam penitus liberavit ab ingruenti peste regionem, ut per viginti annos, quibus postea mansit in corpore, grandinem in illis locis nemo pertulerit. quod ne fortuitum esse & non potius Martino præstitum putaretur, eo anno quo ille defunctus est rursus incubuit rediviva tempestas: adeo sensit & mundus viri fidelis excessum, ut cujus vita jure gaudebat, etiam ejusdem mortem lugeret. Ceterum si ad hæc probanda quæ diximus testes etiam infirmior auditor exegerit, non

E unum ego hominem sed multa millia producam, & totam in testimonium virtutis expertæ Senonum advocabo regionem. & tamen tu Refrigeri presbyter, credo, meministi, nuper nobis super hoc cum Romulo Auspicii illius filio, honorato & religioso viro, fuisse sermonem; qui hæc nobis tamquam incomperta referebat, & cum futuris proventibus per assidua damna trepidaret, ut ipse vidisti, magno secum mœrore lugebat, Martinum non in hæc tempora reservatum.

VIII. Sed ut ad Avitianum recurram (qui cum in omnibus locis cunctisque urbibus ederet crudelitatis suæ infanda monumenta, Turonis tantum innocens erat: & illa bestia quæ humano sanguine & infelicium mortibus alebatur, mitem se atque

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.


tranquillum beato viro præſente præſtabat) memini A quodam die ad eum veniſſe Martinum: qui ubi ſecretarium ejus ingreſſus eſt, vidit poſt tergum ipſius dæmonem miræ magnitudinis aſſidentem. quem eminus (ut verbo, quia ita neceſſe eſt, parum latino loquamur) exſufflans, Avitianus ſe exſufflari exiſtimans, Quid me, inquit, ſancte ſic accipis? Tum Martinus, Non te, inquit, ſed eum qui cervici tuæ teter incumbit. Ceſſit diabolus, & reliquit familiare ſubſellium: ſatiſque conſtat, ab illo die Avitianum mitiorem fuiſſe, ſeu quod intellexerit egiſſe ſe ſemper aſſidentis ſibi diaboli voluntatem, ſeu quod immundus ſpiritus ab illius conſeſſu per Martinum fugatus, privatus eſt poteſtate graſſandi, cum erubeſceret miniſter aucto- B rem, nec miniſtrum auctor urgeret. In vico autem Ambatienſi, id eſt, caſtello illo veteri quod nunc frequens habitatur a fratribus, idolium noveratis grandi opere conſtructum. politiſſimis ſaxis moles turrita ſurrexerat, quæ in conum ſublime procedens ſuperſtitionem loci operis dignitate ſervabat. hujus deſtructionem Marcello, ibidem conſiſtenti presbytero, vir beatus ſæpe mandaverat. poſt aliquantum tempus regreſſus increpat presbyterum, cur adhuc idolii ſtructura conſiſteret. ille cauſſatus, vix militari manu & vi publicæ multitudinis tantam molem poſſe ſubverti, nedum id facile putaret per imbecilles clericos aut infirmos monachos quiviſſe curari. tum Martinus recurrens ad nota C ſubſidia, noctem totam in oratione pervigilat, mane orta tempeſtas ædem idoli uſque ad fundamentum provolvit. verum hæc Marcello teſte dicta ſint.

IX. Aliam ejus non diſſimilem in ſimili opère virtutem Refrigerio adſtipulante perhibeo. columnam immenſæ molis, cui idolum ſuperſtabat, parabat evertere: ſed nulla erat facultas qua id daretur effectui. tum ad orationem ſuo more convertitur. viſam certum eſt parilem quodammodo columnam ruere de cælo, quæ impacta idolo totam illam inexpugnabilem molem ſolvit in pulverem: parum ſcilicet, ſi inviſibiliter cæli virtutibus D uteretur, niſi ipſæ virtutes viſibiliter ſervire Martino humanis etiam oculis cernerentur. Idem autem Refrigerius mihi teſtis eſt, mulierem profluvio ſanguinis laborantem, cum Martini veſtem exemplo mulieris illius evangelicæ contigiſſet, ſub momento temporis fuiſſe ſanatam. Serpens flumen ſecabat, & ripæ in qua conſtiteramus, adnatabat: In nomine, inquit, Domini jubeo te redire. mox ſe mala beſtia ad verbum ſancti retorſit, & in ulteriorem ripam nobis exſpectantibus tranſmeavit. quod cum omnes non ſine miraculo cerneremus, altius ingemiſcens ait, Serpentes me audiunt, & homines non audiunt.

X. Piſcem Paſchæ diebus edere conſuetus, paullo ante horam refectionis interrogat, an haberetur in promtu. tum Cato diaconus, ad quem monaſterii adminiſtratio pertinebat, doctus ipſe piſcari, negat per totum diem ſibi ullam ceſſiſſe capturam; ſed neque alios piſcatores, qui vendere ſolebant, quidquam agere quiviſſe. Vade, inquit, mitte linum tuum: captura proveniet. contigua flumini, ut Sulpicius iſte deſcripſit, habebamus habitacula: proceſſimus cuncti, utpote feriatis diebus, videre piſcantem, omnium ſpebus intentis, non incaſſum futura tentamina, quibus piſcis Martino auctore Martini uſibus quæreretur. ad primum jactum in rete permodico immanem eſocem diaconus extraxit, & ad monaſterium lætus accurrens, nimirum ut dixit poeta neſcio quis (utimur enim verſu ſcholaſtico, quia inter ſcholaſticos fabulamur) Captivumque ſuem mirantibus intulit Argis. Vere, iſte Chriſti diſcipulus, geſtarum a Salvatore virtutum, quas in exemplum ſanctis ſuis edidit, æmulator, Chriſtum in ſe monſtrabat operantem, qui ſanctum ſuum uſquequaque glorificans, diverſarum munera gratiarum in unum hominem conferebat. Teſtatur Arborius ex præfecto, vidiſſe ſe Martini manum ſacrificium offerentis, veſtitam quodammodo nobiliſſimis gemmis, luce micare purpurea, & ad motum dextræ colliſarum inter ſe fragorem audiſſe gemmarum.

XI. Veniam ad illud quod propter notam temporum ſemper occultavit; ſed nos celare non potuit: in quo illud eſt miraculi, quod facie ad faciem cum eo eſt angelus collocutus. Maximus Imperator, alias ſane bonus, depravatus conſiliis ſacerdotum, poſt Priſcilliani necem Ithacium epiſcopum Priſcilliani accuſatorem ceteroſque illius ſocios, quos nominari non eſt neceſſe, vi regia tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius cujuſcumquemodi hominem fuiſſe damnatum. Interea Martinus multis gravibuſque laborantium cauſſis ad Comitatum ire compulſus, procellam ipſam totius tempeſtatis incurrit. congregati apud Treveros epiſcopi tenebantur, qui quotidie communicantes Ithacio communem ſibi cauſſam fecerant. his ubi nuntiatum eſt inopinantibus adeſſe Martinum, totis animis labefacti muſſitare & trepidare cœperunt. Et jam pridie Imperator ex eorum ſententia decreverat, tribunos ſumma poteſtate armatos ad Hiſpanias mittere, qui hæreticos inquirerent: deprehenſis vitam & bona adimerent. nec dubium erat, quin ſanctorum etiam maximam turbam tempeſtas iſta depopulata eſſet, parvo diſcrimine inter hominum genera; etenim tum ſolis oculis judicabatur, cum quis pallore potius aut veſte, quam fide hæreticus æſtimaretur. Hæc nequaquam placitura Martino epiſcopi ſentiebant: ſed male conſciis illa vel moleſtiſſima erat cura, ne ſe ab eorum communione adveniens abſtineret, non defuturis qui tanti viri conſtantiam præmiſſa auctoritate ſequerentur. ineunt cum Imperatore conſilium, ut miſſis obviam Magiſtri officialibus urbem illam proprius vetaretur accedere, niſi ſe cum pace epiſcoporum ibi conſiſtentium adfore fateretur. quos ille callide fruſtratus profitetur, ſe cum pace Chriſti eſſe venturum. Poſtremo ingreſſus nocturno tempore, adiit Eccleſiam tantum orationis gratia: poſtridie palatium petit. præter multas, quas evolvere longum eſt, has principales petitiones habebat: pro Narſete Comite, & Leucadio præſide, quorum ambo Gratiani partium fuerant, pertinacioribus ſtudiis, E quæ non eſt hujus temporis explicare, iram victoris emeriti. illa præcipua cura, ne tribuni cum jure gladiorum ad Hiſpanias mitterentur: pia enim erat ſolicitudo Martino, ut non ſolum Chriſtianos qui ſub illa erant occaſione vexandi, ſed ipſos etiam hæreticos liberaret. Verum primo die atque altero ſuſpendit hominem callidus imperator, ſive ut rei pondus imponeret, ſive quia nimis ſibi implacabilis erat, ſeu quia, ut plerique tum arbitrabantur, avaritia repugnabat: ſiquidem in bona eorum inhiaverat. Fertur enim ille vir multis boniſque actibus præditus, adverſus avaritiam parum conſuluiſſe: niſi fortaſſe regni neceſſitate, quippe exhauſto ſuperioribus principibus rei publicæ ærario, pæne ſemper in expeditione atque procinctu

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



bellorum civilium constitutus; facile excusabitur, quibuslibet occasionibus subsidia imperio paravisse.

XII. Interea episcopi quorum communionem Martinus non inibat, trepidi ad regem concurrunt, prædamnatos se conquerentes: actum esse de suo omnium statu, si Theognisti pertinaciam, qui eos solus palam lata sententia condemnaverat, Martini armaret auctoritas: non oportuisse hominem recipi mœnibus: illum jam non defensorem hæreticorum esse, sed vindicem: nihil actum morte Priscilliani, si Martinus exerceat illius ultionem. postremo prostrati cum fletu & lamentatione potestatem regiam implorant, ut utatur adversus unum hominem vi sua. Nec multum aberat, quin cogeretur imperator Martinum cum hæreticorum sorte miscere. sed ille, licet episcopis nimio favore esset obnoxius, non erat nescius, Martinum fide, sanctitate & virtute cunctis præstare mortalibus: alia longe via sanctum vincere parat. ac primo secreto accersitum blande appellat: hæreticos jure damnatos more judiciorum publicorum potius quam insectationibus sacerdotum: non esse caussam, qua Ithacii ceterorumque partis ejus communionem putaret esse damnandam: Theognistum odio potius quam caussa fecisse discidium: eumdemque tamen solum esse qui se a communione interim separarit, a reliquis nihil novatum: quin etiam ante paucos dies habita synodus Ithacium pronuntiaverat culpa non teneri. Quibus cum Martinus parum moveretur, rex ira accenditur, ac se de conspectu ejus abripuit: & mox percussores his pro quibus Martinus rogaverat, diriguntur.

XIII. Quod ubi Martino compertum jam noctis tempore est, palatium irrupit. spondet, si parceretur, se communicaturum, dummodo ut & tribuni jam in excidium ecclesiarum ad Hispanias missi retraherentur. nec mora: Maximus indulget omnia. Postridie Felicis episcopi ordinatio parabatur, sanctissimi sane viri, & plane digni qui meliore tempore Sacerdos fieret. hujus diei communionem Martinus iniit, satius æstimans ad horam cedere, quam his non consulere quorum cervicibus gladius imminebat. verumtamen summa vi episcopis nitentibus, ut communionem illam subscriptione firmaret, extorqueri non potuit. Postero die se inde proripiens cum revertens in via mæstus ingemisceret, se vel ad horam noxiæ communioni fuisse permixtum; haud longe a vico cui nomen est Andethanna, qua vastas solitudines silvarum secreta patiuntur, prægressis paullulum comitibus ille subsedit, caussam doloris & facti accusante ac defendente invicem cogitatione pervolvens. Adstitit ei repente angelus: Merito, inquit, Martine compungeris; sed aliter exire nequisti. repara virtutem, resume constantiam, ne jam non periculum gloriæ, sed salutis incurreris. Itaque ab illo tempore satis cavit cum illa Ithacianæ partis communione misceri. ceterum cum quosdam ex energumenis tardius quam solebat & gratia minore curaret; subinde nobis cum lacrimis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se vel puncto temporis, necessitate non spiritu, miscuisset, detrimentum sentire virtutis. Sedecim postea vixit annos: nullam synodum adiit, ab omnibus episcoporum conventibus se removit.

XIV. Sed plane, ut experti sumus, imminutam ad tempus gratiam multiplici mercede reparavit. Vidi postea ad pseudoforum monasterii ipsius adductum energumenum, & prius quam limen attingeret, fuisse curatum. Testantem quemdam nuper

A audivi, cum in Tyrrheno mari cursu illo quo Romam tenditur, navigaret, subito turbinibus exortis extremum vitæ omnium fuisse discrimen: in quo cum quidam Ægyptius negotiator, necdum Christianus, magna voce clamaverit, Deus Martini eripe nos; mox tempestatem fuisse sedatam, seque optatum cursum cum summa placidi æquoris quiete tenuisse. Lycontius ex vicariis vir fidelis, cum familiam illius lues extrema vexaret, & inauditæ calamitatis exemplo per totam domum corpora ægra procumberent, Martini per litteras imploravit auxilium. quo tempore vir beatus rem esse promisit difficilem impetrari: nam spiritu sentiebat domum illam divino numine verberari: tamen non prius destitit
B septem totos dies totidemque noctes orando & jejunando continuans, quam id quod exorandum receperat, impetraret. mox ad eum Lycontius divina expertus beneficia pervolavit, nuntians simul & agens gratias, domum suam omni periculo liberatam. centum etiam argenti libras obtulit, quas vir beatus nec respuit nec recepit: sed prius quam pondus illud monasterii limen attingeret, redimendis id captivis continuo deputavit. & cum ei suggereretur a fratribus, ut aliquid ex eo in sumtum monasterii reservaret: omnibus enim angustum esse victum, multis deesse vestitum: Nos, inquit, Ecclesia & pascat & vestiat, dummodo nihil nostris usibus quæsisse videamur. Succurrunt hoc loco il-
C lius viri magna miracula, quæ facilius admirari possumus quam referre. agnoscitis profecto quod dico: multa sunt illius quæ non queunt explicari: veluti istud est, quod nescio an ita ut gestum est, a nobis possit exponi. Quidam e fratribus (nomen non ignoratis; sed celanda persona est, ne sancto viro verecundiam fecerimus) quidam ergo cum ad fornaculam illius carbonum copiam reperisset, & admota sibi sellula divaricatis pedibus super ignem illum nudato inguine resideret; continuo Martinus factam sacro tegmini sensit injuriam, magna voce proclamans, Quis [ inquit ] nudato inguine nostrum incestat habitaculum? Hoc ubi ille frater audivit, & ex conscientia quod increpabatur agnovit; continuo ad nos cucurrit exanimis, pudorem suum
D non sine Martini virtute confessus.

XV. Quodam itidem die, dum in area, quæ parva admodum tabernaculum illius ambiebat, in illo suo quod nostis omnes, sedili ligneo resedisset, vidit duos dæmones in excelsa illa quæ monasterio supereminet rupe consistere, inde alacres ac lætos vocem istiusmodi adhortationis emittere: Heja te Brictio, heja te Brictio. credo cernebant miserum eminus propinquantem, conscii quantam illi rabiem spiritus suscitassent. nec mora: Brictio furibundus irrupit: ibi plenus insaniæ evomuit in Martinum mille convicia. objurgatus enim pridie ab eo fuerat, cur qui nihil umquam ante clericatum
E ( quippe qui in monasterio ab ipso Martino nutritus ) habuisset, equos aleret, mancipia compararet: nam jam illo tempore arguebatur a multis, non solum pueros barbaros, sed etiam puellas scitis vultibus coemisse. quibus rebus infelicissimus insano felle commotus, &, ut credo, præcipue dæmonum illorum agitatus instinctu, Martinum ita aggressus est, ut vix manibus temperaret; cum quidem Sanctus vultu placido, mente tranquilla infelicis amentiam per mitia verba cohiberet. sed ita in eo nequam spiritus redundabat, ut ne sua quidem illi, quamvis vana admodum, mens subesset: trementibus labiis incertoque vultu decolor præ furore rotabat verba peccati, se asserens sanctiorem; quippe qui a primis annis in monasterio in-

ter sacras ecclesiæ disciplinas ipso Martino educante crevisset: Martinum vero & a principio, quod ipse diffiteri non posset, militiæ actibus sorduisse, & nunc per inanes superstitiones & phantasmata visionum ridicula prorsus inter deliramenta senuisse. Hæc cum multa, atque alia etiam, quæ reticere melius est, acerbiora vomuisset, egressus tandem furore satiato, quasi qui se penitus vindicasset, rapidus ea parte qua venerat, recurrebat: cum interea, credo per Martini orationes fugatis ab illius corde dæmonibus, reductus in pœnitentiam, mox revertitur, atque ad Martini se genua prosternit: veniam poscens, fatetur errorem, nec sine dæmone se fuisse tandem sanior confitetur. non erat apud Martinum labor iste difficilis, ut ignosceret supplicanti. tunc & ipsi & nobis omnibus sanctus exposuit, qualiter illum a dæmonibus vidisset agitari: se conviciis non moveri, quæ magis illi a quo essent effusa, nocuissent. Exinde cum idem Brictio multis apud eum magnisque criminibus persæpe premeretur, cogi non potuit, ut eum a presbyterio submoveret, ne suam persequi videretur injuriam; illud sæpe commemorans, Si Christus Judam passus est, cur ego non patiar Brictionem?


XVI. Ad hæc Postumianus, Audiat, inquit, istud exemplum noster iste de proximo, qui cum sit sapiens, immemor præsentium, immemor futurorum, si fuerit offensus, insanit, in sua se non habens potestate: sævit in clericos, grassatur in laicos, totumque terrarum orbem in suam commovet ultionem: in qua per triennium jugiter dimicatione consistens, nec tempore nec ratione sedatur. dolenda hominis & miseranda conditio, etiamsi hac sola insanabilis mali peste premeretur. Verum ista ei patientiæ & tranquillitatis exempla referre sæpius, Galle, debueras, ut nesciret irasci & sciret ignoscere. qui si istum ipsum breviter insertum sermonem meum in se prolatum forte cognoverit, sciat non magis ore inimici quam amici animo me locutum: quia, si fieri posset, optarem, ut Martino potius episcopo quam Phalari tyranno similis diceretur. Sed istum, cujus commemoratio parum suavis est, transeamus, & ad Martinum nostrum, Galle, redeamus.

XVII. Tum ego, cum jam adesse vesperam occiduo sole sentirem, Dies, inquam, abiit, Postumiane; surgendum est: simul tam studiosis auditoribus cœna debetur. de Martino autem exspectare non debes, ut ulla sit meta referendi: latius ille diffunditur, quam ut ullo valeat sermone concludi. Ista interim de illo viro portabis Orienti, & dum recurris, diversasque regiones, loca, portus, insulas urbesque præterlegis, Martini nomen & gloriam sparge per populos. in primis memento non præterire Campaniam: etsi maxime cursus in devio sit, non tamen tibi tanti sint vel magnarum morarum ulla dispendia, quin illic adeas illustrem virum ac toto laudatum orbe Paullinum: illi, quæso te, primum sermonis nostri, quem vel hesterno confecimus vel hodie diximus, volumen evolve: illi omnia referes, illi cuncta recitabis, ut mox per illum sacras viri laudes Roma cognoscat; sicut primum illum nostrum libellum non per Italiam tantum, sed per totum etiam diffudit Illyricum. ille Martini non invidus gloriarum, sanctarumque in Christo virtutum piissimus æstimator, non abnuet præsulem nostrum cum suo Felice componere. Inde si forte ad Africam transfretabis, referes audita Carthagini: licet jampridem, ut ipse dixisti, virum noverit, tamen nunc præcipue de eo plura cognoscat, ne solum ibi Cyprianum martyrem suum, quamvis sancto illius sanguine consecrata, miretur. Jam si ad lævam Achajæ sinum paullulum devexus intraveris, sciat Corinthus, sciant Athenæ, non sapientiorem in Academia Platonem, nec Socratem in carcere fortiorem: felicem quidem Græciam, quæ meruit audire Apostolum prædicantem; sed nequaquam a Christo Gallias derelictas, quibus donaverit habere Martinum. Cum vero ad Ægyptum usque perveneris, quamquam illa suorum sanctorum numero & virtutibus sit superba, tamen non dedignetur audire, quia illi vel universæ Asiæ in solo Martino Europa non cesserit.

XVIII. Ceterum cum Hierosolymam inde petiturus ventis rursum vela commiseris, negotium tibi nostri doloris injungo, ut, si umquam illustris illius Ptolemaidis litus accesseris, solicitus inquiras, ubi sit consepultus noster ille Pomponius, nec fastidias visitare ossa peregrina. multas illic lacrimas tam ex affectu tuo quam ex nostris funde visceribus: ac, licet inani munere, solum ipsum flore purpureo & suave redolentibus sparge graminibus. dices tamen illi, sed non aspere, non acerbe, compatientis alloquio, non exprobrantis elogio: quod si vel te quondam, vel me semper audire voluisset, & Martinum magis quam illum, quem nominare nolo, fuisset imitatus; numquam a me tam crudeliter disparatus, ignoti pulveris syrte tegeretur, naufragi sorte prædonis passus in medio mari mortem, & vix in extremo nactus litore sepulturam. videant hoc opus suum, quicumque ex illius abscessu mihi nocere voluerunt: videant gloriam suam, & vel nunc adversum me grassari desinant vindicati. Hæc cum maxime flebili voce gememus, omnium lacrimis per nostra lamenta commotis, cum magna quidem Martini admiratione, sed non minore ex nostris fletibus dolore, discessum est.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
403.



# APPENDIX
AD
# SULPICII SEVERI
## OPERUM EDITIONEM VERONENSEM:
QUA CONTINENTUR
## EPISTOLÆ VII.
antea evulgatæ.



# SULPICII SEVERI
## PRESBYTERI AQUITANI
## EPISTOLA I.

Ad CLAUDIAM SOROREM suam.

*De ultimo judicio.*

I. LEctis epistolis tuis, multo modo permotum affectum lacrimis tenere non potui. Nam & gaudio flebam quod te secundum Domini Dei nostri præcepta vivere ex sermone ipso litterarum tuarum poteram agnoscere, & pro desiderio tui non poteram non dolere, quod [1] per summam a te injuriam alienabar, si litteras non misisses. Tali ergo sorore non fruerer? Testor autem salutem tuam, persæpe ad vos venire volui, sed usque adhuc impeditus sum, obsistente eo qui consuevit obsistere. Nam & festinabam desiderio meo in tuo aspectu satisfacere; & opus Domini nostri inter nos obiter videbamur acturi, cum alter alterum consolando, calcata a nobis mole sæculi, viveremus. Sed jam veniendi diem tempusque non statuo, quia quotienscumque statui, implere non potui. Domini operiar voluntatem; speroque quod meis votis & orationibus tuis de nostra nos fructum capere faciat [2] perseverantia.

II. Ceterum quod á me in omnibus epistolis quas ad te miseram vitæ ac fidei tuæ præcepta desiderans, jam per assiduitatem scriptorum meorum verba consumsi, nihil novum tibi rescribere modo possum quod ante non scripserim. Et sane propitio Deo jam non indiges admoneri, quæ fidem inter principia consummans, devotam in Christo exhibes caritatem. Unum tamen moneo, ne transcursa repetas, ne contemta desideres, ne manum aratro inserens [a], retrorsum conversa respicias. quo utique in te redeunte vitio, ordinem suum necesse est sulcus amittat, nec sane mercedem suam cultor accipiat. Alioquin nec partem consequitur, si ex parte cessaverit. Nam sicut a peccato ad justitiam fugiendum est, ita & qui justitiam fuerit ingressus, ne peccato pateat præcavendum. Scriptum enim est justo [b], in qua die exerraverit, justitiam non profuturam. In hoc igitur consistendum est, in hoc laborandum, ne qui peccata evasimus, præmia parata perdamus. Stat enim adversus nos paratus inimicus, ut nudatum fidei umbone mox feriat. Non abjiciendus est itaque clypeus, ne latus pateat. Non remittendus est gladius, ne hostis incipiat non timere. Porro cum armatum viderit, abibit. Nec ignoramus durum esse ac difficile adversus carnem & sæculum quotidie dimicare. Sed si æternitatem cogites, si cælorum regna consideres, quæ utique nobis Dominus licet peccatoribus præstare dignabitur, quæ tandem condigna passio est qua tanta mereamur? Luctamen autem in hoc mundo parvi temporis est. Nam etsi mors non succedat, senecta succedet. Labuntur anni, fluunt tempora, &, ut spero, Dominus Jesus tamquam desideratos sibi celeriter vocabit.

III. O quam felix ille noster excessus, cum [3] a labe peccati melioris vitæ conversatione purgatos sede sua nos Christus excipiet! Occurrent Martyres & Prophetæ, [4] tangentur Apostoli, gaudebunt angeli, lætabuntur archangeli, victusque satanas cruento licet ore pallebit; quippe qui etiam nostra, quæ sibi in nobis præparaverat, peccata perdiderit. Videbit gloriam concessam per veniam, merita honorata per gloriam. Nos trimphabimus hoste superato, [5] ubi tunc mundi istius sapientes ridebuntur, ubi avarus, ubi adulter, ubi impius, ubi ebriosus, ubi maledicus recognoscentur. Quid miseri pro sua defensione dicturi sunt? Nescivimus

*a* Luc. IX. 62. *b* Ezech. XVIII. 24. 26.

1. *Per summam a te injuriam*] Fortasse Severus voculas *a te* postposuerat voci *injuriam*. Vix enim ferunt aures ejusmodi metathesin. CLER.
2. *Perseverantia*] Leg. *præsentia*. BALUZ. — Paullo ante rescripsi cum Baluzio *operiar*; pro quo Clericus, *operior*.
3. *A labe peccati — purgatos*] His affinia sunt quæ habet Severus *de Vita B. Martini* cap. XXII. *Antiqua delicta melioris vitæ conversatione purgari*. H. DE PRATO.
4. *Tangentur*] Ἀπὸ κοινοῦ, lætitia adficientur.
5. *Ubi tunc*] Clerici editio mendose, *ubi nunc*.

te Domine, te in mundo eſſe non vidimus. Prophetas non miſiſti, legem ſæculo non dediſti. Patriarchas non vidimus, ſanctorum non legimus exempla. Chriſtus tuus in terra non fuit, Petrus tacuit, Paulus noluit prædicare, Evangeliſta non docuit, Martyres non fuerunt quorum exempla ſequeremur. Futurum judicium tuum nemo prædixit, veſtire pauperem nemo mandavit, [1] prohibere libidinem nemo præcepit, repugnari avaritiæ nemo perſuaſit. Inſcientia lapſi ſumus, quæ fecimus neſcientes.

IV. His e contrario ex illo ſanctorum choro vel primus juſtus Noe proclamabit: Ego, Domine, & superventurum propter peccata hominum diluvium prædicavi, & poſt diluvium exemplum de me præbui bonis, ut malis pereuntibus non perirent, ut iſti recognoſcerent & quæ eſſet innocentibus ſalus, & quæ pœna peccantibus. Poſt hunc, Abraham fidelis obſiſtet: Ego, inquit, Domine, fidem qua humanum in te crederet genus, media fere mundi illius ætate fundavi. Ego pater gentium, cujus exempla ſequerentur, electus ſum. Ego Iſaac adhuc parvulum non dubitavi, Domine, offerre tibi pro victima, ut iſti recognoſcerent nihil non Domino præſtari debere, cum me ipſum ne filio quidem uniquo intelligerent pepercisse. Ego terram meam & cognationem meam te jubente deſerui, ut iſtis quoque eſſet exemplum nequitias mundi & ſæculi peccata deſerere. Ego, Domine, te licet corpore, ſub imagine primus agnovi, nec dubitavi credere quem videbam, licet in alia mihi ſubſtantia videreris, ut iſti intelligerent non ſecundum carnem ſed ſecundum ſpiritum judicare. Huic Moyſes beatus obſecundabit: Ego legem, Domine, iſtis omnibus te jubente tradidi, ut quos libera fides non tenebat, lex ſaltem dicta cohiberet. Ego dixi: [a] *Non adulterabis*, ut licentiam fornicationis inhiberem. Ego dixi: [b] *Diliges proximum tuum*, ut caritas abundaret. Ego dixi: [c] *Domino ſoli ſervies*, ne iſti idolis immolarent vel templa eſſe paterentur. Ego ne falſa teſtimonia dicerentur edixi, ut iſtis adverſus omne mendacium præcluderem ora. Ego facta dictaque a mundi exordio, operante in me ſpiritu tuæ virtutis, expoſui, ut iſtius [2] cognitio præteritorum doctrinam tribueret futurorum. Ego te venturum, Domine Jeſu, prædicavi, ut iſtis non [3] inopinatum eſſet agnoſcere quem venturum ante prædixeram.

V. Poſt hunc adſtabit dignus Domini ſui David ſemine: Ego te, Domine, per omnia nuntiavi; ego nomini tuo tantum ſerviendum eſſe clamavi. Ego dixi: [d] *Beatus vir qui timet Dominum*; ego dixi: [e] *Exſultabunt ſancti in gloria*; ego dixi: [f] *Deſiderium peccatorum peribit*, ut iſti te agnoſcerent & peccare deſinerent. Ego cum regia præditus eſſem poteſtate, cilicio ſuperjecto, pulvere ſubjecto, depoſitis inſignibus magnificentiæ meæ procubui veſtimentis, ut iſtis manſuetudinis atque humilitatis daretur exemplum. Ego inimicis meis, qui interficere me cupierunt, peperci, ut miſericordiam meam iſtis probarem imitandam. Poſt hunc Iſaias dignus Dei ſpiritu non tacebit. Ego, Domine, te per os meum loquente, præmonui: [g] *Væ his qui jungunt domum ad domum*, ut modum [4] cupiditati imponerem. Ego iram tuam peccantibus veniſſe teſtatus ſum, ut iſtos a malefactis ſuis, ſi non ſpes præmiorum, ſaltem ſuppliciorum formido cohiberet.

VI. Poſt hos alioſque complures qui doctrinæ nobis officia præſtiterunt, ipſe Dei filius hæc loquetur. Ego certe excelſa ſede ſublimis, [h] cælum palma, terram pugillo continens, intra extraque diffuſus, cunctorum quæ gignuntur interior, atque omnibus quæ moventur exterior, inæſtimabilis naturæ poteſtate infinitus, inviſibilis aſpectu, incomprehenſibilis adtactu, ut inter vos ad edomandam duritiam cordis veſtri & perfidiam doctrinis ſalutaribus molliendam veſtrum minimus exſiſterem, naſci carne dignatus ſum, depoſitaque Dei gloria, habitum formæ ſervilis aſſumſi, ut communicata vobiſcum infirmitate corporea, rurſum in conſortium gloriæ meæ per obedientiam præcepti ſalutaris adhiberem. Ægris infirmiſque omnibus ſanitatem, auditum ſurdis, viſum cæcis, vocem mutis, claudis pedum officia reſtitui, ut vos ſignis cæleſtibus [5] permoverem, quo facilius in me atque in his quæ prædicaveram crederetis. Ego vobis cælorum regna promiſi. Ego etiam, ut impunitatis haberetis exemplum, latronem, qui me ſub mortis ſuæ tempore fatebatur in paradiſo collocavi, ut illius fidem qui remitti ſibi meruerat peccata ſequeremini. Atque ut exemplo meo pro vobis & ipſi pati poſſitis, pro vobis ego paſſus ſum, ne dubitaret homo pro ſe pati quod Deus pro homine pertuliſſet. Ego me poſt reſurrectionem, ne fides veſtra confunderetur, oſtendi. Ego in Petro Judæos monui, ego in Paullo gentibus prædicavi. Nec pœnitet. Eſt fructus bonorum. Opus meum boni intellexerunt, perfecerunt fideles, juſti impleverunt, conſummaverunt miſericordes; & magna pars martyrum, magna ſanctorum eſt. In eodem certe & iſti corpore, in eodem fuerunt mundo. Cur nullum in vobis bonum opus, gens viperea ſtirpis, invenio? Pœnitentiam malorum veſtrorum nec ſub ultima die veſtri finis egiſtis. Quid autem attinet quod me labiis adoratis, ſi factis & operibus denegetis? Ubi nunc veſtræ divitiæ, ubi honores, ubi potentia, ubi veſtræ ſunt voluptates? Nullam novam in vos mando ſententiam. Habetis judicium quod ante prædixi.

VII. Tunc illud miſeris Evangeliſta recitabit: [i] *Ite in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium*. O miſeri quos iſta non permovent! Videbunt ſuam pœnam & aliorum gloriam. Utantur ſæculo, dum æternitate illa quæ ſanctis præparata eſt non fruantur. [6] Affluant divitiis, auro incubent, dum ibi egentes, ibi inopes deprehendantur. Sint in ſæculo divites, dum in æternitate ſint pauperes. de quibus ſcriptum eſt: [k] *Divites eguerunt & eſurierunt*. Conſequenter autem de bonis ſcriptura ſubjecit: *Inquirentes autem Dominum non de-*

*a* Exod. xx. 14. *b* Lev. xix. 18. *c* Deut. vi. 13. *d* Pſalm. cxi. 1. *e* Pſalm. cxlix. 5. *f* Pſalm. cxi. 10. *g* Iſa. V. 8. *h* Iſa. xl. 12. *i* Matth. xxii. 13. xxv. 30. *k* Pſalm. xxxiii. 11.

1. *Prohibere*] Forte *cohibere*.
2. *Cognitio præter.*] Hanc eamdem ſententiam legas ſupra *Hiſt. ſacr.* lib. II. cap. viii.
3. *Inopinatum*] Sic optime prima Baluzii editio. Mendoſe Lipſienſis, *opinatum*. Ubi Clericus legendum cenſebat *non opinatus*. At locus emendatione non eget.
4. *Cupiditati*] Male Cler. *cupiditatis*.
5. *Permoverem*] Arguit heic Clericus Baluzium, quod ediderit *promoverem*: ſed immerito. Exemplar namque Baluzianum rite perhibet *permoverem*. Id vitio vertendum Clerici exſcriptori, qui ſæpe in exſcribenda Baluzii editione peccavit, ut infra pluribus oſtendimus.
6. *Affluant div.*] Gemina ſunt quæ leguntur apud Sulpicium in *Hiſt. ſacr.* lib. I. cap. xxiii. *Inhiant poſſeſſionibus, prædia excolunt, auro incubant*. H. de Prato.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

*ficient omni bono*. Itaque, ſoror, licet nos iſti irrideant, licet nos ſtultos infelicesſque commemorent, felicius gaudeamus opprobriis quibus nobis gloria, illis pœna cumulatur. Nec rideamus illorum ſtultitiam, ſed potius infelicitatem doleamus: quia inter illos pars magna noſtrorum eſt, quos ſi lucrifacere poſſimus, augetur in nobis gloria. Sed agant ſe ut volunt, ſint nobis tamquam gentiles & publicani; nos vero ſalvos incolumesſque tueamur. Si illi nunc nobis dolentibus gaudent, nos poſtea in illorum dolore gaudebimus. Vale ſoror cariſſima & in Chriſto dilectiſſima.

# EPISTOLA II.

Ad eamdem.

*De Virginitate.*

I. QUantam in cæleſtibus beatitudinem virginitas ſancta poſſideat, præter ſcripturarum teſtimonia, Eccleſiæ etiam conſuetudine edocemur, [1] quia addiſcimus peculiare illi ſubſiſtere meritum cujus eſt ſpecialis conſecratio. Nam cum univerſa turba credentium paria dona gratiæ percipiat, & iiſdem omnes ſacramentorum benedictionibus glorientur, iſtæ proprium aliquid præ ceteris habent, dum de illo ſancto & immaculato Eccleſiæ grege quaſi ſanctiores purioresſque hoſtiæ pro voluntatis ſuæ meritis a ſancto Spiritu eliguntur, & per ſummum ſacerdotem Dei offeruntur altario. Digna revera Domino hoſtia tam pretioſi animalis oblatio, & nullius magis quam ſuæ imaginis hoſtia placitura. De hujuſmodi enim Apoſtolum præcipue dixiſſe reor: [a] *Obſecro autem vos, fratres, per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam vivam, ſanctam, Deo placentem*. Poſſidet ergo virginitas & quod alii habent & quod alii non habent, dum & communem & peculiarem obtinet gratiam, & proprio, ut ita dixerim, conſecrationis privilegio gaudet. Nam & Chriſti ſponſas virgines dicere eccleſiaſtica nobis permittit auctoritas, [2] dum ſponſarum modo eas Domino conſecrat & velat, oſtendens eas vel maxime habituras ſpiritale connubium quæ ſubterfugerint carnale conſortium. Et digne Deo per matrimonii comparationem ſpiritaliter copulantur quæ ejus dilectionis cauſa humana connubia ſpreverunt. In his quammaxime illud completur Apoſtoli: [b] *Qui autem adhæret Deo, unus eſt ſpiritus*.


II. Grande eſt & immortale, pene ultra naturam corpoream, [3] ſuperare luxuriam, & concupiſcentiæ ſpaſmeam adoleſcentiæ facibus accenſam animi virtute reſtinguere, & ſpiritali conatu vim genuinæ oblectationis excludere, & vivere contra humani generis legem, deſpicere ſolatia conjugii, dulcedinem contemnere liberorum, & quæcumque præſentis vitæ eſſe commoda poſſint pro nihilo ſpe futuræ beatudinis computare. Magna hæc, ut dixi, & admirabilis virtus eſt, & non immerito pro magnitudine laboris ſui ingenti præmio deſtinata. [c] *Dabo ſpadonibus* [4], dicit Deus, *& in domo mea & in muro meo locum nominatum meliorem filiis & filiabus; nomen æternum dabo illis, & non deficiet*. De quibus ſpadonibus Dominus in evangelio repetit dicens: [d] *Sunt enim ſpadones qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cælorum*. Magnus eſt quidem pudicitiæ labor, ſed majus eſt præmium; temporalis cuſtodia, ſed remuneratio æterna eſt. De his enim & beatus Apoſtolus Joannes loquitur, quod ſequantur agnum quocumque ierit. Quod ita intelligendum puto, nullum eis locum in cæleſti aula claudendum, ſed cuncta eis divinarum manſionum habitacula reſeranda.

III. Sed ut illuſtrius virginitatis meritum clareat, & quam digna Deo ſit manifeſtius intelligi poſſit, illud cogitetur quod Dominus & ſalvator noſter Deus, cum propter humani generis ſalutem hominem dignaretur aſſumere, non alium quam virginalem uterum elegerit, ut hujuſmodi plurimum ſibi placere monſtraret, & ut pudicitiæ bonum utrique ſexui intimaret. Virginem matrem habuit virgo manſurus. In ſe viris, [5] & in matre feminis præbuit virginitatis exemplum. Quo demonſtratur in utroque ſexu beatam integritatem divinitatis habere plenitudinem meruiſſe, dum tantum in matre fuit quidquid [6] habebat in filio. Sed quid ego ſatiſago excellens ac ſublime pudicitiæ meritum revelare, & glorioſæ bonum virginitatis oſtendere, cum de hac re pleroſque peroraſſe non neſciam & ejus beatitudinem manifeſtiſſimis rationibus comprobaſſe, & nulli ſapienti in dubium venire poſſit eam rem majoris eſſe meriti quæ ſit amplioris laboris? Quiſquis enim pudicitiam aut nullius præmii aut parvi exiſtimat, certum eſt illum aut ignorare aut non voluntarie ejus ferre laborem. Inde illi ſemper caſtitati derogant qui eam aut non habent, aut habere coguntur inviti.

IV. Nunc itaque, quoniam, paucis licet, tam laborem quam meritum integritatis oſtendimus, ne res quæ grandi virtute conſtat, & ingenti præmio deſtinatur, carere fructu ſuo poſſit, diligentius excubandum eſt. Quantum enim quæcumque ſpecies pretioſior fuerit, tanto majore ſolicitudine cuſtoditur. Et quoniam multa ſunt quæ bono proprio carent, niſi aliarum rerum juventur auxilio, ut eſt mellis ſpecies, quæ niſi cerarum cuſtodia & favorum cellulis conſervetur, & ut verius dixerim nutriatur, naturalem gratiam perdit & ſubſiſtere per ſe ipſam non poteſt: ſicut & vini ſpecies, quod ſi non boni odoris [7] vaſis, & reparatis crebris picibus foveatur, genuinam vini ſuavitatem amittit. At-

*a* Rom. XII. 1. *b* I. Cor. VI. 17. *c* Iſa. LVI. 5. *d* Matth. XIX. 12.

1. *Quia addiſcimus* ] Male Cleric. *qua dicimus*.
2. *Dum ſponſarum* cet. ] Holſten. in *Append. Cod. Reg.* pag. 10. *dum in ſponſarum modum quas conſecrat Domino, velat: oſtendens* cet. Peſſime Cleric. *velut oſtenſas*.
3. *Superare* — *ſpaſmeam* ] Rectius Holſten. *ſopire* — *flammeam*. Contextus reſtitutionem confirmat.
4. *Dabo ſpadonibus*, dicit Deus ] Holſt. *Dabo*, inquit Dominus, *ſpadonibus meis*. Deeſt *meis* apud Iſaiam. Clericus contra fidem exemplaris, ut ſæpe alias: *Dabo*, inquit ſpadonibus Deus, *& in domo* cet. Mox Holſt. *meliorem a filiis* — *quod non deficiet*. Neque aliter ſacer textus.
5. *Et in matre* ] Sic & Holſtenius. At Clericus, *ſed in matre*.
6. *Habebat* ] Leg. cum Holſt. *habebatur*. Mox ibid. *ſatago* pro *ſatiſago*.
7. *Vaſis* ] Malim cum Holſt. *vas*: apud quem paullo poſt legitur *rebus nec.* pro *viribus nec.*



tentius ergo providendum est ne forte & virginitati aliqua sint necessaria, sine quibus nequaquam fructum afferre sufficiat. & tantus nihil proderit labor, dum vane prodesse creditur, quod absque viribus necessariis possidetur. Nisi fallor enim, ob cælestis regni præmium pudicitiæ servatur integritas, quod sine vitæ æternæ merito neminem consequi posse certum est. Æterna vero vita nonnisi per omnem divinorum præceptorum custodiam promereri potest, scriptura dicente: [a] *Si vis in vitam pervenire, serva mandata*. Vitam ergo non habet, nisi qui cuncta mandata legis servaverit. Et qui vitam non habuerit, cælestis regni non potest esse possessor, in quo non mortui, sed vivi quique regnabunt. Nihil ergo virginitas sola proficiet, quæ cælestis regni gloriam sperat, nisi & [1] aliud habuerit cui perpetua vita promittitur, per quam cælestis regni præmium possidetur. Ante omnia ergo pudicitiam integritatemque servantibus, & ejus remunerationem a Dei æquitate sperantibus mandatorum custodia est præcepta, ne gloriosæ castitatis & continentiæ labor in irritum deducatur. Supra mandatum vel præceptum esse virginitatem sapiens [2] ex lege nullus ignorat, Apostolo dicente: [b] *De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do*. Cum ergo obtinendæ virginitatis consilium dat, non præceptum, supra mandatum & præceptum eam esse professus est. Quicumque ergo virginitatem servant, majus quam præceptum est faciunt. Tunc enim proderit amplius fecisse quam jussum est, si quod jussum est feceris. [3] Nam quomodo plus fecisse gloriaberis, si minus aliquid non feceris? Cupiens divinum implere consilium, ante omnia serva mandatum. Volens virginitatis præmium consequi, amplectere meritum vitæ, ut tua castitas renumerari possit. Nam ut vitam præstat observatio mandatorum, ita eorum e contrario generat prævaricatio mortem. Et qui per prævaricationem [4] in morte fuerit, virginitatis coronam sperare non poterit, neque pudicitiæ præmium exspectare constitutus in pœna.

V. Tres enim species sunt per quas regni cælestis possessio introitur. Prima est pudicitia, secunda mundi contemtus, tertia vero justitia: quæ ut connexæ plurimum se possidentibus præstant, ita divisæ prodesse difficile possunt; dum unaquæque earum non propter se tantum, sed propter alias flagitatur. In primis ergo quæritur pudicitia ut facilius subsequatur mundi contemtus, quia ab illis mundus contemni levius potest qui matrimonii nexibus non tenentur; mundi vero contemtus exposcitur ut justitia conservetur, quam difficile implere possunt qui sæcularium bonorum cupiditatibus & mundanarum voluptatum negotiis implicantur. Quisquis ergo pudicitiæ possidet primam speciem, & secundam, quæ est mundi contemtus, non obtinet, pene sine causa possidet primam, quando secundam non habet, propter quam prima quæsita est. Et si primam & secundam habeat, cui tertia, quæ est justitia, desit, frustra laborat, quoniam superiores duæ propter tertiam præcipue requiruntur.


A Quid enim prodest propter mundi contemtum pudicitiam habere, & propter quod eam habeas non habere? Vel [5] cui rei mundum contemnas, si justitiam, propter quam pudicitiam & propter quam mundi contemtum habere te convenit, non custodias? quia ut prima species propter secundam est, ita & prima & secunda propter tertiam; quæ si non fuerit, nec prima nec secunda proficiet.

VI. Dicis forsitan: Doce me ergo quid sit justitia, ut eam, si cognoverim, facilius implere sufficiam. Dicam tibi breviter ut valeo, & verborum utar simplicitate communium; quia causa de qua agimus talis est, quæ disertioribus facundiæ sermo-
B nibus nequaquam debeat obscurari, sed simplicioris eloquentiæ narrationibus pandi. Res enim omnibus in commune necessaria, communi debet sermone monstrari. Justitia ergo non aliud est quam non peccare; non peccare autem est legis præcepta servare. Præceptorum vero observatio duplici genere custoditur, ut nihil eorum quæ prohibentur facias, & cuncta quæ jubentur implere contendas. Hoc est quod dicit Psalmista: [c] *Recede a malo, & fac bonum*. Nolo enim in hoc putes constare justitiam ut malum non facias, cum & bonum non facere malum sit, & in utroque legis prævaricatio continetur: quoniam qui dixit *Recede a malo*, ipse dixit *& fac bonum*. Si a malo recesseris & non fe-
C ceris bonum, transgressor es legis, quæ non tantum in malorum actuum abominatione, sed & in bonorum operum perfectione completur. Neque enim tibi hoc solum præcipitur ut vestitum suis non spolies indumentis, sed ut spoliatos operias tuis; neque ut habenti panem non auferas suum, sed ut non habenti tuum libenter impertias; [6] neque ut solum pauperem suo non pellas hospitio, sed ut pulsum & non habentem recipias tuo. Præceptum enim est nobis [d] *flere cum flentibus*. Quomodo cum illis flemus, si in nullo eorum necessitatibus participamus, nec aliquod eis in his propter quas lacrimantur causis, præbemus auxilium? Neque enim fletuum nostrorum Deus infructuosum quærit
D humorem; sed quia lacrimæ doloris indicium sunt, vult te ita alterius angustias sentire ut tuas. Et quomodo tibi, in tali tribulatione si esses, subveniri cuperes, ita alteri ipse subvenias, propter illud: [e] *Quæcumque vultis ut faciant vobis homines bona, ita & vos facite illis*. Nam cum flente flere, si nihil, cum possis flenti conferre, conferas, subsannationis non pietatis indicium est. Denique salvator noster cum Maria & Martha Lazari sororibus flevit, & immensæ misericordiæ affectum lacrimarum contestatione monstravit. Et veræ pietatis indicia mox opera subsecuta sunt, cum suscitatus Lazarus, cujus caussa lacrimæ funduntur, sororibus [7] vivus redditur. Et hoc fuit pie flere
E cum flentibus, occasionem fletus auferre. [8] Sed quis potens? inquies. Sed nec tibi aliquid impossibile imperatur. Implevit omnia qui quod potuit fecit.

VII. Sed, ut dicere cœperamus, non sufficere Christiano a malis se abstinere, nisi etiam bonorum

*a* Matth. xix. 17. *b* I. Cor. vii. 25. *c* Psalm. xxxiii. 15. *d* Rom. xii. 15. *e* Matth. vii. 12.

1. *Aliud hab.*] Holst. *illud hab.* Mox ibid. *mandatorum sunt custodienda præcepta*.
2. *Ex lege*] Rectius, quam Holst. *& legens*.
3. *Nam quomodo — si minus aliquid non feceris?*] Hæc apud Holstenium incuriosus exscriptor omiserit. Paullo post ibid. perperam, *remuneratio mandatorum*.
4. *In morte fuerit*] Legendum videtur cum Holstenio, *in mortem fuerit deputatus*.
5. *Cui rei*] Sic Baluz. id est, *cui bono*? At Holst. *cur res mundi cont.*
6. *Neque ut solum*] Leg. cum Holst. *Neque solum ut*. Et paullo ante *spoliatum* pro *spoliatos*: ut respondeat superiori voci *vestitum*.
7. *Vivus redditur*] *Vivus* omittit Holst. Et sane redundat. Antea namque *suscitatus* habetur.
8. *Sed quis potens? inquies. Sed nec*] Holst. *Sed quasi potens, inquies, fecit. Verum nec tibi* cet. Quam quidem lectionem heic restituendam nullus dubito.



operum officia perfecerit, illo vel maxime teſtimonio comprobatur, quo comminatur Dominus æterni ignis reos fore qui quamvis mali nihil geſſerint, non fecerint omne quod bonum eſt, dicens: [a] *Tunc dicit Rex his qui ad ſiniſtram ſunt: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, quem præparavit pater meus diabolo & angelis ejus. Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare*, & reliqua. Non dixit, *Diſcedite a me maledicti, quia homicidium, quia adulterium*, aut *quia furta feciſtis*; [1] ſed quia bona non fecerunt, condemnantur. Hi æternis gehennæ ſuppliciis addicuntur, non quia quæ prohibita fuerant admiſiſſent, ſed quia quæ præcepta fuerant implere noluerunt. Unde advertendum eſt quam ſpem habere poſſint qui adhuc aliquid eorum faciunt quæ prohibentur, cum etiam illi rei ſint qui non fecerunt quæ jubentur. Nolo enim tibi in hoc blandiaris, ſi aliqua non feceris, cum ſcriptum eſt: [b] *Qui univerſam legem ſervaverit, offenderit autem in uno, factus eſt omnium reus.* Adam enim ſemel peccavit, & mortuus eſt. Et tu te vivere poſſe exiſtimas illud ſæpe committens quod alium, dum ſemel perpetraſſet, occidit? An grande illum commiſiſſe crimen putas unde merito ac juſte damnatus eſt? Videamus ergo quid fecerit. Contra mandatum de fructu arboris edit. Quid ergo? Propter arboris fructum Deus hominem morte multavit? Non propter arboris fructum, ſed propter mandati contemtum. Ergo non agitur de qualitate peccati, ſed de tranſgreſſione mandati. Et qui dixit Adæ ut de arboris fructu non ederet, ipſe tibi præcepit ut non maledicas, non mentiaris, non detrahas, nec detrahentes auſcultes, ut omnino non jures, ut non concupiſcas, non invideas, non ſis tepidus, non ſis avarus, ut nulli malum pro malo reddas, ut pro calumniantibus & perſecutoribus tuis ores, ut percutienti maxillam, alteram præbeas, ut in judicio ſæculari non litiges, ut ſi quis tua auferre voluerit, gratanter remittas, ut nec iracundiæ nec zeli livoris malum intra pectus admittas, ut crimen avaritiæ fugias, ut omnis jactantiæ ac ſuperbiæ malum caveas, & humilis ac mitis Chriſti exemplo vivas, malorum conſortia in tantum devitans, ut cum fornicatoribus aut avaris aut maledicentibus aut invidis aut detrectatoribus aut ebrioſis aut rapacibus cibum non capias. Quem ſi in aliquo contemſeris, ſi pepercit Adæ, parcet & tibi? Immo illi magis parcendum fuerat, qui adhuc rudis & novellus erat, & nullius ante peccantis & propter peccatum ſuum morientis trahebatur exemplo. Tibi vero poſt tanta documenta, poſt legem, poſt Prophetas, poſt evangelia, poſt Apoſtolos ſi delinquere volueris, quomodo indulgeri poſſit ignoro.

VIII. An tibi de virginitatis prærogativa plaudes? Memento Adam & Evam virgines deliquiſſe, nec integritatem corporis profuiſſe peccantibus. Virgo quæ peccat, Evæ non Mariæ comparanda eſt. Non negamus in præſenti tempore remedium pœ-

A nitentiæ; ſed hortamur magis præmium ſperare debere quam veniam. Turpe eſt enim delicti indulgentiam poſtulare quæ palmam virginitatis exſpectant, & inlicitum aliquid incurrere quæ ſe etiam a licitis caſtraverunt. Licitum quippe eſt matrimonii inire conſortium. Et ut laudandæ ſunt quæ propter Chriſti amorem & cæleſtis regni gloriam copulam contemſerunt nuptiarum, ita damnandæ non ſunt quæ propter [2] incontinentiæ voluptatem, nondum Deo devotæ, remedio apoſtolico abutuntur. [3] Ergo, ut diximus, quæ connubia deſerunt, non illicita ſed licita ſpernunt. Ejuſmodi autem ſi jurent, ſi maledicant, ſi detrahant, ſi detrahentes probantur audire, ſi malum pro malo reddant, ſi
B cupiditatis in alienis vel avaritiæ in propriis incurrant crimen, ſi zeli, ſi livoris venena poſſideant, ſi contra legalia & apoſtolica inſtituta indecens aliquid aut loquuntur aut cogitant, ſi in carne placendi ſtudio comtæ & ornatæ procedant, & alia quæ fieri ſolent inlicite faciant; quid proderit eis ſpreviſſe quod licuit, & exercere quod non licet? Si vis prodeſſe tibi quod licita contemſiſti, vide ne quid eorum quæ non licent facias. Stultum eſt enim timuiſſe quod minus eſt, & non timere quod majus eſt; aut ab iis non vitari quæ prohibentur, [4] quæ ſubterfugerint quæ conceduntur. Dicit enim Apoſtolus: [c] *Innupta cogitat quæ Dei ſunt, quomodo placeat Deo, ut ſit ſancta cor-*
C *pore & ſpiritu. Quæ Dei ſunt*, inquit, *cogitat*; non quæ ſæculi, non quæ hominum, ſed quæ Dei ſunt cogitat. Quæ ſunt ergo Domini? Dicit Apoſtolus: [d] *Quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ*, iſta ſunt Domini, quæ ſanctæ vere apoſtolicæ virgines die noctuque meditantur & cogitant. Dei eſt etiam regnum cælorum, Domini eſt reſurrectio mortuorum, Domini eſt immortalitatis incorruptio; [5] Domini eſt ſplendor ſolis, qui ſanctis promittitur: Domini ſunt plures iterum in cæleſtibus manſiones, Domini eſt fructus trigeſimus & ſexageſimus & centeſimus. Hæc cogitant, & quibus poſſint operibus promereri quæ Domini ſunt,
D cogitant. Domini eſt etiam lex novi & veteris teſtamenti, in quibus [6] ejus elogia ſancta refulgent: quæ ſi virgines ſine intermiſſione meditantur, quæ Domini ſunt cogitant, & impletur in eis propheticum illud: [e] *Fundamenta æterna ſuper terram ſolidata, & mandata Domini in corde mulieris ſanctæ.*

IX. Sequitur, *quomodo placeat Deo*. Deo inquam, non hominibus. *Ut ſancta corpore ſit & ſpiritu*. Non dixit, *ut ſit ſancta membro aut corpore tantum*, ſed, *ut ſit ſancta corpore & ſpiritu*. Membrum enim una corporis pars eſt, corpus vero omnium compago membrorum. Cum ergo dicit *ut ſit ſancta corpore*, omnibus membris [7] eam ſanctificari debere teſtatur: quia non proderit ſanctifi-
E catio ceterorum membrorum, ſi inveniatur vel in uno corruptio. Non erit ſancta corpore, quod ex omnibus conſtat membris, quæ vel unius fuerit

*a* Matth. xxv. 41. 42. *b* Jac. II. 10. *c* I. Cor. VII. 34. *d* Philipp. IV. 8. *e* Eccli. xxvi. 24.

1. *Sed quia bona* ] Ante hæc verba legimus apud Holſtenium: *non enim quia malum feciſſent, ſed quia bonum non fecerant*, cet. Hæc vero imprudenter fuiſſe omiſſa in exemplari Baluziano ſuadent quæ mox in eamdem ſententiam occurrunt: *non quia quæ prohibita — ſed quia*, cet.

2. *Incontinentiæ* ] Sic recte Baluz. Corrupte Holſt. *innocentiæ*.

3. *Ergo, ut dix.* ] Peſſime Clericus: *Ergo, ut diximus, quæ connubias licita, ut inlicita, ſpernunt, ejuſmodi autem ſi jurent, ſi maledicant, ſi cupidas in alienis, ſi detrahentes probantur audire, ſi malum pro malo reddant, ſi avaritiæ in propriis incurrant crimen*, cet.


4. *Quæ ſubterf.* ] Holſt. *ſi ſubterf.* Mox ibid. poſt Apoſtoli verba, nonnulla interpolata noſcuntur.

5. *Domini eſt ſplendor ſolis, qui* cet. ] Apud Clericum lectio male interpuncta & mendoſa: *Domini eſt ſplendor, ſolis quæ ſanctis promittuntur*. Reſpicit enim auctor ad *Matth.* XIII. 43. *Tunc juſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum.*

6. *In quibus ejus* ] Leg. cum Holſt. *in quibus* ORIS *ejus*.

7. *Eam ſanct.* ] Male Cler. *jam ſanct.* Mox Holſt. *Et jam non erit ſancta corpore.*

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 403.



coinquinatione polluta. Sed ut quod dico manifestius & lucidius fiat, [1] esto, sit quæcumque omnium membrorum sanctificatione purgata, & lingua tantummodo peccet, aut blasphemet, aut testimonium falsum dicat; numquid liberabunt omnia membra unum, an propter unum judicabuntur & cetera? Ergo si nec aliorum membrorum sanctificatio proderit, cum in uno sit vitium; quanto magis si diversorum flagitio peccatorum omnia corrumpantur, unius nihil proficiet integritas?

X. Unde quæso te, virgo, ne in sola tibi pudicitia blandiaris, neque in unius membri integritate confidas; sed secundum Apostolum soli Deo conserva corporis sanctitatem. Munda ab omnibus inquinamentis caput; quia crimen est illud, post chrismatis sanctificationem, aut croci aut alterius cujuslibet pigmenti fuco vel pulvere sordidari, aut auro aut gemmis vel cujuscumque terrenæ creaturæ specie. Grandis quippe divinæ gratiæ contumelia est, mundani & sæcularis ornamenti prælatio. Munda frontem, ut humana non divina opera erubescat, & illam confusionem recipiat quæ non peccatum sed Dei gratiam parit, scriptura divina dicente: [a] *Est confusio adducens peccatum, est confusio adducens gratiam Dei*. Munda collum, [2] ut non auro texta capillis portet suspensa monilia, sed potius illa ornamenta circumferat de quibus scriptura dicit: [b] *Misericordia & fides non deficient a te: suspende autem illa in collo tuo*. Munda oculos, dum eos ab omni concupiscentia retrahis, & ab intuitu pauperum numquam avertis, & ab omnibus fucis liberos [3] ad ea quæ a Deo sunt facta custodis. Munda linguam a mendacio, quia [c] *os quod mentitur occidit animam*; a detractione, a juramento, ab adulatione, a perjurio. Nolo præposterum ordinem putes quod prius a juramento quam a perjurio linguam dixi debere mundari: quia tunc perjurium facilius effugies, si in toto non jures. Impleatur [4] in te illa sententia: [d] *Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum*. Et memor esto dicentis Apostoli: [e] *Benedicite & nolite maledicere*. Sed & illud crebrius recordare: [f] *Videte ne quis malum pro malo reddat alicui, neque maledictum pro maledicto; sed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati estis ut benedictionem hereditatis possideatis*. Et illud: [g] *Si quis autem verbo non offendit fratrem, hic perfectus est*. Nefas est enim ut labia illa quibus Dominum confiteris, rogas, benedicis, & laudas; alicujus polluantur sorde peccati. Nescio qua conscientia ea lingua quis Dominum rogat, qua aut mentitur, aut maledicit, aut detrahit. Labia sancta exaudit Dominus, & ipsis annuit cito precibus quas lingua immaculata [5] pronuntiat. Munda aures, ut nonnisi sermonibus sanctis & seriis auditum præbeant, ut numquam obscena aut turpia aut sæcularia verba suscipiant, aut non aliquem de altero audiant detrahentem, propter illud quod scriptum est: [h] *Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam*; ut cum eo habere partem possis, de quo dicitur, [i] *quoniam auditu & visu justus erat*, hoc est, nec auribus nec oculis delinquebat. Munda manus, [k] *ne porrectæ ad accipiendum sint, ad dandum autem collectæ*; nec ad feriendum paratæ, sed ad omnia misericordiæ & pietatis opera satis promtæ. Munda pedes, ne latam & spatiosam viam pergant quæ ducit ad splendida sæculi & pretiosa convivia, sed ad arduum magis & angustum gradiantur iter quod tendit ad cælum; quia scriptum est: [l] *Iter rectum facite pedibus vestris*. Agnosce tibi a Deo artifice non ad vitia, sed ad virtutes membra formata; & cum universos artus mundaveris ab omni sorde peccati & toto fueris sanctificata corpore, tunc tibi castitatem intelligas profuturam, & cum fiducia palmam virginitatis exspecta.

XI. Quid sit sancta esse corpore breviter quidem, sed plene exposuisse me arbitror. Nunc quod sequitur, *& spiritu*, nosse debemus, hoc est, ut quod opere nefas est fieri, nec cogitatione concipere. Illa enim est sancta tam corpore quam spiritu, quæ nec mente nec carne delinquit; sciens enim cordis esse speculatorem Deum, & idcirco satis agit ut omni modo etiam animum cum corpore mundum habeat a peccato, sciens scriptum esse: [m] *Omni custodia custodi cor tuum*. Et: [n] *Ita enim diligit Dominus sancta corda, accepti sunt autem ei immaculati*. Et alibi: [o] *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Quod de illis dici arbitror, quos conscientia in nulla redarguit culpa peccati. de quibus & Joannem in epistola dixisse reor: [p] *Si cor nostrum nos non reprehendit, fiducum habemus ad Deum; & quæcumque petierimus accipiemus ab eo*. Nolo existimes te peccati crimen fugisse, si voluntatem non sequatur effectus, cum scriptum sit: [q] *Quicumque viderit mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est eam in corde suo*. Ne dicas, Cogitavi quidem, sed non perfeci; quoniam etiam concupiscere nefas est, quod fieri crimen est. Unde & beatus Petrus præcipit dicens: [r] *Animas vestras castificate*. Qui si nullam animæ constuprationem nosset, nec castificari eam desiderasset. Sed & illum locum quo continetur: [s] *Hi sunt qui se cum mulieribus non coinquinaverunt, virgines enim permanserunt; hi sequuntur agnum quocumque ierit*, attentius considerare debemus, & animadvertere si solius integritatis ac pudicitiæ merito isti divino comitatui copulentur, & per omnia cælorum tabernacula discurrant, an & alia sint quibus adjuncta virginitas tantæ beatitudinis gloriam consequatur. Sed unde hoc scire poterimus? De sequentibus, nisi fallor, in quibus scriptum est: [t] *Hi emti sunt ex omnibus primitiæ Deo & agno, & in ore ipsorum non est inventum mendacium; sine macula sunt ante thronum Dei*. Vides ergo quod non in uno [6] tan-

*a* Eccli. IV. 25. *b* Prov. III. 3. *c* Sap. I. 11. *d* Psalm. XXXIII. 14. *e* Rom. XII. 14. *f* I. Pet. III. 9. *g* Jac. III. 2. *h* Eccli. XXVIII. 28. *i* II. Pet. II. 8. *k* Eccli. IV. 36. *l* Prov. IV. 26. Isa. LVII. 14. LXII. 10. *m* Prov. IV. 23. *n* Prov. XI. 20. *o* Matth. V. 8. *p* I. Joan. III. 21. *q* Matth. V. 28. *r* I. Pet. I. 22. *s* Apoc. XIV. 4. *t* Ibid.

1. *Esto, sit quæcumq.* ] Cler. perperam pro more suo: *quæcumque sit*, omisso *esto*. Et mox: *Ergo sine alior.* — *Quanto magis*.

2. *Ut non auro texta — monilia* ] Cler. corrupte: *ut non aurea tessula capillis portet & suspensa monilia*. Mox Holst. *sustenat autem illa in corde veluti in collo tuo*.

3. *Ad ea quæ a Deo sunt facta custodis* ] Ita exemplar Baluzianum, quod Cler. exscripsit infidus: *ad ea quæ Dei sunt facta custodis*. Sed magis placet hujusmodi Holstenii lectio, *& ab omnibus fucis liberos, ea quæ a Deo facti sunt sinceritate custodias*.

4. *In te* ] Hæc omittit Cler.

5. *Pronuntiat* ] Clerico magis placuit *nuntiat*. Paullo post idem rescribere maluit *serm. sanctis & veris*, secus atque habet exemplar Baluzianum, quod nobis repræsentat. Hanc tamen posteriorem lectionem exhibet, etiam Holst. Mox vero iterum Cler. cum Holst. *aut aliquem ae altero audiant derogantem*.

6. *In uno tantum membro* ] Cler. *In uno virgines t. m.* Sed importune intextum illud *virgines*. Verbum enim *referantur* quod sequitur, ad eos respicit, de quibus loquitur præcedens textus Apocalypticus.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.

tum membro dominicis referantur inhærere vestigiis , sed illi qui præter virginitatem ab omni cogitatione peccati immaculatam gesserint vitam. Idcirco vel maxime virgo nuptias spernat , ut dum securior est, facilius, quod etiam a nubentibus quæritur , ab omni se delicto custodiat, & universa legis mandata perficiat. Nam si non nubat, & ea nihilominus faciat a quibus & nuptæ esse jubentur immunes , non nupsisse quid proderit ? Et quamquam nulli Christianorum peccare liceat, & omnes quicumque spiritalis lavacri sanctificatione purgantur , immaculatam decurrere conveniat vitam , ut Ecclesiæ quæ [a] *sine macula , sine ruga , sine aliquo vitio hujusmodi* esse describitur , possint visceribus intimari ; multo magis hoc virginem implere necesse est , quam nec mariti nec filiorum nec alterius necessitatis caussa prohibet, quo minus divinam scripturam perficiat , nec si qua peccet poterit excusatione defendi.

XII. O virgo, serva propositum tibi magno præmio destinatum . Præclara est apud Dominum virginitatis & pudicitiæ virtus , si non aliis peccatorum & macularum lapsibus infirmetur. Agnosce statum tuum , agnosce locum , agnosce propositum . Christi sponsa diceris . Vide ne quid indignum ei cui desponsata videris, admittas. Cito scribet repudium, si in te vel unum viderit adulterium. Quæcumque ergo humanorum sponsaliorum pignoribus [1] obarratur , statim a domesticis , a familiaribus , ab amicis sponsi solicite ac diligenter requirit & servulis , quales juvenis habeat mores , quid potissimum diligat , quid accipiat , quo usu vivat , qua se consuetudine regat , quibus utatur dapibus , in quibus maxime rebus delectetur & gaudeat . Quæ cum didicerit, ita se in omnibus temperat ut sponsi moribus suum obsequium , sua jocunditas , sua dilectio , sua diligentia , sua vita concordet . [2] Et tu quoque quæ Christum sponsum habes , a domesticis , & familiaribus ejus sponsi tui mores interroga, & strenue ac solerter inquire in quibus præcipue delectatur, qualem in te compositionem vestium diligat . Dicat tibi ejus familiarissimus Petrus , qui nec nuptis quidem corporalem sed spiritalem permittit ornatum, sicut in epistola sua scribit : [b] *Mulieres similiter subjectæ viris suis ; ut si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant , considerantes in timore castam conversationem vestram : quarum sit non extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus , sed qui absconsus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus , qui est in conspectu Dei locuples* . Dicat & alius Apostolus beatus Paullus qui ad Timotheum scribens eamdem fidelium feminarum disciplinam testatur : [c] *Mulieres similiter iu habitu ornato, cum ve-* A *recundia & sobrietate ornantes se , non in tortis crinibus , aut auro , aut margaritis , aut veste pretiosa ; sed quod decet mulieres , promittentes castitatem per bonam conversationem* .

XIII. Sed forsitan dicis : Cur hæc Apostoli virginibus non jusserunt ? Quia non necessarium judicabant ; ne talis virginibus commonitio potius injuria quam emendatio videretur . Sed nec eas umquam tantæ temeritatis fore credidissent , ut nec nuptis quidem concessa carnalia ornamenta & terrena præsumerent . Revera ornare se & componere virgo debet. Nam quomodo sponso suo placere poterit, nisi composita & ornata processerit? Ornetur B plane, sed interioribus ornamentis, & spiritualiter, non corporaliter , componatur ; quia Dominus non corporis sed animæ decorem in illa desiderat. Ergo & tu quæcumque animam tuam a Deo diligi & inhabitari concupiscis , omni eam diligentia [3] come & spiritualibus indumentis exorna. Nihil in ea indecorum, nihil fœdum appareat. Resplendeat auro justitiæ, & gemmis refulgeat sanctitatis, & preciosissimo margarito pudicitiæ coruscet : [4] pro bysso & serico , misericordiæ & pietatis tunica vestiatur, secundum quod scriptum est : [d] *Induite vos ergo sicut electi Dei , sancti & dilecti , viscera misericordiæ* , [5] *benignitatem , humilitatem , &c.* Non cerussæ aut alterius pigmenti decorem quærat , sed in- C nocentiæ simplicitatisque candorem habeat , roseum verecundiæ colorem [6] & pudorem ruboris pudorisque possideat . [7] Cælestis abluatur nitro doctrinæ, & lumentis spiritalibus emundetur . Nulla in ea malitiæ, nulla doli macula relinquatur. Et ne quando male redoleat odore peccati , unguento suavissimæ sapientiæ & scientiæ perfundatur.

XIV. Hujusmodi Deus quærit ornatum , & animam taliter compositam concupiscit . Memento te Dei filiam dici , secundum illud : [e] *Audi filia & vide*. Sed & tu ipsa, quotiescumque Deum patrem nominas , Dei te filiam esse testaris. Ergo si filia Dei es , vide ne quid eorum facias quæ Deo patri incongrua sunt; sed age omnia quasi filia Dei . D Cognosce quomodo hujus se sæculi nobilium filiæ gerant , quibus adsuescant moribus , quibusve se disciplinis instituant. Tanta in quibusdam verecundia est , tanta gravitas , tanta modestia ut ceterorum hominum ritum intuitu humanæ ingenuitatis excedant , [8] & nequaquam honestis parentibus suis per lapsum suum infamiæ notam inurant , alteram sibi quodam modo inter homines consuetudinis facientes naturam . Et tu ergo originem tuam respice , genus intuere , gloriam nobilitatis adverte. Agnosce te non hominis tantum esse , sed & Dei filiam, & divinæ nativitatis nobilitate decoratam . Ita te exhibe ut in te cælestis nativitas pateat, & ut in-

*a* Ephes. V. 27. *b* I. Pet. III. 1-4. *c* I. Tim. II. 9. 10. *d* Coloss. III. 12. *e* Psalm. XLIV. 11.

1. *Obarratur* ] Holst. *subarrhatur* .
2. *Et tu quoque quæ* ] Relativum *quæ* omittit Cler. & sic improvide locum effert : *Et tu quoque Christum sponsum habes . A domest.*
3. *Come* ] Sic recte Baluzius . Holst. *compone* . Male Cler. *comple* ; qui & paullo ante scribit *habitari* pro *inhabitari* .
4. *Pro bysso & serico misericordiæ* ] Hæc incautus exscriptor apud Clericum omisit . Quæ vero statim *& pietatis tunica vestiatur* , vitiose apud Baluzium repetita ante illa *pro bysso* cet. præteriimus , Holstenianum exemplar secuti .
5. *Benignitatem* ] Gr. χρηστότητα . Sed Cler. *bonitatem* intrusit : qui & mox : *Non decorem alterius pigmenti quærat* ; voculis *cerussæ aut* prætermissis .
6. *Et pudorem ruboris pudorisque poss.* ] Sic & apud Hieron. Mariani Victorii tom. IX. pag. 55. H. Sed legendum cum Holst. *& purpureum r. p. p.*

E 7. *Cælestis abluatur nitro doctrinæ , & lumentis* ] Ita unica editio Baluzii ann. 1678 *Miscell.* lib. I. pag. 349. quam præ oculis habeo : ut proinde mirari subeat , in eadem editione legisse Cotelerium *Monum. Eccl. Gr.* tom. II. pag. 541. *abutatur* & *lamentis* : quod & legisse perhibetur Clericus . Hinc vero ansam arripit idem Cotelerius conjiciendi, legendum esse *abluatur* & *lomentis* . Ceterum Holst. habet *cælesti* & *lamentis* ; quod posterius minus forte congruit verbo *emundetur* . In Hieronymo laudati Victorii l. c. *lavamentis* . Malim tamen cum eodem Cotelerio *lomentis* , quod & magis accedit edito Baluziano . Mox mendose apud Clericum : *Nullus in eo mal.* & paullo post : *Sed & tui ipsa* .
8. *Et nequaquam — facientes* ] Jure heic mendum suspicatus est Clericus. Lege igitur cum Holst. *& ne quam — studeant facere* .

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



genuitas divina clarescat. Sit in te nova gravitas, honestas admirabilis, stupenda verecundia, mira patientia, virginalis incessus, & [1] veræ pudicitiæ habitus, sermo semper modestus & suo in tempore proferendus; ut quisquis te viderit admiretur & dicat: Quæ hæc nova inter homines gravitatis patientia est, quæ puderis verecundia, quæ honestatis modestia, quæ maturitas? Non est ista humana institutio, nec disciplina mortalis. Cæleste mihi aliquid in terreno corpore refulget. Puto quod habitet in quibusdam hominibus Deus. Et cum te [2] filiam Christi esse cognoverit, majori stupore tenebitur, & cogitet qualis ille sit Dominus cujus talis ancilla est.

XV. Si vis ergo habere partem cum Christo, Christi tibi exemplo vivendum est, qui ab omni malitia & nequitia ita fuit extraneus, ut nec inimicis quidem vicem redderet, quin potius & pro ipsis [3] oraret. Nolo enim ut eas animas Christianas existimes esse, quæ aut fratres aut sorores non dico oderunt, sed quæ proximos toto corde & conscientiæ coram Deo testimonio non diligunt, cum Christianis Christi similitudine inimicos etiam amare necesse sit. Si sanctorum cupis habere consortium, a malitiæ & nequitiæ cogitatu pectus emunda. Nemo te circumveniat, nemo fallaci sermone seducat. Nonnisi sanctos & justos & simplices & innocentes & puros cælestis aula [4] suscipiet: nullum apud Deum locum habet malitia. Ab omni nequitia & dolo mundum esse necesse est qui cupit regnare cum Christo. Nihil tam contrarium, nihil tam exsecrabile Deo quam aliquem odisse, alterum velle vel lædere; nihil tam probabile quam omnes amare. Quod Propheta prospiciens testatur dicens: [a] *Qui diligitis Dominum, odite malum.*

XVI. Vide ne aliquam humanam gloriam diligas, [5] ne & tua portio inter illos computetur quibus dictum est: [b] *Quomodo vos potestis credere, gloriam ad invicem quærentes?* & de quibus per Prophetam dicitur: [c] *Auge* [6] *eis mala, auge mala gloriosis terræ.* Et [d] *confundantur a glorificatione vestra, & ab opprobrio in conspectu Domini.* Nolo enim illas respicias quæ sæculi non Christi sunt virgines, nec quæ propositi sui & professionis immemores gaudent in delitiis, in opibus delectantur, & corporeæ nobilitatis in origine gloriantur; quæ si pro certo Dei filias se esse crederent, numquam post divinos natales nobilitatem admirarentur humanam, nec gloriarentur in patre quolibet honorato, si patrem Deum se habere sentirent. [7] Quid tibi, o stulta, blandiris & complaces? Duos homines in exordio fecit Deus, ex quibus totius A humani generis silva descendit. Mundanam nobilitatem non naturæ æquitas præstat, sed cupiditatis ambitio; & nulla inter eos discretio potest esse quos nativitas secunda generavit, per quam tam dives quam pauper, tam liber quam servus, tam nobilis quam ignobilis, Dei efficitur filius, & terrena nobilitas splendore cælestis gloriæ adumbratur. Nusquam omnino jam comparet, dum qui retro in sæcularibus honoribus impares fuerant, cælesti divinæ gloriæ nobilitate vestiuntur æqualiter. Nullus ibi jam ignobilitatis locus est; nec degener quisquam est quem divinæ nativitatis sublimitas ornat, nisi apud illos qui non putant humanis cælestia præponenda. Aut si putant, quam vanum est ut se se B illis in minoribus præferant quos sibi in majoribus pares sentiant, & quasi infra se positos in terra existiment, quos sibi in cælestibus æquales crediderunt. Tu autem, quæcumque Christi non sæculi virgo es, omnem præsentis vitæ gloriam fuge, ut eam quæ in futuro promittitur consequaris.

XVII. Contentionum verba & animositatis causas evita, discordiarum quoque & litium occasiones subterfuge. Nam si juxta Apostoli doctrinam servum Domini litigare non oportet, quanto magis Dei ancillam; cujus quo [8] verecundior est sexus, animus debet esse modestior? Linguam a maliloquio cohibe, & ori tuo frænos legis impone; C & tunc si forte loquaris quando tacere peccatum, cave ne quid quod in reprehensionem veniat dicas. Lapis emissus est sermo prolatus. Quapropter diu antequam proferatur cogitandus est. Beata quippe labia sunt, quæ numquam quod revocare velint emittunt. Pudicæ mentis sermo debet esse pudicus, qui ædificet semper magis quam aliquando destruat audientes, secundum quod præcepit Apostolus dicens: [e] *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* Pretiosa Deo lingua est quæ non nisi de divinis rebus novit verba construere, & sanctum os unde cælestia semper eloquia proferuntur. Absentium obtrectatores quasi malignos D scripturæ auctoritate deterre; quia etiam hoc inter perfecti hominis virtutes Propheta commemorat [f], si ante conspectum justi malignus ad nihilum deducatur, qui contra proximum non probanda protulerit. Non licet tibi alterius vituperationem patienter audire, quia nec ab aliis optas recipi tuam. Injustum quippe est quidquid contra Christi evangelium venit, si alteri quod tibi ab alio fieri molestum est, patiaris inferri. Linguam tuam semper de bonis loqui assuesce, & auditum tuum magis ab bonorum laudem quam ad malorum vituperationem accommoda. Vide ut omnia quæcumque

[a] Psalm. XCVI. 10. [b] Joan. V. 44. [c] Isa. XXVI. 15. sec. LXX. [d] Jer. XII. 13. sec. LXX.
[e] Ephes. IV. 29. [f] Psalm. XIV. 4.

1. *Veræ pudic.* ] Perperam Cler. *vitæ pudicitiæ*, nonnullisque interjectis: *Non est iste humana institutione disciplina mortalis.*

2. *Filiam Christi* ] Sic item habet Hieron. Victorii tom. cit. p. 56. B. Verum ex Holst. emenda *famulam Christi*. Restitutionem confirmant, quæ mox sequuntur: *qualis sit ille Dominus, cujus talis* ANCILLA *est.*

3. *Orares* ] Cler. *rogabat*: qui & mox edidit contra sui exemplaris fidem: *toto corde conscientiæ, coram Dei testimonio*: quum tamen optime se habeat editio Baluziana; scilicet, *toto corde & conscientiæ — testimonio — coram Deo*, cet. Rescripsisset ille saltem, ut habet Holstenii exemplar, ubi legitur: *toto corde & conscientia coram Dei testimonio.*

4. *Suscipiet* ] Sic & Holst. At Cler. *suscipit*: & mox *nihil exsecrabile*, omissa vocula *tam*.


5. *Ne & tua portio inter illos* ] Cler. absone, *ne & illa* E *portio inter eos.* Paullo post in Joannis textu leg. cum Vulg. & Holst. *ab invicem.*

6. *Auge eis mala* cet. ] Holst. *Auge eis mala, auge mala gloriosis terræ.* Et alibi: *Confundimini a gloriatione vestra, ab opprobrio in conspectu Dei.* Prior locus sec. LXX. exstat *Isa.* XXVI. 15. Πρόσθες αὐτοῖς κακά, πρόσθες κακὰ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις. Posterior vero, item sec. LXX. occurrit *Jerem.* XII. 13. Αἰσχύνθητε αἰσχύνῃ ἀπὸ καυχήσεως ὑμῶν, ἀπὸ ὀνειδισμοῦ ἔναντι κυρίου. Atque hujusmodi lectio ex Holstenii exemplari restituenda huic loco in edito Baluziano.

7. *Quid tibi, o stulta, bl.* ] Holst. *Quid tibi in generis nob*[illegible] Hanc lectionem contextus postulare videtur.

8. *Verecundior est sexus* ] Deest *sexus* apud Clericum; qui & paulo post habet, *ne quod in repr.* omisso *quid*. Mox idem mendose: *Beata quippe talia* pro *labia*. Paucisque interjectis *a*[illegible] *destruat audientes*. Sequentium — *in divinis rebus.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



bene facis propter Deum facias, sciens ejus rei tantam te a Domino recepturam esse mercedem, quam ejus timoris & dilectionis caussa perfeceris. Sancta magis esse quam videri stude: quia [1] nihil prodest æstimari quod non sis, & duplicis peccati reatus est non habere quod creditur, & quod non habeas simulare.

XVIII. In jejuniis magis quam in epulis delectare, illius viduæ memor quæ non discedebat de templo, jejuniis & orationibus Deo serviens die ac nocte. Et si vidua & quidem Judæa talis fuit, qualem nunc esse virginem convenit Christi? Divinæ magis dilectionis convivium dilige, & spiritalibus te satiari dapibus concupisce. Illos potius require B cibos quibus anima magis quam corpus reficitur. Carnis & vini species quasi [2] caloris fomenta & libidinis incitamenta fuge. Et tunc, si forte, vino exiguo utere cum stomachi dolore nimio corporis compellat infirmitas. Iracundiam vince, animositatem cohibe, & quidquid illud est quod post factum pœnitentiam ingerit [3] pro maximo crimine, proximi criminis abominationem declina. Satis quietam & tranquillam convenit esse mentem ab omni perturbatione furoris alienam quæ Dei habitaculum esse desiderat, qui per Prophetam testatur & dicit: [a] *Super quem requiescam alium, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos?* Omnium operum & cogitationum tuarum speculatorem Deum credere, & cave ne quid quod divinis oculis indignum sit, aut opereris aut cogites. Cum orationem celebrare desideras, talem te exhibe quasi quæ sis cum Deo loquutura.

XIX Cum psalmum dicis, cujus verba loquaris agnosce, & in compunctione magis animi quam in tinnulæ vocis dulcedine delectare. Lacrimas enim A psallentis Deus magis quam vocis gratiam comprobat, sicut Propheta dicit: [b] *Servite Domino in timore, & exsultate ei cum tremore.* Ubi timor & tremor est, ibi non vocis elatio est, sed animi flebilis & lacrimosa [4] dejectio. Omnibus actibus tuis diligentiam exhibe; quia scriptum est: [c] *Maledictus qui facit opera Domini negligenter.* Crescat in te cum annis gratia, crescat cum ætate justitia, & fides eo perfectior videatur esse quo senior: quia Dominus Jesus, qui nobis vivendi reliquit exemplum, [d] *proficiebat* non *ætate* tantum corporea, sed *sapientia & gratia* spiritali, *coram Deo & hominibus.* Omne tempus in quo te non meliorem senseris, hoc te æstima perdidisse. Conceptum virginitatis propositum ad finem usque conserva; quia non inchoasse tantum, sed perfecisse, virtutis est, sicut in evangelio Dominus ait: [e] *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Cave ergo ne cuiquam concupiscendi occcasionem tribuas, quoniam sponsus tuus Deus zelans est. Criminosior est Christi adultera quam mariti. Esto igitur omnibus forma vivendi, esto exemplum. Præcede & in actu quos in castitatis sanctificatione præcurris. Virginem te in omnibus exhibe. Nihil corruptionis objiciatur capiti duo. Cujus corpus integrum est, sit inviolabilis conversatio. Et quoniam, ut in exordio epistolæ præfati sumus, te Dei sacrificium [5] factam, quod utique sanctitatem suam etiam aliis C impertit, ut quisquis ex eo digne sumserit, sanctificationis & ipse sit particeps; ita ergo & per te quasi per divinam hostiam sanctificentur & ceteræ, cum quibus te ita in omnibus exhibeas, ut quisquis vitam tuam aut auditu aut visu contigerit, sanctificationis vim sentiat, & tantum sibi intelligat gratiæ ex tua conversatione transfundi, ut dum te imitari concupiscit, Dei sacrificio & ipse sit dignus.

*a* Isa. LXVI. 2. *b* Psalm. II. 11. *c* Jer. XLVIII. 10. *d* Luc. II. 52. *e* Matth. X. 22.

1. *Nihil prodest æstimari quod non sis*] Cler. *nihil æstimari quod non sis*, omisso *prodest*, Et mox *simulari*, pro *simulare*: & *decedebat* pro *discedebat*. Paullo post *talibus* pro *dapibus*.
2. *Caloris*] Cler. perperam *coloris*: & paullo ante *reficiatur*. Mox vero *uteris* pro *utere*.
3. *Pro maximo crimine*] Hæc desiderantur in exemplari Holsteniano. Et quidem recte, ut videtur. Mox ibid. & *ab omni perturb.* Clericus vero inchoat caput XXX. ab his verbis: *Proximi criminis abominationem declina*; scilicet, interrupto contextu.
D
4. *Dejectio*] Clerico magis placuit *dilectio*: sensu & exemplaris veritate repugnante.
5. *Factam*] Cler. *factum*. Et mox *ex eis*, invito contextu.

# E P I S T O L A III.


Ad sanctum PAULLINUM episcopum.

SEVERUS *coquum mittit ad præparandos monachorum cibos aptum.*

[1] POstquam omnes coquos tuos coquinæ tuæ renuntiasse cognovi, credo quia dedignarentur officium vilibus præbere pulmentariis: puerulum tibi ex nostra misimus officina, doctum satis pallentem coquere fabam, & ignobiles betas aceto & jure condire, vilemque pultem esurientium faucibus E inferre Monachorum; piperis nescium, laseris ignarum, familiarem cymini, & apprime callidum herbis suave redolentibus clamosum urgere mortarium. Unum habet vitium, quod hortorum omnium non est civilis inimicus; ita, si admissus fuerit, proxima quæque metet gladio, nec exsaturabitur umquam cæde malvarum. In præbendis autem sibi lignis [2] calumniosus tibi non erit: obvia quæque comburet; metet, nec dubitabit inferre tectis manus, & antiquos asseres laribus amovere. Hunc igitur cum his moribus atque virtutibus donatum tibi, non servum, sed pro servo filium cupimus, qui non erubescis minimorum esse pater. Ego tibi pro hoc servire voluissem: sed si voluntas facti portio est, tu modo facito ut inter prandia cœnasque felices mei memineris; quia rectius est vestrum esse mancipium, quam dominum ceterorum. Ora pro me.

1. *Postquam* cet.] Huic Severi epistolæ respondet Paullinus epist. XXIII.
2. *Calumn. tibi*] Cler. *sibi*: & paullo post, *quia non erub.* mendose.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 403.



## EPISTOLA IV.

Licet dominus & germanus meus de vestra petierit honestate, ut tutum velitis esse tutissimum, tamen nihil fas fuit eumdem literis commendare, ut conduplicata petitione tutior habeatur: huic enim nocuerit puerilis culpa & error ætatis incertæ, ut annorum suorum initia macularet; sed qui necdum sciret quid bonis moribus deberetur, prope sine culpa peccavit: nam se ubi ad bonam mentem considerationemque convertit, intellexit vitam scenicam consilio meliore damnandam; huic autem plena non posset evenire purgatio, nisi divinitatis accessu delicta dilueret: si quidem Catholicæ religionis remedio commutatus, usum sibi loci turpioris negavit, seque ab oculis popularibus vindicavit. [1] *Domini ut supra*. Quomodo itaque & divinæ leges & publicæ fidele corpus, & sanctificatos animos, non permittunt inhonestas exhibere delicias, & vulgares edere voluptates; maxime cum castæ devotionis quodammodo videatur injuria, si quis sacro baptismate renovatus, in veterem lasciviam revocetur: oportet [2] laudabilitatem vestram bonis favere propositis, ut is qui beneficio Dei pium munus indeptus est, in foveam theatralem cadere non cogatur. Vestrum tamen omnium judicium non recusat, si alias injungatis congruas pro necessitate communis patriæ functiones.

1. *Domini ut supra* ] Quum inscriptio hujus epistolæ desit; ad quos scripta sit, ne Apollo quidem ipse divinarit: nisi quod intelligitur missam ad Decuriones alicujus civitatis, qui adolescentem quemdam, cujus nomen initio latet sub voce *tutum* quæ procul dubio corrupta est, in scenam invitum retrahebant, quum huic sacris aquis lustratus renuntiasset. DACHER. — Dubito an hæc Epistola sit *Severi* nostri, cujus stilus mihi melior videtur. CLER.

2. *Laudab. vestram* ] Cler. *laudab. tuam*: contra fidem exemplaris. Lectionem vulgatam confirmant quæ mox sequuntur: *Vestrum tamen omnium judicium*.

## EPISTOLA V.

### ad SALVIUM.

*Conqueritur rusticos exagitari, juraque & possessiones aliorum usurpari.*

I. Forensis [1] elatio fori debet exercitatione fervere; convenit enim lacertis industriæ quotidie depugnantis motus habere terribiles; at cum sonora facundia receptui cecinit, & in otiosa nemora atque amœna diversoria [2] se migravit, fremitus inertes oportet abjiciat, & desinat inefficacia minitari. Scimus etenim palmigeros bijuges ubi e circo recesserint, quietissime stabulari; illos non jugis formido, non ambiguæ palmæ solicitant, sed demum pacatis affixi præsepibus timere jam nesciunt hortatorem, seditiosæ contentionis dulcia ducentes oblivia. Sed & stipendiis consummatis tropæa suspendere juvat militem gloriosum, & patienter gerere senectutem.

II. An tibi igitur cordi sit terrificare miseros aratores, non plane intelligo; & ruricolas meos cur velis exhibitionis urgere formidine, non agnosco. Quasi vero illos nesciam consolari, & a pavore retrahere, & docere non tantum esse timoris quantum ipse prætendis. Fateor dum nos campus exciperet, me sæpe [3] eloquentia tua fuisse conterritum, sed frequenter ut poteram recidiva vulnera reponebam. Tecum sane condidici, quo jure coloni, quove ordine repetantur; cui competat actio, cui non competat exitus actionis. Volusianenses, ais, te velle reducere, ac frequenter iratus ingeminas te rusticos ex mea turricula retracturum; & is qui, ut ego spero atque desidero, mihi antiqua necessitudine sis copulatus, confecturum te homines meos conventione neglecta temere minitaris. Quæro de insigni prudentia tua, utrum jus aliud habeant advocati, aliud ex togatis, an aliud æquum Romæ est, [4] aliud Mataritæ.

III. Interim nescio Volusium fundi umquam fuisse dominum: si quidem Dionysius fertur ejus possessionis jura servasse, neque heredes illius defecisse, qui dum viveret, rei navalis in plurimos venenales aculeos intendebat. Fuit ea tempestate Porphyrius quidam Zibberino satus; neque tamen recte Zibberini filius nominatus. Idem generis quæstionem militia convelabat, & ut nubem a fronte repelleret, officiosa gratia & lætis obsequiis fungebatur. Multum mecum fuit & domi & in foro, cum me & apud patrem defensore, & apud judicem patrono sæpius uteretur. Aliquando etiam Dionysium comprimebam, quod Porphyrio non deberet viginti jugerum caussa navicularia jurgia commovere.

IV. En caussa est cur insignis prudentia tua meis minitetur actoribus, ut cum dominus loci non sis, passim colonorum meorum facias mentionem. At si te Porphyrii denuntias successorem, [5] jugerum noris angustias ne ab uno quidem cultore posse tractari; aut si te memorem custodemque propriæ dignitatis piget heredem nominare Porphyrii; certum manifestumque est illum posse proponere, qui proponendi habeat facultatem, ut adversum eos experiatur, qui nihil ex eadem terra possideant. Ceterum si diligenter inspicias, mihi potissimum deferri potest intentio repetendi. Quare, domine prædicabilis frater, quiescas oportet, & mecum redeas in gratiam, & ad privatum digneris venire colloquium. Desinas, quæso, inertes & trepidos conturbare, & jactantiam tuam procul exerceas, & existimes me lætari tua superbia, non offendi; nec duri enim nec ineruditi sumus. Saltem te mitem faciat Maximinus.

1. *Forensis elatio* cet. ] Magis abit hæc Epistola a stilo *Severi*, quam superior. Præterea est hominis qui olim patronus caussarum fuerat, & prædia habebat in Africa: quæ *Severo* presbytero Aquitano, & qui vitam in Gallia traduxit, non conveniunt. CLER.


2. *Se migravit* ] Rescribit Cler. *remigravit*. & quidem recte ut videtur.

3. *Eloquentia* ] Sic legimus cum Clerico, pro *eloquia* edit. Dacher. Mox mendose apud Cler. *se velle reducere*.

4. *Aliud Mataritæ* ] Mataritanensis plebis in Africa mentio fit in Collat. Carthag. (I. die cap. CXXXIII.) DACHER.

5. *Jugerum* ] Cler. *viginti jugerum*: ex prima forte Dacherii editione, quæ in promtu non est. Paullo ante idem Cler. *& si te Porph.*

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
403.



## EPISTOLA VI.

Alia animorum quidem fides & religio manet; sed hæc declaranda est indicio litterarum, ut caritatis augmentum salutatione succrescat. Sicut enim fertilis ager fructus copiosos adtollere non potest, si cultura cessaverit; & terrarum bonitas perit desidia quiescentis: sic amorem gratiamque animi puto posse torpescere, nisi qui absentes sunt, epistolari præsentia visitentur. Deo gratias, Amen.

## * EPISTOLA VII.

CIRTENSIS PLEBIS ad S. AUGUSTINUM,

*sub falso* SULPICII SEVERI *nomine vulgata.*

*Laudatur Augustinus ob sapientiam & mansuetudinem, queis utitur in exhortationibus.*

I. Sanctæ religionis fidus interpres universa componit, ut peccatis ulterius locus esse non possit; nam quid aliud tanta morum sanctitate promittis, nisi ut vitam beatam submotis erroribus agitemus? In quo laudem maximam tuis [1] video convenire virtutibus, quod imperitam mentem piis hortationibus immutaris, & ad optimam traxeris rationem. Ceterum non ita mirabile videretur si eruditos animos infusa sapientia confirmasses; est enim prudentibus viris cum devotione cognatio, nec est cito conveniens [2] credulitati rusticitas. Sic illi qui figuras animantium de lapidibus ducunt, difficilioris operis negotium gerunt, si durissima saxa ferramentis incutiunt, illi vero qui mollioris materiæ tentamenta susceperint, manus suas juvari sentiunt facilitate [3] pingendi; consentaneumque putatur, ut arduus labor opificis honore maximo censeatur: ita tibi, domne, prædicatio singularis est exhibenda, quod impolitos agrestesque sensus culpæ caligine liberatos, & humana sentire feceris, & divina cognoscere.

II. Non minus ille Xenocrates in laude est, Philosophorum longe doctissimus, qui severis exhortationibus fecit ut luxuria vinceretur: nam cum Polemo quidam vino languidus ex antelucano convivio publice vagaretur, illudque temporis esset, quo ad gymnasium Xenocratis confluerent auditores, ingressus & ipse est, & in numero studiosorum eo habitu quo de cœna prodierat impudenter assedit; nam caput ejus florens corona contexerat; neque est veritus se omnibus videri dissimilem, [4] cui re vera caput, quod est domicilium sanitatis, usus longæ potionis inverterat. Tunc graviter immurmurantibus ceteris, quod in multitudinem litteratorum intempestivus auditor irrepserat; ne minimum quidem Magister ille commotus est, sed potius de disciplina morum legibusque modestiæ instituit disputare; tantumque valuit docentis auctoritas, ut petulantis illius animum ad amorem pudoris impelleret. Et primo quidem Polemo coronam capite [5] conturbatus deposuit, discipulumque professus est; ad extremum ita se ad officium gravitatis inflexit, seque totum formavit ad verecundiam, ut prioris vitæ consuetudinem emendatio gloriosa correxisset. Hoc ipsud nos in tuis præceptionibus admiramur, quod nullis minis, nullis omnino terroribus ad cultum Dei vesanos animos convertisti, ut confusa mens illud crederet esse rectissimum, cum omnibus bene beateque vivere, quam cum paucis injusta sentire.

* *Epistola* VII. ] Hæc est Epistola II. ex iis quinque, quas sub nomine *Sulpicii Severi* primus edidit Dacherius. De qua Epistola hujusmodi judicium tulit noster Hieronymus de Prato in præfat. ad opp. *Sulpicii Severi* tom. I. pag. XXXII. „ Ego, inquit, non ad Paullinum, sed ad „ Augustinum datam deprehendo, non a Sulpicio Seve„ ro, sed nomine Cirtensis plebis; cui nimirum Augusti„ nus respondet epistola, quæ sub num. CXLIV. in edit. „ PP. Maurin. recensetur. Conferatur, quæso, utraque „ inter se epistola diligenter, potissimum in Polemonis „ exemplo; & verum esse quod dico quisque fatebitur: „ id indicasse, mihi nunc sufficiat. Ceterum epistola hæc „ perperam Severo adscripta, mutila videtur initio & in „ fine. „ Hæc vir eruditus. Cujus quidem sententia ut plenius constet, huic VII. epistolæ alteram S. Augustini modo laudatam subjiciendam curavimus.


1. *Video* ] Aut *vides* reponendum aut *videmus*: in toto namque Epistolæ contextus numerus multitudinis adhibetur: quæ est ejusdem V. C. emendatio, cujus modo meminimus.

2. *Credulitati rusticitas* ] Sic emendare libuit Dacherio, quum antea legeretur *crudelitati*. Clericus tamen ms. codicis lectionem *crudelitati* retinuit, vocem exponens *severitati*; aitque hunc sensum sequentia docere. In ejus tamen sententiam haud equidem ierim.

3. *Pingendi* ] In Dacherii editionem qua utor, mendum suspicor irrepsisse; adeoque malim cum Clerico *fingendi*.

4. *Cui re vera caput ---- usus l. p. inverterat* ] Clericus: *qui re vera caput ---- usu l. p. inverterat*. Sed hac emendatione locus haud egere videtur.

5. *Conturb. deposuit* ] Ita rescripsit Dacherius, ubi erat *exposuit*. At Cler. a ms. codice non recessit.



## S. AUGUSTINI Epistola CXLIV.

*Augustinus Cirtensibus a factione Donatistarum conversis ad Ecclesiæ catholicæ societatem gratulatur: admonens ut hoc divino tribuant muneri.*

Dominis honorabilibus & merito suscipiendis, carissimis ac desideratissimis fratribus in omni honorum gradu, CIRTENSIBUS, AUGUSTINUS episcopus.

I. SI id quod in vestra civitate nos graviter contristabat, absumtum est, si duritia cordis humani resistens manifestissimæ & quodammodo publicæ veritatis vi evicta est, si sapit dulcedo pacis, unitatisque caritas non jam reverberat oculos saucios, sed sanos illustrat ac vegetat; non sunt hæc opera nostra, sed Dei: non hæc humanis operibus omnino tribuerem, nec si quum apud vos essemus, tanta conversio multitudinis nobis loquentibus & hortantibus proveniret. Hoc agit ille & efficit, qui per ministros suos rerum signis extrinsecus admonet, rebus autem ipsis per se ipsum [1] extrinsecus docet. Nec ideo pigrius moveri nos oportet ad visendos vos, quoniam quidquid in vobis laudabile est factum, non a nobis, sed ab illo factum est [a] *qui facit mirabilia solus*. Multo enim alacrius debemus accurrere ad spectanda opera divina, quam nostra: quia & nos si quid boni sumus, opus illius, non hominum sumus. Unde Apostolus dixit [b]: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat, Deus*.

II. Xenocrates Polemonem, ut scribitis, & nos [2] ex illis litteris recordamur, de fruge temperantiæ disputando, non solum ebriosum, verum etiam tunc ebrium, ad mores alios repente convertit. Quamquam ergo ille, sicut prudenter & veraciter intellexistis, non Deo fuerit adquisitus, sed tantum a dominatu luxuriæ liberatus: tamen ne id ipsum quidem, quod melius in eo factum est, humano operi tribuerim, sed divino. Ipsius namque corporis, quod est infirmum nostrum, si qua bona sunt, sicut forma & vires & salus, & si quid ejusmodi est, non sunt nisi ex Deo creatore & perfectore naturæ; quanto magis animi bona donare nullus alius potest? QUID enim SUPERBIUS vel ingratius cogitare potest hnmana vecordia, si putaverit quum carne pulcrum faciat Deus hominem, animo castum ab homine fieri? Hoc in libro Christianæ sapientiæ scriptum est [c]: *Quum scirem*, inquit, *quia nemo esse potest continens, nisi Deus det; & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum*. Polemo ergo, si ex luxurioso continens factus ita sciret cujus esset hoc donum, ut eum abjectis superstitionibus pie coleret; non solum continens, sed etiam veraciter sapiens & salubriter religiosus exsisteret: quod ei non tantum ad præsentis vitæ honestatem, verum & ad futuræ immortalitatem valeret. Quanto minus igitur mihi arrogare debeo conversionem istam vestram vel populi vestri, quam modo nobis nuntiastis; quæ me nec loquente, nec saltem præsente, procul dubio divinitus facta est, in quibus veraciter facta est? Hoc itaque præcipue cognoscite, hoc pie humiliterque cogitate. Deo, fratres, Deo gratias agite; Deum timete, ne deficiatis; amate, ut proficiatis.

III. Si autem adhuc quosdam amor hominis occulte segregat, & timor hominis fallaciter congregat; observent qui tales sunt, quoniam Deum cui nuda est humana conscientia, nec testem fallunt, nec judicem fugiunt. Si quid autem illos de quæstione ipsius unitatis, pro suæ salutis solicitudine permovet; hoc sibi quantum existimo justissimum extorqueant, ut de catholica Ecclesia, id est toto orbe diffusa, potius id credant quod divinæ scripturæ dicunt, non quod linguæ humanæ maledicunt. De ipsa vero dissensione quæ inter homines orta est, (qui qualeslibet fuerint, non utique præjudicant promissis Dei, qui dixit ad Abraham [d]: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*; quod creditum est quum audiretur prædictum, & negatur quum videtur impletum) hoc tantum interim brevissimum, & nisi fallor invictissimum cogitent, aut actam esse istam caussam in ecclesiastico transmarino judicio, aut non esse actam. Si acta ibi non est, innocens est Christi societas per omnes transmarinas gentes, cujus societatis nos communione gaudemus; & ideo ab eis innocentibus utique sacrilega diremtione separantur. Si vero acta est ibi ista caussa, quis non intelligat, quis non sentiat, quis non videat, eos in ea victos, quorum inde communio separata est? Eligant ergo utrum malint credere, quod pronuntiaverunt ecclesiastici cognitores, an quod murmurant victi litigatores. Adversus istam complexionem dictu brevissimam, intellectu facillimam, adtendite pro vestra prudentia diligenter, quam nihil sobrium responderi possit; & tamen malus Polemo magis ebrietate inveterati erroris evertitur. Date veniam prolixiori fortassis epistolæ quam jucundiori, verum tamen, ut arbitror, utiliori quam blandiori, domini honorabiles & merito suscipiendi, carissimi & desiderantissimi fratres. De adventu autem nostro ad vos, utrorumque desiderium Deus impleat. Quanto enim caritatis ardore accendamur ad visendos vos, verbis explicare non possumus, sed vos benigne credere non dubitamus.

a Psalm. LXXI. 18. b I. Cor. III. 7. c Sap. VIII. 21. d Gen. XXVI. 4.

1. An *intrinsecus*?

2. Editi, *ex illius*. At mss. habent *ex illis*. BB.

# I N D E X
## O P E R U M
# S U L P I C I I   S E V E R I.




## A P P E N D I X,

Complectens Epiſtolas VII. ſuperiore ſæculo editas: quarum III. ſinceræ; reliquæ IV. ſive dubiæ ſive ſuppoſititiæ agnoſcuntur.

# AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V.C. OPERA,


RECENSITA ET ILLUSTRATA.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.



# AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V. C.

## LIBER ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ: ID EST, DE CORONIS.



## PRÆFATIO.

Immolat Deo Patri A
Pius, fidelis, innocens, pudicus,
Dona conscientiæ;
Quibus beata mens abundat intus.
Alter & pecuniam
Recidit, unde victitent egeni:
Nos citos jambicos
Sacramus, & rotatiles trochæos
Sanctitatis indigi,
Nec ad levamen pauperum potentes.
Approbat tamen Deus
Pedestre carmen, & benignus audit.
Multa divitis domo
Sita est per omnes angulos supellex.
Fulget aureus scyphus, B
Nec ære desit expolita pelvis.
Est & olla fictilis,
Gravisque, & ampla argentea est paropsis.
Sunt eburna quæpiam,
Nonnulla quercu sunt cavata & ulmo.
Omne vas fit utile,
Quod est ad usum congruens herilem:
Instruunt enim domum,
Ut emta magno, sic parata ligno.
Me paterno in atrio,
Ut obsoletum vasculum, caducis
Christus aptat usibus,
Sinitque parte in anguli manere.
Munus ecce fictile
Inimus intra regiam salutis:
Attamen vel infimam
Deo obsequelam præstitisse prodest.
Quidquid illud accidet,
Juvabit ore personasse Christum.


## HYMNUS I.

*In honorem sanctorum martyrum* Hemiterii & Cheledonii *Calagurritanorum*.

Scripta sunt cælo duorum martyrum vocabula,
Aureis quæ Christus illic adnotavit litteris:
Sanguinis notis eadem scripta terris tradidit.
Pollet hoc felix per orbem terra Ibera stemmate.
Hic locus dignus tenendis ossibus visus Deo, C
Qui beatorum pudicus esset hospes corporum.
Hic calentes hausit undas cæde tinctus duplici.
Illitas cruore sancto nunc arenas incolæ
Confrequentant obsecrantes voce, votis, munere.
Exteri, nec non & orbis huc colonus advenit:
Fama nam terras in omnes percucurrit proditrix,
Heic patronos esse mundi, quos precantes ambiant.
Nemo puras heic rogando frustra congessit preces:
Lætus hinc tersis revertit supplicator fletibus,
Omne, quod justum poposcit, impetratum sentiens. D
Tanta pro nostris periclis cura suffragantium est.
Non sinunt, inane ut ullus voce murmur fuderit:
Audiunt, statimque ad aurem Regis æterni ferunt.
Inde larga fonte ab ipso dona terris influunt:
Supplicum causas petitis quæ medelis irrigant.
Nil suis bonus negavit Christus umquam testibus:
Testibus; quos nec catenæ, dira nec mors terruit
Unicum Deum fateri sanguinis dispendio:
Sanguinis sed tale damnum lux rependit longior.
Hoc genus mortis decorum est, hoc probis dignum viris,
Membra morbis exedenda, texta venis languidis,
Hostico donare ferro, morte & hostem vincere.
Pulcra res, ictum sub ense persecutoris pati.
Nobilis per vulnus amplum porta justis panditur:
Lota mens in fonte rubro sede cordis exsilit.
Nec rudem crudi laboris ante vitam duxerant
Milites, quos ad perenne cingulum Christus vocat.
Sueta virtus bello & armis, militat sacrariis.
Cæsaris vexilla linquunt, eligunt signum Crucis:

Vers. 20. *Supplicum causas* ] Ant. Nebrissensis per *causas* intelligit morbos: quia *Causarii milites* dicuntur a Livio lib. VII. qui propter valetudinem a militia solvuntur: & ab Ulpiano dicitur *missio Causaria*, quæ milites propter morbum a laboribus militiæ solvit & a sacramento militari. Chamill.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.



Proque ventosis draconum, quos gerebant, palliis, A
Præferunt insigne Lignum, quod draconem subdidit.
Vile censent, expeditis ferre dextris spicula,
Machinis murum ferire, castra fossis cingere,
Impias manus cruentis inquinare stragibus.
Forte tunc atrox secundos Israelis posteros
Ductor aulæ mundialis ire ad aram jusserat,
Idolis litare nigris, esse Christi desugas.
Liberam succincta ferro pestis urgebat fidem:
Illa virgas, & secures, & bisulcas ungulas
Ultro fortis expetebat, Christi amore interrita.
Carcer illigata duris colla boiis impedit.
Barbaras forum per omne tortor exercet manus:
Veritas crimen putatur: vox fidelis plectitur. B
Tunc & ense cæsa virtus triste percussit solum,
Et rogis ingesta mæstis, ore flammas sorbuit.
Dulce tunc justis cremari, dulce ferrum perpeti.
Heic duorum cara fratrum concalescunt pectora:
Fida quos per omne tempus junxerat sodalitas.
Stant parati ferre, quidquid sors tulisset ultima:
Seu foret præbenda cervix ad bipennem publicam,
Verberum post vim crepantum, post catastas igneas:
Sive pardis offerendum pectus, aut leonibus.
Nos ne Christo procreati mammonæ dicabimur,
Et Dei formam gerentes serviemus sæculo? C
Absit ut cælestis ignis se tenebris misceat.
Sit satis, quod capta primo vita sub chirographo,
Debitum persolvit omne, functa rebus Cæsaris.
Tempus est Deo rependi, quidquid est proprium Dei.
Ite signorum magistri: & vos tribuni absistite.
Aureos auferte torques, sauciorum præmia:
Clara nos hinc Angelorum jam vocant stipendia.
Christus illic candidatis præsidet cohortibus,
Et throno regnans ab alto, damnat infames deos,
Vosque, qui ridenda vobis monstra divos fingitis.
Hæc loquentes, obruuntur mille pœnis martyres, D
Nexibus manus utrasque flexus involvit rigor,
Et chalybs attrita colla gravibus ambit circulis.
O vetustatis silentis obsoleta oblivio!
Invidentur ista nobis, fama & ipsa exstinguitur.
Chartulas blasphemus olim nam satelles abstulit,
Ne tenacibus libellis erudita sæcula,
Ordinem, tempus, modumque passionis proditum,
Dulcibus linguis per aures posterorum spargerent.
Hoc tamen solum vetusta subtrahunt silentia,
Jugibus longum catenis an capillum paverint:
Quo viros dolore tortor, quave pœna ornaverit.
Illa laus occulta non est, nec senescit tempore,
Missa quod sursum per auras evolarunt munera,
Quæ viam patere cæli præmicando ostenderent.
Illius fidem figurans, nube fertur annulus:
Hic sui dat pignus oris, ut ferunt, orarium:
Quæ superno rapta flatu lucis intrant intimum.
Per poli liquentis axem fulgor auri absconditur,
Ac diu visum sequacem textilis candor fugit:
Subvehuntur usque in astra, nec videntur amplius.
Vidit hoc conventus adstans: ipse vidit carnifex,
Et manum repressit hærens, ac stupore obpalluit:
Sed tamen peregit ictum, ne periret gloria.
Jam ne credis, bruta quondam Vasconum gentilitas,
Quam sacrum crudelis error immolarit sanguinem?
Credis in Deum relatos hostiarum spiritus?
Cerne, quam palam feroces heic domentur dæmones:
Qui lupino capta ritu devorant præcordia,
Strangulant mentes & ipsas, seque miscent sensibus.
Tunc suo jam plenus hoste sistitur furens homo,
Spumeas efflans salivas, cruda torquens lumina,
Expiandus quæstione non suorum criminum.
Audias, nec tortor adstat, ejulatus flebiles:
Scinditur per flagra corpus, nec flagellum cernitur:
Crescit & suspensus ipse vinculis latentibus.
His modis spurcum latronem martyrum virtus quatit:
Hæc coercet, torquet, urit: hæc catenas incutit:
Prædo vexatus relictis se medullis exuit.
Linquit illæsam rapinam: faucibus siccis fugit:
Ungue ab imo usque ad capillum salva reddit omnia,
Confitens ardere se se: nam gehennæ est incola.
Quid loquar, purgata longis alba morbis corpora?
Algidus cum decoloros horror artus concutit:
Heic tumor vultum relinquit, heic color verus redit.
Hoc bonum Salvator ipse, quo fruamur, præstitit,
Martyrum cum membra nostro consecravit oppido:
Sospitant quæ nunc colonos, quos Iberus alluit.
State nunc, hymnistæ matres pro receptis parvulis:
Conjugum salute læta vox maritarum strepat:
Sit dies hæc festa nobis, sit sacratum gaudium.

V. 35. *Ventosis draconum --- palliis* ] Quæ erant insignia vexillorum cum aquilis. Unde signiferi & antesignani, tum aquiliferi tum draconarii dicebantur. Vegetius auctor est lib. I. *Quid*, inquit, *ipsi draconarii atque signiferi, qui sinistra manu arma gubernant?* De quibus fusius Hymn. VI. *Ventosis*, vel quæ vento agitantur, vel potius vanis & superbis. CHAMILL.

V. 40. *Secundos Israelis posteros* ] Nempe Christianos, qui in locum filiorum Israel substituti sunt ex gentibus. ID.


V. 46. *Boiis* ] Festus: *Boiæ, genus vinculorum, tam ferreæ quam ligneæ dicuntur*. Plura vide sis apud Cangium in Glossar. Lat. v. BOIA.

E V. 65. *Aureos torques* ] Insignia militaria, quæ dantur pro vulneribus in prælio acceptis. Modestinus lib. de vocabul. rei milit. *Torquarii duplares, torquarii simplares, quibus torques aureus solidæ virtutis præmium fuit*.

V. 81. *Pœna* ] Al. *pompa*. Sic & Chamillard. quam tamen lectionem contextus respuere videtur. Eam vero quam expressimus, exhibet præstans Aldina editio ann. 1501.

V. 113. *Decoloros* ] Vide sis infra *Hamart.* ✠. 819.

V. 118. *Hymnistæ matres —— maritar.* ] Ita eadem edit. Aldina. Al. *hymnite, matres —— maritorum*.



# HYMNUS II.

*In honorem sancti* LAURENTII *beatissimi martyris.*

ANtiqua fanorum parens
Jam Roma, Christo dedita,
LAURENTIO victrix duce
Ritum triumphas barbarum.
Reges superbos viceras,
Populos frenis presseras:
Nunc monstruosis idolis
Imponis imperii jugum.
Hæc sola deerat gloria
Urbis togatæ insignibus,
Feritate capta gentium
Domaret ut spurcum Jovem.
Non turbulentis viribus,
Cossi, Camilli aut Cæsaris;
Sed martyris Laurentii
Non incruento prælio.
Armata pugnavit Fides,
Proprii cruoris prodiga:
Nam morte mortem diruit,
Ac semet impendit sibi.
Fore hoc Sacerdos dixerat
Jam XYSTUS adfixus cruci,
Laurentium flentem videns
Crucis sub ipso stipite:
Desiste discessu meo
Fletus dolenter fundere:
Præcedo, frater: tu quoque
Post hoc sequeris triduum.
Extrema vox episcopi,
Prænuntiatrix gloriæ,
Nil fefellit: namque dies
Prædicta palmam præstitit.
Qua voce, quantis laudibus
Celebrabo mortis ordinem?
Quo passionem carmine
Digne retexens concinam?
Hic primus e septem viris
Qui stant ad aram proximi,
Levita sublimis gradu,
Et ceteris præstantior.
Claustris sacrorum præerat,
Cælestis arcanum domus
Fidis gubernans clavibus,
Votasque dispensans opes.
Versat famem pecuniæ
Præfectus urbi regiæ,
Minister insani ducis
Exactor auri & sanguinis;
Qua vi latentes eruat
Nummos, operta existimans
Talenta sub sacrariis,
Cumulosque congestos tegi.
Laurentium sisti jubet:
Exquirit arcam ditibus
Massis refertam, & fulgidæ
A Montes monetæ conditos,
Soletis, inquit, conqueri,
Sævire nos justo amplius,
Cum Christiana corpora
Plus quam cruente scindimus.
Abest atrocioribus
Censura fervens motibus:
Blande & quiete efflagito,
Quod sponte obire debeas.
Hunc esse vestris orgiis
Moremque & artem proditum est:
Hanc disciplinam fœderis,
Libent ut auro antistites.
Argenteis scyphis ferunt
B Fumare sacrum sanguinem,
Auroque nocturnis sacris
Adstare fixos cereos.
Tum summa est cura fratribus,
Ut sermo testatur loquax,
Offerre fundis venditis
Sestertiorum millia.
Addicta avorum prædia
Fœdis sub auctionibus
Successor exheres gemit,
Sanctis egens parentibus.
Hæc occuluntur abditis
Ecclesiarum in angulis:
Et summa pietas creditur,
C Nudare dulces liberos.
Deprome thesauros, malis
Suadendo quos præstigiis
Exaggeratos obtines,
Nigrante quos claudis specu.
Hoc poscit usus publicus,
Hoc fiscus, hoc ærarium;
Ut dedita stipendiis
Ducem juvet pecunia.
Sic dogma vestrum est: audio,
[a] Suum quibusque reddito.
En Cæsar agnoscit suum
Nomisma nummis inditum.
[b] Quod Cæsaris scis, & Cæsari
D Da: nempe justum postulo.
Ni fallor, haud ullam tuus
Signat Deus pecuniam.
Nec cum veniret, aureos
Secum Philippos detulit:
Præcepta sed verbis dedit,
Inanis a marsupio.
Implete dictorum fidem,
Quam vos per orbem venditis:
Nummos libenter reddite:
Estote verbis divites.
Nil asperum Laurentius
Refert ad ista, aut turbidum:

*a* Rom. XIII. 7. *b* Matth. XXII. 21.

Vers. 22. *Xystus adfixus cruci* ] Unus Prudentius Xystum cruci adfixum tradit. At Cyprianus epist. LXXXII. edit. Baluz. ipsum *in cœmeterio animadversum scribit*.

V. 86. *Præstigiis* ] *Præstrigiis* disertim Puteanus, quod in uno suo exstare etiam Weitzius testatur. Certe & Isidorus *præstigias* inde deducit, *quod celeritate manuum oculi* PRÆSTRINGANTUR, *ita -- ut miracula videantur fieri*. CHAMILL.

V. 96. *Nomisma* ] *Nomisma*, & *χάραγμα* & nummum significat. *χάραγμα* vero Plinius *notam* appellat: quo quidem sensu *nomisma* Prudentius usurpasse videtur. At Elmen- E horstius ad Minucii *Octav.* cap. XXIII. mallet heic legere:

*Ænigma nummis inditum:*

eo quod hac voce utitur auctor infra ℣. 118. Sed nihil mutandum censeo cum ex dictis, tum ex iis quæ adnotat Cangius in Glossar. Lat. v. NOMISMA.

V. 102. *Philippos* ] Genus nummi aurei a Philippo Macedonum rege sic appellatum. Horatius lib. II. Epist. I. ℣. 233.

*Chœrilus, incultis qui versibus & male natis*
*Rettulit acceptos, regale nomisma, Philippos.*

CHAMILL.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Sed ut paratus obsequi,
Obtemperanter annuit.
Est dives, inquit, non nego,
Habetque nostra ecclesia
Opumque & auri plurimum:
Nec quisquam in orbe est ditior.
Is ipse tantum non habet
Argenteorum ænigmatum
Augustus, arcem possidens,
Cui nummus omnis scribitur.
Sed nec recuso prodere,
Locupletis arcam Numinis:
Vulgabo cuncta, & proferam
Pretiosa quæ Christus tenet.
Unum sed orans flagito,
Induciarum paullulum,
Quo fungar efficacius
Promissionis munere;
Dum tota digestim mihi
Christi supellex scribitur.
Nam calculanda primitus,
Tum subnotanda est summula.
Lætus tumescit gaudio
Præfectus, ac spe devorat
Aurum, velut jam conditum
Domi maneret, gestiens.
Pepigere tempus tridui:
Laudatus inde absolvitur
Laurentius, sponsor sui,
Et sponsor ingentis lucri.
Tribus per urbem cursitat
Diebus, infirma agmina
Omnesque qui poscunt stipem,
Cogens in unum & congregans.
Illic utrisque obtutibus
Orbes cavatos præferens,
Baculo regebat prævio
Errore nutantem gradum.
Et claudus infracto genu,
Vel crure trunco semipes,
Breviorve planta ex altera
Gressum trahebat imparem.
Est, ulcerosis artubus
Qui tabe corrupta fluat:
Est, cujus arens dextera
Nervos in ulnam contrahat.
Tales plateis omnibus
Exquirit, assuetos ali
Ecclesiæ matris penu,
Quos ipse promus noverat.
Recenset exin singulos,
Scribens viritim nomina;
Longo & locatos ordine
Adstare pro templo jubet.
Præscriptus & jam fluxerat
Dies: furebat fervido
Judex avarus spiritu,
Promissa solvi efflagitans.
Tum martyr: Adsistas velim,
Coramque dispostas opes
Mirere, quas noster Deus
Prædives in sanctis habet.
Videbis ingens atrium
A Fulgere vasis aureis,
Et per patentes porticus
Structos talentis ordines.
It ille, nec pudet sequi.
Ventum ad sacratam januam:
Stabant catervæ pauperum,
Inculta visu examina.
Fragor rogantum tollitur:
Præfectus horrescit stupens,
Conversus in Laurentium,
Oculisque turbatis minax.
Contra ille: Quid frendens, ait,
Minitaris? aut quid displicet?
Num sordida hæc aut vilia?
B Num despuenda existimas?
Aurum quod ardenter sitis,
Effossa gignunt rudera,
Et de metallis squalidis
Pœnalis excudit labor:
Torrens vel amnis turbidis
Volvens arenis implicat,
Quod terrulentum ac sordidum
Flammis necesse est decoqui.
Pudor per aurum solvitur:
Violatur auro integritas:
Pax occidit: fides perit:
Leges & ipsæ intercidunt.
Quid tu venenum gloriæ
C Extollis, & magni putas?
Si quæris aurum verius;
Lux est, & humanum genus.
Hi sunt alumni luminis,
Quos corpus arctat debile,
Ne per salutem viscerum
Mens insolescat turgida.
Quum membra morbus dissecat,
Animus viget robustior,
Membris vicissim fortibus
Vis sauciatur sensuum.
Nam sanguis in culpam calens
Minus ministrat virium,
Si fervor effetus malis
D Elumbe virus contrahat.
Si forte detur optio,
Malim dolore asperrimo
Fragmenta membrorum pati,
Et pulcher intus vivere.
Committe formas pestium,
Et confer alternas lues:
Carnis ne morbus fœdior,
An mentis & morum ulcera?
Nostri per artus debiles,
Intus decoris integri,
Sensum venusti innoxium
Languoris expertes gerunt.
Vestros valentes corpore
E Interna corrumpit lepra;
Errorque mancum claudicat,
Et cæca fraus nihil videt.
Quemvis tuorum divitum,
Qui veste & ore prænitent,
Magis probabo debilem,
Quam quis meorum est pauperum.

V. 118. *Ænigmatum* ] In Glofs. Isidori ænigma est *figura, sive typus, sive species*, monetæ. Hinc mox Prudentius:

*Cui nummus omnis scribitur.*

Id est, inquit Chamillardus, cui Augusti imago imprimitur, & titulus circumscribitur. Ita Juvenalis Sat. VI. ℣. 204.

— *Scripto radiat Germanicus auro.*

V. 160. *Promus* ] Sic ex optimo codice ms. Puteano locum restituit Chamillardus, quem mendosum referunt editi, *primus* exhibentes. Atque hanc lectionem confirmat Ruinartius ex altero pervetusto codice Buheriano. Et recte quidem: Diaconos enim ecclesiarum ærario præfuisse constat, donaque a fidelibus oblata pauperibus distribuisse.

V. 234. *Prænitent* ] Sic optima editio Aldina. Neque aliter Tornæsiana Lugd. 1553. Eamdem porro lectionem præfert ms. codex S. Michaelis in Periculo maris, apud Ruinartium; qui & *auro* pro *ore* forte rescribendum jure censet. Al. mendose *pœnitent*.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.




Hunc qui ſuperbit ſerico,
  Quem currus inflatum vehit:
  Hydrops aquoſus lucido
  Tendit veneno intrinſecus.
Aſt hic avarus contrahit
  Manus recurvas, & volam
  Plicans aduncis unguibus
  Laxare nervos non valet.
Iſtum libido fœtida
  Per ſcorta tractum publica
  Luto & cloacis inquinat,
  Dum ſpurca mendicat ſtupra.
Quid ille fervens ambitu,
  Sitimque honoris æſtuans,
  Merſis ne anhelat febribus,
  Atque igne venarum furit?
Quiſquis tacendi intemperans,
  Silenda prurit prodere;
  Vexatur, & ſcalpit jecur,
  Scabiemque cordis ſuſtinet.
Quid invidorum pectorum
  Strumas retexam turgidas?
  Quid purulenta & livida
  Malignitatum vulnera?
Tute ipſe qui Romam regis,
  Contemtor æterni Dei,
  Dum dæmonum ſordes colis,
  Morbo laboras regio.
Hi quos ſuperbus deſpicis,
  Quos exſecrandos judicas,
  Brevi ulceroſos exuent
  Artus, & incolumes erunt:
Quum carne corruptiſſima
  Tandem ſoluti ac liberi,
  Pulcherrimo vitæ ſtatu
  In arce lucebunt Patris:
Non ſordidati aut debiles,
  Sicut videntur interim;
  Sed purpurantibus ſtolis
  Clari & coronis aureis.
Tum ſi facultas ſuppetat,
  Coram tuis obtutibus
  Iſtos potentes ſæculi
  Velim recenſendos dari.
Pannis videres obſitos,
  Et muculentis naribus,
  Mentum ſalivis uvidum,
  Lippoſque palpebra putri.
Peccante nil eſt terrius,
  Nil tam leproſum aut putidum:
  Cruda eſt cicatrix criminum,
  Oletque ut antrum tartari.
Animabus inverſa vice
  Corrupta forma infligitur,
  Quas pulcher aſpectus prius
  In corpore oblectaverat.
En ergo nummos aureos,
  Quos proxime ſpoponderam:
  Quos nec favillis obruat
  Ruina, nec fur ſubtrahat.
Nunc addo gemmas nobiles,
  Ne pauperem Chriſtum putes:
  Gemmas coruſci luminis,
  Ornatur hoc templum quibus.
Cernis ſacratas virgines:
  Mireris intactas anus,
  Primique poſt damnum tori

A Ignis ſecundi neſcias.
Hoc eſt monile Eccleſiæ:
  His illa gemmis comitur:
  Dotata ſic Chriſto placet:
  Sic ornat altum verticem.
Eccum talenta: ſuſcipe.
  Ornabis urbem Romulam:
  Ditabis & rem principis;
  Fies & ipſe ditior.
Ridemur, exclamat furens
  Præfectus, ac miris modis
  Per tot figuras ludimur:
  Et vivit inſanum caput!
Impune tantas, furcifer,
B Strophas cavillo mimico
  Te nexuiſſe exiſtimas,
  Dum ſcurra ſaltas fabulam?
Concinna viſa urbanitas
  Tractare noſmet ludicris?
  Ergon' cachinnis venditus
  Acroma feſtivum fui?
Adeo ne nulla auſteritas,
  Cenſura nulla eſt faſcibus?
  Adeon' ſecurim publicam
  Mollis retundit lenitas?
Dicis, Libenter oppetam,
  Votiva mors eſt martyri.
  Eſt iſta vobis, novimus,
C Perſuaſionis vanitas.
Sed non volenti impertiam,
  Præſtetur ut mortis citæ
  Compendioſus exitus:
  Perire raptim non dabo.
Vitam tenebo, & differam
  Pœnis morarum jugibus;
  Et mors inextricabilis
  Longos dolores protrahet.
Prunas tepentes ſternite,
  Ne fervor ignitus nimis
  Os contumacis occupet,
  Et cordis intret abdita.
Vapor ſeneſcens langueat,
D Qui fuſus afflatu levi
  Tormenta ſenſim temperet,
  Semiuſtulati corporis.
Bene eſt, quod ipſe ex omnibus
  Myſteriarches incidit:
  Hic ſolus exemplum dabit,
  Quid mox timere debeant.
Conſcende conſtratum rogum:
  Decumbe digno lectulo:
  Tunc, ſi libebit, diſputa,
  Nil eſſe Vulcanum meum.
Hæc ſante præfecto, truces
  Hinc inde tortores parant
  Nudare amictu martyrem,
E Vincire membra & tendere.
Illi os decore ſplenduit,
  Fulgorque circumfuſus eſt.
  Talem revertens legifer
  De monte vultum detulit:
Judæa quem plebs aureo
  Bove inquinata, & decolor
  Expavit, & faciem retro
  Detorſit impatiens Dei.
Talemque & ille prætulit
  Oris coruſci gloriam

V. 324. *Acroma*] Seu potius *acroama*, *ἀκρόαμα*, *auditio* Latine, pro feſtiva & jucunda narratione accipitur. Cicero pro Archia: *Quum ab eo quæreretur, quod acroama aut cujus vocem libentiſſime audiret*. CHAMILL.

V. 350. *Myſteriarches*] Sic Laurentium archidiaconum appellat, quod diaconi fideles de myſteriis erudirent. CHAMILL. & RUINART.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Stephanus, per imbrem saxeum
  Cælos apertos intuens.
Illuminatum hoc eminus
  Recens piatis fratribus,
  Baptisma quos nuper datum
  Christi capaces fecerat.
Ast impiorum cæcitas,
  Os oblitum noctis situ,
  Nigrante sub velamine
  Obducta, clarum non videt:
Ægyptiæ plagæ in modum:
  Quæ, cum tenebris barbaros
  Damnaret, Hebræis diem
  Sudo exhibebat lumine.
Quin ipsa odoris qualitas,
  Adusta quam reddit cutis,
  Diversa utrosque permovet:
  His nidor, illis nectar est.
Idemque sensus dispari
  Variatus aura, aut adficit
  Horrore nares vindice,
  Aut mulcet oblectamine.
Sic ignis, æternus Deus:
  Nam Christus ignis verus est:
  Is ipse complet lumine
  Justos, & urit noxios.
Postquam vapor diutinus
  Decoxit exustum latus,
  Ultro e catasta judicem
  Compellat affatu brevi:
Converte partem corporis
  Satis crematam jugiter,
  Et fac periclum, quid tuus
  Vulcanus ardens egerit.
Præfectus inverti jubet.
  Tunc ille: Coctum est, devora;
  Et experimentum cape,
  Sit crudum an assum suavius.
Hæc ludibundus dixerat:
  Cælum deinde suspicit,
  Et congemiscens obsecrat,
  Miseratus urbem Romulam:
O Christe, numen unicum,
  O splendor, o virtus Patris,
  O factor orbis & poli,
  Atque auctor horum mœnium:
Qui sceptra Romæ in vertice
  Rerum locasti, sanciens
  Mundum Quirinali togæ
  Servire, & armis cedere:
Ut discrepantum gentium
  Mores & observantiam,
  Linguasque, & ingenia, & sacra,
  Unis domares legibus.
En omne sub regnum Remi
  Mortale concessit genus:
  Idem loquuntur dissoni
  Ritus, id ipsum sentiunt.
Hoc destinatum, quo magis
  Jus Christiani nominis,
  Quodcumque terrarum jacet
  Uno illigaret vinculo.
Da, Christe, Romanis tuis

A Sit Christiana ut civitas:
  Per quam dedisti, ut ceteris
  Mens una sacrorum foret.
Confœderentur omnia
  Hinc inde membra in symbolum.
  Mansuescat orbis subditus:
  Mansuescat & summum caput.
Advertat, abjunctas plagas
  Coire in unam gratiam:
  Fiat fidelis Romulus;
  Et ipse jam credat Numa.
Confundit error Troicus
  Adhuc Catonum curiam,
  Veneratus occultis focis
B Phrygum Penates exsules.
Janum bifrontem & Sterculum
  Colit Senatus (horreo
  Tot monstra patrum dicere)
  Et festa Saturni senis.
Absterge, Christe, hoc dedecus;
  Emitte Gabriel tuum,
  Agnoscat ut verum Deum
  Errans Iuli cæcitas.
Et jam tenemus obsides
  Fidissimos hujus spei:
  Heic nempe jam regnant duo
  Apostolorum principes.
Alter vocator gentium;
C  Alter cathedram possidens
  Primam, recludit creditas
  Æternitatis januas.
Discede, adulter Juppiter,
  Stupro sororis oblite:
  Relinque Romam liberam,
  Plebemque jam Christi fuge.
Te Paullus hinc exterminat;
  Te sanguis exturbat Petri:
  Tibi id, quod ipse armaveras,
  Factum Neronis officit.
Video futurum principem
  Quandoque, qui servus Dei
  Tetris sacrorum sordibus
D  Servire Romam non sinat.
Qui templa claudat vectibus,
  Valvas eburnas obstruat,
  Nefasta damnet limina,
  Obdens ahenos pessulos.
Tunc pura ab omni sanguine
  Tandem nitebunt marmora:
  Stabunt & æra innoxia,
  Quæ nunc habentur idola.
Heic finis orandi fuit,
  Et finis idem vinculi
  Carnalis: erupit volans
  Vocem sequutus spiritus.
Vexere corpus subditis
E  Cervicibus quidam patres:
  Quos mira libertas viri
  Ambire Christum suaserat.
Repens medullas indoles
  Afflarat, & coegerat
  Amore sublimis Dei,
  Odisse nugas pristinas.

V. 373. *Illuminatum hoc* ] Id est, fulgorem hunc, de quo ℣. 362. recens baptizati, non vero gentiles viderant. RUINART.

V. 437. *Confœderentur* ] Sic emendatissima editio Tornæsiana: & mox ℣. 439. *mansuescat*. Al. *confœderantur — mansuescit*.

V. 456. *Iuli cæcitas* ] Heic diversæ sunt lectiones: *Iula*, *Iulica*, *Iulia* etiam quidam codices habent. Ceterum Iulum Ascanium, Æneæ filium, tamquam nominis Romani conditorem pro ipsis Romanis posuit Prudentius. Virgilius I. Æn. ℣. 292.


*Julius, a magno demissum nomen Iulo.*

CHAMILL.

V. 473. *Futurum principem* ] Constantinum magnum intelligit. ID.

V. 487. *Volans* ] Ita rescripsimus cum Ruinartio. Al. *volens*.

V. 490. *Quidam patres* ] Hi Justinus & Hippolytus dicuntur in Actis vulgatis S. Laurentii, & apud Adonem. RUINART.



Refrixit ex illo die
Cultus deorum turpium:
Christi ad tribunal curritur:
Plebs in sacellis rarior.
Sic dimicans Laurentius
Non ense præcinxit latus;
Hostile sed ferrum retro
Torquens in auctorem tulit.
Dum dæmon invictum Dei
Testem lacessit prœlio,
Perfossus ipse concidit,
Et stratus æternum jacet.
Mors illa sancti martyris,
Mors vera templorum fuit:
Tunc Vesta Palladios Lares
Impune sensit deseri.
Quidquid Quiritum sueverat
Ornare simpuvium Numæ,
Christi frequentans atria
Hymnis resultat martyrem.
Ipsa & senatus lumina,
Quondam Luperci aut Flamines,
Apostolorum & martyrum
Exosculantur limina.
Videmus illustres domos,
Sexu ex utroque nobiles,
Offerre votis pignora
Clarissimorum liberum.
Vittatus olim pontifex
Accitur in signum crucis;
Ædemque, Laurenti, tuam
Vestalis intrat Claudia.
O ter quaterque & septies
Beatus Urbis incola,
Qui te ac tuorum comminus
Sedem celebrat ossium:
Cui propter advolvi licet;
Qui fletibus spargit locum,
Qui pectus in terram premit,
Qui vota fundit murmura.
Nos Vasco Hiberus dividit,
Binis remotos Alpibus,
Trans Cottianorum juga,
Trans & Pyrenas ninguidos

A Vix fama nota est, abditis
Quam plena sanctis Roma sit,
Quam dives urbanum solum
Sacris sepulcris floreat.
Sed qui caremus his bonis,
Nec sanguinis vestigia
Videre coram possumus,
Cælum intuemur eminus.
Sic, sancte Laurenti, tuam
Nos passionem quærimus:
Est aula nam duplex tibi,
Heic corporis, mentis polo.
Illic inenarrabili
Allectus urbi municeps,
B Æternæ in arce curiæ
Gestas coronam civicam.
Videor videre illustribus
Gemmis coruscantem virum,
Quem Roma cælestis sibi
Legit perennem consulem.
Quæ sit potestas credita,
Et muneris quantum datum,
Probant Quiritum gaudia,
Quibus rogatus annuis.
Quod quisque supplex postulat,
Fert impetratum prospere:
Poscunt licenter, indicant,
Et tristis haud ullus redit.
C Ceu præsto semper adsies,
Tuosque alumnos urbicos
Lactante complexus sinu
Paterno amore nutrias.
Hos inter, o Christi decus,
Audi & Poetam rusticum,
Cordis fatentem crimina,
Et facta prodentem sua.
Indignus agnosco & scio,
Quem Christus ipse exaudiat:
Sed per patronos martyres
Potest medelam consequi,
Audi benignus supplicem
Christi reum Prudentium,
D Et servientem corpori
Absolve vinclis sæculi.

V. 514. *Ornare simpuvium Numæ* ] Hanc lectionem refert apud Ruinartium ms. codex S. Michaelis. Al. *Orare s. N.* Editt. Ald. & Tornæs. *Ornare res vanas Numæ*.
V. 518. *Aut Flam.* ] Editt. Aldinam & Tornæsianam secuti sumus. Al. *& Flam.*
V. 536. *Murmura* ] Al. minus recte *murmure*. Videlicet *vota murmura* sunt preces votivæ. In eamdem ferme sententiam Sidonius *Carm.* II. ℣. 86.
*Pontificum de more senex* ARCANA *peregit*
MURMURA. —
V. 537. *Vasco Hiberus* ] Ita recte Ald. edit. Al. perperam *Hiberos*. Fluvium *Hiberum* sive Iberum recte *Vasconem* appellat Prudentius, quod nimirum *Vascones* præterlabitur. Quo de loco plura videas apud Wesselingium ad *Vet. Roman. Itin.* pag. 393.
V. 540. *Ninguidos* ] Id est, niveos, seu nivosos. *Ninguis* enim pro *nix* dicebant veteres. Lucretius lib. VI. ℣. 736.
— *In campos albas decedere ningues.*
Et Ausonius Carm. CCXI. ℣. 20.
—— *Dulichii*
*Ninguida dicta.*
V. 568. *Licenter* ] Al. *litantur*. Al. *jocantur*. Sed neutrum legendum esse quis non videt? CHAMILL.
V. 571. *Lactante* ] Aldina editio, *Jactante*. Recte, meo quidem judicio. Neque dubito quin ita scripserit Prudentius: nam *jactare* quandoque translate sumitur pro in aliquem corpore se inclinare & incumbere. Adi sis lexicographos. Atque hujusmodi acceptio congruentior sane
E sententiæ hujus loci videtur.


## H Y M N U S III.

*In honorem sanctæ* EULALIÆ *beatissimæ virginis & martyris.*

Germine nobilis EULALIA,
Mortis & indole nobilior,
Emeritam sacra virgo suam
Cujus ab ubere progenita est,
Ossibus ornat, amore colit.
Proximus occiduo locus est,
Qui tulit hoc decus egregium,
Orbe potens, populis locuples:
Sed mage sanguine martyrii,
Virgineoque potens titulo.
Curriculis tribus atque novem
Tres hiemes quater attigerat,

Vers. 8. *Orbe potens* ] Sic Chamillardi editio. Al. *Urbe potens*. Ausonius *de claris urbibus* epigramm. IX.
*Clara mihi post has memorabere nomen Iberum*
*Emerita, æquoreus quam præterlabitur amnis,*
*Submittit cui tota suos Hispania fasces.*

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Cum crepitante pyra trepidos
Terruit aspera carnifices,
Supplicium sibi dulce rata.
Jam dederat prius indicium,
Tendere se Patris ad solium;
Nec sua membra dicata toro
Ipsa crepundia reppulerat,
Ludere nescia pusiola.
Spernere succina, flare rosas,
Fulva monilia respuere:
Ore severa, modesta gradu,
Moribus & nimium teneris
Canitiem meditata senum.
Ast ubi se furiata lues
Excitat in famulos Domini,
Christicolasque cruenta jubet
Tura cremare, jecur pecudis
Mortiferis adolere deis:
Infremuit sacer Eulaliæ
Spiritus, ingeniique ferox
Turbida frangere bella parat:
Et, rude pectus anhela Deo,
Femina provocat arma virum.
Sed pia cura parentis agit,
Virgo animosa domi ut lateat,
Abdita rure, & ab urbe procul,
Ne fera sanguinis in pretium
Mortis amore puella ruat.
Illa perosa quietis opem
Degeneri tolerare mora,
Nocte fores sine teste movet,
Septaque claustra fugax aperit:
Inde per invia carpit iter.
Ingreditur pedibus laceris,
Per loca senta situ & vepribus,
Angelico comitata choro:
Et licet horrida nox sileat,
Lucis habet tamen illa ducem.
Sic habuit generosa patrum
Turba columniferum radium,
Scindere qui tenebrosa potens,
Nocte viam face perspicua
Præstitit, intereunte chao.
Non aliter pia virgo, viam
Nocte sequuta, diem meruit,
Nec tenebris adoperta fuit;
Regna Canopiea cum fugeret,
Et super astra pararet iter.
Illa gradu cita pervigili,
Millia multa prius peragit,
Quam plaga pandat Eoa polum:
Mane superba tribunal adit,
Fascibus adstat & in mediis,
Vociferans: Rogo, quis furor est
Perdere præcipites animas,
Et male prodiga corda sui
Sternere rasilibus scopulis,
Omnipatremque negare Deum?
Quæritis, o miseranda manus,
A Christicolum genus? En ego sum
Dæmonicis inimica sacris:
Idola protero sub pedibus:
Pectore & ore Deum fateor.
Isis, Apollo, Venus nihil est;
Maximianus & ipse nihil:
Illa nihil, quia facta manu:
Hic, manuum quia facta colit:
Frivola utraque, & utraque nihil.
Maximianus opum dominus,
Et tamen ipse cliens lapidum,
Prostituat voveatque suis
Numinibus caput ipse suum:
Pectora cur generosa quatit?
B Dux bonus, arbiter egregius,
Sanguine pascitur innocuo;
Corporibusque piis inhians,
Viscera sobria dilacerat,
Gaudet & excruciare fidem.
Ergo age, tortor, adure, seca,
Divide membra coacta luto.
Solvere rem fragilem facile est.
Non penetrabitur interior
Exagitante dolore animus.
Talibus excitus in furias
Prætor, ait: Rape præcipitem
Lictor, & obrue suppliciis:
Sentiat esse deos patrios,
C Nec leve principis imperium.
Quam cuperem tamen, ante necem
Si potis es, revocare tuam,
Torva puellula, nequitiam!
Respice, gaudia quanta metas,
Quæ tibi fert genialis honor.
Te lacrymis labefacta domus
Prosequitur, generisque tui
Ingemit anxia nobilitas,
Flore quod occidis in tenero,
Proxima dotibus & thalamo.
Non movet aurea pompa tori,
Non pietas veneranda senum
Quos temeraria debilitas?
D Ecce parata ministeria
Excruciabilis exitii.
Aut gladio feriere caput,
Aut laniabere membra feris,
Aut facibus data fumificis,
Flebiliterque ululanda tuis,
In cineres resoluta flues.
Hæc, rogo, quis labor est fugere?
Si modicum salis, eminulis
Turis & exiguum digitis
Tangere, virgo, benigna velis;
Pœna gravis procul abfuerit.
Martyr ad ista nihil: sed enim
Infremit, inque tyranni oculos
E Sputa jacit: simulacra dehinc
Dissipat, impositamque molem
Turibulis pede prosubigit.

V. 21. *Flare rosas*] Ita legendum existimat Chamillardus, aut cum Oxonio, *flore rosas*, id est, nascentes, *in flore*. Idemque judicium antea tulerat postremæ Parisiensis bibliothecæ Patrum editor. Al. *flere rosas*. Quæ tamen posterior lectio forte contextui est aptior: *Spernere --- flere --- respuere*.

V. 29. *Jecur pecudis*] Jecur in sacrificium offerebatur, ut observat Ruinartius. Sic noster Prudentius in Hymno XIII. ℣. 81.

*Lege sub hac, salis aut micam, jecur aut suis litarent.*

V. 32. *Ingeniique ferox*] Apud Ruinartium ms. *ingeniumque ferox*.

V. 47. *Per loca senta situ*] Virgilium imitatur *Æneid.* lib. VI. ℣. 462.

*Per loca senta situ cogunt noctemque profundam.*

V. 109. *Flore quod occidis in tenero*] Puteanus *sole* pro *flore*: nec male, CHAMILL. — Prudentius enimvero ita loqui amat: v. c. in *Psychom.* ℣. 846.

*Seu pueros sol primus agat.* —


At illud *in tenero* prohibet, quin restitutionem plenissime admittam, licet verbum *occidis*, haud mediocriter eam urgeat.

V. 122. *Si modicum salis emin.*] Ex Dionis Oratt. Tarsica II. & Rhodiaca Valesius vir summus *Emendatt.* lib. II. cap. VIII. pag. 57. hunc Prudentii locum egregie illustrat. *Eminulis digitis*, id est, summis digitis.

V. 130. *Pede prosubigit*] Virgilius *Georg.* lib. III. ℣. 256.

*Et pede prosubigit terram.* —

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



A
Nec mora: carnifices gemini
Juncea pectora dilacerant,
Et latus ungula virgineum
Pulsat utrimque, & ad ossa secat;
Eulalia numerante notas.
Scriberis ecce mihi, Domine,
Quam juvat hos apices legere,
Qui tua, Christe, tropæa notant!
Nomen & ipsa sacrum loquitur
Purpura sanguinis eliciti.
Hæc sine fletibus & gemitu
Læta canebat & intrepida.
Dirus abest dolor ex animo,
Membraque picta cruore novo
Fonte cutem recalente lavant.
Ultima carnificina dehinc,
Non laceratio vulnifica,
Crate tenus nec arata cutis:
Flamma sed undique lampadibus
In latera stomachumque furit.
Crinis odorus ut in jugulos
Fluxerat, involitans humeris,
Quo pudibunda pudicitia
Virgineusque lateret honos,
Tegmine verticis opposito:
Flamma crepans volat in faciem,
Perque comas vegetata caput
Occupat, exsuperatque apicem.
Virgo, citum cupiens obitum,
Appetit & bibit ore rogum.
Emicat inde columba, repens
Martyris os nive candidior
Visa relinquere, & astra sequi.
Spiritus hic erat Eulaliæ
Lacteolus, celer, innocuus.
Colla fluunt abeunte anima,
Et rogus igneus emoritur:
Pax datur artubus exanimis,
Flatus in æthere plaudit ovans,
Templaque celsa petit volucer.
Vidit & ipse satelles avem
Feminæ ab ore meare palam:
Obstupefactus, & attonitus
D
Prosilit, & sua gesta fugit:
Lictor & ipse fugit pavidus.
Ecce nivem glacialis hiems
Ingerit, & tegit omne forum:
Membra tegit simul Eulaliæ
Axe jacentia sub gelido,
Pallioli vice linteoli.
Cedat amor lacrymantum hominum
Qui celebrare suprema solent;
Flebile cedat & officium:
Ipsa elementa, jubente Deo,
Exsequias tibi, virgo, ferunt.
Nunc locus Emerita est tumulo,
Clara colonia Vettoniæ:
B
Quam memorabilis amnis Anas
Præterit, & viridante rapax
Gurgite, mœnia pulcra lavat.
Heic, ubi marmore perspicuo
Atria luminat alma nitor
Et peregrinus & indigena,
Relliquias cineresque sacros
Servat humus veneranda sinu.
Tecta corusca super rutilant
De laquearibus aureolis,
Saxaque cæsa solum variant:
Floribus ut rosulenta putes
Prata rubescere multimodis.
Carpite purpureas violas,
C
Sanguineosque crocos metite:
Non caret his genialis hiems;
Laxat & arva tepens glacies,
Floribus ut cumulet calathos.
Ista comantibus e foliis
Munera, virgo puerque, date:
Ast ego serta choro in medio
Texta feram pede dactylico,
Vilia, marcida, festa tamen.
Sic venerarier ossa libet,
Ossibus altar & impositum:
Illa Dei sita sub pedibus
Prospicit hæc, populosque suos
Carmine propitiata fovet.

V. 192. *Atria --- alma*] An *Atria --- alta*?

## HYMNUS IV.

*In honorem decem & octo martyrum* CÆSARAUGUSTANORUM.

BIS novem noster populus sub uno
Martyrum servat cineres sepulcro:
Cæsaraugustam vocitamus urbem,
Res cui tanta est.
Plena magnorum domus Angelorum
Non timet mundi fragilis ruinam,
Tot sinu gestans simul offerenda
Munera Christo.
Cum Deus dextram quatiens coruscam
Nube subnixus veniet rubente,
Gentibus justam positurus æquo
Pondere libram:
Orbe de magno caput excitata
Obviam Christo properanter ibit,
Civitas quæque, pretiosa portans
Dona canistris.
Afra Carthago tua promet ossa
Ore facundo Cypriane doctor:
Corduba ACISCLUM dabit, & ZOELLUM,
Tresque coronas.
Tu tribus gemmis diadema pulcrum
Offeres Christo, genitrix piorum
E
Tarraco: intexit cui FRUCTUOSUS
Sutile vinclum.
Nomen hoc gemmæ strophio illigatæ est:
Emicant juxta lapides gemelli,
Ardet & splendor parilis duorum
Igne corusco.
Parva FELICIS decus exhibebit
Artubus sanctis locuples Gerunda:
Nostra præstabit Calagurris ambos,
Quos veneramur.

Vers. 15. *Civitas quæque*] Editt. Aldina & Tornæsiana, *siv. omnis*.
V. 20. *Tresque coronas*] Hæc Chamillardus de Chionia, Agape & Irene intelligit. Verum non dubito quin hæc sint interpretanda de tribus fratribus, Fausto, Januario & Martiali, qui Cordubæ passi sunt. In codice regio annorum 800. ubi glossulæ interlineares habentur, supra *coronas* scriptum est *martyres*. RUINART.
V. 25. *Illigatæ*] Al. *illigatum*. Sed lectionem quam sequimur, ex quatuor mss. restituit Heinsius.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Barchinon claro CUCUPHATE freta
Surget, & PAULLO ſpecioſa Narbo:
Teque præpollens Arelas habebit,
Sancte GENESI.
Luſitanorum caput oppidorum
Urbs, adoratæ cineres puellæ
Obviam Chriſto rapiens, ad aram
Porriget ipſam.
Sanguinem JUSTI, cui PASTOR hæret,
Ferculum duplex, geminumque donum
Ferre Complutum gremio juvabit
Membra duorum.
Ingeret Tingis ſua CASSIANUM
Feſta, Maſſylum monumenta regum:
Qui cinis gentes domitas coegit
Ad juga Chriſti.
Singulis paucæ, tribus aut duobus
Forſan & quinis aliquæ placebunt
Teſtibus Chriſti, prius hoſtiarum
Pignore functæ.
Tu decem ſanctos revehes & octo
Cæſarauguſta ſtudioſa Chriſti,
Verticem flavis oleis revincta
Pacis honore.
Sola in occurſum numeroſiores
Martyrum turbas Domino paraſti:
Sola, prædives pietate, multa
Luce frueris.
Vix parens orbis populoſa Pœni,
Ipſa vix Roma in ſolio locata,
Te decus noſtrum ſuperare in iſto
Munere digna eſt.
Omnibus portis ſacer immolatus
Sanguis excluſit genus invidorum
Dæmonum, & nigras pepulit tenebras
Urbe piata.
Nullus umbrarum latet intus horror:
Pulſa nam peſtis populum refugit.
Chriſtus in totis habitat plateis:
Chriſtus ubique eſt.
Martyrum credas patriam coronis
Debitam ſacris; chorus unde ſurgens
Tendit in cælum niveus togatæ
Nobilitatis.
Inde, VINCENTI, tua palma nata eſt:
Clerus heic tantum peperit triumphum:
Heic ſacerdotum domus infulata
Valeriorum.
Sævus antiquis quoties procellis
Turbo vexatum tremefecit orbem,
Triſtior templum rabies in iſtud
Intulit iras.
Nec furor quiſquam ſine laude noſtrum
Ceſſit, aut clari vacuus cruoris:
Martyrum ſemper numerus ſub omni
Grandine crevit.
Nonne, Vincenti, peregre necandus
Martyr, his terris tenui notaſti
Sanguinis rore ſpeciem futuri
Morte propinqua?
Hoc colunt cives, velut ipſa membra
Cæſpes includat ſuus, & paterno

A Servet amplectens tumulo beati
Martyris oſſa.
Noſter eſt, quamvis procul hinc in urbe
Paſſus ignota, dederit ſepulcro
Gloriam victor, prope litus altæ
Forte Sagunti.
Noſter, & noſtra puer in palæſtra
Arte virtutis, fideique olivo
Unctus, horrendum didicit domare
Viribus hoſtem.
Noverat templo celebres in iſto
Octies partas, deciesque palmas,
Laureis doctus patriis, eadem
Laude cucurrit.
B Heic &, ENCRATI, recubant tuarum
Oſſa virtutum, quibus efferati
Spiritum mundi violenta virgo
Dedecoraſti.
Martyrum nulli remanente vita
Contigit terris habitare noſtris:
Sola tu morti propriæ ſuperſtes
Vivis in orbe.
Vivis, ac pœnæ ſeriem retexis,
Carnis & cæſæ ſpolium retentans:
Tetra quam ſulcos habeant amaros
Vulnera, narras.
Barbarus tortor latus omne carpſit,
Sanguis impenſus, lacerata membra,
C Pectus abſciſſa patuit papilla
Corde ſub ipſo.
Jam minus mortis pretium peractæ eſt,
Quæ venenatos abolens dolores,
Concitam membris tribuit quietem
Fine ſoporo.
Cruda te longum tenuit cicatrix,
Et diu venis dolor hæſit ardens,
Dum putreſcentes tenuat medullas
Tabidus humor.
Invidus quamvis obitum ſupremum
Perſequutoris gladius negarit:
Plena te, martyr, tamen ut peremtam
Pœna coronat.
D Vidimus partem jecoris revulſam
Ungulis longe jacuiſſe preſſis:
Mors habet pallens aliquid tuorum,
Te quoque viva.
Hunc novum noſtræ titulum fruendum
Cæſarauguſtæ dedit ipſe Chriſtus,
Juge viventis domus ut dicata
Martyris eſſet.
Ergo ter ſenis ſacra candidatis,
Dives OPTATO ſimul & LUPERCO,
Perge conſcriptum tibimet ſenatum
Pangere pſalmis.
Ede SUCCESSUM, cane MARTIALEM,
Mors & URBANI tibi concinatur:
E JULIAM cantus reſonet, ſimulque
QUINTILIANUM.
PUBLIUM pandat chorus, & revolvat,
Quale FRONTONIS fuerit tropæum:
Quid bonus FELIX tulerit, quid acer
CÆCILIANUS.


V. 38. *Adoratæ --- puellæ* ] Eulaliæ Emeritenſis.

V. 46. *Feſta, Maſſylum monumenta regum* ] ,, Sic codex ,, regius qui ad ætatem Prudentii accedit, cum omnibus ,, mss. & editis quos videre licuit. ,, Hæc aliaque Ruinartius ad *Act. Martyr.* p. m. 412. Papebrochius in *Act. Sanct.* Apri. tom. II. pag. 409. pro *Feſta*, conjecturæ indulgens, reſcribendum cenſuit *Feſſa*, quæ nobiliſſima eſt urbs Mauritaniæ Tingitanæ. ,, Verum Prudentius hac ,, ope non indiget: (inquit Weſſelingius ad *Vet. Roman. Itiner.* pag. 58.) *Feſta Maſſylum monumenta regum*, quod ,, libri omnes approbant, optimum eſt, dictumque, uti ,, Virgilianum hoc (*Eclog. I. v. 69.*)
,, *Pauperis & tuguri congeſtum cæſpite culmen*
,, *Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor ariſtas.*
,, Et quis veterum *Feſſæ*, ſeu *Fezæ* potius, meminit? ,, Urbs ea ſub Saracenis demum clareſcere cœpit, & ab ,, illis eſt condita, ſicuti oſtendit Bern. Aldrete lib. III. ,, *Antiq. Hiſpaniæ & Africæ*, capp. VII. & VIII. ,,

V. 61. *Parens orbis populoſa Pœni* ] Carthago.

V. 128. *Soporo* ] Al. *ſupremo*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.



Quantus, Evoti, tua bella sanguis
Tinxerit; quantus tua, Primitive,
Tum tuos vivax recolat triumphos
Laus, Apodemi.
Quattuor posthinc superest virorum
Nomen extolli, renuente metro:
Quos Saturninos memorat vocatos
Prisca vetustas.
Carminis leges amor aureorum
Nominum parvi facit, & loquendi
Cura de sanctis vitiosa non est,
Nec rudis umquam.
Plenus est artis modus, annotatas
Nominum formas recitare Christo:
Quas tenet cæli liber, explicandus
Tempore justo.
Octo tunc sanctos recolet decemque
Angelus, coram Patre Filioque
Urbis unius regimen tenentes
Jure sepulcri.
Quin ad antiquum numerum trahentur
Viva post pœnæ specimen puella,
A Morsque Vincenti, cui sanguis hinc est
Fons & honoris.
Additis Cajo, (nec enim silendi)
Teque, Crementi: quibus incruentum
Ferre provenit decus ex secundo
Laudis agone.
Ambo confessi Dominum steterunt
Acriter contra fremitum latronum:
Ambo gustarunt leniter saporem
Martyriorum.
Hæc sub altari sita sempiterno,
Lapsibus nostris veniam precatur
Turba, quam servat procerum creatrix
Purpureorum.
B Nos pio fletu, date, perluamus
Marmorum sulcos, quibus est operta
Spes, ut absolvam retinaculorum
Vincla meorum.
Sterne te totam generosa sanctis
Civitas mecum tumulis: deinde
Mox resurgentes animas & artus
Tota sequeris.

V. 157. *Evoti*] Sic ex mss. codd. post Heinsium Papebrochius & Ruinartius. Neque aliter Chamillardus. Al. *Eventi*.

V. 162. *Renuente metro*] Quia scilicet prima syllaba in nomine *Saturnini* est longa, quam brevem exigit versus Sapphici ratio. Papebroch.

V. 178. *Viva post pœnæ specimen puella*] Encratis nimirum, de qua ℣. 109. & seqq.

# H Y M N U S V.

*Passio sancti* Vincentii *martyris*.

Beate martyr, prospera
Diem triumphalem tuum,
Quo sanguinis merces tibi
Corona, Vincenti, datur.
Hic te ex tenebris sæculi
Tortore victo & judice,
Evexit ad cælum dies,
Christoque ovantem reddidit.
Nunc Angelorum particeps,
Conlucis insigni stola,
Quam testis indomabilis
Rivis cruoris laveras.
Cum te satelles idoli
Præcinctus atris legibus,
Litare divis gentium
Ferro & catenis cogeret.
Ac verba primum mollia
Suadendo blande effuderat
Captator, ut vitulum lupus
Rapturus, alludit prius.
Rex, inquit, orbis maximus
Qui sceptra gestat Romula,
Servire sanxit omnia
Priscis deorum cultibus.
Vos Nazareni assistite,
Rudemque ritum spernite:
Hæc saxa quæ princeps colit,
Placate fumo & victima.
Exclamat heic Vincentius,
Levita de tribu sacra,
Minister altaris Dei,
Septem ex columnis lacteis:
Tibi ista præsint numina:
Tu saxa, tu ligna colas:
Tu mortuorum mortuus
Fias deorum pontifex.
Nos lucis auctorem Patrem,
C Ejusque Christum filium,
Qui solus ac verus Deus,
Daciane, confitebimur.
Heic ille jam commotior:
Audes ne, non felix, ait,
Jus hoc deorum & principum,
Violare verbis asperis?
Jus & sacratum & publicum,
Cui cedit humanum genus?
Nec te juventæ fervidæ
Instans periclum permovet?
Hoc namque decretum cape:
Aut ara, ture & cæspite
Precanda jam nunc est tibi,
D Aut mors luenda est sanguine.
Respondit ille altrinsecus:
Age ergo, quidquid virium,
Quidquid potestatis tibi est,
Palam reluctor, exsere.
Vox nostra quæ sit, accipe:
Est Christus & Pater Deus:
Servi hujus & testes sumus.
Extorque, si potes, fidem.
Tormenta, carcer, ungulæ,
Stridensque flammis lamina,
Atque ipsa pœnarum ultima,
Mors, Christianis ludus est.
O vestra inanis vanitas,
E Scitumque brutum Cæsaris!
Condigna vestris sensibus
Coli jubetis numina,
Excisa fabrili manu,
Cavis recocta & follibus:
Quæ voce, quæ gressu carent,
Immota, cæca, elinguia.
His sumtuosa splendido
Delubra crescunt marmore:

Vers. 10. *Conlucis*] Sic optime codex Puteanus apud Chamillardum. Al. *conluces*. Vide sis infra adnotata ad *Hamart*. ℣. 624.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



His colla mugientium
Percussa taurorum cadunt.
Adsunt & illic spiritus,
Sunt sed magistri criminum,
Vestræ & salutis aucupes,
Vagi, impotentes, sordidi:
Qui vos latenter incitos
In omne compellunt nefas,
Vastare justos cædibus,
Plebem piorum carpere.
Norunt & ipsi ac sentiunt
Pollere Christum & vivere,
Ejusque jam jamque affore
Regnum tremendum perfidis.
Clamant fatentes denique,
Pulsi e latebris corporum
Virtute Christi & nomine,
Divique & idem dæmones.
His intonantem martyrem
Judex profanus non tulit.
Conclamat: Os obtrudite,
Ne plura jactet improbus.
Vocem loquentis claudite,
Raptimque lictores date,
Illos reorum carnibus
Pastos, manuque exercitos.
Jam faxo, jus prætorium
Conviciator sentiat,
Impune ne nostris sibi
Dis destruendis luserit.
Tibi ergo soli, contumax,
Tarpeja calcentur sacra?
Tu porro solus obteras
Romam, Senatum, Cæsarem?
Vinctum retortis brachiis
Sursum ac deorsum extendite,
Compago donec ossium
Divulsa membratim crepet.
Post hinc hiulcis ictibus
Nudate costarum abdita,
Ut per lacunas vulnerum
Jecur retectum palpitet.
Ridebat hæc miles Dei,
Manus cruentas increpans,
Quod fixa non profundius
Intraret artus ungula.
Ac jam omne robur fortium
Evifcerando cesserat,
Nisusque anhelos solverat
Fessos lacertorum toros.
Ast ille tanto lætior,
Omni vacantem nubilo
Frontem serenam luminat,
Te, Christe, præsentem videns.
Quis vultus iste, pro pudor!
Dacianus ajebat furens,
Gaudet, renidet, provocat,
A Tortore tortus acrior.
Nil illa vis exercita
Tot noxiorum mortibus
Agone in isto proficit;
Ars & dolorum vincitur.
Sed vos alumni carceris,
Par semper invictum mihi,
Cohibete paullum dexteras,
Respiret ut lassus vigor.
Præsicca rursus ulcera,
Dum se cicatrix colligit
Refrigerati sanguinis,
Manus resulcans diruet.
His contra Levites refert:
B Si jam tuorum perspicis
Languere virtutem canum;
Age ipse, major carnifex,
Ostende, quo pacto queant
Imos recessus scindere,
Manus & ipse intersere,
Rivosque ferventes bibe.
Erras, cruente, si meam
Te rere pœnam sumere,
Quum membra morti obnoxia
Dilancinata interficis.
Est alter homo intrinsecus,
Violare quem nullus potest,
Liber, quietus, integer,
C Exsors dolorum tristium.
Hoc, quod laboras perdere
Tantis furoris viribus,
Vas est solutum ac fictile,
Quocumque frangendum modo.
Quin immo nunc enitere
Illum secare ac plectere,
Qui perstat intus, qui tuam
Calcat, tyranne, insaniam.
Hunc, hunc lacesse, hunc discute
Invictum & insuperabilem,
Nullis procellis subditum,
Solique subjectum Deo.
Hæc fatur, & stridentibus
D Laniatur uncis denuo.
Cui prætor ore subdolo
Anguina verba exsibilat:
Si tanta callum pectoris
Prædurat obstinatio,
Pulvinar ut nostrum manu
Abomineris tangere:
Saltem latentes paginas,
Librosque opertos detege,
Quo secta pravum seminans
Justis crematur ignibus.
His Martyr auditis, ait:
Quem tu, maligne, mysticis
Minitaris ignem litteris,
E Flagrabis ipse hoc justius.

V. 77. *Adsunt* cet.] Aldin. & Tornæs. editt. sequimur. Haud enim nobis probatur ejusmodi Chamillardi & Ruinartii lectio:

*At sunt & illic spiritus.*
*Sunt; sed magistri criminum.*

V. 103. *Impune ne nostris*] Al. *Ne impune, ne nostris.*

V. 113. *Hiulcis ictibus*] *Bisulcis ictibus* in Oxon. Nam de ungulis intelligendum docent sequentia, quas & Hymno I. (✡. 44.) *bisulcas* dixit. Et denuo *bisulcis ungulis* Hymno X. (✡. 73.) Infra hoc ipso in Hymno (✡. 337.) *ungularum duplices sulcos*. CHAMILL.

V. 138. *Par semper invictum mihi*] Optime notat Giselinas in excusis mendose legi, *Pars semper invictum mihi*. IDEM.

V. 157. *Est alter homo intrinsecus*] Sic Aldin. & Tornæs. cum nonnullis aliis excusis. At Chamillardus & Ruinartius: *Est alter, est intrinsecus*. Respicit nimirum Prudentius illud II. *Cor.* IV. 16. *Licet is qui foris est, noster* HOMO *corrumpatur: tamen is qui intus est, renovatur de die in diem.*

V. 163. *Vas est solutum ac fictile*] Phrasi Paullina: II. *Cor.* IV. 7. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.* I. *Thess.* IV. 4. *Sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore.*

V. 170. *Invictum & insuperabilem*] Quam plurimi sine conjunctione & legebant hunc versum: sed aperte errarunt; siquidem claudicabat versus. Quod quum agnoscerent & alii, scripsere *inexpugnabilem*, *inexsuperabilem*. Quamquam diversæ hæ lectiones admitti queant; illa tamen conjunctio & nec dura videtur, nec barbara: immo latina magis, quam illud Heinsii *inexsuperabilem*. Licet enim Prudentius amavit litterarum contractiones, nullas addere debemus iis quibus usus est. CHAMILL.



Romphæa nam cæleſtium
Vindex erit voluminum,
Tanti veneni interpretem
Linguam perurens fulmine.
Vides favillas indices
Gomorrheorum criminum:
Sodomita nec latet cinis,
Teſtis perennis funeris.
Exemplar hoc, ſerpens, tuum eſt:
Fuligo quem mox ſulphuris,
Bitumen & miſtum pice
Imo implicabunt tartaro.
His perſequutor ſaucius
Pallet, rubeſcit, æſtuat,
Inſana torquens lumina,
Spumaſque frendens egerit.
Tum deinde cunctatus diu,
Decernit extrema omnium:
Igni, grabato & laminis
Exerceatur quæſtio.
Hæc ille ſe ſe ad munera
Gradu citato proripit
Ipſoſque pernix gaudio,
Pœnæ miniſtros prævenit.
Ventum ad palæſtram gloriæ:
Spes certat, & crudelitas:
Luctamen anceps conſerunt,
Hinc martyr, illinc carnifex.
Serrata lectum regula
Dente frequenti exaſperat,
Cui multa carbonum ſtrues
Vivum vaporat halitum.
Hunc ſponte conſcendit rogum
Vir ſanctus ore interrito,
Ceu jam coronæ conſcius
Celſum tribunal ſcanderet.
Subter crepante aſpergine
Scintillat excuſſus ſalis,
Punctiſque fervens ſtridulis
Sparſum per artus figitur.
Arvina poſt hinc igneum
Impreſſa cauterem lavit:
Vis unde roris fumidi
In membra ſenſim liquitur.
Hæc inter immotus manet
Tamquam dolorem neſcius;
Tenditque in altum lumina:
Nam vincla palmas preſſerant.
Sublatus inde fortior,
Lugubre in antrum truditur:
Ne liber uſus luminis
Animaret altum ſpiritum.
Eſt intus imo ergaſtulo
Locus tenebris nigrior,
Quem ſaxa merſi fornicis
Anguſta clauſum ſtrangulant.
Æterna nox illic latet,
Expers diurni ſideris:
Hic carcer horrendus ſuos
A Habere fertur inferos.
In hoc barathrum conjicit
Truculentus hoſtis martyrem,
Lignoque plantas inſerit
Divaricatis cruribus.
Quin addit & pœnam novam
Crucis peritus artifex,
Nulli tyranno cognitam,
Nec fando compertam retro.
Fragmenta teſtarum jubet
Hirta impolitis angulis,
Acuminata, informia,
Tergo jacentis ſternerent.
Totum cubile ſpiculis
B Armant dolores anxii,
Inſomne qui ſubter latus
Mucrone pulſent obvio.
Hæc ille verſutus, vafra
Meditatus arte ſtruxerat:
Sed Belzebulis callida
Commenta Chriſtus deſtruit.
Nam carceralis cæcitas
Splendore lucis fulgurat,
Duplexque morſus ſtipitis
Ruptis cavernis diſſilit.
Agnoſcit heic Vincentius
Adeſſe, quod ſperaverat,
Tanti laboris præmium,
C Chriſtum datorem luminis.
Cernit deinde, fragmina
Jam teſtularum mollibus
Veſtire ſemet floribus,
Redolente nectar carcere.
Quin & frequentes Angeli
Stant, ac loquuntur comminus;
Quorum unus ore auguſtior
Compellat his dictis virum:
Exſurge, martyr inclyte,
Exſurge ſecurus tui:
Exſurge, & almis cœtibus
Noſter ſodalis addere.
Decurſa jam ſatis tibi
D Pœnæ minacis munia,
Pulcroque mortis exitu
Omnis peracta eſt paſſio.
O miles invictiſſime,
Fortiſſimiſque fortior,
Jam te ipſa ſæva & aſpera
Tormenta victorem tremunt.
Spectator hæc Chriſtus Deus
Compenſat ævo intermino,
Propriæque collegam crucis
Larga coronat dextera.
Pone hoc caducum vaſculum,
Compage textum terrea,
Quod diſſipatum ſolvitur;
Et liber in cælum veni.
E Hæc ille: ſed clauſas fores
Interna rumpunt lumina,

V. 218. *Dente frequenti* ] Al. *dente infrequenti*. Abſque præpoſitione *in* legendum eſſe putavi: quod *infrequenti*, ſeu una ſit dictio, ut vult Ant. Nebriſs. ſeu eum Giſelino diſtinguamus; illa lectio erit barbara. *Infrequens* enim negat, quod dicit *frequens*. Adde quod metri cauſſa, *in* nullo modo requiratur. Quis enim ignorat, ab optimis poetis ultimam ſyllabam quæ deberet corripi, ſemper produci, ſtatim atque dictio quæ ſequitur, incipit per duas conſonantes aut litteram duplicem? Virgilius (*Æn.* IX. ℣. 37.)

— *Date tela, ſcandite muros.*

Fateor id de liquidis non æque ac de aliis litteris intelligendum eſſe. Id.


V. 226. *Excuſſus ſalis* ] Ita conſtanter editi. *Salis* nominandi caſu: quod alibi fruſtra quæras. Hinc mallet Chamillardus *excuſſum ſale*: quo recto caſu uſus eſt Ennius lib. IV. Annal. *Cæruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum*. Porro, quid ſi *ſalis* gignendi caſu accipiatur, & vocabulo præcedenti *aſpergine* illigetur; atque illud *excuſſus* referatur ad *rogum* ℣. 221. ſicque demum integer locus conſtruatur? *Subter crepante aſpergine ſalis ſcintillat excuſſus* (*rogus* ſive *ignis*.)

V. 260. *Tergo jacentis ſternerent* ] Sic Aldina editio. Tornæſiana vero, *Tergo jacenti ſternerent*. Legendum conjicit Chamill. *jacentis ſterniet*: vel, ut nonnulli legunt, *jacenti ſternere*.

V. 272. *Ruptis cavernis* ] Cippis ſcilicet, qui duobus conſtat lignis incaſtratis, ita ut ſint cavi, quibus vinctorum crura detinentur. Chamill. — Al. *ruptis catenis*. At lectionem noſtram exhibent Aldin. & Tornæſ.

V. 294. *Fortiſſimiſque fortior* ] Sic utraque editio, Aldin. & Tornæſ. cum aliis. Verum Chamill. *Fortiſſimorum fortior*.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Tenuiſque per rimas nitor
Lucis latentis proditur.
Hoc cum ſtuperet territus
Obſeſſor atri liminis,
Quem cura pernox manſerat
Servare feralem domum:
Pſallentis audit inſuper
Prædulce carmen martyris,
Cui vocis inſtar æmulæ
Conclave reddit concavum.
Pavens deinde introſpicit,
Admota quantum poſtibus
Acies per arctas cardinum
Intrare juncturas poteſt:
Vernare multis floribus
Stramenta teſtarum videt,
Ipſumque vulſis nexibus
Obambulantem pangere.
Implentur aures turbidi
Prætoris hoc miraculo:
Flet victus, & volvit gemens
Iram, dolorem, dedecus.
Exemtus, inquit, carcere,
Paullum benignis fotibus
Recreetur, ut paſtum novum
Pœnis refectus præbeat.
Coire toto ex oppido
Turbam fidelem cerneres,
Mollire præfultum torum,
Siccare cruda vulnera.
Ille ungularum duplices
Sulcos pererrat oſculis:
Hic purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere.
Plerique veſtem linteam
Stillante tinguunt ſanguine;
Tutamen ut ſacrum ſuis
Domi reſervent poſteris.
Tunc ipſe manceps carceris,
Et vinculorum janitor,
Ut fert vetuſtas conſcia,
Repente Chriſtum credidit.
Hic obſeratis vectibus
Denſæ ſpecum caliginis
Splendore lucis advenæ
Micuiſſe clauſum viderat.
At vero poſtquam lectuli
Martyr quietem contigit;
Æger morarum tædio,
Et mortis incenſus ſiti:
Si mors habenda ejuſmodi eſt,
Quæ corporali ergaſtulo
Mentem reſolvit liberam,
Et reddit auctori Deo:
Mentem piatam ſanguine,
Mortis lavacris inclytam,
Quæ ſemet ac vitam ſuam
Chriſto immolandam præbuit.
Ergo, ut recline mollibus
Rejecit aulæis caput,
Victor relictis artubus
Cælum capeſſit ſpiritus:
Cui recta celſo tramite
Reſeratur ad Patrem via,
Quam fratre cæſus impio
Abel beatus ſcanderat.
Stipant euntem candidi
Hinc inde ſanctorum chori,
Parique miſſus carcere
Baptiſta Joannes vocat.
At Chriſtiani nominis
Hoſtem coquebant irrita
Fellis venena, & lividum
Cor efferata exuſſerant.
Sævire inermem crederes
Fractis draconem dentibus.
Evaſit exſultans, ait,
Rebellis, & palmam tulit?
Sed reſtat illud ultimum,
Inferre pœnam mortuo,
Feris cadaver tradere,
Canibuſve carpendum dare.
Jam nunc & oſſa exſtinxero,
Ne ſit ſepulcrum funeris,
Quod plebs gregalis excolat,
Titulumque figat martyris.
Sic frendit, & corpus ſacrum
Profanus (ah dirum nefas!)
Nudum negato tegmine,
Exponit inter carices.
Sed nulla dirarum fames
Aut beſtiarum aut alitum,
Audet tropæum gloriæ
Fœdare tactu ſqualido.
Quin ſi qua clangens improbe
Circumvolaret eminus,
Trucis volucris impetu
Depulſa vertebat fugam.
Nam corvus, Heliæ datus
Olim ciborum portitor,
Hoc munus implet ſedule,
Et irremotus excubat.
Hic ex frutetis proximis
Infeſtus alarum ſono,
Oculoſque pennis verberans
Exegit immanem lupum.
Quis perfidorum credere
Auſit, rapacem belluam
Tauris paratam congredi,
Ceſſiſſe plumis mollibus?
Ibat malignum murmurans
Levi volatu exterritus;
Prædamque viſam fugerat
Cuſtodis imbellis minis.
Quis audienti talia,
Daciane, tunc ſenſus tibi?
Quantis gementem ſpiculis
Figebat occultus dolor?
Quum te peremti corporis
Virtute victum cerneres,
Ipſis & impar oſſibus,
Vacuiſque jam membris minor?
Sed quis, tyranne pertinax,
Hunc impotentem ſpiritum
Determinabit exitus?
Nullus ne te franget modus?
Nullus: nec umquam deſinam.
Nam, ſi ferina immanitas
Manſueſcit, & clementia
Corvos voraces mitigat:

V. 318. *Admota* ] Sic ſane pro *admonita* legendum monet Heumannus in *Poecil.* tom. II. lib. III. pag. 364. Sed Prudentius eo monitore non eget; cujus nimirum lectionem *admota* præ ſe ferunt veteres editi, Aldin. & Tornæſ. nec non alii recentiores, Chamill. Ruinart. cett.

V. 341. *Veſtem linteam* ] Ita reſtitue pro v. *lineam*: ut ſupra Hymno III. ✠✠. 178. 180.

*Membra tegit ſimul Eulaliæ*
*Pallioli vice linteoli.*

CHAMILL.

V. 362. *Lavacris inclytam* ] Sic Aldin. & Tornæſ. Atque ita legendum conjicit Chamillardus pro *elutam*. Al. *erutam*. Reſcribendum tamen *elutam* ſuadere videtur vox præcedens *lavacris*.

Mergam cadaver fluctibus : A
Insana numquam naufragis
Ignoscit unda, & spumeum
Nescit profundum parcere.
Aut semper illic mobilis
Incerta per ludibria
Vagis feretur flatibus,
Squamosa pascens agmina.
Aut sub fragosis rupibus
Scabri petrarum murices
Inter recessus scrupeos
Discissa rumpent viscera.
Ecquis virorum, strenue
Cumbam petitus pellere,
Remo, rudente & carbaso, B
Secare qui pontum queas,
Rapias palustri e cæspite
Corpus, quod intactum jacet,
Levique vectum lembulo
Amplum per æquor auferas?
Sed complicatum sparteus
Claudat cadaver culleus;
Quem fune connexus lapis
Præceps in altum deprimat.
At tu per undas emices
Rorante præpes palmula,
Donec relictum longior
Abscondat aspectus solum.
Hæc jussa quidam militum, C
( Eumorphio nomen fuit )
Violentus, audax, barbarus,
Furore fervens arripit.
Funale textum conserit,
Suto quod implet corpore;
Emensus & multum freti,
Inter procellas excutit.
O præpotens virtus Dei!
Virtus creatrix omnium!
Quæ turgidum quondam mare
Gradiente Christo straverat;
Ut terga calcans æquoris
Siccis mearet passibus,
Plantas nec undis tingueret
Vasti viator gurgitis.
Hæc ipsa virtus jusserat
Rubrum salum dehiscere,
Patente dum fundo aridum
Secura plebs incesserit.
Nec non & ipsa nunc jubet
Servire sancto corpori
Pontum quietis lapsibus
Ad curva pronum litora,
Saxum molaris ponderis,
Ut spuma candens, innatat;
Tantique custos pignoris
Fiscella fertur fluctibus.
Cernunt stupentes navitæ E
Vectam remenso marmore,
Labi retrorsum leniter
Æstu secundo & flamine.
Certant & ipsi concito
Pontum phaselo scindere:
Longe sed artus prævolant
Telluris ad mollem sinum.
Prius relatos denique
Humus quieta suscipit,
Quam pulsa summis nisibus
Carina portum tangeret.
Felix amœni litoris
Recessus ille, qui sacra
Fovens arenis viscera
Vicem sepulcri præbuit!
Dum cura sanctorum pia
Deflens adornat aggerem,
Tumuloque corpus creditum
Vitæ reservat posteræ.
Sed mox subactis hostibus,
Jam pace justis reddita,
Altar quietem debitam
Præstat beatis ossibus.
Subjecta nam sacrario,
Imamque ad aram condita,
Cælestis auram muneris
Perfusa subtus hauriunt.
Sic corpus: ast ipsum Dei
Sedes receptum continet,
Cum Maccabæis fratribus,
Sectoque Isaiæ proximum.
Simplex sed illis contigit
Corona pœnarum, quibus
Finem malorum præstitit
Mortis supremus exitus.
Quid tale sector ausus est?
Truncata numquid corporis
Segmenta post ferram feris
Objecit, aut undis dedit?
Num Maccabæi martyris
Linguam tyrannus erutam,
Raptamve pellem verticis
Avibus cruentis obtulit?
Tu solus, o bis inclyte,
Solus brabei duplicis
Palmam tulisti: tu duas
Simul parasti laureas. D
In morte victor aspera,
Tum deinde post mortem pari
Victor triumpho proteris
Solo latronem corpore.
Adesto nunc, & percipe
Voces precantum supplices,
Nostri reatus efficax
Orator ad thronum Patris.
Per te, per illum carcerem,
Honoris augmentum tui,
Per vincla, flammas, ungulas,
Per carceralem stipitem,
Per fragmen illud testeum
Quo parta crevit gloria;
Per, quem trementes posteri
Exosculamur, lectulum:
Miserere nostrarum precum,
Placatus ut Christus suis

V. 443. *Vagis feretur flatibus* ] *Fluctibus* correctum in Thuaneo: quod & alios complures occupavit. In e[illegible]itis nonnullis ( Aldin. & Tornæs. ) *Austris feretur flatibus*. CHAMILL.

V. 450. *Cumbam* ] Id est, cymbam. Eadem licentia usus est alibi, mutando *y* in *u*; nempe in *murrha* pro *myrrha*. ID.

V. 484. *Incesserit* ] Sic Aldin. & Tornæs. At Chamill. aliique, *iter legit*.

V. 494. *Remenso marmore* ] Virgilius Æn. lib. III. ℣. 143.

*Rursus ad oraclum Ortygiæ Phœbumque* REMENSO
*Hortatur pater ire* MARI.

Idem Georg. lib. I. ℣. 254.

*Et quando infidum remis impellere* MARMOR.

V. 549. *Per te, per illum carcerem* cet. ] Locutio poetis familiaris. Virgilius lib. II. Æn. ( ℣. 141. seqq. )

*— Per superos & conscia numina veri;*
*Per si qua est, quæ restat adhuc mortalibus usquam*
*Intemerata fides, oro: miserere laborum*
*Tantorum, miserere animi non digna ferentis.*

CHAMILL.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
405.



Inclinet aurem prosperam,
Noxas nec omnes imputet.
Si rite solemnem diem
Veneramur ore & pectore,
Si sub tuorum gaudio
Vestigiorum sternimur:
Paullisper huc inlabere,
Christi favorem deferens:
Sensus gravati ut sentiant

A Levamen indulgentiæ.
Sic nulla jam restet mora,
Quin excitatam nobilis
Carnem resumat spiritus,
Virtute perfunctam pari.
Ut quæ laborum particeps
Commune discrimen tulit,
Sit & coheres gloriæ
Cunctis in ævum sæculis.

## HYMNUS VI.

*In honorem beatorum martyrum* Fructuosi *episcopi Tarraconensis*, Augurii & Eulogii *diaconorum*.

Felix Tarraco, Fructuose, vestris
Attollit caput ignibus coruscum
Levitis geminis procul relucens.
Hispanos Deus aspicit benignus;
Arcem quandoquidem potens Hiberam
Trino martyre Trinitas coronat.
Ardens Augurius capessit æthram:
Nec non Eulogius simul superbum
Christi lucidus ad sedile tendit.
Dux & prævius & magister illis
Ad tantum decus, ex episcopali
Clarus nomine Fructuosus ibat:
Accitus quia præsidis repente
Jussu, venerat ad forum sacerdos
Levitis comitantibus duobus.
Inde ad carceream viros catenam
Pastus sanguine carnifex trahebat.
Gaudet currere Fructuosus ultro:
Ac ne quis socios timor feriret,
Præceptor vehemens eundo firmat,
Inceditque fidem calore Christi.
Mecum state, viri: vocat cruentus
Ad pœnam coluber Dei ministros:
Ne mors terreat: est parata palma.
Carcer Christicolis gradus coronæ est:
Carcer provehit ad superna cœli:
Carcer conciliat Deum beatis.
His dictis, adeunt specum reorum:
Ex rcent ibi mysticum lavacrum,
Et purgamen aquæ stupent tenebræ.
Sex heic continuis latent diebus:
Tandem stant trucis ad tribunal hostis.
Fratres tergeminos tremunt catastæ.
Judex Æmilianus imminebat,
Atrox, turbidus, insolens, profanus:
Aras dæmonicas coli jubebat.
Tu qui doctor, ait, seris novellum
Commenti genus, ut leves puellæ
Lucos destituant, Jovem relinquant.
Damnes, si sapias, anile dogma.
Jussum est Cæsaris ore Gallieni:
Quod princeps colit, hoc colamus omnes.
Hæc fanti placidus refert sacerdos:
Æternum colo principem, dierum
Factorem, dominumque Gallieni:
Et Christum Patre prosatum perenni,

B Cujus sum famulus, gregisque pastor.
Subridens ait ille: Jam fuisti.
Nec differt furor, aut refrenat iram:
Sævis destinat ignibus cremandos.
Exsultant, prohibentque flere vulgum.
Quosdam de populo videt sacerdos
Libandum sibi poculum offerentes:
Jejunamus, ait: recuso potum.
Nondum nona diem resignat hora:
Numquam conviolabo jus dicatum,
Nec mors ipsa meum sacrum resolvet.
Sic Christus sitiens crucis sub hora
Oblatum sibi poculum recusans,
Nec libare volens, sitim peregit.
C Intrant interea locum rotunda
Conclusum cavea, madens ferarum
Multo sanguine, quem furor frequentat:
Quum spectacula perstrepunt cruenta,
Ac vilis gladiator ense duro
Percussus cadit, & fremit voluptas.
Heic flammante pyra, niger minister
Ardens supplicium parare jussus,
Construxit facibus rogum supremis:
Qui, dum corpora concremanda solvit,
Ferventes animas amore lucis
Fracto carceris expedivit antro.
Certant officiis pii sodales:
Plantis calciamenta dissolutis
D Pronus detrahere studebat unus.
Sed sanctus vetat ora Fructuosus
Inclinata premi: Facessite, inquit,
Ne nostram gravet obsequela mortem.
Atquin ipse meos pedes resolvam,
Ne vestigia præpedita vinclis,
Tardis gressibus inruant in ignem.
Cur lamenta rigant genas madentes?
Cur vestri memor ut fiem rogatis?
Cunctis pro populis rogabo Christum.
Vix hæc ediderat: relaxat ipse
Indumenta pedum, velut Moyses
Quondam fecerat ad rubum propinquans.
Non calcare sacram cremationem,
E Aut adstare Deo prius licebat,
Quam vestigia pura figerentur.
Stabat calce mera: resultat ecce
Cælo spiritus, & ferit loquelam,

Vers. 8. *Superbum --- ad sedile* ] Non *supernum*, sed *superbum*, cum scriptis ac editis plerisque: Virgiliano more. *Æn.* lib. II. (℣. 785.)

*Non ego Myrmidonum* SEDES *Dolopumve* SUPERBAS
*Aspiciam*. —

Chamill.

V. 42. *Hoc colamus omnes* ] Sic veteres editi Aldin. Tornæs. al. At Chamillardus, *ut colamus omnes*.

V. 44. *Dierum* ] Anton. Nebriss. legendum esse *deorum* putat: nec male: hunc enim sensum efficeret, colo *Deum deorum*. Chamill.

V. 70. *Concremanda --- expedivit* ] Sic editi passim. At Chamill. *concremata --- expediret*. Mallem equidem *expediret*: sed altera lectio *concremata* mihi haud probatur.

V. 83. *Ut fiem* ] Ita veteres editi, Aldin. Tornæs. cett. Atque hanc lectionem metri ratio confirmat. Chamill. cum aliis, *ut fiam*. Nimirum, inquit, quum quinquies primam verbi *fio* corripuerit Prudentius, puto nihil mutandum.

V. 91. *Calce mera* ] Sic scripti. Aldus vero *Calce mero*, id est, *nudo*: ut *mero pede* apud Juven. *Sat.* VI. (℣. 158.) Chamill.

Quæ cunctos tremefecit audientes.
Non eſt, credite, pœna quam videtis,
Quæ puncto tenui citata tranſit:
Nec vitam rapit illa, ſed reformat.
Felices animæ, quibus per ignem
Celſa ſcandere contigit Tonantis!
Quas olim fugiet perennis ignis.
Hæc inter, rapidis focos crepantes
Intrant paſſibus, & minantur ipſis
Flammarum trepidantibus caminis.
Nexus denique, qui manus retrorſum
In tergum revocaverant revinctas,
Intacta cute, decidunt aduſti.
Non auſa eſt cohibere pœna palmas,
In morem crucis ad Patrem levandas:
Solvit brachia, quæ Deum precentur.
Priſcorum ſpecimen trium putares,
Quos olim Babylonicum per ignem
Cantantes ſtupuit tremens tyrannus.
Illis ſed pia flamma tum pepercit,
Nondum tempore paſſionis apto,
Nec mortis decus inchoante Chriſto.
Hos quum defugeret vaporus ardor,
Orant, ut celer ignis advolaret,
Et finem daret anxiis periclis.
Exorata ſuos obire tandem
Majeſtas famulos jubet, caducis
Miſſos corporibus, ſibique reddi.
Vidit præſidis ex domo ſatelles
Cælum martyribus patere apertum,
Inſigneſque viros per aſtra ferri.
Quin & filiolæ monens herili
Oſtendit ſceleris notam paterni,
Cælo vivere, quos forum peremit.
Hæc tum virginitas palam videre

A Per ſudum meruit, patente cælo,
Ut crimen domini domus timeret.
Tum de corporibus ſacris favillæ,
Et perfuſa mero leguntur oſſa,
Quæ raptim ſibi quiſque vindicabat.
Fratrum tantus amor, domum referre
Sanctorum cinerum dicata dona,
Aut geſtare ſinu fidele pignus.
Sed, ne relliquias reſuſcitandas,
Et mox cum Domino ſimul futuras,
Diſcretis loca dividant ſepulcris:
Cernuntur niveis ſtolis amicti:
Mandant reſtitui, cavoque claudi
Mixtim marmore pulverem ſacrandum.
B O triplex honor, o triforme culmen!
Quo noſtræ caput excitatur urbis,
Cunctis urbibus eminens Hiberis.
Exſultare tribus libet patronis
Quorum præſidio foventur omnes
Terrarum populi Pyrenearum.
Circumſtet chorus ex utroque ſexu,
Heros, virgo, puer, ſenex, anicla:
Veſtrum pſallite rite Fructuoſum.
Laudans Augurium reſultet hymnus,
Mixtis Eulogium modis coæquans:
Reddamus paribus pares Camœnas.
Hinc aurata ſonent in arce tecta:
Blandum litoris exſtet inde murmur,
C Et carmen freta feriata pangant.
Olim tempus erit ruente mundo,
Quum te, Tarraco, Fructuoſus acri
Solvet ſupplicio tegens ab igni.
Fors dignabitur & meis medelam
Tormentis dare, proſperante Chriſto,
Dulces hendecaſyllabos revolvens.

V. 99. *Olim fugiet* ] Adverbium *olim* ſæpe apud veteres futurum tempus denotat. Virgilius *Æn.* lib. I. (℣. 293.)

*Hunc tu olim cælo, ſpoliis orientis onuſtum,*
*Accipies ſecura.*

CHAMILL.

V. 115. *Vaporus ardor* ] Durum ſane & barbarum pro *vapor ardens*, id eſt, *igneus*. Adde quod illud vocabulum *vaporus* pro *vaporifero* apud unum Prudentium occurrat. D ID. --- Occurrit autem cum heic, tum infra Carm. X. ℣. 1030.

*Fundit vaporum flumen, & late æſtuat.*

Neque tamen unus Prudentius eo vocabulo uſus. Illud enim Arnobius quoque uſurpavit, Prudentio multo vetuſtior: is nimirum lib. VI. *adv. Gent.* cap. XI. hæc habet: *Dionyſius ille, ſed junior, quum velamine aureo ſpoliaret Jovem, & pro illo laneum ſubderet, jocularibus etiam facetiis ludens, quum eſſe illud in rigoribus algidum, hoc* VAPORUM; *oneroſum illud in æſtatibus diceret, hoc rurſus ſub ardoribus flabile.* Quapropter apud noſtrum poetam nihil mutandum aut reprehendendum exiſtimarim.

V. 128. *Per ſudum meruit* ] Sic Virgilius lib. VIII. *Æn.* (℣. 529.)

*Per ſudum rutilare vident, & pulſa tonare.*

CHAMILL.

V. 146. *Foventur* ] Sic Tornæſ. aliique. Aldus tamen quem ſequitur Chamillardus, *fovemur*.

V. 149. *Anicla* ] Sic optime Aldin. & Tornæſ. cum Pariſienſi edito, pro *anicula*. In alia omnia Heinſius quem ſequitur Chamillardus, reſcribens *anulla*.


## HYMNUS VII.

*In honorem ſancti* QUIRINI *martyris, epiſcopi eccleſiæ Siſcianæ.*

INſignem meriti virum
QUIRINUM placitum Deo
Urbis mœnia Siſciæ
Conceſſum ſibi martyrem
Complexu patrio fovent.
Hic ſub Galerio duce
Qui tunc Illyricos ſinus
Urgebat ditionibus,
Fertur catholicam fidem
Inluſtraſſe per exitum.
Non illum gladii rigor,
Non incendia, non feræ
Crudeli interitu necant:
Sed lymphis fluvialibus
Gurges dum rapit, abluit.
Nil refert, vitreo æquore,
An de flumine ſanguinis
Tinguat paſſio martyrem:
Æque gloria provenit
E Fluctu quolibet uvida.
Summo pontis ab ardui
Sanctæ plebis epiſcopus
In præceps fluvio datur,
Suſpenſum laqueo gerens
Ingentis lapidem molæ.
Dejectum placidiſſimo
Amnis vertice ſuſcipit,
Nec mergi patitur ſibi
Miris vaſta natatibus
Saxi pondera ſuſtinens.
Spectant eminus e ſolo
Doctorem pavidi greges:

Verſ. 32. *Doctorem* ] *Ductorem* in Rottendorphio. Utrumque recte de epiſcopo dicitur. CHAMILL. — Mallem equidem *ductorem* ob ſequens *greges*.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Nam Christi populus frequens
Riparum sinuamina
Stipato agmine sepserat.
Sed Quirinus ut eminens
Os circumtulit, heu! suos
Exemplo trepidos videt,
Nil ipse proprii memor
Inter stagna periculi.
Confirmat pia pectora,
Verbis mitificis rogans,
Ne quem talia terreant,
Neu constans titubet fides,
Aut pœnam putet emori.
Dicentem fluitantibus
Amnis terga vehunt vadis:
Nec substrata profunditas
Saxoque & laqueo & viro
Audet sponte dehiscere.
Sensit martyr episcopus
Jam partam sibi præripi
Palmam mortis & exitus,
Ascensumque negarier
Æterni ad solium Patris.
Jesu cunctipotens, ait,
Haudquaquam tibi gloria
Hæc est insolita aut nova,
Calcare fremitum maris,
Prona & flumina sistere.
Scimus discipulum Petrum

A Quum vestigia tingueret
Mortali trepidus pede,
Dextræ subsidio tuæ
Subjecisse salum solo.
Jordanem quoque novimus
Tortis vorticibus vagum,
Dum fertur rapido impetu,
Ad fontem refluis retro
Confugisse meatibus.
Hæc miracula sunt tuæ
Virtutis, Domine: ut modo
Suspendor, leve prænatans
Summo gurgite fluminis,
Cum collo scopulum traham!
B Jam plenus titulus tui est,
Et vis prodita nominis,
Quam gentilis habet stupor.
Absolvas, precor, optime,
Hujus nunc animæ moras.
Quid possis, probat amnicus
Qui vectat silicem, liquor.
Hoc jam quod superest, cedo,
Quo nil est pretiosius
Pro te, Christe Deus, mori.
Orantem simul halitus
Et vox deserit & calor.
Scandit spiritus ardua:
Fit pondus grave saxeum:
C Corpus suscipiunt aquæ.

V. 34. *Sinuanima* ] Neminem, nisi fallor, reperies, qui hoc vocabulo usus fuerit. CHAMILL.
V. 37 *Os circumt* ] Sic Aldin. Tornæs. & al. Verum Chamill. & Ruinart. *Hos circumt.* mendose, ut quidem puto. Mox idem Chamill. cum Ruin *suo exemplo trepidos*. Al *suos extemplo trepidos*.
V. 42. *Mitificis* ] Hanc lectionem exhibent apud Chamill. probe scripti, & in his Ambrosianus: nec non alii duo codd. mss. quos consuluit Ruinartius in *Act. Mart.* Lectionem confirmat ipsemet Prudentius *Hamart.* ✝. 963.

*Saltem* MITIFICOS *incendia lenta vapores*
*Exhalent*. — —

Al. *mirificis*.

## HYMNUS VIII.

*De loco in quo duo martyres passi sunt, ubi nunc baptisterium.*

Electus Christo locus est, ubi corda probata
Provehat ad cælum sanguine, purget aqua.
Heic duo purpureum Domini pro nomine cæsi
Martyrium pulcra morte tulere viri.
Heic etiam liquido fluit indulgentia fonte,
Ac veteres maculas diluit amne novo.
Qui cupit æternum cæli conscendere regnum,
Huc veniat sitiens: ecce parata via est.
Ante coronati scandebant ardua testes
Atria: nunc lotæ celsa petunt animæ.
Spiritus ætherio solitus descendere lapsu,
Ut dederat palmam, sic tribuit veniam.
D Haurit terra sacros aut fonte aut sanguine rores,
Exundatque suo jugiter uda Deo.
Ipse loci est Dominus, laterum cui vulnere utroque,
Hinc cruor effusus fluxit, & inde latex.
Ibitis hinc, ut quisque potest, per vulnera Christi,
Devectus gladiis alter, & alter aquis.

Verf. 11. *Ætherio* ] Chamillardum sequimur. Al. *æterno*.
V. 14. *Uda* ] Hactenus *jugiter unda Deo*. Inconcinnum vero omnino illud, *exundat* — *unda*. CHAMILL.
V. 18. *Devectus* ] Sic Aldin. & Tornæs. Al. *evectus*.

## HYMNUS IX.

*Passio sancti* CASSIANI *Forocorneliensis*.


Sylla Forum statuit Cornelius: hoc Itali urbem E
Vocant ab ipso conditoris nomine.
Heic mihi, quum peterem te, rerum maxima Roma,
Spes est oborta, prosperum Christum fore.
Stratus humi tumulo advolvebar, quem sacer ornat
Martyr, dicato CASSIANUS corpore.
Dum lacrymans mecum reputo mea vulnera, & omnes
Vitæ labores ac dolorum acumina;
Erexi ad cælum faciem: stetit obvia contra
Fucis colorum picta imago martyris,
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
Ruptam minutis præferens punctis cutem.
Innumeri circum pueri, miserabile visu!
Confossa parvis membra figebant stilis.
Unde pugillares soliti percurrere ceras,
Scholare murmur adnotantes scripserant.
Æedituus consultus ait: Quod prospicis, hospes,
Non est inanis aut anilis fabula.

Verf. 2. *Vocant* ] Ita veteres editi, Aldin. Tornæs. al. Et recte quidem, ut videtur. Hic enim Hymnus carmine Heroico constat, cui adnexum est senarium Jambicum. At Chamillardo cum al. placuit *vocitant*.

V. 14. *Confossa* ] Sic passim editi: nec quidquam immutandum censet Heinsius. Mallet tamen Chamillardus *concessa*, ut in Thuaneo. Id enim, inquit, historiæ magis est consentaneum.

Hiſtoriam pictura refert: quæ tradita libris, A
Veram vetuſti temporis monſtrat fidem.
Præfuerat ſtudiis puerilibus, & grege multo
Septus, magiſter litterarum ſederat.
Verba notis brevibus comprendere cuncta peritus,
Raptimque punctis dicta præpetibus ſequi.
Aſpera nonnumquam præcepta & triſtia viſa,
Impube vulgus moverant ira & metu.
Doctor amarus enim diſcenti ſemper ephebo,
Nec dulcis ulli diſciplina infantiæ eſt.
Ecce, fidem quatiens tempeſtas ſæva, premebat
Plebem dicatam Chriſtianæ gloriæ.
Extrahitur cœtu e medio moderator alumni
Gregis, quod aris ſupplicare ſpreverat.
Pœnarum artifici quærenti, quod genus artis B
Vir noſſet, alto tam rebellis ſpiritu,
Reſpondent: Agmen tenerum ac puerile gubernat,
Fictis notare verba ſignis imbuens.
Ducite, conclamat, captivum, ducite; & ultro
Donetur ipſis verberator parvulis.
Ut libet illudant, lacerent impune, manuſque
Tinguant magiſtri feriatas ſanguine.
Ludum diſcipulis, volupe eſt, ut præbeat ipſe
Doctor ſeverus, quos minis coercuit.
Vincitur poſt terga manus, ſpoliatus amictu:
Adeſt acutis agmen armatum ſtilis.
Quantum quiſque odii tacita conceperat ira,
Effundit ardens felle tandem libero.
Conjiciunt alii fragiles inque ora tabellas C
Frangunt: reliſa fronte lignum diſſilit.
Buxa crepant cerata, genis impacta cruentis,
Rubetque ab ictu curta & humens pagina.
Inde alii ſtimulos & acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis cera ſulcis ſcribitur.
Et qua ſecti apices abolentur, & æquoris hirti
Rurſus niteſcens innovatur area.
Hinc foditur Chriſti confeſſor, & inde ſecatur:
Pars viſcus intrat molle, pars ſcindit cutem.
Omnia membra manus pariter fixere cruentæ,
Totidemque guttæ vulnerum ſtillant ſimul.
Major tortor erat, qui ſumma pupugerat, infans,
Quam qui profunda perforarat viſcera.
Ille levis quoniam percuſſor, morte negata, D
Sævire ſolis ſcit dolorum ſpiculis.
Hic quanto interius vitalia condita pulſat,
Plus dat medelæ, dum necem prope applicat.
Eſte, precor, fortes; & vincite viribus annos:
Quod deſit ævo, ſuppleat crudelitas.
Sed male conatus tener infirmuſque laborat:
Tormenta creſcunt, dum fatiſcit carnifex.
Quid gemis? exclamat quidam: tu te ipſe magiſter
Iſtud dediſti ferrum, & armaſti manus.
Reddimus ecce tibi jam millia multa notarum,
Quæ ſtando, flendo, te docente excepimus.
Non potes iraſci, quod ſcribimus: ipſe jubebas,
Numquam quietum dextera ut ferret ſtilum.
Non petimus toties te præceptore negatas,
Avare doctor, jam ſcholarum ferias.
Pangere puncta libet, ſulciſque intexere ſulcos,
Flexas catenis impedire virgulas.
Emendes licet inſpectos longo ordine verſus,
Mendoſa forte ſi quid erravit manus.
Exerce imperium: jus eſt tibi plectere culpam,
Si quis tuorum te notavit ſegnius.
Talia ludebant pueri per membra magiſtri:
Nec longa feſſum pœna ſolvebat virum.
Tandem luctantis miſeratus ab æthere Chriſtus,
Jubet ſolvi pectoris ligamina:
Difficileſque moras animæ, ac retinacula vitæ
Relaxat, arctas & latebras expedit.
Sanguis, ab interno venarum fonte patentes
Vias ſequutus, deſerit præcordia:
Totque foraminibus penetrati corporis exit
Fibrarum anhelans ille vitalis calor.
Hæc ſunt, quæ liquidis expreſſa coloribus, hoſpes,
Miraris: iſta eſt Caſſiani gloria.
Suggere, ſi quod habes juſtum vel amabile votum,
Spes ſi qua tibi eſt, ſi quid intus æſtuas.
Audit, crede, preces martyr proſperrimus omnes;
Rataſque reddit, quas videt probabiles.
Pareo: complector tumulum, lacrymas quoque fundo:
Altar tepeſcit ore, ſaxum pectore.
Tunc arcana mei percenſeo cuncta laboris:
Tunc, quod petebam, quod timebam, murmuro.
Et poſt terga domum dubia ſub ſorte relictam,
Et ſpem futuri forte nutantem boni.
Audior: urbem adeo: dextris ſucceſſibus utor:
Domum revertor: Caſſianum prædico.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.



V. 25. *Aſpera --- & triſtia viſa* ] Tamquam præcepta Caſſiani re vera aſpera ac triſtia non eſſent, ſed diſcipulis talia viderentur. CHAMILL.

V. 36. *Fictis --- ſignis* ] Quidam legunt, *ſtrictis --- ſignis:* nec male. ID.

V. 38. *Verberator* ] Illud vocabulum apud unum Prudentium reperies. ID. --- Sequioris ævi ſcriptores eo uſi perhibentur. Vide ſis Cangii Gloſſarium, v. VERBERATIO.

V. 40. *Feriatas manus* ] Quietas atque otioſas manus. Quo ſenſu Cicero *de nat. deor.* lib. I. *Deum ſic feriatum volumus ceſſatione torpere*. CHAMILL.

V. 41. *Volupe eſt* ] Sic Plautus *Rud.* Act. IV. (Scen. I. ỽ. I.) *Bene factum, & volupe eſt*, id eſt, jucundum eſt, *hodie me his mulierculis tetuliſſe auxilium*. Nec a Weitzio E immutandum ſic fuit:

*Ludum diſcipulis, volo ſe ſe ut præbeat ipſe*.

ID.

V. 47. *Fragiles* ] Aldin. *lapides*. Sic & Tornæſ. ſed in margine, *fragiles:* quam poſteriorem lectionem retinent Chamill. & Ruinart.

V. 50. *Curta & humens* ] Al. *curva tumens*. Al. *curta tumens*. Sed rectius Thuanens, *curta & humens*. CHAMILL. --- Heumannus in *Pœcil.* tom. II. lib. III. pag. 364. ſcripſiſſe putat Prudentium, *nuda & humens*.

V. 53. *Æquoris --- area* ] Spatium omne vacuum, planum atque æquale, *area* dicitur, nec non *æquor*, ut advertit Chamillardus. Cicero *de Divin.* lib. I. *In camporum patentium æquoribus habitantes*.

V. 57. *Cruentæ* ] Sic legunt vetuſtiores editt. Sed Chamill. cum Ruinart. *ducentæ*: quam quidem lectionem ſequens *totidem* confirmare videtur.


V. 71. *Jam millia --- quæ ſtando* ] Sic Tornæſ. & Pariſ. edit. Sed Aldus, *nunc mill.* Chamillardus vero, cum Ruinart. *tam millia --- Quam ſtando*. Quod non placet.

V. 77. *Pangere puncta* ] Nempe figere. Livius lib. VII. *Idibus Septembris clavum pangat*. Paſſim quoque, *pangere plantam*, apud rei ruſticæ ſcriptores. CHAMILL.

V. 96. *Spes ſi qua tibi eſt* ] Solito hiatu. Non male tamen Giſelinus legit: *Tibi ſi qua ſpes eſt*. ID.

V. 105. *Urbem adeo* ] Heinſio levis eſt ſuſpicio, *Urbe abeo*, Foro Cornelii, legendum eſſe. Sed nihil immuto. ID.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



## HYMNUS X.

*Passio sancti* ROMANI *martyris.*

ROMANE, Christi fortis adsertor Dei, A
Elinguis oris organum fautor move:
Largire comtum carmen infantissimo:
Fac ut tuarum mira laudum concinam:
Nam scis & ipse, posse mutos eloqui.
Plectrum palati & faucium sævus tibi
Tortor revulsit: nec tamen silentium
Indixit ori, quo fatebaris Deum.
Vox veritatis testis exstingui nequit,
Nec si recisis palpitet meatibus.
Sic noster hærens sermo linguæ debili
Balbutit, & modis laborat absonis:
Sed si superno rore respergas jecur,
Et spiritali lacte pectus inriges,
Vox impeditos rauca laxabit sonos. B
Evangelista scripsit, ipsum talia
Præcepta Messiam dedisse Apostolis:
Nolite verba, quum sacramentum meum
Erit canendum, providenter quærere:
Ego imparatis, quæ loquantur, suggeram.
Sum mutus ipse: sed potens facundiæ,
Mea lingua Christus luculente differet:
Ipse explicabit quos supremo spiritu
Dæmon tumultus, dum domatur, moverit,
Furore pestis pejor in novissimo.
Sic vulneratus anguis ictu spiculi
Ferrum remordet, & dolore sævior,
Quassando pressis immoratur dentibus:
Hastile fixum sed manet profundius, C
Nec cassa sentit morsuum pericula.
Galerius orbis forte Romani statum
Ductor regebat, ut refert antiquitas,
Immitis, atrox, asper, implacabilis:
Edicta late mundum in omnem miserat,
Christum negaret, quisque mallet vivere.
Hæc ille serpens ore dictat regio,
Qui mortuorum de sepulcris exiens
Clamat: Quid ante tempus adventu cito
Mea regna solvis? parce, fili Altissimi,
Vel possidere corda porcorum jube.
Præfectus istis imminens negotiis
Asclepiades, ire mandat milites
Ecclesiasten usque de sacrariis
Raptare plebem, mancipandam vinculis, D
Ni disciplinam Nazarenam respuat.
Mox ipse, templum cogitans inrumpere,
Et dissipare sancta sanctorum studens,
Armis profanus præparabat impiis
Altaris aram funditus pessumdare,
Foresque & ipsas in ruinam solvere.
Præcurrit index his repente cognitis
Romanus, acris heros excellentiæ:
Venire in armis perduelles nuntiat,
Animos paventum præstruens hortatibus,
Stent ut parati, neve cedant turbini.
Conspirat uno fœderatus spiritu
Grex Christianus, agmen imperterritum,
Matrum, virorum, parvulorum, virginum:
Fixa & statuta est omnibus sententia
Fidem tueri, vel libenter emori.
Refert, repulsus miles ad subsellia,
Plebis rebellis esse Romanum ducem,
Flagrare cunctos pervicaci audacia,
Jugulos retectos obstinate opponere,
Quo gloriosa morte fortes oppetant.
Præceps jubetur inde Romanus rapi,
Solusque, ut incitator & fax omnium,
Pro contumaci plebe caussam dicere.
It non resistens, seque vinciri petit,
Flexas & ultro torquet in tergum manus.
Amor coronæ pæne prævenit trucem
Lictoris artem, sponte nudas offerens
Costas, bisulcis exsecandas ungulis.
Irrumpit altum limen, & præconibus
Stupore mutis, ipse tortorem trahit.
Adstanti ob ora sic tyrannus incipit:
Infame monstrum, vilis, intestabilis,
Tu ventilator urbis, & vulgi levis
Procella, mentes inquietas mobiles,
Ne se imperita turba dedat legibus?
Populare quiddam sub colore gloriæ
Inliterata credidit frequentia,
Ut se per ævum consecrandos autument,
Si bella divis, ceu gigantes, inferant,
Victique flammis obruantur montium.
Hoc tu parasti, perdite, spectaculum
Cladis cruentæ de necandis civibus,
Quos ut profanos, impiati & sæculi
Reos, necesse est te magistro interfici:
Tu caussa mortis, tu malorum signifer.
Ni fallor, æquum est, ut quod auctor improbus
Tolerare multos compulisti, ut carnifex,
In te recurrat; proque tantis cædibus
Quæ mox futuræ, primus exitium luas;
Feras & ipse, quod ferendum suaseras.
His ille contra reddit ore libero:
Amplector, o præfecte, nec me subtraho,
Ut pro fideli plebe solus immoler,
Dignus subire cuncta, si me consulis,
Quæcumque vestra jusserit crudelitas.
Intrare servis idolorum ac dæmonum,
Sanctam salutis non licet nostræ domum,
Ne polluatur purus orandi locus:
Confido sancto in Spiritu numquam tibi
Dandum, ut beatum limen attingas pede.
Ni forte noster factus, in nostrum gregem

Vers. 16. *Evangelista scripsit*] Matth. x. 19. *Quum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.*

V. 31. *Orbis --- Romani*] Chamillardum sequimur. Veteres editi, *urbis --- Romanæ*: quam quidem lectionem respuit, qui mox sequitur versus: *Edicta late* MUNDUM *in* OMNEM *miserat.*

V. 35. *Quisque*] Durius sane positum est pro *quisquis*. Ausonius tamen eadem usus est loquela in *Sapient.* (Carm. 311. ℣. 5.)

*Parcit quisque malis, perdere vult bonos.*

Et in *Cupidine cruci affixo* (Edyll. VI. ℣. 63.)

*— Se quisque absolvere gestit,*
*Transferat ut proprias aliena in crimina culpas.*

CHAMILL. --- Eodem sensu *quisque* usurparunt Sidonius Apollinaris & alii ejus ævi scriptores.

E V. 38. *Quid ante tempus* cet.] Matth. VIII. 29. *Quid nobis & tibi, Jesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos?*

V. 43. *Ecclesiasten usque*] Sic Heinsius, quem assectatur Chamillardus: quia, inquit, apud Græcos Ἐκκλησιαστὴς dicitur, tam qui audit concionem, quam qui concionatur. Veteres editi, Aldin. & Tornæs. *Ecclesiastenus quæ*. Corrupte sane. Hinc Fabricius: *Ecclesia tenus atque de sacrariis*: hoc est, ait, *de singulis ecclesiis, excussis earum adytis & penetralibus*. Fortasse rectius.

V. 52. *Acris*] Ita Chamill. Al. *sacræ*.

V. 92. *Ut carnifex*] *Ut* omittit Chamill.

V. 99. *Consulis*] Sic Ald. & Chamill. Sed al. *consulas*.

Mereare fumi, quod Pater faxit Deus! A
Incensus his Asclepiades, jusserat
Evisceratum corpus eculeo eminus
Pendere, & uncis vinculisque crescere.
Apparitores sed furenti suggerunt
Illum vetusta nobilem prosapia,
Meritisque multis esse primum civium.
Jubet amoveri noxialem stipitem,
Plebeja clarum pœna ne damnet virum.
Tundatur, inquit, terga crebris ictibus,
Plumboque cervix verberata extuberet.
Persona quæque competenter plectitur;
Magnique refert, vilis an sit nobilis:
Gradu reorum, forma tormentis datur.
Pulsatus ergo martyr illa grandine,
Postquam inter ictus dixit hymnum plumbeos,
Erectus infit: Absit ut me nobilem
Sanguis parentum præstet, aut lex curiæ:
Generosa Christi secta nobilitat viros.
Si prima nostris quæ sit in cunabulis
Origo textu stemmatis recenseas;
Dei parentis esse ab ore cœpimus:
Cui quisque servit, ille vere est nobilis.
Patri rebellis, invenitur degener.
Honos deinde stemmati accedit novus,
Et splendor ingens, ut magistratus, venit,
Si confitendi nominis testem probum
Signent inusta ferri & ignis vulnera,
Et vim dolorum mors sequatur inclyta.
Cave benignus esse perverse velis.
Nec mi remissus leniter peperceris:
Incumbe membris, tortor, ut sim nobilis.
His ampliatus si fruar successibus,
Genus patris matrisque flocci fecero.
Hæc ipsa vestra dignitatum culmina,
Quid esse censes? nonne cursim transeunt
Fasces, secures, sella, prætexta & toga,
Lictor, tribunal, & trecenta insignia
Quibus tumetis, moxque detumescitis?
Quum consulatum initis, ut vernæ solent,
( Pudet fateri ) farre pullos pascitis:
Aquila ex eburna sumit arrogantiam
Gestator, ejus ac superbit beluæ
Inflatus osse, cui figura est alitis.
Jam si sub aris ad sigillorum pedes
Jacentis, infra sectilem quercum siti;
Quid esse vobis æstimem projectius?
Nudare plantas, ante carpentum scio
Proceres togatos, Matris Ideæ sacris.
Lapis nigellus evehendus essedo,
Muliebris oris clausus argento sedet:
Quem dum ad lavacrum præeundo ducitis,
Pedes remotis atterentes calceis
Almonis usque pervenitis rivulum.
Quid illa turpis pompa? nempe ignobiles
Vos esse monstrat, quum Luperci curritis.
Quem servulorum non rear vilissimum, E
Nudus plateas si per omnes cursitans,
Pulset puellas verbere ictas ludicro?
Miseret tuorum me sacrorum & principum,

Morumque, Roma, sæculi summum caput.
Age explicemus, si placet, mysteria, Sæcul. V.
Præfecte, vestra: jam necesse est audias, circa
Nolis velis ne, quid colatis sordium. Ann. Chr.
Nec terret ista qua tumes, vesania, 405.
Quod vultuosus, quod supinus, quod rigens,
Tormenta leti comminaris asperi:
Si me movere rebus ullis niteris,
Ratione mecum, non furore, dimica.
Jubes, relictis Patris & Christi sacris,
Ut tecum adorem feminas ac mille mares,
Deos deasque, deque sexu duplici
Natos, nepotes, abnepotes editos,
Ac tot stuprorum sordidam prosapiem.
B Nubunt puellæ: sæpe luduntur dolis,
Amasionum comprimuntur fraudibus:
Incesta fervent: furta mœchorum calent,
Fallit maritus: odit uxor pellicem:
Deos catenæ colligant adulteros.
Ostende, quæso, quas ad aras præcipis
Vervece cæso fumet ut cæspes meus:
Delphos ne pergam? sed vetat palæstrici
Corrupta ephebi fama, quem vester deus
Effeminavit gymnadis licentia.
Mox flevit impuratus occisum gravi
Disco, & dicavit florulentum succubam.
Conductus idem pavit alienum pecus:
Furem deinde perditi passus gregis
C Segnis bubulcus, tela & ipsa perdidit.
An ad Cybellis ibo lucum pineum?
Puer sed obstat Gallus, ob libidinem
Per triste vulnus, perque sectum dedecus
Ab impudicæ tutus amplexu deæ,
Per multa Matri sacra plorandus spado.
Sed credo magni limen amplectar Jovis:
Qui si citetur legibus vestris reus,
Laqueis minacis implicatus Juliæ,
Luat severam vinctus & Scatiniam,
Te cognitore dignus ire in carcerem.
Quid aureorum conditorem temporum
Censes colendum? quem fugacem non negas
Latuisse furtim, dum reformidat malum:
D Quem si beate vivere audit Juppiter,
Plectat necesse est occulendi conscios.
Quid inter aras diffidentum numinum
Putas agendum? Martis indignabitur
Offensa virtus, si colatur Lemnius.
Junonis iram sentiet quisque, ut deum
Signo aut sacello consecrarit Herculem.
Dicis, licenter hæc poetas fingere.
Sed sunt & ipsi talibus mysteriis
Tecum dicati; quodque describunt, colunt.
Tu cur piaculum tam libenter lectitas?
Cur in theatris, te vidente, id plauditur?
Cygnus stuprator peccat inter pulpita.
Saltat tonantem tauricornem ludius.
Spectator horum pontifex summus sedes,
Ridesque & ipse, nec negando deluis,
Quum fama tanti polluatur numinis.
Cur tu, sacrate, per cachinnos solveris,

V. 110. *Vinculisque crescere* ] Supra Hymn. I. ( ℣. 105. ) *Crescit & suspensus ipse, vinculis latentibus*. Silius Italicus describens supplicium de famulo Tagi sumtum:

— — — *Per artem*
*Sevitiæ extenti, quantam tormenta jubebant,*
*Creverant artus.*

Qui locus explicat mentem Prudentii. Non ergo heic, *ungulisque crescere*. Chamill.

V. 143. *Sella, prætexta & toga* ] Ita Chamill. Al. *sellæ, prætextæ, togæ*.

V. 165. *Ictas* ] Aldin. Tornæs. & Paris. *actas*.

V. 180. *Ac tot* ] Sic Tornæs. cum Paris. Paullo aliter Aldin. *& tot*. Chamill. *et tot*: perperam, ut quidem puto.

V. 196. *Cybellis* ] Ita veteres editi, Aldin. Tornæs. al. Sed *Cybeles* Chamillardo placuit.


V. 200. *Per multa Matri sacra plorandus spado* ] Conjicit Chamillardus scripsisse Prudentium: *Per multa Matris ara plorandus spado*: quod equidem non existimarim. Sensus est, ut mihi videtur, Atyn in posterum plorandum *per multa sacra*, id est, quotannis in sacris Matri deum dicatis.

V. 222. *Ludius* ] Sic Chamillardus. Veteres editi *Lydius*: & istud recte. Ludius sive ludio, idem qui & histrio. Ovid. lib. I. *de Arte* ℣. 112.

*Ludius æquatam ter pede pulsat humum.*

V. 224. *Deluis* ] Ita rescribo cum Aldo & Chamill. Al. *diluis*.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
405.



Quum se maritum fingit Alcmenæ deus?
Meretrix Adonin vulneratum scenica
Libidinoso plangit affectu palam.
Nec te lupanar Cypridis sanctæ movet?
Quid, quod sub ipsis veritas signis patet,
Formata in ære criminum vestigiis?
Quid vult sigillum semper adfixum Jovi
Avis ministræ? nempe velox armiger
Leno, exoletum qui tyranno pertulit.
Facem recincta veste prætendit Ceres:
Cur, si deorum nemo rapuit virginem,
Quam nocte quærens mater errat pervigil?
Fusos rotantem cernimus Tyrinthium:
Cur si Neæræ non fuit ludibrio?
Quid rusticorum monstra detester deum;
Faunos, Priapos, fistularum præsides,
Nymphas natantes, incolasque aquatiles,
Sitas sub alto, more ranarum, lacu,
Divinitatis jus in algis vilibus?
Ad hæc colenda me vocas, censor bone?
Potes ne quidquam tale, si sanum sapis,
Sanctum putare? nonne pulmonem movet
Derisus, istas intuens ineptias,
Quas vinolentæ somniis fingunt anus?
Aut si quid usquam vanitatis mysticæ,
Nobis colendum est, ipse primus incipe:
Pronusque adora quidquid in terris sacri est:
Deos Latinos, & deos Ægyptios,
Queis Roma libat, queis Canopus supplicat. C
Venerem precaris? comprecare & simiam.
Placet sacratus aspis Æsculapii?
Crocodilus, ibis & canis cur displicent?
Adpone porris religiosas arulas:
Venerare acerbum cæpe, mordax allium.
Fuliginosi ture placantur Lares:
Et respuuntur consecrata olusculа?
Aut unde major esse majestas focis,
Quam nata in hortis sarculatis creditur?
Si numen ollis, numen & porris inest.
Sed pulcra res est, forma in ære sculptilis.
Quid imprecabor officinis Græciæ,
Quæ condiderunt gentibus stultis deos?
Forceps Myronis, Polycleti malleus D
Natura vestrum est atque origo cælitum.
Ars seminandis efficax erroribus,
Barbam rigentem dum Jovis circumplicat,
Dum defluentem leniter flectens comam,
Limat capillos & corymbos Liberi,
Et dum Minervæ pectus hydris asperat:
Injecit atram territis formidinem,
Ut fulmen aeris, ceu tonantis, horreant:
Tremant venenum sibilantis Gorgonæ:
Putent ephebum post triumphos Indicos
Ferire thyrso posse, quum sit ebrius.
Tum quod Dianam molle succinctam vident,
Venantis arcum pertimescunt virginis.
Si forte vultum tristioris Herculis,
Liquore crispo massa finxit fusilis,
Clavam minari, ni colatur, creditur,
Jam quis paventum corda terror occupat,
Junonis iram si polite expresserit?
Velut retortis intuens obtutibus,
Avertat ora de litantis hostia,

A Lapis severa fronte mentitur minas.
Miror, quod ipsum non sacratis Mentorem,
Nec templum & aras ipse Phidias habet,
Fabri deorum, vel parentes numinum:
Qui si caminis instituissent segnius,
Non esset ullus Juppiter conflatilis.
Non erubescis, stulte, pago dedite,
Te tanta semper perdidisse obsonia;
Quæ dis ineptus obtulisti talibus,
Quos trulla, pelvis, cantharus, sartagines,
Fracta & liquata contulerunt vascula?
Ignosco fatuis hæc tamen vulgaribus,
Quos lana terret discolora in stipite,
Quos sæpe falsus circulator decipit:
B Quibus omne sanctum est, quod pavendum rancidæ
Edentularum cantilenæ suaserint.
Vos eruditos miror & doctos viros,
Perpensa vitæ quos gubernat regula,
Nescire, vel divina vel mortalia
Quo jure constent: quanta majestas regat
Quidquid creatum est, quæ creavit omnia.
Deus perennis, res inæstimabilis,
Non cogitando, non videndo clauditur:
Excedit omnem mentis humanæ modum,
Nec comprehendi visibus nostris valet,
Extraque & intus implet ac superfluit.
Intemporalis, ante quam primus dies:
Esse & fuisse semper unus obtinet:
Lux ipse vera, veri & auctor luminis:
Quum lumen esset, lumen effudit suum:
Ex luce fulgor natus hic est Filius.
Vis una Patris, vis & una est Filii:
Unusque ab uno lumine splendor satus,
Pleno refulsit claritatis lumine.
Natura simplex pollet unius Dei;
Et, quidquid usquam est, una virtus condidit:
Cælum, solumque, vim marini gurgitis,
Globos dierum noctiumque præsides,
Ventos, procellas, fulgura, imbres, nubila,
Septemtriones, hesperos, æstus, nives,
Fontes, pruinas, & metalla, & flumina:
Prærupta, plana, montium convallia,
Feras, volucres, reptiles, natatiles,
Jumenta, pecua, subjugales beluas,
Flores, fruteta, germina, herbas, arbores,
Quæ sunt odori, quæque vernant esui.
Hæc non labore & arte molitus Deus,
Sed jussione quam potestas protulit:
Mandavit esse, facta sunt quæ non erant.
Verbo creavit omniformem machinam:
Virtus paterna semper in Verbo fuit.
Cognostis ipsum: nunc colendi agnoscite
Ritum modumque: quale sit templi genus,
Quæ dedicari sanxerit donaria,
Quæ vota poscat, quos sacerdotes velit,
E Quod mandet illic nectar immolarier.
Ædem sibi ipse mente in hominis condidit
Vivam, serenam, sensualem, flabilem,
Solvi incapacem posse, nec destructilem,
Pulcram, venustam, præminentem culmine,
Discriminatis inlitam coloribus.
Illic sacerdos stat sacrato in limine,

V. 231. *Quid, quod* ] Ald. *Quidquid*. Al. *Quia quod*. Chamillardo accedimus.

V. 240. *Si Neæræ* ] Aldin. & Tornæs. cum al. *sine ære*: mendose. Neæra, nympha: communi vocabulo quælibet muliercula infamis. Virgilius *Eclog.* III. ℣. 3. de Ægone:

*Infelix o semper oves pecus! ipse Neæram*
*Dum fovet*, cet.

V. 294. *Qui si caminis* cet. ] Post hunc versum in veteribus editis, Aldin. Tornæs. & Paris. importune repetitur superior ℣. 268, & quidem mendose, sic:

*Quum condiderunt gentibus stultis deos.*


V. 303. *Falsus circulator* ] Probe legit Heinsius *salsus circ.* Nam, teste Quintiliano *Instit.* lib. VI. cap. III. *Salsum in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus*. Quod recte dicitur de hoc hominum genere. Chamill.

V. 304. *Raucidæ* ] Perperam pro *rancidæ*, quod constanter agnoscunt vetustiores libri, *vanulæ* quidem prætulere. Persius (*Sat.* I. ℣. 33.)

*Rancidulum quiddam balba de nare locutus.*

Id.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.



Foresque primas virgo custodit Fides, A
Innexa crines vinculis regalibus:
Poscit litari victimas Christo & Patri,
Quas scit placere candidatas, simplices:
Frontis pudorem, cordis innocentiam,
Pacis quietem, castitatem corporis,
Dei timorem, regulam scientiæ,
Jejuniorum parcitatem sobriam,
Spem non jacentem, semper & largam manum.
Ex his amœnus hostiis surgit vapor;
Vincens odorem balsami, turis, croci,
Auras madentes Persicorum aromatum;
Sublatus inde, cælum adusque tollitur,
Et prosperatum dulce delectat Deum.
Hanc disciplinam quisquis infensus vetat, B
Vetat probatum vivere, & sanctum sequi:
Vetat vigorem mentis alte intendere,
Nostrique acumen ignis ad terram vocat,
Nec excitari vim sinit prudentiæ.
O mersa limo cæcitas gentilium!
O carnulenta nationum pectora!
O spissus error! o tenebrosum genus!
Terris amicum, deditum cadaveri,
Subjecta semper intuens, numquam supra.
Furor ne summus, ultima & dementia est,
Deos putare, qui creantur nuptiis?
Rem spiritalem terrulente quærere:
Elementa mundi consecrare altaribus:
Id quod creatum est, conditorem credere? C
Deasciato supplicare stipiti:
Verris cruore scripta saxa spargere:
Aras ofellis obsecrare bubulis:
Homines fuisse quum scias, quos consecras,
Urnas reorum morticinas lambere?
Desiste, judex sæculi, tantum nefas
Viris jubere fortibusque & liberis:
Nil est amore veritatis celsius.
Dei perennis numen asserentibus,
Nihil est pavori: mors & ipsa subjacet.
Dudum coquebat differente martyre
Asclepiades intus iram subdolam,
Stomachatus alto felle, dum longum silet,
Bilemque tectis concipit præcordiis, D
Tandem latentis vim furoris evomit:
Pro Juppiter! quid est, quod ex hoc audio?
Stat inter aras & deorum imagines,
Et, quod fateri cogor, in medio foro,
Tacente memet hic perorat perditus,
Quidquid sacrorum est ore fœdans impio.
O fas priorum! moris o prisci status!
Inventa regum pro salute publica
Pompiliorum nostra carpunt sæcula.
Quis hos sophistas error invexit novus,
Qui non colendos esse divos disputent?
Nunc dogma nobis Christianum nascitur,
Post evolutos mille demum consules
Ab urbe Roma: ne retexam Nestoras. E
Quidquid novellum surgit, olim non fuit:
Vis summam rerum nosse? Pyrrham consule.
Ubi iste vester tunc erat summus Deus,
Divum favore quum puer Mavortius
Fundaret arcem septicollem Romulus?
Quod Roma pollet auspicato condita

Jovi Statori debet, & dis ceteris.
Hoc sanctum ab ævo est, hoc ab atavis traditum:
Placanda nobis pro triumphis principis
Delubra, faustus ut secundet gloriam
Procinctus, utque subjugatis hostibus,
Ductor quietum frenet orbem legibus.
Accingere ergo, quisquis es, nequissime,
Pro principali rite nobiscum deos
Orare vita: vel, quod hostem publicum
Pati necesse est, solve pœnam sanguine.
Sprevisse templa, respuisse est principem.
Tunc ille: Numquam pro salute, & maximis
Fortissimisque principis cohortibus
Aliter precabor, quam fidele ut militent;
Christique lymphis ut renascantur Patri,
Capiant & ipsum cælitus Paraclitum:
Ut idolorum respuant caliginem,
Cernant ut illud lumen æternæ spei,
Non succulentis influens obtutibus,
Nec corporales per fenestras emicans,
Puris sed intus quod relucet mentibus.
Pupilla carnis crassa crassum perspicit,
Et res caduca, quod resolvendum est, videt:
Liquidis videndis aptus est animæ liquor:
Natura fervens sola, ferventissimæ
Divinitatis vim coruscantem capit.
Hoc opto lumen imperator noverit
Tuus meusque, si velit fieri meus:
Nam si resistit Christiano nomini,
Meus ille talis imperator non erit:
Scelus jubenti, crede, numquam serviam.
Statis, ministri, clamitans judex ait,
Statis manusque continetis vindices?
Non rupta sulcis dissecatis viscera?
Animam nec intus abditam rimamini,
Erupit unde vox profana in principem?
Scindunt utrumque milites teterrimi
Mucrone hiulco pensilis latus viri;
Sulcant per artus longa tractim vulnera;
Obliqua rectis, recta transversis secant:
Et jam retectis pectus albet ossibus.
Nitendo anhelant, diffluunt sudoribus;
Quum sit quietus heros in quem sæviunt.
Hæc inter, addit sponte Romanus loqui:
Si quæris, o præfecte, verum noscere,
Hoc omne quidquid lancinamur, non dolet:
Dolet, quod error pectori insidet tuo,
Populos quod istos tecum trahis perditos.
Currunt frequentes undique ad spectaculum
Gentile vulgus, heu, gemenda corpora!
Crudumque nostræ fortis exemplum tremunt.
Audite cuncti, clamo longe ac prædico:
Emitto vocem de catasta celsior:
Christus paternæ gloriæ splendor, Deus
Rerum creator, noster idem particeps,
Spondet salutem perpetem credentibus.
Animæ salutem, sola quæ non occidit,
Sed juge durans, dispares casus subit,
Aut luce fulget, aut tenebris mergitur.
Christum sequuta, Patris intrat gloriam;
Disjuncta Christo, mancipatur tartaro.
Curanda mercis qualitas, quænam mihi
Contingat olim perpetis substantiæ:

V. 369. *Acumen ignis*] Virgilius (*Æn.* lib. VI. ✝. 730.). *Igneus est ollis vigor, & cælestis origo.* Chamill.

V. 375. *Supra*] Enallage, pro *superna*, ut constet ordo sermonis. Id.

V. 383. *Ofellis*] Simplici *f* scribendum docet Servius, quia primam syllabam corripit contra primitivi naturam. Juvenalis *Sat.* XI. (✝. 144.)

*— Et exiguæ frustis imbutus ofellæ.*

Id.

V. 399. *Hic perorat*] Sic recte veteres editi. Chamill. *ac perorat*: mendose.

V. 416. *Ab atavis*] Aldus, *ab avis*.

V. 455. *Retectis pectus albet ossibus*] Hypallage, pro *ossa albent retecto pectore*. Chamill.

V. 461. *Insides — tecum trahis perditos*] Sic Aldin. Tornæs. & Paris. At Chamill. *insedit — perditum tecum trahis*.

V. 476. *Curanda mercis qualitas, quænam mihi*] Sic scripti. Cauchius tamen castigat: *Curanda merces qualis, & quænam mihi*. Chamill.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.



Nam membra parvi pendo quo pacto cadant, A
Casura certe lege naturæ suæ.
Instet ruina: quod resolvendum est, ruat.
Nec distat: ignis & fidiclæ sæviant,
An corpus ægrum languor asper torqueat;
Quum sæpe morbos major armet sævitas.
Non ungularum tanta vis latus fodit,
Mucrone quanto dira pulsat pleurisis.
Nec si inusta laminis ardet cutis,
Ut febris atro felle venas exedit:
Vel summam pellis ignis obductus coquit,
Papulasque fervor æstuosus excitat:
Credas cremari stridulis cauteribus.
Miserum putatis, quod retortis pendeo
Extentus ulnis, quod revelluntur pedes, B
Compago nervis quod sonat crepantibus:
Sic ejulantes ossa clamant dividi,
Nodosa torquet quos podagra & arthrisis.
Horretis omnes hasce carnificum manus.
Num mitiores sunt manus medentium?
Laniena quando sævit Hippocratica?
Vivum secatur viscus, & recens cruor
Scalpella tinguit, dum putredo abraditur.
Putate ferrum triste chirurgos meis
Inferre costis, quod secat salubriter.
Non est amarum, quo reformatur salus.
Videntur isti carpere artus tabidos:
Sed dant medelam rebus intus vividis.
Quis nescit autem quanta corruptela sit C
Contaminatæ carnis ac solubilis?
Sordet, tumescit, liquitur, fœtet, dolet,
Inflatur ira, solvitur libidine:
Plerumque felle tincta livores trahit.
Aurum regestum nonne carni adquiritur?
Inlusa vestis, gemma, bombix, purpura,
In carnis usum mille quæruntur dolis,
Luxus vorandi carnis arvinam fovet:
Carnis voluptas omne per nefas ruit.
Medere quæso, carnifex, tantis malis:
Concide, carpe fomitem peccaminum:
Fac, ut resecto debilis carnis situ,
Dolore ab omni mens supersit libera,
Ne gestet ultra quod tyrannus amputet. D
Nec terrearis, turba circumstantium:
Hoc perdo solum quod peribit omnibus,
Regi, clienti, pauperique & diviti.
Sic vernularum, sic senatorum caro
Tabescit, imo quum sepulcro condita est.
Jactura vilis mordet & damnum leve,
Si, quo carendum est, perdere extimescimus.
Cur quod necesse est, non voluntas occupat?
Natura cur non vertit in rem gloriæ?
Legale damnum deputemus præmiis.
Sed præmiorum forma quæ sit fortibus
Videamus: illa nempe quæ numquam perit,
Cælo refusus subvolabit spiritus;
Dei parentis perfruetur lumine, E
Regnante Christo stans in arce regia.
Quandoque cælum, ceu liber, plicabitur;
Cadet rotati solis in terram globus:
Sphæram ruina menstrualem destruet:
Deus superstes solus, & justi simul
Cum sempiternis permanebunt Angelis.
Contemne præsens utile, o prudens homo,
Quod terminandum, quod relinquendum est tibi;
Omitte corpus, rem sepulcri & funeris:
Tende ad futuram gloriam: perge ad Deum.
Agnosce qui sis: vince mundum & sæculum.
Vix dum eloquutus martyr hanc peregerat
Orationem, quum furens interserit
Asclepiades: Vertat ictum carnifex
In os loquentis, inque maxillas manum,
Sulcosque acutos, & fidiclas transferat.
Verbositatis ipse rumpatur locus,
Scaturientes perdat ut loquacitas
Sermonis auras, perforatis follibus,
Quibus sonandis nulla lex ponit modum:
Ipsa & loquentis verba torqueri volo.
Implet jubentis dicta lictor improbus:
Charaxat ambas ungulis scribentibus
Genas, cruentis & secat faciem notis:
Hirsuta barbis solvitur carptim cutis,
Et mentum adusque vultus omnis scinditur.
Martyr fluentem fatur inter sanguinem:
Grates tibi, o præfecte, magnas debeo,
Quod multa pandens ora, jam Christum loquor:
Arctabat ampli nominis præconium
Meatus unus, impar ad laudes Dei.
Rimas patentes invenit vox edita,
Multisque fusa rictibus reddit sonos
Hinc inde plures, & profatur undique
Christi Patrisque sempiternam gloriam.
Tot ecce laudant ora, quot sunt vulnera.
Tali repressus cognitor constantia,
Cessare pœnam præcipit: tunc sic ait:
Per solis ignes juro, qui nostros dies
Reciprocatis administrat circulis,
Cujus recursu lux & annus ducitur:
Ignes parandos jam tibi tristis rogi,
Qui sine digno corpus istud devorent,
Quod perseverans tam resistit nequiter
Sacris vetustis, nec dolorum spiculis
Victum fatiscit, fitque pœnis fortius.
Quis hunc rigorem pectori injecit stupor?
Mens obstinata est: corpus omne obcalluit.
Tantus novelli dogmatis regnat furor.
Hic nempe vester Christus haud olim fuit,
Quem tu fateris ipse suffixum cruci.
Hæc illa crux est omnium nostrum salus,
Romanus inquit: hominis hæc redemtio est.
Scio incapacem te sacramenti, impie,
Non posse cæcis sensibus mysterium
Haurire nostrum: nil diurnum nox capit.
Tamen tenebris proferam claram facem.
Sanus videbit: lippus oclos obteget.
Removete lumen, dicet insanabilis:
Injuriosa est nil videnti claritas.
Audi, profane, quod gravatus oderis.
Regem perennem Rex perennis protulit,
In se manentem, nec minorem tempore,
Quia tempus illum non tenet: nam fons retro
Exordiorum est, & dierum & temporum,
Ex Patre Christus: hoc Pater, quod Filius.
Hic se videndum præstitit mortalibus:
Mortale corpus sumsit immortalitas,
Ut dum caducum portat æternus Deus,
Transire nostrum posset ad cælestia:
Homo est peremtus, & resurrexit Deus.

V. 501. *Putate* ] Ita Chamill. cum Aldo. Al. *putatur*.
V. 536. *Cælum, ceu liber, plicabitur.* ] Id ex *Isaia* (XXXIV. 4.) deductum: *Complicabuntur sicut liber cæli: & omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea & de ficu*. Quæ vero sequuntur ex *Marco* (XIII. 24.) *Sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, & stellæ cæli erunt decidentes; & virtutes quæ in cælis sunt, movebuntur*. Chamill.
V. 557. *Charaxat* ] Χαράττειν Græcis etiam valet scalpere, arare. Poeta suæ ætatis suppares imitatus, ab istius verbi futuro χαράξω Latinam dictionem formavit. Id.
V. 592. *Oclos* ] Sic Aldus & vett. editt. Sed Chamill. *oculos*.

Congreſſa mors eſt membra geſtanti Deo: A
Dum noſtra tentat, ceſſit immortalibus.
Stultum putatis hoc ſophiſtæ ſæculi:
Sed ſtulta mundi ſummus elegit Pater,
Ut ſtultus eſſet ſæculi, prudens Dei.
Antiquitatem Romuli, & Mavortiam
Lupam renarras, primum & omen vulturum.
Si res novellas reſpuis, nil tam recens:
Vix mille faſtis implet hanc ætatulam
Curſus dierum conditore ab augure.
Sexcenta poſſum regna pridem condita
Proferre toto in orbe, ſi ſit otium,
Multo ante clara, quam capellam Gnoſſiam
Suxiſſe fertur Juppiter, Martis pater.
Sed illa non ſunt, hæc & olim non erunt. B
Crux iſta Chriſti quam novellam dicitis,
Naſcente mundo factus ut primum eſt homo,
Expreſſa ſignis, expedita eſt litteris:
Adventus ejus mille per miracula
Prænuntiatus ore vatum conſono.
Reges, Prophetæ, Judiceſque & Principes,
Virtute, bellis, cultibus, ſacris, ſtilo,
Non deſtiterunt formam pingere crucis.
Crux prænotata: crux adumbrata eſt prius:
Crucem vetuſta combiberunt ſæcula.
Tandem retectis vocibus propheticis,
Ætate noſtra comprobata antiquitas,
Coram refulſit ore conſpicabili,
Ne fluctuaret veritas dubia fide, C
Si non pateret teſte viſu comminus.
Hinc nos & ipſum non perire credimus
Corpus, ſepulcro quod vorandum traditur,
Quia Chriſtus in ſe mortuum corpus cruci
Secum excitatum vexit ad ſolium Patris,
Viamque cunctis ad reſurgendum dedit.
Crux illa noſtra eſt: nos patibulum aſcendimus:
Nobis peremtus Chriſtus, & nobis Deus
Chriſtus reverſus, ipſe qui moriens homo eſt:
Natura duplex moritur, & mortem domat,
Reditque in illud quod perire neſciat.
Dixiſſe pauca ſit ſatis de myſticis
Noſtræ ſalutis, deque proceſſu ſpei.
Jam jam ſilebo: margarita ſpargere D
Chriſti vetamur inter immundos ſues;
Lutulenta ſanctum ne terant animalia.
Sed quia profunda non licet luctarier
Ratione tecum, conſulamus proxima.
Interrogetur ipſa naturalium
Simplex ſine arte ſenſuum ſententia:
Fuci imperitus fac ut adſit arbiter.
Da ſeptuennem circiter puerum, aut minus,
Qui ſit favoris liber, & non oderit
Quemquam, nec ullum mentis in vitium cadat:
Periclitemur, quid recens infantia
Dicat ſequendum, quid novus ſapiat vigor.
Hanc ille ſancti martyris vocem libens E
Amplexus, unum de caterva infantium
Parvum, nec olim lacte depulſum, capi,
Captumque adeſſe præcipit. Quid vis roga,
Inquit: ſequamur, quod probarit puſio.
Romanus ardens experiri innoxiam
Lactentis oris indolem: Filiole, ait,
Dic, quid videtur eſſe verum & congruens,
Unum ne Chriſtum colere, & in Chriſto Patrem,
An comprecari mille formarum deos?
Arriſit infans, nec moratus rettulit:
Eſt quidquid illud, quod ferunt homines Deum,
Unum eſſe oportet, &, quod uni, eſt unicum.
Quum Chriſtus hoc ſit, Chriſtus eſt verus Deus.
Genera deorum multa nec pueri putant:
Stupuit tyrannus, ſub pudore fluctuans,
Nec vim decebat innocenti ætatulæ
Inferre leges, nec loquenti talia
Furor ſinebat efferatus parcere.
Quis auctor, inquit, vocis eſt hujus tibi?
Reſpondit ille: Mater, & matri Deus.
Illa ex parente Spiritu docta, imbibit,
Quo me inter ipſa paſceret cunabula.
Ego, ut gemellis uberum de fontibus
Lac parvus hauſi, Chriſtum & hauſi credere.
Ergo ipſa mater adſit, exclamat, cedo,
Aſclepiades: diſciplinæ & exitum
Triſtem ſuæ magiſtra ſpectet impia;
Male eruditi torqueatur funere
Infantis orba; quemque corrupit, fleat.
Abſit, miniſtros vilis ut muliercula
Noſtros fatiget. Quantulus autem dolor
Vexabit artus, mortis auxilio brevis!
Oculi parentis punientur acrius,
Quam ſi cruenta membra carpant ungulæ.
Vix hæc profatus, puſionem præcipit
Sublime tollant, & manu pulſent nates:
Mox & remota veſte virgis verberent,
Tenerumque duris ictibus tergum ſecent;
Plus unde lactis, quam cruoris defluat.
Quæ cautes illud perpeti ſpectaculum?
Qui ferre poſſit æris aut ferri rigor?
Impacta quoties corpus attigerat ſalix,
Tenui rubebant ſanguine uda vimina,
Quem plaga flerat roſcidis livoribus.
Ferunt, minaces verberantium genas
Inlacrymaſſe ſponte de manantibus
Guttis per ora barbarum frementia:
Scribas & ipſos, & coronam plebium,
Proceresque ſiccis non ſtetiſſe viſibus.
At ſola mater hiſce lamentis caret,
Soli ſereno frons renidet gaudio:
Stat impiorum corde pietas fortior,
Amore Chriſti, contumax doloribus,
Firmatque ſenſum mollis indulgentiæ.
Sitire ſe ſe parvus exclamaverat:
Animæ æſtuantis ardor in cruciatibus
Hoc exigebat, lymphæ ut hauſtum poſceret:
Quem torva mater eminus triſti intuens
Vultu, & ſeveris vocibus ſic increpat:
Puto imbecillo, nate, turbaris metu,
Et te doloris horror afflictum domat:
Non hanc meorum viſcerum ſtirpem fore
Deo ſpopondi, non in hanc ſpem gloriæ
Te procreavi, cedere ut leto ſcias.

V. 606. *Congreſſa — Deo*] Græciſmus, pro congreſſa cum Deo. Virgilius (*Æn.* lib. I. ✝. 479.)
— *Impar congreſſus Achilli*.
Chamill.


V. 609. *Stulta mundi*] Ex I. *Cor.* (I. 25. 27.) *Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. — Quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus.* Id.

V. 648. *Margarita ſpargere*] Ex *Matth.* vii. 6. *Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos.*

V. 673. *Et, quod uni, eſt unicum*] Ita Chamill. cum al. Apud Ald. & Tornæſ. claudicat hic verſus. Sic enim ibi: *Unum eſſe oportet, quod uni eſt unicum.* Omiſſa forte in eorum exemplaribus conjunctio *&*, ob ultimam ſyllabam verbi *oportet*.

V. 705. *Plaga flerat*] Lepidiſſima ſane translatio: ſumma enim cute perſtricta, ſtillatim cruor, non confertim effunditur. Al. *ferat* habent; al. *fecerat*; al. *ferret*: inepte omnes. Chamill.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Aquam bibendam postulas, quum sit tibi
Fons ille vivus præsto, qui semper fluit,
Et cuncta solus irrigat viventia,
Intus forisque spiritum & corpus simul,
Æternitatem largiens potantibus.
Venies ad illud mox fluentum: si modo
Animo ac medullis solus ardor æstuet
Videre Christum: quod semel potum' affatim
Sic sedat omnem pectoris flagrantiam,
Vita ut beata jam sitire nesciat.
Hic, hic bibendus, nate, nunc tibi est calix,
Mille in Bethleem quem biberunt parvuli:
Oblita lactis, & papillarum immemor
Ætas amaris, mox deinde dulcibus
Refecta poclis, mella sumsit sanguinis.
Exemplum ad istud nitere, o fortis puer,
Generosa proles matris, & potentia.
Omnes capaces esse virtutum Pater
Mandavit annos: neminem excepit diem,
Ipsis triumphos annuens vagitibus.
Scis, sæpe dixi, quum docenti alluderes,
Et garrulorum signa verborum dares,
Isaac fuisse parvulum patri unicum,
Qui, quum immolandus aram & ensem cerneret,
Ultro sacranti colla præbuerit seni.
Narravi & illud nobile ac memorabile
Certamen, una matre quod septem editi
Gessere pueri, sed tamen factis viri:
Hortante eadem matre, in ancipiti exitu
Pœnæ & coronæ, sanguini ut ne parcerent.
Videbat ipsos apparatus funerum
Præsens suorum, nec movebatur parens,
Lætata quoties aut olivo stridula
Sartago frixum torruisset puberem,
Dira aut cremasset laminarum impressio.
Comam, cutemque verticis revulserat
A fronte tortor, nuda testa ut tegmine,
Cervicem adusque dehonestaret caput.
Clamabat illa: Patere: gemmis vestiet
Apicem hunc corona regio ex diademate.
Linguam tyrannus amputari jusserat
Uni ex ephebis. Mater ajebat: Satis
Jam parta nobis gloria est: pars optima
Deo immolatur ecce nostri corporis:
Digna est fidelis lingua quæ sit hostia.
Interpres animi, enuntiatrix sensuum,
Cordis ministra, præco operti pectoris,
Prima offeratur in sacramentum necis,
Et sit redemtrix prima membrorum omnium:
Ducem dicatam mox sequentur cetera.
His Maccabæos incitans stimulis parens,
Hostem subegit subjugatum septies,
A Quot feta natis, tot triumphis inclyta:
Me partus unus ut feracem gloriæ
Mea vita præstet, in tua est situm manu.
Per hujus alvi fida conceptacula,
Per hospitalem mense bis quino larem,
Si dulce nostri pectoris nectar tibi,
Si molle gremium, grata si crepundia,
Persiste, & horum munerum auctorem adsere.
Quanam arte nobis vivere intus cœperis,
Nihilumque, & illud unde corpus, nescio:
Novit animator solus & factor tui.
Impendere ipsi, cujus ortus munere es:
Bene in datorem, quod dedit, refuderis.
Talia canente matre, jam lætus puer
B Virgas strepentes, & dolorem verberum
Ridebat. Heic tum cognitor pronuntiat:
Claudatur infans carcere, & tanti mali
Romanus auctor torqueatur acrius.
Illum recentes per cicatricum vias
Denuo exarabant, quaque acutum traxerant
Paullo ante ferrum, mox recrudescentibus
Plagis apertas persequebantur notas;
Quos jam superbus victor ignavos vocat:
O non virile robur! o molles manus,
Unam labantis dissipare tam diu
Vos non potesse fabricam corpusculi!
Vix jam cohæret, nec tamen penitus cadit,
Vincens lacertos dexterarum inertium.
C Citius cadaver dentibus carpunt canes,
Longeque morsus vulturum efficacior
Ad devorandas carnis offas mortuæ.
Languetis imbelli fame, ac fatiscitis:
Gula est ferina, sed socors edacitas:
Exarsit istis turbida ira judicis,
Seque in supremam concitat sententiam:
Si te morarum pœnitet, finem citum
Subeas, licebit: ignibus vorabere
Damnatus, & favilla jam tenuis fies.
Abiens at ille, quum foro abriperent virum
Truces ministri, pone respectans ait:
Appello ab ista, perfide, ad Christum meum,
Crudelitate, non metu mortis tremens,
Sed ut probetur esse nil, quod judicas.
D Quid differo, inquit ille, utrosque perdere,
Puerum ac magistrum, complices sectæ impiæ?
Gladius recidat vile vix hominis caput
Infantis: istum flamma vindex concremet:
Sit his sub uno fine dispar exitus.
Perventum ad ipsum cædis implendæ locum.
Natum gerebat Mater amplexu, & sinu,
Ut primitivum crederes fetum geri
Deo offerendum, sancti Abelis ferculo,
Lectum ex ovili puriorem ceteris.
Puerum poposcit carnifex: mater dedit,

V. 727. *Fons ille vivus*] Respicit auctor ad illud *Joan.* IV. 14. *Aqua illa quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* CHAMILL.

V. 734. *Flagrantiam*] Ardorem. Gellius (lib. XII. cap. I.) *Vigor ille maternæ flagrantiæ sensim atque paullatim restinguitur.* ID.

V. 740. *Poclis*] Per syncopen pro *poculis*: quod usitatissimum. ID.

V. 760. *Cremasset*] Sic Aldus & al. vett. At Chamill. *crepasset*: mendose, ut equidem puto.

V. 782. *Larem*] Ab omnibus *lar* pro ipsis ædibus seu domo privata accipitur: a diis illis qui colebantur domi, & quibus focus sacer erat. Heic vero metaphorice posuit Poeta pro utero. CHAMILL.

V. 783. *Pectoris nectar*] Lac scilicet. Ita Ovidius de ovibus (*Metam.* lib. XV. ℣. 117.)

— *Pleno quæ fertis in ubere nectar.*

ID.

V. 787. *Nihilumque, & illud unde corpus*] Heumannus in *Pœcil.* tom. II. lib. III. pag. 364. pro *nihilumque* reponit incunctanter *animusque*. Neque abnuerim equidem. Heic enim iterum Prudentius respexerit ad Maccabæorum matrem cujus meminit superius, ita filios allocutam E II. *Macc.* VII. 22. *Nescio, qualiter in utero meo apparuistis: neque enim ego* SPIRITUM *&* ANIMAM *donavi vobis & vitam, & singulorum* MEMBRA *non ego ipsa compegi.*

V. 800. *Superbus victor*] *Superbus* pro excellenti, præstanti, usurparunt quandoque veteres. Horatius *Carm.* lib. I. Od. XXXV. ℣. 3.

— *Vel superbos*
*Vertere funeribus triumphos.*

Virgilius *Æn.* lib. I. ℣. 25.

*Hinc populum late regem belloque superbum*
*Venturum excidio Libyæ.*


Atque in eamdem sententiam alibi Prudentius ipse.

V. 803. *Potesse*] Lucretius etiam *potesse* pro *posse* posuit. Sic enim: (lib. I. ℣. 666.)

*Quod si forte ulla credunt ratione potesse.*

CHAMILL. --- Sic etiam idem lib. II. ℣℣. 225. 1009. & lib. III. ℣. 320.

V. 815. *Fies*] Ita multis in locis male corripuit illius verbi syllabam. CHAMILL.



Nec immorata est fletibus: tantum osculum A
Impressit unum. Vale, ait, dulcissime;
Et, quum beatus regna Christi intraveris,
Memento matris, jam patrone ex filio.
Dixit: deinde dum ferit cerviculam
Percussor ense, docta mulier psallere,
Hymnum canebat carminis Davidici:
Pretiosa sancti mors sub aspectu Dei:
Tuus ille servus, proles ancillæ tuæ.
Talia retexens explicabat pallium,
Manusque tendebat sub ictu & sanguine,
Venarum ut undam profluam manantium,
Et palpitantis oris exciperet globum:
Excepit, & caro applicavit pectori.
At parte campi ex altera immanem pyram B
Texebat ustor fumidus pinu arida,
Sarmenta mistim subdita, & feni struem
Spargens liquato rore ferventis picis,
Quo flamma pastu cresceret ferocius.
Et jam retortis brachiis furca eminus
Romanus actus ingerebatur rogo.
Scio, inquit ille, non futurum ut concremer,
Nec passionis hoc genus datum est mihi:
Sed restat ingens quod fiat miraculum.
Hæc ejus orsa sequitur immensus fragor
Nubis ruentis: nimbus undatim nigro
Præceps aquarum flumine ignes obruit.
Alunt olivo semicombustas faces:
Sed vincit imber jam madentem fomitem. C
Trepidare teter carnifex rebus novis
Turbatus, & qua posset arte insistere,
Versare torres cum favillis humidis,
Prunas maniplis confovere stuppeis,
Et semen ignis inter undas quærere.
Quod quum tumenti nuntiatum est judici,
Commovit iram fellis implacabilis:
Quousque tandem summus hic nobis magus
Inludet, inquit, Thessalorum carmine,
Pœnam peritus vertere in ludibrium?
Fortasse cervix, si secandam jussero,
Flecti sub ensem, non patebit vulneri:
Vel amputatum plaga collum dividens,
Rursus coibit ac reglutinabitur, D
Humerique vertex eminebit additus.
Tentemus igitur ante partem quampiam
Truncare ferro corporis superstitis,
Ne morte simpla criminosus multiplex
Cadat, vel una perfidus cæde oppetat:
Quot membra gestat, tot modis pereat volo.
Liber experiri, Lerna sicut traditur,
Utrum renatis pullulescat artubus,
Ac se imminuti corporis damnis novum
Instauret: ipse præsto erit tunc Hercules,
Hydrina suetus ustuire vulnera.
Jam nunc secandi doctus adiit artifex,
Qui cuncta norit viscerum confinia,
Vel nexa nervis disparare vincula. E
Date hunc, revulsis qui medetur ossibus,
Aut fracta nodis farciens compaginat.

Linguam priorem detrahat radicitus,
Quæ corpore omni sola vivit nequior:
Illa & procaci pessima in nostros deos
Invecta motu, fas profanavit vetus,
Audax & ipsi non pepercit principi.
Aristo quidam medicus accitus venit;
Proferre linguam præcipit: profert statim
Martyr retectam, pandit ima & faucium.
Ille & palatum tractat, & digito exitum
Vocis pererrans, vulneri explorat locum.
Linguam deinde longe ab ore protrahens,
Scalpellum in usque guttur insertans agit.
Illo secante fila sensim singula,
Numquam momordit martyr, aut os dentibus
Compressit arctis, nec cruorem sorbuit.
Immotus & patente rictu constitit,
Dum sanguis extra defluit scaturiens:
Perfusa pulcher menta russo stemmate
Fert, & cruenti pectoris spectat decus,
Fruiturque & ostro vestis ut jam regiæ.
Præfectus ergo ratus elinguem virum
Cogi ad sacrandum posse, quum verbis carens
Nil in deorum blateraret dedecus,
Jubet reduci jam jacentem ac debilem,
Multo loquentis turbine olim territus.
Reponit aras ad tribunal denuo,
Et tus & ignem vividum in carbonibus,
Taurina & exta, vel suilla abdomina.
Ingressus ille, ut hos paratus perspicit,
Insufflat, ipsos ceu videret dæmonas.
Irridet hoc Asclepiades lætior.
Addit deinde: Numquid inclementius,
Sicut solebas, es paratus dicere?
Effare quod vis, ac per ora edissere:
Permitto vocem libere ut exerceas.
Romanus, alto corde suspirans diu,
Gemitu querelam traxit, & sic orsus est:
Christum loquenti lingua numquam defuit,
Nec verba quæras quo regantur organo,
Cum prædicatur ipse verborum dator.
Qui fecit, ut vis vocis expressa intimo
Pulmone, & oris torta sub testudine,
Nunc ex palato det repercussos sonos,
Nunc temperetur dentium de pectine,
Sitque his agendis lingua plectrum mobile:
Si mandet idem, faucium sic fistulas
Spirare flatu concinentes consono,
Ut verba in ipsis explicent meatibus,
Vel exitu oris cymbalis profarier,
Nunc pressa parce labra, nunc hiantia:
Dubitas ne verti posse naturæ statum,
Cui facta forma est, qualis esset primitus?
Hanc nempe factor vertere, ut libet, potest,
Positasque leges texere ac retexere;
Linguam loquela ne ministram postulet.
Vis scire nostri Numinis potentiam?
Fluctus liquentis æquoris pressit pede:
Natura fluxa ac tenuis in solidum coit;
Quam dispar illis legibus, quîs condita est!

V. 832. *Osculum impressit unum* ] *Udum* Rottendorphius & tres Torrentiani. Sic apud Martialem lib. VIII. epigr. XLIV.

*Et mane sudas urbis osculis udus.*

CHAMILL.

V. 839. *Pretiosa sancti mors* ] Nempe ex Psalm. CXV. 15. 16. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. — Ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.* ID.

V. 855. *Sed restat* ] Ita veteres editt. Aldin. & Tornæs. At Chamill. *Et restat*.

V. 867. *Commovit* ] Chamill. *movisset*: unde vero hanc lectionem ille hauserit, ignoro equidem. Quam damus, est Ald. & Tornæs. Mox vero idem Chamill. habet ℣. 869. *Thessalarum*: mendose typothetæ incuria, ut quidem puto.

V. 880. *Quot memb.* ] Sic optime veteres editt. Al. *Quin*. Chamill. *Quod*: perperam.

V. 885 *Ustuire* ] Al. *ustum ire*. Al. *ustulare*. Sed recte *ustuire* pro *ustumire*. Sic *circuire* pro *circumire* dixit ( *Cathemer.* VII. 124. ) & *hymnire* supra ( *Carm.* I. ℣. 118. ) CHAMILL. --- Heumannus l. c. sic legit: *Hydrina suetus is* ( Hercules ) *coire vulnera*.

V. 913. *Blateraret* ] Produxit & primam in *blaterare* auctor Philomelæ:

*Blaterat bino aries: ast pia balat ovis.*

Ne ergo cum Aldo *oblacteraret*, aut cum Giphanio *oblatraret*, legas. CHAMILL.

V. 924. *Effare quod vis, ac per ora edissere* ] Sequimur Aldin. & Tornæs. Chamillardus; *Effare quidvis, ac* [illegible] *& dissere*.

Solet natatus ferre, fert vestigia.
Habet usitatum munus hoc divinitas,
Quæ vera nobis colitur in Christo & Patre,
Mutis loquelam, petitum claudis gradum,
Surdis fruendam reddere audientiam,
Donare cæcis lucis insuetæ diem.
Hæc si quis amens fabulosa existimat,
Vel ipse tute, si parum fidelia
Rebare pridem, vera cognoscas licet:
Habes loquentem, cujus amputaveras
Linguam: probatis cede jam miraculis.
Horror stupentem persequutorem subit:
Timorque & ira pectus in caliginem
Vertere: nescit vigilet, an ne somniet.
Miratur hærens quod sit ostenti genus.
Formido frangit: armat indignatio.
Nec vim domare mentis effrenæ potest,
Nec, quo furoris tela vertat, invenit.
Postremo medicum sævus insontem jubet
Reum citari: nundinatum hunc arguit,
Mercede certa pactus ut colluderet:
Aut ferrum in ore nil agens, & irritum
Versasse frustra, ceu retusis ictibus;
Aut arte quadam vulnus illatum breve,
Quod sauciata parte linguam læderet,
Nervos nec omnes usquequaque abscinderet.
Manere saltam vocis harmoniam probe,
Non posse inani concavo verba exprimi,
Quæ concrepare ligula moderatrix facit.
Esto, ut resultet spiritus vacuo specu;
Echo sed exstat inde, non oratio.
Veris refutat medicus hanc calumniam:
Scrutare vel tu nunc latebras faucium,
Intraque dentes curiosum pollicem
Circumfer, haustus vel patentes inspice,
Lateat ne quidquam quod regat spiramina.
Quamquam forassem forte si puncto levi,
Tenuive linguam contigissem vulnere;
Titubante plectro fatus esset debilis.
Nam, quum magistra vocis in vitium cadit,
Usus necesse est & loquendi intercidat.
Fiat periclum, si placet, cujusmodi
Edat querelam quadrupes, lingua eruta,
Elinguis & quem porca grunnitum strepat,
Cui vox fragosa, clamor est inconditus:
Probabo mutam nil sonare stridulum.
Testor salutem principis, me simplici
Functum secantis arte, judex optime;
Servisse jussis absque fraude publicis.
Sciat hic, quis illi verba suggillet Deus:
Ego, unde mutus sit disertus, nescio.
His se se Aristo purgat. At contra, impium
Nil hæc latronem Christianorum movent:
Magis magisque fertur in vesaniam:
Quærit, num alienus sanguis illum asperserit
Virum, suo ne fluxerit de vulnere.
Respondit his Romanus: Eccum, præsto sum:
Meus iste sanguis verus est, non bubulus:
Agnoscis illum quem loquor, miserrime
Pagane, vestri sanguinem sacrum bovis,
Cujus litata cæde permadescitis?
Summus sacerdos nempe sub terram scrobe
Acta in profundum consecrandus mergitur,
A Mitra infulatus, festa vittis tempora
Nectens, corona tum repexus aurea,
Cinctu Gabino sericam fultus togam.
Tabulis superne strata texunt pulpita,
Rimosa rari pegmatis compagibus:
Scindunt subinde, vel terebrant aream,
Crebroque lignum perforant acumine,
Pateat minutis ut frequens hiatibus.
Huc taurus ingens, fronte torva & hispida,
Sertis revinctus aut per armos floreis,
Aut impeditis cornibus deducitur.
Nec non & auro frons coruscat hostiæ,
Setasque fulgor bractealis inficit.
Heic, ut statuta est immolanda bellua,
B Pectus sacrata dividunt venabula:
Eructat amplum vulnus undam sanguinis
Ferventis, inque texta pontis subditi
Fundit vaporum flumen, & late æstuat.
Tum per frequentes mille rimarum vias
Illapsus imber, tabidum rorem pluit:
Defossus intus quem sacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe subjectans caput,
Et veste & omni putefactus corpore.
Quin os supinat, obvias offert genas,
Supponit aures, labra, nares objicit;
Oculos & ipsos perluit liquoribus:
Nec jam palato parcit, & linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum combibat.
C Postquam cadaver sanguine egesto rigens,
Compage ab illa flamines retraxerint,
Procedit inde pontifex, visu horridus:
Ostentat udum verticem, barbam gravem,
Vittas madentes, atque amictus ebrios.
Hunc inquinatum talibus contagiis,
Tabo recentis sordidum piaculi,
Omnes salutant atque adorant eminus:
Vilis quod illum sanguis, & bos mortuus
Fœdis latentem sub cavernis laverint.
Addamus illam, vis, hecatomben tuam?
Centena ferro quum cadunt animalia,
Variaque abundans cæde restagnat cruor,
Vix ut cruentis augures natatibus
D Possint meare per profundum sanguinis.
Sed quid macellum pingue pulvinarium,
Quid maximorum lancinatores gregum
Eviscerata carne crudos criminor?
Sunt sacra, quando vosmet ipsi exciditis,
Votivus & quum membra detruncat dolor.
Cultrum in lacertos exserit fanaticus,
Sectisque Matrem brachiis placat deam.
Furere ac rotari, jus putatur mysticum:
Parca ad secandum dextra, fertur impia:
Cælum meretur vulnerum crudelitas.
Ast hic metenda dedicat genitalia,
Numen reciso mitigans ab inguine:
Offert pudendum semivir donum deæ,
E Illam revulsa masculini germinis
Vena, effluenti pascit auctam sanguine.
Uterque sexus sanctitati displicet:
Medium retentat inter alternum genus:
Mas esse cessat ille, nec fit femina.
Felix deorum Mater imberbes sibi
Parat ministros lævibus novaculis.

V. 972. *Ceu retusis ictibus* ] Sic Chamill. Al. *seu retunsis tactibus*.
V. 978. *Ligula* ] Sic iterum Chamill. Al. *lingula*. Al. *lingua*.
V. 999. *Suggillet* ] *Suggerat* in Ambrosiano: quod & marginem editionis Giselinæ occupavit. Nec male. Ignota sane heic verbum *suggillo* significatione ponitur a Prudentio. CHAMILL.
V. 1004. *Quærit, num al.* ] Ab edito Chamill. abest *num*, quod præfert Aldus.
V. 1013. *Mitra* ] Veteres editi perperam, *mire*.
V. 1051. *Addamus illam, vis* ] Ut membro consulatur, Cauchius conjectabat: *Addamus illam, si vis*. Et sane *hecatombe* antepenultimam correptam habet: sed abnuunt scripti. CHAMILL.
V. 1055. *Per prof. sanguinis* ] Al. *sanguinem*.



SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.

Quid, quum sacrandus accipit sphragitidas? A
Acus minutas ingerunt fornacibus:
His membra pergunt urere, ut igniverint:
Quamcumque partem corporis fervens nota
Stigmarit, hanc sic consecratam prædicant.
Functum deinde quum relinquit spiritus,
Et ad sepulcrum pompa fertur funeris;
Partes per ipsas imprimuntur bracteæ:
Insignis auri lamina obducit cutem,
Tegitur metallo, quod perustum est ignibus.
Has ferre pœnas cogitur gentilitas.
Hac dî coercent lege cultores suos:
Sic dæmon ipse ludit hos quos ceperit:
Docet exsecrandas ferre contumelias:
Tormenta inuri mandat infelicibus. B
At noster iste sanguis ex vestra fluit
Crudelitate: vos tyrannide impia
Exulceratis innocentum corpora.
Si vos sinatis, incruente vivimus:
At si cruente puniamur, vincimus.
Sed jam silebo: finis instat debitus,
Finis malorum, passionis gloria:
Jam non licebit, improbe, ut licuit modo
Torquere nostra vel secare viscera:
Cedas necesse est victus, & jam desinas.
Cessabit equidem tortor, & sector dehinc,
Judex minatur: sed peremtoris manus
Succedet illis strangulatrix faucium:
Aliter silere nescit oris garruli C
Vox inquieta, quam tubam si fregero.
Dixit: foroque protrahi jussit virum,
Trudi in tenebras noxialis carceris;
Elidit illic fune collum martyris
Lictor nefandus. Sic peracta est passio:
Anima absoluta vinculis, cælum petit.
Gesta intimasse cuncta fertur principi
Præfectus, addens ordinem voluminum,
Seriemque tantæ digerens tragœdiæ:
Lætatus, omne crimen in fastos refert
Suum tyrannus chartulis vivacibus.
Illa sed ætas conficit diutina,
Fuligo fuscat, pulvis obducit situ,
Carpit senectus, aut ruinis obruit:
Inscripta Christo pagina immortalis est,
Nec obsolescit ullus in cælis apex.
Excepit adstans Angelus coram Deo
Et quæ loquutus martyr, & quæ pertulit:
Nec verba solum differentis condidit;
Sed ipsa pingens vulnera expressit stilo,
Laterum, genarum, pectorisque & faucium.
Omnis notata est sanguinis dimensio,
Ut quamque plagam sulcus exaraverit,
Altam, patentem, proximam, longam, brevem:
Quæ vis doloris, quive segmenti modus:
Guttam cruoris ille nullam perdidit.
Hic in regestis liber est cælestibus,
Monimenta servans laudis indelebilis,
Relegendus olim sempiterno Judici:
Libramine æquo qui malorum pondera,
Et præmiorum comparabit copias.
Vellem, sinister inter hœdorum greges
Ut sum futurus, eminus dinoscerer;
Atque hoc precante, diceret Rex optimus:
Romanus orat; transfer hunc hœdum mihi:
Sit dexter agnus; induatur vellere.

V. 1076. *Sphragitidas* ] Id unum facessit negotium, scilicet quod Poeta *sphragitidas* dixerit: nam ni fallor, *sphragidas* requiritur. Siquidem apud Græcos σφραγὶς σφραγῖδος tantum reperimus. CHAMILL.

# H Y M N U S XI.

*De passione sancti* HIPPOLYTI *beatissimi martyris:*
*ad* Valerianum *episcopum*.

INnumeros cineres sanctorum Romula in urbe D
Vidimus, o Christi Valeriane sacer.
Incisos tumulis titulos, & singula quæris,
Nomina? difficile est, ut replicare queam.
Tantos justorum populos furor impius hausit,
Quum coleret patrios Troïa Roma deos.
Plurima literulis signata sepulcra loquuntur,
Martyris aut nomen, aut epigramma aliquod.
Sunt & muta tamen tacitas claudentia tumbas
Marmora, quæ solum significant numerum.
Quanta virum jaceant congestis corpora acervis,
Nosse licet, quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic defossas mole sub una
Relliquias memini me didicisse hominum:
Quorum solus habet comperta vocabula Christus, E
Utpote quos propriæ junxit amicitiæ.
Hæc dum lustro oculis, & sicubi forte latentes
Rerum apices veterum per monumenta sequor;
Invenio HIPPOLYTUM, qui quondam schisma Novati
Presbyter attigerat, nostra sequenda negans.
Usque ad martyrii provectum insigne, tulisse
Lucida sanguinei præmia supplicii.
Nec mirere senem, perversi dogmatis olim
Munere ditatum catholicæ fidei.
Quum jam vesano victor raperetur ab hoste,
Exsultante anima, carnis ad exitium;
Plebis amore suæ multis comitantibus ibat.
Consultus, quænam secta foret melior,
Respondit: Fugite o miseri exsecranda Novati
Schismata: catholicis reddite vos populis.
Una fides vigeat, prisco quæ condita templo est,
Quam Paullus retinet, quamque cathedra Petri.
Quæ docui, docuisse piget: venerabile martyr
Cerno, quod a cultu rebar abesse Dei.
His ubi detorsit lævo de tramite plebem,
Monstravitque sequi, qua via dextra vocat:
Seque ducem recti spretis anfractibus idem
Præbuit, erroris qui prius auctor erat.
Sistitur insano rectori, Christicolas tunc
Ostia vexanti per Tiberina viros.
Illo namqne die Roma secesserat, ipsos
Peste suburbanos ut quateret populos.
Non contentus humum, celsa intra mœnia Romæ
Tinguere justorum cædibus assiduis.

Vers. 2. *Christi – sacer* ] Sic optime Ald. & Tornæs. exemplaria, quæ secutus Chamillardus, hæc subdit: „ Male „ quidam legendum putant, *Christo – sacer*. Cicero Verri„ na III. (cap. XVIII.) *Illa insula* HORUM DEORUM SACRA „ *putatur*. „ — Hinc notandus Harduinus qui §. LXII. in notis & emendationibus ad Plinii *Hist.* lib. VIII, cap. XXI. aliter censuit.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.

Janiculum quum jam madidum, fora, rostra, suburram A
Cerneret eluvie sanguinis affluere:
Protulerat rabiem Tyrrheni ad litoris oram,
Quæque loca æquoreus proxima portus habet.
Inter carnifices & constipata sedebat
Officia, exstructo celsior in solio.
Discipulos fidei, detestandique rebelles
Idolii, ardebat dedere perfidiæ.
Carcereo crinita situ stare agmina contra
Jusserat, horrendis excrucianda modis.
Inde catenarum tractus, hinc lorea flagra
Stridere, virgarum concrepitare fragor.
Ungula fixa cavis costarum cratibus altos
Pandere secessus, & lacerare jecur. B
Ac jam lassatis judex tortoribus ibat
In furias, cassa cognitione fremens.
Nullus enim Christi ex famulis per tanta repertus
Supplicia, auderet qui vitiare animam.
Inde furens quæsitor ait: Jam tortor ab unco
Desine: si vana est quæstio, morte agito.
Huic abscinde caput: crux istum tollat in auras,
Viventesque oculos offerat alitibus:
Hos rape præcipites, & vinctos conjice in ignem:
Sit pyra quæ multos devoret una reos.
En tibi quos properes rimosæ imponere cumbæ,
Pellere & in medii stagna profunda freti.
Quos ubi susceptos rapidum malesuta per æquor
Vexerit, & tumidis cæsa labarit aquis; C
Dissociata putrem laxent tabulata carinam,
Conceptumque bibant undique naufragium.
Squamea cœnoso præstabit ventre sepulcrum
Bellua, consumtis cruda cadaveribus.
Hæc persultanti, celsum subito ante tribunal
Offertur senior nexibus implicitus.
Stipati circum juvenes clamore fremebant,
Ipsum Christicolis esse caput populis.
Si foret exstinctum propere caput, omnia vulgi
Pectora Romanis sponte sacranda deis.
Insolitum leti poscunt genus, & nova pœna
Inventa, exemplo quo trepident alii.
Ille supinata residens cervice, Quis, inquit,
Dicitur? affirmant dicier Hippolytum. D
Ergo sit Hippolytus: quatiat turbetque jugales,
Intereatque feris dilaceratus equis.
Vix hæc ille: duo cogunt animalia freni
Ignara, insueto subdere colla jugo:
Non stabulis, blandive manu palpata magistri,
Imperiumque equitis ante subacta pati:
Sed campestre vago nuper pecus e grege captum,
Quod pavor indomito corde ferinus agit.
Jamque reluctantes sociarant vincula bigas,
Oraque discordi fœdere nexuerant.
Temonis vice funis inest, qui terga duorum
Dividit, & medius tangit utrumque latus,
Deque jugo in longum se post vestigia retro
Protendens trahitur, transit & ima pedum. E
Hujus ad extremum, sequitur qua pulvere summo
Cornipedum refugas orbita trita vias,
Crura viri innectit laqueus, nodoque tenaci
Adstringit plantas, cumque rudente ligat.
Postquam composito satis instruxere paratu
Martyris ad pœnam, verbera, vincla, feras,
Instigant subitis clamoribus atque flagellis,
Iliaque infestis perfodiunt stimulis,
Ultima vox audita senis venerabilis hæc est:
Hi rapiant artus; tu rape, Christe, animam.
Prorumpunt alacres, cæcoque errore feruntur,
Qua sonus atque tremor, qua furor exagitant.
Incendit feritas, rapit impetus, & fragor urget,
Nec cursus volucer mobile sentit onus.
Per silvas, per saxa ruunt: non ripa retardat
Fluminis, aut torrens oppositus cohibet.
Prosternunt sepes, & cuncta obstacula rumpunt:
Prona, fragosa petunt; ardua transsiliunt.
Scissa minutatim labefacto corpore frusta
Carpit spinigeris stirpibus hirtus ager.
Pars summis pendet scopulis, pars sentibus horret,
Parte rubent frondes, parte madescit humus.
Exemplar sceleris paries habet illitus, in quo
Multicolor fucus digerit omne nefas.
Picta super tumulum species liquidis viget umbris,
Effigians tracti membra cruenta viri.
Rorantes saxorum apices vidi, optime papa,
Purpureasque notas vepribus impositas.
Docta manus virides imitando effingere dumos,
Luserat & minio russeolam saniem.
Cernere erat ruptis compagibus ordine nullo
Membra per incertos sparsa jacere situs.
Addiderat caros, gressu lacrymisque sequentes
Devia qua fractum semita monstrat iter.
Mærore attoniti, atque oculis rimantibus ibant:
Implebantque sinus visceribus laceris.
Ille caput niveum complectitur, ac reverendam
Canitiem molli confovet in gremio.
Hic humeros, truncasque manus, & brachia, & ulnas,
Et genua, & crurum fragmina nuda legit.
Palliolis etiam bibulæ siccantur arenæ,
Ne quis in intecto pulvere ros maneat.
Si quis & in sudibus recalenti aspergine sanguis
Insidet, hunc omnem spongia pressa rapit.
Nec jam densa sacro quidquam de corpore silva
Obtinet, aut plenis fraudat ab exsequiis.
Quumque recensitis constaret partibus ille
Corporis integri qui fuerat numerus:
Nec purgata aliquid deberent avia toto
Ex homine, extersis frondibus & scopulis,
Metando eligitur tumulo locus: Ostia linquunt:
Roma placet, sanctos quæ teneat cineres.
Haud procul extremo culta ad pomœria vallo
Mersa latebrosis crypta patet foveis.
Hujus in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per anfractus luce latente docet.
Primas namque fores summo tenus intrat hiatu,
Illustratque dies limina vestibuli.
Inde, ubi progressu facili nigrescere visa est
Nox obscura, loci per specus ambiguum;
Occurrunt cæsis immissa foramina tectis,
Quæ jaciunt claros antra super radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde recessus,
Arcta sub umbrosis atria porticibus:
Attamen excisi subter cava viscera montis,
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur absentis per subterranea solis
Cernere fulgorem, luminibusque frui.
Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
Propter ubi apposita est ara dicata Deo.

V. 79. *Fremebant*] Sic Chamill. & Ruinart. At veteres editi *ferebant*.

V. 106. *Feras*] Ita codd. mss. quam plurimi apud Chamill. & Ruinart. Atque hujusmodi lectionem exhibent Aldin. & Tornæs. editt. Al. *feros*.

V. 111. *Cæcoque errore*] Sic rescribere maluimus, exemplar Aldinum secuti. Paullo aliter conjiciebant Giphanius & Weitzius, *& cæco errore*. Al. *cæco & terrore*.

V. 130. *Et minio*] Chamill. & Ruinart. *e minio*.

V. 142. *Intecto*] Sic Aldus. Al. *intacto*. Al. *infecto*.

V. 149. *Avia*] Hæc est Aldina lectio, quam alii retinent. Al. *invia*.

V. 161. *Occurrunt cæsis immissa*] Aldin. *Decurrunt celsis immensa*. Tornæs. *Occurrunt celsis immensa*: sed ad marginem *immissa*. Mox Chamill. *jaciant*.

Illa sacramenti donatrix mensa, eademque
Custos fida sui martyris apposita,
Servat ad æterni spem Judicis ossa sepulcro,
Pascit item sanctis Tibricolas dapibus.
Mira loci pietas, & promta precantibus ara,
Spes hominum placida prosperitate juvat.
Heic corruptelis animique & corporis æger
Oravi quoties stratus, opem merui.
Quod lætor reditu, quod te, venerande sacerdos,
Complecti licitum est, scribo quod hæc eadem
Hippolyto scio me debere: Deus cui Christus
Posse dedit, quod quis postulet, annuere.
Ipsa, illas animæ exuvias quæ continet intus
Ædicula, argento fulgurat ex solido.
Præfixit tabulas dives manus æquore levi
Candentes, recavum quale nitet speculum.
Nec Pariis contenta aditus obducere saxis,
Addidit ornando clara talenta operi.
Mane salutatum concurritur: omnis adorat
Pubis: eunt, redeunt solis adusque obitum.
Conglobat in cuneum Latios simul ac peregrinos
Permistim populos relligionis amor.
Oscula perspicuo figunt impressa metallo:
Balsama diffundunt: fletibus ora rigant.
Jam, cum se renovat decursis mensibus annus,
Natalemque diem passio festa refert;
Quanta putas studiis certantibus agmina cogi,
Quæve celebrando vota coire Deo?
Urbs augusta suos vomit effunditque Quirites,
Una & patricios ambitione pari.
Confundit plebeja phalanx umbonibus æquis
Discrimen procerum, præcipitante fide.
Nec minus Albanis acies se candida portis
Explicat, & longis ducitur ordinibus.
Exsultant fremitus variarum hinc inde viarum:
Indigena & Picens, plebs & Etrusca venit.
Concurrit Samnitis atrox habitator, & altæ
Campanus Capuæ, jamque Nolanus adest.
Quisque sua lætus cum conjuge, dulcibus & cum
A Pignoribus, rapidum carpere gestit iter.
Vix capiunt patuli populorum gaudia campi:
Hæret & in magnis densa cohors spatiis.
Angustum tantis illud specus esse catervis,
Haud dubium est, ampla fauce licet pateat.
Stat sed juxta aliud, quod tanta frequentia templum
Tunc adeat, cultu nobile regifico.
Parietibus celsum sublimibus, atque superba
Majestate potens, muneribusque opulens.
Ordo columnarum geminus laquearia tecti
Sustinet, auratis suppositus trabibus.
Adduntur graciles tecto breviore recessus,
Qui laterum seriem jugiter exsinuent.
B At medios aperit tractus via latior alti
Culminis, exsurgens editiore apice.
Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal
Tollitur, antistes prædicat unde Deum.
Plena laborantes ægre domus accipit undas,
Arctaque confertis æstuat in foribus;
Maternum pandens gremium quo condat alumnos,
Ac foveat fetos accumulata sinus.
Si bene commemini, colit hunc pulcherrima Roma
Idibus Augusti mensis, ut ipsa vocat,
Prisco more diem: quem te quoque, sancte magister
Annua festa inter dinumerare velim.
C Crede: salutigeros feret hic venerantibus ortus,
Lucis honoratæ præmia restituens.
Inter solennes Cypriani, vel Chelidonii,
Eulaliæque dies, currat & iste tibi.
Sic te pro populo cujus tibi credita vita est,
Orantem Christus audiat omnipotens.
Sic tibi de pleno lupus excludatur ovili,
Agna nec ulla tuum capta gregem minuat.
Sic me gramineo remanentem denique campo,
Sedulus ægrotam pastor ovem referas.
Sic cum lacteolis caulas compleveris agnis,
Raptus & ipse sacro sis comes Hippolyto.

V. 181. *D. cui* ] *Cui* ultima brevi, ut apud Martialem lib. I. *epigr.* cv.
*Sed norunt cui serviant leones.*
CHAMILL.

V. 190. *Pubis* ] Monuere viri eruditi, legendum heic *pubis*; quod syllaba brevis hac sede requiratur. Atque hanc lectionem refert apud Ruinartium codex Sangermanensis. Neque aliter Aldinum exemplar. Al. *pubes*.

V. 227. *Undas* ] Id est, magnam hominum copiam, ut D viris doctis animadversum. Eodem sensu Virgilius *Georg.* lib. II. v. 461.
*— Foribus domus alta superbis*
*Mane salutantum totis vomit ædibus undam.*

Et Apulejus *Metam.* lib. VI. p. m. 183. *Ruunt aliæ atque aliæ sepedum populorum undæ.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.


## HYMNUS XII.

*Passio beatorum Apostolorum* PETRI & PAULLI.

PLus solito coeunt ad gaudia: dic, amice, quid sit.
Romam per omnem cursitant, ovantque.
Festus apostolici nobis redit hic dies triumphi,
PAULLI atque PETRI nobilis cruore.
Unus utrumque dies, pleno tamen innovatus anno E
Vidit superba morte laureatum.
Scit Tiberina palus, quæ flumine labitur propinquo
Binis dicatum cæspitem tropæis,
Et crucis, & gladii testis: quibus irrigans easdem
Bis fluxit imber sanguinis per herbas.
Prima Petrum rapuit sententia legibus Neronis,
Pendere jussum præminente ligno.
Ille tamen veritus celsæ decus æmulando mortis
Ambire tanti gloriam Magistri:
Exigit ut pedibus mersum caput imprimant supinis,
Quo spectet imum stipitem cerebro.
Figitur ergo manus subter, sola versus in cacumen:
Hoc mente major, quo minor figura.
Noverat ex humili cælum citius solere adiri:
Dejecit ora, spiritum daturus.
Ut teres orbis iter flexi rota percucurrit anni,
Diemque eumdem sol reduxit ortus;
Evomit in jugulum Paulli Nero fervidum furorem:
Jubet feriri gentium magistrum.
Ipse prius sibimet finem cito dixerat futurum:
Ad Christum eundum est: jam resolvor, inquit.
Nec mora: protrahitur, pœnæ datur, immolatur ense:

Vers. 26. *Jam resolvor, inquit* ] Respicit ad illud II. *Tim.* IV. 6. *Ego enim jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.



Non hora vatem, non dies fefellit. A
Dividit offa duum Tibris, facer ex utraque ripa,
Inter facrata dum fluit fepulcra.
Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptum,
Canens oliva, murmurans fluento,
Namque fupercilio faxi liquor ortus excitavit
Fontem perennem chrifmatis feracem.
Nunc pretiofa ruit per marmora, lubricatque clivum,
Donec virenti fluctuet colymbo.
Interior tumuli pars eft, ubi lapfibus fonoris
Stagnum nivali volvitur profundo.
Omnicolor vitreas pictura fuperne tinguit undas:
Mufci relucent, & virefcit aurum.
Cyaneufque latex umbram trahit imminentis oftri: B
Credas moveri fluctibus lacunar.
Paftor oves alit ipfe illic gelidi rigore fontis,
Videt fitire quas fluenta Chrifti.
Parte alia titulum Paulli via fervat Oftienfis,
Qua ftringit annis cæfpitem finiftrum.
Regia pompa loci eft: princeps bonus has facravit arces,
Lufitque magnis ambitum talentis.
Bracteolas trabibus fublevit, ut omnis aurulenta
Lux effet intus, ceu jubar fub ortu.
Subdidit & Parias fulvis laquearibus columnas,
Diftinguit illic quas quaternus ordo.
Tum camuros hyalo infigni varie cucurrit arcus:
Sic prata vernis floribus renident.
Ecce duas fidei fummo Patre conferente dotes,
Urbi colendas quas dedit togatæ.
Afpice: per bifidas plebs Romula funditur plateas:
Lux in duobus fervet una feftis.
Nos ad utrumque tamen greffu properemus incitato;
Et his & illis perfruamur hymnis.
Ibimus ulterius qua fert via pontis Hadriani;
Lævam deinde fluminis petemus.
Tranftiberina prius folvit facra pervigil facerdos:
Mox huc recurrit, duplicatque vota.
Hæc didiciffe fat eft Romæ tibi: tu domum reverfus,
Diem bis feftum fic colas, memento.

V. 32. *Murmurans*] Veteres editi, *& murmurans*.

V. 34. *Fontem*] Sic Aldin. neque aliter Tornæf. cujus tamen ad marginem *frondem* appofitum. Atque hanc pofteriorem lectionem retinuit CHAMILL.

V. 47. *Princeps bonus*] Conftantinus M.

V. 48. *Lufitque ambitum*] Ufitatum hac fignificatione verbum Prudentio. Sic fupra *Hymn.* XI. ℣. 130. *Luferat & minio ruffeolam faniem*, hoc eft, pinxerat. Quare non audiendi funt qui legunt: *Claufitque magnis ambitum talentis*. CHAMILL. C

V. 53. *Camuros*] Curvos, inflexos. Virgilius boves defcribens *Georg.* lib. III. ℣. 55.

*Pes etiam, & camuris hirtæ fub cornibus aures.*

Aldus & Tornæf. *camyros*, retento nimirum *υ* ex Græco *χάμπυλος*.

## HYMNUS XIII.

*Paffio beati* CYPRIANI *epifcopi Carthaginienfis & martyris.*

Punica terra tulit, quod fplendeat omne quidquid ufquam eft,
Inde domo CYPRIANUM, fed decus orbis & magiftrum.
Eft proprius patriæ martyr, fed amore & ore nofter.
Incubat in Libya fanguis, fed ubique lingua pollet:
Sola fuperftes agit de corpore, fola obire nefcit.
Dum genus effe hominum Chriftus finet, & vigere mundum, D
Dum liber ullus erit, dum fcrinia facra literarum,
Te leget omnis amans Chriftum: tua, Cypriane, difcet.
Spiritus ille Dei, qui fluxerat auctor in prophetas,
Fontibus eloquii te cælitus actus inrigavit.
O nive candidius linguæ genus! o novum faporem!
Ut liquor ambrofius cor mitigat, imbuit palatum,
Sedem animæ penetrat, mentem fovet, & pererrat artus.
Sic Deus interius fentitur & inditur medullis.
Unde bonum fubitum terris dederis, Pater, revela.
Deerat apoftolicis fcriptis opulentus exfecutor:
Eligitur locuples facundia quæ doceret orbem, E
Quæque voluminibus Paulli famulata difputaret,
Quo mage cruda hominum præcordia perpolita noffent
Sive timoris opus, feu myftica vel profunda Chrifti.
Unus erat juvenum doctiffimus artibus finiftris,
Fraude pudicitiam perfringere, nil facrum putare:
Sæpe etiam magicum cantamen inire per fepulcra,
Quo geniale tori jus folveret, æftuante nupta.
Luxuriæ rabiem tantæ cohibet repente Chriftus,
Difcutit & tenebras de pectore, pellit & furorem:
Implet amore fui, dat credere, dat pudere facti:
Jamque figura alia eft, quam quæ fuit, oris & nitoris:
Exuitur tenui vultus cute, tranfit in feveram:
Deflua cæfaries compefcitur ad breves capillos:
Ipfe modefta loqui, fpem quærere, regulam tenere:
Vivere juftitiam Chrifti, & penetrare dogma noftrum.
His igitur meritis digniffimus ufque epifcopale
Provehitur folium doctor, capit & fedile fummum.
Valerianus opum princeps crat, atque Gallienus:
Conftituere fimul pœnam capitis Deum fatenti.
Millia terrigenum fpurciffima jufferant facrari:
Contra animos populi doctor Cyprianus incitabat,
Ne quis ab egregiæ virtutis honore difcreparet,
Neu fidei pretium quis fumere degener timeret:
Effe levem cruciatum, fi modo conferas futura,
Quæ Deus ipfe viris intermina fortibus fpopondit:
Merce doloris emi fpem luminis, & diem perennem:
Omne malum volucri cum tempore tranfvolare curfim:
Nil grave quod peragi finis facit, & quiete donat:
Se fore principium pulcræ necis, & ducem cruoris,
Seque caput gladio fubmittere, fanguinem dicare:
Qui fociare animam Chrifto velit, ut comes fequatur,

Verf. 32. *Vivere juftitiam*] Non vero *vivere juftitiæ*, aut *juftitia*, ut multi legunt. Ita enim *Cathem.* Hymn. II. ℣. 33. *Nunc nunc feverum vivitur*. Et apud Satiricum (Satir. II. ℣. 3.

*Qui Curios fimulant, & Bacchanalia vivunt.*

CHAMILL.

V. 41. *Effe levem cruciatum*] Alludit ad *Rom.* VIII. 18. *Exiftimo enim, quod non funt condignæ paffiones hujus temporis, ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis*. ID.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.

His ubi corda virum Christo calefacta præparavit, A
Ducitur ante alios, proconsule persurente, vinctus.
Antra latent Tyriæ Carthaginis, abditis reposta,
Conscia tartareæ caliginis, abdicata soli:
Clausus in his specubus sanctus Cyprianus, & catena
Nexus utramque manum, nomen Patris invocat supremi:
Omnipotens genitor Christi Deus, & creator orbis,
Christe parens hominis, quem diligis, & vetas perire:
Ille ego, vipereis quem tu bonus oblitum venenis,
Criminibus variis tinctum, miseratus abluisti, B
Jamque tuum fieri mandas, fio Cyprianus alter,
Et novus ex veteri, nec jam reus aut nocens, ut ante,
Si luteum facili charismate pectus expiasti:
Vise libens tenebris ergastula cæca dissipatis:
Eripe corporeo de carcere vinculisque mundi
Hanc animam: liceat fuso tibi sanguine immolari,
Ne qua ferum reprimat clementia judicem, tyranni
Neu sciat invidia mitescere, gloriam negare.
Da quoque, ne quis iners sit de grege quem tuum regebam:
Neu cadat impatiens pœnæ, titubetve quis tuorum,
Incolumem ut numerum reddam tibi, debitumque solvam. C
Vocibus his Dominum permoverat: influebat inde
Spiritus in populum Carthaginis, auctor acrioris
Ingenii, stimulis ut pectora subditis calerent
Ad decus egregium discrimine sanguinis petendum;
Non trepidare docens, nec cedere, nec dolore vinci,
Laudis amore rapi, Christum sapere, & fidem tueri.
Fama refert, foveam campi in medio patere jussam,
Calce vaporifera summos prope margines refertam.
Saxa recocta vomunt ignem, niveusque pulvis ardet, D
Urere tacta potens, & mortifer ex odore flatus.
Appositam memorant aram fovea stetisse summa,
Lege sub hac, salis aut micam, iecur aut suis litarent
Christicolæ, aut mediæ sponte inruerent in ima fossæ.
Prosiluere alacres cursu rapido simul trecenti.
Gurgite pulvereo mersos liquor aridus voravit,
Præcipitemque globum fundo tenus implicavit imo.
Corpora candor habet, candor vehit ad superna mentes:
Candida massa dehinc dici meruit per omne sæclum.
Lætior interea jam Thascius ob diem suorum.
Sistitur indomiti proconsulis eminus furori.
Edere jussus erat, quid viveret: Unicultor, inquit,
Servo salutiferi mysteria consecrata Christi.
Ille sub hæc: Satis est jam criminis: ipse confitetur
Thascius: ipse Jovis fulmen negat. Expedite ferrum,
Carnifices: gladio pœnam luat hostis idolorum.
Ille Deo meritas grates agit, & canit triumphans.
Flevit abire virum mæsta Africa: quo docente, facta est.
Cultior, eloquio cujus sibi docta gloriatur.
Mox tumulum lacrymans struxit, cineresque consecravit.
Desine flere bonum tantum: tenet ille regna cæli:
Nec minus involitat terris, nec ab hoc recedit orbe:
Disserit, eloquitur, tractat, docet, instruit, prophetat:
Nec Libyæ populos tantum regit: exit usque in ortum
Solis, & usque obitum. Gallos fovet, imbuit Britannos,
Præsidet Hesperiæ, Christum serit ultimis Iberis.
Denique doctor humi est, idem quoque martyr in supernis,
Instruit heic homines, illinc pia dona dat patronus.

V. 51. *Abditis* ] Sic Aldus. Neque aliter Tornæsius, qui tamen ad marginem habet *altius*. Atque hanc posteriorem lectionem retinuit Chamillardus.

V. 55. *Christi Deus* ] Sic Chamill. At male Aldin. *Christi decus*. Ita quoque Tornæs. & Paris. sed ad marginem, *Christus Deus*.

V. 56. *Vetas perire* ] Respicit ad I. *Tim.* II. 4. *Qui omnes homines vult salvos fieri*.

V. 81. *Aut suis* ] Perperam *&* *suis* in Aldin. & Tornæs.

V. 90. *Edere* cet. ] Sequimur Chamillardum. Mire heic variant veteres editi. Sic enim Aldin.

*Dogmatis atque loci jussus genus edere, Christianus, inquit,*
*Trado salutiferi* cet.

Eadem habent, omisso tamen *edere*, Tornæs. & Paris.

## HYMNUS XIV.

*Passio sanctæ* Agnetis *virginis & martyris*.

Agnes sepulcrum est Romulea in domo E
Fortis puellæ, martyris inclytæ.
Conspectu in ipso condita turrium
Servat salutem virgo Quiritium:
Nec non & ipsos protegit advenas,
Puro ac fideli pectore supplices.
Duplex corona est præstita martyri,
Intactum ab omni crimine virginal,
Mortis deinde gloria liberæ.
Ajunt jugali vix habilem toro
Primis in annis forte puellulam
Christo calentem, fortiter impiis
Jussis renisam, quo minus idolis
Addicta, sacram desereret fidem.
Tentata multis nam prius artibus,
Nunc ore blandi judicis illice,
Nunc sævientis carnificis minis.
Stabat feroci robore pertinax,
Corpusque duris excruciatibus
Ultro offerebat, non renuens mori.
Tum trux tyrannus: Si facile est, ait,
Pœnam subactis ferre doloribus,
Et vita vilis spernitur: at pudor
Carus dicatæ virginitatis est.
Hanc in lupanar trudere publicum
Certum est, ad aram ni caput adplicet,

Vers. 1. *Agnes* ] Sic in plerisque mss. apud Chamill. & Ruinart. Al. *Agne*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.

Ac de Minerva jam veniam roget,
Quam virgo pergit temnere virginem.
Omnis juventus inruat, & novum
Ludibriorum mancipium petat.
Haud, inquit Agnes, immemor est ita
Christus suorum, perdat ut aureum
Nobis pudorem, nos quoque deserat.
Præsto est pudicis: nec patitur sacræ
Integritatis munera pollui.
Ferrum impiabis sanguine, si voles:
Non inquinabis membra libidine.
Sic elocutam, publicitus jubet
Flexu in plateæ sistere virginem.
Stantem refugit mæsta frequentia,
Aversa vultus, ne petulantius
Quisquam verendum conspiceret locum.
Intendit unus forte procaciter
Os in puellam, nec trepidat, sacram
Spectare formam lumine lubrico.
En ales ignis fulminis in modum
Vibratur ardens, atque oculos ferit.
Cæcus corusco lumine corruit,
Atque in plateæ pulvere palpitat.
Tollunt sodales seminecem solo,
Verbisque deflent exsequialibus.
Ibat triumphans virgo, Deum Patrem,
Christumque sacro carmine concinens,
Quod sub profani labe periculi
Castum lupanar nec violabile
Experta victrix virginitas foret.
Sunt qui rogatam rettulerint preces
Fudisse Christo, redderet ut reo
Lucem jacenti: tum juveni halitum
Vitæ innovatum visibus integris.
Primum sed Agnes hunc habuit gradum
Cælestis aulæ, mox alius datur
Ascensus: iram nam furor incitat
Hostis cruenti. Vincor, ait gemens:
I, stringe ferrum, miles, & exsere
Præcepta summi regia principis.
Ut vidit Agnes stare trucem virum
Mucrone nudo, lætior hæc ait:
Exsulto talis quod potius venit
Vesanus, atrox, turbidus armiger;
Quam si veniret languidus ac tener,
Mollisque ephebus, tinctus aromate,
Qui me pudoris funere perderet.
Hic, hic amator jam, fateor, placet:
Ibo inruentis gressibus obviam,
Nec demorabor vota calentia:
Ferrum in papillas omne recepero,
Pectusque ad imum vim gladii traham.
Sic nupta Christo transsiliam poli
Omnes tenebras, æthere celsior.

A Æterne rector divide januas
Cæli, obseratas terrigenis prius,
Ac te sequentem, Christe, animam voca,
Cum virginalem, tum Patris hostiam.
Sic fata, Christum vertice cernuo
Supplex adorat, vulnus ut imminens
Cervix subiret prona paratius.
Ast ille tantam spem peragit manu:
Uno sub ictu nam caput amputat.
Sensum doloris mors cita prævenit.
Exutus inde spiritus emicat,
Liberque in auras exsilit. Angeli
Sepsere euntem tramite candido.
Miratur orbem sub pedibus situm:
B Spectat tenebras ardua subditas:
Ridetque, solis quod rota circuit,
Quod mundus omnis volvit & implicat;
Rerum quod atro turbine vivitur;
Quod vana sæcli mobilitas rapit
Reges, tyrannos, imperia & gradus,
Pompasque honorum stulta tumentium:
Argenti & auri vim rabida siti
Cunctis petitam per varium nefas:
Splendore multo structa habitacula:
Illusa pictæ vestis inania,
Iram, timorem, vota, pericula:
Nunc triste longum, nunc breve gaudium,
Livoris atri fumificas faces,
C Nigrescit unde spes hominum & decus;
Et quod malorum tetrius omnium est,
Gentilitatis sordida nebula.
Hæc calcat Agnes ac pede proterit,
Stans & draconis calce premens caput:
Terrena mundi qui ferus omnia
Spargit venenis, mergit & inferis:
Nunc virginali perdomitus solo,
Cristas cerebri deprimit ignei,
Nec victus audet tollere verticem.
Cingit coronis interea Deus
Frontem duabus martyris innubæ,
Una decemplex edita sexies
Merces perenni lumine conficit:
D Centenus exstat fructus in altera.
O Virgo felix, o nova gloria,
Cælestis arcis nobilis incola!
Intende nostris colluvionibus
Vultum gemello cum diademate:
Cui posse soli cunctiparens dedit
Castum vel ipsum reddere fornicem.
Purgabor oris propitiabilis
Fulgore, nostrum si jecur impleas.
Nil non pudicum est, quod pia visere
Dignaris, almo vel pede tangere.

V. 29. *Inruat --- petat* ] Sic Tornæs. cum Paris. Aldus, *inruit --- petit*. Rectius forte Chamill. *irruet --- petet*.

V. 46. *Ales* ] Angelum designare videtur.

V. 62. *Mox alius datur Ascensus* ] Sic exemplar Tornæs. cum Paris. quæ quidem lectio confirmatur ex ms. cod. Montis S. Michaelis apud Ruinartium: eamque contextus suadere videtur: ubi PRIMUS GRADUS habetur; *mox* vero ALIUS ASCENSUS describitur. Aldus tamen sic legit interpungitque: *mox alius datur. Accensus iram* cet. Neque aliter Chamillardus. Quod minus placet.

V. 94. *Miratur orbem sub pedibus situm* ] Ex illo Virgil. Eclog. V. v. 56.

E *Candidus insuetum miratur lumen Olympi,*
*Sub pedibusque videt nubes & sidera Daphnis.*

CHAMILL.

V. 121. *Decemplex* ] Sic legimus cum vetustis editis Aldin. Tornæs. al. Chamillardus vero & Ruinart. *decimplex*. Heic autem Prudentius digitum intendit ad illud *Matth.* XIII. 18. *Alia ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.*

# AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V. C.

## ΑΠΟΘΕΩΣΙΣ:

ID EST,

*LIBER*

## DE DIVINITATE.



## *PRÆFATIO.*

Est tria summa Deus, trinum specimen, vigor unus.
Corde Patris genita est Sapientia: Filius ipse est:
Sanctus ab æterno subsistit Spiritus ore.
Tempore nec senior Pater est, nec numine major:
Nam sapiens retro semper Deus edidit ex se,
P[illegible]uod semper erat gignenda ad sæcula, Verbum.
Edere sed Verbum Patris est, ac cetera Verbi:
Adsumtum gestare hominem, reparare peremtum,
Conciliare Patri, dextraque in sede locare.
Spiritus ista Dei complet: Deus ipse fideles
In populos charisma suum diffundere promtus,
Et Patris & Christi virtutem in corpora transfert.

## *ALIA PRÆFATIO,*


SIVE

## HYMNUS IN INFIDELES.

Est vera secta? te, magister, consulo.
Rectam ne servamus fidem?
An viperina non cavemus dogmata?
Et nescientes labimur?
Arctam [a] salutis vix viam discernere est
Inter reflexas semitas.
Tam multa surgunt perfidorum compita,
Tortis polita erroribus,
Obliqua qua se conferunt divortia
Hinc inde textis orbitis:
Quas si quis errans ac vagus sectabitur,
Rectum relinquens tramitem,
Scrobis latentis pronus in foveam ruet,
Quam fodit hostilis manus:
Manus latronum, quæ viantes obsidet,
Iter sequentes devium.
Quid non libido mentis humanæ struat?
Quid non malorum pruriat?
Statum lacessunt omnipollentis Dei
Calumniosis litibus:
Fidem minutis dissecant ambagibus,
Ut quisque lingua est nequior:
Solvunt ligantque quæstionum vincula
Per syllogismos plectiles.
Væ captiosis sycophantarum strophis!
Væ versipelli astutiæ!
Nodos tenaces recta rumpit regula,
Infesta dissertantibus.
B Idcirco [b] mundi stulta delegit Deus,
Ut concidant sophistica;
Deque imbecillis subjugavit fortia,
Simplex ut esset credere.
Lapis [c] ecce nostro fixus offensaculo est,
Impingat in quem vanitas:
Signum caventi; non caventi scandalum:
Hunc sternit, illum dirigit.
Dum plura tentat cæcus incerto gradu,
Incurrit id quod obvium est.
Fax sola fidei est præferenda gressibus,
Ut recta sint vestigia.
Quis in tenebris hostis errantes tamen
Pulsat, trahitque & proterit.
C Qui sparsa ad ipsum commeantum transitum
Frumenta sævus devorat.
Qui [d] læta Christi culta fur interpolat,
Addens avenas æmulas:
Quas de veneni lacte in herbam fertilem
Patitur colonus crescere:
Ne forte culmum fibra inanis spiceum
Simul revulsa internecet.
Exspectat ergo, dum dolosa & farrea
Fervens coquat maturitas,
Det ventilabro lecta quæque, ut horreis
Urat recrementum focis.
Refert sed ipsa nosse, quæ messem necant,
Zizaniorum semina.

a Matth. VII. 13. b I. Cor. I. 27. c Luc. XX. 17. 18. d Matth. XIII. 24-30.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
405.



# CONTRA HÆRESIM,

*Quæ Patrem passum affirmat.*

## POEMA I.

Plurima sunt, sed pauca loquar, ne dira relatu A
Dogmata catholicam maculent male prodita linguam.
Ille Patrem pellens solio detrudit in arctum
Corporis humani gestamen, nec pavet ipsum
Objectare neci, duroque adfigere ligno.
Passibilis ne Deus? cujus species & imago
Nulli visa umquam: nec enim comprendier illa
Majestas facilis sensuve oculisve manuve.
Joannis magni celebris sententia præsto est,
Haud umquam testata [a] Deum potuisse videri.
Ille Pater quem nulla acies violenta tuendo
Eminus ardentis penetravit acumine visus:
Qui se formam hominis non induit, & deitatis B
Immensum adsumto non temperat ore modove.
Aut evangelici pietas spernenda libelli
Jam, blaspheme, tibi est: aut numquam visa beati
Vis intacta Patris, non admiscenda caducis.
Sed tamen & Patris specimen, quod cernere fas sit,
Humanis aliquando oculis concurrere promtum:
Quod quamvis hebes intuitus speculamine glauco,
Humentique acie potuit nebulosus adire.
Quisque hominum vidisse Deum memoratur, ab ipso
Infusum vidit Gnatum: nam Filius hoc est,
Quod de Patre micans se præstitit inspiciendum
Per species, quas possit homo comprendere visu.
Nam mera majestas est infinita, nec intrat C
Obtutus, aliquo ni se moderamine formet.
Hoc vidit [b] princeps generosi seminis Abram,
Jam tunc dignati terras invisere Christi
Hospes homo, in triplicem Numen radiasse figuram.
Hoc [c] conluctantis tractarunt brachia Jacob.
Ipse [d] dator Legis divinæ accedere coram
Jussus, amicitiæ conlato qui stetit ore
Comminus, & sacris conjunxit verba loquelis,
Carnis in effigie Christum se cernere sensit.
Sed majora petens [e], animum per vota tetendit
Inconcessa homini, plus quam mortale laborans,
Ipsum, quantus erat, sine corpore visere Christum.
Denique post multi sermonis mutua, postque D
Conspectum præsentis heri & consortia longa,
Quæso, ait, ut liceat te nunc, Deus optime, nosse.
Respondit Dominus: Mea, non me, cernere justis
Posteriora dabo. Quid apertius, absque aliena
Quam sumat, facie, Verbum non posse videri?
Posse tamen, quum malit idem, numquam Patre viso
Terrenis oculis, habitu se ostendere nostro:
Sæpe & in angelicas vel mortales memoratum est
Induci species, queat ut sub imagine cerni.
Hoc Verbum est, quod vibratum Patris ore benigno
Sumsit virgineo fragilem de corpore formam.
Inde figura hominis nondum sub carne, Moysi E
Objecta, effigiem nostri signaverat oris,
Quod quandoque Deus Verbi virtute coactum
Sumturus corpus, faciem referebat eamdem.
Sed tamen & sentam visa est excita cremare
Flamma rubum. Deus in spinis volitabat acutis,
Vulnificasque comas innoxius ignis agebat:
Esset ut exemplo, Deus inlapsurus in artus
Spiniferos; sudibus quos texunt crimina densis,
Et peccata malis hirsuta doloribus implent.
Inculto nam stirpe frutex vitiosus iniquis,
Luxuriem virgis inhonesto effundere succo
Cœperat, & nodos per acumina crebra ligabat.
Cernere erat steriles subito splendescere frondes,
Accensisque citum foliis magno impete late
Conlucere Deum, nec spinea lædere texta,
Lambere sanguineos fructus, & poma cruenta,
Stringere mortiferi vitalia germina ligni.
Quandoquidem tristes purgantur sanguine culpæ,
Quem contorta rubus densis cruciatibus edit.
Ergo nihil visum, nisi quod sub carne videndum
Lumen, imago Dei, Verbum Deus, & Deus ignis;
Qui sentum nostri peccamen corporis implet:
Nam lucis genitor, Verbi sator, auctor & ignis
Creditur extra oculos, ut Apostolus edocet auctor,
Qui negat intuitu fontem Deitatis adiri [f];
Credite, nemo Deum vidit, mihi credite, nemo.
Visibilis de fonte Deus, non ipse Dei fons
Visibilis, cerni potis est qui nascitur: at non
Innatus cerni potis est: latet os Patris illud,
Unde Deus: qui visibilem se præstitit olim,
Tale aliquid formans in se se, quale sequuta est
Passio, quæ corpus sibi vendicat: ardua nam vis
Est impassibilis, quoniam natura superni
Ignis ad horrificas nescit descendere pœnas;
Nec caput humanis angoribus excruciari,
Pura, serena, micans, liquido prælibera motu,
Subdita nec cuiquam, dominatrix utpote rerum:
Cui non principium de tempore, sed super omne
Tempus, & ante diem majestas cum Patre summo,
Immo animus Patris, & ratio, & via consiliorum;
Quæ non facta manu, nec voce creata jubentis,
Protulit imperium patrio ructata profundo.
Hanc igitur non flagra secant, non sputa salivis
Aspergunt, alapis non vexat palma relisis:
Nec perfossa cruci clavorum vulnera figunt.
His affecta caro est hominis, quam femina prægnans
Enixa est sub lege uteri, sine lege mariti.
Ille famem patitur, fel potat, & haurit acetum:
Ille pavet mortis faciem: tremit ille dolorem.
Dicite sacrilegi doctores, qui Patre summo
Desertum jacuisse thronum contenditis, illo
Tempore quo fragiles Deus est inlapsus in artus:
Ergo Pater passus? quid non malus audiat error?
Ipse puellari conceptus sanguine crevit?
Ipse verecundæ distendit virginis alvum?
Et jam falsiloqua est divini pagina libri,
Quæ Verbum in carnis loquitur fluxisse figuram?
At non, qui Verbi Pater est, caro factus habetur.
Fige gradum scriptura tuum: nil mobile & anceps
Adfirmasse decet. Pater est quem cernere nulli
Est licitum: Pater est, qui numquam visus in orbe est,

*a* Joan. I. 18. *b* Gen. XVIII. 1. 2. Joan. VIII. 58. *c* Gen. XXXII. 24. *d* Exod. XXIV. 12.
*e* Exod. XXXIII. 18-23. *f* I. Tim. VI. 16.

Nec mundana inter radiavit lumina coram. A
Verbum conspicuum misit, missumque recepit,
Quum voluit: Verbo præstrinxit viscera puræ
Virginis, & Verbo struxit puerilia membra.
Ipse quidem in terris virtute & numine præsens
Semper adest quocumque loci, nec pars vacat ulla
Majestate Patris: nusquam est genitor Deus absens,
Per Verbum sed semper adest, atque inde Philippo
Christus ait [a]: Tanto tecum jam tempore versor,
Et Patrem te nosse negas, quem perspicis in me?
Est invisibilis donum Patris, edere Natum
Visibilem, per quem valeat Pater ipse videri:
Nec solis sanctorum oculis, sed, lumine cassis:
Cæcorum cæcos loquor, atra socordia quorum
Corde tenebroso verum perpendere nescit. B
Quem si perspicuum mortalibus infitiaris,
Fare age, quem videat Babylonis ab arce tyrannus
Innocuas inter flammas procul exspatiantem,
Calcantem rapidos inadustis fratribus ignes:
Nempe, ait, o proceres, tres vasta incendia anhelis
Accepere viros fornacibus: additus unus
Ecce vaporiferos ridens intersecat ignes,
Filius ille Dei est: fateor quem victus adoro.
Inrisas removete faces, tædasque tepentes
Subtrahite: friget succensi sulphuris ardor.
Filius (haud dubium est) agit hæc miracula rerum,
Quem video: Deus ipse, Dei certissima proles,
Imperat immensis ardoribus, & domat iras, C
Insultans famulante rogo; piceosque furores
Comprimit, & rabiem flammarum algescere cogit:
Barbaricos calida aura sinus non tangere jussa
Præterit, & tenues stridens transcurrit amictus.
Ipse per Assyrias metuit vapor ire tiaras,
Ne coma fusa humeris fumo obsordescat amaro.
Hæc ait, & varios jubet obmutescere cantus,
Organa, sambucas, citharas, calamosque, tubasque.
Stulta superstitio tacuit: vox festa quievit,
Quæ male conspicuæ celebrabat imaginis aurum.
Carmina sanctorum resonant jam sola virorum,
Triplice concentu regem laudantia cæli:
Qui mare, qui terras, qui lucida sidera fecit,
Ignibus & mediis securos texit alumnos.
Semper in auxilium Sermo Patris omnipotentis
Descendit, servando homini: mortalia semper
Admiscenda sibi proprio curavit amore:
Ut socianda caro, Dominoque implenda perenni,
Degenerem vitam, quam tunc animalis agebat,
Exemplo mutaret heri, similesque per artus
Cernere consortem terreni adsuesceret oris,
Participemque suum visu velut obside nosse,
Et consanguineo paullatim accedere Christo.
Ergo animalis homo quondam: nunc Spiritus illum
Transtulit ad superi naturam seminis, ipsum
Infundendo Deum, mortalia vivificantem.
Nunc nova materies, solidata intercute flatu:
Materies, sed nostra tamen, de virgine tracta,
Exuit antiquæ corrupta exordia vitæ,
Immortale bonum proprio spiramine sumens.
Filius ille hominis, sed filius ille Tonantis,
Jam solus vultum Patris aspicit, & videt ipsum.
Nemo Patrem novit [b] nisi Filius, & cui monstrat
Filius, & nostri mediator & Omnipotentis.
Denique concludam brevis ut compendia summæ:
Non Pater in carnem descendit, sed Patris arcem
Sumta caro ascendit: Natus per utrumque cucurrit.

## *CONTRA UNIONITAS,

### ID EST,

### SABELLIANOS HÆRETICOS.

## POEMA II.

CEde, profanator Christi, jam cede, Sabelli,
Depositorque Patris, Natique insane negator.
Nonne Patrem violas, dum Natum scire recusas? E
Quandoquidem non est genitor, nisi filius exstet,
Nec vocitare Patrem potis es, quem germine fraudas.
Sed fortasse velis patriæ pietatis honore
Despoliare Deum, contentus nomine nudo,
Quod Deus est, adimasque decus Patris, & generis vim.
Ecquis in idolio recubans, inter sacra mille,
Ridiculosque deos venerans sale, cæspite, ture,
Non putat esse Deum summum, & super omnia solum;
Quamvis Saturnis, Junonibus & Citheræis,
Portentisque aliis fumantes consecret aras?
Attamen in cælum quoties suspexit, in uno
Constituit jus omne Deo: cui serviat ingens
Virtutum ratio variis instructa ministris.
Quæ gens tam stolida est animis, tam barbara linguis;
Quæve superstitio tam sordida, quæ caniformem,
Latrantemque throno cæli præponat Anubim?
Nemo Cloacinæ, aut Eponæ super astra deabus
Dat solium, quamvis olidam persolvat acerram,
Sacrilegisque molam manibus rimetur & exta.
Consule barbati deliramenta Platonis,
Consule & hircosus Cynicus quod somniat, & quos
Texit Aristoteles torta vertigine nervos.
Hos omnes quamvis anceps labyrinthus & error
Circumflexus agat, quamvis promittere & ipsi
Gallinam soleant aut gallum; Clinicus ut se

a Joan. xiv. 9. b Matth. xi. 27.


Vers. 135. *Fateor quem victus adoro* ] Sic veteres editi, nec non mss. Oxon. apud Chamillardum, qui tamen habet: *fateorque & victus adoro*.

V. 137. *Friget* ] Tornæs. aliique, *en friget*. At *en* omittit Aldus cum Chamillardo, qui ad hunc locum sic habet: „ Produci a Prudentio syllabam natura brevem duabus consonantibus subsecutis, idque frequentissimum, jam monui. Quare & *en* non admittendum esse censui: *Subtrahite: en friget*. „

* CONTRA UNIONITAS ] De hac inscriptione vide sis Coutantium V. C. in *Vindiciis mss. codicum* pag. 274.

V. 201. *Hircosus Cynicus quod somniat* ] Heic Aldinum sequimur exemplar. Minus recte, ut videtur, Chamillardus, *quos somniat*. Mendose vero Tornæs. *Hircosus Cynicus quos somniat*.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.




Dignetur præstare deus morientibus æquum: A
Quum ventum tamen ad normam rationis & artis,
Turbidulos sensus & litigiosa fragosis
Argumenta modis concludunt Numen in unum:
Cujus ad arbitrium sphæra mobilis atque rotunda
Volvatur, serventque suos vaga sidera cursus,
Non recipit natura hominis ( modo quadrupes, ille
Non sit, & erecto spectet cælestia vultu )
Non recipit, neget ut regimen pollere supremum.
Istud & ipse Numæ tacitus sibi sensit aruspex,
Semifer & Scotus sentit cane milite pejor.
Sed nos, qui Dominum libris & corpore jam bis
Vidimus, ante fide, mox carne & sanguine coram, B
Quique voluminibus vatum, cruce teste, probatis,
Rimantes [a] digitos costarum in vulnera cruda
Mersimus, & manuum visu dubitante lacunas
Scrutati, æternum regem cognovimus Jesum;
Abjurare Deo titulum, nomenque paternum
Credimus esse nefas, qui Regem protulit ex se:
Non Regem populi Parthorum, aut Romulidarum,
Sed Regem summæ, & mediæ stationis, & imæ,
Atque ideo rerum Dominum, & super omnia Regem.
Carnis habet medium, summum Patris, & Stygis imum. C
Defluit his gradibus, rursusque revolvitur in se.
Est Deus, est & homo: fit mortuus, & Deus idem est.
Omnia percurrit naturæ munia pronæ,
Ut sursum Patris in gremium replicata, reportet
Mortua quæ fuerant: ipsos quoque subvehat artus.
Hæc fore quum veterum cecinissent organa vatum,
Nos oculis, manibus, congressu, voce, loquela
Experti, heroum tandem intelleximus orsa
Priscorum, & viso patefacta oracula Christo.
Hæc est nostra salus; hinc vivimus: hinc animamur:
Hoc sequimur: numquam detracto nomine Nati D
Appellare Patrem: Patris & sine nomine numquam
Natum nosse Deum: numquam, nisi sanctus & unus
Spiritus intersit, Natumque Patremque vocare,
Sic tamen hæc constare tria, ut ne separe ductu
Tres faciam: tribus his subsistat sed Deus unus.
Nec Pater ipse autem, qui Filius; ut, quia Natum
Scimus ab Innato, vere Pater, & sata vere
Sit soboles: nec sit genitor sibi Filius ipse.
Perquam ridiculum est & futile, natus ut ex se;
Sive Pater natus fuerit, sive ipse repente
Nascendi nova materies, ac se Deus ultro E
Ediderit, natumque sibi se fecerit ipsum.
Nil falsum aut mendax divina vocabula fingunt.
Qui Pater est, gignendo Pater: tum Filius, ex hoc
Filius, auctore ut genitus qui sit Patre summo:
Summus & ipse tamen: nec enim minor, aut Patre dispar.
Unde in utroque operis forma indiscreta, nisi omnem
Vim majestatis patriæ generosus haberet
Filius, idque Deus genitor, quod Filius, esset?
Pergunt ulterius scrutantes, quid sit id ipsum
Gignere; si fas est humanos tendere sensus
Usque ad secretum, quod tempora cuncta diesque
Prævenit antiquos, & principium super ipsum
Eminet, &, quodcumque potest homo quærere, transit.
Quum sit difficilis via, noscere principiorum
Semina, cui dabitur mortali exquirere, quidnam
Ultra principium Deus egerit? aut quo pacto
Ediderit Verbum, quod principio caret omni?
Hoc solum scimus, quod traditur esse Deus, quem
Non genitus genitor generaverit, unus & unum,
Integer integrum, non cœptum, sed tamen ortum,
Et comperpetuum retro Patris, & Patre natum.
Sed nec decisus Pater est, ut pars Patris esset
Filius: extendens nec se substantia tractim
Produxit, minuitve aliquid de Numine pleno;
Dum mutata novum procudit portio Natum,
Non convertibilis, nec demutabilis umquam
Est Deus, aut gignendo aliquid sibi detrahit: atqui,
Totus & ex toto Deus est, de lumine lumen:
Quando autem lumen sine lumine? quando refulgens
Lux fulgore caret? quando est ut proditus ignis
Ignem diminuat? quando Pater & Deus & lux,
Non lucis Deus & Pater est? qui, si Pater olim
Non fuit, & serum genuit post tempora Natum,
Fit novus, inque novum jus proficit. Absit, ut umquam
Plenius proficiat, qui non eget incremento.
Et Deus & genitor, lumenque & gloria semper
Ille fuit, nec post sibi contulit, ut Pater esset.
Sic fit ut æternum credamus cum Patre Christum,
Illo auctore satum, cui nullus præfuit auctor.
Hæc tu si dubitas nati mysteria Christi,
Perdite, catholica non es de plebe; sed unus
De grege turifero venerator, Deucalionum
Devotus cippo, ficulni & stipitis unctor.
Quin potius scrutare Dei signacula in ipso
Fonte vetustatis; percurre scrinia primi
Scriptoris: quem non Bardus pater, aut avus Augur,
Fabula nec veteris famæ, nec garrula nutrix,
Nec sago clangore loquax & stridula cornix,
Rem docuere Dei: sed coram proditus ipse,
Ipse Deus trepidum mortalem mitis amico
Imbuit alloquio, seque ac sua summa retexit.
Nimirum meminit scriptor doctissimus illo
Orbis principio non solum, nec sine Christo
Informasse Patrem facturæ plasma novellæ.
Fecit, ait [b], condens hominem Deus, & dedit olli
Ora Dei. Quidnam est aliud, quam dicere, Solus
Non erat? atque Deo Deus adsistebat agenti,

a Joan. xx. 27. b Gen. I. 26.

V. 222. *Cognovimus Jesum* ] Apud Aldum infra ℣. 502. *atque invocat Isum*, ubi alii, *atque invocat Jesum*: ut propterea heic etiam forte scripserit Prudentius, *cognovimus Isum*. Sed non recedimus a vulgata scriptura. Vide mox infra ad ℣. 417.

V. 226. *Stationis* ] Stant pro hac scriptura membranæ constanter. Ita *stationem* pro imperio terrarum Lucanus videtur posuisse apud Neronem: *Quum tu statione peracta astra petes serus*. Sic & Tiberio Vellejus Paterculus adprecatur, ut *longissima statione mortali fungatur*. Quare haud legendum esse, *rationis*, censui. CHAMILL.

V. 248. *Perquam ridiculum* cet. ] Omnes huic versui præponunt sequentem, *Sive Pater natus fuerit*: quem sic constituit Puteanus, *Sive supernatus fuerit*. Verbum *supernasci* elegans, quo Plinius usus est lib. XIX. cap. III. *Et succo ejus profluenti supernasci caulem*. ID.



Claditur, ut vivat. Tunc ergo mente recepta A
Ipſe ſuum facinus reus, atque obſtacula cœpit
Mirandis narrare modis, faſſuſque per illos
Octo decemve dies, quibus ire paraverat Urbem
Romuleam, implicitis ita ſe pedibus retroactum,
Semper ut ire parans, ſemper retrahente rediret
Neſcio quo, rurſuſque illam remearet ad oram
Veſevi, qua juſſus erat quaſi carcere claudi
Angelica nectente manu: tamen ille putabat
Arbitrii miſer eſſe ſui, quod corpore liber
Eſſe videbatur, quem non exſtante catena
Fortior arcanis retinebat dextera vinclis.
Ultor eum digno Felix errore ligabat,
Et tali amentem vertigine circumagebat, B
Semper ut abſcedens nuſquam diſcederet, & cum
Proſiliente gradu cœpiſſet abire, rediret.
Mira fides! Ibat ſtando, remanebat eundo,
Neſcius, hoc ipſo, pro quo fugitare parabat,
Ne fugeret fieri, & ſecum ſua vincla manere,
Inruptamque ſibi proprium ſcelus eſſe catenam.
Namque ſinu clauſæ mandaverat inſita prædæ
Pondera, & hinc avidus quaſi captus mente latebram
Quærens, luce tamen campis errabat apertis,
Seque latere putans exſtabat in æquore claro,
Conſcia ſic mentem impietas cæcaverat, ut nec
Effugeret fugiens, nec celaretur aberrans.
Senſibus adverſis metus hinc, ſtupor inde nocentem
Miſcuerant animam; vitabat ſtrata viarum;
Secretos metuebat iners accedere ſaltus:
Ipſa etiam in ſilvis ſibi forte ſilentia tantum
Clamatura nefas metuens, aut triſtia formis
Occurſura putans ultricum monſtra ferarum.
Inde miſer celebri ſejunctus ab aggere, juxta
Devius in quodam ſpatiabatur ſibi rure,
Securum ignaris ſimulans ſub corde timorem,
Ut facinus ſub veſte premens: nam veſtis in altum
Succinctæ finibus clauſum mandaverat aurum.
Nam neque vel tacitæ furtum committere terræ
Auſus erat, ſpecubuſve cavis de more latronum; D
Indicium metuens credendæ fraudis avarus.
Inde ſuæ tantum tunicæ ſua furta nefandus
Crediderat, qua reſtrictum nodarat amictum
Suſpendens fluidam nudato poplite veſtem.
Hanc ſibi prædo penum ſceleris tunc ſemet in ipſo
Struxerat, & digne tali eſt formidine vinctus,
Crederet ut nullis miſeri conſortia furti,
Ut ſceleris tanti contagia ſolus haberet,
Et ſinus illius fieret cuſtodia furti,
Cujus ſacrilegam fuerat manus auſa rapinam.
Ipſe ſuum ſibi ferret onus, ſolumque gravaret,
Pollueretque ſuæ letalis ſarcina prædæ,
Ut nihil ex illo vacuum impietate maneret,
Qui ſpolium ſceleris ſacris ex ædibus actum
Includens habitu cincto ſubſtringeret ipſum,
Atque ſuis ſignum prætenderet ipſe catenis.
Namque brevi captus mutavit cingula vinclis,
Utque aurum finibus diſcincta veſte ſolutis
Decidit, ex ipſa fuerat qua cinctus habena
Vinctus eas, quas in ſacra dona tetenderat audax
Prædo manus, proprii captus nodamine lori
Rettulit & prædæ vacuas, & reſte repletas.
Verum ſi penitus totam ſpectare velimus
Ordinis exacti ſeriem magis ac magis omni
In ſpecie, vel qua latuit ſcelus, atque recluſum
Claruit admiranda Dei cernemus operta
Felicem geſſiſſe manu. Jam plurima retro
Diximus, ut fugiens non fugerit, utque redactis
Paſſibus emenſos ſua per veſtigia curſus
In caſſum totiens volvente relegerit orbe
Longinquis excluſus, & ad vicina recuſſus.
Nunc aliud Felicis opus, quod dextera Chriſti
Edidit, ut meritum cari monſtraret alumni, C
Commemorabo pari ſpecimen mirabile ſigno,
Quod reus ipſe tremens confeſſo prodidit auſu.
Ante tamen, quia res ita poſtulat, ipſius inſtar
Enarrabo Crucis, qualem & pictura biformem
Fingere conſuevit, baculo vel ſtante bicornem,
Vel per quinque tribus diſpanſam cornua virgis.
Forma crucis gemina ſpecie componitur, & nunc
Antennæ ſpeciem navalis imagine Mali,
Sive notam græcis ſolitam ſignare trecentos
Explicat exſiſtens, cum ſtipite figitur uno,
Quaque cacumen habet, tranſverſo vecte jugatur.
Nunc eadem Crux diſſimili compacta paratu
Eloquitur Dominum tamquam monogrammate Chriſtum.
Nam nota, qua bis quinque notat, numerante Latino,
Calculus, hæc Græcis Chi ſcribitur, & mediam Rho,
Cujus apex & ſigna tenet, quod rurſus ad ipſam
Curvatum virgam, facit *o.* velut orbe peracto.

V. 534. Mur. cod. *Tunc ego ut mente recepta* &c. At noſtri codicis lectio retinenda.

V. 541. Mur. cod. *Beſævi*, ut ſupra verſ. 510.

V. 543. In Mur. legitur *tui*, quod eſt fortaſſe typographi mendum.

V. 547. Mur. *mentem*.

V. 548. Ita noſter codex. At Muratorii codex hic omnino mendoſus eſt; in eo enim legitur: *Semper ut abſcedens nuſquam deſcendere tectum Proſiliente gradu cœpiſſet abire rediret*.

V. 553. Noſter codex *Inſumtamque*.

V. 555. Mur. cod. *avidam*. At legendum ut eſt in noſtro codice.

V. 557. Et Muratorii codex, & noſter habet *in æquore claro*. At Muratorius ad hunc locum hæc adnotat: *Mendum certe exſcriptoris, ac poſitum pro* æthere, *aut* aere claro. Verum pace doctiſſimi viri dictum ſit: ego nullum hic mendum eſſe puto: conſtat enim etiam ab elegantiſſimis poetis, Virgilio, Ovidio, & aliis *æquor* poſitum eſſe modo pro *campo plano*, modo pro *aere*.

V. 560. Mur. *ſentibus*. At legendum puto ut eſt in noſtro codice.

V. 566. Mur. *ſeductus*. At noſtri codicis lectio verior.

V. 567. Mur. cod *Devius in quodam*. Noſter codex *devius in id quod*. Priorem lectionem ſequor.

V. 568. Mur. *ſed corde*. Noſter codex *ſub corde*.

V. 569. Noſter codex mendoſe habet *reſte* p o *veſte*.

V. 575. Mur. legit: *Quare ſtrictum nudarat amictum*. At legendum: *qua reſtrictum nodarat amictum*, ut eſt in noſtro codice.

V. 577. Muratorii codex habet: *Hanc ſibi prædo pœnam* &c. Muratorius ſic emendavit: *Hanc prædo pœnam*. At lectio noſtri codicis videtur verior. E

V. 587. Mur. *contingeret*. Noſter codex *ſubſtringeret*.

V. 594. Mur. *rete*. Noſter codex *reſte*: quod magis placet.

V. 597. Mur. *vel qua latuit, quave arte recluſus*. Utraque lectio probabilis.

V. 603. Mur. *recurſus*. At noſtri codicis lectio mihi magis arridet.

V. 607. Mur. *auſo*. Utraque lectio probabilis.


V. 608. Mur. cod. pro *ita* habet *hac*. At noſtri codicis lectio melior.

V. 610. Mur. *pingere*.

V. 613. Muratorius legit *Antemnæ*. In noſtro codice ita ſcriptum eſt, ut queas legere *antennæ*, & *antemnæ*. At equidem legendum puto *antennæ*.

V. 622. Et Muratorii codex, & noſter habet *facit . ω*. At ſcribendum eſt *facit . o*, ut recte monet Muratorius. In voce enim Χριστὸς, quam ſpectat Paullinus, non eſt *ω μέγα*, ſed *ο μικρόν*.

Sæcul. IV.
circa
Ann. Chr.
395.



Nam rigor obstipus facit. ι. quod in Hellade A jota est.
Tau idem stylus ipse brevi retro acumine ductus
Efficit, atque ita sex, quibus omni nomine nomen
Celsius exprimitur, coeunt elementa sub uno
Indice, & una tribus firmatur litera virgis.
Sex itaque una notas simul exprimit, ut tribus una
Significet virgis Dominum simul esse ter unum.
Et Deus in Christo est, quem sumto corpore nasci
Pro nobis voluit trinæ concordia mentis.
Idque Sacramenti est, geminæ quod in utraque virgæ
Ut diducta pari fastigia fine supinant,
Infra autem distante situ parili pede constant,
Affixæque sibi media compage cohærent,
Et paribus spectant discreta cacumina summis.
His intermedio coeuntibus insita puncto
Virga velut sceptrum regale superbius exstat,
Significans regnare Deum super omnia Christum,
Qui Cruce dispansa per quatuor extima ligni
Quatuor attingit dimensum partibus Orbem,
Ut trahat ad vitam populos ex omnibus oris.
Et quia morte Crucis cunctis Deus omnia Christus
Exstat in exortum vitæ, finemque malorum,
Alpha Crucem circumstat, & ω, tribus utraque virgis C
Littera diversam terna ratione figuram
Perficiens, quia perfectum est mens una, triplex vis.
Alpha itidem mihi Christus, & ω, qui summa supremis
Finibus excelsi pariter complexus, & imi
Victor & inferna, & pariter cælestia cepit,
Effractisque abysis cælos penetravit apertos,
Victricem referens superata morte salutem.
Utque illum Patriæ junxit victoria dextræ,
Corporeum statuit cælesti in sede tropæum
Vexillumque Crucis super omnia sidera fixit.
Illa igitur species, quam fur agitatus avaris
In cassum furiis pendente refixerat unco,
Pollutaque manu sancta amandaverat aula,
Hoc opere est perfecta, modis ut consita miris
Æternæ crucis effigiem designet utramque:
Ut modo si libeat spectari cominus ipsam,
Promta fides oculis: nam reddita fulget in ipso,
Quo fuerat prius apta loco, & velamine clausi
Altaris faciem signo pietatis adornat.
Ergo eadem species formam Crucis exserit illam,
Quæ trutinam æquato libratam stamine signat,
Subreptoque jugum concors temone figurat,
Sive superciliis a fronte jugantia vultum
Lumina transversis imitatur cornibus arbor
Ardua, qua Dominus mundo trepidante pependit
Innocuum fundens pro peccatore cruorem.
Huic autem solido quam pondere regula duplex
Jungit, in extrema producti calce metalli
Parva corona subest variis circumdata gemmis.
B Hæc quoque Crux Domini tamquam diademate cincta
Emicat æterna vitalis imagine ligni.
Hanc fur ille sui toto de corpore furti
Intactam ferro, quo cetera fregerat, unam
Liquit, & ut capto tunc, discinctoque refusis
Vestibus elapsæ ceciderunt fragmina prædæ.
Visá rei species tunc inventoribus ipsis
Ancipiti motu confudit pectora. Gaudent
Inventis, sed fracta dolent: tum quærere caussam
Incipiunt, cautum simul, audacemque latronem
Mirantes, cæcum fractis, cautumque relictis.
Tunc ille attonitis crimen, numenque fatetur:
Mente etenim totum considerat: hoc tamen unum
Numine servarat, quo Crux inclusa vetabat
Quamlibet audacem segni virtute latronem.
Ipse fatebatur mentis scelus, atque Crucis vim,
Contestans, quotiensque manus armasset in illam
In Cruce consertam socia compage coronam
Ceu fractas totiens ictu cecidisse recusso,
Brachiaque ægra sibi nervis stupuisse solutis.
Hic libet in miserum paucis insurgere furem.
Infelix, quæ tanta tuam dementia mentem
Verterat, ut tanto reprehensus lumine veri
Non festinares omnem prævertere cursu
Indagem revolans, ut furtum sponte referres?
D Tanta ne vis animum tenebris oppressit avarum,
Auderes illam ut gremio tibi condere partem,
Quam totiens arcente Deo violare timebas?
Dic mihi, qua pavor ille tuus fugiebat? & unde?
Rursus ut intrepidum præceps audacia sensum
Tam male durabat, pavidus, contemtor & idem

V. 623. Noster codex habet *obstipuus*. At legendum *obstipus*, ut legit Mur.

Ibid. Mur. *Ellade*. At legendum *Hellade*, ut est in nostro codice: nam ἡ ἑλλὰς scribitur cum spiritu denso.

V. 624. Noster codex habet *Taut*. At mendose.

Ibid. Muratorii codex habet: *Tau idem stylus ipse brevi retro a cacumine ductus*. Noster vero codex: *Taut idem stylus ipse retro acumine ductus*. Utraque lectio est vitiosa, ut ostendit metri ratio. Itaque ex utraque tertiam conflavi, quæ mihi genuina videtur. Muratorius vero sic emendaverat: *Tau stylus ipse brevi retrorsum acumine ductus*. At prima syllaba vocis *acumine* brevis est.

V. 627. Muratorii codex *formatur*. Utraque lectio probabilis.

V. 628. Mur. codex. *Et tribus una significat* &c. At nostri codicis lectio elegantior.

V. 633. Murat. cod. *deducta*. Noster codex *diducta*: & ita legendum puto.

V. 636. Mur. cod. *summi*. At noster codex habet *summis*, quo modo legendum esse suspicatus fuerat Muratorius.

V. 637. Pro duabus hisce vocibus, *His intermedio*, & Muratorii codex, & noster habet tres alias voces *Has inter medio*. At ita legendum videtur, ut emendavit Muratorius.

V. 638. Mur. *quasi*. At malim cum nostro codice legere *velut*.

V. 646. Mur. cod. *trina*. Utraque lectio probabilis.

V. 648. Hunc versum, & alios septem, qui proxime sequuntur, citat Dungalus.

V. 654. Ita Murat. codex. At noster habet *trophæum*. Prior lectio mihi magis placet. Dungalus duos hosce versus, 654. & 655. inverso ordine citat.

V. 663. Et Murat. codex, & noster habet *clausi*. At Muratorius suspicatur legendum esse *clausa*.

E V. 666. Murat. codex mendose sic habet: *Quæ trutinam æquatæ librata stamine* &c. At noster codex: *Quæ trutinam æquato libratam stamine* &c. Quo modo emendaverat Muratorius.

V. 667. Et Muratorii codex, & noster habet *subretoque*. At Muratorius legendum censet *subrectoque*: cui equidem assentior.


V. 683. Mur. cod. *cum*. At legendum *tum*, ut est in nostro codice.

V. 687. Murat. cod. *Mente etenim consederat: hoc tamen unum*. At versus claudicat: itaque Muratorius sic emendaverat: *Mente etenim placida consederat: hoc tamen unum*: addens de suo illud *placida*. Sed sic omnino legendum, ut est in nostro codice.

V. 691. Ita Mur. codex, cujus lectionem amplexus sum. In nostro codice ita legitur: *quotiensque manus armasset, ut illam* &c.

V. 693. Hic quoque Muratoriani codicis lectionem secutus sum. Nam in nostro codice legitur *Ceu fracta*.

V. 700. Murat. cod. *avaris*. At nostri codicis lectio retinenda.



Ejusdem sceleris specie diversus abibas, A
Perfidiæque fidem diviso pectore miscens
Virtutem Crucis, & signum inviolabile Christi
Credebas metuendo Crucem contingere ferro,
Et quod noscebas metuens, portando negabas?
Sed tamen impietas tua nec tibi profuit, & nos
Stultitiam confesse tuam, divinaque signa
Fecisti magno Crucis exsultare triumpho.
Ergo relinquamus captum jam incessere furem,
Cui satis ad pœnam est spoliatæ fraudis egestas.
Nunc ad te, veneranda Dei Crux, verto loquelas,
Gratantesque tua concludam laude profatus.
O crux magna Dei pietas; Crux gloria Cæli,
Crux æterna salus hominum, Crux terror iniquis,
Et virtus justis, lumenque fidelibus. O Crux,
Quæ terris in carne Deum servire saluti,
Inque Deo cælis hominem regnare dedisti.
Per te lux patuit veri, nox impia fugit.
Tu destruxisti credentibus eruta fana
Gentibus, humanæ concors tu fibula pacis
Concilians hominem medium per fœdera Christi.
Facta hominis gradus es, quo possit in æthera ferri.
Esto columna piis tu semper, & anchora nobis,
Ut bene nostra domus maneat, bene classis agatur,
In Cruce fixa Fidem, vel de Cruce nacta coronam.

B

V. 706. Mur. cod. *speciem*. At legendum puto ut est in nostro codice.
V. 709. Mur. cod. *confringere*: quæ lectio fortasse melior.
V. 711. In Muratorii codice deerat vox *profuit*, quam ipse addidit. Et recte quidem: nam & in nostro codice legitur.
V. 714. Noster codex habet *cessere*. At Mur. codex *incessere*: quo modo legendum puto.
V. 716. Hunc versum, & alios usque ad finem carminis citat Dungalus.
V. 719. Mur. cod. *hominis*. At melior lectio nostri codicis, quam sequitur etiam Dungalus.
V. 726. Mur. cod. *medii*: quæ lectio mihi magis placet. Dungalus tamen legit *medium*.
V. 730. Mur. codex habet *nixa*. Noster *fixa*. Dungalus quoque legit *fixa*.
Ibid. Mur. cod. *Et de cruce*. Noster vero, *vel de cruce*: quo modo legendum est: alioquin versus pede laborabit. Et sane Dungalus quoque legit *vel*.

# S. PAULLINI
## NOLANORUM EPISCOPI
### *CARMEN XII.* * *IN S. FELICEM.*

SÆpe boni domini caris famulantur alumnis C
Mente pia, & patrio subjecta tuentur amore
Mancipia, hisque favent cura propiore fovendis,
Quos magis indiguos opis, & virtute carentes
Affectu rimante vident. Et si quis eorum,
Moris ut humani solemnis postulat usus,
Votum aliquod celebrare velit, neque possit egenis
Id patrare opibus, studio curatur herili
Servus inops, cui dives opum, queis pauper egebat,
Contulerit dominus cumulandæ impendia mensæ.
Hæc mihi conditio est data sub FELICE patrono,
Nulla mihi ex me sint, ut sint mihi cuncta per illum. D
Namque ad Natalem nunc ipsius, ut quidem & ante
Præteritis, quibus ista dies mihi floruit, annis,
Non erat unde epulum votis solemne pararem,
Instabatque dies, nec adhuc mihi promta facultas
Ex aliquo suberat: subito ecce patronus abundans
Unde dapem largam struerem geminos dedit una
Cum nutrice sues, quorum de carne cibatis
Pauperibus, nos materiam ex animalibus iisdem
Sumsimus, egregiis quoniam miracula signis
Per pecudes ipsas nuper Deus edidit, alta
Destimulans ratione homines attendere Christo,
Nec desiderium carnis præferre Fidei.
Namque ad avaritiæ nostræ lacrimabile probrum
Per pecora humanæ rationis egentia summum
Signa dedisse Deum, series recitanda docebit.
Non afficta canam, licet arte poematis utar:
Historica narrabo fide sine fraude poetæ:
Absit enim famulo Christi mentita profari:
Gentibus hæ placeant, ut falsa colentibus, artes:
At nobis ars una Fides, & musica Christus,
Qui docuit miram sibimet concurrere pacem
Disparis harmoniæ quondam, quam corpus in unum
Contulit assumens hominem, qui miscuit almum
Infusa virtute Deum, ut duo conderet in se,
Distantesque procul naturas redderet unum.
Ut Deus esset homo, Deus est homo factus ab ipso,
Qui Deus est, genitore Deo, cui gratia non est,
Sed natura, quod est summi Patris unicus heres,
Solus habens proprium, quod munere præstat habere
His, quibus alma Fides dederit divina mereri.
Ille igitur vere nobis est musicus auctor,
Ille David verus, citharam qui corporis hujus
Restituit putri dudum compage jacentem,

* In nostro codice sic inscribitur istud carmen: *Incipit liber XII.* Lege quæ diximus ad titulum superioris carminis. E
Vers. 2. In Mur. codice deest conjunctio &.
V. 9. In nostro codice pro *queis* legitur *quo*. Sed prior lectio genuina videtur.
V. 15. In Mur. codice *voti*. At legendum fortasse *votis*, ut est in nostro codice.
V. 18. Mur. codex sic habet: *Unde dapem instruerem, geminos dedit una*. Itaque versus claudicat: & legendum est ut emendavi ex nostro codice.
V. 19. Murat. cod. *Cum junice*. Utraque lectio probabilis.
V. 26. Mur. cod. *Et pecora*. At legendum, ut est in nostro codice, ut sententia constet.
V. 34. In nostro codice sic legitur: *Disparis harmoniæ: quo tamquam corpus in unum* &c. At multo nitidior lectio Muratorii, quam secutus sum.
V. 41. In Mur. cod. *Solum & habens*. At multo elegantior lectio nostri codicis.
V. 45. Mur. cod. *Patri*. At melior lectio, quæ est in nostro codice.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 395.



Et tacitam ruptis antiquo crimine chordis A
Assumendo suum Dominus reparavit in usum,
Consertisque Deo mortalibus, omnia rerum
In speciem primæ fecit revirescere formæ,
Ut nova cuncta forent, cunctis abeunte veterno.
Hanc renovaturus citharam Deus ipse magister,
Ipse sui positam suspendit in arbore ligni,
Et Cruce peccatum carnis perimente, novavit.
Atque ita mortalem numeris cælestibus aptam
Composuit citharam variis ex gentibus unam,
Omnigenas populos compingens corpus in unum.
Inde lacessitis fidibus de pectine Verbi
Vox Evangelicæ testudinis omnia complet
Laude Dei: toto Christi chelys aurea mundo
Personat innumeris uno modulamine linguis, B
Respondentque Deo paribus nova carmina nervis.
Sed referam ad mea cœpta pedem; nam tempus & hora est,
Promissas offerre dapes, apponere vobis
Prandia solicitas caste sumenda per aures.
Non veteri repetam, quæ sum dicturus, ab ævo.
Ante dies paucos istic spectata profabor.
Venerat huc quidam placitum sibi solvere votum
Urbis Abellinæ de finibus advena nostris
Sedibus. Hic porcum studio curante paratum,
Dilatumque diu, ut simul annis, atque sagina
Cresceret, huc illinc perduxerat; atque ubi venit
Pingue pecus voti jugulat de more voventum. C
Fama suis magni per egentum accenderat acrem
Ora famem, & cuncti magnæ spe partis hiantem
Tendebant ad opima senes convivia faucem.
Interea largitor inops non partibus æquis
Dividit incisas carnes, medium suis aufert
Sinciput, & tantum secti coquit intima ventris,
Solaque pauperibus cæsi vitalia porci
Dividit, ac totum sibi corpus habere relinquit,
Et votum complesse putat, lætusque redire
Incipit, ausus eas jumento imponere secum
Relliquias, & in his placiti se pignora voti
Sancta referre domum male credulus, in quibus idem
Damnum animæ, nodumque viæ portabat avarus. D
Denique mox nec mille viam permissus abire
Passibus, elucente die, simul aggere plano,
Non tenebris pavitante, nec offendente salebris
Lapsus equo, & quasi fixus humi se tollere rursus
Ad consistendum reparato robore surgens
Non potuit, cœpitque pedes clamare ligatos,
Idque probare jacens, plantis quasi compede junctis.
Hic aliud mirum casu sociatur in ipso:
Nam dum illum tanta cum debilitate jacentem
Mœsta propinquorum circumstat turba suorum,
Jumentum, cui sola oneri porcina manebat,
Ascensore sui vacuum & ductore, relictum
Sponte sua se se nullo flectente refrenans,
Tamquam offendiculi caussam cognosceret ultro,
Aut aliquem prohibere viam, qua cœperat ire,
Vidisset, sic fugit iter, cursumque retorsit,
Et properante gradu recucurrit ad hospita tecta
Omnibus antevolans, quos lapsi attenta tenebat
Cura viri, quem paullatim quasi corpore fracto
Nitentem, & genibus rigidis prodire negantem,
Cæcaque vincla pedum pariter, meritumque ruinæ,
Et caussam pœnæ lacrimosa voce fatentem
Luce palam manibus grave subvectantibus ægri
Corpus, fida cohors sanctas referebat in aulas
Orantem medici FELICIS ad ipsa reduci
Limina, mox illic certam reperire medelam.
Illum homines interque manus, interque catervas
In sacra vectatum mirantibus atria turbis,
Dispositi trino per longa sedilia cœtu
Obstupuere senes, inopum miserabile vulgus,
E socio canæ residentes agmine matres.
Præterea multi, sua quos devotio sanctis
Ædibus attulerat diversis eminus oris,
Viderunt insigne pium, cum tempore eodem,
Imo die, tam mira foret mutatio rerum.
Idem homo, qui paullo ante suo digressus ab iisdem
Liminibus gressu, nunc ipse redux alienis
Infertur pedibus, subvecto corpore pendens.
Parte alia stratus, nullo servante sequentum,
Hospitis ante fores etiam nunc carne suilla
Stabat onustus equus, neque quisquam notior illi
Astiterat; cui cura foret relevare gravatum
Fasce suo, & notis reducem subducere tectis.
Ille tamen velut humana ratione repletus
Quærentique suos, & protinus opperienti
Astiterat similis, certo vestigia servans
Fixa loco, simul aure micans, & naribus efflans
Assuetorum hominum notos quærebat odores.
Mirum erat hospitibus, quænam fuga, qui status ille
Esset equi, notumque animal faciebat amicis

V. 49. In nostro codice legitur *reviviscere*. At præferendam puto lectionem codicis, quo usus est Muratorius: quod secunda syllaba vocis *revivisceret* sit longa.

V. 65. In nostro codice legitur *non*. At codex Mur. habet *nec*.

V. 71. Mur. codex habet *illuc*. At malo cum meo codice legere *illinc*, nempe ex urbe Abellina.

V. 73. Hic locus valde corruptus est apud Muratorium, qui in Ambrosiano illo codice sic legit: *Fama suis magnopere gentum accenderat acrem* &c. Noster codex habet: *Fama suis magna per egentum accenderat acrem*: quæ lectio multo minus mendosa est: sed mendosa est tamen: mendum autem tolletur, si pro *magna* legas *magni*, aut *magnæ*.

V. 74. Et Mur. codex, & noster habet *ora*. At Muratorius emendandum hunc locum censuit, & legit *ore*: quia scilicet superioris versus mendosam lectionem habebat. Sed legendum est *ora*.

Ibid. Mur. cod. *biantes*. Utraque lectio probabilis.

V. 75. Mur. *fauces*: nam antea legerat *biantes*. At noster codex habet *faucem*. Sed utraque lectio, ut dixi, est probabilis.

V. 77. Post versum LXXVII. deerant in codice Muratorii tres versus, quos ex nostro codice addidi. Sic enim erat scriptum in Muratorii codice: *Interea largitor inops non partibus æquis Dividit, & totum sibi corpus habere relinquit*. Nim. librarius a primo *dividit* ad alterum transiit.

V. 80. Mur. pro *ac* habet *&*; quod nihil admodum refert.

A. 92. Mur. codex habebat *conjunctis*. Sed legendum est E *junctis*, ut postulat metri ratio, & ut est in nostro codice. Ita emendaverat etiam Muratorius.

V. 102. Mur. cod. *ad hospita tecti*. At melior lectio nostri codicis.

V. 104. In Mur. cod. *quæ*. At legendum *quem*, ut est in nostro codice; quod vidit etiam Muratorius.

V. 106. Mur. cod. multo aliter: *Cæcaque vincla, pedem amissum, meritumque ruinæ*. Mihi quidem nostri codicis lectio magis probatur.

V. 107. Hic quoque diversa est lectio codicis Muratorii: in eo enim legitur: *Illius, & pœnæ, lacrimosa voce fatentem*.

V. 111. Et Muratorii codex, & noster habet *certam*. Mihi tamen placet Muratorii conjectura, qui, *legere* (inquit) *mallem*: certum reperire, *græca plane poeticaque elegantia*.

V. 126. Mur. cod. *nec*: quod nihil refert.

Ibid. Ita Mur. codex. At in nostro legitur *illa*: quæ lectio videtur mendosa.

Ambiguum nova forma rei, neque quiſquam erat index A
Accidui, cunctis illum ſtipantibus intus,
Qui fuerat manibus ſanctam portatus in aulam
Martyris, æger ubi ſancto pro limine fuſus
Corpore projecto, & complexis poſtibus hærens,
Oſcula figebat ſupplex, fletuque lavabat,
Seque recognoſcens proprii caput eſſe doloris,
Tales ſe ſe ipſum dabat accuſando querelas.
O mihi, qui talem merui deſumere pœnam
Hac in ſede miſer, qua, ſi miſer adveniat quis,
Efficitur felix! Sed juſtum, parque maligno
Me fateor merito exitium cepiſſe, patique,
Ut reus ipſa inter modo limina puniar ardens
Exurente pedes ſimul, & ſtringente dolore, B
In quibus, heu demens, oblati munera voti
Fraude fidem violans converti in damna ſalutis.
Eſt tamen, eſt aliquid, fateor, quod dicere poſſim
Jam mihi mutari grata vice triſtia lætis,
Atque ipſas animo jam proſperiora tuenti
Infractis cœpiſſe malis dulceſcere pœnas,
Ex quibus hæc nunc ipſa mihi bene gratia venit,
Qua factum eſt mihi nunc, ut tam cito tangere rurſus
Limina Felicis miſero veneranda liceret.
Nam mihi ſi nullus, vel ſi levis iſte fuiſſet
Caſus, ut arreptum poſſem pertendere curſum,
Tunc magis infelix de proſperitate fuiſſem: C
Manſiſſet mihi culpa nocens, neque vulnus adactum
Intus in oſſa animæ ſenſiſſem carne rebelli.
Occultaſſet enim meriti diſcrimen iniqui
Corporis illæſi vigor, & vinxiſſet inertem
Mens durata reum, niſi lapſum pœna ligaſſet.
Ergo potens medice in Domini tu nomine Chriſti
Felix, jam ſatis hoc tibi ſit, Dominoque potenti,
Quod non ira mihi, pietas ſed amica ſaluti
Supplicium peperit, devincto ut corpore culpa
Solveret: ecce malum ſervum, refugamque voracem
Jure retraxiſti, injectis pro crimine vinclis. D
Debitor infelix teneor, conſtringor, aduror,
Propoſitus cunctis divini forma timoris.
Mentibus hæc omnes trepidis attendite, quæ nunc
Me miſerum reliquis documento ferre videtis.
Numquid enim hoc errore carent aliqui? Sed in uno
Exemplum fieri placuit, quo ſit mea pœna
In præjudicium quibus emendatio non eſt.
Sed jam parce tuo miſero, precor, optime Felix,
Parce libens, ſuccurre favens: dolor ultimus urget
Clamoſas iterare preces: feſtinus adeſto,
Ne mors præveniat medicum feſtina morantem.
Sed ſcio, quod Domini manus hæc, quæ verberat, & quæ
Parcet more ſuo: mihi tantum tu modo feſſo,
Jamque fatiſcenti propera laxare catenam,
Quam tu Sancte vides, ego ſentio: ſicut operto
Clam tacitus vinclo fugitivi membra ligaſti,
Sic inviſibili medicina ſolve reverſum.
Talia clamantem, dum poſtibus hæret in ipſis
Felicis ſancti, lambenſque per oſcula tergit,
Attonitis illum pia turba & cernit, & audit
Cœtibus: ipſe jacens etiam nunc erigitur ſpe,
Increpitatque moras omnes, & tarda ſuorum
Obſequia, afferri porcum, totaſque jubet mox
Pauperibus reddi partes, ſibi vivere tantum
Concedi petit, atque inopum ſaturamine paſci.
Certatim ſocii cito juſſa fidelia curant.
Itur ad hoſpitium notum, deponitur illic
Sarcina jumento, carnes in fruſta ſecantur,
Et diviſa coquit ſpumantibus ignis ahenis.
Cocta importantur patulis numeroſa catinis.
Exſaturata fames inopum gratantia reddit
Verba Deo, & veniam petit, ut placata datori.
Nec mora: confeſtim voti ratione ſoluta,
Debitor ille intus meritæ compage catenæ
Solvitur, & pedibus Domino miſerante refectis,
Tamquam liber equus, vel ruptis caſſibus ales
Evolat, & cervi ſalientis imagine currit.
Mira fides oculis obtenditur. Omnia gaudent
Tam facili pietate Dei, tantumque valenti
Felicis merito, ut coram adſit Chriſtus in illo,
Pro meritis hominum moderans in utroque potenter,
Ut reſipiſcenti medicus ſit, & ultor iniquo.
Cernite enim, quantæ fuit illa injuria fraudis,
Qua miſer ille prius diviſerat inter egentes
Seque ſuem, atque iſtic ubi totum reddere votum
Debuerat, ſolum caput, inteſtinaque porci
Carpſerat, & reliquam toto ſibi corpore partem
Fecerat imprudens, atque improbus, & tamen ipſa,
Qua miſer exſtiterat, factus mox fraude beatus
Commutante Deo pietatis verbere culpam.
Talis enim cenſura Dei eſt: ſic temperat alti
Pondera judicii Deus arbiter, & pater, & rex,

V. 136. Mur. codex ſic habet. Noſter vero: *Ambigui nova forma fori*: quam lectionem quis neget eſſe mendoſam?

Ibid. Mur. codex mendoſe habet: *neque quiſquam erat inde Accidui*. Itaque ad vocem *Accidui* hæc adnotavit Muratorius: *Verbum, & error correctione indigent*. Verum vox *inde* emendanda eſt ex noſtro codice, non vero vox *Accidui*. Nam Paullinus ſicut in Natali IV. verſ. 291. ex *attigit* facit *attiguum*, ita hic ex *accidit* facit *acciduum*. E

V. 138. Murat. cod. *ſacram*.

V. 144. Mur. cod. *Hic ego*. Noſter, *o mihi*: pro *heu mihi*.

V. 145. Mur. cod. *Factus & inde miſer*. Noſter: *hac in ſede miſer*: quæ lectio magis arridet.

V. 148. Mur. cod. *ipſe*. At multo pulcrior noſtri codicis lectio.

V. 157. Mur. cod. *quod factum mihi nunc*. At legendum cenſeo, ut eſt in noſtro codice.

V. 162. Mur. cod. *manſiſſetque*. Recte Muratorius ita emendavit, ut eſt ſcriptum in noſtro codice.

V. 163. Mur. cod. *in Domino*. At mihi magis placet noſtri codicis lectio, qui habet *in Domini*.

V. 170. Mur. cod. *devinctam ut corpore*. At mihi magis probatur lectio noſtri codicis.

Ibid. Mur. cod. *culpam ſolveret*. Noſter vero, *culpa ſolveret*.

V. 171. Mur. cod. *ſervumque, fugamque voracem*. At melior lectio noſtri codicis.

V. 175. Mur. cod. *Mentibus hæc trepidis omnes*. Utraque lectio optima.

V. 179. Mur. cod. *Et præjudicium*. At legendum videtur ut eſt in noſtro codice.

V. 185. In noſtro codice legitur: *Parcit, in ore tuo eſt: eitus ergo patronus adeſto*. At emendandum hunc locum putavi ex codice Muratorii.

V. 187. Noſter codex habet *aperto*. Emendavi ex codice Muratorii.

V. 201. Mur. cod. *Et diviſa coquit lymphis ſpumantibus ignis*. Ego noſtri codicis lectionem ſecutus ſum.

V. 206. Noſter codex habet *compago*. Emendavi ex codice Muratorii.

V. 212. Noſter codex habet *aſſit*.

V. 215. Noſter codex habet *ſit*. Emendavi ex cod. Mur.

V. 217. In noſtro codice ſcriptum eſt *iſtis*. At legendum ut eſt in cod. Mur.

V. 219. Apud Muratorium eſt *reliquum*. At mendum videtur eſſe typographi.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 395.

Omnibus ut placidam moderato examine libret A
Justitiam, & levior mixta bonitate potestas
Ante reos moneat stimulo, quam fulmine perdat:
Ut si profuerit præmissi verberis ictus,
Salva salus homini redeat commissa pigenti.
At siquis sacro monitus terrore flagelli
Noluerit sentire plagam, incuratus abibit,
Servatusque neci perfectam sentiet iram.
Ille igitur miser ante, dehinc mox ipse beatus,
Tali sanatus carnemque, animamque medela.
Sed quia cognovit caussam, agnoscensque jacentem
Pœnituit, merito curam sibi memet in ipso
Repperit, inque brevi est expertus utrumque, quod omnes B
Justa lege manet divinæ pacis, & iræ
Jus, & opus, maneat vindex ut jure superbos
Pœna reos, pietas servet miserata fatentes.
Ergo relaxatis alacer vestigia vinclis
Idem ex incolumi cito debilis, & cito liber,
Ex modo captivo læta cum voce redibat,
Exsultans velut ille olim, quem matris ab alvo
Claudentem in verbo Domini Petrus, atque Joannes
Jusserunt validis in saltum assurgere plantis.
Dignus & hic pauper Speciosæ limine Portæ,
Quem Deus ipse Petri Deus, & Felicis, eadem
Nunc verbi virtute sui sanavit apud nos
De casu claudum modò, qua sanaverat olim C
Ex utero claudum: qua nunc ope lætus abibat,
Quique preces mæstas in vulnere fuderat intus,
Ecce foris sano reddebat corpore grates.
Quidnam ego Felici possim redhibere patrono?
Quas illi referam tanto pro munere digne
Tam cito de tanto sanatus vulnere grates?
Non pretium statui medico, aut fastidia lecti
Tristia substinui, neque per scalpella, vel ignes,
Aut male mordaces vario de gramine succos,
Sævior & morbis, & vulneribus medicina
In corpus grassata meum est, velut accidit illis,
Quos humana manus suspecta visitat arte,
Semper & incerto trepidos solamine palpat.
En ego per breve nunc spatium perlatus ad ipsum D
Felicis sancti solium, & projectus in ipso
Limine tam gelido, quam duro in marmore fractus,
Atque dolens jacui, & solus mihi sermo precandi,
Sola fides medicina fuit: nullum assore vidi,
Et sensi medicum. Quisnam hic medicus, nisi Christus

Ipse, vel a Christo Felix de nomine Christi,
Et virtute potens? Neutrum illo in tempore sensi,
Et tamen ipse fuit præsens in utroque, velut me
Peccantem argueret cito, sanaretque dolentem.
Par modus in specie varia mihi castigantis,
Parcentisque fuit Domini. Sanator, & ultor
Luminibus latuit, pœna atque medela refulsit.
Nunc ego jam pleno perfectis ordine votis,
Ibo domum gaudens medico, tutusque patrono
Æternum Felice mihi: non jam ulla verebor
Occursura mihi, velut ante, pericla viarum:
Namque periclum aberit, quia caussa soluta pericli est.
Non resoluta fides me vinxerat, & modo solvit
Rite soluta fides: tamen alliget, oro, tuus me
Semper amor, Felix: istam mihi necte catenam,
Qua tibi me numquam nec mors, nec vita resolvat.
Verum omnes quicumque meos videre dolores,
Inque tuo merito magnis insignibus altam
Conspexere manum Christi, cognoscere debent,
Quantum illis mea pœna boni providerit, ut jam
Præcaveant de terrenis sibi parcere rebus,
Et, lucra dum captant, acquirere damna salutis.
Nam si de vili pecudis mihi carne alimentum
Pauperibus fraudasse malum fuit, & quid in illis,
Qui male divitias multo amplectuntur amore?
Defossisque suo pariter cum corde metallis
Incubitant, atque hæc latitare superflua produnt,
Quæ proprio longe secreta tuentur ab usu?
Quid facient? quidnam pro se tibi Christe loquentur?
Tantorum qui partem inopum invasere, nec ullam
Apposuere sibi de re superante salutem?
Unus abit missus. Nunc mensæ grata secundæ
Fercula ponemus: sed quamvis rursus eamdem
Diverso carnem conditam jure feremus.
Namque aliud vobis iterum, quod de sue mirum
Lusit opus Felix, mira novitate retexam.
Tempore res prior est: sed nostris ante libellis
Præterita, in præsens tempus servata canetur.
Nec refert, quod opus quo sit sub tempore gestum;
Unus erit quoniam variis operator in annis,
Qui diversa facit Sanctorum in laude suorum
Omnibus in terris rerum miracula Christus.
Agricolæ quidam de nostris longius oris
Appula trans urbem Beneventum rura colentes
De grege setigero multis a fœtibus unum
Lactea adhuc tenero pulsantem sumina rostro

V. 225. Mur. cod. habet *tacitam*. Noster vero *placidam*: quæ lectio videtur potior.

V. 227. Mur. cod. *Ante reos moneat, stimulo quam fulminet ullo*. At legendum existimo, ut est in nostro codice.

V. 228. Hic versus in Murat. codice omnino corruptus erat; sic enim in eo scriptum est: *Ut si profuerit præmiis, sine verberis ictu*. Emendavi ex nostro codice.

V. 229. In Murat. cod. sic scriptum est: *Salva salus hominis redeat compage remissa*: quorum verborum quæ sit sententia, non video. Itaque nostri codicis lectionem secutus sum.

V. 230. Mur. cod. *Sacri*. Noster *sacro*. Utraque lectio probabilis.

V. 235. Et Mur. codex, & noster habet *sed*. At Muratorius mallet legere *se*: quod & mihi probatur.

V. 236. Ita noster codex. At in Mur. cod. multo aliter, nimirum: *meritum curæ sibimet simul ipse*.

V. 237. Noster codex habet: *inque brevem expertus*. At hic Muratoriani codicis lectionem secutus sum: ita enim postulat & metri ratio, & loci sententia.

Ibid. Mur. cod. *omne*. At legendum *omnes*, ut est in nostro codice.

V. 239. Mur. cod. *uti*: quod mendum sustuli lectionem nostri codicis secutus.

V. 244. Mur. cod. *insultans*.

V. 246. Mur. cod. *exsurgere*.

V. 250. Mur. cod. *Excessu*. Noster vero *de casu*.

V. 251. Mur. cod. *ista*. Noster vero *qua*.

V. 252. Mur. cod. *pro vulnere*. Noster *in vulnere*.

V. 255. Mur. cod. *pro tanto munere dignas*. Ego nostri codicis lectionem secutus sum. E

V. 264. Noster codex mendose habet *ad illum*. Itaque Muratoriani codicis lectionem sequor.

V. 278. Mur. cod. *totusque*. Sed mendose: itaque emendavi ex nostro codice.

V. 279. Mur. cod. sic habet: *Æternum Felice, nec amplius ulla verebor*.

V. 281. Mur. cod. *quia caussa est nulla pericli*. Ego nostri codicis lectionem probo ob verba quæ proxime sequuntur.

V. 283. In codice Muratorii deerat versus, quem ex nostro codice addidi. Sic autem scriptum erat in Murat. codice: *Namque periclum aberit, quia caussa est nulla pericli. Non resoluta fides tamen: alliget, oro, tuus me* &c.

V. 293. Mur. cod. *malo*. At melior nostri codicis lectio.

V. 294. Mur. cod. *vano*. Noster *multo*.

V. 304. Noster codex habet *nobis*. At legendum *vobis*, ut est in cod. Mur.

V. 313. Mur. cod. *Veneventum*. Lege quæ diximus ad Carm. XI. vers. 510.

Sæcul. IV. circa Ann. Chr. 395.

Excerpſere ſibi, & curatum tempore multo
Paverunt in vota ſuem, & cœpere paratum
Ducere ſacratam ſancti FELICIS ad aulam,
Corpore de magno ut multos mactatus egenos
Paſceret, & ſaturo gauderet paupere Martyr.
Sed gravis arvina porcus ſuperante pedum vim
Non potuit ſe ferre diu, primoque viarum
Limine ſuccubuit ſibimet, neque deinde moveri
Voce, manu, ſtimulis potuit: liquere jacentem,
Hoſpitibuſque ſuis commendavere relictum
Mœrentes domini: mens anxia nutat in anceps:
Nam voti revocare viam pia pectora nolunt:
Rurſum FELICIS veneratum limina longe
Ire pudet vacuos devoti muneris. Ergo
Ambiguis talis ſententia mentibus hæſit,
Ut totidem lectos eadem de gente minores
Ad ſua vota legant, quot erat provectus in annos
Ille, ſua preſſus qui mole manebat iners ſus.
Quod devota fides obſtricti debita voti
Maturare parans tali ratione putavit,
Pluribus ut modicis unum penſaret opimum.
Ergo ſacrum hunc venere locum, votiſque
patratis
Hoſpitium rediere ſuum non cominus iſtinc.
Nam tum forte domos, quæ circa Martyris
aulam,
Implerat ſolitis denſata frequentia turbis.
Propterea procul hinc ſecreto in rure remotam
Contenti ſubiere caſam, qua mane parabant
Ad reditum proferre pedem, cum prima juberet
Parturiens Aurora diem: tuguri fore aperta
Hoſpes homo egreditur tecto, notumque ſuem vir
Conſpicit ante fores mirando aſtare paratu,
Tamquam ſe miſſum a Domino loqueretur ad-
eſſe,
Atque ſalutanti ſimilis veſtigia lambit
Gaudentis domini, & geſtu ſubgrunnit alumno
Blandus, & olfaciens motando dat oſcula roſtro,
Seque, quaſi votum debere agnoſcat herile,
Ingerit, & tardos invitat gutture cultros.
Quo duce, quæſo, vias ignotis finibus egit,
Quoſve pedes, tam longe ut poſſet currere,
ſumſit,
Qui brevibus ſpatiis in primo fine viarum
Defecit fluidæ depreſſus mole ſaginæ?
Certe nulla manus tantum pecus aggere longo,
Nec ſinus advexit, nec mens ſua tam ſpatioſam
Ignota regione viam penetrare ſubegit,
Quando homines etiam & mentis ratione vi-
gentes,
Perque ignota regi faciles interprete lingua,
Si tamen hi careant duce, quo via luceat illis,
Cæcus in externis regionibus implicat error.
Quiſnam igitur direxit iter ſuis? unde voluntas,
Qua dominos ſequeretur, ei, vel ſenſus, ut eſſet
Conſcius ad votum ſe longa ætate coactum?
Unde hæc cura fuit pecori, quæ rara fideles
Excitat, ut tamquam proprio culpabilis actu,
Pigra remanſiſſet ſancto ſus cincta timore,
Contractam remanendo ſibi, veniendo piare
Curaret culpam, & vitium penſaret inertis
Deſidiæ, quamvis ſero comitata profectos
Obſequio dominos? Patet admirabile monſtrum
Cæleſti ditione datum tanto ſuis auſo,
Solus ut iret iter longum, tantoque fuiſſe
Ingenio porcum, ignotis ut tramite recto
Digereret ſpatiis: quid & hoc tam grande,
quod illum
Transbeneventanis huc finibus advenientem,
Publica ſeu medii conſtrata per aggeris audax
Miſerit, occurſus nuſquam cepere frequentes;
Sive per occultos egit veſtigia ſaltus,
Nulla manus ferro, fera vel fuit obvia morſu.
Quæ ſolum duxit manus, aut protexit euntem?
Nempe oculos aliqua celatus nube fefellit,
Aere vel raptus vento mage, quam pede venit,
Et ſubito hoſpitium Domini delapſus ad ipſum,
Conſtitit ignoto pro limine quadrupes hoſpes.
Dicam aliud prope vicini mirabile ſigni.
Nam genere abjunctam pecus armentale ju-
vencam,
Quidam homines æque longinqua huc ſede
profecti,
Secretam primo lactantis ab ubere matris
Nutrierant noſtris votivo munere pactam
Pauperibus, magna quos iſtic plebe coactos

V. 318. Mur. cod. *ſancitam*. At legendum eſt *ſacratam*, ut eſt in noſtro codice.

V. 321. Mur. cod. *Sed grave ſaginæ*. Quæ lectio omnino mendoſa eſt: itaque emendavi ex noſtro codice.

Ibid. Mur. cod. mendoſe habebat: *porcus ſuperante pedumque*. Locum emendavi ex noſtro codice.

V. 328. Mur. cod. *rurſus*: quod nihil refert.

Ibid. Noſter codex mendoſe habet *longo*.

V. 331. Mur. cod. habet *Et*. Noſter *Ut*: quam lectionem probo.

Ibid. Mur. cod. mendoſe habet: *eadem de grege*. Locum reſtitui ex noſtro codice.

V. 332. Murat. cod. *legunt*.

V. 333. Murat. codex *ineptus*. Noſter *iners ſus*: & ita legendum eſt.

V. 337. Mur. cod. *huc*. Noſter *hunc*.

V. 339. Noſter codex habet *aulas*. Malui ſequi lectionem cod. Mur.

V. 340. Noſter codex mendoſe habet *denſeta*.

V. 341. Noſter codex *præterea*. Mihi magis placet lectio codicis Muratorii.

V. 344. Mur. codex mendoſus hic erat: in eo enim legebatur: *tuguri forte aperti*. Nos locum reſtituimus ex noſtro codice.

V. 346. Ita ſcriptum eſt in noſtro codice. In codice vero Mur. *adſtare*. At prior lectio melior.

V. 347. Mur. cod. habet: *ſe miſſum Domino*. At noſtri codicis lectio mihi probatur.

V. 356. In noſtro codice verſus 355. ponitur poſt verſum 356. Ita enim in eo ſcriptum eſt: *Defecit fluidæ depreſſum mole ſaginæ. Qui brevibus ſpatiis in primo fine viarum*. At ego malui ſequi lectionem codicis Mur.

V. 359. Et noſter codex, & Muratorii habet *ſubegit*. At Muratorius mallet legere *coegit*.

V. 361. Noſter codex mendoſe habet: *Perque ignota rei*. At legendum eſt, ut habet Mur. codex.

V. 363. Mur. cod. *extremis*. Mihi magis arridet lectio noſtri codicis.

V. 366. Mur. cod. *paratum*. Noſter *coactum*.

V. 368. In Mur. cod. ſcriptum eſt *aſtu*. At legendum *actu*, ut eſt in noſtro codice.

V. 369. In noſtro codice legitur: *ſancto ſubjecta timore*. At malui ſequi lectionem codicis Muratorii: ad quodnam enim nomen refertur adjectivum femininum *ſubjecta*? an ad *pecus*, quod commemoratur verſu 367? At ibi *pecus* eſt nomen neutrum. Itaque ſi quis legere velit *ſubjecta* pro *ſus cincta*, oportet in verſu 367. legat *pecudi*, non vero *pecori*.

V. 374. In Murat. cod. hic verſus claudicabat: deerat enim vox *tanto*, quam ſupplevi ex noſtro codice.

V. 377. In Mur. cod. ſcriptum eſt: *quod & hoc quam grande*. Noſtri codicis lectionem ſequutus ſum.

V. 778. In Mur. cod. legitur *Trans Veneventanis*.

V. 379. Mur. codex habet *ſe ſtrata*. Noſter *conſtrata*.

V. 380. Muratorius legit *numquam cæpere*. Noſter vero *nuſquam cepere*: quam lectionem ſequor.

V. 381. Mur. codex mendoſe habebat *igitur*. Sed legendum eſt *egit*, ut eſt in noſtro codice.

V. 385. In Mur. codice ſcriptum erat *aera*. At Muratorius recte emendaverat legens *aere*, ut legitur in noſtro codice.

V. 386. In noſtro codice ſcriptum eſt: *Et ſubita hoſpitium domini delapſus ab aura*. At ſequi malui lectionem codicis Murat.

V. 390. In Mur. cod. ſcriptum eſt *hac*. In noſtro *huc*. Ego iſtam lectionem ſequor.

V. 391. Mur. cod. *lactentis*: quam lectionem emendavi ex noſtro codice.

V. 393. Mur. cod. *iſta*: quod mendum ſuſtuli noſtri codicis lectionem ſecutus.

SÆCUL. IV. CIRCA ANN. CHR. 395.

Larga ope multorum FELICIS gratia pascit. A
Ergo ubi jam membris vitula exsultabit adultis
Facta per excretum jam corpus idonea voto,
Promovere domo: sed, qui mos esse videtur
Persolvenda piis longe sua vota ferentum
Martyribus, plaustro subjunctam quo vehe-
rentur,
Aggressi hanc voluere jugo subjungere, quamvis
Insuetam, tamen ut mitem, jamque ante sub-
actam
Usibus humanis, quibus illam e congrege cœtu
Sustulerant domini parvam, tectisque, cibisque
Miscuerant: hinc ut domita feritate putantes
Sub juga se facilem docili cervice daturam,
Sollicitant palpante manu, & conantur in arctum B
Ducere: at illa sibi solitos alludere tactus
Credula consentit primum, sequiturque vo-
cantes.
Verum ubi jam propiata jugo conspexit habenas,
Cervicique suæ persensit lora parari,
Indignata dolis, & permutata repente
Fit fera, nec cervice jugum, nec vincula collo
Suscipit, & victis manibus, lorisque recussis
Prosilit a cœtu retinentum, & devia longe
Rura petit, fugiens dominos, assuetaque tecta.
Nec procul ex oculis hominum de more ferino
Se rapit, & cæcis fugitivam saltibus abdit;
Nam fugiens dominos abeuntes eminus astans
Sic fugit, ut non se patiatur rure relinqui. C

Denique ubi junctum gemino bove currere
plaustrum
Conspicit, humanum sapit, & quasi conscia voto
Deberi se se, comes incipit esse profectis.
Nec longe comes est, tardis comes orbibus ire
Spernit, & excursu velut exsultante gementes
Prætervecta rotas lenti moliminis agmen
Respicit ante volans, nec jam timet ad juga
cogi,
Invisoque prius fit amica, & prævia plaustro,
Donec sacratam ventum FELICIS ad aulam est.
Illic sponte gradum sistit, seseque vocanti
Applicat, & tamquam voti rea gaudet in ipso
Stare loco, propriam cui debet victima cædem.
Illa rebellis, & humanis non subdita vinclis
Ducitur ad placidam nullo luctamine mortem,
Intemerata jugis summittens colla securi,
Pauperibus factura cibos de corpore cæso,
Læta suum fundit dominorum in vota cruorem.
Quorsum isthæc? numquid pecudum est, ut
Apostolus inquit,
Cura Deo? Sed qui propter nos omnia fecit,
Omnia pro nobis operatur in omnibus auctor,
Atque per ignaras pecudes operantia nobis
Signa facit, brutas per clara insignia mentes
Sollicitans firmare fidem, & confidere vero,
Ut Dominum dociles linguis in verba solutis
Non taceant homines, quem signis muta lo-
quuntur.

V. 399. In Mur. codice scriptum erat: *plaustrum subjungere*. Muratorius emendavit sic legens: *plaustro subjungere*. Attamen hiulcus adhuc erat verborum concursus. Itaque legendum *plaustro subjunctam*, ut est in nostro codice.

V. 400. Mur. cod. *submittere*. Utraque lectio probabilis.

V. 401. Emendavi ex nostro codice. Mur. cod. habet *tamen ut mitem jam mente subacta*.

V. 406. Mur. cod. *in artum*.

V. 411. Mur. cod. *dolos*: quæ lectio sit melior, judicet lector.

V. 418. Murat. cod. *adstans*.

V. 420. Mur. cod. *vinctum*. Noster *junctum*.

Ibid. Mur. cod. *currere*. Noster *tendere*.

V. 423. In nostro codice scriptum est *comis*. Ego legendum censeo *comes*, ut est in cod. Mur. Nam prima syllaba vocis *comis* est longa.

V. 424. Mur. cod. *insultante*. Utraque lectio probabilis.

V. 428. Vocula *est* deest in cod. Muratorii: quod parum refert.

V. 440. Emendavi ex nostro codice. Murat. cod. habet *ignotas*.

# S. PAULLINI

## NOLANORUM EPISCOPI

### *CARMEN XIII.* * *IN S. FELICEM.*

Candida pax grata nobis vice temporis D
annum
Post hiemes actas tranquillo lumine ducit,
Signatamque diem sancti FELICIS honore
Securis aperit populis. Gaudere serenis
Mentibus, abstersa diri caligine belli,
Suadet ovans FELIX, quia pacis & ipse patronus
Cum patribus Paullo, atque Petro, & cum
fratribus almis
Martyribus regem regum exoravit, amico
Numine Romani producere tempora regni,
Instantesque Getas ipsis jam faucibus Urbis
Pellere, & exitium, seu vincula vertere in
ipsos,
Qui minitabantur Romanis ultima regnis.
Nunc igitur pulsa formidine, ut imbribus actis,
Respicere expulsas nubes, præsentia rerum
Præteritis conferre juvat. Quam tetra per
istos,
Qui fluxere, dies, elapso nox erat anno,
Cum furor accensus divinæ motibus iræ
Immisso Latiis arderet in urbibus hoste!
Nunc itidem placidi spectata potentia Christi
Munera: mactatis pariter cum rege profano
Hostibus, Augusti pueri victoria pacem
Reddidit, atque annis tener idem, & fortis
in armis
Prævaluit virtute Dei, & mortalia fregit
E

* In nostro codice Carminis titulus hic est: *Incipit liber* XIII.

Vers. 1. Emendavi ex nostro codice. In Mur. codice versus claudicabat: ita enim in eo scriptum erat: *Candida pax grata vice temporis annum*. Muratorius de suo addiderat vocem *lætum* post vocem *pax*.

V. 3. Emendavi hunc locum ex nostro codice. Nam in Mur. codice mendose scriptum erat: *signatumque pio*.

V. 13. In Mur. cod. scriptum erat *&*. Emendavi ex nostro codice, qui habet *ut*.

V. 18. Noster codex pro *in urbibus* mendose habet *milibus*. Itaque secutus sum lectionem cod. Mur.

V. 20. In Mur. codice scriptum est *munere*. Lectionem nostri codicis secutus sum utpote minus obscuram.

V. 22. In nostro codice deest vocula *&*, quam supplevi ex codice Mur.

Quum Dominus faceret Domini sub imagine plasma? A
Christus forma Patris, nos Christi forma & imago,
Condimur in faciem Domini bonitate paterna,
Venturo in nostram faciem post sæcula Christo.
Possum multa sacris exempla excerpere libris,
Ni refugis; quæ te doceant, non in Patre solo
Vim majestatis positam, sed cum Patre Christum
Esse Deum: velut illud ait genealogus idem [a]:
A Domino Dominus flammas pluit in Sodomitas.
Quis Dominus? de quo Domino? si solus ab arce
Siderea spectat Pater, aut ardescit in iras?
Filius armatam Domini Patris ignibus iram
Spargebat Dominus: sunt unum fulmen utraque.

## ADVERSUS JUDÆOS.

## POEMA III.

HÆc si Judaicos sic intellecta rigassent
Auditus, stupidas ut possent tangere fibras;
Audissent Dominum virtutum, qui pereuntes
Venerat ut servaret oves: sed ab auribus omnis B
Fluxerat ornatus; caput & jam coctile Baal
Finxerat, auriculasque suo spoliarat honore.
Dux populi peccantis adest de monte corusci
Luminis, alloquioque Dei; tabulasque tremendo
Incisas digito, cæca ad tentoria defert.
Sed cadit in faciem plebs, non visura profundæ
Legis in effigie scriptum per ænigmata Christum.
Infelix, quæ luce oculos præstricta paventes
Texerit, & presso faciem velarit amictu!
At nos retecto Christum velamine coram
Cernimus, atque Deum vultu speculamur aperto.
Nec, sub lege gravi depressa fronte jacemus;
Sed legis radium sublimi agnoscimus ore.
Heu, frondosa prius ramis felicibus arbor! C
Pinguibus, heu, quondam radix oleagina baccis!
Ecce tibi inserto revirescit nunc oleastro
Truncus, & externi vestitur cortice libri.
Jam miserere tui: non se silvestris olivi
Surculus, exsultans alieno stipite, jactat;
Sed monet ut generis proprii memor, unguine amaro
Contristare comas desuescas, stirpe nec imo
Invideas, missis in celsa cacumina virgis.
Blasphemas Dominum, gens ingratissima, Christum.
Pascha tuum dic, dic cujus de sanguine festum
Tam solemne tibi est? quis tandem cæditur agnus
Anniculus? sacer ille tibi, redeuntibus annis; D
Sed sacer in pecude. Stultum est, sic credere sacrum,
Sanguine balantis summos contingere postes,
Lascivire choris, similaginis azymon esse;
Quum fermentati turgescant crimine mores.
Non sapis, imprudens, nostrum te effingere Pascha?
Legis & antiquæ productis pingere sulcis
Omne sacramentum, retinet quod passio vera:
Passio quæ nostram defendit sanguine frontem,
Corporeamque domum signato conlinit ore?
Hanc fugit exclusis Ægyptia plaga flagellis:
Hæc regis Pharii regnum ferale resolvit:
Deque potestatis mundanæ grandine densa
Eripit Abraham cum stirpe, & gente fideli. E
Abrahæ genus est verum: cui sanguis in ore
Creditus, inscriptusque rubet: cui visus in orbe
Haud dubitante fide, Deus est; Deus ex Patre verus.
Ille Deum vidit; visum mox credidit: at tu,
Posteritas carnis, carnaliter omnia cernens,
Carnis opus sub lege geris, quam spiritus implet
Interior: nec enim lex cælo carnea fluxit,
Quam tu carne colis: sed Christo feta meamque
Spem paritura utero: quam spem? nisi Numinis almum
Lumen, & adventum Domini quem viderat Abræ
Prima fides, nostrisque Pater promiserat olim
Perspiciendum oculis, & legis voce probandum.
Nec solum legis: nam quæ jam litera Christum
Non habet, aut quæ non scriptorum armaria Christi
Laude referta, novis celebrant miracula libris?
Hebræus pangit stilus, Attica copia pangit,
Pangit & Ausoniæ facundia tertia linguæ.
Pilatus jubet ignorans: I, scriba, tripictis
Digere versiculis, quæ sit suffixa potestas,
Fronte crucis: titulus sit triplex, triplice lingua.
Agnoscat Judæa legens, & Græcia norit,
Et venerata Deum percenseat aurea Roma.
Quidquid in ære cavo reboans tuba curva remugit,
Quidquid ab arcano vomit ingens spiritus haustu,
Quidquid casta chelys, quidquid testudo resultat,
Organa disparibus calamis quod consona miscent,
Æmula pastorum quod reddunt vocibus antra,
Christum concelebret, Christum sonet: omnia Christum
Muta etiam fidibus sanctis animata loquantur:
O nomen prædulce mihi! lux, & decus, & spes,
Præsidiumque meum! requies o certa laborum!
Blandus in ore sapor, fragrans odor, inriguus fons,
Castus amor, pulcra species, sincera voluptas!
Si gens surda negat sibi tot præconia de te,
Tam multas rerum voces, elementaque tantæ
Nuntia lætitiæ, stolidas intrare per aures:
Audiat insanum bacchantis energima monstri,
Quod rabidus clamat capta inter viscera dæmon,
Et credat miseranda suis. Torquetur Apollo
Nomine percussus Christi, nec fulmina verbi
Ferre potest: agitant miserum tot verbera linguæ,
Quot laudata Dei resonant miracula Christi.
Intonat antistes Domini: fuge callide serpens,
Exue te membris, & spiras solve latentes.


[a] Gen. xix. 24.

V. 338. *Ramis felicibus*] Virgilius lib. II. *Georg.* (℣. 81.)
*Exiit ad cælum ramis felicibus arbos.*
CHAMILL.

V. 372. *Numinis almum Lumen*] Forte *Luminis almum Lumen*: quomodo paullo ante (℣. 278.)
*Totus & ex toto Deus est, de lumine lumen.*
ID.

V. 391. *Concelebret — sonet, loquantur*] Sic malumus legere cum Tornæs. quam cum Aldo & Chamill. *concelebrat — sonat — loquuntur*. Lectionem nostram confirmant præcedentia, *agnoscat — percenseat*.

V. 400. *Energima*] Ad hunc locum Iso Magister: *Illusionem, imaginem, furias*. Ex Græco ἐνέργημα, *operatio, imaginatio*, vel *phantasia*. Sed heic contra quantitatem peccat Prudentius, quum penultima longa esse debuerit. ID. — Aldus & Tornæs. habent *energia*: & forte ita scripserit Poeta.



Mancipium Christi, fur corruptissime, vexas? A
Desine: Christus adest, humani corporis ultor:
Non licet ut spolium rapias, cui Christus inhæsit.
Pulsus abi, ventose liquor: Christus jubet; exi.
Has inter voces medias Cyllenius ardens
Ejulat, & notos suspirat Juppiter ignes.
Ecce Gerasenos legio ruit effera porcos:
Et, post multiplices busti sub rupe catenas,
Pœnarum gemitus longis grunnitibus edit.
Clamarat, sed ab ore hominis ᵃ: Cognoscimus, Jesu,
Nate Deo, nate sceptris & germine David,
Qui sis, quid venias: qua nos virtute repellas,
Novimus, adventusque tui terrore jacemus.
Hæc, Judæa, tuas vox non pervenit ad aures? B
Pervenit, mentem sed non penetravit egenam
Lucis, & a primis foribus disclusa refugit.
Audiit adventum Domini, quem solis Iberi
Vesper habet, roseos & qui novus excipit ortus.
Laxavit Scythicas verbo penetrante pruinas
Vox evangelica: Hircanas quoque fervida brumas
Solvit, ut exutus glacie jam mollior amnis
Caucasea de cote fluat Rhodopeius Hebrus,
Mansuevere Getæ, feritasque cruenta Geloni
Lacte mero sitiens exsanguia pocula miscet,
Libatura sacros Christi de sanguine potus.
Novit & Atlantis pridem plaga perfida Mauri
Dedere crinitos ad Christi altaria reges.
Ex quo mortalem præstrinxit Spiritus alvum, C
Spiritus ille Dei; Deus & se corpore matris
Induit, atque hominem de virginitate creavit;
Delphica damnatis jacuerunt sortibus antra:
Non tripodas cortina tegit: non spumat anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita libris:
Perdidit insanos mendax Dodona vapores:
Mortua jam mutæ lugent oracula Cumæ:
Nec responsa refert Libycis in syrtibus Ammon:
Ipsa suis Christum capitolia Romula mærent,
Principibus lucere Deum, destructaque templa
Imperio cecidisse ducum. Jam purpura supplex
Sternitur Æneadæ rectoris ad atria Christi,
Vexillumque crucis summus dominator adorat.
Principibus tamen e cunctis non defuit unus, D
Me puero, ut memini, ductor fortissimus armis,
Conditor & legum, celeberrimus ore manuque,
Consultor patriæ, sed non consultor habendæ
Relligionis, amans tercentum millia divum.
Perfidus ille Deo, quamvis non perfidus Urbi,
Augustum caput ante pedes curvare Minervæ
Fictilis, & soleas Junonis lambere, plantis
Herculis advolvi, genua incerare Dianæ:
Quin & Apollineo frontem submittere gypso,
Aut Pollucis equum suffire ardentibus extis.
Forte litans Hecaten placabat sanguine multo:
Pontificum festis ferienda securibus illic
Agmina vaccarum steterant, vitulasque revincta
Fronte coronatas umbrabat torta cupressus: E
Jamque infertato reserabat viscera cultro
Vittatus de more senex, manibusque cruentis
Tractabat trepidas letali frigore fibras,
Postremosque animæ pulsus in corde tepenti
Callidus interpres numeris & fine notabat;
Quum subito exclamat media inter sacra sacerdos
Pallidus: En quid ago? majus, rex optime, majus
Numen quod nescio nostris intervenit aris,
Quam sufferre queant spumantia cymbia lacte,
Cæsarum sanguis pecudum, verbena, coronæ.
Accitas video longe dispergier umbras.
Territa Persephone vertit vestigia retro,
Exstinctis facibus, fracto fugitiva flagello.
Nil agit arcanum murmur: nil Thessala prosunt
Carmina: turbatos revocat nulla hostia manes.
Nonne vides, ut turibulis frigentibus ignis
Marceat? ut canis pigrescat pruna favillis?
Ecce Palatinus pateram retinere minister
Non valet: elisa distillant balsama dextra:
Flamen & ipse suas miratur vertice laurus
Cedere, & incertum frustratur victima ferrum.
Nescio quis certe subrepsit Christicolarum
Heic juvenum: genus hoc hominum tremit infula & omne
Pulvinar divum: lotus procul absit, & unctus:
Pulcra reformatis redeat Proserpina sacris.
Dixit, & exsanguis conlabitur, ac velut ipsum
Cerneret exserto minitantem fulmine Christum.
Ipse quoque exanimis posito diademate princeps
Pallet, & adstantes circumspicit: ecquis alumnus
Chrismatis inscripto signaret tempora ligno;
Qui Zoroastræos turbasset fronte susurros.
Armiger e cuneo puerorum flavicomantum
Purpurei custos lateris deprenditur unus:
Nec negat, & gemino gemmata hastilia ferro
Projicit, ac signum Christi se ferre fatetur.
Prosiluit pavidus dejecto antistite princeps,
Marmoreum fugiens nullo comitante sacellum.
Tum tremefacta cohors, dominique oblita, supinas
Erigit ad cælum facies, atque invocat Jesum.
Jam ne piget facti? jam pœnitet? en tibi Christum,
Infelix Judæa, Deum: qui sabbata solvens
Terrea, mortales æterna in sabbata sumsit,
Gentibus emicuit, præfulsit regibus, orbem
Possidet, imperii dominam sibi credere Romam
Compulit, & simulacra deum Tarpeja subegit.
Disce tuis miseranda malis, quo vindice tandem
Vana superstitio, lex & carnaliter acta
Plectatur, cujus virtus te proterat ultrix.
Destructo ne jacent Salomonia saxa metallo
Ædificata manu? jacet illud nobile templum?
Cur jacet? artificis quia dextra solubilis illud
Cæmentum struxit resolubile. Jure solutum est,
Et jacet; in nihilum quoniam redit omne politum.
E Quod fieri recipit, recipit quandoque perire.

ᵃ Matth. VIII. 29. Marc. V. 7. Luc. VIII. 28.

V. 417. *Cognoscimus, Jesu*] Non semel in hoc peccatum incidit Prudentius; nisi legas *Isu*, ut quidam volunt. Sed de hoc infra ad *Cathem.* Hymn. I. ✠. 82. CHAMILL.

V. 425. *Roseos -- ortus*] *Vesper -- roseus* perperam legebatur. Ortui enim solis id convenit. Unde Claudianus de Cometa (*Carm.* XXVI. ✠. 244.) —— *Roseo solis prolatus ab ortu*. Apud Nasonem quoque *Rosea aurora* occurrit (*Fastor.* lib. V. ✠. 159.) ID.

V. 454. *Urbi*] Sic Ald. Tornæs. al. Sed Chamill. *orbi*: quod non placet.

V. 457. *Genua incerare*] Hoc est, cereas tabellas, literis signatas, quæ vota explicabant, Dianæ imaginibus affigere. Id *assignare* uno verbo dixit Apulejus Apolog. *Votum in alicujus statuæ femore assignasti*. CHAMILL. —— Veteres editi, *genua incurvare*.

V. 474. *Accitas video --- umbras*] Heinsius legit, *excitas*: quod sit proprium in re magica verbum. Apud Maronem *Eclog.* VIII. (✠. 98.)


—— *Animas imis excire sepulcris.*

CHAMILL.

V. 476. *Fracto*] Ita Chamill. Vett. editt. *tracto*.

V. 493. *Ligno*] Omnes legere *signo* tradit Chamillardus; qui propterea mavult cum Heinsio *ligno*, quod *signare signo* inconcinnius dicatur, quam *signare ligno*. Sed non OMNES *signo* legunt: Siquidem lectionem *ligno* quæ magis placet Chamillardo & Heinsio, exhibent Aldus & Tornæsius. Utcumque sit, malim equidem *signo*, quod mox subdat Prudentius ✠. 498.

—— *ac* SIGNUM CHRISTI *se ferre fatetur.*



Si nostrum contra quod sit, vis discere, templum: A
Est illud, quod nemo opifex fabriliter aptans
Composuit, quod nulla abies pinusve dolata
Texuit, exciso quod numquam marmore crevit;
Cujus onus nullis fultum sublime columnis
Fornice curvato tenui super arte pependit:
Sed Verbo factum Domini, non voce sonora,
Sed Verbo, quod semper erat. Verbum caro factum est.
Hoc templum æternum est: hoc finem non habet: hoc tu
Expugnare volens, flagris, cruce, felle petisti.
Destructum jacuit pœnis vexantibus: esto:
Matris enim ex utero, quod destrueretur, habebat. B
Sed quod morte brevi materna ex parte solutum est,
Majestate Patris vivum lux tertia reddit.
Vidisti, angelicis comitatum cœtibus, alte
Ire meum, cujus fervor munimine, templum.
Illius æternæ suspendunt culmina portæ,
Ac per inaccessas scalarum gloria turres
Tollitur, & gradibus lucet via candida summis:
At tua congestæ tumulant holocausta ruinæ.
Quid mereare, Titus docuit: docuere rapinis
Pompejanæ acies; quibus exstirpata per omnes
Terrarum pelagique plagas tua membra feruntur.
Exsiliis vagus huc illuc fluitantibus errat
Judæus, postquam patria de sede revulsus,
Supplicium pro cæde luit, Christique negati
Sanguine respersus commissa piacula solvit.
En quo priscorum virtus defluxit avorum!
Servit ab antiquis delapsa fidelibus heres
Nobilitas, sed jam non nobilis: illa recentem
Suspectat captiva fidem: vis tanta novellæ
Credulitatis inest. Christum confessa, triumphat
Gens infida prius: Christi sed victa negatrix
Subditur imperio, dominos sortita fideles.

## *CONTRA HOMUNCIONITAS.

## POEMA IV.

Sunt qui Judaico cognatum dogma furori
Instituunt, media Christum ratione secuti:
Hoc tantum, quod verus Homo est: at cælitus illum
Affirmant non esse Deum: pietate fatentur;
Majestate negant: morum pro laude sacratum
Concelebrant: adimunt naturæ summa supernæ.
Omne opus egregium, per quod sollertia pollens
Emicat, ingenii est aut roboris: illud acuto
Corde viget: duris excellit viribus istud.
Mortale est sed utrumque homini: nam cana senescunt
Ingenia, & validos consumunt sæcla lacertos.
Hæc nos in Domini virtute & laude perenni
Non sequimur: sequimur, nullo quod semine terræ
Germinat: immundum quod non de labe virili
Sumit principium: tener illum seminat ignis: D
Non caro, nec sanguis patrius, nec fœda voluptas.
Intactam thalami virtus divina puellam
Sincero afflatu per viscera casta maritat.
Incomperta ortus novitas jubet, ut Deus esse
Credatur Christus sic conditus: innuba virgo
Nubit Spiritui, vitium nec sentit amoris.
Pubertas signata manet: gravis intus, & extra
Incolumis: florens de fertilitate pudica
Jam mater, sed virgo tamen: maris inscia mater.
Quid renuis? quid inane caput, non credule, quassas?
Angelus hoc sancto pronuntiat ore: placet ne
Credere, & angelicis aurem reserare loquelis?
Ipsa coruscantis monitum sacra virgo ministri E
Credidit, atque ideo concepit credula Christum.
Credentes nam Christus adit: dubitabile pectus
Sub titubante fide, refugo contemnit honore.
Virginitas & promta fides Christum bibit alvo
Cordis, & intactis condit paritura latebris. C
Crede quod emissus solio Patris Angelus infit:
Vel, si concretus liquidam de sidere vocem
Non capit auditus; mulier quid conjuge prægnans
Clamet anus, credens & tandem sobrius audi.
Mira fides! utero puer interceptus anili
Virgineum Dominum materno ex ore salutat
Primus, & infantem non natus nuntiat infans
Jam nostrum vagire sibi: nam pusio nondum
Norat, & ora Deo reserabat garrula Christo.
Promite secretos fastos: date, pandite librum,
Evomuit spirante Deo quem sanctus Esajas.
Percensere libet, calamique revolvere sulcos,
Sidereis quos illa notis manus aurea duxit.
Ite hinc, dum rutilos apices submissus adoro,
Dum lacrymans veneror, dumque oscula dulcia figo.
Gaudia concipiunt lacrymas, dant gaudia fletum.
Advenit promissa dies, quam dixerat iste
Adfore versiculus, quum Virgo puerpera, teste
Haud dubie sponso, pacti cui cura pudoris,
Edidit, Emmanuelque meum me cernere fecit.
Est ne Deus jam noster homo? versatur & adstat
Nobiscum: nomenque probat, versumque vetustis
Obscurum sæclis præsenti inluminat ore.
Est ne Deus, cujus cunas veneratus Eous
Lancibus auratis regalia fercula supplex
Virginis ad gremium pannis puerilibus offert?
Quis tam pennatus, rapidoque simillimus Austro
Nuntius, Auroræ populos atque ultima Bactra
Attigit, inluxisse diem lactantibus horis,

V. 523. *Arte* ] Sic Chamill. At Ald. & al. *arce*.

* HOMUNCIONITAS ] Sic Aldus. Paullo aliter Tornæs. HOMUNTIONITAS. Al. HOMOUSIONITAS. Quem in locum Chamillardus: *Homuncionitarum nomen*, inquit, non esse solicitandum nos docet auctor antiquus *de Hæresibus*, quem sub *Prædestinati* nomine Jacobus Sirmondus emisit in lucem: *Homuncionitæ qui dicunt, in corpore hominem esse imaginem Dei, non in anima*.

V. 579. *Monitum - credidit* ] Sic vett. editt. Aldin. Tornæs. al. Et recte quidem. Nam supra ✝. 368.

*Ille Deum vidit, visum mox credidit.* ——

Et infra ✝. 715. *Jam crede Deum*. Al. *monitis*.

V. 594. *Fastos* ] Sequimur heic Aldum & Tornæsium. Atque ita legendum suadent, quæ mox sequuntur: *date, pandite librum*: adeoque nobis haud probatur Chamillardi lectio, *secretos fatus*.

V. 613. *Lactantibus horis* ] Viri docti suspicati sunt, non *lactantibus horis*, ut multis placuit, sed *luctantibus horis* esse legendum. Quippe quod a nativitate Christi horæ diei cum horis noctis quodammodo luctantur. Sed, *lactantibus horis*, verum est, hoc est foventibus & quasi nutrientibus: quomodo nutriri ac ali spe & gaudio. Et Prudentius περὶ στεφ. Hymn. II. ✝. 570.


*Tuosque alumnos urbicos*

— — — —

*Paterno amore nutrias.*

CHAMILL.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.



Qua tener innupto penderet ab ubere Christus? A
Vidimus hunc, ajunt, puerum per sidera ferri,
Et super antiquos signorum ardescere tractus,
Diriguit trepidans Chaldæo in vertice pernox
Astrologus, cessisse Anguem, fugisse Leonem;
Contraxisse pedes lateris manco ordine Cancrum;
Cornibus infractis domitum mugire Juvencum;
Sidus & Hircinum laceris marcescere villis.
Labitur hinc pulsus Puer Hydrius: inde Sagitta:
Palantes Geminos fuga separat: improba Virgo
Prodit amatores tacitos in fornice mundi.
Quique alii horrificis pendent in nubibus ignes,
Luciferum timuere novum: rota lurida Solis
Hæret, & excidium sensit jam jamque futurum,
Seque die medio velandam tegmine glauco, B
Splendoremque poli periturum nocte diurna,
Orbe repentinis caput obnubente tenebris.
Hunc ego non cumulem myrrhæque & turis & auri
Muneribus? scio quem videam; quæ dona rependam.
Hunc ego non venerer? qui cælo visus, humique
Inventus Rex atque Deus, moderatur utrumque
Naturæ specimen, tumuloque inferna refringens
Regna, resurgentes secum jubet ire sepultos?
Cælum habitat, terris intervenit, abdita rumpit
Tartara: vera fides: Deus est, qui totus ubique est.
Numquid vana viros aut mens aut lingua fefellit? C
Numquid fortuitis frustrantia dona dederunt
Casibus? aut cæco votum sub honore dicarunt?
Quæ porro caussa aut ratio submittere colla
Ante pedes Mariæ, puerique crepundia parvi;
Si tantum mortalis erat, nec summa potestas
Implebat teneros divinis flatibus artus?
Sed jam tolle Magos, tus, aurum, myrrhea dona,
Quæ verum docuere Deum: præsepia, pannus
Matris adoratum gremium: face sideris ardens
Ipsa Deum virtus, factorum & mira loquantur.
Insanos video subito mutescere ventos,
Quum jubeat Christus: video luctantia magnis D
Æquora turbinibus tranquillo marmore tendi
Imperio Christi: video, calcatus eumdem
Quum patitur gurges, tergum solidante liquore.
Ipse super fluidas plantis nitentibus undas
Ambulat, & presso firmat vestigia fluctu:
Increpat ipse Notos, & flatibus otia mandat.
Quis jubeat sævis Aquilonibus, (Ite: silete
Carceribus vestris, amploque facessite ponto)
Sit nisi cælipotens, Aquilonum conditor idem?
Ninguidus agnoscit Boreas atque imbrifer Eurus
Nimborum Dominum, tempestatumque potentem:
Excitamque hiemem verrunt ridente sereno.
Quis pelagi calcarit aquas? quis per vada glauca E
Gressibus impressis spatiatus triverit udum
Non submersus iter, sola pendulus, & pede sicco,
Æquoreæ nisi factor aquæ? qui Spiritus olim
Ore superfusus patrio volitabat in undis
Nondum discretis, nec certo litore clausis.
Sustinuit gressum Domini famulus liquor, ac se,
Mobilitate carens, solidos substrinxit ad usus.
Quid diversa Dei memorem facta inclyta Christi;
Altius inspecta quem majestate, negator,
Haud dubitans hominem, tute ipse fatebere Numen?
Inlevit cæcos oculos, & lumina limo
Reddidit, humectam sacro sputamine terram
Contrectans digitis: luteum medicamen operta
Nox habuit: tenebras obducta uligo removit.
Insuper ostendit quonam caligo lavacro
Expurganda foret: variis Siloa refundit
Momentis latices, nec fluctum semper anhelat;
Sed vice distincta largos lacus accipit haustus.
Agmina languentum sitiunt spem fontis avari,
Membrorum maculas puro ablutura natatu.
Certatim interea roranti pumice raucas
Exspectant scatebras, & sicco margine pendent.
Hoc limum jubet impositum de fonte lavari
Christus, & infusa vultum splendescere luce.
Norat enim limo se se informasse figuram
Ante tenebrosam, proprii medicamen & oris
Adjecisse novo, quem primum finxerat, Adæ.
Nam sine divino Domini perflamine summi
Arida terra fuit, nulli prius apta medelæ:
Sed postquam liquidus cælesti Spiritus ore
Virgineam respersit humum, medicabilis illa est:
Inde trahit succum, lentoque humore salutem
Inlinit, infunditque diem baptismate lota.
Cæcus adest, oculis jam Christi ex ore retectis,
Seque luto & nitidis lucem sumsisse fluentis
Clamat, & auctorem stupefacta per oppida monstrat:
Auctorem lucis, largitoremque dierum,
Non dedignatum medicæ purgamen aquai
Corpore sub proprio monstrare errantibus ægris.
Millibus ex multis paucissima quæque retexam;
Summatim relegam, totus quæ non capit orbis.
Quinque in deserto panes jubet, & duo pisces
Adponi in pastum populis, qui forte Magistrum,
Non revocante fame, stipabant undique septum:
Immemoresque cibi, vicos, castella, macellum,
Oppida, mercatus, & conciliabula, & urbes
Respuerant, largo contenti dogmate vesci.
Multa virum strato fervent convivia fœno.
Centenos simul accubitus iniere sodales,
Seque per innumeras infundunt agmina mensas,
Pisciculis (jam crede Deum) saturanda duobus,
Et paucis crescente cibo per fragmina crustis.
Ambesis dapibus cumulatim aggesta redundant
Fercula: bis senos micarum molibus implent
Post cœnam cophinos: crudus conviva refudat
Congeriem ventris: gemit & sub fasce minister.
Quis cumulare potest epulas in grandia parvas?
Quis, nisi qui corpus, pastumque & corporis omnem
Condens ex nihilo nulla exsistente creavit
Mundum materia? Non sicut sculptor ab æris
Rudere decoctam consuescit vivere massam;

Chamill. — Quid si legamus cum Aldo, *lactantibus oris*? ut innuat Prudentius extimas Orientis plagas, unde Magi primitiæ gentium, velut *infantes* in fide, ad Christum adorandum venerunt. Hanc sane lectionem contextus comprobare videtur: nam ℣. 615.

*Vidimus hunc, ajunt, puerum per sidera ferri.*

V. 622. *Sagitta*] Sic Chamill. Vett. editt. *Sagittæ*.

V. 652. *Tranquillo marmore*] Mari pacato. Virgilius lib. I. *Georg.* (℣. 254)

*Et quando infidum remis impellere marmor*
*Conveniat.*


Chamill.

V. 662. *Nimborum --- potentem*] Virgilium lib. I. *Æn.* ℣. 83. imitatur Prudentius:

*— Tu das epulis accumbere divum,*
*Nimborumque facis tempestatumque potentem.*

V. 702. *Aquai*] Pro *aquæ*: dissolutio more veterum diphthongi *æ*, quæ Græcis est *αι*, in vocales *a* & *i*. Chamill. — Etiam Tornæs. habet *purgamina aquai*: at Aldus, *purgamina lymphæ*.

V. 725. *Vivere massam*] Quæ lectio hactenus fuit contemta, licet elegantissima sit & verissima: non vero *fin-*



Sed Deus omnipotens orbem fine femine finxit. A
Nil erat omne quod eft: nil id, procedere & effe
Atque novum fieri, mox & grandefcere, juffum eft.
Parvum de nihilo primum fuit: addita parvo
Incrementa modis auxerunt omnia plenis.
Ergo ego, quum videam manibus fic crefcere Chrifti
Parva alimenta hominum, poffum dubitare per ipfum
Exiguas rerum fpecies, elementaque mundi
Ex nihilo primum modica, & mox grandia fenfim
Creviffe, ex modicis quæ confummata videmus?
Ac ne poft hominum paftus calcata perirent, B
Neve relicta lupis aut vulpibus, exiguifve
Muribus in prædam nullo cuftode jacerent:
Bis fex appofiti, cumulatim qui bona Chrifti
Servarent gravidis procul oftentata caniftris.
Sed quid ego hæc autem titubanti voce retexo,
Indignus qui fancta canam? Procede fepulcro
Lazare: dic, cujus vocem tellure fub ima
Audieris, quæ vis penetraverit abdita leti?
Quod quum te Chriftus penitus nigrante profundo
Immerfum vocat, ut redeas, ceu proximus audis,
Nec remoratus ades? quæ tam vicina Charybdis
Regna tenebrarum tenus diftantia fine
Conjungit fuperis? ubi Tænara triftia vafto
In præceps dejecta Chao, latebrofus & ille C
Amnis inexpletis volvens incendia ripis?
Ante fores tumuli, quas faxa immania duro
Obice damnarant, fcopulis fubftructa cavatis,
Stat Dominus, nomenque ciet frigentis amici,
Nec mora: funereus revolutis rupibus horror
Evomit exfequias gradiente cadavere vivas.
Solvite jam lætæ redolentia vincla forores.
Solus odor fparfi fpiramen aromatis efflat,
Nec de corporeo nidorem fordida tabo
Aura refert: oculos fanie ftillante folutos
Priftinus in fpeculum decor excitat, & putrefactas
Tincta rubore genas paullatim purpura veftit.
Quis potuit fluidis animam fuffundere membris?
Nimirum qui membra dedit: qui fictilis ulvæ
Perflavit venam madidam; cui tabida gleba
Traxit fanguineos infecto humore colores.
O mors, auritis jam mitis legibus! o mors
Surda prius, jam docta fequi quacumque jubetur,
Cui tantum de te licuit? convicta fatere
Effe Deum, folus qui me tibi præripit, Jefum.
Abde negatores Chrifti: nemo invidet, abde:
Utere forte tua: blafphemis nocte tenendis,
Perpetua, plebem juftorum capta refolve:
Qui norunt hominem atque Deum fic dicere Chriftum,
Ut verus fummufque Deus mortalia geftet.
Ipfe gerit, quod ftruxit opus, nec ferre pudefcit
Factor quod peperit: corpus loquor, atque animæ vim.
Finxerat hoc digitis: animam fufflaverat ore.
Totum hominem Deus adfumit, quia totus ab ipfo eft:
Et totum redimit, quem fumferat: omne reducens
Quidquid homo eft: iftud tumulis, aft illud abyffo.

# DE NATURA ANIMÆ.

## POEMA V.

Occurrit dubitans hic differtator, & illud
Objicit: An ne fides capit, ut fubftantia flante
Infpirata Deo cruciatum fentiat, atque D
Inferni petat ima poli, barathroque coquatur?
Crede animam non effe Deum: fed crede creatis
Majorem cunctis: ipfam quoque crede creatam.
Formata eft namque ore Dei, quæ non erat ante:
Sed formata habitu pulcherrima, pictaque rebus
Divinis, & plena Deo, fimilifque creanti;
Non tamen ipfa, Deus: quoniam generatio non eft,
Sed factura Dei eft: folus de corde parentis
Filius emicuit: verus Deus, ille: fed iftud
Conlatum eft animæ, fubito ut, quæ non erat, effet.
Ille coæternus Patri eft, femper in ipfo eft:
Nec factus, fed natus, habet quodcumque paternum eft. E
Hæc fimilis, velut umbra, Dei eft: fic ipfe loquutus
Factor, utroque hominem meditans de figmine junctum
Ædificare fui fimilem. Sed non habet umbra,
Quod corpus folidum; cujus imitatio in umbra eft:
Atque aliud verum eft, aliud fimulatio veri.
Eft fimilis, fæclis quod non confumitur ullis,
Quod fapiens, juftique capax, reginaque rerum
Imperat: ante videt, perpendit, præcavet, infit,
Verborum morumque opifex, inftructaque mille
Artibus, & cælum fenfu percurrere docta.
His animam fimilem fibi conditor effigiavit,
Cetera diffimilem: quippe hanc comprendere promtum eft,
Quam modus & fpecies determinat: at Deus ingens
Atque fuperfufus trans omnia, nil habet in fe
Extremum; ut claudi valeat, fenfuve teneri.
Incomprenfa manet virtus, cui linea defit
Ultima, quam fpatium non menfurabile tendit.

*gere maffam*. Sic *fpirantia æra* Virgilio & Claudiano: tum *vivi vultus*. Lib. VI. *Æn* (✝. 847.)

*Excudent alii fpirantia mollius æra,*
*Credo equidem: vivos ducent de marmore vultus.*

Apud Juven. *Sat.* VIII. (✝. 102.)

*Et cum Parrhafii tabulis, fignifque Myronis*
*Phidiacum vivebat ebur.*

Complura his affimilia occurrunt. *Confuefcit vivere* pro *confuefacit*. Sic lib. I. *contra Symm.* (✝. 540.)

*— — remque Quirini*
*Affuefcit fupero pollere in fecula regno.*

Chamill.

V. 741. *Sed quid ego hæc autem*] Virgilianum illud lib. II. *Æn.* ✝. 101.

*Sed quid ego hæc autem nequidquam ingrata revolvo?*

Id.

V. 768. *Quacumque jubetur*] Sic Aldus & Tornæf. Sed Chamillardus apud quem, *quodcumque jubetur*, hæc fcribit in hunc locum: „ Editio Fabricii, *quacumque juberis*; quod placet Heinfio. Tale enim illud Nafonis de lacrymis, (*Heroid.* Epift. II. ✝. 52.)

*Hæc quoque habent artem: quaque jubentur, eunt.* „

V. 772. *Utere forte tua*] Illud quoque Virgilianum lib. XII. (✝. 932.)


*Utere forte tua: miferi te fi qua parentis*
*Tangere cura poteft*, oro cet.

Chamill.

V. 793. *Verus Deus ille: fed iftud*] Hæc eft lectio vett. editt. Sed Chamill. *verus, verus Deus ille. Collatum* cet.

V. 795. *In ipfo eft*] Ita Tornæf. Omittunt *eft* Ald. & Chamill.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.



Ergo animam factam, magno & factore minorem, A
Majoremque aliis, atque omnibus imperitantem,
Corruptela putris nascentem turbida carnis
Concipit, ac membris tabentibus interfusam
Participat de fæce sua: fit mista deinde
Peccandi natura luto, cum simplice flatu.
Sed fortasse animam, Domini quia fluxit ab ore,
Compositam factamque neges: velut ipsa Dei pars,
(Quod dictu scelus est) tetras trahat oblita culpas,
Et pessum damnata ruens Chaos intret opertum.
Sit res illa Dei: non abnuo: pars tamen illa
Haudquaquam dicenda Dei est, quæ tempore cœpit:
Nec prior aut senior, quam primum plasma, putanda est.
Tunc etenim factam video, quum cordis amici
Intravit germana domum, limique recentis
Hospita, & ipsa recens fraterna sedit in aula.
Illa quidem flatus Domini est: sed spiritus & vis
Non est plena Dei; tanto moderamine missa,
Quanto flans voluit flandi servare tenorem.
Est impossibile, spectare profunda Sabaoth:
Sed speculum deitatis homo est. In corpore discas
Rem non corpoream sollers, interprete Christo:
Qui Patrem proprium mortali in corpore monstrat.
Perspice, quam varios fundamus ab ore vapores, C
Spiramus quoties animæ sufflabilis auras.
Nunc flatum tepidum calor exhalatus anhelat,
Rorantes nebulas udis de faucibus efflans:
Quum libet, in gelidum flabrali frigore ventum
Spiritus exsistit tenuis, & sibilat aër.
Adde & distinctum, quem musica tibia flatum
Concipit: aut ille est presso modulamine parcus,
Aut tumidum largo sublimat flamine bombum,
Aut raucos frangit modulos, aut lene susurrat,
Aut exile trahens sonitus producit acutos,
Aut murmur tenerum sublidit voce minuta.
Hæc quum te videas mortali in corpore posse,
Cur non Æternum potuisse infundere credas, D
Qualem animam voluit? præscriptis quam quia condens
Efflavit fuditque modis, sit facta necesse est.
Denique multa sapit, sed non sapit omnia, nostræ
Vis animæ, certum sapere ac prænoscere jussa.
Jam, cui certus inest modus, & cui nosse negatum est
Omnia, factura est: nam condita & aucta probatur.
Collige de simili, sit ne hæc factura: creavit
Nempe manus Domini corpus mortale, lutumque
Composuit digitis: numquid manus articulatim
Est digesta Dei? numquid vola? numquid & ungues E
Claudere flexibiles? patulam seu tendere palmam?
Ista figura manus nostræ est, quam non habet in se
Incircumscriptus Dominus: sed tradita forma est,
Humanis quæ nota animis daret intellectum.
Ut per corpoream speciem plasmasse feratur
Corporis effigiem: sic est plasmata vicissim
Flatu incorporeo res flabilis: oris & esse
Fertur opus, tenuis per quod constructa refulsit
Forma animæ, atque rudi factam se munere sensit.
Si non est factura manus caro nostra; nec oris
Est factura anima, flatu & spiramine cœpta,
Inque locum deducta aliquem: namque omne quod hora
Natalis profert, locus accipit: & locus ullus
Quod cohibere potest, modicum est, nec in omnia fusum:
Et quod tam modicum est, ut certa sede locetur,
Jam titubare potest: & quod titubaverit, intra
Naturam vitii est: vitiosum denique tristem
Recidit in pœnam: Deus hoc, mihi credite, non est. B
Aut si majestas animæ est, ostendite quid sit,
Quod lapsam Christique inopem nova gratia inundat,
Spiritus & sanctus baptismate justificatam
Nobilitat, famulæque decus quod defuit, addit.
Quod, quia præstatur meritis, meritisque negatur,
Absurde fertur, Deus aut pars esse Dei; quæ
Divinum summumque bonum de fonte perenni
Nunc bibit obsequio, nunc culpa aut crimine perdit:
Et modo supplicium recipit, modo libera calcat.
Miraris peccare animam, quæ carne coactam
Sortita est habitare domum, quum peccet & ipse
Angelus, hospitium qui nescit adire caducum,
Cratis tabifluæ? peccat, quia factus & ipse est,
Non genitus: quocumque modo sit factus, id unus
Scit factor Dominus: factum mihi credere sat sit.
Solus labe caret peccati conditor orbis,
Ingenitus genitusque Deus, Pater & Patre natus;
Solus & exceptus tormentum admittere triste,
Inviolatus agit, nec quidquam sentit acerbi.
Exsortem dic esse animam crucis atque doloris,
Si culpæ immunem, vacuamque a crimine nosti:
Quæ peccare valet, valet & succumbere pœnæ.
Ipsa quidem sincera fuit, dum conditur olim;
Quæ conlata rudem fecit vivificere limum:
Utpote de liquido naturæ semine primos
Accipiens habitus, superoque expressa sereno.
Sed mox ut gravido jussa est innectier arvo,
Suavibus inlecebris nimium blandita refrixit;
Deque volutabris pretiosum polluit ignem,
Dum transgressa Dei positum fas improba calcat.
Hæc prima est natura animæ: sic condita simplex,
Decidit in vitium per sordida fœdera carnis.
Exin, tincta malo peccamine principis Adæ,
Infecit genus omne hominum quod pullulat inde:
Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu
Primi hominis maculas; nec quisquam nascitur insons.
Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis
Transfundi in sobolem credatur fons animarum
Sanguinis exemplo, cui texta propagine vena est.
Non animas animæ pariunt: sed lege latenti
Fundit opus natura suum, quod parvula anhelent

V. 819. *Peccandi natura luto* ] Cauchius quum in vetusto codice invenisset, *peccando natura luti*, contendit castigandum, *peccati natura luti*; ut peccatum luti dixerit Prudentius, pro eo quod in Adam principe olim peccavit. Peccatum tamquam plane præteriti temporis participium agentis verbi significatione usurpans, Terentiano videlicet exemplo ex Hecyra: *Jam ætate ea sum, ut non siet peccato mihi ignosci æquum*. Apud Paullinum quoque epitaphio Celsi in exemplaribus præstantioris notæ: *Peccato lugere juvat, contractaque culpis vulnera profusis fletibus abluere*. Posset etiam non inconcinne *peccantis luti* corrigi. Chamill. — Nihil equidem mutarim: vulgata enim lectio, est vetustiorum præstantiorumque editorum.

V. 902. *Vivificere* ] Utuntur hoc verbo Plinius lib. ix. cap. li. & Lucretius lib. vi. VV. 1061, & 1131.

Vascula, vitalisque adsit scintilla coactis. A
Quæ quamvis infusa novum penetret nova semper
Figmentum, vetus illa tamen de crimine avorum
Ducitur, illoto quoniam concreta veterno est.
Inde secunda redit generatio, & inde lavatur
Naturæ inluvies: iterumque renascimur intus
Perfusi, ut veterem splendens anima exuat Adam.
Quæ quia materiam peccati ex fomite carnis
Consociata trahit, nec non simul ipsa sodali
Est incentivum peccaminis, implicat ambas
Vindex pœna reas, peccantes mente sub una;
Peccandique cremat socias cruciatibus æquis.
His crucibus Christus nos liberat, incorruptæ
Matris, & innocui gestator corporis: unus
Naturam pœnæ expositam, sed non vitiorum
Naturam expositam contactibus induit Jesus:
Atque ideo pœnæ nil debuit, intemeratus,
Fraude carens, omni culparum aspergine liber.
Quid peccatorum prosapia corpore in illo?
Quid Christi in membris peccati sæva satelles
Pœna ageret? quid mors homini sine crimine posset?
Nimirum cassis conatibus, & sine nervis
Concideret, sterilis peccati fomite nullo.
Mors alitur culpa: culpam qui non habet, ipso
Pastus defectu mortem consumit inanem.
Sic mors in Domini consumta est corpore Christi:
Sic periit, solitum dum non habet arida pastum.
Suscipe quapropter solum inculpabile Numen,
Virtutem Patris & Christi: & jam desine nostræ
Invidiam conflare animæ, quod sit Deus, aut quod
Portio parva Dei: quum Christo abscidere quidquam, B
Et resecare Deo partem, vel carpere tantum
Numen non liceat, plenum sibi semper & in se.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.

## ADVERSUS PHANTASMATICOS,

*Qui Christum negant verum hominis corpus habuisse.*

## POEMA VI.

EST operæ pretium nebulosi dogmatis umbram
Prodere, quam tenues atomi compage minuta
Instituunt: sed cassa cadit, ventoque liquescit C
Assimilis, fluxu nec se sustentat inani.
Aerium, Manichæus ait, sine corpore vero
Pervolitasse Deum, mendax phantasma, cavamque
Corporis effigiem, nil contrectabile habentem,
Ac primum specta, an deceat quidquam simulatum
Adsignare Deo, cujus mera gloria falsi
Nil recipit. Membris hic se fallacibus aptans
Fingeret esse hominem ventosa subdolus arte?
Mentitus toties, quum diceret: Inveteratis
Do veniam morbis, simul & peccata remitto.
Filius est hominis, pestem qui pellere carnis,
Et scelerum nexus laxare ac solvere possit. D
Surge valens, surge innocuus: jam tolle grabatum:
Filius hoc hominis jubeo. Dignus ne videtur,
Qui testis sibi sit, seque ac sua carnea norit?
Quid, quum discipulos, hominis quod Filius esset
Passurus, fido jam præscius ore monebat?
Nonne fatebatur se cum virtute paterna
Esse hominem verum? quod si non credo, fefellit.
Si natura Dei quæ sit, Manichæe, requiris:
Omne quod est, verum est: nam si mendosus agit quid,
Nec Deus est: mendum divinus non capit usus.
Objicis æterno Domino, quod lubricus ad nos E
Venerit, adsimulans aliud, quam verus habebat.
Obmutesce, furor: linguam, canis improbe, morde
Ipse tuam, lacero consumens verba palato.
Latranti obsistit Matthæus, rabiemque refellit;
Qui notat omne genus carnalis stirpis, ad usque
Corporeum Christum, per sex septena virorum
Nomina descendens, & venam sanguinis alti
Ex atavis longo texens per stemmata filo.
Septimus hebdomadi venit superaddere sextæ
Hunc numerum Christus: placidum qui conficit annum,
Cuncta remittentem contractibus inlaqueata
Multimodis, hominemque hominis de morte levantem.
Imperfectus enim limus mortalis erat tunc:
Vir solus perfectus adest, atque integer Jesus,
Cui nihil ex septem septenis defuit: ex quo
Perficeret mortale genus virtute perenni.
Hic ille est nobis qui septima sabbata complet,
Ut caro nostra Deo tandem sociata quiescat,
Quam bis terna malis vexabant sabbata noxis.
Curramus notis gradibus, regumque sequamur
Progeniem; Christum invenies de carne parentum
Effluxisse hominum, qui sit de semine David,
Stirpe recensita numerandus sanguinis heres.
Quid, quum sanctiloquus revoluto germine Lucas
Sursum versus agit seriem, scandente nepotis
Corpore, perque atavos cursum relegente vetustos,
Septenos decies conscendit Christus in ortus,
Et duo: nam totidem doctores misit in orbem:
Descensos nascendo gradus, redeundo retexit
Actus ad usque apicem terreni corporis Adam.
Inde parens Deitas recipit sua, nostraque mistim,
Fitque Dei summi per Christum filius Adam.
Restat, ut aeriam pingas ab origine gentem,
Aerios proceres, Levin, Judam, Simeonem,
Aerium David, magnorum corpora regum,
Aeria, atque ipsam fecundæ Virginis alvum
Aere fallaci nebulisque & nube tumentem.
Vanescat sanguis perflabilis: ossa liquescant
Mollia: nervorum pereat textura volantum.
Omne quod est gestum, Notus auferat irritus; auræ
Dispergant tenues: sit fabula, quod sumus omnes.
Et quid agit Christus, si me non suscipit? aut quem


V. 938. *Quid peccatorum -- in illo*] Hunc versum omittit Aldus, & intra parenthesim claudit Chamillardus.

V. 940. *Mors homini sine crimine posset*] Sic recte Tornæs. exemplar. Sed Aldinum, quod sequitur Chamillardus, *mors hominis*: minus recte, ut videtur.

V. 973. *Se cum*] Sic distinguit Chamill. Sed Ald. Tornæs. a... *secum*.

V. 1002. *Sanctiloquus*] Aldus, *sanctilogus*. Atque ita forte Prudentius.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Liberat infirmum, si dedignatur adire A
Carnis onus, manuumque horret monimenta suarum?
Indignum ne putat luteum consciscere corpus,
Qui non indignum quondam sibi credidit, ipsum
Pertractare lutum, quum vas componeret arvo
Nondum visceireo; sed inertis glutine limi
Impressoque putres sub pollice duceret artus?
Tantus amor terræ, tanta est dilectio nostri.
Dignatur præpinguis humi comprendere mollem
Divinis glebam digitis, nec sordida censet
Hærentis massæ contagia. Jusserat, ut lux
Confieret: facta est, ut jusserat. Omnia jussu
Imperitante novas traxerunt edita formas. B
Solus homo emeruit Domini formabile dextra
Os capere, & flabro Deitatis figmine nasci.
Quorsum igitur limo tanta indulgentia nostro
Contigit, ut Domini manibus tractatus, honora
Arte sacer fieret, tactu jam nobilis ipso?
Decrerat quoniam Christum Deus incorrupto
Admiscere solo: sanctis quod fingere vellet,
Dignum habuit, digitis, & carum condere pignus.
Destituit natura quidem destructa coactæ
Telluris formam, mortique obnoxia cessit:
Sed natura Dei numquam solvenda, caducam
Tellurem nostro vitiatam primitus usu
Esse suam voluit, ne jam vitiabilis esset.
Christus nostra caro est: mihi solvitur, & mihi surgit:
Solvor morte mea: Christi virtute resurgo.
Quum moritur Christus, quum flebiliter tumulatur,
Me video: e tumulo quum jam remeabilis adstat,
Cerno Deum. Si membrorum phantasma meorum est,
Et phantasma Dei est: mendax in utraque necesse est
Sit Christus specie. Si Christus fallere novit,
Si non verus homo est, quem mors hominem probat ipsa:
Nec verus Deus est, operis quem gloria prodit
Esse Deum. Vel crede mori, vel adesse refelle;
Et gemina verum Christum ratione negato.
Nam quid magnificum, si non est mortuus Jesus,
Et redit? Illa Dei virtus memorabilis est, ut
Occisus redeat superis, surgatque sepultus.
Quisque Deum Christum vult dicere, dicat eumdem
Esse hominem: ne majestas sua fortia perdat.

# DE RESURRECTIONE CARNIS HUMANÆ.

## POEMA VII.

NOsco meum in Christo corpus consurgere: quid me C
Desperare jubes? veniam quibus ille revenit
Calcata de morte viis: quod credimus, hoc est:
Et totus veniam: nec enim minor, aut alius quam
Nunc sum, restituar: vultus, vigor & color idem
Qui modo vivit, erit, nec me vel dente, vel ungue
Fraudatum revomet patefacti fossa sepulcri.
Qui jubet ut redeam, non reddet debile quidquam:
Nam si debilitas redit, instauratio non est.
Quod casus rapuit, quod morbus, quod dolor hausit, D
Quod truncavit edax senium populante veterno,
Omne revertenti reparata in membra redibit.
Debet enim mors victa fidem, ne fraude sepulcri
Reddat curtum aliquid: quamvis jam curta vorarit
Corpora; debilitas tamen & violentia morbi,
Virtus mortis erat: reddet quod particulatim
Sorbuerat, quocumque modo, ne mortuus omnis
Non redeat, si quid pleno de corpore desit.
Pellite corde metum mea membra, & credite vosmet
Cum Christo reditura Deo; nam vos gerit ille,
Et secum revocat: morbos ridete minaces,
Inflictos casus contemnite, & atra sepulcra
Despuite: exsurgens quo Christus provocat, ite.

V. 1028. *Tantus amor terræ* ] Virgilius lib. II. *Georg.* (℣. 299.)

*— — — Neve flagella*
*Summa pete, aut summas defringe ex arbore plantas:*
*(Tantus amor terræ) neu ferro læde retuso*
*Semina.*

CHAMILL.

V. 1035. *Flabro Deitatis figmine* ] Lectionem hanc Giselini & Rottendorphii (Aldi quoque ac Tornæsii) ceteris anteferendam censuimus, quæ non parum cum phrasi Prudentiana, vel cum hominis creatione convenit. Quamquam non improbem, *Fabro Deitatis figmine*, quod reddit Iso Magister, *fabrili formatione*. Sed, ut ingenue fatear, utraque phrasis mihi videtur duriuscula. ID.

V. 1052. *Mendax in utraque --- specie* ] Sic veteres editi, Ald. Tornæs. al. At Chamill.

*— mendax in utroque necesse est*
*Sit Christus species.*

V. 1069. *Revomet* ] Ita recte Tornæs. Perperam Aldus cum Chamill. *removet*.

# AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V. C.

## ΑΜΑΡΤΙΓΕΝΕΙΑ: ID EST, LIBER DE ORIGINE PECCATORUM.

## *PRÆFATIO.*

FRatres ephebi, fossor & pastor, duo, A
Quos feminarum prima primos procreat,
Sistunt ad aram de laborum fructibus
Deo sacranda munerum primordia.
Hic terrulentis, ille vivis fungitur:
Certante voto discrepantes immolant,
Fetum bidentis alter; ast alter scrobis.
Deus minoris comprobavit hostiam:
Rejecit illam quam paravit grandior.
Vox ecce summo missa persultat throno:
Cain quiesce: namque si recte offeras,
Oblata nec tu lege recta dividas,
Perversa nigram vota culpam traxerint.
Armat deinde parricidalem manum
Frater, probatæ sanctitatis æmulus: B
Germana curvo colla frangit sarculo:
Mundum recentem cæde tinguit impia,
Sero expiandum, jam senescentem, sacro
Cruore Christi, quo peremtor concidit.
Mors prima cœpit innocentis vulnere;
Cessit deinde vulnerato innoxio.
Per crimen orta, dissoluta est crimine:
Abel quod ante perculit, Christum dehinc,
Finita & ipsa est, finis exsortem petens.
Ergo ex futuris prisca cœpit fabula,
Factoque primo res notata est ultima:
Ut ille mortis inchoator rusticus
Insulsa terræ deferens libamina;
Deumque rerum mortuarum deputans, C
Rastris redacta digna sacris crederet,
Viventis atrox æmulator hostiæ.
Agnosco nempe, quem figura hæc denotet,
Quis fratricida, quis peremtor invidus
Prave sacrorum disciplinam dividit,
Mactare dum se vota censet rectius.
Marcion arvi forma corruptissimi,
Docet Duitas discrepare a Spiritu,
Contaminatæ dona carnis offerens,
Et segregatim Numen æternum colens:
Qui si quiescat, nec monentem negligat,
Pacem quieta diligat germanitas,
Unum atque vivum fassa vivorum Deum.
Hic se caduco dedicans mysterio,
Summam profanus dividit substantiam,
Malum bonumque ceu duorum separans
Regnum deorum, sceptra committit duo:
Deum esse credens, quem fatetur pessimum.
Cain cruentus, unitatis invidus,
Mundi colonus, immolator squalidus:
Cujus litamen sordet, & terram sapit,
Terram caduci corporis, venam putrem,
Humore denso conglobatam & pulvere:
Natura cujus fraude floret fertili,
Fecunda fundens noxiorum crimina,
Animæque vitam labe carnis enecat.
Caro in sororem tela mentem dirigit:
Mens in cerebro ventilatur ebrio,
Ex quo furores succulentos colligit
Madens veneno corporis lymphatico.
Deum perennem findit in duos deos:
Audet secare Numen insecabile:
Cadit peremta, denegans unum Deum:
Cain triumphat, morte fratris oblitus.

Vers. 11. *Cain quiesce* cet. [ Sequitur Prudentius versionem LXX. *Gen.* IV. 7. Οὐκ *ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύχασον. κ. τ. λ. Nonne si recte offeras, non autem recte dividas, peccasti? Quiesce.*


V. 25. *Prisca cœpit fabula* ] Nihil apertius, quam *fabulam* tam de veris, quam de fictis dici. Hieronymus ad Castrutium (epist. LXVIII. al. XXXIII. n. 2.) *Et ne, veteres replicando historias, longum faciam, & excedam mensuram epistolæ: brevem tibi fabulam referam, quæ infantiæ meæ temporibus accidit.* CHAMILL.

V. 41. *Quieta* ] Sic Chamill. Al. *quietam*.

V. 43. *Hic se caduco* cet. ] Versum qui hunc in editis exemplaribus excipiebat, *Hic qui caduci rem laboris offerens*, ejecit Heinsius, quum & ex hoc ipso formatus liquido appareat, atque idem plane designet, & a scriptis absit exemplaribus, etiam ab Aldino codice. CHAMILL.

V. 62. *Cadit peremta* ] Quæ lectio Puteani est, Rottendorphii & trium Torrentianorum. Ad mentem vesanam Marcionis refer. Alii tamen, aut *Cain peremtor*, aut *Cadet peremtor*, legunt. ID.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.



# ADVERSUS MARCIONITAS,

*Qui duos deos esse affirmant.*

QUo te præcipitat rabies tua, perfide Cain? A
Divisor blaspheme Dei ? tibi conditor unus
Non liquet, & bifidæ caligant nubila lucis.
Insincera acies duo per divortia semper
Spargitur, in geminis visum frustrata figuris.
Terrarum tibi forma duplex obludit, ut excors
Dividuum regnare Deum super æthera credas.
Bina boni atque mali glomerat discrimina sordens
Hic mundus : Domino sed cælum obtemperat uni.
Non idcirco duos retinent cælestia Reges,
Quod duo sunt opera humanas agitantia curas.
Exterior terrenus homo est, qui talia cernens B
Conjicit esse duo variarum numina rerum,
Dum putat esse Deum,qui prava effinxerit olim,
Et qui recta itidem condens induxerit, ambos
Autumat esse deos natura dispare summos.
Quæ tandem natura potest consistere duplex
Aut regnare diu, quam fons divisus ab arce
Separat, alternaque apicum ditione recidit?
Aut unus Deus est, rerum cui summa potestas,
Aut quæ jam duo sunt,minuuntur dispare summa.
Porro nihil summum, nisi plenis viribus unum:
Distantes quoniam, proprium dum quisque revulso
Vindicat imperio, nec summa,nec omnia possunt.
Jus varium non est plenum: quia non habet alter C
Quidquid dispar habet:cumulum discretio carpit.
Nos plenum sine parte Deum testamur & unum,
In quo Christus inest: idem quoque plenus & unus :
Qui viget ac viguit super omnia,quique vigebit,
Participem nullum conlato fœdere passus.
Summa potestatum, simplex dominatio rerum,
Virtutum sublime caput, fons unicus orbis,
Naturalis apex, generisque & originis auctor:
Ex quo cuncta fluunt, & lux, & tempora, & anni,
Et numerus: qui post aliquid dedit esse secundum.
Unus enim princeps numeri est, nec dinumerari D
Tantum unus potis est. Sic, quum Pater ac Deus alter
Non sit, item Christus non sit genitore secundus;
Anterior numero est, cui Filius unicus uni est.
Ille Deus, meritoque Deus; quia primus & unus:
In virtute sua primus; tum primus in illo
Quem genuit: quid enim differt generatio simplex?
Unum semper erit gignens, atque unus ab uno
Ante Chaos genitus, numeroque & tempore liber.
Quis dixisse duos rem majestate sub una
Regnantem, propriamque sibi, retroque perennem E
Ausit, & unius naturæ scindere vires?
Numquid adoptivum genitor sibi sumsit, ut alter
Externi generis numerum præstare duorum
Debeat, & geminum distans inducere Numen?
Forma Patris veri verus stat Filius, ac se
Unum rite probat,dum formam servat eamdem.
Non amor adscitus sociat, nec jungit utrumque
Conjurata fides: pietas sed certa, genusque
Unum, quod Deus est, summam revocatur ad unam.
Hæc tibi, Marcion, via displicet: hanc tua damnat
Secta fidem dominis cælum partita duobus.
Quæ te confundunt nebulæ? quis somnus inerti
Incubat ingenio? cui per phantasmata duplex
Occurrit species, bivio dispersa superno?
Si vim mentis hebes stupor obsidet, aspice saltem
Obvia terrenis oculis elementa, quibus se
Res occulta Dei dignata est prodere signis.
Hanc heresim præsaga Patris præviderat olim
Majestas fore: quæ rectorem lucis & orbis
Scinderet in partes geminatum segrege regno.
Idcirco specimen posuit spectabile nostris
Exemplumque oculis, ne quis duo Numina credat.
Una per immensam cæli caveam revolutos
Præbet flamma dies: texit sol unicus annum.
Triplex ille tamen nullo discrimine, trina
Subnixus ratione viget, splendet, volat, ardet,
Motu agitur, fervore cremat, tum lumine fulget.
Sunt tria nempe simul, lux, & color, & vegetamen,
Una eademque tamen rota sideris indiscretis
Fungitur his; uno servat tot munera ductu:
Et tribus una subest mistim substantia rebus.
Non conferre Deo, velut æquiparabile, quidquam
Ausim,nec Domino famulum componere signum:
Ex minimis sed grande suum voluit Pater ipse
Conjectare homines, quibus ardua visere non est.
Parvorum speculo non intellecta notamus,
Et datur occultum per proxima quærere verum.
Nemo duos soles nisi sub glaucomate vidit:
Aut, si fusca polum suffundit palla serenum,
Oppositus quoties radiorum specula nimbus,
Igne repercusso mentitos spargit in orbes.
Sunt animis etiam sua nubila, crassus & aer:
Est glaucoma, aciem quod tegmine velet aquoso,
Libera ne tenerum penetret meditatio cælum,
Neve Deum rapidis comprendat sensibus unum:
Spargitur in bifidas malesana intentio luces,
Et duplices geminis auctoribus exstruit aras.
Si duo sunt igitur, cur non sunt multa deorum
Millia? cur numero deitas contenta gemello est?
An non in populos dispersa examina divum
Fundere erat melius, mundumque implere capacem,
Semideis passim nullo discrimine monstris,
Quîs fera barbaries perituros mactat honores?
Dissona discretum retinent si numina cælum;
Convenit & nebulis, & fontibus, & reboanti
Oceano, & silvis, & collibus, & speluncis,
Fluminibus, ventis, fornacibus, atque metallis

Vers. 68. *Exemplumque* cet. ] In plerisque editis post hunc versum subditur sequens :

*Imperitare vagis mundi per inania formis.*

Sed illum non agnoscit Aldinum exemplar ; ipsumque ab omnibus fere codicibus abesse testatur Chamillardus.

V. 74. *Vegetamen* ] Unus Prudentius hanc vocem usurpat pro *vegetatione*. Sic & infra ṽ. 297.

*Omnia luxus habet, nostræ vegetamina vitæ.*

Adſignare deos proprios, ſua cuique jura.
Vel, ſi gentiles ſordet venerarier umbras,
Et placet eſſe duos ſceptris ſocialibus æquos;
Dic age, quis terras ditionis ſorte retentet?
Quis regat æquoreas æterna lege procellas?
Ede coheredum diſtinctum jus dominorum.
Unus, ais, triſti reſidet ſublimis in arce,
Auctor nequitiæ, ſcelerum deus, aſper, iniquus:
Qui, quodcumque malum vitioſo fervet in orbe,
Sevit, & anguino medicans nova ſemina ſucco,
Rerum principium mortis de fomite traxit.
Ipſe opifex mundi, terram, mare, ſidera fecit:
Condidit ipſe hominem, lutulenta & membra coegit,
Effigians quod morbus edat, quod crimine multo
Sordeat, informi tumulus quod tabe reſolvat.
Aſt alii pietatis amor, placidumque medendi
Ingenium, recreans homines, mortalia ſervans.
Teſtamenta duo fluxerunt principe utroque:
Tradidit iſte novum melior, vetus illud acerbus.
Hæc tua, Marcion, gravis & dialectica vox eſt:
Immo hæc attoniti phreneſis manifeſta cerebri.
Novimus eſſe patrem ſcelerum: ſed novimus ipſum
Haudquaquam tamen eſſe Deum; quin immo gehennæ
Mancipium, ſtygio qui ſit damnandus Averno:
Marcionita deus, triſtis, ferus, inſidiator,
Vertice ſublimi cinctum cui nubibus atris
Anguiferum caput & fumo ſtipatur & igni:
Liventes oculos ſubfundit felle peruſto
Invidia, impatiens juſtorum gaudia ferre:
Hirſutos juba denſa humeros errantibus hydris
Obtegit, & virides allambunt ora ceraſtæ.
Ipſe manu laqueos per lubrica fila reflexos
In nodum revocat, facilique ligamine tortas
Innectit pedicas, nervoſque in vincula tendit.
Ars olli captare feras, animalia bruta
Inretire plagis, retinacula denique cæcis
Indepreñſa locis erranti opp nere prædæ.
Hic ille eſt venator atrox, qui cæde frequenti
Incautas animas non ceſſat plectere Nembroth.
Qui mundum curvis anfractibus, & ſilvoſis
Horrentem ſcopulis, verſuto circuit aſtu.
Fraude alios, tectiſque dolis innectere adortus:
Porro giganteis alios luctando lacertis
Frangere, funereos late exercere triumphos.
Improba mors quid non mortalia pectora cogis?
Ipſe ſuam (pudet heu!) contemto Principe vitæ,
Perniciem veneratur homo: colit ipſe cruentum
Carnificem, gladiique aciem jugulandus adorat.
In tantum miſeris peccati nectare captis
Dulce mori eſt: tanta in tenebris de peſte voluptas.
Qui mala principio genuit, Deus eſſe putatur,
Quique bona infecit vitiis, & candida nigris.
Par furor illorum, quos tradit fama dicatis
Conſecraſſe deas Febrem, Scabiemque ſacellis.
Inventor vitii non eſt Deus: Angelus illud
Degener infami conceptum mente creavit:
Qui prius auguſtum radiabat ſidus, & ingens
Ex nihilo ſplendor nutrito ardebat honore.
Ex nihilo nam cuncta retro, factumque quod umquam eſt.
At non ex nihilo Deus, & Sapientia vera,
Spiritus & ſanctus: res ſemper viva, nec uſquam
Cœpta, ſed aerios etiam molita miniſtros.
Horum de numero quidam pulcherrimus ore,
Majeſtate ferox, nimiis dum viribus auctus
Inflatur, dum grande tumens ſe ſe altius effert,
Oſtentatque ſuos licito jactantius ignes,
Perſuaſit, propriis genitum ſe viribus, ex ſe
Materiam ſumſiſſe ſibi, qua primitus eſſe
Inciperet, naſcique ſuum ſine principe cœptum.
Hinc ſchola ſubtacitam meditatus gignere ſectam,
Quæ docet e tenebris ſubitum micuiſſe tyrannum:
Qui, velut æterna latitans ſub nocte retrorſum
Vixerit, & tecto ſemper regnaverit ævo.
Æmulus, ut memorant, opera ad divina repente
Corrumpenda, caput caligine protulit atra.
Hoc ratio ſed noſtra negat; cui non licet unam
Infirmare fidem, ſacro quæ tradita libro eſt.
Nil, ait, abſque Deo factum, ſed cuncta per ipſum,
Cuncta: nec eſt alius quiſquam ni factus ab ipſo:
Sed factus de ſtirpe bonus, bonitatis in uſum
Proditus, & primo generis de fonte ſerenus:
Deterior mox ſponte ſua, dum decolor illum
Inficit invidia, ſtimuliſque inſtigat amaris:
Arſit enim ſcintilla odii de fomite zeli,
Et dolor ingenium ſubitus conflavit iniquum.
Viderat argillam, ſimulacrum & ſtructile, flatu
Concaluiſſe Dei, dominum quoque conditioni
Impoſitum: natura ſoli, pelagique, polique
Ut famulans homini locupletem fundere partum

V. 104. *Sua cuique jura*] Quod immutari nequaquam debuit. Sic infra lib. I. adverſ. Symm. ✝. 236.

— *Sua cuique ſordens*
*Arula.*

Et lib. II. ✝. 35.

— *Sua cuique dextra.*

Mox ✝. 89.

— *Suus eſt mos cuique genti.*

CHAMILL.

V. 109. *Ede*] Dic. Juven. *Sat.* III. (✝. 74.)

— — *Ede, quid illum*
*Eſſe putes?*

ID.

V. 119. *Aſt alii*] Sic editi. Forte legendum *Eſt alii*. Sed nihil muto: ſubintelligi enim poteſt verbum ſubſtantivum; ut hæc ſit ſententia: *Aſt alii* (Deo eſt) *pietatis amor* cet.

V. 124. *Phreneſis*] Serenus quoque mediam hujus dictionis ſyllabam corripuit:

*Ex vitio cerebri phreneſis furioſa movetur.*

Sed perperam. Juvenali quippe longa eſt *Sat.* XIV. (✝. 136.)

*Quum furor haud dubius, quum ſit manifeſta phreneſis.*

Et Martial. lib. IV. (Epigr. LXXXI.)

*Declamas in febre, Mathon: hanc eſſe phreneſin*
*Si neſcis, non es ſanus, amice Mathon.*

CHAMILL.

V. 148. *Quid non mortalia pectora cogis?*] Illud Virgilianum lib. III. *Æn.* (✝. 56.)

— *Quid non mortalia pectora cogis*
*Auri ſacra fames?*

ID.


V. 161. *Nutrito ardebat honore*] Forte *nutritum ardebat honorem*: amat enim verba ejuſcemodi cum quarto caſu conjungere Prudentius. ID.

V. 190. *Concaluiſſe*] Giphanius indice Lucretiano, v. *Fac*, vult *Convaluiſſe Dei flatu* pro *Concaluiſſe*. ID.

V. 191. *Conditioni Impoſitum*] Conjicit Chamillardus legendum *conditione Impoſita*, ut lib. I. contra Symmach. ✝. 310.

— *Cui tramite certo*
*Conditio impoſita eſt.*

Sed nihil mutandum. Solent enim ſcriptores eccleſiaſtici *conditione* pro mundo condito frequenter uſurpare. Hoc ſenſu non ſemel *conditionis* voce utitur vetus Irenæi interpres. Et paſſim Tertullianus, ex quo unum & alterum exemplum proferamus. Lib. I. *de cultu femin.* cap. VII. *Nec ideo*, inquit, *idololatriam impune faciet Chriſtianus, quia Dei conditio eſt tus & merum*: cet. Lib. *de reſurr. carnis* cap. XI. *Omnes fere hæreſes natum & factum mundum annuentes, conditionem Deo noſtro aaſcribunt*. Et lib. V. adv. *Marcionem* cap. XIX. de Chriſto verba faciens: *Quamquam*,



Noſſet, & effuſum terreno addicere regi.
Inflavit fermento animi ſtomachante tumorem
Beſtia, deque acidis vim traxit acerba medullis:
Beſtia, ſorde carens cui tunc ſapientia longi
Corporis enodem ſervabat recta juventam,
Complicat ecce novos ſinuoſo pectore nexus,
Involvens nitidam ſpiris torquentibus alvum.
Simplex lingua prius, varia micat arte loquendi,
Et diſciſſa dolis reſonat ſermone triſulco.
Hinc natale caput vitiorum: principe ab illo
Fluxit origo mali: qui ſe corrumpere primum,
Mox hominem didicit, nullo informante magiſtro.
Ultimus exitium ſubverſo præſide mundus
Sortitur, mundique omnis labefacta ſupellex.
Non aliter, quam quum incautum ſpoliare viantem
Forte latro adgreſſus, prædæ prius immemor; ipſum
Enſe ferit dominum, pugnæ nodumque moramque;
Quo pereunte trahat captivos victor amictus,
Jam non obſtanti locuples de corpore prædo.
Sic hominis ſubjecta domus, ditiſſimus orbis
Scilicet in facilem domino peccante ruinam
Lapſus, herile malum jam tunc vitiabilis hauſit.
Tunc lolium, lappaſque leves per adultera culta
Ferre malignus ager glebis male pinguibus auſus,
Triticeam vacuis ſegetem violavit avenis.
Tunc etiam innocuo vitulorum ſanguine paſci,
Jamque jugo edomitos rictu laniare juvencos
Occiſo paſtore truces didicere leones.
Nec non & querulis balatibus irritatus
Plenas nocte lupus ſtuduit perrumpere caulas.
Omne animal diri callens ſollertia furti
Imbuit, & tortos acuit fallacia ſenſus.
Quamvis maceries florentes ambiat hortos,
Sepibus & denſis vallentur vitea rura,
Aut populator edet gemmantia germina bruchus,
Aut avibus diſcerpta feris lacerabitur uva.
Quid loquar herbarum fibras, medicante veneno
Tinctas, letiferi fudiſſe pericula ſucci?
Noxius in teneris ſapor æſtuat ecce frutetis,
Quum prius innocuas tulerit natura cicutas,
Roſcidus & viridem qui veſtit flos rhododaphnen
Pabula laſcivis dederit ſincera capellis.
Ipſa quoque appoſitum deſtructo fœdere certo
Tranſcendunt elementa modum, rapiuntque ruuntque
Omnia, legirupis quaſſantia viribus orbem.
Frangunt umbriferos Aquilonum prœlia lucos,
Et cadit immodicis ſilva exſtirpata procellis.
Parte alia violentus aquis torrentibus amnis
Tranſſilit objectas, præſcripta repagula, ripas,
Et vagus everſis late dominatur in agris.
Nec tamen his tantam rabiem naſcentibus ipſe
Conditor inſtituit: ſed laxa licentia rerum
Turbavit placidas rupto moderamine leges.
Nec mirum, ſi membra orbis concuſſa rotantur,
Si vitiis agitata ſuis mundana laborat
Machina, ſi terras luis incentiva fatigat.
Exemplum dat vita hominum, quo cetera peccent:
Vita hominum; cui quidquid agit, veſania & error
Suppeditant, ut bella fremant, ut fluxa voluptas
Diffluat, impuro ferveſcat ut igne libido,
Sorbeat ut cumulos nummorum faucibus amplis
Gurges avaritiæ; finis quam nullus habendi
Temperat, aggeſtis addentem vota talentis.
Auri namque fames parto fit major ab auro.
Inde ſeges ſcelerum, radix & ſola malorum:
Dum ſcatebras fluviorum omnes, & operta metalla
Eliquat ornatus, ſolvendi leno pudoris:
Dum venas ſqualentis humi ſcrutatur inepta
Ambitio, ſcalpens naturæ occulta latentis,
Si quibus in foveis radiantes forte lapillos
Rimata inveniat: nec enim contenta decore
Ingenito, externam mentitur femina formam.
Ac velut artificis Domini manus imperfectum
Os dederit, quod adhuc res exigat, aut hiacynthis
Pingere ſutilibus redimitæ frontis in arce,
Colla vel ignitis ſincera incingere ſertis,
Auribus aut gravidis virides ſuſpendere baccas:
Nectitur & nitidis concharum calculus albens
Crinibus, aureoliſque riget coma texta catenis.
Tædet ſacrilegas matrum percurrere curas,
Muneribus dotata Dei quæ plaſmata fuco
Inficiunt, ut pigmentis cutis inlita perdat
Quod fuerat, falſo non agnoſcenda colore.
Hæc ſexus male fortis agit, cui pectore in arcto
Mens fragilis facili vitiorum fluctuat æſtu.
Quid quod & ipſe caput muliebris corporis, & rex
Qui regit invalidam propria de carne reſectam
Particulam, qui vas tenerum ditione gubernat,
Solvitur in luxum? Cernas molleſcere cultu
Heroas vetulos, opifex quibus aſpera membra
Finxerat, & rigidos duraverat oſſibus artus.
Sed pudet eſſe viros: quærunt vaniſſima quæque
Quîs niteant, genuina leves ut robora ſolvant
Vellere non ovium, ſed Eoo ex orbe petitis
Ramorum ſpoliis fluitantes ſumere amictus
Gaudent, & durum ſcutulis perfundere corpus.

ait, *ante omnia, ſi non primogenitus conditionis? ſi non ſermo creatoris?* Eodem itaque ſenſu docet heic Prudentius, hominem *conditioni*, id eſt rebus creatis, *dominum* a Deo *impoſitum* conſtitutumque.

V. 193. *Addicere regi*] In Aldino poſt hunc verſum collocatur,

*Qui cunctum proprio regeret moderamine mundum.*

Sed abeſt ab aliis. Chamill.

V. 237. *Legirupis*] Utitur hac voce Plautus in *Pſeud.* Act. I. Scen. III. Id.

V. 241. *Objectas, præſcripta repagula, ripas*] Non, *objectæ præſcripta repagula ripæ*. Hæc nimirum eſt epexegeſis illa, quam toties in Prudentio inſcita librariorum oſcitantia depravavit. Plura exempla congerere fas eſt. (*Cathem.* Hymn. xii. ℣. 191.)

*Omneſque ſuſcipiunt Tribus,*
*Bis ſena fratrum ſemina.*

Infra heic ℣. 787.

*Chriſtigenam fecunda domum, Davidica regna.*

Et paullo poſt ℣. 843.

*Averſis ſed rite oculis poſt terga tenebras*
*Liquerunt, miſeri properanda pericula mundi.*

Id. — Eamdem rectam lectionem exhibet quoque Aldinum exemplar.

V. 248. *Luis*] Pro *lues*. Sic probe vetuſtiores, ne peccetur in metrum. Chamill.

V. 249. *Dat vita*] Ita Chamill. Male Ald. & Tornæſ. *datura*.

V. 267. *Sutilibus*] Sic *lapillos ſutiles* (*Cathem.* Hymn. vii. ℣. 158.) & *ſutile vinclum* (περὶ στεφ. Hymn. iv. ℣. 24.) Prudentius appellat. Martialis vero *roſas ſutiles* lib. V. epigr. lxv.

*Pingueſcat nimio madidus mihi crinis amomo,*
*Laſſenturque roſis tempora ſutilibus.*

Plinius lib. xxi. *coronas ſutiles*, nempe coronas e roſarum foliis conſutas. Chamill.

V. 274. *Pigmentis*] In libris editis, *figmentis*, mendoſe. Idem Prudentius (heic ℣. 294.) *pigmentis redolentibus*: & (℣. 314.) *pigmentato crine*. Id.

V. 277. *Fluctuat æſtu*] Hoc ſenſu Virgilius *Æn.* lib. iv. (℣. 531.)

— *ingeminant curæ, rurſuſque reſurgens*
*Sævit amor, magnoque irarum fluctuat æſtu.*

Idem.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.



Additur ars, ut fila herbis faturata recoctis, A
Inludant varias diftincto ftamine formas.
Ut quæque eft lanugo feræ molliffima tactu,
Pectitur: hunc videas lafcivas præpete curfu
Venantem tunicas, avium quoque verficolorum
Indumenta novis texentem plumea telis:
Illum pigmentis redolentibus, & peregrino
Pulvere femineas fpargentem turpiter auras.
Omnia luxus habet noftræ vegetamina vitæ,
Senfibus in quinque ftatuens quæ condidit auctor.
Auribus atque oculis, tum naribus, atque palato
Quæritur infectus vitiofis artibus ufus.
Ipfe etiam, toto pollet qui corpore, tactus,
Palpamen tenerum blandis e fotibus ambit.
Pro dolor! ingenuas naturæ occumbere leges,
Captivafque trahi regnante libidine dotes!
Perverfum jus omne viget, dum quidquid habendum
Omnipotens dederat, ftudia contraria vertunt.
Idcirco ne, rogo, fpeculatrix pupula molli
Subdita palpebræ eft, ut turpia femivirorum
Membra theatrali fpectet vertigine ferri,
Inceftans miferos fœdo oblectamine vifus?
Aut ideo fpirant, mediaque ex arce cerebri
Demittunt geminas fociata foramina nares,
Ut bibat inlecebras male conciliata voluptas,
Quas pigmentato meretrix jacit improba crine?
Num propter lyricæ modulamina vana puellæ,
Nervorumque fonos, & convivale calentis C
Carmen, nequitiæ patulas Deus addidit aures,
Perque cavernofos juffit penetrare meatus
Vocis iter? numquid madido fapor inditus ori
Vivit ob hanc cauffam, medicata ut fercula pigram
Ingluviem, vegetamque gulam ganeonis inefcent?
Per varios guftus inftructa ut prandia ducat
In noctem, laffetque gravem fua crapula ventrem?
Quid durum, quid molle foret, quid lene, quid horrens
Quid calidum gelidumve, Deus cognofcere nofmet
Attactu voluit, palpandi interprete fenfu.
At nos delicias plumarum, & linea texta D
Sternimus, atque cutem fulcro attenuante polimus.
Felix qui indultis potuit mediocriter uti
Muneribus, parcumque modum fervare fruendi!
Quem locuples mundi fpecies, & amœna venuftas,
Et nitidis fallens circumflua copia rebus
Non capit ut puerum, nec inepto addicit amori:
Qui fub adumbrata dulcedine trifte venenum
Deprendit latitare boni mendacis operto.
Sed fuit id quondam nobis fanctumque bonumque
Principio rerum, Chriftus quum conderet orbem.
Vidit enim Deus effe bonum: velut ipfe Moyfes
Hiftoricus mundi nafcentis teftificatus. E
Vidit, ait, Deus effe bonum, quodcumque creavit.
Hoc fequar: hoc ftabili conceptum mente tenebo,
Infpirante Deo quod fanctus vaticinator
Prodidit, antiquæ recolens primordia lucis,
Effe bonum quidquid Deus & Sapientia fecit.
Conditor ergo boni Pater eft, & cum Patre Chriftus:
Nam Deus, atque Deus Pater, eft & Filius unum:
Quippe unum natura facit, quæ conftat utrique
Una voluntatis, juris, virtutis, amoris:
Non tamen idcirco duo Numina, nec duo rerum
Artifices: quoniam generis diffenfio nulla eft,
Atque ideo nulla eft operis diftantia, nulla
Ingenii: peperit bona omnia conditor unus.
Nil luteum de fonte fluit, nec turbidus humor
Nafcitur, aut primæ violatur origine venæ:
Sed dum liventes liquor incorruptus arenas
Prælambit, putrefacta inter contagia fordet.
Numquid equus, ferrum, taurus, leo, funis, olivum,
In fe vim fceleris, quum formarentur, habebant?
Quod jugulatur homo, non ferrum cauffa furoris,
B Sed manus eft: nec equum vefania fervida Circi
Auctorem levitatis habet, rapidive fragoris;
Mens vulgi rationis inops, non curfus equorum
Perfurit: infami ftudio perit utile donum.
Sic Lacedæmonias oleo maduiffe palæftras
Novimus, & placidum fervire ad crimina fuccum.
Inde per aerium pendens audacia funem,
Ardua fecuris fcandit profcenia plantis.
Inde feras volucri temeraria corpora faltu
Tranffiliunt, mortifque inter difcrimina ludunt.
Sanguinis humani fpectacula publicus edit
Confenfus, legefque jubent venale parari
Supplicium, quo membra hominum difcerpta cruentis
Morfibus, oblectent hilarem de funere plebem.
Mille alia ftolidi bacchantia gaudia mundi
Percenfere piget, quæ veri oblita Tonantis
Humanum miferis volvunt erroribus ævum.
Nemo animum fummi memorem genitoris in altum
Excitat: ad cælum mittit fufpiria nemo:
Nec recolens apicem folii natalis, ad ipfum
Refpicit auctorem, nec fpem fuper aera librat:
Sec mentem, gravidis contentam ftertere curis,
Indigno fubdit domino, perituraque pronus
Diligit, & curvo quærit terreftria fenfu.
Hoc pulcrum quod terra parit, quod gloria confert
D Lubrica; commendat quod perniciofa voluptas;
Quod velut excitus difflato pulvere ventus
Præterit; exemplo tenuis quod tranfvolat umbræ.
His ægras animas morborum peftibus urget
Prædo potens: tacitis quem viribus interfufum
Corda bibunt hominum: ferit ille medullitus omnes
Nequitias, fpargitque fuos per membra miniftros.
Namque illic numerofa cohors fub principe tali
Militat, horrendifque animas circumfidet armis:
Ira, fuperftitio, mæror, difcordia, luxus,
Sanguinis atra fitis, vini fitis, & fitis auri,
Livor, adulterium, dolus, obtrectatio, furtum.
Informes horrent facies, habituque minaces:
Ambitio ventofa tumet: doctrina fuperbit:
Perfonat eloquium: nodos fraus abdita nectit:
Inde canina foro latrat facundia toto.
Hinc gerit Herculeam vilis fapientia clavam
Oftentatque fuos vicatim Gymnofophiftas.
Incerat lapides fumofos idololatris
Relligio, & furdis pallens advolvitur aris.
Heu quantis mortale genus premit improbus hoftis
Armigeris! quanto ferrata fatellite ductor

V. 339. *Teftificatus*] Sic Aldus: neque aliter Chamill. Al. *teftificatur*.


V. 352. *Bona omnia*] Male Gifelinus τὸ *nam*, *bona nam omnia*, inculcat. Synalœpha eft Prudentio familiaris. Chamill. --- Eamdem voculam *nam* Aldus quoque omittit.

V. 361. *Rapidive*] Sic Ald. Tornæf al. Male apud Chamill. *rabiative*.

V. 371. *Confenfus*] Ita Chamill. Veteres editi, *Confeffus*.

V. 403. *Incerat*] Vid. fuperius ad *Apotheof.* ℣. 457.

—— —— *Idololatris*] Al. legunt *idololatrix Religio*: quod refpuit Heinfius, quum nec Græcum fit, nec Latinum. Gronovius quoque in *Obferv. eccl.* fcripfit *idololatris*. Chamill.



Bella gerit; quanta victos ditione triumphat! A
Surgit in auxilium Chananeus, atque agmina densat
Casside terribilis, setarum pondera mento
Concutiens, dextramque gravi cum cuspide quassans.
  Ast alia de parte furens exercitus ardet
Regis Amorrhæi: tum millia Gergeseorum
Effundunt aciem toto volitantia campo:
Eminus hi feriunt, confligunt comminus illi.
  Ecce Jebusaicæ fervent ad prœlia turmæ,
Aurea tela quibus de sanguine tincta draconis
Mortifero splendore micant, radiantque micantque,
Nec non terrificas pilis armare catervas B
Te, Gettæe, juvat: sed gens Pherezæa sagittis
Insultat virtute pari, sed dispare ferro.
Postremum cuneum rex præmovet Evæorum,
Squamosum thoraca gerens de pelle colubri.
His subnixa viris scelerum perversa potestas
Edomat invalidas mentes; quæ simplicitate
Indociles, bellique rudes sub fœdere falso
Tristis amicitiæ primum socia agmina credunt,
Mammoneamque fidem pacis sub amore sequuntur.
Mox faciles ad vincla rapi, juga dura volentes
Addictis subeunt cervicibus, & nebulonum
Spirituum jussis servire ferocibus optant.
  Ille supervacuis augens patrimonia fundis, C
Finitimisque inhians contemto limite agellis,
Ducitur innexus manicis, & mille catenis
Ante triumphales currus post terga revinctus,
Nec se barbaricis addictum sentit habenis:
Hic qui ventosæ scandit fastigia famæ,
Inflaturque cavo pompæ popularis honore,
Qui summum solidumque bonum putat, ambitionis
Crescere successu, præconum voce trementes
Exanimare reos, miserorum in corpora fasces
Frangere, terribiles legum exercere secures;
In laqueum jam colla dedit, jam compede dura
Nectitur, & pedibus servilia vincula limat.
  Credite captivi mortales, hostica quos jam D
Damnatos cohibent ergastula, quos famulatu
Pœnarum virtus non intellecta coercet.
Hæc illa est Babylon, hæc transmigratio nostræ
Gentis, & horribilis victoria principis Assur:
Carmine luctifico quam deflens Hieremias,
Orbatam propriis ululavit civibus urbem.
Num latet, aut dubium est, animas de semine Jacob
Exsilium gentile pati; quas Persica regna
Captivas retinent, atque in sua fœdera cogunt?
Illic natali desuescunt vivere ritu,
Moribus & patriis exutæ, in barbara jura
Degenerant, linguamque novam vestemque sequuntur; E
Deque profanato discunt sordescere cultu,
Nutricemque abolent petulanti e pectore Sion.
Jam patriæ meminisse piget, jam mystica frangunt
Organa, & externi laudant anathemata regni.
  Nonne fuit melius sævum Memphitidis aulæ
Imperium tolerasse patres, penitusque sinistris
Adsedisse focis? positos Pharaonis iniqui
Sub pedibus, limo & paleis servire paratos,
Carnis & immodicæ spurco ructamine crudos?
Quo tantum auxilii per prodigialia signa
Effudit Dominus, populum dum forte rebellem
Servat ope immerita, vinclis dum subdita colla
Solvit, & Ægyptum virga serpente coercet?
Quid juvat æquoreum pelago cedente profundum
Pulverea calcasse via; quum conscia ponti
Saxa sub ignoto patuerunt prodita cælo,
Aruit & medio sitiens sub gurgite limus?
Si victor virtute Dei, medialque tenebras
Luce columnari scindens exercitus olim,
Perdidit inventi vallem botryonis opimam?
Si nescit versare solum, cui melle perenni
Gleba fluens niveos permiscet lactea rivos?
Si domitam Jerichon lituis atque ære canoro
Rursus in antiquos patitur consurgere muros?
Si ripis reflui Jordanis pellitur, & jam
Deserit adscriptam dimensa in jugera sortem?
Denique si structam tantis sudoribus urbem,
Et quæ nubigenas transscendunt culmina nimbos,
Defensare nequit? si nescit, quis lapis ille est
Hostibus obsistens, ut inexpugnabile turris
Præsidium, quem non ærato machina rostro
Arietat insiliens, nec ferrea verbera quassant?
  Angulus hic portæ in capite est: hic continet omnem
Saxorum seriem, constructaque limina firmat:
Quem qui rite suis per propugnacula muris
Noverit insertum, seque ac sua mœnia vallo
Præcingat triplici, celsa stans eminus arce
Fretus amore petræ, castis & pervigil armis;
Non illum regina Tyri, non accola magni
Euphratis Parthus rapiet, non decolor Indus
Tempora pennatis redimitus nigra sagittis.
Quin si fulmineos cogens ad bella Gigantas
Allophylus tua castra velit delere tyrannus;
Tutus eris: nec te firma statione movebit
Ipse Charon mundi, numen Marcionis: ipse,
Qui regit aerio vanas sub sole tenebras.
Nam vanum quidquid sol aspicit: ex elementis
Cuncta solubilibus, fluxoque creamine constant.
Fallo, creaturam nisi doctor Apostolus omnem
Subjectam vanis non sponte laboribus orsus,
Perjuro ingemuit miserans servire latroni.
Errat, ait, qui luctamen cum sanguine nobis,
Et carne, & venis ferventibus, & vitioso
Felle putat, calidisque animam peccare medullis.
Non mentem sua membra premunt, nec terrea virtus
Oppugnat sensus liquidos, bellove lacessit:
Sed cum spiritibus tenebrosis nocte dieque
Congredimur, quorum dominatibus humidus iste
Et pigris densus nebulis obtemperat aer.

V. 430. *Optant* ] Aldus, *aptant*.

V. 458. *Sion* ] Apud Venant. Fortunat. prior quoque syllaba producitur lib. I. de partu Virginis: *De quo Zacharias; exsulta filia Sion*. Infra *Exsuperans portas Sion splendore corusco*. Et apud Paullinum Psal 136. *Cum patrium memori traheremus pectore Sion*. CHAMILL.

V. 487. *Præsidium* cet. ] Giphanius, Weitzius atque Oxonius (cum Aldo & Turnæs.) legunt:

*Præsidium, quem non fragor hosticus arietis, aut quem*
*Vis impacta quatit, non aeris machina rostro*
*Arietat*.

At mss. reg. & Thuan. veterrimi decurtant superflua hoc modo:

*Præsidium, quem non aerato machina rostro*
*Arietat insiliens*.

Nec quisquam emunctæ naris, inquit Heinsius, dubitabit quin reliqua tollenda sint, si advertet animum ad illa, *hostibus obsistens*, quibus mox subjungitur *fragor hosticus*: tum illa *arietis* & *arietat*, quæ prorsus inconcinna sunt. IDEM.

V. 499. *Allophylus* ] Imperite quidem: sed plurimi penultimam hujusce vocis corripuerunt. S. Paullinus *Nat*. VII.

*Credite non armis, neque viribus esse timendos*
*Allophylum populos*.

IDEM.

Scilicet hoc medium, cælûm inter & infima terræ A
Quod patet, ac vacuo nubes suspendit hiatu,
Frena potestatum variarum sustinet, ac sub
Principe Belial rectoribus horret iniquis.
His conluctamur prædonibus, ut sacra nobis
Oris apostolici testis sententia prodit.
Nemo habitum naturæ, aut inritamina peccans
Corporis accuset: facile est frenare rebelles
Affectus carnis, nimiosque retundere pulsus
Materiæ fragilis, & viscera victa domare:
Quippe animus longe præstantior, utpote summo
Æthere demissus, subjectus si velit artus
Imperio quassare gravi, jussisque severis
Dedere; regnanti domino vis nulla resistit.
Major inest vis illa homini, quæ flatile virus B
Ingerit, & tenuem tenui ferit aere mentem,
Parthica non æque ventos transcurrit arundo,
Cujus iter nullus potis est comprendere visus:
Præpes enim, volucres dum pennis transvolat auras,
Improvisa venit, nec stridor nuntiat ante
Adventum leti, quam pectoris abdita rumpat,
Securam penetrans medicato vulnere vitam.
Sed magis aligera est, magis & medicata sagitta
Quam jacit umbrosi dominatio lubrica mundi,
Eludens excussa oculos, calamique volantis
Præpete transcursu cordis penetralia figens.
Nec segnis natura animæ est, aut tarda cavendi
Vulneris, ignitum quoniam Deus indidit olli C
Ingenium, purum, sapiens, subtile, serenum,
Mobile, solicitum, velox, agitabile, acutum:
Factorem modo casta suum veneretur, & ipsi
Militet, ac victum proculcet sobria mundum:
Nil de pestiferis opibus, aut falsificatis
Terrarum spoliis stulto oblectamine libans;
Nec sub fasce jacens, alieno & dedita regno,
Non queat argutas hostis vitare sagittas.
Sed quid ego omne malum mundique hominumque maligni
Hostis ad invidiam detorqueo? quum mala nostra
Ex nostris concreta animis, genus, & caput, & vim
Quid sint, quid valeant, sumant de corde parente? D
Ille quidem fomes nostrorum & caussa malorum est.
Sed tantum turbare potest, aut fallere, quantum
Nos volumus, qui decrepito suggesta leoni
Armamenta damus: friget fera futile frendens,
Humani generis ni per suffragia gliscat.
Gignimus omne malum proprio de corpore nostrum:
Ut genuit David, alias pater optimus, unum
Crimen Abessalon: tetrum pater ille, sed unum
Innocuas inter soboles genuit parricidam:
Ausus in auctorem generis qui stringere ferrum.
Ah pietas! signis contraria signa paternis
Egit, & unius commisit sanguinis arma. E
Nostra itidem diros urente propagine natos
Pectora parturiunt, versis qui protinus in nos
Morsibus insuescunt gignentum vivere pœnis:
Depopulantur enim nimium fecunda parentum
Viscera, & interitu genitalis stirpis aluntur.
Progeniem verum ille suam, rex utpote summus,
Atque Dei vates, pariturae & virginis auctor,
Tristibus atque piis variaverat, ut Solomonis
Frater Abessalon sereret sua crimina justis
Pignoribus, dulcemque domum turbaret amaris.
Nos dignum Solomone nihil: nos degener implet
Solus Abessalon lacerans pia viscera ferro.
Si licet ex ethicis quidquam præsumere, vel si
De physicis exempli aliquid: sic vipera, ut ajunt,
Dentibus emoritur fusæ per viscera prolis.
Mater morte sua, non sexu, fertilis, aut de
Concubitu distenta uterum, sed quum calet igni
Percita femineo, moriturum obscena maritum
Ore sitit patulo: caput infert ille trilingue
Conjugis in fauces, atque oscula fervidus intrat,
Insinuans oris coitu genitale venenum.
Nupta voluptatis vi saucia, mordicus haustum
Frangit amatoris blanda inter fœdera guttur,
Infusasque bibit, caro pereunte, salivas.
His pater inlecebris consumitur: at genitricem
Clausa necat soboles: nam postquam semine adulto
Incipiunt calidis corpuscula parva latebris
Serpere, motatumque uterum vibrata ferire,
Æstuat interno pietatis crimine mater,
Carnificemque gemit damnati conscia sexus
Progeniem, septi rumpentem obstacula partus.
Nam, quia nascendi nullus patet exitus, alvus
Fetibus in lucem nitentibus excruciata
Carpitur, atque viam lacerata per ilia pandit.
Tandem obitu altricis, prodit grex ille dolorum
Ingressum vitæ vix eluctatus, & ortum
Per scelus exsculpens, lambunt natale cadaver
Reptantes catuli, proles dum nascitur orba;
Haud experta diem, miseræ nisi posthuma matris.
Non dispar nostræ conceptus mentis: ab ore
Vipereo infusum sic combibit illa venenum
Conjuge Beliade: sic oscula devorat haustu,
Interiusque rapit: sic felle libidinis ardens
Impletur vitiis, perituro mista marito.
Tunc prægnans letale genus, concepta maligni
Fert opera ingenii, de semine complicis hydri:
Quem pœnis pensare prius sua facta necesse est
Corruptæ pro stupro animæ, proque orbe peremto.
Ipsam porro animam crudelia vulnera carpunt
Mille puerperiis, soboles dum parturit ex se
Contra naturam genitas, peccamina crebra
Scilicet, & pastos materno funere natos.
Hinc illa est Domini justa objurgatio Christi:
Nonne pater dæmon (vos increpo peccatores)
Concubitu carnis semen sitientis iniquum
Vos genuit? sanctum, lector, percense volumen:
Quod loquar, invenies Dominum dixisse profanis
Vera objectantem mortalibus. Ex Patre nam vos
Esse meo genitos, pietas, ait, ipsa probaret,
Ac pietatis opus. Pro cæca libido! quid hoc est?
Quod quum se thalamis desponsam mens bona justis
Noverit, inque torum Regis nuptura vocetur,

V. 519. *Belial*] Media hujusce vocis syllaba producitur a Prudentio, quæ ab aliis corripitur. CHAMILL.

V. 576. *Sereret sua crim.*] Sic Chamill. Ald. & al. *misceret crim.*

V. 619. *Pastos*] Veteres editi, *partos*.

V. 621. *Nonne pater dæmon — vos genuit?*] *Joan.* VIII. 44. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* CHAMILL.

V. 623. *Percense volumen*] *Percensere* heic loci est tertiæ conjugationis. Sic περὶ στεφ. Hymn. V. ℣. 9.

*Nunc angelorum particeps,*
*Conlucis insigni stola.*

Ita enim optime codex regius, olim Puteanus. Ibid. ℣. 60.


*Extorque, si potes, fidem.*

Et infra ℣. 393.

*Sic frendis, & corpus sacrum*
*Profanus* — —
— — — —
*Exponit inter carices.*

Nimirum quum amet Poeta hisce verbis tertiæ conjugationis uti, non est ut controversiam ejusmodi locis moveamus, ubi *percensere*, *conlucere*, *extorquere*, *frendere* tertiæ sunt conjugationis. ID.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.



Et Regis semper juvenis, senioque repulso A
Divinum decus æterno servantis in ore,
Malit adulterium, fulvo & se munere vilem
Vendat nocticolæ spurcis complexibus Indi,
Aspernata Dei fusam per virginis artus
Progeniem, dulcesque vocans in fornice natos?
Sentio, quam contra moveat pellacia litem,
Quo dente obnitens spinosa calumnia pugnet,
Nosque lacessito vocet ad luctamina vero,
Si non vult Deus esse malum, cur non vetat? inquit,
Nil refert, auctor fuerit factorque malorum,
An ne opera in vitium sceleris pulcherrima verti,
Quum possit prohibere, finat? quod si velit omnes B
Innocuos agere Omnipotens, nec sancta voluntas
Degeneret, facto nec se manus inquinet ullo:
Condidit ergo malum Dominus, quod spectat ab alto,
Et patitur, fierique probat, tamquam ipse crearit.
Ipse creavit enim, quod, quum discludere possit,
Non abolet, longoque finit grassarier usu.
Damna aures, Pater alme, meas, & claude meatus
Obbrutescentis capitis, ne pervia tales
Concipiat flexura sonos: est perdere tanti
Exstinctum vitæ officium de parte cerebri;
Immunem modo se se anima, expertemque nefandi C
Auditus felix, stolida conservet ab aure.
Quis ferat hæc injecta Deo convicia, qui se
Divinis meminit præcellere nobilitatum
Muneribus? multa ut taceam, vel sola benignum
Res probat esse Deum, vetiti quod amore peremtos
Excitat e tumulis homines, regnique per ævum
Participes jubet esse sui: qui, si foret auctor
Servatorque mali, numquam post damna salutis,
Peccantumque obitus, redivivam ferre medelam
Vellet, & amissos ope restaurare secunda.
Labi hominis, servare Dei est: meritis perit iste:
Ille abolet pereuntis opus, meritumque resolvit.
Argumentum ingens, Dominum qui talia præstet, D
Nolle malum, ne, quod post abluit, ante probare.
Invito ne aliquis potis est peccare Tonante:
Cui facile est in corde hominis componere sensus
Quos libeat, fibrasque omnes animare pudicis
Pulsibus, & totum venis infundere honestum?
Nescis, stulte, tuæ vim libertatis ab ipso
Formatore datam? nescis, ab origine quanta
Sit concessa tibi famulo super orbe potestas?
Et super ingenio proprio, laxeque soluto
Jure voluntatis, liceat cui velle sequique
Quod placitum, nullique animum subjungere vinclo?
An quum te dominum cunctis quæcumque crearat E
Præficeret, mundumque tuis servire juberet
Imperiis; quumque arva, polum, mare, flumina, ventos
Dederet, arbitrium de te tibi credere avarus
Nollet, ut indigno, libertatemque negaret?
Quale erat, electus magni rex orbis ut esset,
Non rex ipse sui, curto fœdatus honore?
Nam quis honos domini est, cujus mens libera non est,
Una sed impositæ servit sententia legi?
Quæ laus porro hominis, vel quod meritum, fine certo
Inter utramque viam discrimine vivere juste?
Non fit sponte bonus, cui non est promta potestas
Velle aliud, flexosque animi convertere sensus.
Atqui nec bonus est, nec conlaudabilis ille,
Qui non sponte bonus: quoniam probitate coacta
Gloria nulla venit, sordetque ingloria virtus.
Nec tamen est virtus, ni deteriora refutans
Emicet, & meliore viam petat indole rectam.
Vade, ait ipse parens opifexque & conditor Adæ:
Vade homo, & afflatu nostri prænobilis oris,
Insubjecte, potens, rerum arbiter, arbiter idem
Et judex mentis propriæ: mihi subdere soli
Sponte tua, quo sit subjectio & ipsa soluto
Libera judicio: non cogo, nec exigo per vim:
Sed moneo, injustum fugias, justumque sequaris.
Lux comes est justi: comes est nox horrida iniqui:
Elige rem vitæ: tua virtus temet in ævum
Provehat: æternum tua damnet culpa vicissim:
Præstet & alterutram permissa licentia sortem.
Hac pietate vagus, & tanto munere abundans,
Transit propositum fas, & letalia prudens
Eligit: atque volens illud magis utile retur
Quod, prohibente Deo, persuasit callidus anguis.
Persuasit certe hortatu, non impulit acri
Imperio: hoc mulier rea criminis exprobranti
Respondit Domino: suadelis se malefabris
Illectam, suasisse viro: vir & ipse libenter
Consensit. Licuit ne hortantem spernere recti
Libertate animi? licuit: namque & Deus ante
Suaserat, ut meliora volens sequeretur: at ille
Spernens consilium, sævo plus credidit hosti.
Nunc inter vitæ dominum, mortisque magistrum
Consistit medius: vocat hinc Deus: inde tyrannus
Ambiguum, atque suis se motibus alternantem.
Accipe gestarum monimenta insignia rerum;
Prælusit quibus historia spectabile signum.
Loth fugiens Sodomis ardentibus, omnia secum
Pignora cara domus properabat, sede relicta,
Nubibus urbicremis subducere: sulphure quum jam
Nimboso ignitus cælum subtexerat aer,
Flagrantemque diem crepitans incenderet imber.
Angelus hanc hospes legem præscripserat ollis,
Emissus virtute Dei, sub imagine dupla:
Omnis ut e portis iret domus, atque in apertum
Dirigeret constans oculos, nec pone reflexo
Lumine regnantes per mœnia cerneret ignes.
Nemo memor Sodomæ, quæ mundi forma cremandi est,
Ut semel e muris gressum promoverit, ore
Post tergum verso, respectet funera rerum.
Loth monitis sapiens obtemperat: at levis uxor
Mobilitate animi torsit muliebre retrorsus
Ingenium, Sodomisque suis revocabilis hæsit.
Traxerat Eva virum diræ ad consortia culpæ:
Hæc peccans, sibi sola perit: solidata metallo

V. 650. *Obbrutescentis* ] Hoc vocabulo usus est Lucretius lib. III. ℣. 543.

*Nec refert utrum pereat dispersa per auras.*
*An contractis in se partibus obbrutescat.*

CHAMILL.

V. 663. *Ope restaurare secunda* ] Sic Chamill. Sed Aldus aliique, *opere instaurare secundo*.

V. 675. *Laxeque* ] Chamill. *laxæque*.

V. 703. *Nox horrida* ] Ita Chamill. Et recte quidem: id enim postulat antithesis *lux* & *nox*. At Ald. Tornæs. al. *mors horrida*.

V. 707. *Hac pietate vagus* ] Familiaris Prudentio cæsura. *Psychom.* ℣. 713.

*Cum placet aerius, & de phantasmate visus.*

Ne legas igitur: *Hac pietate vigens*. CHAMILL. --- Eamdem lectionem *vagus* præbet exemplar Aldinum: sed Tornæs. *vigens*.

Diriguit fragili, ſaxumque liquabile facta A
Stat mulier, ſicut ſteterat prius: omnia ſervans
Caute ſigillati longum ſalis effigiata,
Et decus, & cultum, frontemque oculoſque comamque
Et flexam in tergum faciem, paullumque relata
Menta retro, antiquæ monimenta rigentia noxæ.
Liquitur illa quidem ſalſis ſudoribus uda:
Sed nulla ex fluido plenæ diſpendia formæ
Sentit deliquio: quantumque armenta ſaporum
Attenuant ſaxum, tantum lambentibus humor
Sufficit, attritamque cutem per damna reformat.
Hoc meruit titulo peccatrix femina ſiſti,
Infirmum fluidumque animum per lubrica ſolvens
Conſilia, & fragilis juſſa ad cæleſtia voti. B
Propoſitum contra non commutabile ſervat
Loth ingreſſus iter, nec mœnia reſpicit, alto
In cinerem conlapſa rogo, populumque peruſtum:
Et mores populi, tabularia, jura, forumque,
Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra,
Et Circum cum plebe ſua, madidaſque popinas.
Quidquid agunt homines Sodomorum, incendia juſtis
Ignibus involvunt, & Chriſto judice damnant.
Hæc fugiſſe ſemel ſatis eſt. Non reſpicit ultra
Loth noſter, fragilis ſed conjunx reſpicit, & qua
Fugerat, inverſo mutabilis ore reviſit,
Atque inter patrias perſtat durata favillas.
En tibi ſignatum libertatis documentum, C
Quo voluit nos ſcire Deus, quodcumque ſequendum eſt,
Sub noſtra ditione ſitum, paſſimque remiſſum,
Alterutram calcare viam. Duo cedere juſſi
De Sodomis: alter ſe proripit, altera muſſat:
Ille gradum celerat fugiens; contra, illa renutat.
Liber utrique animus: ſed diſpar utrique voluntas.
Dividit huc illuc rapiens ſua quemque libido.
Talem multa ſacris ſpeciem notat orbita libris.
Aſpice Ruth gentis Moabitidis, & ſimul Orphan:
Illa ſocrum Noemin fido comitatur amore;
Deſerit hæc: atquin thalamis & lege jugali
Exutæ, Hebræiſque toris ſacriſque vacantes,
Jure fruebantur proprio: ſed priſtinus Orphæ D
Fanorum ritus præputia barbara ſuaſit
Malle, & ſemiferi ſtirpem nutrire Goliæ:
Ruth dum per ſtipulas agreſti amburitur æſtu,
Fulcra Booz meruit, caſtoque adſcita cubili
Chriſtigenam fecunda domum, Davidica regna,
Edidit, atque Deo mortales miſcuit ortus.
Sæpe egomet memini, fratres geminos ad hiulcum
Perveniſſe ſimul bivium, nutante juventa,
Et dubitaſſe diu, bifido ſub tramite, quodnam
Eſſet iter melius, quum dextrum ſpinea ſilva
Sentibus arctaret, ſcopuloſaque ſemita longe
Duceret aerium clivoſo margine callem.
At lævum, nemus umbriferum per amœna vireta E
Ditibus ornaret pomis, & lene jacentem
Planities daret ampla viam: ſqualentibus unum
Contentum ſpinis reptaſſe per ardua ſaxa;
Porro alium campo ſe ſe indulſiſſe ſiniſtro:
Illum ſideribus caput immiſcere propinquis;
Hunc in cœnoſas ſubito cecidiſſe paludes.
Omnibus una ſubeſt natura: ſed exitus omnes
Non unus peragit, placitorum ſegrege forma.
Haud ſecus, ac ſi olim per ſudum lactea forte
Lapſa columbarum nubes deſcendat in arvum
Ruris frugiferi, laqueos ubi callidus auceps
Prætendit, lentoque inlevit vimina viſco;
Sparſit & inſidias ſiliquis vel farre doloſo:
Iniciunt alias fallentia grana, gulamque
Innectunt avidam tortæ retinacula ſetæ,
Molle vel implicitas gluten circumligat alas.
Aſt aliæ quas nullus amor prolectat edendi,
Greſſibus innocuis ſterili ſpatiantur in herba,
Suſpectamque cavent oculos convertere ad eſcam.
Mox, ubi jam cælo revolandum, pars petit æthram
Libera ſideream, plaudens ſuper aera pennis:
Pars captiva jacet, laceris & ſaucia plumis
Pugnat humi, & volucres nequidquam ſuſpicit auras.
Sic animas cæli de fontibus unicoloras
Infundit natura ſolo: ſed ſuavibus iſtic
Devinctæ inlecebris retinentur, & æthera paucæ
Conſcendunt reduces: multas viſcoſus ineſcat
Paſtus, & ad ſuperas percurrere non ſinit auras.
Præſcius inde Pater liventia tartara plumbo
Incendit liquido, piceaſque bitumine foſſas
Infernalis aquæ furvo ſubfodit Averno,
Et Phlegethonteo ſub gurgite ſanxit edaces
Perpetuis ſcelerum pœnis inoleſcere vermes.
Norat enim, flatu ex proprio vegetamen ineſſe
Corporibus noſtris, animamque ex ore perenni
Formatam non poſſe mori: non poſſe viciſſim
Pollutam vitiis rurſum ad convexa reverti,
Merſandam penitus puteo ferventis abyſſi.
Vermibus & flammis & diſcruciatibus ævum
Immortale dedit, ſenio ne pœna periret,
Non pereunte anima: carpunt tormenta foventque
Materiem ſine fine datam: mors deſerit ipſa
Æternos gemitus, & flentes vivere cogit.
At diverſa procul regionibus in paradiſi
Præmia conſtituit majeſtas gnara futuri
Spiritibus puris, & ab omni labe remotis;
Quique Gomorrhæas non reſpexere ruinas:
Averſis ſed rite oculis poſt terga tenebras
Liquerunt, miſeri properanda pericula mundi;
Ac primum facili referuntur ad aſtra volatu,
Unde fluens anima ſtructum vegetaverat Adam.
Nam quia naturam tenuem declivia vitæ
Pondera non reprimunt, nec tardat ferrea compes,
Concretum celeri relegens ſecat aera lapſu,
Exſuperatque polum fervens ſcintilla remenſum,
Carcereos exoſa ſitus, quibus hæſerat exſul.
Tunc poſtliminio redeuntem ſuſcipit, alto
Cana fides gremio, teneriſque oblectat alumnam
Deliciis, multos poſt diverſoria carnis

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.

V. 760. *Propolas* ] A Lucillio apud Nonium prima in *propola* etiam producitur:

*Sicuti quum primos ficos propola recentis*
*Protulit, & pretio ingenti dat primitu paucos.*

CHAMILL.

V. 765. *Loth noſter* ] Nam hoc tranſtulit ad id, quod in nobis experimur. Unde *Loth noſter*, id eſt anima noſtra, non reſpicit ultra: ſed *conjunx*, caro ſcilicet, levis atque infirma intuetur. ID.

V. 784. *Agreſti amburitur æſtu* ] Sic ms. regius: non *agreſtis oburitur æſtu*. ID. — Legerat item in ſuo codice Aldus, *agreſti amburitur æſtu*.

V. 786. *Chriſtigenam domum — Davidica regna* ) Ita Chamill. neque aliter Aldus. Al. male, *& Davidica regna*. Vide ſuperius ad ℣. 242. adnotata.

V. 803. *Per ſudum* ] Sudum proprie pars eſt cæli ſerena inter nubes. Virgilius lib. VIII. ℣. 528.

*Arma inter nubem, cæli in regione ſerena,*
*Per ſudum rutilare vident, & pulſa tonare.*

CHAMILL.

V. 811. *Prolectat* ] Illicit, inducitque. Cic. pro Flac. 18. *Egentes privata benignitate prolectas*. ID.

V. 818. *Unicoloras* ] Non, *unicolores*. Sic περὶ στεφ. Hymn. I. ℣. 113. *decoloros artus*: & Hymn. X. ℣. 302. *lana diſcoloras*: & lib. II. contr. Symm. ℣. 56. *verſicoloros paries*. ID.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.



Ore renarrantem querulo, quos paſſa, labores. A
Illic purpureo latus exporrecta cubili,
Floribus æternis ſpirantes libat odores,
Ambroſiumque bibit roſeo de ſtramine rorem,
Ditibus, & longo fumantibus intervallo,
Fluminaque & totos cæli ſitientibus imbres,
Implorata negat digitum inſertare palato,
Flammarumque apices humenti exſtinguere tactu.
Nec mirere, locis longe diſtantibus inter
Damnatas juſtaſque animas concurrere viſus
Conſpicuos, meritaſque vices per magna notari
Intervalla, polus medio quæ dividit orbe.
Errat quiſque animas noſtrorum ſine oculorum
Æſtimat, involvit vitreo quos lucida palla B
Obice: quis ſpeculum concreta coagula texunt,
Impediuntque vagas obducto humore feneſtras.
Num ne animarum oculis denſo vegetamine guttæ
Volvuntur teretes? aut palpebralibus extra
Horreſcunt ſetis, ciliove umbrante teguntur?
Illis viva acies, nec pupula parva, ſed ignis
Trajector nebulæ, vaſti & penetrator operti eſt,
Nil ferrugineum ſolidumve tuentibus obſtat:
Nocturnæ cedunt nebulæ: nigrantia cedunt
Nubila: prætenti cedit teres area mundi.
Nec tantum aerios viſu tranſmittit hiatus
Spiritus: oppoſitos ſed tranſit lumine montes, C
Oceani fines, atque ultima litora Thulæ
Tranſadigit, volucreſque oculos in Tartara mittit.
Noſtris nempe omnes pereunt ſub nocte colores
Viſibus, & cæco delentur tempore formæ.
Numquid & exuti membris ac viſcere, perdunt
Agnitione notas rerum, vel greſſibus errant?
Una animas ſemper facies habet, & color unus
Aeris; ut cuique eſt meritorum ſumma, ſiniſtri
Seu dextri: alternas nec commutabile tempus
Convertit variatque vices: longum atque perenne eſt,
Quidquid id eſt: unus volvit ſua ſæcula curſus.
Expertus dubitas animas percurrere viſu,
Abdita corporeis oculis: cum ſæpe quietis D
Rore ſoporatis, cernat mens viva remotos
Diſtanteſque locos; aciem per rura, per aſtra,
Per maria intendens: nec enim ſe ſegregat ipſa
Ante obitum vivis ex artubus, aut fugit exſul
Sanguinis & carnis penetralia, ſeque medullis
Exuit, abductamve abigit de pectore vitam:
Viſcerea ſed ſede manens, ſpeculatur acutis
Omnia luminibus, & qua circumtulit acrem
Naturæ levis intuitum, nullo obice rerum
Diſcluſa, ante oculos ſubjectum proſpicit orbem,
Atque orbis ſub mole ſitum ſordens elementum.
Objacet interea tellus, nec viſibus obſtat:
Quin, ſi ſtelligerum vultus convertat ad axem,
Nil intercurrens obtutibus, impedit ignem
Pervigilis animæ, quamvis denſata graventur
Nubila, & oppoſito nigreſcat vellere cælum.
Sic arcana videt tacitis cooperta futuris,
Corporeus Joannes adhuc, nec carne ſolutus,
Munere ſed ſomni, paulliſper carne ſequeſtra,
Liber ad intuitum, ſenſuque oculiſque peragrans,
Ordine diſpoſitos venturis ſolibus annos.
Procinctum videt angelicum, jam jamque cremandi
Orbis in excidium, raucos & percipit aure
Mugitus gravium mundi ſub fine tubarum.
Hæc ille ante obitum, membrorum carcere ſeptus
Secedente anima, non diſcedente, videbat.
Nonne magis flatus ſine corpore cuncta notabit,
Corporis involucris tumulo frigente repoſtis?
Certa fides, rapidos ſubterna nocte caminos,
Qui pollutam animam per ſæcula longa perenni
Igne coquunt, oculis longum per inane remoti
Pauperis expoſitos, nec ſecius aurea dona
Juſtorum dirimente Chao, rutilaſque coronas
Eminus oſtendi pœnarum carcere merſis.
Hinc paradiſicolæ poſt ulcera dira beato
Proditur infelix, ululans in peſte reatus
Spiritus: inque vicem meritorum mutua cernunt.
O Dee cunctiparens, animæ dator, o Dee Chriſte,
Cujus ab ore Deus ſubſiſtit Spiritus unus:
Te moderante regor, te vitam principe duco,
Judice te pallens trepido, te judice eodem
Spem cupio, fore quidquid ago, veniabile apud te,
Quamlibet indignum venia faciamque loquarque.
Confiteor, (dimitte libens, & parce fatenti:)
Omne malum merui: ſed tu bonus arbiter aufer
Quod merui: meliora favens largire precanti,
Dona animæ quandoque meæ, quum corporis hujus
Liquerit hoſpitium, nervis, cute, ſanguine, felle,
Oſſibus exſtructum, corrupta quod incola luxu,
Heu nimium complexa fovet: quum flebilis hora
Clauſerit hos orbes, & conclamata jacebit
Materies, oculiſque ſuis mens nuda fruetur:
Ne cernat truculentum aliquem de gente latronum,
Immitem, rabidum, vultuque & voce minaci
Terribilem: qui me maculoſum aſpergine morum
In præceps ut prædo trahat, nigriſque ruentem
Immergat ſpecubus, cuncta exacturus aduſque
Quadrantem minimum, damnoſæ debita vitæ.
Multa in theſauris Patris eſt habitatio, Chriſte,

V. 857. *Stramine* ] Al. legunt *gramine*. Sed probe *ſtramine* ex ms. regio, pro toro aut ſtramento. Poſt hunc verſum ſequuntur in vulgatis ſeni verſus, qui a ms. regio aliiſque abſunt, quum turbent ſeriem orationis, & ſint inſulſi. Suntque hujuſmodi: E

*Aſt aliæ quas dira lues errorque malignus*
*Immerſit tenebris, vaſtoque obſedit averno;*
*Haud impune piis ab ſemet abeſſe fatentur*
*Conciliis, meritas ferre & per ſæcula pœnas.*
*Quis patris antiqui & ægri reverentis abyſſo*
*Excluſis, mundique bonis cum morte potitis*
*Ditibus & longo* cet.

Id. --- Hos item verſus omittit Aldus, qui & legit *ſtramine* cum Chamill.

V. 866. *Quiſque* ] Id eſt, quiſquis. Vid. ſup. περὶ στεφ. Hymn. X ✠. 35.

V. 880. *Thulæ* ] Sic Chamill. qui excitat hoc Virgilianum teleſtichium lib. I. *Georg.* ✠. 30.

— *Tibi ſerviat ultima Thule.*

Al. *Thyles*. Et ſtatim, *Tranſadiit* pro *Tranſadigit*.

V. 882. *Pereunt ſub nocte colores* ] Huc ſpectat illud Virgil. lib. VI. ✠. 272.

— *Et rebus nox abſtulit atra colorem.*

Chamill.

V. 920. *Involucris* ] Penultimam unus contrahit Prudentius. Sic infra lib. I. *contr. Symm.* in præfat. ✠. 54.

*Contentum involucris atque cubilibus.*

V. 921. *Subterna nocte caminos* ] Ita lib. I. *in Symm.* (✠. 392.)

*Relligionis opem ſubternis poſcere ab antris.*

Al. tamen legunt: *ſub terra nocte caminos*. Id. --- Aldus & ipſe legit *ſubterna*.

V. 923. *Remoti* ] Ita Chamill. ut reſpiciat ſequens *pauperis*. Aldus tamen cum aliis *oculis -- remotis*.

V. 930. *Dee* ] Sanctius vult vocativum illius nominis in *e* tantum deſinere. Nebriſſenſis vero in *us*. Ut ut eſt, id conſtat aliquando Latinos Atticorum more nominativis & vocativis eamdem terminationem dediſſe. Horatius (lib. II. Sat. IV. ✠. 5.)

— *Sed des veniam, bonus, oro.*

pro *bone*. Virgilius (lib. I. *Æn.* ✠. 738.)

*Adſis lætitiæ, Bacchus, dator:* —

pro *Bacche*. Quare *Dee* pro *Deus* etiam ponetur, quod Græci ὦ θεὸς dicant. Sic Tertullianus lib. II. adv. Marcionem. *Gratus eſſes, o dee hæretice, ſi eſſes in diſpoſitionem creatoris, quod marem & feminam miſcuit*. Chamill.

Disparibus discreta locis: non posco beata
In regione domum: sint illic casta virorum
Agmina, pulvereum quæ dedignantia censum,
Divitias petiere tuas: sit flore perenni
Candida virginitas, animum castrata recisum.
At mihi tartarei satis est si nulla ministri
Occurrat facies, avidæ nec flamma gehennæ
A Devoret hanc animam, mersam fornacibus imis.
Esto: cavernoso, quia sic pro labe necesse est
Corporea, tristis me sorbeat ignis Averno:
Saltem mitificos incendia lenta vapores
Exhalent, æstuque calor languente tepescat.
Lux immensa alios, & tempora vincta coronis
Glorificent: me pœna levis clementer adurat.

V. 953. *Non posco beata In regione domum*] Subintellige: *statim ab obitu*. CHAMILL.

V. 962. *Tristis me sorbeat ignis Averno*] Orat ut ne æterno igne crucietur, sed purgetur emendatorio. ID.

# AURELII
# PRUDENTII
## CLEMENTIS V. C.
## ΨΥΧΟΜΑΧΙΑ;
### ID EST,
### *LIBER*
### DE PUGNA ANIMI.

## *PRÆFATIO.*

SEnex fidelis, prima credendi via,
Abram, beati seminis serus pater,
Adjecta cujus nomen auxit syllaba,
Abram parenti dictus, Abraham Deo;
Senile pignus qui dicavit victimæ,
Docens, ad aram cum litare quis velit,
Quod dulce cordi, quod pium, quod unicum,
Deo libenter offerendum credito;
Pugnare nosmet cum profanis gentibus
Suasit, suumque suasor exemplum dedit:
Nec ante prolem conjugalem gignere
Deo placentem, matre Virtute editam,
Quam strage multa bellicosus spiritus
Portenta cordis sævientis vicerit.
Victum feroces forte reges ceperant
Loth, immorantem criminosis urbibus
Sodomæ & Gomorrhæ; quas fovebat advena
Pollens honore patruelis gloriæ.
Abram, sinistris excitatus nuntiis,
Audit propinquum sorte captum bellica,
Servire duris barbarorum vinculis:
Armat trecentos terque senos vernulas,
Pergant ut hostis terga euntis cædere;
Quem gaza dives ac triumphus nobilis
Captis tenebant impeditum copiis.
Quin ipse ferrum stringit, & plenus Deo
Reges superbos mole prædarum graves
B Pellit fugatos, sauciatos proterit,
Frangit catenas, & rapinam liberat:
Aurum, puellas, parvulos, monilia,
Greges equarum, vasa, vestem, buculas.
Loth ipse ruptis expeditus nexibus
Attrita boiis colla liber erigit.
Abram triumphi dissipator hostici,
Redit recepta prole fratris inclytus;
Ne quam fidelis sanguinis prosapiam
Vis pessimorum possideret principum.
Adhuc recentem cæde de tanta virum,
Donat sacerdos ferculis cælestibus:
Dei sacerdos, rex & idem præpotens;
(Origo cujus fonte inenarrabili
C Secreta, nullum prodit auctorem sui:)
Melchisedech, qua stirpe, quis majoribus
Ignotus, uni cognitus tantum Deo.
Mox & triformis Angelorum trinitas
Senis revisit hospitis mapalia,
Et jam vieta Sarra in alvo fertilis
Munus juventæ mater exsanguis stupet,
Herede gaudens & cachinni pœnitens.
Hæc ad figuram prænotata est linea,
Quam nostra recto vita resculpat pede:
Vigilandum in armis pectorum fidelium,
Omnemque nostri portionem corporis,
Quæ capta fœdæ serviat libidini,

Vers. 1. *Prima credendi via*] Ita scribimus cum Chamillardo. Aldus tamen, Tornæs. al. *prima credendi via est*. Sed recta interpunctione i-stituta, verbum illud substantivum importunum esse nemo non videt: quæ enim octo primis versibus habentur, a verbis *suasit -- dedit* ℣. 10. regi noscuntur.

V. 12. *Deo placentem*] Vetustiora exemplaria habent *Deo patente*. Ita Cicero laborem, suæ nobilitatis parentem, agnoscit multis in locis. CHAMILL.


V. 33. *Attrita boiis*] Ita ms. Thuaneus veterrimus. Quidquid censeant aliqui, & *baccis* & *bagis* ab auctoris sententia sunt aliena. Boiæ, teste Plauto in *Asinar.* vincula sunt ferrea aut lignea. ID. --- Eadem voce *boiis* utitur
D iterum Prudentius περὶ στεφ. Hymn. I. ℣. 46.

*Carcer illigata duris colla boiis impedit.*

V. 47. *Vieta Sarra in alvo*] Sic Aldus aliique veteres. Chamillardus vero, *vietam Sarra in alvum*.

V. 51. *Resculpat*] Ducta est metaphora a statuariis: nam *sculpere* hanc artem spectat. CHAMILL.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Domi coactis liberandam viribus.
Nos esse large vernularum divites,
Si quid trecenti, bis novenis additis,
Possint, figura noverimus mystica.
Mox ipse Christus, qui sacerdos verus est,
Parente natus alto & ineffabili,
Cibum beatis offerens victoribus,
A Parvam pudici cordis intrabit casam,
Monstrans honorem Trinitatis hospitæ.
Animam deinde spiritus complexibus
Pie maritam, prolis expertem diu,
Faciet perenni fertilem de semine.
Tum sera dotem possidens puerpera,
Herede digno patris implebit domum.

V. 55. *Domi coactis --- viribus* ] Cicero: *In morbis corporis, medico exteriori opus habemus: at in animi vitiis remedia ipsa intra nos sunt.* CHAMILL.
V. 57. *Si quid trecenti* cet. ] Duo hæc carmina nihil aliud quam concilium Nicænum explicant, in quo auctoritate episcoporum CCCXVIII. fides firmata fuit, omnesque hæreses destructæ. Weitzius tamen & Drusius hæc referunt ad litteram T, quæ species est crucis. ID.
V. 60. *Parente -- ineffabili* ] Mallem ego: *Parente inenarrabili atque uno satus*, ut ms. regius. Non enim pyrrichium admittunt jambi. Giphanius tamen & Heinsius alteram scripturam amplexi sunt; ita ut pes quartus sit dactylicus elisione exclusa. ID.

## SECT. I.

CHriste, graves hominum semper miserate B
labores,
Qui patria virtute cluis propriaque, sed una,
(Unum namque Deum colimus de nomine trino,
Non tamen & solum, quia tu Deus ex Patre, Christe)
Differe rex noster, quo milite pellere culpas
Mens armata queat nostri de pectoris antro:
Exoritur quoties turbatis sensibus intus
Seditio, atque animam morborum rixa fatigat,
Quod tunc præsidium pro libertate tuenda,
Quæve acies furiis inter præcordia mixtis
Obsistat meliore manu. Nec enim, bone ductor,
Magnarum virtutum inopes, nervisque carentes
Christicolas vitiis populantibus exposuisti.
Ipse salutiferas obsesso in corpore turmas
Depugnare jubes: ipse excellentibus armas
Artibus ingenium, quibus ad ludibria cordis
Oppugnanda potens tibi dimicet, & tibi vincat.
Vincendi præsens ratio est, si comminus ipsas
Virtutum facies, & colluctantia contra
Viribus infestis liceat portenta notare.

## FIDEI ET IDOLOLATRIÆ
## PUGNA.

## SECT. II.

PRima petit campum dubia sub sorte duelli C
Pugnatura Fides, agresti turbida cultu,
Nuda humeros, intonsa comas, exserta lacertos;
Namque repentinus laudis calor ad nova fervens
Prœlia, nec telis meminit, nec tegmine cingi:
Pectore sed fidens valido, membrisque retectis,
Provocat insani frangenda pericula belli.
Ecce lacessentem collatis viribus audet
Prima ferire Fidem, veterum cultura deorum.
Illa hostile caput, phalerataque tempora vittis
Altior insurgens labefactat, & ora cruore
De pecudum satiata solo applicat, & pede calcat
Elisos in mortem oculos: animamque malignam
Fracta intercepti commercia gutturis arctant,
Difficilemque obitum suspiria longa fatigant.
Exsultat victrix legio: quam mille coactam
Martyribus regina Fides animarat in hostem.
Nunc fortes socios parta pro laude coronat
Floribus, ardentique jubet vestirier ostro.

## PUDICITIÆ ET LIBIDINIS
## PUGNA.

## SECT. III.

EXin gramineo in campo concurrere promta D
Virgo Pudicitia speciosis fulget in armis:
Quam patrias succincta faces Sodomita Libido
Aggreditur, piceamque ardenti sulphure pinum
Ingerit in faciem, pudibundaque lumina flammis
Appetit, & tetro tentat suffundere fumo.
Sed dextram Furiæ flagrantis, & ignea diræ
Tela lupæ saxo ferit imperterrita virgo,
Excussasque sacro tædas depellit ab ore.
Tunc exarmatæ jugulum meretricis adacto
Transfigit gladio: calidos vomit illa vapores,
Sanguine concretos cœnoso: spiritus inde
Sordidus exhalans vicinas polluit auras.
Hoc habet, exclamat victrix regina: supremus
Hic tibi finis erit: semper prostrata jacebis:
Nec jam mortiferas audebis spargere flammas

Vers. 1. *Christe -- labores* ] Æmulatus est illud Maronianum lib. VI. *Æn.* ℣. 56.

*Phœbe, graves Trojæ semper miserate labores.*

CHAMILL.
V. 3. *De nomine trino* ] Non, *de nomine utroque*: licet de Deo Patre & Filio tantum agat heic loci. ID.
V. 31. *Altior insurgens* ] Tale illud Virgil. lib. XII. (℣. 901.)

*Ille manu raptum trepida torquebat in hostem*
*Altior insurgens.*

ID.
V. 38. *Nunc fort.* ] Ita legimus cum Tornæs. At Chamill. cum Aldo, *Tunc fort.*
V. 51. *Sanguine concretos* ] Commixtos. Virgil. lib. II *Æn.* (℣. 277.)


*Squalentem barbam, & concretos sanguine crines.*

CHAMILL.
V. 53. *Hoc habet* ] Recentiores (& Aldus) *Hoc tibi habet*: sed assentior iis qui, *Hoc habet*, legunt. Et poeticum magis, & ab antiquis magis usurpatum. Virgilius lib. XII. *Æn.* (℣. 295.

*Desuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur:*
*Hoc habet, hæc melior magnis data victima divis.*

Vox illa est e gladiatoriis ludis repetita, ubi victor vulnerato a se adversario sic insultabat. ID.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.



A In famulos famulasve Dei: quibus intima casti
Vena animi sola fervet de lampade Christi.
Te ne, o vexatrix hominum, potuisse resumtis
Viribus exstincti capitis recalescere flatu?
Assyrium postquam thalamum cervix Holophernis
Cæsa, cupidineo madefactum sanguine lavit,
Gemmantemque torum mœchi ducis aspera Judith
Sprevit, & incestos compescuit ense furores,
Famosum mulier referens ex hoste tropæum,
Non trepidante manu vindex mea cælitus audax.
At fortasse parum fortis matrona sub umbra
B Legis adhuc pugnans, dum tempora nostra figurat,
Vera quibus virtus terrena in corpora fluxit,
Grande per infirmos caput excisura ministros.
Numquid & intactæ post partum Virginis ullum
Fas tibi jam superest? post partum Virginis, ex quo
Corporis humani naturam pristina origo
Deseruit, carnemque novam vis ardua sevit,
Atque innupta Deum concepit femina Christum,
Mortali de matre hominem, sed cum Patre Numen.
Inde omnis jam diva caro est, quæ concipit illum,
C Naturamque Dei consorti fœdere sumit:
Verbum quippe caro factum, non destitit esse
Quod fuerat, Verbum, carnis dum glutinat usum,
Majestate quidem non degenerante per usum
Carnis, sed miseros ad nobiliora trahente.
Ille manet, quod semper erat; quod non erat, esse
Incipiens: Nos, quod fluimus, jam non sumus, aucti
Nascendo in melius: mihi contulit, & sibi mansit.
Nec Deus ex nostris minuit sua: sed sua nostris
Dum tribuit, nosmet dona ad cælestia vexit.
Dona hæc sunt, quod victa jaces, lutulenta Libido,
Nec mea post Mariam potis es perfringere jura.
Tu princeps ad mortis iter: tu janua leti,
Corpora commaculans, animas in tartara mergis.
Abde caput tristi jam frigida pestis abysso:
Occide, prostibulum: manes pete: claudere Averno,
Inque tenebrosum noctis detrudere fundum.
Te volvant subter vada flammea, te vada nigra,
Sulphureusque rotet per stagna sonantia vortex.
Nec jam Christicolas, Furiarum maxima, tentes,
Ut purgata suo serventur corpora Regi.
Dixerat hæc: & læta Libidinis interfectæ
Morte Pudicitia, gladium Jordanis in undis
Abluit infectum: sanies cui rore rubenti
Hæserat, & nitidum macularat vulnere ferrum.
Expiat ergo aciem fluviali docta lavacro
Victricem victrix, abolens baptismate labem
Hostilis juguli; nec jam contenta piatum
Condere vaginæ gladium, ne tecta rubigo
Occupet ablutum scabrosa sorde nitorem,
Catholico in templo divini fontis ad aram
Consecrat, æterna splendens ubi luce nitescat.

## PATIENTIÆ ET IRÆ CONGRESSUS.

### SECT. IV.

Ecce modesta gravi stabat Patientia vultu,
Per medias immota acies variosque tumultus,
Vulneraque & rigidis vitalia pervia pilis
Spectabat defixa oculos, & lenta manebat.
Hanc procul Ira tumens spumanti fervida rictu,
Sanguinea intorquens suffuso lumina felle,
Ut belli exsortem, teloque & voce lacessit,
Impatiensque moræ conto petit, increpat ore,
Hirsutas quatiens galeato in vertice cristas.
En tibi Martis, ait, spectatrix libera nostri:
Excipe mortiferum securo pectore ferrum;
Nec doleas: quia turpe tibi gemuisse dolorem.
Sic ait, & stridens sequitur convicia pinus
Per tenues crispata Notos, & certa sub ipsum
Defertur stomachum, rectoque illiditur ictu:
Sed resilit duro loricæ excussa repulsu.
E Provida nam virtus conserto adamante trilicem
Induerat thoraca humeris, squamosaque ferri
Texta per intortos commiserat undique nervos.
Inde quieta manet Patientia, fortis ad omnes
Telorum nimbos, & non penetrabile durans:
D Nec mora est jaculo monstri sine more furentis,
Opperiens propriis perituram viribus iram.
Scilicet indomitos postquam stomachando lacertos
Barbara bellatrix impenderat, & jaculorum
Nube supervacuam lassaverat irrita dextram;
Cum ventosa levi cecidissent tela volatu,
Jactibus & vacuis hastilia fracta jacerent:
Vertitur ad capulum manus improba, & ense corusco
Connisa in plagam, dextra sublimis ab aure
Erigitur, mediumque ferit librata cerebrum.
Ærea sed cassis cocto formata metallo
Tinnitum percussa refert, aciemque retundit
Dura resultantem: frangit quoque vena rebellis
Illisum chalybem, dum cedere nescia cassos
Excipit assultus, ferienti & tuta resistit:

V. 57. *Fervet de lampade Christi* ] Amore, Juvenalis *Sat.* VI. ✠. 137.)

*Nec Veneris pharetris macer est, aut lampade fervet.*

Chamill.

V. 89. *Tu princeps* ] Sic Chamillardus. *Princeps*, id est dux *ad mortis iter*. Quam quidem lectionem adstruere videtur sequens *janua*. At veteres editi, *Tu praceps*.

V. 91. *Frigida* ] Al. *fervida*. Frigida vocatur, quod crudelius venenum ac magis præsentaneum, frigidum est. Ita Lucanus *gelidas pestes* appellat serpentes pestiferos. Chamill.

V. 105. *Vaginæ* ] Ald. & al. *vagina*.

—— *Tecta rubigo* ] Vulgata scriptura hæc fuit: licet hoc carmen dictionis correptæ vitio, ut quidam putant, laboret. *Rubigo* enim tum apud ipsum Poetam alibi, tum apud Virgilium, Propertium, Ovidium primam producit. Martialis tamen, modo illud epigramma lib. II. huic poetæ tribui possit, dixit:

*Uteris ore aliter, nimiaque rubigine captus.*

Non ergo:

*Condere vagina gladium, ne sorde latenti*
*Occupet ablutum rubigo scabra nitorem,*

ponendum censui. Chamill.

V. 122. *Tenues* ] Vulgo *teneros*. Sed *tenues* proprium est ventorum epitheton. Virgilius lib. V. *Æn.* (✠. 525.)

*Namque volans liquidis in nubibus arsit arundo,*
*Signavitque viam flammis, tenuesque recessit*
*Consumta in ventos.*

Id.

V. 143. *Cedere* ] Aldus, *cadere*. Et statim al. legendum censent, *nescia cassis*: sed al. *cassos* referunt ad *assultus*.

Ira, ubi truncati mucronis fragmina vidit, A
Et procul in partes ensem crepuisse minutas,
Jam capulum retinente manu sine pondere ferri,
Mentis inops, ebur infelix decorisque pudendi
Perfida signa abicit, monimentaque tristia longe
Spernit, & ad proprium succenditur effera letum:
Missile de multis quæ frustra sparserat, unum
Pulvere de campi perversos sumit in usus:
Rasile figit humi lignum, ac se cuspide versa
Perfodit, & calido pulmonem vulnere transit.
Quam super assistens Patientia, Vicimus, inquit
Exsultans, vitium solita virtute, sine ullo
Sanguinis ac vitæ discrimine. Lex habet istud
Nostra genus belli, Furias omnemque malorum B
Militiam, & rabidas tolerando exstinguere vires.
Ipsa sibi est hostis vesania, seque furendo
Interimit, moriturque suis Ira ignea telis.
Hæc effata secat medias impune cohortes,
Egregio comitata viro: nam proximus Job
Hæserat invictæ dura inter bella magistræ,
Fronte severus adhuc, & multo vulnere anhelus:
Sed jam clausa truci subridens ulcera vultu,
Perque cicatricum numerum sudata recensens
Millia pugnarum, sua præmia, dedecus hostis.
Illum Diva jubet tandem requiescere ab omni
Armorum strepitu, captis & perdita quæque
Multiplicare opibus, nec jam peritura referre.
Ipsa globum legionum & concurrentia rumpit
Agmina, vulniferos gradiens intacta per imbres:
Omnibus una comes virtutibus associatur,
Auxiliumque suum fortis Patientia miscet.
Nulla anceps luctamen init virtute sine ista
Virtus: nam vidua est, quam non Patientia firmat.

## SUPERBIÆ ET HUMILITATIS PUGNA.

### SECT. V.

Forte per effusas inflata Superbia turmas
Effreni volitabat equo, quem pelle leonis
Texerat, & validos villis oneraverat armos:
Quo se fulta jubis jactantius illa ferinis
Inferret, tumido despectans agmina fastu.
Turritum tortis caput accumularat in altum
Crinibus, exstructos augeret ut addita cirros
Congeries, celsumque apicem frons ardua ferret.
Carbasea ex humeris summo collecta coibat
Palla sinu, teretem nectens a pectore nodum.
A cervice fluens tenui velamine limbus
Concipit ingestas textis turgentibus auras.
Nec minus instabili sonipes feritate superbit
Impatiens madidis frenarier ora lupatis.
Huc illuc frendens obvertit terga, negata
Libertate fugæ, pressisque tumescit habenis.
Hoc se se ostentans habitu ventosa virago
Inter utramque aciem supereminet, & phaleratum
Circumflectit equum, vultuque & voce minatur, D
Adversum spectans cuneum: quem milite raro
Et paupertinis ad bella coegerat armis
Mens humilis: Regina quidem, sed egens alieni
Auxilii, proprio nec sat confisa paratu,
Spem sibi collegam conjunxerat, edita cujus
Et suspensa ab humo est Opulentia divite regno.
Ergo humilem postquam malesana Superbia mentem
Vilibus instructam nullo ostentamine telis
Aspicit, in vocem dictis se fundit amaris.
Non pudet, o miseri, plebejo milite claros
Attentare duces, ferroque lacessere gentem
Insignem titulis: veteres cui bellica virtus
Divitias peperit, lætos & gramine colles E
Imperio calcare dedit? nunc advena nudus
Nititur antiquos, si fas est, pellere reges.
En, qui nostra suis in prædam cedere dextris
Sceptra volunt: en qui nostros sulcare novales,
Arvaque capta manu popularier hospite aratro
Contendunt; duros & pellere marte colonos!
Nempe, o ridiculum vulgus, natalibus horis
Totum hominem, & calidos a matre amplectimur artus:
Vimque potestatum per membra recentis alumni
Spargimus, & rudibus dominamur in ossibus omnes.
C Quis locus in nostra tunc vobis sede dabatur,
Congenitis cum regna simul ditionibus æquo
Robore crescebant? nati nam luce sub una,
Et domus & domini paribus adolevimus annis.
Ex quo plasma novum de consepto paradisi
Limite progrediens amplum transfugit in orbem,
Pellitosque habitus sumsit venerabilis Adam,
Nudus adhuc, ni nostra foret præcepta sequutus.
Quisnam iste ignotis nunc hostis surgit ab oris
Importunus, iners, infelix, degener, amens;
Qui sibi tam serum jus vindicat, hactenus exsul?
Nimirum vacuæ credentur frivola famæ,
Quæ miseros optare jubet quandoque futuri
Spem fortasse boni, lenta ut solatia mollem
Desidiam pigro rerum meditamine palpent.
Quidni illos spes palpet iners, quos pulvere in isto
Tirones Bellona truci non excitat ære,
Imbellesque animos virtus tepefacta resolvit?
An ne Pudicitiæ gelidum jecur utile bello est?
An tenerum pietatis opus sudatur in armis?
Quam pudet, o Mavors, & Virtus conscia, talem
Contra stare aciem, ferroque lacessere nugas,
Et cum virgineis dextram conferre choreis:
Justitia est ubi semper egens, & pauper Honestas
Arida Sobrietas, albo Jejunia vultu,
Sanguine vix tenui Pudor interfusus, aperta
Simplicitas, & ad omne patens sine tegmine vulnus,
Et prostrata in humum, nec libera judice se se
Mens humilis, quam degenerem trepidatio prodit!
Faxo ego, sub pedibus stipularum more teratur
Invalida ista manus: neque enim perfringere duris
Dignamur gladiis, algenti & sanguine ferrum

V. 165 *Vulnere* ] Ald. & al. *funere:* minus recte, ut ex sequentibus constat.
V. 170. *Quæque* ] Al. *quæ sunt*.
V. 217. *Calidos a matre* ] Juvenalis ( *Sat.* VII. ℣. 195. ) eodem sensu ait:
*Sidera te excipiant modo primos incipientem*
*Edere vagitus, & adhuc a matre rubentem.*
CHAMILL.
V. 243. *Justitia est ubi* ] Aldus cum al. *Justitia est nam*. Et ℣. antecedente, *Cumque hanc virgineis*.
V. 244. *Jejunia vultu* ] Quidam, *jejunaque vultu*. CHAMILL.

Imbuere, fragilique vires fœdare triumpho. A
Talia vociferans rapidum calcaribus urget
Cornipedem, laxisque volat temeraria frenis,
Hostem humilem cupiens impulsu umbonis equini
Sternere, dejectamque suspercalcare ruinam.
Sed cadit in foveam præceps, quam callida forte
Fraus interciso suffoderat æquore furtim:
Fraus detestandi vitiorum e pestibus una,
Fallendi versuta opifex, quæ præscia belli
Planitiem scrobibus vitiaverat insidiosis,
Hostili de parte latens, ut fossa ruentes
Exciperet cuneos, atque agmina mersa voraret.
Ac ne fallacem puteum deprendere posset
Cauta acies, virgis adopertas texerat oras, B
Et super imposito simularat cæspite campum.
At regina humilis, quamvis ignara manebat
Ulteriore loco, nec adhuc ad fraudis opertum
Venerat, aut foveæ calcarat furta malignæ:
Hunc eques illa dolum, dum fertur præpete cursu
Incidit, & cæcum subito patefecit hiatum.
Prona ruentis equi cervice involvitur, ac sub
Pectoris impressu fracta inter crura rotatur.
At virtus placidi moderaminis, ut levitatem
Prospicit obtritam monstri sub morte jacentis,
Intendit gressum mediocriter: os quoque parce
Erigit, & comi moderatur gaudia vultu.
Cunctanti Spes fida comes succurrit, & offert C
Ultorem gladium, laudisque inspirat amorem.
Illa cruentatam correptis crinibus hostem
Protrahit, & faciem læva revocante supinat.
Tunc caput orantis flexa cervice resectum
Eripit, ac madido suspendit colla capillo.
Exstinctum vitium sancto Spes increpat ore:
Desine grande loqui: frangit Deus omne superbum.
Magna cadunt: inflata crepant: tumefacta premuntur.
Disce supercilium deponere, disce cavere
Ante pedes foveam, quisquis sublime minaris.
Pervulgata viget nostri sententia Christi:
Scandere celsa humiles, & ad ima redire feroces.
Vidimus horrendum membris animisque Goliam
Invalida cecidisse manu: puerilis in illum
Dextera fundali torsit stridore lapillum,
Trajectamque cavo penetravit vulnere frontem,
Ille minax, rigidus, jactans, truculentus, amarus,
Dum tumet indomitum, dum formidabile fervet,
Dum se se ostentat clypeo, dum territat auras,
Expertus, pueri quid possint ludicra parvi,
Succubuit teneris bellator turbidus annis.
Me tunc ille puer virtutis pube sequutus,
Florentes animos sursum in mea regna tetendit,
Servatur qua certa mihi domus Omnipotentis
Sub pedibus Domini; meque ad sublime vocantem
Victores cæsa culparum labe capessunt.
Dixit, & auratis perstringens aera pennis,
In cælum se virgo rapit: mirantur euntem
Virtutes, tolluntque animos in vota, volentes
Ire simul, ni bella duces terrena retardent.
Confligunt vitiis, seque ad sua præmia servant.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.

## LUXURIÆ ET SOBRIETATIS PUGNA.

### SECT. VI.

Venerat occiduis mundi de finibus hostis
Luxuria, exstinctæ jamdudum prodiga famæ,
Delibuta comas, oculos vaga, languida vocem,
Perdita deliciis: vitæ cui caussa voluptas,
Elumbem mollire animum, petulanter amœnas D
Haurire illecebras, & fractos solvere sensus.
Ac tunc pervigilem ructabat marcida cœnam:
Sub lucem quia forte jacens ad fercula raucos
Audierat lituos, atque inde tepentia linquens
Pocula, lapsanti per vina & balsama gressu,
Ebria calcatis ad bellum floribus ibat.
Non tamen illa pedes, sed curru invecta venusto
Saucia mirantum capiebat corda virorum.
O nova pugnandi species! non ales arundo
Nervo pulsa fugit, nec stridula lancea torto
Emicat amento, frameam nec dextra minatur:
Sed violas lasciva jacit, foliisque rosarum
Dimicat, & calathos inimica per agmina fundit. E
Inde, eblanditis virtutibus, halitus illex
Inspirat tenerum labefacta per ossa venenum.
Et male dulcis odor domat ora & pectora & arma,
Ferratosque toros obliso robore mulcet.
Dejiciunt animos, ceu victi, & spicula ponunt
Turpiter, heu! dextris languentibus obstupefacti;
Dum currum varia gemmarum luce micantem
Mirantur, dum bracteolis crepitantia lora,
Et solido ex auro pretiosi ponderis axem
Defixis inhiant obtutibus, & radiorum
Argento albentem seriem, quam summa rotarum
Flexura electri pallentis continet orbe.
Et jam cuncta acies in deditionis amorem
Sponte sua versis transibat perfida signis,
Luxuriæ servire volens, dominæque fluentis
Jura pati, & laxa ganearum lege teneri.
Ingemuit tam triste nefas fortissima virtus
Sobrietas, dextro socios decedere cornu,
Invictamque manum quondam sine cæde perire.

V. 252. *Imbuere, fragilique*] Ita ms. regius: & vere. Frequentissime producitur a Poeta syllaba natura brevis, duabus consonantibus subsecutis. CHAMILL.

—— *Vires fœd.*] Chamill. *vires fœd.* mendose, ut videtur.

V. 258. *Æquore*] *Æquor* æqualitatem proprie ac planitiem significat, ut docet Columella lib. VIII. cap. XVII. Quin *æquor* pro terra sumi possit, non est dubium. Virgilius lib. I. Georg. (℣. 50.)

*At prius ignotum ferro quam scindimus æquor.*

Atque, ut optime notat Varro *de Ling. Lat.* lib. VI. per synecdochen *æquor* mare appellatum est, quod æquatum, quum vento motum non est. CHAMILL.

V. 261. *Vitiaverat*] Sic in codice regio: non, *violaverat* (ut habent Aldus, Tornæs. al.) infra ℣. 627.

*Qui spem multiplicans alat invitiabilis ævi.*

Et περὶ στεφ. Hymn. XI. ℣. 61.

*Nullus enim Christi ex famulis per tanta repertus*
*Supplicia auderet qui vitiare animam.*


Ir

V. 265. *Cauta*] Sic Chamill. Sed Aldus cum al. *Clara*: minus recte, ut videtur.

V. 299. *Annis*] Ita Chamill. editio quam sequimur. Aldus cum al. *armis*.

V. 312. *Oculos — vocem*] Aldus & al. *oculis vaga, languida voce*.

V. 343. *Ganearum*] Al. *ganeonum*. Ald. & Tornæs. *ganearum*.



Vexillum sublime Crucis, quod in agmine primo A
Dux bona prætulerat, defixa cuspide sistit,
Instauratque levem dictis mordacibus alam,
Exstimulans animos, nunc probris, nunc prece mixta:
Quis furor insanas agitat caligine mentes?
Quo ruitis? cui colla datis? quæ vincula tandem
Pro pudor! armigeris amor est perferre lacertis,
Lilia luteolis interlucentia sertis.
Et ferrugineo vernantes flore coronas?
His placet assuetas bello jam tradere palmas
Nexibus? his rigidas nodis innectier ulnas?
Ut mitra cæsariem cohibens aurata virilem
Combibat infusum croceo religamine nardum,
Post inscripta oleo frontis signacula, per quæ B
Unguentum regale datum est, & chrisma perenne?
Ut tener incessus vestigia syrmate verrat,
Sericaque in fractis fluitent ut pallia membris,
Post immortalem tunicam, quam pollice docto
Texuit alma Fides, dans impenetrabile tegmen
Pectoribus lotis, dederat quibus ipsa renasci?
Inde ad nocturnas epulas, ubi cantharus ingens
Despuit effusi spumantia damna Falerni
In mensam cyathis stillantibus; uda ubi multo
Fulcra mero, veterique toreumata rore rigantur?
Excidit ergo animis eremi sitis? excidit ille
Fons patribus de rupe datus, quem mystica virga
Elicuit scissi salientem e vertice saxi? C
Angelicus ne cibus prima in tentoria vestris
Fluxit avis; quem nunc sero felicior ævo
Vespertinus edit populus de corpore Christi?
His vos imbutos dapibus jam crapula turpis
Luxuriæ ad madidum rapit importuna lupanar,
Quosque viros non ira fremens, non idola bello
Cedere compulerant, saltatrix ebria flexit?
State, precor, vestri memores, memores quoque Christi.
Quæ sit vestra tribus, quæ gloria, quis Deus & rex,
Quis Dominus, meminisse decet. Vos nobile Judæ
Germen ad usque Dei genitricem, qua Deus ipse
Esset homo, procerum venistis sanguine longo. D
Excitet egregias mentes celeberrima David
Gloria, continuis bellorum exercita curis.
Excitet & Samuel, spolium qui divite ab hoste
Attrectare vetat, nec victum vivere regem
Incircumcisum patitur: ne præda superstes
Victorem placidum recidiva in prœlia poscat.
Parcere jam capto crimen putat ille tyranno:
At nobis contra vinci, & succumbere votum est.
Pœniteat, per si qua movet reverentia summi
Numinis, hoc tam dulce malum voluisse nefanda
Proditione sequi: si pœnitet, haud nocet error.
Pœnituit Jonathan jejunia sobria dulci
Conviolasse favo sceptri, mellisque sapore
Heu male gustato, regni dum blanda voluptas E
Oblectat juvenem, jurataque sacra resolvit.
Sed quia pœnituit, nec sors lacrymabilis illa est,
Nec tinguit patrias sententia sæva secures.
En ego Sobrietas: si conspirare paratis,
Pando viam cunctis virtutibus, ut malesuada
Luxuries, multo stipata satellite, pœnas
Cum legione sua, Christo sub judice pendat.
Sic effata crucem Domini ferventibus offert
Obvia quadrigis, lignum venerabile in ipsos
Intentans frenos: quod ut expavere feroces
Cornibus oppansis, & summa fronte coruscum,
Vertunt præcipitem cæca formidine fusi,
Per prærupta fugam: fertur resupina reductis
Nequidquam auriga loris, comamque madentem
Pulvere fœdatur. Tunc & vertigo rotarum
Implicat excussam dominam: nam prona sub axem
Labitur, & lacero tardat sufflamine currum.
Addit Sobrietas vulnus letale jacenti,
Conjiciens silicem rupis de parte molarem;
Hunc vexilliferæ quoniam sors obtulit ictum,
Spicula nulla manu, sed belli insigne gerenti.
Casus agit saxum, medii spiramen ut oris
Frangeret, & recavo misceret labra palato.
Dentibus introrsum resolutis, lingua resectam
Dilaniata gulam frustis cum sanguinis implet.
Insolitis dapibus crudescit guttur, & ossa
Colliquefacta vorans revomit, quas hauserat, offas.
Ebibe jam proprium post pocula multa cruorem,
Virgo ait increpitans: sint hæc tibi fercula tandem
Tristia, præteriti nimiis pro dulcibus ævi.
Lascivas vitæ illecebras gustatus amaræ
Mortis, & horrifico sapor ultimos asperat haustu.
Cæde ducis dispersa fugit trepidante pavore
Nugatrix acies. Jocus & Petulantia primi
Cymbala projiciunt: bellum nam talibus armis
Ludebant, resono meditantes vulnera sistro.
Dat terga fugitivus Amor: lita tela veneno,
Et lapsum ex humeris arcum, pharetramque cadentem
Pallidus ipse metu sua post vestigia linquit.
Pompa ostentatrix vani splendoris, inani
Exuitur nudata peplo: discissa trahuntur
Serta Venustatis: collique ac verticis aurum
Solvitur, & gemmas Discordia dissona turbat.
Non piget attritis pedibus per acuta fruteta
Ire Voluptatem: quoniam vis major acerbam
Compellit tolerare fugam: formido pericli
Prædurat teneras iter ad cruciabile plantas.
Qua se cumque fugax trepidis fert cursibus agmen,
Damna jacent, crinalis acus, redimicula, vittæ,
Fibula, flammeolum, strophium, diadema, monile.
His se Sobrietas, & totus Sobrietatis
Abstinet exuviis miles, damnataque castis
Scandala proculcat pedibus, nec fronte severos
Connivente oculos prædarum ad gaudia flectit.

V. 385. *Esset homo* ] Sic Chamill. At veteres editi, *Natus homo*: quod magis placet.

V. 394. *Per si qua movet r. s. N.* ] Virgilius lib. II. *Æn.* (v. 141.)

*Quod te, per superos & conscia numina veri;*
*Per si qua est quæ restat adhuc mortalibus usquam*
*Intemerata fides, oro.*

Chamill. --- Locutio poetis familiaris: & sensus loci Prudentiani est: *Per reverentiam summi Numinis, si qua movet.*

V. 398. *Favo sceptri* ] Sic Chamill. *Sceptri*, seu virgæ summitate sumto. At Ald. Tornæs. al. pro *sceptri* legunt *sumto*: non male. Quin tamen admittatur posterior hæc lectio, obstat fortasse vox *gustato* v. seq.

V. 408. *Quadrigis* ] Aldus aliique ita legunt. Chamill. *quadrijugis*: minus recte.

V. 410. *Cornibus oppansis* ] Sic *Cathem.* Hymn. XII. (v. 170.)

*Pansis in altum brachiis.*

Amat autem ejusmodi vocabula Prudentius: *obstrangulare, obludere, obbrutescere, oppalescere* & similia. Chamill.

V. 414. *Pulvere fœdatur* ] Solemni Græcismo. Alii tamen, *Pulvere fœdat humi*. Id.

V. 429. *Nimiis pro dulcibus* ] Ita Chamill. At Aldus cum al. *nimiis sub luxibus*.

V. 442. *Turbat* ] Ita Chamill. quæ quidem lectio congruere videtur voci præcedenti *Discordia*. At Aldus cum al. *turpat*.

## AVARITIÆ ET LARGITATIS PUGNA.

### Sect. VII.

Fertur Avaritia gremio præcincta capaci, A
Quidquid edax Luxus pretiosum liquerat, unca
Corripuisse manu, pulcra in ludibria vasto
Ore inhians, aurique legens fragmenta caduci
Inter arenarum cumulos: nec sufficit amplos
Implevisse sinus: juvat infarcire crumenis
Turpe lucrum, & gravidos furtis distendere fiscos;
Quos læva celante tegit, laterisque ministri
Velat opermento: velox nam dextra rapinas
Abradit, spoliisque ungues exercet ahenos.
Cura, fames, metus, anxietas, perjuria, pallor,
Corruptela, dolus, commenta, insomnia, sordes,
Eumenides variæ, monstri comitatus, aguntur. B
Nec minus interea rabidorum more luporum
Crimina persultant toto grassantia campo,
Matris Avaritiæ nigro de lacte creata.
Si fratris galeam fulvis radiare ceraunis
Germanus vidit commilito, non timet ensem
Exserere, atque caput socio mucrone ferire,
De consanguineo rapturus vertice gemmas.
Filius exstinctum belli sub sorte cadaver
Aspexit si forte patris, fulgentia bullis
Cingula, & exuvias gaudet rapuisse cruentas:
Cognatam civilis agit discordia prædam,
Nec parcit propriis amor insatiatus habendi
Pignoribus, spoliatque suos famis impia natos.
Talia per populos edebat funera victrix C
Orbis Avaritia, sternens centena virorum
Millia vulneribus variis. Hunc lumine ademto,
Effossisque oculis velut in caligine noctis
Cæcum errare sinit, perque offensacula multa
Ire, nec oppositum baculo tentare periclum.
Porro alium capit intuitu, fallitque videntem,
Insigne ostentans aliquid: quod dum petit ille,
Excipitur telo incautus, cordisque sub ipso
Saucius occulto ferrum suspirat adactum.
Multos præcipitans in aperta incendia cogit,
Nec patitur vitare focos, quibus æstuat aurum,
Quod petit arsurus pariter speculator avarus.
Omne hominum rapit illa genus, mortalia cuncta
Occupat interitu: neque enim est violentius ullum
Terrarum vitium, quod tantis cladibus ævum
Mundani involvat populi, damnetque gehennæ.
Quin ipsos tentare manu (si credere dignum est)
Ausa sacerdotes Domini: qui prœlia forte
Ductores primam ante aciem pro laude gerebant
Virtutum, magnoque implebant classica flatu.
Et fors innocuo tinxisset sanguine ferrum,
Ni Ratio armipotens, gentis Levitidis una
Semper fida comes, clypeum objectasset, & atræ
Hostis ab incursu claros texisset alumnos.
Stant tuti Rationis ope, stant turbine ab omni
Immunes, fortesque animi. Vix in cute summa
Præstringens paucos tenui de vulnere lædit
Cuspis Avaritiæ. Stupuit luis improba castis
Heroum jugulis longe sua tela repelli.
Ingemit, & dictis ardens furialibus infit:
Vincimur, heu segnes! nec nostra potentia perfert
Vim solitam: languet violentia sæva nocendi,
Sueverat invictis quæ viribus omnia ubique
Rumpere corda hominum: nec enim tam ferrea quemquam
Formavit natura virum, cujus rigor æra
Sperneret, aut nostro foret impenetrabilis auro.
Ingenium omne neci dedimus, tenera, aspera, dura,
Docta, indocta simul, bruta & sapientia, nec non
Casta, incesta meæ patuerunt pectora dextræ.
Sola igitur rapui, quidquid Styx abdit avaris
Gurgitibus: nobis ditissima tartara debent,
Quos retinent populos: quod volvunt sæcula, nostrum est:
Quod miscet mundus vesana negotia, nostrum.
Quei fit, prævalidas quod pollens gloria vires
Deserit, & cassos ludit fortuna lacertos?
Sordet Christicolis rutilantis fulva monetæ
Effigies: sordent argenti emblemata: & omnis
Thesaurus nigrante oculis vilescit honore.
Quid sibi docta volunt fastidia? nonne triumphum
Egimus e Scarioth? magnus qui discipulorum
Et conviva Dei, dum fallit fœdere mensæ
Haudquaquam ignarum dextramque parapside jungit,
Incidit in nostrum flammante cupidine telum,
Infamem mercatus agrum de sanguine amici
D Numinis, obliso luiturus jugera collo.
Viderat & Hierico propria inter funera, quantum
Posset nostra manus, cum victor concidit Achar.
Cædibus insignis, murali & strage superbus,
Succubuit capto victis ex hostibus auro:

V. 457. *Fragmenta* ] Forte *ramenta*. Agit enim de auro nondum excocto, & in arenæ fluviatilis ramentis lecto. Plinius lib. XXXIII. cap. IV. *Apud nos tribus modis fluminum ramentis aurum invenitur*. Chamill.

V. 461. *Laterisque ministri* ] Ita Chamill. qui & ꝟ. seq. legit *opermento*. Sed veteres editi, *laterisque sinistri* — *oprimento*.

V. 466. *Eumenides variæ* ] Sequimur Chamill. Aldus vero & al. *Eumen. furiæ*. Vitiosa videtur repetitio. *Variæ*, quas paullo ante commemorat.

—— —— *Monstri comitatus, aguntur* ] Tale illud Virgil. lib. XII. Æn. ꝟ. 336.

*Iræque insidiæque, dei comitatus, aguntur.*

Chamill.

V. 475. *Fulgentia bullis Cingula* ] Virgilius lib. XII. Æn. ꝟ. 942. de balteo Pallantis ait:

—— *Et notis fulserunt cingula bullis.*

Idem.

V. 511. *Perfert* ] Al. *præfert*. Ut infra ꝟ. 515. *vigor* pro *rigor*. Id.

V. 517. *Ingenium omne neci dedimus* ] Virgilius (lib. III. Georg. ꝟ. 480.)

*Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum.*

Idem.

V. 532. *Dextramque parapside jungit* ] Vetustiores *tingit* pro *jungit*. Et *parapside* constanter scriptum offendi in veterrimis quoque Martialis ac Juvenalis exemplaribus: quorum apud illum habes lib. XI. epigr. XXVIII. *Parapside rubra*: apud hunc Sat. III. (ꝟ. 142.) E

—— *Quam multa magnaque parapside cœnat.*

Ita enim & Turnebus ibi in vetustis codicibus exstare monuit. Nec defuere qui inter *parapsidem* & *paropsidem* sic distinxerint, ut paropsis esset *scutella escaria*: parapsis, *acetabulum majus; aliqui & catinum appellant. Parapsis, quadriangulum & quadrilaterum vas est ex paribus apsidis.* Hæc Heinsius. Id. — Aldus quoque *parapside* legit.

Dum vetitis insigne legens anathema favillis, A
Mæsta ruinarum spolia insatiabilis haurit.
Non illum generosa tribus, non plebis avitæ
Juvit Juda parens, Christo quandoque propinquo
Nobilis, & tali felix patriarcha nepote.
Quis placet exemplum generis, placeat quoque forma,
Exitii: sit pœna eadem, quibus & genus unum est.
Quid moror aut Judæ populares, aut populares
Sacricolæ summi (summus nam fertur Aaron)
Fallere fraude aliqua Martis congressibus impar?
Nil refert, armis contingat palma dolisve.
 Dixerat, & torvam faciem, furialiaque arma
Exuit, inque habitum se se transformat honestum.
Fit virtus, specie vultuque & voce severa: B
Quam memorant frugi, parce cui vivere cordi est,
Et servare suum, tamquam nil raptet avare,
Artis adumbratæ meruit, ceu sedula, laudem.
Hujus se specie mendax Bellona coaptat,
Non ut avara lues, sed virtus parca putetur:
Nec non & tenero pietatis tegmine crines
Obtegit anguineos, ut candida palla latentem
Dissimulet rabiem, diroque obtenta furori,
Quod rapere & clepere est, avideque abscondere parta,
Natorum curam dulci sub nomine jactet.
 Talibus illudens, male credula corda virorum
Fallit imaginibus: monstrumque ferale sequuntur,
Dum credunt virtutis opus. Capit impia Erinnys C
Consensu faciles, manicisque tenacibus arctat.
Attonitis ducibus, perturbatisque maniplis
Nutabat Virtutum acies errore biformis
Portenti, ignorans, quid amicum credat in illo,
Quidve hostile notet. Letum versatile & anceps
Lubricat incertos dubia sub imagine visus.
Cum subito in medium frendens Operatio campum
Prosilit auxilio sociis, pugnamque capessit
Militiæ postrema gradu, sed sola duello
Impositura manum, ne quid jam triste supersit.
Omne onus ex humeris rejecerat, omnibus ibat
Nudata induviis; multo & se fasce levarat:
Olim divitiis gravibusque oppressa talentis,
Libera nunc miserando inopum, quos larga benigne D
Foverat, effundens patrium bene prodiga censum.
Jam loculos ditata fide spectabat inanes,
Æternam numerans redituro fenore summam.
 Horruit invictæ Virtutis fulmen, & impos
Mentis Avaritia stupefactis sensibus hæsit,
Certa mori: nam quæ fraudis via restat, ut ipsa
Calcatrix mundi, mundanis victa fatiscat
Illecebris, spretoque iterum se se implicet auro?
Invadit trepidam Virtus fortissima duris
Ulnarum nodis, obliso & gutture frangit
Exsanguem siccamque gulam: compressa ligantur
Vincla lacertorum sub mentum, & faucibus arctis
Extorquent animam: nullo quæ vulnere rapta
Palpitat, atque aditu spiraminis intercepto
Inclusam patitur venarum carcere mortem.
Illa reluctanti genibusque & calcibus instans
Perfodit & costas, atque ilia rumpit anhela.
Mox spolia exstincto de corpore diripit, auri
Sordida frusta rudis, nec adhuc fornace recoctam
Materiem: tineis etiam marsuppia crebris
Exesa, & virides obducta ærugine nummos
Dispergit servata diu, victrix & egenis
Dissipat, ac tenues captivo munera donat.
Tunc circumfusam vultu exsultante coronam
Respiciens, alacris media inter millia clamat.
 Solvite procinctum, justi, & discedite ab armis:
Caussa mali tanti jacet interfecta: lucrandi
Ingluvie pereunte, licet requiescere sanctis.
Summa quies, nil velle super, quam postulet usus
Debitus, ut simplex alimonia, vestis & una
Infirmos tegat ac recreet mediocriter artus:
Expletumque modum naturæ non trahat extra.
Ingressurus iter peram ne tollito, neve
De tunicæ alterius gestamine providus ito.
Nec te solicitet res crastina, ne cibus alvo
Defuerit: redeunt escæ cum sole diurnæ.
Nonne vides, ut nulla avium cras cogitet? ac se
Pascendam, præstante Deo, non anxia credat?
Confidunt volucres, victum non defore, viles,
Passeribusque subest modico venalibus asse
Indubitata fides, Dominum curare potentem,
Ne pereant: tu cura Dei, facies quoque Christi,
An dubitas, ne te tuus umquam deserat auctor?
Ne trepidate, homines: vitæ dator, & dator escæ est.
Quærite luciferum cælesti dogmate pastum,
Qui spem multiplicans alat inviatiabilis ævi,
Corporis immemores: memor est, qui condidit illud,
Suppeditare cibos, atque indiga membra fovere.
 His dictis curæ emotæ, metus, & labor, & vis,
Et scelus, & placitæ Fidei fraus infitiatrix
Depulsæ vertere solum. Pax inde fugatis
Hostibus alma abigit bellum: discinditur omnis
Terror, & avulsis exfibulat ilia zonis.
 Vestis ad usque pedes descendens defluit imos:
Temperat & rapidum privata modestia gressum.

V. 540. *Anathema* ] Ἀνάθημα, donarium Deo consecratum, penultimam producit; quam corripit ἀνάθεμα, anathema: licet utrumque nomen deducatur ab ἀνατίθημι, *sepono*. CHAMILL.

V. 550. *Nil refert* cet.] Virgilius lib. II. *Æn.* (℣. 389.)

*Mutemus clypeos, Danaumque insignia nobis*
*Aptemus: dolus, an virtus, quis in hoste requirat?*

IDEM.

V. 553. *Vultuque & voce severa* ] Hæc duo amat Prudentius conjungere. Περὶ στεφ. Hymn. X. (℣. 720.)

*Vultu & severis vocibus sic increpat.*

*Hamart.* (℣. 947.)

—— —— *Vultuque & voce minaci*
*Terribilem.*

Non improbo tamen, *vultuque & veste severa* (ut præfert Aldinum exemplar.) ID.

V. 557. *Bellona* ] Avaritia: quia velut altera Bellona quæ bellorum præses est, cum hominibus bellum habet geritque exitiosum. ID.

V. 562. *Clepere* ] A verbo græco κλέπτω, *furor*, *furto surripio*. Cic. *Non modo ut Sparta rapere, ubi & pueri clepere discunt*. ID.

V. 571. *Notet* ] Ald. cum al. *vocet*.

V. 573. *Operatio* ] Sic constanter scripti. Hac voce virtutem expressit Avaritiæ oppositam: quæ opera & opibus omnique officiorum genere, quemvis adjuvare parata est. Unde *Operatio* a bonis operibus deducitur: quæ inter principem locum habet eleemosyna. Unde Tertull. lib. X. *Et si ita evenerit, dat fratribus operandi copiam, vel nobis abrumpendæ omnis necessitatis constantiam*. Quam vocis vim E non intelligentes aliqui, substituere *Miseratio*. ID.

V. 575. *Sola duello* ] *Prima* in vetustiore Boherio. Nec male. ID. --- Hanc equidem lectionem prætulerim ob præcedentem *postrema*.

V. 584. *Et impos* ] Veteres editi cum Aldo, *inopsque*.

V. 598. *Exstincto de corpore* ] Sic ms. regius. (Neque aliter Aldus.) Heinsius tamen mallet, *exuto de corpore*. Ita enim Paullinus epist. ad Ausonium:

*Sera erit exutis homini querimonia membris.*

Ita Tertull. lib. II. contr. Marc. *Exutos sua luce tegit*. CHAMILL.

V. 600. *Marsuppia* ] *Marsupium* quoque περὶ στεφ. Hymn. II. ℣. 104.

*Inanis a marsupio.*

IDEM.

V. 613. *Ingressurus iter* cet.] Respicit ad Matth. X. 9. seqq. & VI. 26. seqq.

V. 626. *Invitiabilis* ] Ita Chamillardus. Aldus ac Tornæs. *inviolabilis*. Al. *insatiabilis*.

Cornicinum curva æra filent: placabilis implet A
Vaginam gladius: fedato & pulvere campi
Suda redit facies liquidæ fine nube diei:
Purpuream videas cæli clarefcere lucem.
Agmina cafta fuper vultum fenfere Tonantis
Arridere hilares pulfo certamine turmæ,
Et Chriftum gaudere fuis victoribus: arcem
Ætheris ac patrium famulis aperire profundum.
Dat fignum felix Concordia, reddere caftris
Victrices aquilas, atque in tentoria cogi.
Numquam tanta fuit fpecies, nec par decus ulli
Militiæ, cum difpofitis bifida agmina longe
Duceret ordinibus, peditum pfallente caterva;
Aft alia de parte equitum refonantibus hymnis.
Non aliter cecinit refpectans victor hiantem B
Ifrael rabiem ponti poft terga minacis,
Cum jam progrediens calcaret litora ficco
Ulteriora pede, ftridenfque per extima calcis
Mons rueret pendentis aquæ, nigrofque relapfo
Gurgite Nilicolas fundo deprenderet imo:
Ac refluente finu jam redderet unda natatum
Pifcibus, & nudas præceps operiret arenas.
Pulfavit refono modulantia tympana plectro
Turba Dei celebrans mirum ac memorabile fæclis
Omnipotentis opus; liquidas inter freta ripas
Fluctibus incifis & fubfiftente procella
Crefcere, fufpenfofque globos potuiffe teneri.
Sic, expugnata vitiorum gente, refultant
Myftica dulcimodis Virtutum carmina pfalmis.
Ventum erat ad fauces portæ caftrenfis, ubi arctum
Liminis introitum bifori dant cardine clauftra.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.

## CONCORDIÆ ET DISCORDIÆ PUGNA.

### SECT. VIII.

Nafcitur heic inopina mali lacrymabilis aftu
Tempeftas, placidæ turbatrix invida Pacis;
Quæ tantum fubita vexavit clade triumphum.
Inter confertos cuneos Concordia forte,
Dum ftipata pedem jam tutis mœnibus infert,
Excipit occultum vitii latitantis ab ictu C
Mucronem lævo in latere, fqualentia quamvis
Texta catenato ferri fub tegmine corpus
Ambirent, futis & acumen vulneris hamis
Refpuerent, rigidis nec fila tenacia nodis
Impactum finerent penetrare in vifcera telum.
Rara tamen chalybem tenui tranfmittere puncto
Commiffura dedit, qua fe fe extrema politæ
Squama ligat tunicæ, finus & fibi conferit oras.
Intulit hoc vulnus pugnatrix fubdola victæ
Partis, & incautis victoribus infidiata eft.
Nam pulfa culparum acie, Difcordia noftros
Intrarat cuneos, fociam mentita figuram.
Sciffa procul palla, ftructum & ferpente flagellum
Multiplici, media camporum in ftrage jacebant. D
Ipfa redimitos olea frondente capillos
Oftentans, feftis refpondet læta choreis.
Sed ficam fub vefte tegit, te, maxima virtus,
Te folam tanto e numero, Concordia, trifti
Fraude petens. Sed non vitalia rumpere facri
Corporis eft licitum: fummo tenus extima tactu
Læfa cutis tenuem fignavit fanguine rivum.
Exclamat Virtus fubito turbata: Quid hoc eft?
Quæ manus heic inimica latet? quæ pectora noftra
Vulnerat, & ferrum tanta inter gaudia vibrat?
Quid juvat indomitos bello fedaffe furores,
Et fanctum vitiis pereuntibus omne receptum,
Si Virtus fub Pace cadit? Trepida agmina mæftos E
Convertere oculos: ftillabat vulneris index
Ferrata de vefte cruor: mox & pavor hoftem
Comminus adftantem prodit: nam pallor in ore
Confcius audacis facti, dat figna reatus,
Et deprenfa tremunt languens manus & color albens.
Circumftat propere ftrictis mucronibus omnis
Virtutum legio, exquirens fervente tumultu
Et genus, & nomen, patriam, fectamque, deumque
Quem colat, & miffu cujatis venerit. Illa
Exfanguis, turbante metu: Difcordia dicor,
Cognomento Herefis. Deus eft mihi difcolor, inquit,
Nunc minor, aut major: modo duplex, & modo fimplex:
Cum placet, aerius & de phantafmate vifus,
Aut innata anima eft. Quoties volo ludere Numen,
Præceptor Belial mihi: domus & plaga mundus.
Non tulit ulterius capti blafphemia monftri
Virtutum regina Fides: fed verba loquentis
Impedit, & vocis claudit fpiramina pilo,
Pollutam rigida transfigens cufpide linguam.
Carpitur innumeris feralis beftia dextris:
Fruftatim fibi quifque rapit, quod fpargat in auras,
Quod canibus donet, corvis quod edacibus ultro
Offerat, immundis cœno exhalante cloacis
Quod tradat, monftris quod mandet habere marinis.
Difciffum fœdis animalibus omne cadaver
Dividitur: ruptis Herefis perit horrida membris.
Compofitis igitur rerum morumque fecundis
In commune bonis, poftquam intra tuta morari
Contigit, ac ftatione frui, valloque foveri
Pacificos fenfus, & in otia folvere curas;

V. 643. *Patrium*] Sic legit Chamill. At Aldus cum al. *portum*.
V. 646. *Par decus*] Male Ald. & al. *par Deus*.
V. 670. *Inter confertos* cet.] Heic incipit fectio VIII. apud Aldum aliofque. Chamillardum fequimur.
V. 685. *Sciffa procul palla*] Virgilius lib. VIII. Æn. ✱. 702.
*Et fciffa gaudens vadit Difcordia palla,*
*Quam cum fanguineo fequitur Bellona flagello.*
Et lib. VI. ✱. 280.
— — *Et Difcordia demens*
*Vipereum crinem vittis innexa cruentis.*
CHAMILL.
V. 704. *Tremunt*] Sic Chamill. Sed Aldus & al. *tremit*.

V. 708. *Miffu cujatis*] Ita Chamill. editio. Vetera exemplaria, *juffu cujatis*.
V. 710. *Cognom. Herefis*] Vide mox infra ad ✱. 725.
V. 714. *Præcept.*] Hæc eft lectio Chamill. Aldus ita effert hunc verfum:
*Præceptor Belial mihi eft: domus eft plaga mundi.*
Cujus teleftichium magis placet.
V. 725. *Herefis perit*] Nonnulli legere (Aldo excepto, qui & ipfe legit *Hærefis perit*) *perit Hærefis*: fed male, nifi fallor; quamvis *hærefis* primam producat. Nam fupra ✱. 711. *Cognomento Herefis*. Et alibi in *Cathem.* (præfat. ✱. 39.)
*Pugnet contra herefes: catholicam difcutiat fidem.*
Quibus in locis conftat femper illam fyllabam corripuiffe. CHAMILL.

Exstruitur media castrorum sede tribunal A
Editiore loco, tumulus quem vertice acuto
Excitat in speculam; subjecta unde omnia late
Liber inoffenso circumspicit aere visus.
Hunc sincera Fides, simul & Concordia, sacro
Fœdere juratæ Christi sub amore sorores,
Conscendunt apicem: mox & sublime tribunal
Per sanctum carumque sibi supereminet æquo
Jure potestatis: consistunt aggere summo
Conspicuæ, populosque jubent adstare frequentes.
Concurrut alacres castris ex omnibus omnes:
Nulla latet pars mentis iners, quæ corporis ullo
Intercepta sinu per conceptacula se se
Degeneri languore tegat: tentoria apertis,
Cuncta patent velis: reserantur carbasa, ne quis
Marceat obscuro stertens habitator operto.
Auribus intentis exspectat concio, quidnam
Victores post bella vocet Concordia princeps,
Quam velit atque Fides virtutibus addere legem.
Erumpit primam in vocem Concordia, tali
Alloquio: Cumulata quidem jam gloria vobis
O Patris, o Domini fidissima pignora Christi,
Contigit: exstincta est multo certamine sæva
Barbaries, sanctæ quæ circumsepserat urbis
Indigenas, ferroque viros flammaque premebat.
Publica sed requies privatis rure foroque
Constat amicitiis: scissura domestica turbat
Rem populi, titubatque foris, quod diffidet intus.
Ergo cavete viri, ne sit sententia discors C
Sensibus in vestris; ne secta exotica tectis
Nascatur conflata odiis: quia scissa voluntas
Confundit variis arcana biformia fibris.
Quod sapimus, conjungat amor: quod vivimus, uno
Conspiret studio: nil dissociabile firmum est.
Utque homini atque Deo medius intervenit Jesus,
Qui sociat mortale Patri, ne carnea distent
Spiritui æterno, sitque ut Deus unus utrumque.
Sic, quidquid gerimus mentisque & corporis actu,
Spiritus unimodis texat compagibus unus.
Pax plenum virtutis opus: Pax summa laborum:
Pax belli exacti pretium est, pretiumque pericli:
Sidera Pace vigent: consistunt terrea Pace. D
Nil placitum sine pace Deo: non munus ad aram
Cum cupias offerre, probat, si turbida fratrem
Mens impacati sub pectoris oderit antro:
Nec, si flammicomis Christi pro nomine martyr
Ignibus insilias, servans inamabile votum
Bile sub obliqua, pretiosam proderit Jesu
Impendisse animam: meriti quia clausula, Pax est.
Non inflata tumet, non invidet æmula fratri,
Omnia perpetitur patiens, atque omnia credit.
Numquam læsa dolet: cuncta offensacula donat.
Occasum lucis venia præcurrere gestit;
Anxia, ne stabilem linquat sol conscius iram.
Quisque litare Deo mactatis vult holocaustis,
Offerat in primis pacem: nulla hostia Christo E
Dulcior: hoc solo sancta ad donaria vultum
Munere convertens, liquido oblectatur odore.
Sed tamen & niveis tradit Deus ipse columbis
Pennatum tenera plumarum veste colubrum
Rimante ingenio docte internoscere, mixtum
Innocuis avibus: latet & lupus ore cruento
Lacteolam mentitus ovem sub vellere molli,
Cruda per agninos exercens funera rictus.
Hac se se occultant Photinus & Arrius arte,
Immanes feritate lupi: discrimina produnt
Nostra, recensque cruor, quamvis de corpore summo,
Quid possit furtiva manus. Gemitum dedit omnis
Virtutum populus, casu concussus acerbo.
Tum generosa Fides hæc subdidit: Immo secundis
B In rebus cesset gemitus. Concordia læsa est,
Sed defensa Fide: quin & Concordia sospes
Germanam comitata Fidem, sua vulnera ridet.
Hæc mea sola salus: nihil hac mihi triste recepta.
Unum opus egregium restat post bella labori,
O proceres: regni quod tandem pacifer heres
Belligeri, armatæ successor inermus & aulæ
Instituit Salomon: quoniam genitoris anheli
Fumarat calido regum de sanguine dextra.
Sanguine nam terso templum fundatur, & ara
Ponitur auratis Christi domus ardua tectis.
Hierusalem templo tunc illustrata, quietum
Suscepit jam diva Deum; circumvaga postquam
Sedit marmoreis fundata altaribus Arca.
Surgat & in nostris templum venerabile castris,
Omnipotens cujus sanctorum sancta revisat.
Nam quid terrigenas ferro pepulisse phalangas
Culparum prodest, hominis si Filius arce
Ætheris illapsus, purgati corporis urbem
Intret inornatam, templi splendentis egenus?
Hactenus alternis sudatum est comminus armis:
Munia nunc agitet tacitæ toga candida Pacis,
Atque sacris sedem properet discincta juventus.
Hæc ubi dicta dedit, gradibus regina superbis
Desiluit, tantique operis Concordia consors,
Metatura novum jacto fundamine templum:
Aurea planitiem spatiis percurrit arundo
Dimensis, quadrent ut quattuor undique frontes;
Ne commissuris distantibus angulus impar
Argutam mutilet per dissona symmetra normam.
Auroræ de parte, tribus plaga lucida portis
Illustrata patet: triplex aperitur ad Austrum
Portarum numerus: tres occidualibus offert
Janua trina fores: toties Aquilonis ad axem
Panditur alta domus. Nullum illic structile saxum;
Sed cava per solidum, multoque forata dolatu
Gemma relucenti limen complectitur arcu,
Vestibulumque lapis penetrabile concipit unus.
Portarum summis inscripta in postibus auro
Nomina apostolici fulgent bis sena senatus.
Spiritus his titulis arcana recondita mentis
Ambit, & electos vocat in præcordia sensus.
Quaque hominis natura viget, quam corpore toto

V. 772. *Non munus* cet. ] Respicit ad *Matth.* V. 23. CHAMILL.

—— —— *Nec, si flamm.* ] Alludit ad I. Cor. XIII. 3. ID.

V. 777. *Proderit Jesu* ] Ant. Nebriss. (& Aldus cum al.) legit *prosit*: sed quam male, quis non videt? nisi Poetam levitatis accusemus & inconstantiæ: siquidem antea (℣. 764.) *medius intervenit Jesus*, posuit; ubi ultima verbi *intervenit* corripitur, quamquam *Jesus* nomen sit dissyllabum. Fateor tamen in hoc peccasse Poetam, nullumque optimum scriptorem ea usum fuisse licentia. ID.

V. 779. *Non inflata tumet* ] Ex I. Cor. XIII. 4-6. ID.

V. 782. *Occasum lucis* ] Digitum intendit ad *Ephes.* IV. 26. ID.

V. 798. *Casu concussus acerbo* ] Virgil. lib. V. *Æn.* ℣. 170.

*At pater Æneas casu concussus acerbo,*
*Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas*
*Mutabat.*

ID.

V. 803. *Nihil hac mihi triste recepta* ] Illud quoque Virgilianum lib. IX. *Æn.* ℣. 261.

—— —— *Revocate parentem,*
*Reddite conspectum: nihil illo triste recepto.*

ID.

V. 806. *Inermus* ] Veteres editi, *inermis*. Virgil. lib. XII. *Æn.* ℣. 131.

—— —— *Et vulgus inermum,*
*Invalidique senes.*

V. 826. *Aurea planit.* ] Hæc metiendi templi ratio ex *Apocal.* XXI. tota sumta est. CHAMILL.

V. 829. *Symmetra* ] Ita vulgo vetera exemplaria. Chamill. *semetra*.

Quadrua vis animat, trinis ingressibus aram
Cordis adit, castisque colit sacraria votis:
Seu pueros sol primus agat, seu fervor ephebos
Incendat nimius, seu consummabilis ævi
Perficiat lux plena viros, sive algida Borræ
Ætas decrepitam vocet ad pia sacra senectam:
Occurrit trinum quadrina ad compita nomen,
Quod bene discipulis disponit Rex duodenis.
Quin etiam totidem gemmarum insignia textis
Parietibus distincta micant, animasque colorum
Viventes liquido lux evomit alta profundo.
Ingens chrysolitus nativo interlitus auro,
Hinc sibi sapphirum sociaverat, inde beryllum,
Distantesque nitor medius variabat honores.
Hinc chalcedon hebes perfunditur ex hyacinthi B
Lumine vicino: nam forte cyanea propter
Stagna lapis cohibens, ostro fulgebat aquoso.
Sardonychen pingunt amethystina: pingit jaspis
Sardonium juxta appositum, pulcherque topazon.
Has inter species smaragdina gramine verno
Prata virent, volvitque vagos lux herbida fluctus.
Te quoque conspicuum structura interserit ardens
Chrysoprase, & sidus saxis stellantibus addit.
Stridebat gravidis funalis machina vinclis,
Immensas rapiens alta ad fastigia gemmas.
At domus interior septem subnixa columnis
Crystalli algentis vitrea de rupe recisis
Construitur: quarum tegit edita calculus albens C
In conum cæsus capita, & sinuamine subter
Subductus conchæ in speciem, quod mille talentis
Margaritum ingens, opibusque & censibus hastæ
Addictis animosa Fides mercata pararat.
Hoc residet solio pollens Sapientia, & omne
Consilium regni celsa disponit ab aula,
Tutandique hominis leges sub corde retractat.
In manibus dominæ sceptrum, non arte politum,
Sed ligno vivum viridi est: quod stirpe recisum

A Quamvis nullus alat terreni cæspitis humor,
Fronde tamen viret incolumi: tum sanguine tinctis
Intertexta rosis candentia lilia miscet,
Nescia marcenti florem submittere collo.
Hujus forma fuit sceptri gestamen Aaron
Floriferum: sicco quod germina cortice trudens,
Explicuit tenerum spe pubescente decorem,
Inque novos subito tumuit virga arida fetus.
Reddimus æternas, indulgentissime doctor,
Grates, Christe, tibi, meritosque sacramus honores
Ore pio: nam cor vitiorum stercore sordet.
Tu nos corporei latebrosa pericula operti,
Luctantisque animæ voluisti agnoscere casus.
Novimus ancipites nebuloso in pectore sensus
Sudare alternis conflictibus, & variato
Pugnarum eventu, nunc indole crescere dextra,
Nunc inclinatis cervicibus ad juga vitæ
Deteriora trahi, se seque addicere noxis
Turpibus, & propriæ jacturam ferre salutis.
O quoties animam, vitiorum peste repulsa,
Sensimus incaluisse Deo! quoties tepefactum
Cæleste ingenium post gaudia candida tetro
Cessisse stomacho! fervent bella horrida, fervent
Ossibus inclusa: fremit & discordibus armis
Non simplex natura hominis: nam viscera limo
Effigiata premunt animum. Contra ille, sereno
Editus afflatu, nigrantis carcere cordis
Æstuat, & sordes arcta inter vincla recusat.
Spiritibus pugnant variis lux atque tenebræ,
Distantesque animat duplex substantia vires:
Donec præsidio Christus Deus adsit, & omnes
Virtutum gemmas componat sede piata.
Atque, ubi peccatum regnaverat, aurea templi
Atria constituens, texat spectamine morum
Ornamenta animæ: quibus oblectata decore
Æternum solio dives Sapientia regnet.

V. 847. *Borræ* ] Quidam legunt *Boreæ*: ( Aldum excipe qui recte habet *Borræ* ) sed iis assentiri nequeo. Quamquam enim Lucretius lib. II. ( ꝟ. 1023.)

*Nam tibi vehementer nova res molitur ad aures*
*Accidere*:

Virgilius *Georg.* lib. I. ( ꝟ. 283.)

*Fluviorum rex Eridanus*:

Et Horatius lib. II. epist. II. ( ꝟ. 120.)

*Vehemens & liquidus, puroque simillimus amni*:

anapæsto utantur loco spondæi; tamen in fine haud admitti potest; nec usquam reperies. CHAMILL.

V. 856. *Variabat* ] Sic Aldus cum al. quæ lectio confirmatur ex seq. ꝟ. 360. *fulgebat*. Sed Chamill. *variarat*. Et ꝟ. seq. *Hic chalc.* Mox ꝟ. 863. idem cum Heinsio, *Sardoum*.

V. 870. *Quarum* ] Ita vetera exemplaria. Chamill. *quadrum*: mendose, ut videtur.

V. 873. *Et censibus hastæ Addictis* ] Sic Chamillardi editio, quam sequimur. Aldus cum al. *& viribus arte Adductis*: perperam. Alludit Poeta ad *Matth.* XIII. 46. *Inventa autem una pretiosa margarita, abiit* (negotiator) *& vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.* D

V. 879. *Sed ligno vivum viridi est* ] Ita Chamill. At Aldus:

*Sed lignum vivum est*, VIRIDI *quod stirpe recisum*.

Quæ quidem lectio admittenda non videtur ob seq. ꝟ. 882. *Fronde tamen* VIRET *incolumi*.


V. 887. *Tumuit* ] Ald. cum al. *viruit*.

V. 902. *Cessisse stomacho* ] Vetera exemplaria, *Cessisse e stomacho*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.

# AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V. C.

## CONTRA SYMMACHI ORATIONEM LIBRI DUO.



### PRÆFATIO IN LIBRUM I.

Paullus, præco Dei, qui fera gentium
Primus corda sacro perdomuit stilo,
Christum per populos, ritibus asperis
Immanes, placido dogmate seminans,
Immansueta suas ut cærimonias
Gens pagana Deo sperneret agnito,
Actus turbinibus forte nigerrimis,
Hibernum pelagus, jam rate debili,
Et vim navifragi pertulerat Noti.
Sed cum cærulei prœlia gurgitis
Jussisset Domini dextra quiescere,
Ad portum fluitans cumba relabitur,
Exponitque solo litoris uvidi
Contractos pluvio frigore remiges.
Tunc de litoreis sepibus algidi
Arentum propere brachia palmitum
Convectant, rapidos unde focos struant.
Fascem quisque suum congerit ignibus,
Exspectans calidi luxuriam rogi.
Paullus, dum fragiles cogere surculos,
Et densare foci congeriem studet,
Incautam cumulis inseruit manum,
Torpebat glacie pigra ubi vipera,
Sarmentis laqueos corporis implicans:
Quæ postquam intepuit fomite fumeo,
Laxavitque ferox colla rigentia,
Jam flecti facilis, rettulit ad manum
Vibrato capite spicula dentium.
Hærentem digiti vulnere mordicus,
Pendentemque gerens Paullus inhorruit.
Exclamant alii, quod cute livida
Virus mortiferum serpere crederent.
At non intrepidum terret Apostolum
Tristis tam subiti forma periculi:
Attollens oculos sidera suspicit,
Christum sub tacito pectore murmurans,
Excussumque procul decutit aspidem.
Abjectus coluber verberat aera,
Atque oris patuli solvit acumina.
Mox omnis sanies deserit & dolor,
Ceu nullo laceram vulnere dexteram:
Siccatusque perit vipereus liquor.
Hydrum præcipitem dum rotat impetus,
Arsurum mediis intulit ignibus.
Sic nunc post hiemem vimque trucis freti,
A Quo jactata ratis tunc Sapientiæ est,
Quum sub sacricolis territa regibus,
Vix panso poterat currere carbaso,
Afflictosque suos turbine sæculi
Vectarat, rapidis fluctibus innatans,
Morsum vulnificum lex pia pertulit:
Occultabat enim se prius abditum
Virus, nec gravidum protulerat caput,
Contentum involucris atque cubilibus,
Subter quo premeret clausa silentia.
Sed, dum forte latens impietas riget,
Dextram justitiæ pigra momorderat
Succensi stomacho fellis inæstuans.
Heu! quam catholicam nil prope profuit
B Puppim nasse sacri remigio stili,
Quem Paullus variis gentibus edidit.
Vix portu placido tuta quieverat
Victrix, edomitis mille furoribus:
Vix adstricta suis jam retinaculis
Vectores stabili condiderat solo:
Erumpit subito triste periculum.
Nam, dum præcalidos igniculos sibi
Solvendis adolent & senio & gelu,
Dum virgas steriles atque superfluas
Flammis de fidei palmite concremant;
Ut concreta vagis vinea crinibus,
Silvosi inluviem poneret idoli,
Palpavit nimius perniciem tepor:
C Seps insueta subit serpere flexibus,
Et vibrare sagax eloquii caput.
Sed dextra impatiens vulneris, inritos
Oris rhetorici depulit halitus:
Effusum ingenii virus inaniter,
Summa Christicolis in cute substitit.
Salvator generis Romulei, precor,
Qui cunctis veniam das pereuntibus,
Qui nullum statuis non operis tui
Mortalem, facili quem releves manu:
Hujus, si potis est, jam miserescito
Præruptam in foveam præcipitis viri.
Spirat sacrilegis flatibus inscius,
Erroresque suos indocilis fovet.
D Obtestor, jubeas, ne citius impetus
Arsurum mediis inferat ignibus.

Vers 5. *Immansueta*] Al. *Jam mansueta*: nec displicet. Chamill.

V. 9. *Navifragi*] Ita *saxa navifraga* apud Statium. *Fretum navifragum* apud Ovidium (*Metam.* lib. XIV. ℣. 6.) Id.

V. 19. *Luxuriam rogi*] Redundantiam ignis, ingentem flammam.

V. 54. *Involucris*] Penultimam unus contrahit Prudentius. Sic iterum in *Hamartig.* ℣. 921.
*Corporis involucris tumulo frigente repostis.*
Chamill.

V. 55. *Quo premeret*] Ita constanter veteres editi, Aldin. Tornæs. aliique. Chamillardus *comprimere*.

V. 72. *Idoli*] Tum heic, tum supra *Hymn.* XIV. ℣. 13. penultimam hujus nominis corripuit Prudentius, spreta verborum Græcorum quantitate. Neque aliter hujusce ætatis poetæ. Fortunatus in Miraculis S. Martini: *Idola dum cuperet Martinus sternere*. Ita ferme Chamillardus.

V. 74. *Seps insueta*] Non *spes ins.* ut habent veteres editi. Ita ex Sirmondo locum restituit Chamill.



# L I B E R I.

I. CRedebam vitiis ægram gentilibus Urbem A
Jam fatis antiqui pepuliffe pericula morbi,
Nec quidquam reftare mali, poftquam medicina
Principis immodicos fedaret in arce dolores.
Sed quoniam renovata lues turbare falutem
Tentat Romulidum, Patris imploranda medela eft,
Ne finat antiquo Romam fqualere veterno,
Neve togas procerum, fumoque & fanguine tingui.
Inclytus ergo parens patriæ, moderator & orbis
Nil egit prohibendo, vagas ne priftinus error
Crederet effe deum nigrante fub aere formas?
Aut elementorum naturam quæ Patris ars eft B
Omnigeni, fumma pro majeftate facraret?
Vir folus, cui cura fuit, ne publica morum
Plaga cicatricem fumma leviter cute claufam
Duceret, & latebram tabentis vulneris alte
Impreffam, penitufque putri de pure perefam,
Juncta fuperficies medico fallente foveret.
Sed ftuduit, quo pars hominis generofior intus
Viveret, atque animam letali pefte piatam
Noffet ab interno tutam fervare veneno.
Illa tyrannorum fuerat medicina, videre
Qui ftatus ante oculos præfentibus ac perituris
Competeret rebus, nec curam adhibere futuris.
Heu, male de populo meriti, male patribus ipfis
Blanditi! quos præcipites in tartara mergi C
Cum Jove fiverunt, multa & cum plebe deorum.
Aft hic imperium protendit lætius ævo
Pofteriore, fuis cupiens fancire falutem.
Nimirum pulcre quidam doctiffimus, Effet
Publica res, inquit, tunc fortunata fatis, fi
Vel reges faperent, vel regnarent fapientes.
Eft ne ille e numero paucorum, qui diadema
Sortiti, ætheriæ coluerunt dogma fophiæ?
Contigit ecce hominum generi, gentique togatæ
Dux fapiens: felix noftræ res publica Romæ
Juftitia regnante viget: parete magiftro
Sceptra gubernanti: monet ut deterrimus error,
Utque fuperftitio veterum procul abfit avorum, D
Nec putet effe Deum, nifi qui fuper omnia fummus
Emineat, magnique immenfa creaverit orbis.

II. Num melius Saturnus avos rexiffe Latinos
Creditur, edictis qui talibus informavit
Agreftes animos, & barbara corda virorum?
Sum deus: advenio fugiens: præbete latebras:
Occultate fenem, nati feritate tyranni
Dejectum folio: placet heic fugitivus & exful
Ut lateam: genti atque loco Latium dabo nomen.
Viribus incurvum, fi qua eft ea cura, putandis
Procudam chalybem, nec non & mœnia veftri
Fluminis in ripa ftatuam Saturnia vobis.
Vos nemus; appofitafque meo fub honore facrantes,
Sum quianam cælo genitus, celebrabitis aras.
Inde deos, quorum patria fpectata fepulcra
Scimus, in ære hebetes informavere minores,
Advena quos profugus gignens, & equina libido
Intulit Italiæ: Thufcis namque ille puellis
Primus adhinnivit fimulato numine mœchus.

III. Mox patre deterior, filvofi habitator Olympi
Juppiter, incefta fpurcavit labe Lacænas:
Nunc bove fubvectam rapiens ad crimen amatam:
Nunc tener ac pluma levior, blandofque fufurros
In morem recinens fuave immorientis oloris,
Capta quibus volucrem virguncula ferret amorem:
Nunc foribus furdis, fera quas vel peffulus arctis
Firmarant cuneis, per tectum dives amator
Imbricibus ruptis, undantis defuper auri
Infundens pluviam, gremio excipientis amicæ:
Armigero modo fordidulam curante rapinam,
Compreffu immundo miferum afficiens catamitum,
Pellice jam puero magis indignante forore.
Hæc cauffa eft & origo mali, quod fæcla vetufto
Hofpite regnante, crudus ftupor aurea finxit,
Quodque novo ingenio verfutus Juppiter aftus
Multiplices variofque dolos texebat, ut illum,
Vertere quum vellet pellem faciemque, putarent
Effe Bovem, prædari Aquilam, confingere Cycnum,
Et nummos fieri, & gremium penetrare puellæ.
Nam quid rufticitas non crederet indomitorum
Stulta virum, pecudes inter rictufque ferinos
Dedere fueta animum, diæ rationis egenum?
In quamcumque fidem nebulonis callida traxit
Nequitia, infelix facilem gens præbuit aurem.

IV. Succeffit Jovis imperio corruptior ætas,
Quæ docuit rigidos vitiis fervire colonos,
Expertes furandi homines. Hac imbuit arte
Mercurius Maja genitus: nunc magnus habetur
Ille deus, cujus dedit experientia fures:
Nec non Theffalicæ doctiffimus ille magiæ
Traditur exftinctas fumtæ moderamine virgæ
In lucem revocaffe animas, Cocytia leti
Jura refignaffe, furfum revolantibus umbris.
Aft alias damnaffe neci, penitufque latenti
Immerfiffe Chao: facit hoc ad utrumque peritus
Ut fuerit, geminoque armarit crimine vitam:
Murmure nam magico tenues excire figuras,
Atque fepulcrales fcite incantare favillas,
Vita itidem fpoliare alios, ars noxia novit.
Artificem fcelerum fimplex mirata vetuftas
Supra hominem coluit, fimulans per nubila ferri,
Aligerifque levés pedibus tranfcurrere ventos.

V. Ecce deum in numero formatus & æneus adftat

Verf. 30. *Quidam doctiffimus* ] Plato lib. V. *de Rep.* Vide Cic. lib. I. Epift. ad Quintum fratr. epift. I. Chamill.

V. 53. *Quianam* ] In errogative ufurpatur apud veteres pro *quare*. Virgilius *Æn.* lib. X. ỽ. 6.

*Cælicolæ magni, quianam fententia vobis*
*Verfa retro?*

V. 70. *Afficiens* ] Aldus aliique *cupiens*.

V. 77. *Confingere* ] Sic Aldus aliique veteres. At Chamill. *concumbere*.

V. 81. *Diæ rat.* ] Non funt audiendi Erafmus & Giphanius reponentes *divæ rat.* Eo adjectivo inter ceteros ufus eft Virgilius *Æn.* lib. XI. (ỽ. 657.)

— *Quas ipfa decus fibi dia Camilla*
*Delegit*.

Chamill. --- Veteres tamen editi, Aldin. Tornæf. al. *divæ* conftanter exhibent.

V. 102. *Formatus* ] Heinfius opinatur fcribendum effe *tornatus*, ut æneus, & ligneus five faxeus conjungantur. Tornari enim non ligna tantum, fed faxa quoque dicebantur, tefte Plinio lib. XXXVI. cap. XXII. Neque aliter

Grajus homo, augûstaque Numæ præfulget in arce. A
Strenuus exculti dominus quidam fuit agri,
Hortorumque opibus memorabilis: hic tamen idem
Scortator nimius, multaque libidine fuetus
Rufticolas vexare lupas, interque falicta
Et denfas fepes obfcena cubilia inire:
Indomitum intendens animum, femperque paratum
Ad facinus, numquam calidis dabat otia venis.
Hic deus e patrio prænobilis Hellefponto
Venit adufque Italos facris cum turpibus hortos:
Sinum lactis, & hæc votorum liba quotannis
Accipit, ac ruris fervat vineta Sabini,
Turpiter adfixo pudeat quem vifere ramo. B

VI. Herculeus mollis pueri famofus amore
Ardor, & in tranftris jactata efferbuit Argo.
Nec maris erubuit Nemeæa pelle fovere
Concubitus, & Hylan pereuntem quærere cælebs.
Nunc Saliis, cantuque domus Pinaria templum
Collis Aventini convexa in fede frequentat.

VII. Thebanus juvenis fuperatis fit deus Indis,
Succeffu dum victor ovans lafcivit, & aurum
Captivæ gentis revehit, fpoliifque fuperbus
Diffluit in luxum cum femiviro comitatu;
Atque avidus vini, multo fe proluit hauftu
Gemmantis pateræ fpumis, muftoque Falerno C
Perfundens bijugum rorantia terga ferarum.
His nunc pro meritis, Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & virides difcindunt ore chelydros,
Qui Bromium placare volunt: quod & ebria jam tunc
Ante oculos regis Satyrorum infania fecit:
Et feciffe reor ftimulis furialibus ipfas
Mænadas, inflammante mero in fcelus omne rotatas.
Hoc circum faltante choro, temulentus adulter
Invenit expofitum fecreti in litoris acta
Corporis egregii fcortum, quod perfidus illic
Liquerat, incefto juvenis fatiatus amore.
Hanc jubet affumtam fervens poft vina Neæram, D
Secum in deliciis fluitantis ftare triumphi,
Regalemque decus capitis geftare coronam.
Mox Ariadnæus ftellis cæleftibus ignis
Additur: hoc pretium noctis perfolvit honore
Liber, ut ætherium meretrix illuminet axem.
Tantum poffe omnes illo fub tempore reges,
Indocilis fatui ducebat ineptia vulgi,
Ut tranfire fuis cum fordibus induperator
Poffet in æternum cæli fuper ardua regnum.
Regia tunc omnis vim majeftatis, & omnis,
Parva licet, cæli imperium retinere poteftas
Credita: ture etiam ducibus, parvoque facello
Impertitus honos; quem dum metus, aut amor, aut fpes E
Accumulant, longum miferis proceffit in ævum
Mos patrius. Cœpit falfæ pietatis imago
Ire per ignaros nebulofo errore nepotes:
Tum quia, quæ vivis veneratio regibus ante
Contigerat, functis eadem jam munere lucis
Ceffit, & ad nigras altaria tranftulit urnas.
Inde puellarum ludibria, pignora, partus,
Et furtivus amor juvenum, & deprenfa jugalis
Corruptela tori, quoniam regalibus aula
Fervere tunc vitiis folita eft: nec perdita luxu
Divorum foboles fancti meminiffe pudoris.

VIII. Atque ut, Roma, tuos cælefti ex fede parentes,
Quîs te femideam jactant auctoribus ortam,
Perftringam breviter, Gradivum, vel Cythercam.
Ille facerdotem violat: contra illa marito
Succumbit Phrygio: coitus fuit impar utrique.
Nec terreftre deam decuit mortalis obire
Conjugium, nec cælicolam defcendere ephebum
Virginis ad vitium, furtivoque igne calere.
Sed Venus augufto de fanguine femina, vili
Privatoque viro vetitum per dedecus hæfit.
Et, fi Rhea facram lafcivi Martis amore
Lufa pudicitiam, fluviali amifit in ulva:
Crediderim generofæ aliquem ftirpis, fed eumdem
Moribus infamem, compreffa virgine per vim
Se dixiffe deum, ne ftuprum numinis ullus
Obicere auderet turpi miferæque puellæ.
Hæc Italos induxit avos vel fama vel error,
Martia Romuleo celebrarent ut facra Campo,
Utque Palatinis Capitolia condita faxis
Signarent titulo proavi Jovis, atque Pelafgæ
Palladis, & Libyca Junonem ex arce vocarent.
Cognatos de Marte deos, Veneris quoque nudum
Accirent proceres Hericino e vertice fignum.
Utque deum mater Phrygia veheretur ab Ida:
Bacchica de viridi peterentur ut Orgia Naxo:
Facta eft terrigenæ domus unica majeftatis.
Et tot templa deum Romæ, quot in urbe fepulcra
Heroum numerare licet, quos fabula Manes
Nobilitat, nofter populus veneratus adorat.
Hos habuere deos Ancus, Numitor, Numa, Tullus.
Talia Pergameas fugerunt numina flammas.
Sic Vefta eft, fic Palladium, fic umbra Penatum:
Talis & antiquum terror fervavit Afylum.

IX. Ut femel obfedit gentilia pectora patrum
Vana fuperftitio, non interrupta cucurrit
Ætatum per mille gradus: tener horruit heres,
Et coluit, quidquid fibimet venerabile cani
Monftrarent atavi: puerorum infantia primo
Errorem cum lacte bibit: guftaverat inter
Vagitus, de farre molæ: faxa inlita ceris
Viderat, unguentoque Lares humefcere nigros.
Formatum Fortunæ habitum cum divite cornu,
Sacratumque domi lapidem confiftere parvus
Spectarat, matremque illic pallere precantem.

Lucretius lib. IV. (℣. 362.) Quod elegantiffimum utique eft, & veriffimum. Nam Priapus in templis ftabat æneus: in hortis ligneus aut faxeus. Unde Martialis lib. VI. (epigr. LXXII.)

*Fur notæ nimium rapacitatis*
*Compilare Cilix volebat hortum:*
*Ingenti fed erat, Fabulle, in horto*
*Præter marmoreum nihil Priapum.*

CHAMILL.

V. 113. *Sinum lactis*] Tale illud Virgil. *Eclog.* VII. ℣. 33.

*Sinum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis*
*Exfpectare fat eft: cuftos es pauperis horti.*

IDEM.

V. 125. *Cum femiviro comitatu*] Ita Virgilius lib. IV. *Æn.* ℣. 215.

*Et nunc ille Paris cum femiviro comitatu.*

IDEM.

V. 126. *Multo fe proluit hauftu*] Virgilius *Æn.* lib. I. ℣. 742.

*— — — Ille impiger haufit*
*Spumantem pateram, & pleno fe proluit auro.*

IDEM.

V. 127. *Muftoque Falerno*] Male quidam (Aldus, Tornæf. al.) *multoque Falerno*. Jam proxime *multo* præcedebat. ID.

V. 147. *Induperator*] Imperator, per epenthefim. Cicero lib. I. *de Divin.* ex Ennio: *Uter effet induperator*. Et Juvenalis *Sat.* X. ℣. 137.

*— — — Ad hæc fe*
*Romanus, Grajufque ac Barbarus induperator*
*Erexit.*

IDEM.

V. 203. *Saxa inlita ceris*] In hunc locum vide fis Olearium ad *Philoftrati Heroica* cap. II. not. 13. pag. 673.

Mox humeris positus nutricis, trivit & ipse A
Impressis silicem labris : puerilia vota
Fudit, opesque sibi cæca de rupe poposcit.
Persuasumque habuit, quid quis velit, inde petendum.
Numquam oculos animumque levans rationis ad arcem
Rettulit : insulsum tenuit sed credulus usum,
Privatos celebrans agnorum sanguine divos.

X. Jamque domo egrediens, ut publica festa diesque
Et ludos stupuit, celsa & Capitolia vidit,
Laurigerosque deum templis adstare ministros,
Ac Sacram resonare Viam mugitibus ante B
Delubrum Romæ (colitur nam sanguine & ipsa
More deæ, nomenque loci ceu numen habetur,
Atque Urbis Venerisque pari se culmine tollunt
Templa, simul geminis adolentur tura deabus :)
Vera ratus, quæcumque senatu auctore probentur,
Contulit ad simulacra fidem, dominosque putavit
Ætheris, horrifico qui stant ex ordine vultu.
Illic Alcides, spoliatis Gadibus hospes
Arcadiæ fulvo ære riget : Gemini quoque fratres
Corrupta de matre nothi, Ledeia proles :
Nocturnique equites, celsæ duo numina Romæ,
Impendent retinente veru, magnique triumphi
Nuntia suffuso figunt vestigia plumbo.
Assistunt etiam priscorum insignia regum, C
Tros, Italus, Janusque bifrons, genitorque Sabinus,
Saturnusque senex, maculoso & corpore Picus,
Conjugis epotum sparsus per membra venenum.
Omnibus ante pedes posita est sua cuique sordens
Arula. Jano etiam celebri de mense litatur
Auspiciis, epulisque sacris, quas inveterato,
Heu miseri! sub honore agitant, & gaudia ducunt
Festa Calendarum. Sic observatio crevit,
Ex atavis quondam male cœpta : deinde sequutis
Tradita temporibus, serisque nepotibus aucta,
Traxerunt longam corda inconsulta catenam,
Mosque tenebrosus vitiosa in sæcula fluxit.

XI. Hunc morem veterum docili jam ætate sequuta D
Posteritas, mense atque adytis & flamine & aris
Augustum coluit; vitulo placavit, & agno.
Strata ad pulvinar jacuit : responsa poposcit.
Testantur tituli, produnt consulta senatus,
Cæsareum Jovis ad speciem statuentia templum.

XII. Adjecere sacrum, fieret quo Livia Juno
Non minus infamis thalami sortita cubile,
Quam quum fraterno caluit Saturnia lecto.
Nondum maternam partu vacuaverat alvum,
Conceptamque viri sobolem paritura gerebat
Pronuba; jam gravidæ fulcrum geniale paratur;
Jam sponsus, saliente utero nubentis, amicos
Advocat, haud sterilem certus fore jam sibi pactam.
Vitricus antevenit tardum præfervidus ortum
Privigni nondum geniti : mox editur inter
Fescennina, novo proles aliena marito.
Idque deum sortes, id Apollinis antra dederunt
Consilium : numquam melius nam cedere tædas
Responsum est, quam cum prægnans nova nupta jugatur.
Hanc tibi, Roma, deam titulis & honore sacratam,
Perpetuo Floras inter Veneresque creasti.
Nec mirum : quis enim sapiens dubitaverit illas
Mortali de stirpe satas vixisse, & easdem
Laude venustatis claras, in amoribus, usque
Ad famæ excidium, formæ nituisse decore?

XIII. Quid loquar Antinoum cælesti in sede locatum?
Illum delicias, nunc divi, principis : illum
Purpureo in gremio spoliatum sorte virili,
Hadrianique dei Ganymedem, non cyathos dis
Porgere, sed medio recubantem cum Jove fulcro
Nectaris ambrosii sacrum potare Lyæum,
Cumque suo in templis vota exaudire marito?
Ergo his auspicibus, Trajanus, Nerva, Severus,
Et Titus, & fortes gesserunt bella Nerones?
Quos terrena viros illustres gloria fecit,
Et virtus fragilis provexit in ardua famæ
Adscitæ terris, sub relligione jacentis.
Quam pudet hoc illis persuasum, talibus ut se,
Romanasque acies censerent Martis amore
Posse regi, dum se Paphiæ male blandus adulter
Venditat, Æneadasque suos successibus auget!
Felices, si cuncta Deo sua prospera Christo
Principe dispofita scissent! qui currere regna
Certis ducta modis, Romanorumque triumphis
Crescere, & impletis voluit se infundere sæclis.
Sed caligantes animas, & luce carentes,
In Jovis Augustique adytis, templisque duarum
Junonum, Martisque etiam, Venerisque sacellis
Mactatas, tetro leti immersere barathro,
Supremum regimen crassis in partibus orbis
Esse rati, mersoque poli consistere fundo.

XIV. Quidquid humus, quidquid pelagus mirabile gignunt,
Id duxere deos : colles, freta, flumina, flammas.
Hæc sibi per varias formata elementa figuras
Constituere patres, hominumque vocabula mutis
Scripserunt statuis, vel Neptunum vocitantes
Oceanum, vel Cyaneas cava flumina Nymphas,
Vel silvas Dryadas, vel devia rura Napæas.
Ipse ignis, nostrum factus qui servit ad usum,
Vulcanus perhibetur, & in virtute superna
Fingitur, ac delubra deus, & nomine & ore

V. 212. *Numquam* ] Sequimur Chamillardum. Aldus & Tornæsius, al. *Non qui* : perperam, ut videtur.

V. 223. *Quæcumque senatu auctore probentur* ] Sic veteres editi cum Aldo & Tornæs. At Chamillard. *quæcumque fiant auctore senatu*, repugnante metro.

V. 230. *Retinente veru* ] Ita legit Chamillardus. Male Aldus aliique *retinente solo*. Hastati enim semper exhibentur Castor & Pollux, de quibus heic.

V. 233. *Tros* ] *Dux Italus*, olim legebatur perperam. *Tros* Æneam designat. Ita enim eum alloquitur Sibylla apud Virgilium *Æn.* lib. VI. ✠. 51.

—— —— *Cessas in vota precesque*
*Tros, ait, Ænea?*

CHAMILL.

V. 236. *Sua cuique sordens* ] Sic Chamillardus. Codices non pauci perperam immutarunt :

—— —— *Sua cuique vetusta*
*Arula.*

E Ita infra lib. II. ✠. 35.

—— —— *Sua cuique dextra.*

Et paullo post ✠. 89.

—— —— *Suus est mos cuique genti.*

Et in *Hamart.* ✠. 104.

—— —— *Sua cuique jura.*

V. 262. *Id Apoll.* ] Sic Chamill. Al. *& Apoll.*

V. 275. *Porgere* ] Pro *porrigere*. Virgilius *Æn.* lib. VIII. ✠. ...

*Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.*

CHAMILL.

V. 297. *Quidquid hum.* ] Aldus aliique vet. hunc versum ita efferunt :

*Quidquid humus, pelagus, cælum mirabile gignunt.*

Perperam : agit heic enim de cultu elementorum Prudentius; neque *cælum gignere* quis dixerit. Præterea de sole & luna mox in seqq.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.

Assimilatus habet, nec non regnare caminis
Fertur, & Æoliæ summus faber esse, vel Ætnæ.

XV. Est qui conspicuis superos quæsivit in astris,
Ausus habere deum solem, cui tramite certo
Conditio imposita est, vigilem tolerare laborem,
Visibus objectum mortalibus, orbe rotundo
Præcipitem, teretique globo per inane volantem;
Et, quod nemo negat, mundo cæloque minorem.
Area major enim, quam qui percurrit in illa,
Et longe campi spatium diffusius, in quo
Emicat, ac volucri fervens rota volvitur axe.
Quamvis nonnullis placeat, terram breviorem
Dicere circuitu, quam sit pulcherrimus ille
Circulus, & flammas immensi sideris, ultra
Telluris normam, porrecto extendere gyro.
Num ne etiam cæli minor & contractior orbis;
Cujus planitiem longo transmittere tractu
Circinus excurrens meta interiore laborat?
Ille Deus verus, quo non est grandior ulla
Materies, qui fine caret, qui præsidet omni
Naturæ, qui cuncta simul concludit & implet.
Solem certa tenet regio, plaga certa coercet,
Temporibus variis distinguitur: aut subit ortu,
Aut ruit occasu, latet aut sub nocte recurrens:
Nec torquere facem potis est ad signa Trionum,
Orbe nec obliquo portas Aquilonis adire,
Nec solitum conversus iter revocare retrorsum.
Hic erit ergo Deus, præscriptis lege sub una
Deditus officiis? Libertas laxior ipsi
Concessa est homini, formam cui flectere vitæ,
Atque voluntatis licitum est, seu tramite dextro
Scandere, seu lævo malit decurrere campo,
Sumere seu requiem, seu continuare laborem,
Seu parere Deo, sive in contraria verti.
Ista ministranti regimen solemne dierum
Haudquaquam soli datur a factore potestas:
Sed famulus subjectus agit quodcumque necesse est.
Hoc sidus currum rapidasque agitare quadrigas
Commenti, & radios capitis, & verbera dextræ,
Et frenos phalerasque, & equorum pectora anhela
Æris inaurati, vel marmoris, aut orichalci
Jusserunt nitido fulgere polita metallo.
Post trabeas, & eburnam Aquilam, sellamque curulem,
Cernuat ora senex barbatus, & oscula figit
Cruribus ænipedum, si fas est credere, equorum,
Immotasque rotas, & flecti nescia lora,
Aut ornat redimita rosis, aut ture vaporat.

XVI. Hoc tamen utcumque est tolerabile. Quid, quod & ipsæ
Dant tibi, Roma, deos inferni gurgitis umbræ?
Eumenidum domina Stygio caput exserit antro,
Rapta ad tartarei thalamum Proserpina regis.
Et, si quando suos dignatur adire Quirites,
Placatur vaccæ sterilis cervice resecta,
Et regnare simul cæloque Ereboque putatur.
Nunc bigas frenare boves, nunc sæva sororum
Agmina vipereo superis immittere flagro:
Nunc etiam volucres caprearum in terga sagittas
Spargere, terque suas eadem variare figuras.
Denique quum Luna est, sublustri splendet amictu:
Quum succincta jacit calamos, Latonia virgo est:
Quum subnixa sedet solio, Plutonia conjunx
Imperitat Furiis, & dictat jura Megeræ.
Si verum quæris; Triviæ sub nomine dæmon
Tartareus colitur, qui te modo raptat ad æthram,
Sidereoque Deum venerandum suadet in astro:
Per silvas modo mortiferi discurrere mundi,
Erroresque sequi subigit, nemorumque putare
Esse deam, quæ corda hominum pavitantia figat,
Quæque feras perimat letali vulnere mentes:
Depressos modo subter humum formidine sensus
Obruit, implorent ut numina lucis egena,
Seque potestati committant noctis opertæ.

XVII. Respice terrifici scelerata sacraria Ditis,
Cui cadit infausta fusus gladiator arena.
Heu, male lustratæ Phlegethontia victima Romæ!
Nam quid vesani sibi vult ars impia ludi?
Quid mortes juvenum? quid sanguine pasta voluptas?
Quid pulvis caveæ semper funebris, & illa
Amphitheatralis spectacula tristia pompæ?
Nempe Charon, jugulis miserorum, se duce, dignas
Accipit inferias, placatus crimine sacro.
Hæc sunt deliciæ Jovis infernalis: in istis
Arbiter obscuri placidus requiescit Averni.
Nonne pudet regem populum sceptrisque potentem
Talia pro patriæ censere litanda salute?
Relligionis opem subternis poscere ab antris?
Evocat, heu! pœnis tenebrosa ex sede ministrum
Interitus, speciosa hominum cui funera solvat.
Incassum arguere jam Taurica sacra solemus:
Funditur humanis Latiari in munere sanguis,
Consessusque ille spectantum solvit ad aram
Plutonis fera vota sui: quid sanctius ara,
Quæ bibit egestum per mystica tela cruorem?
An ne fides dubia est tibi, sub caligine cæca
Esse Deum, quem tu tacitis rimeris in umbris?
Ecce deos Manes cur infitiaris haberi?
Ipsa patrum monumenta probant: Dis Manibus illic
Marmora secta lego, quacumque Latina vetustos
Custodit cineres, densisque Salaria bustis.

XVIII. Dic, quibus hunc scribis titulum, nisi quod trucis orci
Imperium, veræ ceu majestatis, adoras?
En quibus implicita squalebat regia summi
Imperii, tractis majorum ab origine sacris.
Quum princeps gemini bis victor cæde tyranni
Pulcra triumphali respexit mœnia vultu:
Nubibus obsessam nigrantibus adspicit Urbem,
Noctis obumbratæ caligine: turbidus aer
Arcebat liquidum septena ex arce serenum.
Ingemuit miserans, & sic ait: Exue tristes,
Fida parens, habitus: equidem prædivite cultu
Illustrata cluis, spoliisque insigne superbis
Attollis caput, & multo circumfluis auro.
Sed nebulis propter volitantibus, obsitus alti
Verticis horret apex: ipsas quoque livida gemmas

V. 350. *Cernuat*] Al. legunt: *Cernuaque ora senex*. Sed *cernuat* ex scriptis. Chamill.

V. 354. *Quid, quod & ipsæ*] Ald. & Tornæs. *Quid, quod & istos*. Al. mendose: *tolerabile, quidquid & istos*. Sequimur Chamillardum.

V. 359. *Placatur vaccæ sterilis cervice res.*] Virgilius lib. VI. *Æn.* ṽ. 249.

*—. Ipse atri velleris agnam*
*Æneas matri Eumenidum magnæque sorori*
*Ense ferit; sterilemque tibi, Proserpina, vaccam.*

Chamill.

V. 360. *Et regnare simul cæloque Ereboque*] Virgilius l. c. ṽ. 247.

*Voce vocans Hecaten cælo Ereboque potentem.*

Idem.

V. 390. *Regem populum*] Eleganter & vere; non vero, *Regem populis sceptrisque potentem*: (ut habent Ald. Tornæs. al.) Per *populum regem* Romanos innuit, manifesta imitatione Virgilii (lib. I. *Æn.* ṽ. 25.)

*Hinc populum late regem belloque superbum,*
*Venturum excidio Libyæ.*

Idem.

Lux hebetat, spissusque dies: & fumus ob ora A
Suffusus, rutilum frontis diadema retundit.
Obscuras video tibi circumferrier umbras,
Cæruleasque animas, & nigra idola volare.
Censeo, sublimem tollas super aera vultum,
Sub pedibusque tuis nimbosa elementa relinquas.
Omne quod ex mundo est, tibi subjacet: hoc Deus ipse
Constituit, cujus nutu dominaris, & orbi
Imperitas, & cuncta potens mortalia calcas.
Non decet, ut summissa oculos, regina, caducum
Contemplere solum, majestatemque requiras
Circa humiles rerum partes, quibus ipsa superstas.
Non patiar, veteres teneas ut me duce nugas, B
Ut cariosorum venereris monstra deorum.
Si lapis est, senio dissolvitur, aut crepat ictu
Percussus tenui: mollis si bractea gypsum
Texerat, infido rarescit glutine sensim:
Si formam statuæ lamnis commisit aenis
Lima terens; aut in partem cava membra gravata
Pondere curvantur, scabra aut ærugo peresam
Conficit effigiem, crebroque foramine rumpit.
Nec tibi terra deus, cæli nec sit deus astrum.
Nec deus oceanus, nec vis quæ subter operta est,
Infernis triste ob meritum damnata tenebris.
Sed nec virtutes hominum deus, aut animarum,
Spirituumve, vagæ tenui sub imagine formæ.
Absit ut Umbra deus tibi sit, Geniusve, locusve, C
Aut deus aerias volitans phantasma per auras.
Sint hæc barbaricis gentilia numina pagis,
Quos penes omne sacrum est, quidquid formido tremendum
Suaserit; horrificos quos prodigialia cogunt
Credere monstra deos, quos sanguinolentus edendi
Mos juvat, ut pinguis luco lanietur in alto
Victima, visceribus multa inter vina vorandis.
At te, quæ domitis leges ac jura dedisti
Gentibus, instituens, magnus qua tenditur orbis,
Armorum morumque feros mansuescere ritus,
Indignum ac miserum est, in religione tenenda
Id sapere, immanes populi de more ferino
Quod sapiunt, nullaque rudes ratione sequuntur.
Seu nos procinctus maneat, seu pace quietas
Dictemus leges, seu debellata duorum
Colla tyrannorum media calcemus in Urbe: D
Agnoscas, regina, libens mea signa necesse est,
In quibus effigies Crucis aut gemmata refulget,
Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.

XIX. Hoc signo invictus, transmissis Alpibus ultor,
Servitium solvit miserabile Constantinus.
Quum te pestifera premeret Maxentius aula,
Lugebas longo damnatos carcere centum,
Ut scis ipsa, patres. Aut sponsus fœdera pactæ
Intercepta gemens, diroque satellite rapta,
Immersus tenebris, dura inter vincula flebat:
Aut si nupta torum regis conscendere jussa,
Cœperat impurum domini oblectare furorem;
Morte maritalis dabat indignatio pœnas.
Plena puellarum patribus ergastula sævi
Principis: abducta genitor si virgine mussans
Tristius ingemuit; non ille impune dolorem
Prodidit, aut confessa animis suspiria traxit;
Vim libertatis nimiam, patriumque dolorem.
Testis Christicolæ ducis adventantis ad Urbem
Mulvius, exceptum Tiberina in stagna tyrannum
Præcipitans, quanam victricia viderit arma
Majestate regi; quod signum dextera vindex
Prætulerit; quali radiarint stemmate pila.
Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum: clypeorum insignia Christus
Scripserat: ardebat summis Crux addita cristis.
Ipse senatorum meminit clarissimus ordo,
Qui tunc concreto processit crine, catenis
Squalens carcereis, aut nexus compede vasta,
Complexusque pedes victoris, ad inclyta flendo
Procubuit vexilla jacens. Tunc ille senatus
Militiæ ultricis titulum, Christique verendum
Nomen adoravit, quod collucebat in armis.
Ergo cave, egregium caput orbis, inania posthac
Prodigia & Larvas stolido tibi fingere cultu,
Atque experta Dei virtutem spernere veri.
Deponas jam festa velim puerilia, ritus
Ridiculos, tantoque indigna sacraria regno.
Marmora tabenti respergine tincta lavate,
O proceres; liceat statuas consistere puras,
Artificum magnorum opera; hæ, pulcherrima nostræ
Ornamenta cluant patriæ, nec decolor usus
In vitium versæ monimenta coinquinet artis.
Talibus edictis Urbs informata refugit
Errores veteres, & turbida ab ore vieto
Nubila discussit, jam nobilitate parata
Æternas tentare vias, Christumque vocantem
Magnanimo ductore sequi, & spem mittere in ævum.
Tunc primum senio docilis, sua sæcula Roma
Erubuit: pudet exacti jam temporis: odit
Præteritos fœdis cum relligionibus annos.
Mox ubi contiguos fossis muralibus agros
Sanguine justorum innocuo maduisse recordans,
Invidiosa videt tumulorum millia circum,
Tristis judicii mage pœnitet, ac ditionis
Effrenis, nimiæque sacris pro turpibus iræ:
Compensare cupit teterrima vulnera læsæ
Justitiæ sero obsequio, veniaque petenda:
Ne tanto imperio maneat, pietate repulsa,
Crimen sævitiæ, monstrata piacula quærit,
Inque fidem Christi pleno transfertur amore,

V. 428. *Lamnis*] Pro *laminis*, ut apud Horatium (*Carm.* lib. II. Od. II. ℣. 2.)

*Nullus argento color est, avaris*
*Abditæ terris inimice lamnæ,*
*Crispe Sallusti, nisi temperato*
*Splendeat usu.*

CHAMILL.

V. 471. *Pactæ*] *Pactam* pro sponsa aut nova nupta posuit: ut passim poetæ. ID.

V. 473. *Dura inter vincula flebat*] Sic legimus cum Chamillardo. Vetera exemplaria, *dura inter vincla luebat*. Versu antecedente malim *raptæ* pro *rapta*: ut ad *pactæ* referatur.

V. 477. *Patribus*] Ita Chamillardus: rectius, ut opinor, quam *patrumque* Ald. & Tornæs.

V. 480. *Confessa animis*] Alii, *confessa nimis*: nec dubitandum, quin male. Tale illud Lucani lib. VIII. de Cornelia:

*Quod submissa animis, nulli gravis hospita turba,* E
*Stantis adhuc fati vicit, quasi conjuge victo.*

CHAMILL.

V. 481. *Nimiam*] Hæc est Aldini exemplaris lectio, quæ magis placet altera Chamillardi aliorumque, legentium *nimia*. --- Aberat hic versus a multis codd. CHAMILL.


V. 483. *Mulvius*] *Mulvius* ex potioribus scriptis, inquit Heinsius, non *Molvius* aut *Milvius*: pons in Tiberi ab Urbe 2. mill. distans, unde incipit via Flaminia. ID. -- Aldus etiam habet *Mulvius*; sed in erratis emendat *Milvius*.

V. 498. *Et Larvas stolido tibi fingere cultu*] Sic Chamillardi editio, eamque sequi malumus quam Aldin. & Tornæs. in quibus legimus:

*Prodigia, & esse deos solito tibi fingere cultu.*

V. 504. *Hæ, pulch. n. Orn. cluant*] Aldus: *Hæc — fuant*. Fortasse rectius.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Laurea victoris Marii minus utilis Urbi,
Quum traheret Numidam populo plaudente Jugurtham :
Nec tantum Arpinas consul tibi, Roma, medelæ
Contulit, exstincto justa inter vincla Cethego;
Quantum præcipuus nostro sub tempore princeps
Prospexit, tribuitque boni. Multos Catilinas
Ille domo pepulit : non sæva incendia tectis,
Aut sicas patribus, sed tartara nigra animabus,
Internoque hominum statui tormenta parantes.
Errabant hostes per templa, per atria passim;
Romanumque forum, & Capitolia celsa tenebant :
Qui conjuratas ipsa ad vitalia plebis
Moliti insidias, intus serpente veneno
Consuerant tacitis pestem miscere medullis.
Ergo triumphator latitante ex hoste togatus,
Clara tropæa refert sine sanguine, remque Quirini
Adsuescit supero pollere in sæcula regno.
Denique nec metas statuit, nec tempora ponit :
Imperium sine fine docet, ne Romula virtus
Jam sit anus, norit ne gloria parta senectam.

XX. Exsultare patres videas, pulcherrima mundi
Lumina, conciliumque senum gestire Catonum,
Candidiore toga niveum pietatis amictum
Sumere, & exuvias deponere pontificales.
Jamque ruit, paucis Tarpeja in rupe relictis
Ad sincera virum penetralia Nazareorum,
Atque ad apostolicos Evandria curia fontes,
Anniadum soboles, & pignora clara Proborum.
Fertur enim ante alios generosus Anicius Urbis
Illustrasse caput : sic se Roma inclyta jactat
Quin & Olybriaci generisque & nominis heres
Adjectus fastis, palmata insignis abolla,
Martyris ante fores Bruti submittere fasces
Ambit, & Ausoniam Christo inclinare securim.
Non Paullinorum, non Bassorum dubitavit
Promta fides dare se Christo, stirpemque superbam
Gentis patriciæ venturo attollere sæclo.
Jam quid plebicolas percurram carmine Gracchos
Jure potestatis fultos, & in arce senatus
Præcipuos, simulacra deum jussisse revelli,
Cumque suis pariter lictoribus omnipotenti
Suppliciter Christo se consecrasse regendos?
Sexcentas numerare domos de sanguine prisco
Nobilium licet, ad Christi signacula versas,
Turpis ab idolii vasto emersisse profundo.
Si persona aliqua est, aut si status Urbis in his est :
Si formam patriæ facit excellentior ordo :
Hi faciunt, juncta est quoties sententia plebis,
Atque unum sapiunt plures, simul ac potiores.
Respice ad illustrem, lux est ubi publica, cellam :
Vix pauca invenies gentilibus obsita nugis
Ingenia, obtrictos ægre retinentia cultus,
Et quibus exactas placeat servare tenebras,
Splendentemque die medio non cernere solem.

XXI. Post hinc ad populum converte oculos quota pars est,
Quæ Jovis infectam sanie non despuat aram?
Omnis qui celsa scandit cœnacula vulgus,
Quique terit silicem variis discursibus atram,
Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis;
Aut Vaticano tumulum sub monte frequentat,
Quo cinis ille latet genitoris amabilis obses;
Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ædes,
Unde sacrum referat regali chrismate signum.
Et dubitamus adhuc Romam tibi, Christe, dicatam
In leges transisse tuas? omnique volentem
Cum populo & summis cum civibus, ardua magni
Jam super astra poli, terrenum extendere regnum?
Nec moveor, quod pars hominum rarissima clausos
Non aperit sub luce oculos, & gressibus errat.
Quamlibet illustres meritis, & sanguine clari,
Præmia virtutum titulis & honoribus aucti
Ardua rettulerint, fastorumque arce potiti
Annales proprio signarint nomine chartas,
Atque inter veteres cera numerentur & ære.
Attamen in paucis, jam deficiente caterva,
Nec persona sita est patriæ, nec curia constat;
Et quodcumque fovet studii privata voluntas,
Ac jam rara tenet : sed publica vota reclamant,
Dissensu celebri trepidum damnantia murmur.
Sic consulta patrum subsistere conscriptorum,
Non aliter licitum prisco sub tempore, quam si
Tercentum sensisse senes legerentur in unum.
Servemus leges patrias : infirma minoris
Vox cedat numeri, parvaque in parte silescat.

XXII. Aspice, quam pleno subsellia nostra senatu
Decernant infame Jovis pulvinar, & omne
Idolium, longe purgata ex Urbe fugandum.
Qua vocat egregii sententia principis, illuc
Libera cum pedibus, tum corde frequentia transit.
Nec locus invidiæ est : nullum vis aspera terret :
Ante oculos sic velle patet : cunctique probatum,
Non jussum, sola capti ratione sequuntur.
Denique pro meritis terrestribus æqua rependens
Munera sacricolis, summos impertit honores
Dux bonus, & certare sinit cum laude suorum :
Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros prohibet : quoniam cælestia numquam
Terrenis solitum per iter gradientibus obstant.
Ipse magistratum tibi Consulis, ipse tribunal
Contulit, auratumque togæ donavit amictum,
Cujus relligio tibi displicet, o pereuntum
Adsertor divum : solus qui restituendos
Vulcani, Martisque dolos, Venerisque peroras,
Saturnique senis lapides, Phœbique furores,
Iliacæ matris Megalesia, Bacchica Nysi,
Isidis amissum semper plangentis Osirim
Mimica ridendaque suis solemnia calvis,
Et quascumque solent Capitolia claudere larvas.
O linguam miro verborum fonte fluentem,
Romani decus eloquii, cui cedat & ipse
Tullius, has fundit dives facundia gemmas!
Os dignum, æterno tinctum quod fulgeat auro,
Si mallet laudare Deum : cui sordida monstra
Prætulit, & liquidam temeravit crimine vocem.
Haud aliter, quam si rastris quis tentet eburnis
Cœnosum versare solum, limoque madentes
Excolere aureolis si forte ligonibus ulvas,
Splendorem dentis nitidi scrobis inquinat atra,

V. 542. *Nec metas statuit, nec tempora ponit*] Conjicit Chamillardus legendum *statui nec tempora poni*, ita ut utrumque referatur ad *docet*, quod sequitur. Nihil equidem mutarim. Imitatur pro more suo Prudentius Virgilium lib I. *Æn.* ℣. 282.

*His ego nec metas rerum, nec tempora pono.*

V. 556. *Abolla*] Nonnulla exemplaria corrupte *ab aula*. Quid vero sit *palmata abolla*, doceant qui *de re vestiaria* scripsere.

V. 641. *Ulvas*] Eadem voce utitur Prudentius in *Apotheosi* ℣. 764. Virgilius *Æn.* lib. II. ℣. 135.

*Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva*
*Delitui :*

Et pretiosa acies squalenti sordet in arvo. A
Non vereor, ne me nimium confidere quisquam
Arguat, ingeniique putet luctamen inire.
Sum memor ipse mei, & satis mea frivola novi:
Non ausim conferre pedem, nec spicula tantæ
Indocilis fandi conjecta lacessere linguæ.
Illæsus maneat liber, excellensque volumen
Obtineat partam dicendi fulmine famam:
Sed liceat tectum servare a vulnere pectus,
Oppositaque volans jaculum depellere parma.
Nam si nostra fides, sæclo jam tuta quieto,
Viribus infestis hostilique arte petita est;
Cur mihi fas non sit, lateris sinuamine flexi
Ludere ventosas jactu pereunte sagittas?
Sed jam tempus, iter longi cohibere libelli,
Ne tractum sine fine ferat fastidia carmen.

V. 656. *Sagittas*] *Sarissas* legit Lipsius: quia hastæ jaciuntur pilaque, non autem sagittæ. CHAMILL.

# AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V.C.

## *IN LIBRUM II.* CONTRA SYMMACHUM.

## *PRÆFATIO.*

SIMON, quem vocitant Petrum, B
Summus discipulus Dei,
Lucis forte sub exitu,
Quum vesper croceus rubet,
Curvam vulserat anchoram,
Captans flamina linteis.
Et transnare volens fretum,
Nox ventum movet obvium,
Fundo qui mare misceat,
Jactatam quatiat ratem.
Clamor nauticus æthera
Plangens atque ululans ferit,
Cum stridore rudentium:
Nec quidquam superat spei,
Mergendis prope naufragis: C
Quum Christum procul adspicit
Pallens turba periculis,
Calcantem pedibus mare,
Ac si per solidam viam,
Siccum litus obambulet.
Hæc miracula ceteri
Vectores pavidi stupent.
Solus non trepidus Petrus
Agnoscit Dominum poli,
Terræque & maris invii;
Cujus omnipotentiæ est,
Plantis æquora subdere.
Tendit suppliciter manus:
Notum subsidium rogat. D
Ast ille placide annuens,
Puppi ut desiliat, jubet.
Jussis obsequitur Petrus:
Sed vestigia fluctibus
Summis tinguere cœperat;
Et lapsante gradu, pedes
Pessum mergere lubricos.
Mortalem Deus increpat,
Quod sit non stabili fide;
Nec calcare fluentia,
Nec Christum valeat sequi.
Tum dextra famulum levat,
Sistitque, & docet ingredi
Tergum per tumidum freti.
Sic me, tuta silentia
Egressum, dubiis loquax
Infert lingua periculis:
Non ut discipulum Petrum
Fidentem & merito & fide;
Sed quem culpa frequens, levem
Volvat per freta naufragum.
Sum plane temerarius,
Qui noctis mihi conscius,
Quam vitæ in tenebris ago,
Puppem credere fluctibus
Tanti non timeam viri;
Quo nunc nemo disertior,
Exsultat, fremit, intonat,
Ventisque eloquii tumet.
Cui mersare facillimum est
Tractandæ indocilem ratis:
Ni tu, Christe potens, manum
Dextro numine porrigas:
Facundi oris ut impetus
Non me fluctibus obruat;
Sed sensim gradiens, vadis
Insistam fluitantibus.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
405.



## LIBER II.

## PRUDENTIUS.

### Sect. I.

HActenus & veterum cunabula prima deorum, A
Et caussas quibus error hebes conflatus in orbe est,
Diximus, & nostro Romam jam credere Christo.
Nunc objecta legam, nunc dictis dicta refellam:
Unde igitur cœpisse ferunt, aut ex quibus orsum,
Quo mage sancta ducum corda illice flecteret arte

## SYMMACHUS

### In relatione.

*Quis ita familiaris est barbaris, ut aram Victoriæ non requirat? Cauti in posterum sumus, & talium rerum ostenta vitamus: reddatur saltem nomini honor, qui numini denegatus est. Multa Victoriæ debet æternitas vestra, & adhuc plura debebit. Aversentur hanc potestatem, quibus nihil profuit. Vos amicum triumphis patrocinium nolite deserere. Cunctis potentia ista votiva est. Nemo colendam neget, quam profitetur optandam.*

## PRUDENTIUS.

### Sect. II.

ARmorum dominus, vernantes flore juventæ B
Inter castra patris genitos, sub imagine avita
Eductos, exempla domi congesta calentes,
Orator catus instigat, ceu classica belli
Clangeret, exacuitque animos, & talia jactat:
Si vobis vel parta, viri, victoria cordi est,
Vel parienda dehinc, templum dea virgo sacratum
Obtineat, vobis regnantibus: ecquis amicus
Hostibus, hunc sancte vestro negat esse colendam
Imperio cui semper adest, quod laudibus implet?
Hæc ubi legatus, reddunt placidissima fratrum
Ora ducum: Scimus quam sit Victoria dulcis
Fortibus, Ausoniæ vir facundissime linguæ;
Sed quibus illa modis, qua sit ratione vocanda,
Novimus. Hac primum pueros pater imbuit arte:
Hanc genitore suo didicit puer ipse magistro.
Non aris, non farre molæ Victoria felix
Exorata venit: labor impiger, aspera virtus,
Vis animi, excellens ardor, violentia, cura,
Hanc tribuunt, durum tractandis robur in armis.
Quæ si defuerint bellantibus, aurea quamvis
Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
Explicet, & multis surgat formata metallis;
Non aderit, versisque offensa videbitur hastis.
Quid, miles, propriis diffisus viribus, optas
Irrita femineæ tibimet solatia formæ?
Numquam pennigeram legio ferrata puellam D
Vidit, anhelantum regeret quæ tela virorum.
Vincendi quæris dominam? sua cuique dextra est,
Et Deus omnipotens; non pexo crine virago,
Nec nudo suspensa pede, strophioque recincta,
Nec tumidas fluitante sinu vestita papillas.
Aut vos pictorum docuit manus, assimilatis
Jure poetarum numen componere monstris;
Aut lepida ex vestro sumsit pictura sacello,
Quod variis imitata notis ceraque liquenti
Duceret in faciem, sociique poematis arte
Aucta, coloratis auderet ludere fucis.
Sic unum sectantur iter, sic cassa figuris
Somnia concipiunt & Homerus & acer Apelles,
Et Numa: cognatumque malum pigmenta, Camœnæ,
Trinaque conflavit fallendi idola potestas.
Hæc si non ita sunt, edatur, cur sacra vobis
Ex tabulis censque poetica fabula præstat? C
Cur Berecynthiacus perdit truncata sacerdos
Inguina, quum pulcher se se castraverit Atys?
Cur etiam templo Triviæ, lucisque sacratis
Cornipedes arceantur equi, quum Musa pudicum
Raptarit juvenem volucri per litora curru,
Idque etiam paries tibi versicolorus adumbret?
Desine, si pudor est, gentilis ineptia, tandem
Res incorporeas simulatis fingere membris.
Desine, terga hominis plumis obducere: frustra
Fertur avis mulier, magnusque eadem dea vultur.
Vis decorare tuum, ditissima Roma, senatum?
Suspende exuvias, armis & sanguine captas:
Congere cæsorum victrix diademata regum:
Frange repulsorum fœda ornamenta deorum.
Tunc tibi non terris tantum Victoria parta,
Sed super astra etiam media servabitur æde.
Talia principibus dicta interfantibus, ille

Vers. 7. *Vernantes flore juventæ*] Heinsius, si per libros daretur, mallet. *vernantis flore juventæ*. Chamill.

V. 9. *Calentes*] Veteres editi, Aldin. & Tornæs. *tenentes*, ad marginem *calentes*.

V. 17. *Hæc ubi legatus*] Vetera exemplaria: *Hæc ubi dicta dedit*, alteram quam damus cum Chamillardo, ad marginem amandantia.

V. 25. *Violentia*] Ita codices, inquit Heinsius: nihilominus, *vigilantia*, videtur castigandum. Chamill.

V. 29. *Metallis*] Sic Ald. & Tornæs. & in margine *talentis*: quæ quidem lectio magis placuit Chamillardo.

V. 37. *Recincta*] Hanc malumus sequi lectionem cum Aldo, Tornæs. aliis, quam alteram Chamillardi *revincta*.

V. 45. *Cassa figuris*] Sic in margine Tornæs. qui cum Aldo habet in textu *inania rerum*. At quam damus lectionem, exhibet Chamill.

V. 47. *Cognatumque malum*] Unus Aldus, *cognatumque volunt*: & Chamill. *Camœnas*, pro *Camœnæ*.

V. 48. *Trinaque* cet.] Sic Aldus in erratis restituendum hunc versum jubet; qui habet in textu, quemadmodum & Chamillardus,

*Idola conflavit fallendi trina potestas.*

At Tornæs. cum al. habet *docta* pro *trina*. Sed *trina* retinendum putaverim, ut referatur ad Homerum, Apellem & Numam.

V. 52. *Quum pulcher* cet.] In margine veterum exemplarium, *quum pulcrum poesis castraverit Atyn*. Atque hanc lectionem in textu retinuit Chamill.

V. 54. *Musa*] Veteres editi *Phœdra*, quod rejicit Chamill.

Prosequitur, magnisque tubam concentibus inflat: A
Allegat morem veterum: nil dulcius esse
Adfirmat solitis; populosque hominesque teneri
Lege sua: Sicut variæ nascentibus, inquit,
Contingunt pueris animæ, sic urbibus adfert,
Hora diesque suum, quum primum mœnia surgunt,
Aut Fatum, aut Genium, cujus moderamine regnent.
Addit &, Arcanum rerum, verique latebras
Prosperitate aliqua deprendi posse, secundi
Per documenta boni, si sint felicia, quæ quis
Experiendo probet cessisse parentibus omne
Idolium semper feliciter, & pede dextro.
Enumerat longi vim temporis: excitat ipsam B
Crinibus albentem niveis, & fronte vietam
Ore reposcentem querulo sua numina, Romam.
Libera sum: liceat proprio mihi vivere more.
Et quis erit, qui mille meos reprehenderit annos?
Uno omnes sub sole siti, vegetamur eodem
Aere: communis cunctis viventibus aura.
Sed, qui sit qualisque Deus, diversa sequuti
Quærimus, atque viis longe distantibus, unum
Imus ad occultum; suus est mos cuique genti;
Per quod iter properans, eat ad tam grande profundum.
His tam magnificis, tantaque fluentibus arte,
Respondit vel sola Fides, doctissima primum
Pandere vestibulum veræ ad penetralia sectæ. C
Nam quum divinis agimus de rebus, & illum
Qui vel principio caruit, vel fine carebit,
Quique chao anterior fuerit, mundumque crearit,
Conjectare animo contendimus; exigua est vis
Humani ingenii, tantoque angusta labori:
Quippe minor natura, aciem si intendere tentet
Acrius, ac penetrare Dei secreta supremi;
Quis dubitet victo fragilem lassescere visu,
Vimque fatigatæ mentis sub pectore parvo
Turbari, invalidisque hebetem succumbere curis?
Sed facilis fidei via provocat, Omnipotentem
Credere, qui bona non tantum præsentia donat,
Sed ventura etiam, longisque intermina sæclis
Promittit; ne totus eam resolutus inane
In nihilum, peream que brevem post luminis usum. D
Muneris auctorem ipso de munere pendas.
Æterna æternus tribuit, mortalia confert
Mortalis: divina Deus, peritura caducus.
Omnia quæ tempus peragit, quæque exitus aufert,
Vilia sunt brevitate sui, nec digna perenni
Largitore; cui propria est opulentia, numquam
Desinere, idque homini dare, quod non desinat umquam.
Nam si corruptum corrumpendumve Deus quid
Præstat, habetque nihil quod sit pretiosius istis;
Pauper, & infirmus, & summo indignus honore,
Et non omnipotens, sed inanis numinis umbra est. E
Hac ratione Fides sapienter conjicit, immo
Non dubitat, verum esse Deum qui, quod sumus, & quod
Vivimus, illæsum semper fore, si mereamur,
Nos sperare jubet. Cælestia si placet, inquit,
Scandere, terrenas animo depellite curas.
Nam quantum subjecta situ tellus jacet infra,
Dividiturque ab humo convexi regia cæli;
Tantum vestra meis distant mundana futuris,
Dira bonis, scelerata piis, tenebrosa serenis.
Quidquid obire potest, fugiatis censeo: quidquid
Naturæ ratione capit vitium, atque senescit;
Pro nihilo, in nihilum quia sunt reditura, putetis.
Cuncta quidem quæ gignit humus, quæ continet ipsa,
Principio institui, nitidoque insignia mundo
Ornamenta dedi, spatiosaque semina finxi.
Sed tamen esse modum volui, parcisque fruenda
Moribus indulsi, quantum moribundus & æger
Corporis ac vitæ volucris sibi posceret usus:
Non ut captus homo studiis, & inaniter ardens,
Duceret omne bonum positum in dulcedine rerum
Et specie tenui, quas currere tempore jussi;
Atque ævum statui, sub quo generosa probarem
Pectora: ne torpens & non exercita virtus,
Robur enervatum gereret sine laude palæstræ.
Illecebrosus enim sapor est & pestifer horum;
Quæ, dum prætereunt, miro oblectamine mentes
Implicitas vinctasque tenent. Vincenda voluptas;
Elaqueanda animi constantia, ne retinaclis
Mollibus ac lentis nexa & captiva prematur.
Luctandum summis conatibus: inter acerba
Sectandum virtutis iter; ne suavia fluxæ
Conditionis amet nimium: ne congerat aurum,
Nec varios lapidum cupide spectare colores
Ambitiosa velit: nec se popularibus auris
Ostentet, pulcroque inflata tumescat honore.
Ne natale solum, patrii ne jugera ruris
Tendat, & externos animum diffundat in agros:
Et ne corporeis addicat sensibus omne
Quod vult, aut quod agit: ne præferat utile justo,
Spemque in me omnem statuat; numquam peritura
Quæ dedero, longoque die mea dona trahenda.
Hæc igitur, spondente Deo, quis fortis & acer,
Virtutisque capax, breve quidque perennibus in se
Prætulerit? vel quis sapiens potiora putarit
Gaudia membrorum, quam vivæ præmia mentis?
Nonne hominem ac pecudem distantia separat una;
Quod bona quadrupedum ante oculos sita sunt: ego contra
Spero, quod extra aciem longum servatur in ævum?
Nam si tota mihi cum corpore vita peribit,
Nec poterit superesse meum post funera quidquam,
Quis mihi regnator cæli? quis conditor orbis?
Quis Deus? aut quæ jam merito metuenda potestas?
Ibo per impuros fervente libidine luxus:
Incestabo toros: sacrum calcabo pudorem:
Infitiabor, habens aliquod sine teste propinqui
Depositum: tenues avidus spoliabo clientes:
Longævam perimam magico cantamine matrem.
Tardat anus dominum dilata morte secundum,
Nec formido malum: falluntur publica jura:
Lex armata sedet; sed nescit crimen opertum:
Aut, si res pateat, judex corrumpitur auro.
Rara reos justa percellit pœna securi.
Sed quid ego hæc meditor? revocat Deus ecce severa
Majestate minax: negat interitura meorum

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
405.

V. 89. *Suus est mos cuique genti* ] Sequimur Chamillardum. Al. *proprius genti cuique est mos*. Vide superius adnotata ad lib. I. ✠. 236.

V. 102. *Sub pectore parvo* ] *Sub tempore parvo*, non *pectore*, Thuaneus codex. Chamill.

V. 143. *Robur enerv.* ] Pari prorsus modo, Hymno *Cathemerinon* VIII. ✠. 64. prima syllaba in *enervare* corripitur:


— *Et a[illegible]*
*Humor in ve[illegible], æ[illegible]*
*Corpus enervans.*

Quare pro vulgata sto scriptura: licet alii legant.

*Enervare su[illegible] otia robur*
*Posset, & in [illegible]*

Idem.


SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Per mortem monimenta operum. Non occidit, inquit, A
Interior qui spirat homo: luet ille perenne
Supplicium, quod subjectos male rexerit artus.
Nec mihi difficile est, liquidam circumdare flammis
Naturam, quamvis perflabilis illa feratur
More noti: capiam tamen, & tormenta adhibebo
Ipse incorporeus, ac spirituum sator unus.
Quin & corporibus parilis consortia pœnæ
Decernam: possum quoniam renovare favillas
Antiquam in faciem, nec desperanda potestas:
Qui potui formare novum, reparabo peremtum.
Non desunt exempla meæ virtutis in ipsis
Seminibus: natura docet revirescere cuncta B
Post obitum: siccantur enim pereunte vigore,
Quo vixere prius: tunc sicca & mortua sulcis
Aut foveis mandata, latent & more sepulcri
Obruta, de tumulis redivivo germine surgunt.
Numquid nosse potes, vel conjectare, quis istud
Tam sollers opifex struat? aut quæ vis agat intus?
Nil vos, o miseri, Physicorum dogmata fallant.
En, ego gignendi Dominus, ac restituendi
Quod periit, fluxitque: potens siccissima quæque
In veteres formas aut flore aut fronde reduco.
Idque ipsum quandoque homini facturus, inani
Surgat ut ex cinere, structuraque pristina constet:
Quæ mihi pro meritis, vel per tormenta rependat
Crimina, vel summæ virtutis in arce coruscet,
Non peritura dehinc quacumque in sorte manebit.
Interea, dum mista viget substantia in unum,
Sit memor auctoris proprii, veneretur & oret
Artificem submissa suum. Non condidit alter
Halantis animæ figmentum, & corporis alter,
Nec bona præsentis vitæ numerosa gubernant
Numina: non alius segetes & spicea farra
Suppeditat Deus: haud alius dat musta racemis,
Purpureumque gravi fundit de palmite succum.
Ipse ego sum, virides oleas pinguescere baccis
Qui facio, Graja quas Pallade fingitis ortas; D
Et qui Lucinas tribuo nascentibus horas.
Duplex lege mea per mutua fœdera sexus
Gignere amat sobolem, generisque propagine gaudet;
Quem vos lascivis violatis amoribus ignem,
Et stupra vestra deæ Veneris prætexitis umbra.
Unus ego elementa rego, nec mole laboris,
Ut miser infirmusve aliquis fragilisve, fatigor.
Lux immensa mihi est, & non resolubilis ætas,
Sensibus & vestris haud intellecta vetustas.
Inde ministeriis ad tot moderamina mundi
Non egeo, nec participes sociosve requiro.
Porro autem angelicas legiones, quas mea fecit
Dextera, nosse meum est, & quæ natura creatis
Subsistat, qualesque mihi serventur ad usus.
Tu, me præterito, meditaris numina mille,
Quæ simules parere meis virtutibus, ut me
Per varias partes minuas, cui nulla recidi
Pars aut forma potest: quia sum substantia simplex,
Nec pars esse queo. Solis divisio rebus
Compositis factisque subest: me nemo creavit,
Ut scindi valeam, cunctorum conditor unus.
Crede, quod ex nihilo formavi, pars mea non est.
Quare age, mortalis, soli mihi construe templum,
Meque unum venerare Deum: cæmenta remitto,
Et quæ saxa Paros secat, & quæ Punica rupes,
Quæ viridis Lacedæmon habet maculosaque Synnas.
Nativum nemo scopuli mihi dedicet ostrum.
Templum mentis amo, non marmoris: aurea in illo
Fundamenta manent fidei, structura nivali
Consurgit pietate nitens: tegit ardua culmen
Justitia: interius spargit sola picta rubenti
Flore pudicitiæ pudor almus, & atria servat.
Hæc domus apta mihi est: hæc me pulcherrima sedes
C Accipit, æterno cælestique hospite digna.
Nec novus hic locus est: fluxit mea gloria in artus,
Et lux vera Dei. Deus illustravit alumnam
Materiem, corpusque parens habitabile fecit
Ipse sibi, placito ut posset requiescere templo.
Condideram perfectum hominem: spectare superna
Mandaram: totis conversum sensibus in me
Recto habitu, celsoque situ & sublime tuentem:
Sed despexit humum, seque inclinavit ad orbis
Divitias, pepulitque meum de pectore numen.
Restituendus erat mihimet: submissus in illum
Spiritus ipse meus descendit, & edita limo
Viscera, divinis virtutibus informavit.
Jamque hominem adsumtum summus Deus in deitatem
Transtulit, ac nostro docuit recalescere cultu.
Scire velim, præcepta Patris quibus auribus hæc tu
Accipias, Italæ censor doctissime gentis.
An veterem tantum morem ratione relicta
Eligis? & dici id patitur sapientis acumen
Ingeniumque viri? Potior mihi pristinus est mos,
Quam via justitiæ, pietas quam prodita cælo,
Quamque fides veri, rectæ quam regula sectæ.

V. 184. *Monimenta* ] Sic recte Tornæs. Verum Aldus quem sequitur Chamili. *momenta*: perperam, ut videtur.
V. 205. *Siccissima* ] Sic veteres editi. Chamill. *arentia*.
V. 218. *Haud al.* ] Chamill. *aut*; minus recte.

V. 222. *Lucinas -- horas* ] Natales scilicet horas: a *luce*, quam infantibus dant. Unde & dea quæ partui præerat, dicta est Lucina. CHAMILL.



## S Y M M A C H U S.

*Suus cuique mos, ſuus cuique ritus eſt. Jam ſi longa ætas auctoritatem religionis faciat, ſervanda eſt tot ſæculis fides; & ſequendi ſunt nobis parentes, qui feliciter ſequuti ſunt ſuos.*

## P R U D E N T I U S.

### SECT. III.

SI, quidquid rudibus mundi naſcentis in annis
Mos habuit, ſancte colere ac ſervare neceſſe eſt;
Omne revolvamus ſua per veſtigia ſæclum,
Uſque ad principium: placeat damnare gradatim
Quidquid poſterius ſucceſſor repperit uſus.
Orbe novo, nulli ſubigebant arva coloni,
Quid ſibi aratra volunt? quid cura ſuperflua raſtri?
Ilignis melius ſaturatur glandibus alvus.
Primi homines cuneis ſcindebant fiſſile lignum:
Decoquat in maſſam fervens ſtrictura ſecures
Rurſus, & ad proprium reſtillet vena metallum.
Induvias cæſæ pecudes, & frigida parvas
Præbebat ſpelunca domos: redeamus ad antra:
Pellibus inſutis hirtos ſumamus amictus.
Immanes quondam populi feritate ſubacta
Edomiti, jam triſte fremant, iterumque ferinos
In mores redeant, atque ad ſua priſca recurrant.
Præcipitet Scythica juvenis pietate vietum
Votivo de ponte patrem: ſic mos fuit olim.
Cædibus infantum fument Saturnia ſacra,
Flebilibuſque truces reſonent vagitibus aræ.
Ipſa caſas fragili texat gens Romula culmo:
Sic tradunt habitaſſe Remum: regalia fœno
Fulcra ſuperſternant, aut pelle Libyſtidis urſæ
Compoſitam clamydem villoſo in corpore geſtent:
Talia Trinacrius ductor, vel Tuſcus habebat.
Roma antiqua ſibi non conſtat, verſa per ævum,
Et mutata ſacris, ornatu, legibus, armis:
Multa colit, quæ non coluit ſub rege Quirino:
Inſtituit quædam melius, nonnulla refugit,
Et morem variare ſuum non deſtitit: & quæ
Pridem condiderat jura, in contraria vertit.
Quid mihi tu ritus ſolitos, Romane ſenator,
Objectas? quum ſcita patrum populique frequenter
In tabulis placiti ſententia flexa novarit?
Nunc etiam quoties ſolitis decedere prodeſt,
Præteritoſque habitus cultu damnare recenti,
Gaudemus compertum aliquid, tandemque retectum,
Quod latuit: tardis ſemper proceſſibus aucta
Creſcit vita hominis, & longo proficit uſu.
Sic ævi mortalis habet ſe mobilis ordo:
Sic variat natura vices: infantia repit:
Infirmus titubat pueri greſſuſque animuſque:
A Sanguine præcalido fervet nervoſa juventa:
Mox ſtabilita venit maturi roboris ætas:
Ultima conſiliis melior, ſed viribus ægra,
Corpore ſuccumbit, mentem purgata ſenectus.
His genus humanum per diſſona tempora duxit
Curriculis ævum mutabile: ſic hebes inter
Primitias, merſumque ſolo, ceu quadrupes, egit.
Mox tenerum docili ingenio, jamque artibus aptum
Noſcendis, varia rerum novitate politum eſt.
Inde tumens vitiis, calidos adolevit in annos,
Donec decocto ſolidaret robore vires.
Tempus adeſt, ut jam ſapiat divina, ſerenæ
Mentis conſilio, vivacius abdita ſollers
B Quærere, & æternæ tandem invigilare ſaluti.
Quamquam ſi tantus amor eſt & cura vetuſti
Moris, & a priſco placet haud diſcedere ritu;
Exſtat in antiquis exemplum nobile libris,
Jam tunc diluvii ſub tempore, vel prius, uni
Inſerviſſe Deo gentem, quæ prima recentes
Incoluit terras, vacuoque habitavit in orbe.
Unde genus ducit noſtræ porrecta propago
Stirpis, & indigenæ pietatis jura reformat.
Sed, quia Romanis loquimur de cultibus, ipſum
Sanguine Hectorei populum probo, tempore longo
Non multos coluiſſe deos, rariſque ſacellis
Contentum, paucas poſuiſſe in collibus aras.
C Innumeros poſt deinde deos, virtute ſubactis
Urbibus, ex claris peperit ſibi Roma triumphis,
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris ſimulacra hoſtilia cepit,
Et captiva domum, venerans ceu numina vexit.
Hoc ſignum rapuit bimaris de ſtrage Corinthi:
Illud ab incenſis in prædam ſumſit Athenis.
Quaſdam victa dedit capitis Cleopatra canini
Effigies, quaſdam domitis Ammonis arenis,
Syrtica cornutas facies habuere tropæa.
Roma triumphantis quoties ducis inclyta currum
Plauſibus excepit, toties altaria divum
Addidit, & ſpoliis ſibimet nova numina fecit:
Numina, quæ patriis cum mœnibus eruta, nullum
D Præſidium potuere ſuis afferre ſacellis.
Cernis ut antiqui ſemper veſtigia moris
Greſſibus incertis varie titubaſſe probentur,
Adſciſcendo deos majoribus incompertos,
Seque peregrina ſub relligione dicaſſe,

V. 282. *Nulli ſubigebant arva coloni*] Tale illud Virgilii lib. I. *Georg.* ℣. 125.

*Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni.*

CHAMILL.

V. 284. *Ilignis -- glandibus*] Hac voce veteres uſi, quos inter Horatius *Satir.* lib. II. (*Sat.* IV. ℣. 40.)

*Umber, & iligna nutritus glande rotundas*
*Curvet aper lances carnem vitantis inertem.*

IDEM.

V. 300. *Libyſtidis urſæ*] Virgilius lib. VIII. *Æn.* ℣. 366.

*— Anguſti ſubter faſtigia tecti*
*Ingentem Æneam duxit; ſtratiſque locavit,*
*Effultum foliis, & pelle Libyſtidis urſæ.*

IDEM.

V. 303. *Roma antiqua ſibi*] Forte, inquit Heinſius,

*Roma ſibi antiquum non conſtat verſa per ævum.*

IDEM.

V. 318. *Infantia repit* cet.] Hæc omnia, ni fallor, mutuatus eſt Prudentius a Lucretio lib. III. (℣. 446. ſeqq.)

IDEM.


V. 325. *Sic hebes inter* cet.] Uterque Rottendorphius, Oxonius & Egmondanus habent:

*— — — Sic hebes inter*
*Primitias, merſumque ſolo titubavit, & inſtar*
*Quadrupedis, pueri lactantia viſcera traxit.*

(Neque aliter veteres editi.) Quæ omnino ſunt ſuperflua. ID.

V. 334. *Si tantus amor eſt*] Ald. Tornæſ. al. *Si tantum ſtudium eſt.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.



Nec ritus servasse suos? quodcumque sacrorum est, A
Exsulat, externumque inimicam venit in urbem.
Frustra igitur solitis, prava observatio, inhæres.
Non est mos patrius quem diligis, improba, non est.
Sed sollers orator ait: fataliter urbem
Sortitam, quonam Genio proprium exigat ævum.
Cunctis nam populis seu mœnibus inditur, inquit,
Aut fatum, aut Genius, nostrarum more animarum,
Quæ sub disparili subeunt nova corpora sorte.

## SYMMACHUS.

*Varios custodes urbibus mens divina distribuit. Ut animæ nascentibus, ita populis fatales Genii dividuntur.*

## PRUDENTIUS.

### SECT. IV.

JAM primum qui sit Genius, vel qui status illi B
Competat, ignoro; & quid possit, & unde oriatur
Spiritus informis, sine corpore: forma ne, an ulla
Sit species, & quid sapiat, quæ munera curet.
Contra, animas hominum venis vitalibus intus
Sic interfusas intelligo, sanguis ut ex his
Accipiat motumque levem tenerumque vaporem:
Unde pererratis vegetet præcordia membris,
Frigida succendat, riget arida, dura relaxet.
Sic hominis vitam sibi temperat, atque gubernat
Vivida mens, quam tu ficto componere tentas
Murorum Genio, qui nusquam est, nec fuit umquam.
Quin & corporibus versat mens viva regendis C
Summum consilium, fida ut tutacula nudis
Invalidisque paret, metuenda pericula vitet,
Utile prospiciat, varias agitetur ad artes;
Consultet cui se domino submittat, & orbis
Quem putet auctorem, quem rerum summa sequatur.
At tuus hic Urbis Genius, dicas volo, quando
Cœpit adhuc parvæ primum se infundere Romæ.
Fluxit ab uberibus numerosa in valle lupinis,
Infantesque aluit, dum nascitur ipse, gemellos?
An cum vulturibus volitans ignota per auras
Umbra, repentinam traxit de nube figuram?
Culminibus summis sedet? an penetralia servans,
Instituit mores, & jura forensia condit? D
An castrorum etiam fossis intervenit? acres
Cogit ad arma viros, lituis ciet, urget in hostem?
Quæ quis non videat sapientum digna cachinno?
Fingamus tamen esse aliquam, quæ talia curet,
Umbram sive animam, per quam res publica fatum
Hauserit, & calidis animetur tota medullis:
Cur non hæc eadem de relligione colenda
Consultat? cur non prospectat libera cælum?
Cur sibi præscriptum non commutabile fatum,
Ut captiva, putat? genesis cur vincula fingit?
Cur jam nolle licet, quod tunc voluisse licebat,
Erroresque abolere suos, ac flectere sensus?
Sic septingentis erravit circiter annis, E
Lubricaque & semper dubitans, quæ forma placeret
Imperii, & quæ regnandi foret æqua potestas.
Regius exortam jam tunc habuit status Urbem,
Non sine grandævis curarum in parte locatis.
Mox proceres de stirpe senum tractasse videmus
Clavum consilii: plebejas inde catervas
Collatas patribus mistim ditionibus æquis
Imperitasse diu, belloque & pace regendis.
Consule nobilitas viguit: plebs fisa tribuno est.
Displicet hic subito status, & bis quina creantur
Summorum procerum fastigia: quos duodeni
Circumstant fasces, simul & sua quemque securis.
Rursus se geminis reddit ductoribus omnis
Publica res, & consulibus dat condere fastos.
Ultima sanguineus turbavit sæcla triumvir.
Fluctibus his olim fatum, Geniusve, animusve
Publicus erravit: tandem deprendere rectum
Doctus iter, caput Augustum diademate cinxit,
Appellans patrem patriæ, populi atque senatus
Rectorem, qui militiæ sit ductor, & idem
Dictator, censorque bonus, morumque magister,
Tutor opum, vindex scelerum, largitor honorum.
Quod si tot rerum gradibus, toties variatis
Consiliis, ægre tandem pervenit ad illud
Quod probet, ac sancto reverentia publica servet
Fœdere; quid dubitat divina agnoscere jura,
Ignorata prius sibimet, tandemque retecta?
Gratemur: jam non dubitat: nam subdita Christo
Servit Roma Deo, cultus exosa priores.
Romam dico viros, quos mentem credimus Urbis,
Non Genium, cujus frustra simulatur imago.
Quamquam cur Genium Romæ mihi fingitis unum?
Quum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis
Adsignare suos Genios? perque omnia membra
Urbis, perque locos, Geniorum millia multa
Fingere, ne propria vacet angulus ullus ab umbra?
Restat ut & fatum similis dementia cunctis
Ædibus imponat: paries ut quisque sub astro
Fundatus stratusque suo, qua sorte maneret,
Quando autem rueret, primis acceperit horis.
Adscribunt saxis Lachesis male fortia fila,
Tectorumque trabes fusis pendere rotatis
Credunt, atque ipsis tribuunt decreta tigillis:
Ceu distet, cujus stellæ sit fraxinus ortu
Eruta, quæ summum conscenderet ardua culmen.
Denique nulla hominum res est, nulla actio mundi,
Cui non fatalem memorent incumbere sortem.
Quæ quia constituunt, dicant cur condita sit lex
Bis sex in tabulis, aut cur rubrica minetur,
Quæ prohibet peccare reos, quos ferrea fata
Cogunt ad facinus, & inevitabile mergunt.
Quin & velle adigunt, & pravum insinuantia votum,
Ne liceat miseris vetitum committere nolle.

V. 366. *Externumque*] Quidam (Ald. Tornæs. al.) legunt *æternumque*: nec male, & satis apte ad mentem Prudentii; qui hæc omnia a Tertulliano *Apolog.* cap. xxv. mutuatus est, ut facile colligitur ex iis quæ infra dicuntur v. 490.

V. 376. *Forma ne, an ulla*] Sic Aldus. At al. cum Chamill. *formave & ulla*: minus recte, ut videtur.

V. 398. *Servans*] Sic legimus cum Tornæs. At Chamill. cum Aldo, *servat*.

Cedite, si pudor est, gladiumque retundite vestrum, A
Aspera nil meritos pœnis plectentia jura:
Antrum carcereum dissolvite, corpora sub quo
Agminis innocui fato peccante tenetis:
Nemo nocens, si fata regunt, quod vivitur ac fit:
Immo nocens, quicumque volens, quod non licet, audet.
Alterutrum quia velle suum est, nec fata reatum
Imponunt homini: sed fit reus ipse suopte
Arbitrio, placitumque nefas, & facta rependit
Impia suppliciis, merito, non sorte peremtus. B
Quisque putat fato esse locum, sciat, omniparentem
Esse Deum, nulli vetitum fatalibus astris,
Nec mathesis præscripto aliquo pia vota repelli.
Spirat enim majora animus, seque altius effert
Sideribus, transitque vias & nubila fati,
Et momenta premit pedibus, quæcumque putantur
Figere propositam natali tempore sortem.
Huc ades, omne hominum genus, huc concurrite & urbes:
Lux immensa vocat: factorem noscite vestrum:
Libera secta patet: nil sunt fatalia: vel si
Sunt aliqua, opposito vanescunt irrita Christo.

## SYMMACHUS.

*Accedit utilitas, quæ maxime homini deos adserit. Nam quum ratio omnis in operto sit: unde rectius quam de memoria atque documentis rerum secundarum, cognitio venit numinum?*

## PRUDENTIUS.

### SECT. V.


Sed multi duxere dei per prospera Romam,
Quos colit ob meritum magnis donata triumphis.
Ergo age, bellatrix; quæ vis subjecerit, ede C
Europam Libyamque tibi: dic nomina divum.
Juppiter, ut Cretæ domineris, Pallas ut Argis,
Cynthius ut Delphis, retribuerunt omine dextro?
Isis Nilicolas, Rhodios Cytherea reliquit,
Venatrix Ephesum virgo, Mars dedidit Hebrum,
Destituit Thebas Bromius, concessit & ipsa
Juno suos Phrygiis servire nepotibus Afros.
Et quam subjectis dominam dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, jam tum tenditque fovetque,
Jussit Romuleis addictam vivere frenis?
Perfidia ne deum indigenum cecidere tot urbes?
Destructæque jacent ipsis prodentibus aræ?
O pietas, o sancta fides! traduxit alumnos
Majestas infida locos: & creditur istis
Numinibus, quæ transfugio meruere sacrari? D
An voluit servare suos, luctataque multum
Relligio, infestas tentavit pellere turmas,
Romanis obnixa globis; sed fortior illam
Virtus luctifico camporum in pulvere fregit?
Immo ita est: armis & viribus indiga veri,
Victa superstitio est, & inanem gloria fugit.
Sed nec difficilis fuit, aut satis ardua genti
Natæ ad procinctus victoria frangere inertes,
Molliaque omnigenum colla inclinare deorum.
Nunc cum Dictæis bellum Corybantibus asper
Samnitis, Marsusque levi sudore gerebat.
Nunc mastigophoris, oleoque & gymnadis arte
Unctis pugilibus, miles pugnabat Etruscus: E
Nec petaso insignis poterat Lacedæmone capta
Mercurius servare suas de clade palæstras.
Appenninicolam peditem Cybeleius hostis
Congressu excipiens, Asiam defendere & Idam
Quei potuit, cogente acies in prœlia Gallo?
Idalias nisi forte rosas, laurum cytharœdi
Vatis, silvicolæ calamos arcumque puellæ
Dedere servitio, calcataque sacra domare,
Difficilis operis fuit immensique laboris.
Fluctibus Actiacis signum symphonia belli
Ægypto dederat: clangebat buccina contra.
Institerant tenues cumbæ fragilesque phaseli
Inter turritas Memphitica rostra liburnas:
Nil potuit Serapis deus, & latrator Anubis.
Stirpis Juleæ ductore exercitus ardens
Prævaluit, Boreæ quem miserat algidus axis.
Non armata Venus, non tunc clypeata Minerva
Venere auxilio, non divum degener ordo,
Et patria extorris, Romanis adfuit armis,
Victus & ipse prius: inimica nec agmina juvit:
Si tamen antiquum norat retinere dolorem.
Sed dicis, legisse deos, ubi sanctior usus
Templorum, cultu celebri, sine fine maneret.
Æneadumque ultro victricia signa virorum
Regis amore Numæ, nullo cogente, secutos.
Num Diomedis item tentoria, & acris Ulyssis
Castra volens Pallas, cæsis custodibus arcis
Legit, ubi humenti sudaret mæsta sigillo?
Aut quoties ductor Macedum fortissimus altos
Templorum cineres victis cumulavit Amyclis,
Optarunt prædis domini se numina capta
Misceri, Assyriæque vehi Babylonis ad arcem?
Non fero Romanum nomen, sudataque bella,
Et titulos tanto quæsitos sanguine carpi.
Detrahit invictis legionibus, & sua Romæ
Præmia diminuit: qui, quidquid fortiter actum est,
Adscribit Veneri, palmam victoribus aufert.
Frustra igitur currus summo miramur in arcu
Quadrijugos, stantesque duces in curribus altis
Fabricios, Curios, hinc Drusos, inde Camillos;
Sub pedibusque ducum captivos poplite flexo
Ad juga depressos, manibusque in terga retortis,
Et suspensa gravi telorum fragmina trunco:
Si Brennum, Antiochum, Persen, Pyrrhum, Mithridatem
Flora, Matuta, Ceres, & Laurentina subegit.
His tamen auspicibus successus dextra dederunt
Omina lætificos, & felix adfuit ales.
Quid sibi vult virtus, quid gloria, si Corvinum
Corvus Apollineus penna vel gutture juvit?
Sed tamen hic corvus cur defuit exitiali

V. 478. *Nec mathesis cet.* ] Sic Chamill. Apud Aldum autem & Tornæs. sic scribitur:
*Nec præscripto aliquo pellit pia vota mathesis.*

V. 482. *Figere* ] Ne legas cum nonnullis *fingere*. *Figere*, verbum mathematicum. Chamill.

V. 493. *Cytherea* [ Al. *Venus alma*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.



Forte die, infaustas tegerent quum funera Cannas, A
Oppeteretque super congesta cadavera Consul?
Cur Cremeræ in campis, cornice vel oscine parrha
Nemo deum monuit perituros Marte sinistro
Tercentum Fabios vix stirpe superstite in una?
Nulla ne tristificis Tritonia noctua Carris
Advolitans, præsto esse deam prænuntia Crasso
Prodidit? aut Paphiam niveæ vexere columbæ,
Cujus inauratum tremeret gens Persica limbum?
Sed video quæ te moveant exempla vetustæ
Virtutis: dicis domitum terraque marique
Orbem: res lætas & prospera quæque retexis:
Mille triumphorum memoras ex ordine pompas,
Ductaque per mediam spoliorum fercula Romam. B
Vis dicam, quæ caussa tuos, Romane, labores
In tantum extulerit? quis gloria fortibus aucta
Sic cluat, impositis ut mundum frenet habenis?
Discordes linguis populos, & dissona cultu
Regna volens sociare Deus, subjungier uni
Imperio, quidquid tractabile moribus esset,
Concordique jugo retinacula mollia ferre
Constituit, quo corda hominum conjuncta teneret
Relligionis amor: nec enim fit copula Christo
Digna, nisi implicitas societ mens unica gentes.
Sola Deum novit concordia, sola benignum
Rite colit tranquilla Patrem: placidissimus illum
Fœderis humani consensus prosperat orbi,
Seditione fugat, sævis exasperat armis,
Munere pacis alit, retinet pietate quieta.
Omnibus in terris, quas distinet occidualis
Oceanus, roseoque Aurora inluminat ortu,
Miscebat Bellona furens mortalia cuncta,
Armaratque feras in vulnera mutua dextras.
Hanc frenaturus rabiem Deus, undique gentes
Inclinare caput docuit, sub legibus isdem,
Romanosque omnes fieri, quos Rhenus & Ister,
Quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat Hiberus,
Corniger Hesperidum quos interlabitur, & quos
Ganges alit, tepidique lavant septem ostia Nili.
Jus fecit commune pares, & nomine eodem
Nexuit, & domitos fraterna in vincla redegit. D
Vivitur omnigenis in partibus, haud secus ac si
Cives congeniti concludat mœnibus unis
Urbs patria, atque omnes lare conciliemur avito.
Distantes regione plagæ, divisaque ponto
Litora conveniunt nunc per vadimonia ad unum,
Et commune forum, nunc per commercia & artes
Ad cœtum celebrem, nunc per genialia fulcra
Extremi ad jus connubii: nam sanguine misto
Texitur alternis ex gentibus una propago.
Hoc actum est tantis successibus atque triumphis
Romani imperii: Christo jam tunc venienti,
Crede, parata via est, quam dudum publica nostræ
Pacis amicitia struxit moderamine Romæ.
Nam locus esse Deo quis possit in orbe feroci
Pectoribusque hominum discordibus, & sua jura
Dissimili ratione tuentibus, ut fuit olim?
Sic incompositos humano in pectore sensus,
Disjunctasque animi turbato fœdere partes,
Nec liquida invisit sapientia, nec Deus intrat.
At si mentis apex regnandi jure potitus,
Pugnacis stomachi pulsus fibrasque rebelles
Frenet, & omne jecur ratione coerceat una;
Fit stabilis vitæ status, & sententia certa
Haurit corde Deum, Domino & subjungitur uni.
En ades, Omnipotens, concordibus influe terris:
Jam mundus te, Christe, capit, quem congrege nexu
C Pax & Roma tenent: capita hæc & culmina rerum
Esse jubes: nec Roma tibi sine pace probatur.
Et, pax ut placeat, facit excellentia Romæ;
Quæ motus varios simul & ditione coercet,
Et terrore premit: nec enim spoliata prioris
Robore virtutis senuit, nec sæcula sensit,
Nec tremulis, quum bella vocant, capit arma lacertis,
Nec tam degeneri venerandis supplicat ore
Principibus, quam vult prænobilis ille senator,
Orandi arte potens, & callida fingere doctus,
Mentitumque gravis personæ inducere pondus:
Ut tragicus cantor ligno tegit ora cavato,
Grande aliquod cujus per hiatum crimen anhelet.

## S Y M M A C H U S.

*Romam nunc putemus adsistere, atque his vobiscum agere sermonibus: Optimi Principes, Patres patriæ, reveremini annos meos, in quos me pius ritus adduxit. Utar cærimoniis avitis; neque enim pœnitet: vivam more meo, quia libera sum. Hic cultus in leges meas orbem redegit: hæc sacra Hannibalem a mœnibus, a Capitolio Senonas repulerunt. (Ad hoc ego servata sum, ut longæva reprehendar? videam quod instituendum putatur? Sera tamen, & contumeliosa est emendatio senectutis. Ergo diis patriis, diis indigetibus pacem rogamus.)*

## P R U D E N T I U S.

### S E C T. VI.

SI vocem simulare licet: nempe aptior ista E
Vox Romæ est, quam nunc ejus sub nomine promam.
Quæ, quia turpe putat templorum flere repulsam,
Ægidaque in dubiis pro se pugnasse periclis
Dicere, seque gravem senio inclinante fateri;
Ductores complexa suos, sic læta profatur:
O clari salvete duces, generosa propago
Principis invicti, sub quo senium omne renascens
Deposui, vidique meam flavescere rursus

V. 570. *Parrha*] Avis inauspicata. Horatius *Carm.* lib. III. Od. XXVII. ℣. 1.

*Impios parrhæ recinentis omen*
*Ducat.*

CHAMILL.

V. 576. *Limbum*] Fabricius legit *nimbum*, qui splendor est circa divina corpora. Unde, ut Servius ait, *Nimbus cum numinibus semper est: & hoc modo nostri divi cum nimbo aurato pinguntur.* ID.


V. 597. *Distinet*] Veteres editi, *continet*.

V. 605. *Corniger Hesper.*] Tibris scilicet, qui ob magnitudinem Romæ quam præterfluit, a Virgilio *Æn.* lib VIII. ℣. 77. vocatur

*Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.*

*Corniger* autem dictus, quia flexuosos dividitur in alveos, qui vocantur cornua. CHAMILL.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.



Cànitiem: nam quum mortalia cuncta vetustas A
Imminuat, mihi longa dies aliud parit ævum,
Quæ, vivendo diu, didici contemnere finem.
Nunc nunc justa meis reverentia competit annis:
Nunc merito dicor venerabilis, & caput orbis,
Quum galeam sub fronde oleæ cristasque rubentes
Concutio, viridi velans fera cingula serto,
Atque armata Deum, sine crimine cædis, adoro.
Crimen enim, piget heu! crimen persuaserat atrox
Juppiter, ut sacro justorum sanguine tincta
Assuetum bellis scelerarem funere ferrum.
Illius instinctu primus Nero, matre peremta,
Sanguinem Apostolicum bibit, ac me strage piorum B
Polluit, & proprium facinus mihi sævus inussit.
Post hunc & Decius, jugulis bacchatus apertis
Insanam pavit rabiem: mox & sitis arsit
Multorum similis, per vulnera tristia flagrans,
Extrahere insignes animas, ac ludere pœnis,
Undantesque meum in gremium diffundere mortes,
Et sub jure fori, non noxia colla secare.
Hac me labe ream modo tempora vestra piarunt:
Vivo pie vobis auctoribus, impia pridem
Arte Jovis, fateor: quid enim non ille cruentum
Tradidit? aut quid mite sibi placidumve posuit? C
Qui dum præmetuit cultus inolescere Christi,
Sæviit, ac miserum fœdavit sanguine sæclum.
Et sunt, qui nobis bella exprobrare sinistra
Non dubitent, postquam templorum sprevimus aras;
Affirmentque Libyn Collinæ a cardine portæ
Hannibalem Jovis imperio Martisque repulsum;
Victores Senonas Capitoli ex arce fugatos,
Quum super e celso pugnarent numina saxo?
Qui mihi præteritam cladem veteresque dolores
Inculcant iterum; videant, me tempore vestro
Jam nil tale pati. Nullus mea barbarus hostis D
Cuspide claustra quatit: non armis, veste, comisque
Ignotus, capta passim vagus errat in Urbe,
Transalpina meam rapiens in vincula pubem.
Tentavit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam, patrio veniens juratus ab Istro,
Has arces æquare solo, tecta aurea flammis
Solvere, mastrucis proceres vestire togatos.
Jamque ruens, Venetos turmis protriverat agros,
Et Ligurum vastarat opes, & amœna profundi
Rura Padi, Tuscumque solum victo amne premebat.
Depulit hos nimbos equitum non pervigil anser, E
Proditor occulti tenebrosa nocte pericli:
Sed vis cruda virum, perfractaque congredientum
Pectora, nec trepidans animus succumbere leto
Pro patria, & pulcram per vulnera quærere laudem.
Numquid & ille dies Jove contulit auspice tantum
Virtutis pretium? dux agminis, imperiique
Christipotens nobis juvenis fuit, & comes ejus
Atque parens Stilico: Deus unus Christus utrique.
Hujus adoratis altaribus, & cruce fronti
Inscripta cecinere tubæ: prima hasta dracones
Præcurrit, quæ Christi apicem sublimior effert.
Illic ter denis gens exitiabilis annis
Pannoniæ pœnas tandem deleta pependit.
Corpora famosis olim ditata rapinis
In cumulos congesta jacent: mirabere seris
Posteritas sæclis inhumata cadavera late,
Quæ Pollentinos texerunt ossibus agros.
Si potui manibus Gallorum excisa levare
De cinerum squalore caput, & redeunte Camillo
Signa renidenti fumans si fronte recepi:
Si potui miseras sertis redimire ruinas:
Et male pendentes lauro præcingere turres:
Quo te suscipiam gremio, fortissime princeps?
Quos spargam flores? quibus insertabo coronis
Atria? quæ festis suspendam pallia portis,
Immunis tanti belli, ac te stante sub armis
Libera, & aure tenus Geticos experta tumultus?
Scande triumphalem currum, spoliisque receptis
Huc Christo comitante veni: date, vincula demam
Captivis gregibus: manicas deponite longo
Tritas servitio, matrum juvenumque catervæ.
Dediscat servire senex laris exsul aviti,
Discat & ad patrium limen genitrice reversa
Ingenuum se nosse puer: timor omnis abesto.
Vicimus: exsultare libet. Quid tale repulso
Pœnorum quondam duce, contigit? ille petitæ
Postquam perculerat tremefacta repagula portæ,
Bajanis resolutus aquis durissima luxu
Robora destituit, ferrumque libidine fregit.
At noster Stilico congressum comminus ipsa
Ex acie ferrata virum dare terga coegit.
Heic Christus nobis Deus adfuit, & mera virtus:
Illic lascivum, Campania fertilis, hostem
Deliciæ vicere tuæ: non Juppiter acrem
Protexit Fabium, sed vicit amœna Tarentus,
Quæ dedit illecebris domitum calcare tyrannum.
His ego pro meritis, quæ præmia digna rependam,
Non habeo: membra statuis effingere vile est.
Virtutem nil vile decet: nam vile, quod ætas
Eripit: æra cadunt, aut fulvum defluit aurum,
Aut candor perit argenti, si defuit usus;
Et fuscata situ corrumpit vena colorem.
Viva tibi, princeps, debetur gloria, vivum
Virtutis pretium, decus immortale sequuto.
Regnator mundi Christo sociabere in ævum,
Quo ductore meum trahis ad cælestia regnum.
Nil te permoveat magni vox rhetoris, oro,
Qui sub legati specie sacra mortua plorans,
Ingenii telis & fandi viribus audet,
Heu! nostram tentare fidem: nec te videt, ac me
Devotos, Auguste, Deo: cui sordida templa
Clausimus, & madidas sanie dejecimus aras.
Unus nostra regat servetque palatia Christus.
Ne quis Romuleas dæmon jam noverit arces,
Sed soli pacis Domino mea serviat aula.
Sic affata pios Roma exoravit alumnos,

V. 675. *Diffundere*] Sic Aldus, Tornæs. al. At Chamill. *defundere*.

V. 702. *Nimbos equitum*] Claudianus Carm. xxi. ℣. 355.

*Non equitum Latiis nimbos obsistere pilis.*

CHAMILL.

V. 706. *Et pulcram per vulnera quærere laudem*] Tale illud Virgilianum (lib. iv. Georg. ℣. 218.)

— — — *Et corpora bello*
*Objectant, pulcramque petunt per vulnera mortem.*


IDEM.

V. 731. *Date, vincula demam*] Maronianum illud lib. iv. Æn. ℣. 683.

— *Date, vulnera lymphis*
*Abluam.*

IDEM.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.



Spernere legatum non admittenda petentem: A
Legatum Jovis ex adytis ab aruspice missum,
At non a patria: patriæ nam gloria Christus.
Persistit tamen affirmans, iter esse viandi
Multifidum variumque, Deus cum quæritur unus,
Hinc alios, ast inde alios properare seorsim,
Quemque per anfractus proprios, sed compita eodem
Fine coarctari, simul & concurrere in unum.
Quin etiam cælum atque solum, ventos, mare, nubes
Omnibus in commune dari, vel qui colimus te,
Christe, vel extra litant sculptis qui tabida saxis.

## SYMMACHUS.

*Æquum est, quidquid omnes colunt, unum putari. Eadem spectamus astra: commune cælum est: idem nos mundus involvit. Quid interest, qua quisque prudentia verum requirat? Uno itinere non potest perveniri ad tam grande secretum.*

## PRUDENTIUS.

### SECT. VII.

NON nego commune cunctis viventibus ipsum B
Aeris, astrorum, pelagi, telluris & imbris.
Immo etiam injustus pariter justusque sub uno
Axe habitant: unas capit impius & pius auras:
Gastus & incestus; meretrix & nupta; nec alter
Ore sacerdotis, quam mirmillonis anhelat
Spiritus, aerio vitam qui temperat haustu.
Nubes verna pluit Zephyro impellente: sed æque
Furis & innocui fecundat rura coloni.
Gurgitis æstivi sic pura fluenta viator,
Ut latro fessus, adit: sic piratis mare servit,
Ut mercatori: nec fluctus secius hosti
Obsequitur, quam cum dominæ fert transtra carinæ. C
Ergo capax utriusque rei natura creandis
Se præbet populis, nec habet discernere dispar
Viventum meritum, quos tantum pascere jussa est.
Servit enim mundus, non judicat: hoc sibi summus
Naturæ Dominus præscripta in tempora servat.
Nunc adsunt homini data munera legibus îsdem,
Quîs concessa semel: fons labitur, amnis inundat,
Velivolum ratibus mare finditur, influit imber,
Aura volat tenuis, vegetatur mobilis aer,
Et res naturæ fit publica, promtaque cunctis,
Dum servant elementa suum famulantia cursum.
Sic probus atque reus capitalis criminis îsdem
Sideribus, facilisque poli bonitate fruuntur.
Vivere commune est: sed non commune mereri. D
Denique Romanus, Daha, Sarmata, Vandalus, Hunnus,
Getulus, Garamas, Alamanus, Saxo, Galaulas,
Una omnes gradiuntur humo, cælum omnibus unum est,
Unus & oceanus, nostrum qui continet orbem.
Addo aliud: nostros potant animalia fontes.
Ipso rore mihi seges est, quo gramen onagris,
Spurca sues nostro amne natat: nostra intrat & ipsos
Aura canes, animatque levi fera corpora flatu.
Sed tantum distant Romana & barbara, quantum
Quadrupes abjuncta est bipedi, vel muta loquenti: E
Quantum etiam, qui rite Dei præcepta sequuntur,
Cultibus a stolidis, & eorum erroribus absunt.
Non facit ergo pares in relligione tenenda
Aeris & cæli communio: corpora tantum
Gignit, alit, reparat, recidivaque semina servat.
Nec refert cujus generis, cujusve figuræ,
Aut cujus meriti: modo sint, ut corpora terra
Edita, terrenis quibus est vigor ex elementis.
Artificis quia Patris opus discrimine nullo
Influit in medium, nec avaro munere currit:
Ante datum, quam primus homo sordesceret Adam.
Nec vitio utentum restrictum deficit, aut se
Subtrahit indignis, nec fœda & turpia vitat.
Haud aliter solis radius colluminat omnes
Diffuso splendore locos: ferit aurea tecta,
Sed ferit & nigro sordentia culmina fumo:
Intrat marmoribus Capitolia clara, sed intrat
Carceris & rimas; & tetra foramina clausi
Stercoris, & spurcam redolenti in fornice cellam.
Sed non illud erunt obscura ergastula, quod sunt
Regia gemmato laquearia fulva metallo.
Nempe magis non illud erunt, qui numen in urnis
Quærunt ac tumulis, & larvas sanguine placant:
Quod sunt qui summum cæli Dominum venerantur,
Justitiamque litant, & templum pectoris ornant.
Secretum sed grande nequit rationis opertæ
Quæri aliter, quam si sparsis via multiplicetur
Tramitibus, & centenos terat orbita calles,
Quæsitura Deum variata indage latentem.
Longe aliud verum est: nam multa ambage viarum
Anfractus dubios habet, & perplexius errat:
Sola errore caret simplex via, nescia flecti
In diverticulum, biviis nec pluribus anceps.
Non tamen infitior, duplex occurrere nobis
Semper iter, geminis mortalia partibus ire;
Quum dubitant, quonam ferat ignorantia gressum.
Altera multifida est: at simplex altera, & unum
Una Deum sequitur: divos colit altera plures,
Et tot sunt ejus divortia, quot templorum
Signa, quot aeriis volitant phantasmata monstris.
Aut hos thyrsigeri rapit ad Dionysia Bacchi,
Illicit aut alios ad Saturnalia festa,
Aut docet occultus quæ sacra Diespiter infans

V. 792. *Dominæ* ] Sic veteres editi, Aldin. Tornæs. al. Sed *licitæ* habet Chamill.

V. 807. *Daha* ] Ita Chamill. qui hæc adnotat: „ Dahæ „ inter Oxum & Jaxartem, non procul a maris Caspii „ litoribus habitabant. „ Al. *Daca*.

V. 813. *Spurca sues* ] In Egmondano ( ut in vetustis editis ) *sordida sus*. *Sus* vero & *sues*, ut *plebs* & *plebes*. CHAMILL.

V. 816. *Quadrupes* cet. ] Hanc Chamillardi lectionem alteri Aldinæ ac Tornæs. prætulimus, quæ sic se habet; *Quadrupedes bipedi abjunctæ, mutæve loquenti*.

V. 819. *Tenenda* ] Chamill. *tuenda*.

V. 830. *Colluminat* ] Ita Chamill. Sed Ald. & al. *quum luminat*.

V. 853. *Et unum Una Deum sequitur* ] Sic legimus cum Chamillardo. Aldus aliique: *Et una, Una D. s.*

Inter tinnitus solvi sibi poscat aenos.
Jamque Lupercales ferulæ, nudique petuntur
Discursus juvenum: Megalesius hinc spado, diris
Incensus furiis, cæca ad responsa vocatur.
Sunt qui quadriviis brevioribus ire parati
Vilia Niliacis venerantur oluscula in hortis,
Porrum & cæpe deos imponere nubibus ausi,
Alliaque & Serapin cæli super astra locare.
Isis enim, & Serapis, & grandi simia cauda,
Et crocodilus idem, quod Juno, Laverna, Priapus.
Hos tu, Nile, colis; illos tu, Tibris, adoras:
Una superstitio est, quamvis non concolor error.
Hinc alia exoritur, tenebrosis tecta frutetis,
Semita, quam pecudes & muta animalia carpunt,
Quæque latens silvis operitur: nescia cæli
B Mens hominum, sævo vivens captiva tyranno!
Hæc putat esse Deum nullum; namque omnia verti
Casibus, & nullo sub præside sæcla rotari.
Hoc iter haudquaquam magno discrimine distat
Hisce viis quas vos teritis, qui numina multa,
Et portenta, Deum summum, numerosa putatis.
Simplicis ergo viæ dux est Deus: ille per unam
Ire jubet mortale genus, quam dirigit ipse
Sublimem dextro celsa ad fastigia clivo.
Prima viæ facies, inculta, subhorrida, tristis,
A Difficilis: sed fine sui pulcherrima, & amplis
Prædita divitiis, & abundans luce perenni,
Et quæ præteritos possit pensare labores.
Multiplici dux dæmon adest, qui parte sinistra
Centifidum confundit iter; trahit inde sophistas
Barbatos, trahit hinc opibus vel honore potentes;
Illicit & volucrum linguis, & aruspice fallit;
Instigat bacchantis anus ambage Sibyllæ;
Involvit mathesi, magicas impellit in artes;
Omine sollicitat, capit augure, territat extis.
Cernis, ut una via est, multis anfractibus errans,
Talem passa ducem, qui non sinat ire salutis
Ad Dominum, sed mortis iter per devia monstret?
Devia, picta bonis brevibus: sed fine sub ipso
Tristia, & in subitam præceps immersa Charybdim.
Ite procul, gentes: consortia nulla viarum
Sunt vobis cum plebe Dei: discedite longe,
Et vestrum penetrate chaos, quo vos vocat ille
Prævius infernæ perplexa per avia noctis.
At nobis vitæ Dominum quærentibus, unum
Lux iter est, & clara dies, & gratia simplex.
Spe sequimur, gradimurque fide, fruimurque futuris:
Ad quæ non veniunt præsentis gaudia vitæ,
Nec currunt pariter capta & capienda voluptas.

## S Y M M A C H U S.

*Quanto commodo sacri ærarii vestri Vestalium virginum prærogativa detracta est? Sub largissimis imperatoribus denegatur, quod parcissimi præstiterunt. Honor solus est, in illo velut stipendio castitatis. Ut vittæ earum capiti decus faciunt; ita insigne ducitur sacerdotii vacare muneribus. Nemo me putet tueri solam caussam religionum. Ex ejusmodi facinoribus orta sunt cuncta humani generis incommoda. Honoraverat lex parentum Vestales virgines ac ministros deorum victu modico, justisque privilegiis. Stetit muneris hujus integritas usque ad degeneres trapezitas; qui ad mercedem vilium bajulorum, sacræ castitatis alimenta verterunt. Sequuta est hoc fames publica, & spem provinciarum omnium messis ægra decepit. Non sunt hæc vitia terrarum: nihil imputemus astris: nec rubigo segetibus obfuit, nec avena fruges necavit: sacrilegio annus exaruit: necesse enim fuit perire omnibus, quod religionibus negabatur. Quid tale proavi pertulerunt, quum religionum ministros honor publicus pasceret? (Commendabat enim terrarum proventus, victus antistitum; & remedium magis quam largitas erat. An dubium est, pro copia omnium datum, quod nunc inopia omnium vindicavit?)*

## P R U D E N T I U S.

### S E C T. VIII.

Ultima legati defleta dolore querela est,
Palladiis quod farra focis, vel quod stipis ipsis
Virginibus, castisque toris alimenta negentur:
Vestales solitis fraudentur sumtibus ignes.
Hinc ait & steriles frugescere rarius agros,
Et tristem sævire famem, totumque per orbem
Mortales pallere inopes, ac panis egenos.
Quæ tanta exstiterit præsenti tempore, tamque
Invidiosa fames, quam Triptolemi Cererisque
Moverit ira, penu pro virginis ulciscendo,
Non memini: nec tale aliquid vel fama susurrat.
Audio per Pharios Nilum discurrere campos
More suo, viridisque sata stagnare Canopi.
D Haud venit a sicco qui flumine nuntius affert
Jejunam squalere siti sub pulvere Memphim,
Nec Pelusiacæ limum sudare paludis.
C Num fons arcano naturæ tectus operto
Aruit? & tenuem vix stillat vena liquorem?
Num refugus nostras odit perstringere ripas
Amnis, & exustos cursum deflectit ad Indos?
Num tractu in medio bibulus vorat alveus undam
Fluminis, & subito stagna absorbentur hiatu?
Ne sulcos operire vadis, neve arida possint
Ægypti per plana trahi, glebasque rigentes
Infusis ad pingue lutum mollire fluentis,
Unde seges late crinitis fluctuet agris,
Densius & gravidis se vestiat æquor aristis?
Respice, num Libyci desistat ruris arator
Frumentis onerare rates, & ad ostia Tibris,
Mittere triticeos in pastum plebis acervos?
Num ne Leontini sulcator solvere campi
Cesset frugiferas Lilybæo ex litore cumbas?

V. 870. *Hos tu, Nile, colis; illos tu, Tibris, adoras*] Sic legit Chamill. Sed veteres editi:
*Hos tu, Nile, deos colis, & tu Tibris adoras.*


V. 888. *Multiplici dux* cet.] Heic sequimur Chamillardum. Aldus vero cum aliis ita:
*Multiplici dæmon sed adest, qui morte sinister.*

V. 893. *Involvit math.*] Et heic Chamillardum affectamur, relicta veterum hac lectione:
*In magicas artes trahit, involvitque mathesin.*

V. 910. *Stipis*] *Stipis* (pro *stips*), vetusti codices, Prudentiano ritu. CHAMILL.

V. 911. *Toris*] Ita constanter veteres editi. Sed Chamill. *choris*.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
405.



Nec det vela fretis, Romana nec horrea rumpat A
Sardorum congesta vehens granaria classis?
Ergo piris mensas silvestribus implet arator
Pœnus, & avulsas Siculus depascitur herbas?
Jamque Remi populo quernas Sardinia glandes
Suppeditat, jam corna cibus lapidosa Quiritum?
Quis venit esuriens magni ad spectacula Circi?
Quæ regio gradibus vacuis jejunia dira
Sustinet? aut quæ Janiculi mola nota quiescit?
Quantos quæque ferat fructus provincia, quamque
Ubere fecundo large fluat orbis opimus,
Indicio est annona, tuæ quæ publica plebi,
Roma, datur, tantæque manus longa otia pascit.
Sit fortasse aliquis paullo infecundior annus:
Nil mirum, nec in orbe novum didicere priores, B
Perpessi plerumque famem: si tabidus aer
Siccavit tenues ardenti sidere nubes,
Nec vernas infudit aquas creberrimus imber
Fruge nova & viridi: si messis adulta, prius quam
Conceptas tenero solidaret lacte medullas,
Afflatum calido succum contraxit ab Euro,
Jejunosque tulit calamos; atque irrita vota
Agricolæ, sterilis stipularum silva fefellit.
His, ni fallor, ager vitiis corruptus, & ante
Subjacuit quam Palladium, quam Vesta, Penates
Sub lare Pergameo servarent igne reposto,
Quam Priami genitor conductis mœnia fabris
Exstrueret, quam virgo suas fundaret Athenas
Pallas: in his quoniam Vestalis origo favillæ C
Urbibus, ut memorant, primo de fomite sumta est,
Sacraruntque focos, aut Phryx, aut Grajus alumnos.
Antiquis elementa labant erroribus, ac de
Legitimo discussa modo plerumque feruntur
In casus alios, quam lex habet, aut iter anni.
Nunc consumit edax segetem rubigo maligni
Aeris ex vitio; nunc curam vere tepenti
Post zephyros gelidi glacies Aquilonis inurit,
Ambustumque caput culmi fuligine tinguit:
Seminis aut teneri turgens dum germinat herba,
Continuis nimiisque perit constricta pruinis,
Nec potis est tenuem telluri adfigere fibram.
Mox ejecta solo glacie fidente superfit, D
Nudaque subducto radix avellitur arvo.
Ancipites tribuli subeunt, & carduus horrens:
Hos fert sicca sitis: hunc ebrius educat humor.
Temperies effusa minus vel plus, agit istos
Terrarum morbos, & mundum vulnerat ægrum.
Non aliter nostri corruptus corporis usus
In vitium plerumque cadit, nec in ordine recto
Perstat, & excessu moderaminis adficit artus:
Unus enim status est mundique & corporis hujus
Quod gerimus: natura eadem sustentat utrumque.
Edita de nihilo crescunt, nihilumque futura,
Aut titubant morbis, aut tempore victa senescunt.
Nec natura caret vitio, cui terminus instat.
Semper, crede, polus variis proventibus annos E
Texuit: hos multa ditavit fruge fluentes:
Quosdam infelices astris damnavit iniquis,
Spe cassa & sterili curam frustratus agrestem.
Sed si Vestales ulciscitur ista puellas
Pestis, ab infido quæ gignitur improba mundo;
Cur non Christicolum tantum populatur agellos,
Per quos Virginibus vestris stata dona negantur?
Utimur & ruris reditu, & ratione colendi:
Exercere manum non pœnitet: & lapis illic
Si stetit, antiquus quem cingere sueverat error
Fasciolis, vel gallinæ pulmone rogare,
Frangitur, & nullis violatur Terminus extis:
Et, quæ fumificas arbor vittata lucernas
Servabit, cadit ultrici succisa bipenni.
Nec tamen idcirco minor est aut fructus agelli,
Aut tempestatis clementia læta serenæ,
Temperet aut pluvius qui culta novalia ventus.
Sed nec magno opus est frugi viventibus; & quum
Maxima proveniunt, non amplo in gaudia censu
Solvimur, inque lucrum studio exsultamus avaro.
Nam quibus æternum spes informatur in ævum,
Omne bonum tenue est, quod præsens ingerit ætas.
O felix nimium sapiens & rusticus idem,
Qui terras animumque colens, impendit utrisque
Curam pervigilem: quales quos imbuit auctor
Christus, & adsumtis dedit hæc præcepta colonis:
Semina quum sulcis committitis, arva cavete
Dura lapillorum macie, ne decidat illic,
Quod seritur: primo quoniam præfertile germen
Luxuriat: succo mox deficiente, sub æstu
Sideris igniferi sitiens torretur & aret.
Neve in spinosos incurrant semina vepres:
Aspera nam segetem surgentem vincula texunt,
Ac fragiles calamos nodis rubus arctat acutis.
Et ne jacta viæ spargantur in aggere grana,
Hæc avibus quia nuda patent, passimque vorantur,
Immundisque jacent fœda ad ludibria corvis.
His Deus agricolam confirmat legibus: ille
Jus cæleste Patris non summa intelligit aure:
Sed simul & cordis segetem disponit & agri,
Ne minus interno niteant præcordia cultu,
Quam cum læta suas ostentant jugera messes.
Exstirpamus enim sentos de pectore vepres,
Ne vitiosa necent germen vitale flagella;
Ne frugem segetemque animæ spinosa malorum
Impediat sentis scelerum peccamine crebro;
Glarea ne tenuis jejunis siccet arenis
Marcentem sub corde fidem; ne pectoris æstus
Flagret, & effetis urat charismata venis:
Denique ne jecoris detrita in parte relinquat
Vilis cura Deum: ne spem qua vescimur intus,
Deserat, obscenisque avibus permittat edendum,
Et projecta fides hosti sit præda volucri.
Talis nostrorum sollertia centuplicatos
Agrorum redigit fructus, quibus acrius instat,
Nec metuit ne congestum populetur acervum
Curculio, vel nigra cavis formica recondat.
Sunt & virginibus pulcherrima præmia nostris,
Et pudor, & sancto tectus velamine vultus,
Et privatus honos, nec nota & publica forma,
Et raræ tenuesque epulæ, & mens sobria semper,
Lexque pudicitiæ vitæ cum fine peracta.
Hinc decies seni rediguntur in horrea fructus,
Horrea nocturno non umquam obnoxia furi.
Nam cælum fur nullus adit: cælestia numquam
Fraude resignantur: fraus terris volvitur imis.
Quæ nunc Vestalis sit virginitatis honestas

V. 955. *Novum*] Ita Chamill. Al. *nova*.
V. 978. *Tinguit*] Sic legimus cum Aldo aliisque. Apud Chamill. mendose *tinguunt*.
V. 1015. *Censu*] Sic recte Chamill. Mendose *sensu* veteres editi.
V. 1022. *Dedit hæc præcepta colonis*] Nempe Matth. XIII. Marc. IV. & Luc. VIII. Chamill.

V. 1050. *Centuplicatos*] Alludit ad illud *Matth.* XIII. 8. *Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.* Id.
V. 1053. *Curculio*] Virgilius lib. I. *Georg.* ℣. 185.
— *Populatque ingentem farris acervum*
*Curculio, atque inopi metuens formica senectæ.*
Idem.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.

Discutiam; qua lege regat decus omne pudoris. A
Ac primum parvæ teneris capiuntur in annis;
Ante voluntatis propriæ quam libera secta
Laude pudicitiæ fervens, & amore deorum,
Justa maritandi condemnet vincula sexus.
Captivus pudor ingratis addicitur aris,
Nec contemta perit miseris, sed ademta voluptas
Corporis intacti: non mens intacta tenetur:
Nec requies datur ulla toris; quibus innuba cæcum
Vulnus, & amissas suspirat femina tædas.
Tum, quia non totum spes salva interficit ignem:
Nam resides quandoque faces adolere licebit,
Festaque decrepitis obtendere flammea canis, B
Tempore præscripto membra intemerata requirens,
Tandem virgineam fastidit Vesta senectam.
Dum thalamis habilis tumuit vigor, irrita nullus
Fecundavit amor materno viscera partu.
Nubit anus veterana sacro perfuncta labore,
Desertisque focis, quibus est famulata juventa,
Transfert emeritas ad fulcra jugalia rugas,
Discit & in gelido nova nupta tepescere lecto.
Interea dum torta vagos ligat infula crines,
Fatalesque adolet prunas innupta sacerdos,
Fertur per medias, ut publica pompa, plateas,
Pilento residens molli, seque ore retecto
Imputat attonitæ virgo spectabilis Urbi, C
Inde ad consessum caveæ pudor almus, & expers
Sanguinis it pietas; hominum visura cruentos
Congressus, mortesque & vulnera vendita pastu
Spectatura sacris oculis: sedet illa verendis
Vittarum insignis phaleris, fruiturque lanistis.
O tenerum, mitemque animum! consurgit ad ictus:
Et quoties victor ferrum jugulo inserit, illa
Delicias ait esse suas, pectusque jacentis
Virgo modesta jubet converso pollice rumpi.
Ne lateat pars ulla animæ vitalibus imis,
Altius impresso dum palpitat ense sequutor.
Hoc illud meritum est, quod continuare feruntur
Excubias, Latii pro majestate palati,
Quod redimunt vitam populi, procerumque salutem?
Perfundunt quia colla comis bene, vel bene cingunt
Tempora tæniolis, & licia crinibus addunt?
Et quia subter humum lustrales testibus Umbris
In flammam jugulant pecudes, & murmura miscent?
An quoniam podii meliore in parte sedentes
Spectant, æratam faciem quam crebra tridenti
Impacto quatiant hastilia, saucius & quam
Vulneribus patulis partem perfundat arenæ,
Quum fugit, & quanto vestigia sanguine signet?
Quod genus ut sceleris jam nesciat aurea Roma,
Te precor, Ausonii dux augustissime regni,
Et tam triste sacrum jubeas, ut cetera, tolli.
Perspice, nonne vacat meriti locus iste paterni,
Quem tibi supplendum Deus, & genitoris amica
Servavit pietas? solus ne præmia tantæ
Virtutis caperet, partem tibi nate reservo:
Dixit, & integrum decus intactumque reliquit.
Arripe dilatam tua, Dux, in tempora famam,
Quodque patris superest, successor laudis habeto.
Ille Urbem vetuit taurorum sanguine tingui:
Tu mortes miserorum hominum prohibeto litari.
Nullus in Urbe cadat, cujus sit pœna voluptas:
Nec sua virginitas oblectet cædibus ora.
Jam solis contenta feris infamis arena,
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.
Sit devota Deo, sit tanto principe digna,
Et virtute potens, & criminis inscia Roma,
Quemque ducem bellis sequitur, pietate sequatur.

V. 1131. *Bellis*] Sic Chamill. Al. *belli*.



# AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V.C.

## ΚΑΘΗΜΕΡΙΝΩΝ:

ID EST,

## HYMNORUM PER HORAS DIEI LIBER.

### *PRÆFATIO.*

PER quinquennia jam decem,
Ni fallor, fuimus: septimus insuper
Annum cardo rotat, dum fruimur sole volubili.
Instat terminus, & diem
Vicinam senio jam Deus adplicat.
Quid nos utile tanti spatio temporis egimus?
Ætas prima crepantibus
Flevit sub ferulis: mox docuit toga
Infectum vitiis falsa loqui, non sine crimine:
Tum lasciva protervitas,
Ac luxus petulans (heu pudet ac piget!)
Fœdavit juvenem nequitiæ sordibus ac luto.
Exin jurgia turbidos
Armarunt animos, & male pertinax
Vincendi studium subjacuit casibus asperis. B
Bis legum moderamine
Frenos nobilium reximus urbium:
Jus civile bonis reddidimus, terruimus reos.
Tandem militiæ gradu
Evectum pietas principis extulit,
Adsumtum propius stare jubens ordine proximo.
Hæc dum vita volans agit,
Inrepsit subito canities seni
Oblitum veteris me Saliæ consulis arguens.
A Sub quo prima dies mihi
Quam multas hiemes volverit, & rosas
Pratis post glaciem reddiderit, nix capitis probat.
Numquid talia proderunt
Carnis post obitum vel bona vel mala?
Cum jam, quidquid id est, quod fueram, mors aboleverit.
Dicendum mihi, quisquis es:
Mundum, quem coluit, mens tua perdidit.
Non sunt illa Dei, quæ studuit, cujus habeberis.
Atqui fine sub ultimo
Peccatrix anima stultitiam exuat:
Saltem voce Deum concelebret, si meritis nequit:
Hymnis continuet dies;
Nec nox ulla vacet, quin Dominum canat:
Pugnet contra hereses: catholicam discutiat fidem:
Conculcet sacra gentium:
Labem, Roma, tuis inferat idolis:
Carmen Martyribus devoveat: laudet Apostolos.
Hæc dum scribo vel eloquor,
Vinclis o utinam corporis emicem
Liber, quo tulerit lingua sono mobilis ultimo!

Vers. 24. *Veteris me Saliæ* ] Omnes fere codices habent *Messaliæ* vel *Massaliæ*: quare multi interpretes aberrarunt. Fastos enim consulares si inspicimus & excutimus, sexies Messalas, diversos tamen, Romæ consules fuisse reperimus ab Urbe condita ann. 527. 565. 592. 722. 741. 756. C Sed ad hos Messalas non respicit, quos nec vidit Prudentius, nec videre potuit. Sequor igitur sententiam eorum, qui volunt Prudentium natum esse *Philippo* & Salia coss. his enim verbis annum sibi natalem innuit. Chamill. — Eadem *Saliæ* lectio probatur Almeloveenio in *Fast. Rom. Consul.* pag. 162. qui tamen pag. 354. seq. secus ac Chamillardus, annos digerit, quibus Messalæ consules fuerunt.

V. 39. *Pugnet contra hereses* ] Vide sis adnotata ad *Psychom.* ℣. 726.


## HYMNUS I.

### AD GALLI CANTUM.

*Fer. III. ad Laud.*

ALes diei nuntius
Lucem propinquam præcinit:
Nos excitator mentium
Jam Christus ad vitam vocat.
Auferte, clamat, lectulos
Ægros, soporos, desides:
Castique, recti ac sobrij,
Vigilate: jam sum proximus.
Post solis ortum fulgidi
Serum est cubile spernere:
Ni parte noctis addita,
Tempus labori adjeceris.
Vox ista, qua strepunt aves
Stantes sub ipso culmine,
Paullo ante quam lux emicet,
Nostri figura est judicis.
Tectos tenebris horridis,
Stratisque opertos segnibus,
Suadet quietem linquere
Jam jamque venturo die.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Ut cum corufcis flatibus
Aurora cælum fparferit,
Omnes labore exercito
Confirmet ad fpem luminis.
Hic fomnus ad tempus datus,
Eft forma mortis perpetis:
Peccata, ceu nox horrida,
Cogunt jacere ac ftertere.
Sed vox ab alto culmine
Chrifti docentis præmonet,
Adeffe jam lucem prope;
Ne mens fopori ferviat:
Ne fomnus ufque ad terminos
Vitæ focordis opprimat
Pectus fepultum crimine,
Et lucis oblitum fuæ.
Ferunt vagantes dæmonas
Lætos tenebris noctium,
Gallo canente exterritos
Sparfim timere & cedere.
Invifa nam vicinitas
Lucis, falutis, Numinis,
Rupto tenebrarum fitu
Noctis fugat fatellites.
Hoc effe fignum præfcii
Norunt repromiffæ fpei:
Qua nos foporis liberi
Speramus adventum Dei.
Quæ vis fit hujus alitis,
Salvator oftendit Petro,
Ter ante quam gallus canat,
Se fe negandum prædicans.
Fit namque peccatum prius,
Quam præco lucis proximæ
Illuftret humanum genus,
Finemque peccandi ferat.
Flevit peccator denique
Ex ore prolapfum nefas:
Cum mens maneret innocens,
Animufque fervaret fidem.

A Nec tale quidquam poftea
Linguæ loquutus lubrico eft;
Cantuque galli cognito,
Peccare juftus deftitit.
Inde eft, quod omnes credimus,
Illo quietis tempore
Quo gallus exfultans canit,
Chriftum rediffe ex inferis.
Tunc mortis oppreffus vigor,
Tunc lex fubacta eft tartari,
Tunc vis diei fortior
Noctem coegit cedere.
Jam jam quiefcant improba,
Jam culpa furva obdormiat,
B Jam noxa letalis fuum
Perpeffa fomnum marceat.
Vigil viciffim fpiritus,
Quodcumque reftat temporis,
Dum meta noctis clauditur,
Stans ac laborans excubet.
Jefum ciamus vocibus,
Flentes, precantes, fobrii:
Intenta fupplicatio
Dormire cor mundum vetat.
Sat convolutis artubus
Senfum profunda oblivio
Preffit, gravavit, obruit
Vanis vagantem fomniis.
C Sunt nempe falfa & frivola,
Quæ mundiali gloria,
Ceu dormientes, egimus.
Vigilemus: heic eft Veritas.
Aurum, voluptas, gaudium,
Opes, honores, profpera,
Quæcumque nos inflant mala,
Fit mane, nil funt omnia.
Tu Chrifte fomnum disjice:
Tu rumpe noctis vincula:
Tu folve peccatum vetus,
Novumque lumen ingere.

Verf. 21. *Corufcis flatibus* ] Licet omnes conftanter habeant *corufcis flatibus*; mihi tamen vehemens eft fufpicio, *corufcis fletibus* legendum effe. Poetæ enim finxere roris matutini guttas fletus effe Auroræ furgentis ac lacrymas, quibus & cælum & flores tingebat. Adde quod illum epithetum *corufcis* rectius conjungatur *fletibus* quam *flatibus*. CHAMILL.

V. 26. *Eft forma mortis perpetis* ] In Puteano a manu prima: *Mortis imago eft perpetis*. Forte, *imago mortis perpetis*: ut per epexegefin ifta dicantur: quod Prudentio folemne. Refpexit autem Poeta Nafonianum illud:

*Stulte, quid eft fomnus, gelidæ nifi mortis imago?*

IDEM.

V. 57. *Peccator* ] Quidam *negator*, ut Anton. Nebrifs. (& Aldus:) quidam *peccatum*: alii *peccator*, quos fecutus D fum, licet Gifelinus improbet; quia paullo poft mentem Petri manfiffe integram, animumque fervaffe fidem affirmat Prudentius. Quis enim negare poteft hunc Apoftolum peccaffe? ID.

V. 81. *Jefum* ] *Hifum* veterrimus Puteanus & hoc loco & paffim alibi: ut Hymn. VII. ✠. 178. Atque ita extuliffe nonnumquam veteres id vocabuli, ex compluribus aliis Prudentii locis fit manifeftum, ubi lex metri præfcribit fic enuntiandum effe. *Apotheofeos* ✠ 222.

*Scrutati æternum regem cognovimus Hifum.*

& ✠. 417.

— — — *Cognofcimus, Hifu:*

ubi veterrimi codices IHV. Ita Heinfius. ID.

## H Y M N U S II.

### M A T U T I N U S.

*Fer.* IV. *ad Laud.*

NOx, & tenebræ, & nubila,
Confufa mundi & turbida,
Lux intrat, albefcit polus,
Chriftus venit, difcedite.
Caligo terræ fcinditur
Percuffa folis fpiculo:
E Rebufque jam color redit
Vultu nitentis fideris.
Sic noftra mox obfcuritas,
Fraudifque pectus confcium,
Ruptis retectum nubibus
Regnante pallefcit Deo.

Verf. 3. *Lux intrat* ] Hæc vocula *Lux* reftituenda Prudentio in *Hymnario* Thomafiano, opp. tom. II. pag. 411. nov. edit.

V. 7. *Rebufque jam color redit* ] Eodem fenfu Virgilius (lib. VI. *Æn.* ✠. 272.)

— — *Ubi cælum condidit umbra*
*Juppiter, & rebus nox abftulit atra colorem.*

CHAMILL.

V. 12. *Pallefcit* ] Alludit ad tempus matutinum, quo aurora pallet. Virgilius lib. IV. *Æn.* ✠. 585.

*Tithoni croceum linquens aurora cubile.*

IDEM.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.

Tune non licebit claudere,
Quod quisque fuscum cogitat:
Sed mane clarescent novo
Secreta mentis prodita.
Fur ante lucem squalido
Impune peccat tempore:
Sed lux dolis contraria
Latere furtum non sinit.
Versuta fraus & callida
Amat tenebris obtegi;
Aptamque noctem turpibus
Adulter occultus fovet.
Sol ecce surgit igneus.
Piget, pudescit, pœnitet:
Nec teste quisquam lumine
Peccare constanter potest.
Quis mane sumtis nequiter
Non erubescit poculis;
Cum sit libido temperans,
Castumque nugator sapit?
Nunc, nunc severum vivitur:
Nunc nemo tentat ludicrum:
Inepta nunc omnes sua
Vultu colorant serio.
Hæc hora cunctis utilis,
Qua quisque, quod studet, gerat;
Miles, togatus, navita,
Opifex, arator, institor.
Illum forensis gloria;
Hunc triste raptat classicum:
Mercator hinc, ac rusticus
Avara suspirant lucra.
At nos lucelli ac fenoris,
Fandique prorsus nescii,
Nec arte fortes bellica,
Te Christe solum novimus.
Te mente pura & simplici,
Te voce, te cantu pio,
Rogare curvato genu,
Flendo & canendo discimus.
His nos lucramur quæstibus:
Hac arte tantum vivimus:
Hæc inchoamus munera,
Cum sol resurgens emicat.
Intende nostris sensibus,
Vitamque totam dispice:
Sunt multa fucis inlita,
Quæ luce purgentur tua.
Durare nos tales jube,
Quales remotis sordibus

A Nitere pridem jusseras,
Jordane tinctos flumine.
Quodcumque nox mundi dehinc
Infecit atris nubibus,
Tu, rex Eoi sideris
Vultu sereno illumina.
Tu, Sancte, qui tetram picem
Candore tinguis lacteo,
Ebenoque crystallum facis,
Delicta terge livida.
Sub nocte Jacob cærula
Luctator audax angeli,
Eo usque, dum lux surgeret,
Sudavit impar prœlio.
B Sed cum jubar clarescerer,
Lapsante claudus poplite;
Femurque victus debile
Culpæ vigorem perdidit.
Nutabat inguen saucium:
Quæ corporis pars vilior,
Longeque sub cordis loco
Diram fovet libidinem.
Hæ nos docent imagines
Hominem tenebris obsitum,
Si forte non cedat Deo,
Vires rebelles perdere.
Erit tamen beatior,
Intemperans membrum cui
C Luctando claudum & tabidum
Dies oborta invenerit.
Tandem facessat cæcitas,
Quæ nosmet in præceps diu
Lapsos sinistris gressibus
Errore traxit devio.
Hæc lux serenum conferat,
Purosque nos præstet sibi.
Nihil loquamur subdolum:
Voluamus obscurum nihil.
Sic tota decurrat dies.
Ne lingua mendax, ne manus,
Oculive peccent lubrici:
Ne noxa corpus inquinet.
D Speculator adstat desuper:
Qui nos diebus omnibus,
Actusque nostros prospicit
A luce prima in vesperum.
Hic testis, hic est arbiter,
Hic intuetur, quidquid est
Humana quod mens concipit:
Hunc nemo fallit Judicem.

V. 59. *Fucis inlita*] Maculata vitiis. Legitur & *fuscis*, id est, inquinata tenebris: & sic magis cohæret sequens sententia, *Luce purgentur tua*. CHAMILL. --- *Fuscis* quoque legit Thomasius in *Hymnar*, l. c.

V. 67. *Tu, rex Eoi sideris*] Magis placet lectio Thomasiana l. c. *Tu, lux Eoi sideris*.

V. 103. *Oculive*] Sic Chamill. Neque aliter Aldus & Thomasius l. c. pag. 412, Al. *Oculi ne*.

# HYMNUS III.

## ANTE CIBUM.

O Crucifer bone, lucisator,
Omniparens, pie, Verbigena,
Edite corpore virgineo;
Sed prius in genitore potens,
Astra, solum, mare quam fierent.
Huc nitido precor intuitu
Flecte salutiferam faciem,

E Fronte serenus: & inradia,
Nominis ut sub honore tui
Has epulas liceat capere.
Te sine dulce nihil, Domine,
Nec juvat ore quid appetere,
Pocula ni prius atque cibos,
Christe, tuus favor imbuerit,

Vers. 2. *Verbigena*] Constat de Christo illud nomen dici non posse juxta Latini sermonis usum ac regulas. Modo enim proprie exponatur, *Verbigena* nihil aliud erit, quam *Verbo genitus*. Quod a sensu Poetæ alienum est, atque a fide. Siquidem Christus non est a Verbo partus, sed Verbum ipsum est a Patre editum. Eodem vocabulo usi sunt S. Augustinus Confess. lib. XI. cap. VII. & Cyprianus in Exposit. Symboli. CHAMILL. --- Eadem phrasi utitur Prudentius infra Hymn. XI. ℣. 18. ubi dicitur Christus *Verbo editus*.



Omnia sanctificante fide.
Fercula nostra Deum sapiant,
Christus & influat in pateras:
Seria, ludicra, verba, jocos,
Denique quod sumus aut agimus,
Trina superna regat pietas.
Heic mihi nulla rosæ spolia,
Nullus aromate fragrat odor:
Sed liquor influit ambrosius,
Nectareamque fidem redolet
Fusus ab usque Patris gremio.
Sperne, Camœna, leves hederas,
Cingere tempora queis solita es;
Sertaque mystica dactylico
Texere docta, liga strophio,
Laude Dei redimita comas.
Quod generosa potest anima,
Lucis & ætheris indigena,
Solvere dignius obsequium,
Quam data munera, si recinat
Artificem modulata suum?
Ipse homini quia cuncta dedit,
Quæ capimus dominante manu,
Quæ polus, aut humus, aut pelagus
Aere, gurgite, rure creant;
Hæc mihi subdidit, & sibi me.
Callidus inlaqueat volucres
Aut pedicis dolus aut maculis:
Inlita glutine corticeo
Vimina plumigenam seriem
Impediunt, & abire vetant.
Ecce per æquora fluctivagos
Texta greges sinuosa trahunt:
Piscis item sequitur calamum,
Raptus acumine vulnifico,
Credula saucius ora cibo.
Fundit opes ager ingenuas,
Dives aristiferæ segetis;
Heic ubi vitea pampineo
Brachia palmite luxuriant,
Pacis alumna ubi bacca viret.
Hæc opulentia Christicolis
Servit, & omnia suppeditat.
Absit enim procul illa fames,
Cædibus ut pecudum libeat
Sanguineas lacerare dapes.
Sint fera gentibus indomitis
Prandia de nece quadrupedum:
Nos oleris coma, nos siliqua
Feta legumine multimodo
Paverit innocuis epulis.
Spumea mulctra gerunt niveos
Ubere de gemino latices;
Perque coagula densa liquor
In solidum coit, & fragili
Lac tenerum premitur calatho.
Mella recens mihi Cecropia
Nectare sudat olente favus:
Hæc opifex apis aerio
Rore liquat, tenuique thymo,
Nexilis inscia connubii.
Hinc quoque pomiferi nemoris
Munera mitia proveniunt:
Arbor onus tremefacta suum
Deciduo gravis imbre pluit,
A Puniceosque jacit cumulos.
Quæ veterum tuba, quæve lyra
Flatibus incita vel fidibus,
Divitis Omnipotentis opus,
Quæque fruenda patent homini,
Laudibus æquiparare queat?
Te, Pater optime, mane novo,
Solis & orbita cum media est,
Te quoque luce sub occidua,
Sumere cum monet hora cibum,
Nostra, Deus, canit harmonia.
Quod calet halitus interior,
Corde quod abdita vena tremit,
Pulsat & incita quod resonam
B Lingua sub ore latens caveam,
Laus superi Patris esto mihi.
Nos igitur tua, Sancte, manus
Cæspite composuit madido,
Effigiem meditata suam:
Utque foret rata materies,
Flavit, & indidit ore animam.
Tunc per amœna vireta jubet
Frondicomis habitare locis:
Ver ubi perpetuum redolet,
Pratique multicolora latex
Quadrifluo celer amne rigat.
Hæc tibi nunc famulentur, ait:
Usibus omnia dedo tuis.
C Sed tamen aspera mortifero
Stipite carpere poma vero,
Qui medio viret in nemore.
Heic draco perfidus indocile
Virginis inlicit ingenium,
Ut socium malesuada virum
Mandere cogeret ex vetitis,
Ipsa pari peritura modo.
Corpora mutua nosse nefas,
Post epulas inoperta vident:
Lubricus error & erubuit:
Tegmina suta parant foliis,
Dedecus ut pudor occuleret.
Conscia culpa Deum pavitans
D Sede pia procul exigitur.
Innuba femina quæ fuerat,
Conjugis excipit imperium,
Fœdera tristia jussa pati.
Auctor & ipse doli coluber
Plectitur improbus, ut mulier
Colla trilinguia calce terat.
Sic coluber muliebre solum
Suspicit, atque virum mulier.
His ducibus vitiosa dehinc
Posteritas ruit in facinus:
Dumque rudes imitatur avos,
Fasque nefasque simul glomerans
Impia crimina morte luit.
E Ecce venit nova progenies,
Æthere proditus alter homo;
Non luteus, velut ille prior:
Sed Deus ipse gerens hominem,
Corporeisque carens vitiis.
Fit caro vivida Sermo Patris,
Numine quem rutilante gravis
Non thalamo, neque jure tori,
Nec genialibus illecebris

V. 20. *Superna*] *Superne* multi legunt: nec male. *Superne* enim & *inferne* syllabam postremam corripiunt. Lucretius lib. VI. (v. 596.)

*Tecta superne timent, metuunt inferne cavernas.*

CHAMILL.

V. 58. *Absit* cet.] Non quod putet id vetitum fuisse Christianis: sed quod primis illis Ecclesiæ temporibus, plerique carnibus abstinerent, ut vitam ducerent austeriorem. ID.

V. 63. *Siliqua*] Pro leguminibus posuit, ut apud Horatium *Epist.* lib. II. epist. I. (v. 123.)

— *Vivit siliquis & pane secundo.*

IDEM.

V. 82. *Incita*] Sic Aldus: & recte quidem, ut videtur. At Chamill. *inclyta*: quod non placet.

Intemerata puella parit.
Hoc odium vetus illud erat,
Hoc erat aspidis atque hominis
Digladiabile discidium,
Quod modo cernua femineis
Vipera proteritur pedibus.
Edere namque Deum merita
Omnia virgo venena domat:
Tractibus anguis inexplicitis
Virus inerme piger revomit,
Gramine concolor in viridi.
Quæ feritas modo non trepidat,
Territa de grege candidulo?
Impavidas lupus inter oves
Tristis obambulat, & rabidum
Sanguinis immemor os cohibet.
Agnus enim vice mirifica
Ecce leonibus imperitat,
Exagitansque truces aquilas
Per vaga nubila, perque Notos
Sidere lapsa columba fugat.
Tu mihi, Christe, columba potens;
Sanguine pasta cui cedit avis:
Tu niveus per ovile tuum
Agnus hiare lupum prohibes,
Sub juga tigridis ora premens.
Da locuples, Deus, hoc famulis
Rite precantibus, ut tenui
Membra cibo recreata levent:
Neu piger immodicis dapibus
Viscera tensa gravet stomachus,

A Haustus amarus abesto procul;
Nec libeat tetigisse manu
Exitiale quid, aut vetitum:
Gustus & ipse modum teneat,
Sospitet ut jecur incolume.
Sit satis anguibus horrificis,
Liba quod impia corporibus
Ah! miseram peperere necem:
Sufficiat semel ob facinus
Plasma Dei potuisse mori.
Oris opus, vigor igneolus
Non moritur, quia flante Deo
Compositus, superoque fluens
De solio Patris artificis,
B Vim liquidæ rationis habet.
Viscera mortua quin etiam
Post obitum reparare datur:
Eque suis iterum tumulis
Prisca renascitur effigies,
Pulvereo coeunte situ.
Credo equidem, neque vana fides,
Corpora vivere more animæ:
Nam modo corporeum memini
De Phlegethonte gradu facili
Ad superos remeasse Deum.
Spes eadem mea membra manet,
Quæ redolentia funereo
Jussa quiescere sarcophago.
C Dux parili redivivus humo
Ignea Christus ad astra vocat.

V. 167. *Sanguine pasta cui*] Male monosyllabam hanc dictionem corripuisse Poetam quis non videt? CHAMILL.
V. 175. *Tensa*] *Tenta*, ms. Puteanus aliique complures. Horatius (*Epod.* lib. Od. XVI. ✝. 50.) *tenta ubera*. Ovidius *nervus tentus*. ID.
V. 204. *Dux parili redivivus humo*] Ita Chamill. At veteres editi, præeunte Aldino: *Dux parilis redivivus homo*. Fortasse rectius.

# HYMNUS IV.

## POST CIBUM.

PAstis visceribus, ciboque sumto,
Quem lex corporis imbecilla poscit,
Laudem lingua Deo Patri rependat:
Patri, qui Cherubim sedile sacrum,
Nec non & Seraphim suum supremo
Subnixus solio tenet regitque.
Hic est, quem Sabaoth Deum vocamus,
Expers principii, carensque fine,
Rerum conditor, & repertor orbis.
Fons vitæ liquida fluens ab arce,
Infusor fidei, sator pudoris,
Mortis perdomitor, salutis auctor.
Omnes quod sumus aut vigemus, inde est.
Regnat Spiritus ille sempiternus,
A Christo simul & Parente missus.
Intrat pectora candidus pudica,
Quæ templi vice consecrata rident,
Postquam combiberint Deum medullis.
Sed si quid vitii dolive nasci
Inter viscera jam dicata sensit:
Ceu spurcum refugit celer sacellum.
Tetrum flagrat enim vapore crasso
Horror conscius æstuante culpa,
Offensumque bonum niger repellit.
Nec solus pudor, innocensve votum
Templum constituunt perenne Christo

In cordis medii sinu ac recessu:
D Sed, ne crapula ferveat, cavendum est,
Quæ sedem fidei cibis refertam
Usque ad congeriem coarctet intus.
Parcis victibus expedita corda
Infusum melius Deum receptant:
Hic pastus animæ est, saporque verus.
Sed nos tu gemino fovens paratu,
Artus atque animas utroque pastu
Confirmas, Pater, ac vigore comples.
Sic olim tua præcluens potestas,
Inter raucisonos situm leones
Illapsis dapibus virum refovit.
Illum fusile numen exsecrantem,
Et curvare caput sub expolita
Æris materia nefas putantem,
E Plebs diræ Babylonis ac tyrannus
Morti subdiderant, feris dicarant,
Sævis protinus haustibus vorandum.
O semper pietas, fidesque tuta!
Lambunt indomiti virum leones,
Intactumque Dei tremunt alumnum.
Adstant comminus, & jubas reponunt:
Mansuescit rabies, fameque blanda
Prædam rictibus lambit incruentis.
Sed cum tenderet ad superna palmas,

Vers. 9. *Repertor orbis*] Id est, *creator*. Sic item Juvencus, alter poeta Hispanus Prudentio vetustior, *Hist. evang.* lib. I, ✝. 35.
— *Dominus, cæli terræque repertor.*
Et lib. IV. ✝. 482.
— — *Vitæ lucisque repertor.*
Uterque nimirum Virgilium imitatur, *Æn.* lib. XII. ✝. 829.
*Olli subridens hominum rerumque repertor.*
V. 51. *Lambit*] Sic Aldus cum aliis. Chamill. *ambit*, typothetæ vitio ut videtur.

Expertumque sibi Deum rogaret,
Clausus jugiter, indigensque victu:
Jussus nuntius advolare terris,
Qui pastum famulo daret probato,
Raptim desilit obsequente mundo.
Cernit forte procul dapes inemtas,
Quas messoribus Habacuc propheta
Agresti bonus exhibebat arte.
Hujus cæsarie manu prehensa,
Plenis sicut erat gravem canistris
Suspensum rapit & vehit per auras.
Tum raptus simul ipse prandiumque
Sensim labitur in lacum leonum;
Et quas tunc epulas gerebat, offert.
Sumas lætus, ait, libensque carpas
Quæ summus Pater, angelusque Christi
Mittunt liba tibi sub hoc periclo.
His sumtis, Danielus excitavit
In cælum faciem, ciboque fortis
Amen reddidit, alleluja dixit.
Sic nos muneribus tuis refecti,
Largitor Deus omnium bonorum
Grates reddimus & sacramus hymnos.
Tu nos tristifico velut tyranno,
Mundi scilicet impotentis actu

A Conclusos regis, & feram repellis.
Quæ circumfremit, ac vorare tentat,
Insanos acuens furore dentes;
Cum te, summe Deus, precemur unum.
Vexamur, premimur, malis rotamur:
Oderunt, lacerant, trahunt, lacessunt:
Juncta est suppliciis fides iniquis.
Nec desit tamen anxiis medela:
Nam languente trucis leonis ira,
Illapsæ superingeruntur escæ.
Quas si quis sitienter hauriendo
Non gustu tenui, sed ore pleno,
Internis velit implicare venis;
Hic sancto satiatus ex propheta,
B Justorum capiet cibos virorum,
Qui fructum Domino metunt perenni.
Nil est dulcius ac magis saporum,
Nil quod plus hominem juvare possit,
Quam vatis pia præcinentis orsa.
His sumtis licet insolens potestas
Pravum judicet, inrogetque mortem,
Impasti licet inruant leones;
Nos semper Dominum Patrem fatentes,
In te, Christe Deus, loquemur unum,
Constanterque tuam crucem feremus.

## H Y M N U S V.

### AD INCENSUM LUCERNÆ.

INventor rutili, Dux bone, luminis,
Qui certis vicibus tempora dividis,
Merso sole chaos ingruit horridum,
Lucem redde tuis, Christe, fidelibus.
Quamvis innumero sidere regiam,
Lunarique polum lampade pinxeris,
Incussu silicis lumina nos tamen
Monstras saxigeno semine quærere.
Ne nesciret homo spem sibi luminis
In Christi solido corpore conditam;
Qui dici stabilem se voluit Petram,
Nostris igniculis unde genus venit.
Pinguis quos olei rore madentibus
Lychnis aut facibus pascimus aridis,
Quin & fila favis scirpea floreis
Presso melle prius conlita fingimus.
Vivax flamma viget, seu cava testula
Succum linteolo suggerit ebrio;
Seu pinus piceam fert alimoniam;
Seu ceram teretem stuppa calens bibit.
Nectar de liquido vertice fervidum
Guttatim lacrymis stillat olentibus,
Ambustum quoniam vis facit ignea
Imbrem de madido flere cacumine.
Splendent ergo tuis muneribus, Pater,
Flammis mobilibus scilicet atria,
Absentemque diem lux agit æmula,
Quam nox cum lacero victa fugit peplo.
Sed quis non rapidi luminis arduam,

C Manantemque Deo cernat originem?
Moses nempe Deum spinifero in rubo
Vidit conspicuo lumine flammeum.
Felix qui meruit sentibus in sacris
Cælestis solii visere Principem,
Jussus nexa pedum vincula solvere,
Ne sanctum involucris pollueret locum.
Hunc ignem populus sanguinis inclyti
Majorum meritis tutus & impotens,
Suetus sub dominis vivere barbaris,
Jam liber sequitur longa per avia:
Qua gressum tulerant, castraque cerulæ
Noctis per medium concita moverant,
Plebem pervigilem fulgure prævio
D Lucebat radius sole micantior.
Sed rex Niliaci litoris, invido
Fervens felle, jubet prævalidam manum
In bellum rapidis ire cohortibus,
Ferratasque acies clangere classicum.
Sumunt arma viri, seque minacibus
Accingunt gladiis: triste canit turba.
Hic fidit jaculis, ille volantia
Præfigit calamis spicula Gnosiis.
Densatur cuneis turba pedestribus:
Currus pars, & equos & volucres rotas
Conscendunt celeres, signaque bellica
Prætendunt tumidis clara draconibus.
Hinc jam servitii nescia pristini
E Gens Pelusiacis usta vaporibus,

Vers. 9. *Ne nesciret homo* cet. ] Ante hunc versum quatuor sequentes præmittunt vetera exemplaria, Aldin. Tornæs. al.

*Hoc signas opere, conditor inclyte,*
*Lumen veridicum mentibus omnium,*
*In Christo Domino quærere jugiter,*
*Quem Petram loquitur Doctor egregius.*

Hos vero, ne lectore quidem admonito, præterit Chamillardus. Eos item non agnoscit Thomasius in suo *Hymnario*, opp. tom. II. pag. 367 Eadem sane sententia in sequentibus occurrit: ut propterea existimaverim eos refinxisse Prudentium; quum utrique neque a contextu sint alieni, neque Poeta nostro indigni videantur. Utri vero in textum admittendi? *Ἀπορῶ*.


V. 14. *Lychnis aut facibus* ] Sic Chamillardus. Neque aliter Aldus cum aliis. Sed Thomasius l.c. pag. 368. *Lychnis ac facibus*.

V. 36. *Involucris* ] Penultimam quæ ab omnibus producitur, licentia corripuit. CHAMILL.

V. 38. *Impotens* ] Teste Donato, idem significat ac *nimis potens*; ita ut propositio *in*, sicut alias sæpe, compositi significatum augeat. Cicer. Lepido: *Sin ita pax perditorum hominum in possessionem impotentissimi dominatus restituta est*. ID.

V. 39. *Suetus* cet. ] Heumannus in *Pœcil.* tom. II. pag. 364. hunc versum ita legendum censet: *Nutu sub domini vivere barbari*. Sed hanc emendationem contextus respuit.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.



Tandem purpurei gurgitis hospita
Rubris litoribus fessa resederat.
Hostis dirus adest cum duce perfido:
Infert & validis prœlia viribus.
Moses porro suis in mare præcipit
Constans intrepidis tendere gressibus.
Præbent rupta locum stagna viantibus,
Riparum in faciem pervia: sistitur
Circumstans vitreis unda liquoribus,
Dum plebs sub bifido permeat æquore.
Pubes quin etiam decolor asperis
Irritata odiis, rege sub impio,
Hebræum sitiens fundere sanguinem,
Audet se pelago credere concavo.
Ibant præcipiti turbine percita
Fluctus per medios agmina regia:
Sed confusa dehinc unda revolvitur
In semet revolans gurgite confluo.
Currus tunc, & equos, telaque naufraga,
Ipsos & proceres, & vaga corpora
Nigrorum videas nare satellitum,
Arcis justitium triste tyrannicæ.
Quæ tandem poterit lingua retexere
Laudes, Christe, tuas? qui domitam Pharon
Plagis multimodis cedere præsuli
Cogis justitiæ, vindice dextera
Qui pontum rapidis æstibus invium
Persultare vetas, ut refluo in salo
Securus pateat, te duce, transitus,
Et mox unda rapax ut voret impios.
Cui jejuna eremi saxa loquacibus
Exundant scatebris, & latices novos
Fundit scissa silex, quæ sitientibus
Dat potum populis axe sub igneo.
Instar fellis aqua, tristifico in lacu
Fit ligni venia, mel velut Atticum.
Lignum est, quo sapiunt aspera dulcius:
Nam præfixa cruci spes hominum viget.
Implet castra cibus tunc quoque ninguidus,
Illabens gelida grandine densius.
His mensas epulis, hac dape construunt,
Quam dat sidereo Christus ab æthere.
Nec non imbrifero ventus anhelitu
Crassa nube leves invehit alites,
Quæ difflata in humum, cum semel agmina
Fluxerunt, reduci non revolant fuga.
Hæc olim patribus præmia contulit
Insignis pietas Numinis unici:
Cujus subsidio nos quoque vescimur,
Pascentes dapibus pectora mysticis.
Fessos ille vocat per freta sæculi,
Discissis populum turbinibus regens.
Jactatasque animas mille laboribus
A Justorum in patriam scandere præcipit.
Illic purpureis tecta rosariis
Omnis fragrat humus: calthaque pinguia,
Et molles violas, & tenues crocos
Fundit fonticulis unda fugacibus.
Illic & gracili balsama surculo
Desudata fluunt, raraque cinnama
Spirant, & folium, fonte quod abdito
Prælambens fluvius portat in exitum.
Felices animæ prata per herbida
Concentu parili suave sonantibus
Hymnorum modulis dulce canunt melos,
Calcant & pedibus lilia candidis.
Sunt & spiritibus sæpe nocentibus
B Pœnarum celebres sub Styge feriæ,
Illa nocte, sacer qua rediit Deus
Stagnis ad superos ex Acheronticis:
Non sicut tenebras de face fulgida
Surgens oceano lucifer imbuit;
Sed terris Domini de cruce tristibus
Major sole novum restituens diem.
Marcent suppliciis tartara mitibus,
Exsultatque sui carceris otio
Umbrarum populus, liber ab ignibus:
Nec fervent solito flumina sulphure.
Nos festis trahimus per pia gaudia
Noctem conciliis; votaque prospera
Certatim vigili congerimus prece;
C Exstructoque agimus liba sacrario.
Pendent mobilibus lumina funibus,
Quæ suffixa micant per laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perspicuo flamma jacit vitro.
Credas stelligeram desuper aream
Ornatam geminis stare Trionibus,
Et qua Bosphoreum temo regit jugum
Passim purpureos spargier Hesperos.
O res digna, Deus, quam tibi roscidæ
Noctis principio grex tuus offerat
Lucem! qua tribuis nil pretiosius;
Lucem, qua reliqua præmia cernimus.
Tu lux vera oculis, lux quoque sensibus,
D Intus tu speculum, tu speculum foris;
Lumen quod famulans offero, suscipe,
Tinctum pacifici chrismatis unguine.
Per Christum genitum, summe Pater, tuum,
In quo visibilis stat tibi gloria;
Qui noster Dominus, qui tuus Unicus
Spirat de patrio corde Paraclitum:
Per quem splendor, honos, laus, sapientia,
Majestas, bonitas, & pietas tua
Regnum continuat numine triplici,
Texens perpetuis sæcula sæculis.


V. 84. *Justitium* ] Proprie, juris dicendi intermissio, quæ in reipublicæ calamitatibus fieri solebat. Translate pro luctu publico sumitur. Sidonius lib. II. epist. VIII. *Decessit nudius tertius, non absque justitio, matrona Filimatia.*

V. 114. *Calthaque pinguia* ] In hoc erravit Poeta, quod hoc nomen neutro genere declinarit: siquidem apud omnes antiquos femininum est. Chamill. --- Virgil. *Ecl.* II. ✝.50. *Mollia luteola cingit vaccinia caltha.*

E V. 149. *Deus* ] Sic Aldus aliique. Sic item Thomasius l. c. pag. 368. & 419. At Chamillardus, *Pater*.

V. 152. *Lucem, qua reliqua præmia cernimus* ] Vox *præmia* restituenda Prudentio apud Thomasium l. c. pag. 419. quæ tamen probe retenta ibidem pag. 368.

V. 162. *Et pietas tua Regnum continuat* ] Sic vulgo editi. Neque aliter Thomasius pag. 368. At apud eumdem pag. 420. lectio sic reformata: *Et pietas tua. Tu regnum contines numine triplici.*



# H Y M N U S VI.

## ANTE SOMNUM.

Ades, Pater supreme,
Quem nemo vidit umquam,
Patrisque Sermo Christe,
Et Spiritus benigne.
O Trinitatis hujus
Vis una, lumen unum,
Deus ex Deo perennis,
Deus ex utroque missus.
Fluxit labor diei:
Redit & quietis hora:
Blandus sopor vicissim
Fessos relaxat artus.
Mens æstuans procellis,
Curisque sauciata,
Totis bibit medullis
Obliviale poclum.
Serpit per omne corpus
Letæa vis, nec ullum
Miseris doloris ægri
Patitur manere sensum.
Lex hæc data est caducis
Deo jubente membris,
Ut temperet laborem
Medicabilis voluptas.
Sed, dum pererrat omnes
Quies amica venas,
Pectusque feriatum
Placant rigante somno:
Liber vagat per auras
Rapido vigore sensus;
Variasque per figuras,
Quæ sunt operta, cernit.
Quia mens soluta curis,
Cui est origo cælum,
Purusque fons ab æthra,
Iners jacere nescit.
Imitata multiformes
Facies sibi ipsa fingit,
Per quas repente currens
Tenui fruatur actu.
Sed sensa somniantum
Dispar fatigat horror:
Nunc splendor intererrat,
Qui dat futura nosse.
Plerumque dissipatis
Mendax imago veris,
Animos pavore mæstos
Ambage fallit atra.
Quem rara culpa morum
Non polluit frequenter,
Hunc lux serena vibrans
Res edocet latentes.
At qui coinquinatum
Vitiis cor impiavit,
Lusus pavore multo
Species videt tremendas.
Hoc patriarcha noster
A Sub carceris catena
Geminis simul ministris
Interpres adprobavit.
Quorum reversus unus
Dat poculum tyranno:
Ast alterum rapaces
Fixum vorant volucres.
Ipsum deinde regem
Perplexa somniantem,
Monuit famem futuram
Clausis cavere acervis.
Mox præsul ac tetrarches
Regnum per omne jussus
Sociam tenere virgam,
B Dominæ resedit aulæ.
O quam profunda justis
Arcana per soporem
Aperit tuenda Christus!
Quam clara, quam tacenda,
Evangelista summi
Fidissimus magistri,
Signata quæ latebant,
Nebulis videt remotis!
Ipsum Tonantis agnum
De cæde purpurantem,
Qui conscium futuri
Librum resignat unus.
Hujus manum potentem
C Gladius perarmat anceps,
Et fulgurans utrimque
Duplicem minatur ictum.
Quæsitor ille solus
Animæque corporisque,
Ensisque bis timendus,
Prima ac secunda mors est.
Idem tamen benignus
Ultor retundit iram,
Paucosque non piorum
Patitur perire in ævum.
Huic inclytus perenne
Tribuit Pater tribunal:
Hunc obtinere jussit
D Nomen supra omne nomen.
Hic præpotens cruenti
Exstinctor Antichristi:
Qui de furente monstro
Pulcrum refert tropæum:
Quam bestiam rapacem,
Populosque devorantem,
Quam sanguinis charybdim,
Joannes exsecratur.
Hanc nempe, quæ sacratum
Præferre nomen ausa,
Imam petit gehennam
Christo peremta vero.
Tali sopore justus
E Mentem relaxat heros,

Vers. 29. *Vagat* ] Hoc verbo, pro *vagatur*, Plautus etiam usus est in *Milite* (Act. II. Scen. III. ℣. 14.) *Te alloquor, vitii probrique plena, Quæ circum vicinos vagas*. Puteanus tamen & Thuaneus, ac duo Torrentiani habent: *Liber vagas per auras*. Chamill.

V. 57. *Patriarcha noster* ] Joseph, Jacobi & Rachelis filius. Id.


V. 61. *Reversus* ] Sic Aldus, Tornæs. al. Sed Chamill, *regressus*.

V. 67. *Monuit* ] Veteres editi perperam *Novit*.

V. 105. *Rapacem* ] Chamill. mendose, *capacem*.

V. 112. *Christo peremta vero* ] Ita constanter editi. Heumannus hunc versum sic restituit: *Christi peremta verbo*. Recte, ut videtur. *Isa.* xi. 4. *Et spiritu labiorum suorum interficiet impium*. Cui concinit Apostolus II. *Thess.* II. 8. *Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui*.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Ut spiritu sagaci
Cælum peragret omne.
Nos nil meremur horum,
Quos creber implet error:
Concreta quos malarum
Vitiat cupido rerum.
Sat est, quiete dulci
Fessum fovere corpus:
Sat, si nihil sinistrum
Vanæ minentur umbræ.
Cultor Dei memento
Te fontis & lavacri
Rorem subisse sanctum,
Te chrismate innotatum.
Fac, cum vocante somno
Castum petis cubile,
Frontem locumque cordis
Crucis figura signet.
Crux pellit omne crimen:
Fugiunt crucem tenebræ: A
Tali dicata signo
Mens fluctuare nescit.
Procul, o procul vagantum
Portenta somniorum:
Procul esto pervicaci
Præstigiator astu.
O tortuose serpens,
Qui mille per mæandros,
Fraudesque flexuosas
Agitas quieta corda:
Discede: Christus heic est:
Heic Christus est: liquesce.
Signum, quod ipse nosti,
Damnat tuam catervam. B
Corpus licet fatiscens,
Jaceat reclive paullum:
Christum tamen sub ipso
Meditabimur sopore.

V. 139. *Pervivaci* ] Sic Chamill. cum Aldo aliisque. Sed Thomasius l. c. pag. 424. *pervicax*.
V. 150. *Reclive* ] Quamquam fere omnes codices legant *recline*, iis tamen assentiri nequeo: ea enim vox aut obsoleta est aut barbara. Atque male Anton. Nebrissensis affert Ovid. versum *Metam.* X.
*In quo sinu juvenis posita cervice reclivis*: nullibi legitur *reclinis*. CHAMILL.


# HYMNUS VII.

## JEJUNANTIUM.

O Nazarene, dux Bethlem, Verbum Patris, C
Quem partus alvi virginalis protulit,
Adesto castis, Christe, parcimoniis,
Festumque nostrum rex serenus adspice,
Jejuniorum dum litamus victimam.
Nil hoc profecto purius mysterio,
Quo fibra cordis expiatur lividi:
Intemperata quo domantur viscera,
Arvina putrem ne refudans crapulam
Obstrangulatæ mentis ingenium premat.
Hinc subjugatur luxus & turpis gula:
Vini atque somni degener socordia,
Libido sordens, inverecundus lepos,
Variæque pestes languidorum sensuum,
Parcam subactæ disciplinam sentiunt. D
Nam si licenter diffluens potu & cibo,
Jejuna rite membra non coerceas;
Sequitur, frequenti marcida oblectamine,
Scintilla mentis ut tepescat nobilis,
Animusque pigris stertat ut præcordiis.
Frenentur ergo corporum cupidines,
Detersa ut intus emicet prudentia:
Sic excitato perspicax acumine,
Liberque flatu laxiore spiritus
Rerum parentem rectius precabitur.
Helias tali crevit observantia,
Vetus sacerdos, ruris hospes aridi,
Fragore ab omni quem remotum & segregem
Sprevisse tradunt criminum frequentiam, E
Casto fruentem Syrtium silentio.
Sed mox in auras igneis jugalibus,
Curruque raptus evolavit præpeti,
Ne de propinquo sordium contagio
Dirus quietum mundus afflaret virum,
Olim probatis inclytum jejuniis.
Non ante cæli principem septemplicis
Moses tremendi fidus interpres throni
Potuit videre, quam decem recursibus
Quater volutis sol peragrans sidera
Omni carentem cerneret substantia.
Victus precanti solus in lacrymis fuit:
Nam flendo pernox, inrigatum pulverem
Humi madentis ore pressit cernuo,
Donec loquentis voce perstrictus Dei,
Expavit ignem non ferendum visibus.
Joannis hujus artis haud minus potens,
Dei perennis præcucurrit Filium:
Curvos viarum qui retorsit tramites;
Et flexuosa corrigens dispendia,
Dedit sequendam calle recto lineam.
Hanc obsequelam præparabat nuntius
Mox adfuturo construens iter Deo,
Clivosa planis, confragosa ut lenibus
Converterentur, neve quidquam devium
Inlapsa terris inveniret Veritas.
Non usitatis ortus hic natalibus,
Oblita lactis jam vieto in pectore
Matris tetendit serus infans ubera:
Nec ante partu de senili effusus est,
Quam prædicaret Virginem plenam Deo.
Post in patentes ille solitudines,
Amictus hirtis bestiarum pellibus,
Setisve tectus, hispida & lanugine,
Secessit, horrens inquinari & pollui
Contaminatis oppidorum moribus.
Illic dicata parcus abstinentia
Potum cibumque vir severæ industriæ
In usque serum respuebat vesperum,
Rarum locustis & favorum agrestium
Liquore pastum corpori suetus dare.
Hortator ille primus, & doctor novæ
Fuit salutis: nam sacrato in flumine
Veterum piatas lavit errorum notas:
Sed tincta postquam membra defæcaverat,
Cælo refulgens influebat spiritus.
Hoc ex lavacro labe demta criminum,

Vers. 31. *Sed mox* ] Chamill. perperam *sex*.
V. 41. *Precanti* ] Veteres editi, *precantis*.
V. 46. *Joannis* ] Ita Chamillardus. Al. *Joannes*. Vide mox infra ad ℣. 162.
V. 69. *Rarum* ] Antea, *parum*: inepte. Giselinus vero *parcum victum* legendum esse censuit. Quæ castigatio, ut ipse fatetur, nonnullis durior videtur: licet *parcus & parabilis victus* apud Curtium reperiatur. Puteanum itaque atque Heinsium sequamur qui probe *rarum victum*, nempe infrequentem, posuerunt. CHAMILL.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
405.



Ibant renati non fecus, quam fi rudis A
Auri recocta vena pulcrum fplendeat,
Micet metalli five lux argentei,
Sudum polito prænitens purgamine.
Referre prifci ftemma nunc jejunii
Libet, fideli proditum volumine;
Ut diruendæ civitatis incolis
Fulmen benigni manfuefactum Patris
Pie repreffis ignibus pepercerit.
Gens infolenti præpotens jactantia
Pollebat olim: quam fluentem nequiter
Corrupta vulgo folverat lafcivia:
Et inde bruto contumax faftidio,
Cultum fuperni negligebat Numinis.
Offenfa tandem jugis indulgentiæ B
Cenfura, juftis excitatur motibus:
Dextram perarmat rompheali incendio,
Nimbos crepantes & fragofos turbines
Vibrans, tonantum nube flammarum quatit.
Sed pœnitendi dum datur diecula,
Si forte vellent improbam libidinem,
Veterefque nugas condomare ac frangere,
Sufpendit ictum terror exorabilis,
Paullumque dicta fubftitit fententia.
Jonam prophetam mitis ultor excitat,
Pœnæ imminentis iret ut prænuntius:
Sed noffet ille qui minacem Judicem
Servare malle, quam ferire ac plectere,
Tectam latenter vertit in Tharfos fugam. C
Celfam paratis pontibus fcandit ratem:
Uda revincta fune puppis folvitur:
Itur per altum: fit procellofum mare:
Tum cauffa tanti quæritur periculi:
Sors in fugacem miffa vatem decidit.
Juffus perire folus e cunctis reus,
Cujus voluta crimen urna expreffetat.
Præceps rotatur, & profundo immergitur:
Exceptus inde belluinis faucibus,
Alvi capacis vivus hauritur fpecu.
Tranfmiffa raptim præda caffos dentium
Eludit ictus, incruentam tranfvolans
Impune linguam: ne retentam mordicus
Offam molares diffecarent uvidi: D
Os omne tranfit, & palatum præterit.
Ternis dierum ac noctium proceffibus
Manfit ferino devoratus gutture.
Errabat illic per latebras vifcerum:
Ventris receffus circumibat tortiles
Anhelus, extis intus æftuantibus.
Intactus exin tertiæ noctis vice
Monftri vomentis pellitur fingultibus,
Qua murmuranti fine fluctus frangitur,
Salfofque candens fpuma tundit pumices,
Ructatus exit, feque fervatum ftupet.
In Ninivitas fe coactus percito
Greffu reflectit: quos ut increpaverat E
Pudenda cenfor imputans opprobria:
Impendet, inquit, ira fummi vindicis,
Urbemque flamma mox cremabit: credite.
Apicem deinceps ardui montis petit,
Vifurus inde conglobatum turbidæ
Fumum ruinæ, cladis & diræ ftruem,
Tectus flagellis multinodis germinis,
Nato & repente perfruens umbraculo.
Sed mæfta poftquam civitas vulnus novi
Haufit doloris, heu fupremum palpitat!
Curfant per ampla congregatum mœnia
Plebs & fenatus, omnis ætas civium,
Pallens juventus, ejulantes feminæ.
Placet frementem publicis jejuniis
Placare Chriftum: mos edendi fpernitur.
Glaucos amictus induit monilibus
Matrona demtis, proque gemma & ferico
Crinem fluentem fordibus fpargit cinis.
Squalent recincta vefte pullati patres,
Setafque plangens turba fumit textiles,
Impexa villis virgo beftialibus
Nigrante vultum contegit velamine:
Jacens arenis & puer provolvitur.
Rex ipfe, Coos æftuantem murices
Lænam revulfa diffipabat fibula
Gemmas virentes, & lapillos futiles,
Infigne frontis exuebat vinculum,
Turpi capillos impeditus pulvere.
Nullus bibendi, nemo vefcendi memor:
Jejunas menfas pubis omnis liquerat:
Quin & negato lacte vagientium
Fletu madefcunt parvulorum cunulæ:
Succum papillæ parca nutrix denegat.
Greges & ipfos claudit armentalium
Sollers virorum cura, ne vagum pecus
Contingat ore rorulenta gramina,
Potum ftrepentis neve fontis hauriat:
Vacuis querelæ perfonant præfepibus.
Mollitus his & talibus, brevem Deus
Iram refrenat, temperans oraculum
Profper finiftrum: prona nam clementia
Haud difficulter fupplicem mortalium
Solvit reatum, fitque fautrix flentium.
Sed cur vetuftæ gentis exemplum loquor?
Pridem caducis cum gravatus artubus
Jefus, dicato corde jejunaverit:
Prænuncupatus ore qui prophetico
Emmanuel eft, five Nobifcum Deus:
Qui corpus iftud molle naturaliter
Captumque laxo fub voluptatum jugo,
Virtutis arcta lege fecit liberum,
Emancipator fervientis plafmatis,
Regnantis ante victor & cupidinis.
Inhofpitali namque fecretus loco
Quinis diebus octies labentibus,
Nullam ciborum vendicavit gratiam,
Firmans falubri fcilicet jejunio
Vas appetendis imbecillum gaudiis.
Miratus hoftis poffe limum tabidum
Tantum laboris fuftinere ac perpeti,
Explorat arte fcifcitator callida,
Deus ne membris fit receptus terreis:

V. 78. *Pulcrum*] Pofitum nomen pro adverbio. Idem in feq. ✠. 80. *Sudum* pro *Sude*: quod ipfi fingulare non eft. Nam Virgilius (lib. VII. *Æn.* ✠. 399.)

— — — *Torvumque repente*
*Clamat*.

Atque alibi (lib. VI. ✠. 617.)

— — *Sedet, æternumque fedebit*
*Infelix Thefeus*.

Chamill.

V. 103. *Qui min.*] Sic Chamill. Aldus cum al. *quum*.

V. 124. *Receffus circumibat*] Ita veteres editi, Aldin. Tornæf. al. At Chamill. *mæandros circuibat*.

V. 139. *Flagellis*] Flagella, fummæ arborum partes, quod ventorum crebros fuftineant flatus, atque vento flagellentur. Ita Servius in illud Virgil. *Georg.* lib. II. (✠. 299.)

— — — — *neve flagella*
*Summa pete*.

Chamill.

V. 162. *Pubis*] Probe omnino *pubis* in Puteano & Torrentianis duobus. Syllaba enim brevis hac fede requiritur. Prifcianus lib. VI. monet, Cæfarem declinaffe *pubis puberis*, Pari modo dicitur *torques* & *torquis*, *feles* & *felis*, *vulpes* & *vulpis*. Atque apud Prudentium frequenter *Joannis* pro *Joannes*, ultima correpta. Id.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.

Sed increpata fraude, post tergum ruit.
Hoc nos sequamur quisque nunc pro viribus,
Quod consecrati tu magister dogmatis
Tuis dedisti, Christe, sectatoribus:
Ut cum vorandi vicerit libidinem,
Late triumphet imperator spiritus.
Hoc est quod atri livor hostis invidet,
Mundi polique quod gubernator probat;
Altaris aram quod facit placabilem;
Quod dormientis excitat cordis fidem;
Quod limat ægram pectorum rubiginem.
Perfusa non sic amne flamma exstinguitur,
Nec sic calente sole tabescunt nives:
A Ut turbidarum scabra culparum seges
Vanescit almo trita sub jejunio,
Si blanda semper misceatur largitas.
Est quippe & illud grande virtutis genus:
Operire nudos, indigentes pascere,
Opem benignam ferre supplicantibus:
Unam paremque sortis humanæ vicem
Inter potentes atque egenos ducere.
Satis beatus quisque dextram porrigit,
Laudis rapacem, prodigam pecuniæ,
Cujus sinistra dulce factum nesciat:
Illum perennes protinus complet opes,
Ditatque fructus fenerantem centuplex.


# HYMNUS VIII.

## POST JEJUNIUM.

Christe, servorum regimen tuorum,
Mollibus qui nos moderans habenis,
Leniter frenas, facilique septos
Lege coerces.
Ipse cum portans onus impeditum
Corporis, duros tuleris labores,
Major exemplis, famulos remisso
Dogmate palpas.
Nona summissum rotat hora solem,
Partibus vix dum tribus evolutis,
Quarta devexo superest in axe
Portio lucis.
Nos brevis voti dape vindicata
Solvimus festum, fruimurque mensis
Adfatim plenis, quibus imbuatur
Prona voluptas.
Tantus æterni favor est magistri:
Doctor indulgens ita nos amico
Lactat hortatu, levis obsequela ut
Mulceat artus.
Addit &, ne quis velit invenusto
Sordidus cultu lacerare frontem:
Sed decus vultus, capitisque pexum
Comat honorem.
Terge jejunans, ait, omne corpus,
Neve subducto faciem rubore
Luteus tinguat color, aut notetur
Pallor in ore.
Rectius læto tegimus pudore
Quidquid ad cultum Patris exhibemus:
Cernit occultum Deus, & latentem
Munere donat.
Ille ovem morbo residem, gregique
Perditam sano, male dissipantem
Vellus adfixis vepribus per hirtæ
Devia silvæ,
Impiger Pastor revocat, lupisque
Gestat exclusis, humeros gravatus:
Inde purgatam revehens aprico
Reddit ovili.
B Reddit & pratis viridique campo,
Vibrat impexis ubi nulla lappis
Spina, nec germen sudibus perarmat
Carduus horrens.
Sed frequens palmis nemus, & reflexa
Vernat herbarum coma: tum perennis
Gurgitem vivis vitreum fluentis
Laurus obumbrat.
Hisce pro donis tibi, fide Pastor,
Servitus quænam poterit rependi?
Nulla compensant pretium salutis
Vota precantum.
Quamlibet spreto sine more pastu
Sponte confectos teneamus artus,
C Teque contemtis epulis rogemus
Nocte dieque:
Vincitur semper minor obsequentum
Cura, nec munus Genitoris æquat:
Frangit & cratem luteam laboris
Grandior usus.
Ergo, ne limum fragilem solutæ
Deserant vires, & aquosus albis
Humor in venis dominetur, ægrum
Corpus enervans:
Laxus ac liber modus abstinendi
Ponitur cunctis; neque nos severus
Terror impellit: sua quemque cogit
Velle potestas.
D Sufficit, quidquid facias, vocato
Numinis nutu prius, inchoare,
Sive tu mensam renuas, cibumque
Sumere tentes.
Annuit dexter Deus, & secundo
Prosperat vultu: velut hoc salubre
Fidimus nobis fore, quod dicatas
Carpimus escas.
Sit bonum, supplex precor, & medelam
Conferat membris, animumque pascat
Sparsus in venas cibus obsecrantum
Christicolarum.

Vers. 33. *Gregique Perditam sano* ] Sic Chamillardus; ut sententia integra regatur a verbo *revocat* seq. ℣. 37. Al. *sanat*.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
405.



# H Y M N U S IX.

## OMNIS HORÆ.

DA, puer, plectrum, choreis
Ut canam fidelibus
Dulce carmen & melodum,
Gesta Christi insignia:
Hunc Camœna nostra solum
Pangat, hunc laudet lyra.
Christus est, quem rex sacerdos
Ad futurum protinus
Infulatus concinebat
Voce, chorda & tympano,
Spiritum cælo influentem
Per medullas hauriens.
Facta nos & jam probata
Pangimus miracula:
Testis orbis est, nec ipsa
Terra, quod vidit, negat,
Comminus Deum docendis
Proditum mortalibus.
Corde natus ex parentis
Ante mundi exordium,
Alpha & Ω cognominatur:
Ipse fons & clausula
Omnium, quæ sunt, fuerunt,
Quæque post futura sunt.
Ipse jussit, & creata;
Dixit ipse, & facta sunt:
Terra, cælum, fossa ponti,
Trina rerum machina,
Quæque in his vigent sub alto
Solis & lunæ globo.
Corporis formam caduci,
Membra morti obnoxia
Induit, ne gens periret
Primoplasti ex germine,
Merserat quem lex profundo
Noxialis tartaro.
O beatus ortus ille,
Virgo cum puerpera
Edidit nostram salutem,
Feta sancto Spiritu;
Et puer redemtor orbis
Os sacratum protulit.
Psallat altitudo cæli,
Psallite omnes Angeli:
Quidquid est virtutis usquam
Psallat in laudem Dei:
Nulla linguarum silescat;
Vox & omnis consonet.
Ecce, quem vates vetustis
Concinebant sæculis:
Quem prophetarum fideles
Paginæ spoponderant,
Emicat, promissus olim:
Cuncta conlaudent eum.
Cantharis infusa lympha
Fit Falernum nobile:
Nuntiat vinum minister
Esse promtum ex hydria:
A Ipse rex sapore tinctis
Obstupescit poculis.
Membra morbis ulcerosa,
Viscerum putredines
Mando ut abluantur, inquit.
Fit ratum, quod jusserat:
Turgidam cutem repurgant
Vulnerum piamina.
Tu perennibus tenebris
Jam sepulta lumina
Inlinis limo salubri,
Sacri & oris nectare:
Mox apertis, hac medela
Lux reducta est orbibus.
B Increpas ventum furentem,
Quod procellis tristibus
Vertat æquor fundo ab imo,
Vexet & vagam ratem:
Ille jussis obsecundat;
Mitis unda sternitur.
Extimum vestis sacratæ
Furtim mulier attigit:
Protinus salus secuta est:
Ora pallor deserit;
Sistitur rivus, cruore
Qui fluebat perpeti.
Exitu dulcis juventæ
Raptum ephebum viderat,
C Orba quem mater supremis
Funerabat fletibus:
Surge dixit. Ille surgit,
Matri & adstans redditur.
Sole jam quarto carentem,
Jam sepulcro absconditum
Lazarum jubet vigere,
Reddito spiramine:
Fœtidum jecur reductus
Rursus intrat halitus.
Ambulat per stagna ponti:
Summa calcat fluctuum.
Mobilis liquor profundi
Pendulam præstat viam:
D Nec fatiscit unda sanctis
Pressa sub vestigiis.
Suetus antro bustuali
Sub catenis frendere
Mentis inops, efferatis
Percitus furoribus
Prosilit, ruitque supplex,
Christum adesse ut senserat.
Pulsa pestis lubricorum
Milliformis dæmonum,
Corripit gregis suilli
Sordida spurcamina,
Seque nigris mergit undis,
Et pecus lymphaticum.
E Quinque panibus peresis,
Et gemellis piscibus,

Vers. 44. *Psallite omnes A.* ] Sic Chamill. cui concinit lectio Thomasiana in *Hymnar.* opp. tom. II. pag. 352. Aldus tamen cum al. *Psallant te omnes A.*
V. 59. *Rex* ] Nempe architriclinus. Eo sensu Martialis & Juvenalis dixere *mensæ regem*. Chamill.

V. 103. *Antro bustuali* ] Sic Chamill. Al. *bustiali*. Et mox, *mentis impos*. Respicit ad *Marc.* V. 2. seqq. *Antrum bustuale*, monumentum, sepulcrum.
V. 110. *Milliformis* ] Ita recte in Puteano, ut *multiformis*. Sic in *Apoth.* (✠, 195.) *caniformis*. Chamill.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



Ferte qualis ter quaternis
Ferculorum fragmina:
Affatim refecta jam sunt
Accubantum millia,
Tu cibus panisque noster,
Tu perennis suavitas:
Nescit esurire in ævum,
Qui tuam sumit dapem:
Nec lacunam ventris implet,
Sed fovet vitalia.
Clausus aurium meatus,
Et sonorum nescius,
Purgat ad præcepta Christi
Crassa quæque obstacula,
Vocibus capax fruendis,
Ac susurris pervius.
Omnis ægritudo cedit,
Languor omnis pellitur:
Lingua fatur, quam veterna
Vinxerant silentia;
Gestat & suum per urbem
Lætus æger lectulum.
Quin & ipsum, ne salutis
Inferi expertes forent,
Tartarum benignus intrat;
Fracta cedit janua:
Vectibus cadit revulsis
Cardo dissolubilis.
Illa promta ad inruentes,
Ad revertentes tenax,
Obice extrorsum repulso
Porta reddit mortuos:
Lege versa, limen atrum
Jam recalcandum patet.
Sed Deus dum luce fulva
Mortis antra inluminat,
Dum stupentibus tenebris
Candidum præstat diem,
Tristia squalentis æthræ
Palluerunt sidera.
Sol refugit, & lugubri
Sordidus ferrugine
Igneum reliquit axem,
Seque mærens abdidit:
Fertur horruisse mundus
Noctis æternæ chaos.
Solve vocem mens sonoram,
Solve linguam mobilem:
Dic tropæum passionis,
Dic triumphalem Crucem;
Pange vexillum, notatis
Quod refulget frontibus.
O novum, cædes stupenda,
Vulneris miraculum!
Hinc cruoris fluxit unda,
Lympha parte ex altera;

A Lympha nempe dat lavacrum,
Tum corona ex sanguine est.
Vidit anguis immolatam
Corporis sacri hostiam:
Vidit, & fellis perusti
Mox venenum perdidit:
Saucius dolore multo
Colla fractus sibilat.
Quid tibi, profane serpens,
Profuit rebus novis
Plasma primum perculisse
Versipelli astutia?
Diluit culpam recepto
Forma mortalis Deo.
B Ad brevem se mortis usum
Dux salutis dedidit,
Mortuos olim sepultos
Ut redire insuesceret,
Dissolutis pristinorum
Vinculis peccaminum.
Tunc patres sanctique multi
Conditorem prævium
Jam revertentem secuti,
Tertio demum die
Carnis indumenta sumunt,
Eque bustis prodeunt.
Cerneres coire membra
De favillis aridis;
C Frigidum venis resumtis
Pulverem tepescere;
Ossa, nervos ac medullas
Glutino cutis tegi.
Post, ut occasum resolvit,
Vitæ & hominem reddidit,
Arduum tribunal alti
Victor adscendit Patris,
Inclytam cælo reportans
Passionis gloriam.
Macte, Judex mortuorum!
Macte, rex viventium!
Dexter in Parentis arce
Qui cluis virtutibus,
D Omnium venturus inde
Justus ultor criminum.
Te senes, & te juventus,
Parvulorum te chorus,
Turba matrum virginumque,
Simplices puellulæ
Voce concordes pudicis
Perstrepant concentibus.
Fluminum lapsus & undæ,
Litorum crepidines,
Imber, æstus, nix, pruina,
Silva, & aura, nox, dies,
Omnibus te concelebrent
Sæculorum sæculis.

V. 117. *Ferte qualis ter quaternis* ] Mirum quantum inter se discrepant codices. Hi habent, *Fertque qualus ter quaternus*: isti, *Fertque qualis ter quaternis*: denique alii quos sequutus sum, *Ferte qualis ter quaternis*. Primam tamen lectionem non improbo, ac satis nitida mihi videtur. Secunda pessima est, nec potest admitti. *Matth.* XIV. meminit hujus miraculi. CHAMILL.

V. 119. *Refecta* ] Veteres editi, *referta*.

E V. 169. *O novum* cet.] Puteanus, Oxonius, Nomsius & Rottendorphius habent, *O novum cæde stupenda*: quod obscurum sane est. In margine editionis Giselinæ, *Cædis stupendæ*, male omnino. Thuaneus & Torrentiani duo: *Cæde in stupenda*. Sed Ambrosianæ schedæ, *Cædes stupenda*: ita ut *Cædes stupenda* & *Vulneris miraculum* dicantur per epexegesin. CHAMILL.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.



# HYMNUS X.

## IN EXSEQUIIS DEFUNCTORUM.

DEus, ignee fons animarum,
Duo qui socians elementa,
Vivum simul ac moribundum
Hominem, Pater, effigiasti.
Tua sunt, tua, Rector, utraque:
Tibi copula jungitur horum:
Tibi, dum vegetata cohærent,
Spiritus simul & caro servit.
Rescissa sed ista seorsum,
Solvunt hominem perimuntque:
Humus excipit arida corpus;
Animæ rapit aura liquorem.
Quia cuncta creata necesse est
Labefacta senescere tandem,
Compactaque dissociari,
Et dissona texta retexi.
Hanc tu, Deus optime, mortem
Famulis abolere paratus,
Iter inviolabile monstras,
Quo perdita membra resurgant.
Ut dum generosa caducis,
Ceu carcere clausa ligantur;
Pars illa potentior exstet,
Quæ germen ab æthere traxit.
Si terrea forte voluntas
Luteum sapit, & grave captat:
Animus quoque pondere victus,
Sequitur sua membra deorsum.
At si generis memor ignei
Contagia nigra recuset,
Vehit hospita viscera secum,
Pariterque reportat ad astra.
Nam quod requiescere corpus
Vacuum sine mente videmus;
Spatium breve restat, ut alti
Repetat collegia sensus.
Venient cito sæcula, cum jam
Socius calor ossa revisat,
Animataque sanguine vivo
Habitacula pristina gestet.
Quæ pigra cadavera pridem
Tumulis putrefacta jacebant,
Volucres rapientur in auras,
Animas comitata priores.
Hinc maxima cura sepulcris
Impenditur: hinc resolutos
Honor ultimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat.
Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos est:
Aspersaque myrrha Sabæo
Corpus medicamine servat.
Quidnam sibi saxa cavata?
Quid pulcra volunt monumenta?
A Nisi quod res creditur illis
Non mortua, sed data somno.
Hoc provida Christicolarum
Pietas studet, utpote credens
Fore protinus omnia viva,
Quæ nunc gelidus sopor urget.
Qui jacta cadavera passim
Miserans tegit aggere terræ,
Opus exhibet ille benignum
Christo pius omnipotenti.
Quin lex eadem monet omnes
Gemitum dare sorte sub una,
Cognataque funera nobis
Aliena in morte dolere.
B Sancti sator ille Tobiæ,
Sacer ac venerabilis heros,
Dapibus jam rite paratis
Jus prætulit exsequiarum.
Jam stantibus ille ministris,
Cyathos & fercula liquit,
Studioque accinctus humandi,
Fletu dedit ossa sepulcro.
Veniunt mox præmia cælo,
Pretiumque rependitur ingens:
Nam lumina nescia solis
Deus inlita felle serenat.
Jam tunc docuit Pater orbis
Quam sit rationis egena
C Mordax & amara medela,
Cum lux animum nova vexat.
Docuit quoque, non prius ullum
Cælestia cernere regna,
Quam nocte & vulnere tristi
Toleraverit aspera mundi.
Mors ipsa beatior inde est,
Quod per cruciamina leti
Via panditur ardua Justis,
Et ad astra doloribus itur.
Sic corpora mortificata
Redeunt melioribus annis,
Nec post obitum recalescens
Compago fatiscere novit.
D Hæc, quæ modo pallida tabo
Color albidus inficit, ora
Tunc flore venustior omni,
Sanguis cute tinget amœna.
Jam nulla deinde senectus
Frontis decus invida carpet;
Macies neque sicca lacertos
Succo tenuabit adeso.
Morbus quoque pestifer, artus
Qui nunc populatur anhelos,
Sua tunc tormenta resudans
Luet inter vincula mille.

Vers. 8. *Servit* ] Sic Chamill. neque aliter Thomasius in *Hymnar.* l. c. pag. 426. At Aldus cum al. *vivit*: quod fortasse magis congruit præcedenti voci *vegetata*. Post hunc versum in edit. Tornæs. & al. sequuntur hi quatuor:

*Rescissa sed ista seorsum,*
*Proprios revocantur in ortus:*
*Petit alter æthera fervens,*
*Humus excipit arida corpus.*

Quorum sententia paullo aliter repetitur statim in seqq. Eos vero non agnoscunt Aldus, Thomasius & Chamill.

V. 29. *Ignei* ] Male Aldus & al. *ignis*.

V. 55. *Nisi quod res*] Aldus cum al. ita legunt: *Res quod nisi.*

V. 65. *Quin* ] Ita Chamill. cum Thomasio. Veteres editi, *Quia*: minus recte.

V. 86. *Cernere regna* ] In Torrentianis duobus, *Cælestia* SCANDERE REGNA. Quale illud Ennianum ✠. 372. ex epigram.

E *Si fas cædendo cælestia scandere cuiquam est,*
*Mi soli cæli maxima porta patet.*


CHAMILL.

V. 108. *Luet* ] Ut ea & quæ sequuntur intelligamus, revocandum in memoriam quod poetæ finxerunt, morbos, senectutem aliaque ejuscemodi mala, quædam esse numina. Ita Virgilius lib. VI. *Æn.* (✠. 273.)

*Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci*
— — — — — —
*Pallentesque habitant Morbi, tristisque Senectus.*

IDEM.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
405.



Hunc eminus aere ab alto
Victrix caro jamque perennis
Cernet sine fine gementem,
Quos moverat ipse, dolores.
Quid turba superstes, inepta
Clangens ululamina miscet?
Cur tam bene condita jura,
Luctu dolor arguit amens?
Jam mæsta quiesce querela:
Lacrymas suspendite, matres:
Nullus sua pignora plangat:
Mors hæc, reparatio vitæ est.
Sic semina sicca virescunt,
Jam mortua, jamque sepulta:
Quæ reddita cæspite ab imo
Veteres meditantur aristas.
Nunc suscipe terra fovendum,
Gremioque hunc concipe molli:
Hominis tibi membra sequestro,
Generosa & fragmina credo.
Animæ fuit hæc domus olim
Factoris ab ore creatæ:
Fervens habitavit in istis
Sapientia, principe Christo.
Tu depositum tege corpus.
Non immemor ille requiret
Sua munera fictor & auctor,
Propriique ænigmata vultus.
Veniant modo tempora justa,
Cum spem Deus impleat omnem,
Reddas patefacta necesse est,
Qualem tibi trado figuram.

A Non, si cariosa vetustas
Dissolverit ossa favillis,
Fueritque cinisculus arens,
Minimi mensura pugilli.
Nec, si vaga flamina & auræ
Vacuum per inane volantes,
Tulerint cum pulvere nervos,
Hominem periisse licebit.
Sed dum resolubile corpus
Revocas, Deus, atque reformas,
Quanam regione jubebis
Animam requiescere puram?
Gremio senis abdita sancti
Recubabit, ut est Eleazar;
B Quem floribus undique septum
Dives procul aspicit ardens.
Sequimur tua dicta, Redemtor,
Quibus atra e morte triumphans,
Tua per vestigia mandas
Socium crucis ire latronem.
Patet ecce fidelibus ampli
Via lucida jam paradisi:
Licet & nemus illud adire,
Homini quod ademerat anguis.
Illic precor, optime ductor,
Famulam tibi præcipe mentem
Genitali in sede sacrari,
Quam liquerat exsul & errans.
C Nos tecta fovebimus ossa
Violis & fronde frequenti:
Titulumque & frigida saxa
Liquido spargemus odore.

V. 134. *Ille req.* ] Sic Aldus cum al. Chamillardus vero, *illa req.*

V. 136. *Ænigmata vultus* ] Antonius Nebrissensis apud Chamillardum mallet *schemata*. Sed nihil mutandum. *Ænigma* namque usurpat alibi Prudentius pro typo & figura. Vide sis adnotata ad Hymn. II. περὶ στεφ. ℣. 118.

V. 154. *Ut est Eleazar* ] Sic Aldus, Tornæs. al. Sed Chamill. *ut illa Lazari*; qui tamen hæc habet in nota: „ Seu potius *Eleazar*, quod interpretantur Dei adjutorium, sive Dei atrium. „

V. 165. *Illic pr.* ] Sic Chamill. neque aliter Thomasius l. c. pag. 426. Sed Aldus cum al. *Illud pr.*

V. 169. *Nos tecta* cet. ] Eo loci Prudentius secutus est Virgilium, qui *Eclog.* V. (℣. 40.) lugens Daphnin pastorem mortuum, his versibus declarat, quænam ipsi parandæ sint exsequiæ:

*Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras,*
*Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.*
*Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen.*

D Chamill.

# H Y M N U S XI.

## OCTAVO CALENDAS JANUARIAS.

Quid est, quod arctum circulum
Sol jam recurrens deserit?
Christus ne terris nascitur,
Qui lucis auget tramitem?
Heu, quam fugacem gratiam
Festina volvebat dies!
Quam pæne subductam facem
Sensim recisa exstinxerat!
Cælum nitescat lætius,
Gratetur & gaudens humus:
Scandit gradatim denuo
Jubar priores lineas.
Emerge, dulcis pusio,
Quem matris edit castitas,
Parens & expers conjugis,
Mediator, & duplex genus.
Ex ore quamlibet Patris
Sis ortus, & Verbo editus;
Tamen paterno in pectore
Sophia callebas prius.
Quæ prompta cælum condidit,
Cælum, diemque & cetera.
Virtute Verbi effecta sunt
Hæc cuncta: nam Verbum Deus.
Sed ordinatis sæculis,
Rerumque digesto statu,
Fundator ipse & artifex
E Permansit in Patris sinu.
Donec rotata annalium
Transvolverentur millia,
Atque ipse peccantem diu
Dignatus orbem viseret.
Nam cæca vis mortalium
Venerans inanes nænias,
Vel æra, vel saxa algida,
Vel ligna credebat Deum.
Hæc dum sequuntur, perfidi
Prædonis in jus venerant,

Vers. 18. *Verbo editus* ] Recole quæ sunt animadversa superius ad *Cathem.* Hymn. III. ℣. 2. ad v. *Verbigena.*

V. 20. *sophia* ] Secutus accentum græcum, produxit syllabam mediam. Chamill.

V. 29. *Annalium* ] Pro *annorum*. Annales enim sunt annorum monumenta. Id.

V. 33. *Vis* ] Copia & multitudo. Ut apud Ciceronem de Arusp. *Vis innumerabilis servorum*. Et apud Virgilium lib. IV. *Æn.* ℣. 132.

*Massylique ruunt equites, & odora canum vis.*

Idem.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.

Et mancipatam fumido
Vitam barathro immerserant.
Stragem sed istam non tulit
Christus cadentum gentium
Impune, ne forsan sui
Patris periret fabrica.
Mortale corpus induit,
Ut excitato corpore
Mortis catenam frangeret,
Hominemque portaret Patri.
Hic ille natalis dies,
Quo te creator arduus
Spiravit, & limo indidit,
Sermone carnem glutinans.
Sentis ne, Virgo nobilis,
Matura per fastidia
Pudoris intactum decus
Honore partus crescere?
O quanta rerum gaudia
Alvus pudica continet,
Ex qua novellum sæculum
Procedit, & lux aurea.
Vagitus ille exordium
Vernantis orbis prodidit:
Nam tunc renatus sordidum
Mundus veternum depulit.
Sparsisse tellurem reor
Rus omne densis floribus,
Ipsasque arenas Syrtium
Fragrasse nardo & nectare.
Te cuncta nascentem, puer,
Sensere dura & barbara:
Victusque saxorum rigor
Obduxit herbam cotibus.
Jam mella de scopulis fluunt:
Jam stillat ilex, arido
Sudans amomum stipite:
Jam sunt myricis balsama.
O sancta præsepis tui,
A Æterne Rex, cunabula,
Populisque per sæclum sacra,
Mutis & ipsis credita!
Adorat hæc brutum pecus;
Indocta turba scilicet:
Adorat excors natio,
Vis cujus in pastu sita est.
Sed cum fideli spiritu
Concurrat ad præsepia
Pagana gens, & quadrupes;
Sapiatque, quod brutum fuit.
Negat patrum prosapia,
Perosa præsentem Deum.
Credas venenis ebriam
Furisve lymphatam rapi.
B Quid prona per scelus ruis?
Agnosce, si quidquam tibi
Mentis resedit integræ,
Ducem tuorum principum.
Hunc quem latebra & obstetrix,
Et virgo feta, & cunulæ,
Et imbecilla infantia,
Regem dederunt gentibus,
Peccator, intueberis
Celsum coruscis nubibus,
Dejectus ipse, & inritis
Plangens reatum fletibus:
Cum vasta signum buccina
C Terris cremandis miserit,
Et scissus axis cardinem
Mundi ruentis solverit.
Insignis ipse, & præminens
Meritis rependet congrua:
His lucis usum perpetis;
Illis gehennam & tartarum.
Judæa, tunc fulmen crucis
Experta, qui sit, senties,
Quem, te furoris præsule,
Mors hausit, & mox reddidit.

V. 56. *Honore partus*] Nam apud Hebræos maxime conjugatis probro dabatur sterilitas. CHAMILL.
V. 69. *Te cuncta* cet.] Eodem modo Virgilius *Ecl.* IV. ✝. 18.

*At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu,*
*Errantes hederas passim cum baccare tellus,*
*Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.*

IDEM.
V. 75. *Amomum stipite*] Aldus cum aliis, *am. in stipite*.
D V. 80. *Mutis & ipsis credita!*] Ex eo quod legitur *Isa.* I. 3. *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui*. CHAMILL.

# HYMNUS XII.

## EPIPHANIÆ.

QUicumque Christum quæritis,
Oculos in altum tollite:
Illic licebit visere
Signum perennis gloriæ.
Hæc stella, quæ solis rotam
Vincit decore ac lumine,
Venisse terris nuntiat
Cum carne terrestri Deum.
Non illa servit noctibus,
Sequuta lunam menstruam:
Sed sola cælum possidens,
Cursum dierum temperat.
Arctoa quamvis sidera
In se retortis motibus
Obire nolint; attamen
Plerumque sub nimbis latent.
Hoc sidus æternum manet:
Hæc stella numquam mergitur:
Nec nubis occursu abdita
Obumbrat obductam facem.
Tristis cometa intercidat,
Et si quod astrum Sirio
Fervet vapore, jam Dei
Sub luce destructum cadat.
En Persici ex orbis sinu,
E Sol unde sumit januam,
Cernunt periti interpretes
Regale vexillum Magi.
Quod ut refulsit, ceteri
Cessere signorum globi:
Nec pulcher est ausus suam
Conferre formam lucifer.
Quis iste tantus, inquiunt,
Regnator, astris imperans,
Quem sic tremunt cælestia,
Cui lux & æthra inserviunt?
Illustre quiddam cernimus,
Quod nesciat finem pati:
Sublime, celsum, interminum,
Antiquius cælo & chao.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 405.

Hic ille Rex eſt gentium,
Populique Rex Judaici,
Promiſſus Abrahæ patri,
Ejuſque in ævum ſemini.
Æquanda nam ſtellis ſua
Cognovit olim germina
Primus ſator credentium,
Nati immolator unici.
Jam flos ſubit Davidicus
Radice Jeſſæa editus;
Sceptrique per virgam virens,
Rerum cacumen occupat.
Exin ſequuntur perciti,
Fixis in altum vultibus,
Qua ſtella ſulcum traxerat,
Claramque ſignabat viam.
Sed verticem pueri ſupra
Signum pependit imminens,
Pronaque ſubmiſſum face
Caput ſacratum prodidit.
Videre quod poſtquam Magi,
Eoa promunt munera,
Stratique votis offerunt
Tus, myrrham & aurum regium.
Agnoſce clara inſignia
Virtutis ac regni tui
Puer o: cui trinam Pater
Prædeſtinavit indolem.
Regem Deumque adnuntiant
Theſaurus & fragrans odor
Turis Sabæi: ac myrrheus
Pulvis ſepulcrum prædocet.
Hoc eſt ſepulcrum, quo Deus,
Dum corpus exſtingui ſinit,
Atque id ſepultum ſuſcitat,
Mortis refregit carcerem.
O ſola magnorum urbium
Major Bethlem; cui contigit
Ducem ſalutis cælitus
Incorporatum gignere!
Altrice te, ſummo Patri
Heres creatur unicus,
Homo ex Tonantis Spiritu,
Idemque ſub membris Deus.
Hunc & prophetis teſtibus,
Iiſdemque ſignatoribus,
Teſtator & ſator jubet
Adire regnum & cernere.
Regnum quod ambit omnia,
Dia, & marina, & terrea;
A ſolis ortu ad exitum,
Et tartara & cælum ſupra.
Audit tyrannus anxius
Adeſſe regum Principem,
Qui nomen Iſrael regat,
Teneatque David regiam.
Exclamat amens nuntio:
Succeſſor inſtat, pellimur:
Satelles i, ferrum rape:
Perfunde cunas ſanguine.
Mas omnis infans occidat:
Scrutare nutricum ſinus,
A Interque materna ubera
Enſem cruentet pugio.
Suſpecta per Bethlem mihi
Puerperarum eſt omnium
Fraus, ne qua furtim ſubtrahat
Prolem virilis indolis.
Transfigit ergo carnifex
Mucrone diſtricto furens
Effuſa nuper corpora,
Animaſque rimatur novas.
Locum minutis artubus
Vix interemtor invenit,
Quo plaga deſcendat patens:
Juguloque major pugio eſt.
B O barbarum ſpectaculum!
Inliſa cervix cautibus
Spargit cerebrum lacteum,
Oculoſque per vulnus vomit.
Aut in profundum palpitans,
Merſatur infans gurgitem:
Cui ſubter arctis faucibus,
Singultat unda & halitus.
Salvete flores martyrum,
Quos lucis ipſo in limine
Chriſti inſecutor ſuſtulit,
Ceu turbo naſcentes roſas.
Vos prima Chriſti victima,
Grex immolatorum tener,
Aram ante ipſam ſimplices
C Palma & coronis luditis.
Quo proficit tantum nefas?
Quid crimen Herodem juvat?
Unus tot inter funera
Impune Chriſtus tollitur.
Inter coævi ſanguinis
Fluenta ſolus integer
Ferrum, quod orbabat nurus,
Partus fefellit Virginis.
Sic ſtulta Pharaonis mali
Edicta quondam fugerat,
Chriſti figuram præferens
Moſes, receptor civium.
Cautum & ſtatutum jus erat,
D Quo non liceret matribus,
Cum pondus alvi abſolverent,
Puerile pignus tollere.
Mens obſtetricis ſedulæ
Pie in tyrannum contumax,
Ad ſpem potentis gloriæ
Furata ſervat parvulum:
Quem mox ſacerdotem ſibi
Aſſumſit orbis conditor,
Per quem notatam ſaxeis
Legem tabellis traderet.
Licet ne Chriſtum noſcere
Tanti per exemplum viri?
Dux ille cæſo Ægyptio
E Abſolvit Iſrael jugo.
At nos ſubactos jugiter
Erroris imperio gravi,
Dux noſter, hoſte ſaucio,
Mortis tenebris liberat.

Verſ. 73. *Hoc eſt ſep.*] Sic Aldus aliique veteres. Sed Chamill. *Hoc hoc ſep.*

V. 90. *Dia*] Eraſmus improbat hanc lectionem, ac legit *Diva*. Tamen illo adjectivo uſi ſunt, & Virgilius lib. XI. *Æn.* (✝. 657.)

— *Quas ipſa decus ſibi dia Camilla*
*Delegit;*

& Perſius *Sat.* I. (✝. 30.)

— — *Ecce inter pocula quærunt*
*Romulidæ ſaturi, quid dia poemata narrent.*


CHAMILL.

V. 131. *Aram ante ipſam*] Variæ eo loco reperiuntur lectiones: nam Torrentius habet, *Aram ſub ipſam:* Eraſmus, *Aram ante cujus:* alii *Aram ante ipſam*. Quam lectionem improbat Eraſmus, Heinſius vero approbat; quod Poeta multis in locis non utatur ſynalœpha. ID.

V. 133. *Quo proficit*] Sic Chamillardus. Sic item Thomaſius l. c. pag. 356. Sed Aldus & al. *Quid proficit.*

V. 148. *Puerile pignus tollere*] *Tollere* pro educare dictum eſt, ſive ſuſtollere: nam veteres, partus quos educandos ſuſcipiebant, ſuſtollere dicebantur: alioqui tollitur, quod occiditur. *Puerile* etiam a puero dixit: ſiquidem maſculum intelligit. CHAMILL.

Secul. V. circa Ann. Chr. 405.



Hic expiatam fluctibus
Plebem marino in transitu
Repurgat undis dulcibus,
Lucis columnam præferens.
Hic prœliante exercitu,
Pansis in altum brachiis,
Sublimis Amalech premit:
Crucis quod instar tunc fuit.
Hic nempe Jesus verior,
Qui longa post dispendia,
Victor suis tribulibus
Promissa solvit jugera.
Qui ter quaternas denique
Refluentis amnis alveo
Fundavit & fixit petras,
Apostolorum stemmata.
Jure ergo se Judæ ducem
Vidisse testantur Magi,
Cum facta priscorum ducum
Christi figuram pinxerint.
Hic Rex priorum Judicum,
Rexere qui Jacob genus,
A Dominæque Rex Ecclesiæ,
Templi & novelli & pristini.
Hunc posteri Ephraim colunt,
Hunc sancta Manassæ domus,
Omnesque suscipiunt Tribus,
Bissena fratrum semina.
Quin & propago degener
Ritum secuta inconditum,
Quæcumque dirum fervidis
Baal caminis coxerat.
Fumosa avorum numina
Saxum, metallum, stipitem,
Rasum, dolatum, sectile,
In Christi honorem deserit.
B Gaudete quidquid gentium est,
Judæa, Roma & Græcia,
Ægypte, Thrax, Persa, Scytha:
Rex unus omnes possidet.
Laudate vestrum Principem
Omnes beati ac perditi,
Vivi, imbecilli ac mortui:
Jam nemo posthac mortuus.

# AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V.C.

## ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ:

### ID EST,

## MANUALE VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

## TESTAMENTUM *vetus*.

### I. Adam, et Eva.

Eva columba fuit tum candida, nigra deinde
Facta per anguinum malesuada fraude venenum:
Tinxit & innocuum maculis sordentibus Adam.
Dat nudis ficulna draco mox tegmina victor.

### II. Abel, et Cain.

Fratrum sacra Deus nutu distante duorum
Æstimat, accipiens viva, & terrena refutans.
Rusticus invidia pastorem sternit. In Abel
Forma animæ exprimitur: caro nostra in munere Cain.

### III. Arca Noe.

Nuntia diluvii jam decrescentis ad arcam
Ore columba refert ramum viridantis olivæ:
Corvus enim ingluvie per fœda cadavera captus
Hæserat: illa datæ revehit nova gaudia pacis.

### IV. Ad Ilicem Mambre.

Hospitium hoc Domini est, ilex ubi frondea Mambræ
C Armentale senis protexit culmen in ista:
Risit Sarra casa, sobolis sibi gaudia sera
Ferri, & decrepitum sic credere posse maritum.

### V. Monumentum Sarræ.

Abraham mercatur agrum, quo conderet ossa
Conjugis: in terris quoniam peregrina moratur
Justitia atque fides. Hoc illud millibus emtum
Spelæum; sanctæ requies ubi parta favillæ est.

### VI. Somnium Pharaonis.

Bis septem spicæ, vaccæ totidem Pharaoni
D Per somnum visæ portendunt dispare forma,
Uberis atque famis, duo per septennia tempus
Instare: hoc solvit patriarcha, interprete Christo.

### VII. Joseph a Fratribus Agnitus.

Venditus insidiis fratrum puer: ipse vicissim
Cratera in fratribus sacco clam præcipit abdi:
Utque reos furti Joseph tenet: auctio fallax
Proditur: agnoscunt fratrem, veniaque pudescunt.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
405.



VIII. IGNIS IN RUBO.

Sentibus involitans Deus igneus ore corusco
Compellat juvenem, pecoris tunc forte magistrum.
Ille capit jussus virgam: fit vipera virga.
Solvit vincla pedum: properat Pharaonis ad arcem.

IX. ITER PER MARE.

Tutus agit vir justus iter, vel per mare magnum.
Ecce Dei famulis scissim freta rubra dehiscunt,
Quum peccatores rabidos eadem freta mergant.
Obruitur Pharao: patuit via libera Mosi.

X. MOYSES ACCIPIT LEGEM.

Fumat montis apex divinis ignibus; in quo
Scripta decem verbis saxorum pagina Mosi
Traditur. Ille suos suscepta Lege revisit:
Forma sed his vituli solus Deus, & Deus aurum.

XI. MANNA ET COTURNICES.

Panibus angelicis albent tentoria patrum.
Certa fides facti: tenet urceus aureus exin
Servatum Manna. Ingratis venit altera nubes,
Atque avidos carnis saturat congesta coturnix.

XII. SERPENS ÆNEUS IN EREMO.

Fervebat via sicca eremi serpentibus atris;
Jamque venenati per livida vulnera morsus
Carpebant populum: sed prudens ære politum
Dux cruce suspendit, qui virus temperet, anguem.

XIII. LACUS MYRRHÆ IN EREMO.

Aspera gustatu populo sitiente lacuna
Tristificos latices stagnanti felle tenebat.
Moses sanctus ait: Lignum date: gurgitem in istum
Conjicite: in dulcem vertentur amara saporem.

XIV. DE XII. FONTIBUS, ET LXX. PALMIS.

Devenere viri, Mose duce, sex ubi fontes,
Et sex forte alii vitreo de rore rigabant
Septenas decies palmas: qui mysticus Helim
Lucus Apostolicum numerum libris quoque pinxit.

XV. DUODECIM LAPIDES IN EREMO.

In fontem refluo Jordanis gurgite fertur,
Dum calcanda Dei populis vada sicca relinquit.
Testes bis seni lapides, quos flumine in ipso
Constituere patres, in formam Discipulorum. E

XVI. DOMUS RAAB MERETRICIS.

Procubuit Hiericho: sola stant atria Raab.
Hospita sanctorum meretrix (tanta est fidei vis)
Incolumi secura domo spectabile coccum

A Ignibus adversis in signum sanguinis offert.

XVII. SAMSON LEONEM NECAT.

Invictum virtute comæ leo frangere Samson
Aggreditur. Necat ille feram: sed ab ore leonis
Mella fluunt: maxilla asinæ fontem vomit ultro.
Stultitia exundat lymphis, dulcedine virtus.

XVIII. SAMSON VULPES CAPIT.

Ter centum vulpes Samson capit, ignibus armat,
Pone faces caudis circumligat, in fata mittit
B Allophylum; segetesque cremat. Sic callida vulpis
Nunc hæresis flammas vitiorum spargit in agros.

XIX. DAVID GOLIAM STERNIT.

David parvus erat, fratrum ultimus, & modo Jesse
Cura gregis, citharam formans ad ovile paternum:
Inde ad delicias regis. Mox horrida bella
Conserit, & funda sternit stridente Goliam.

XX. REGNUM DAVID.

Regia mitifici fulgent insignia David:
C Sceptrum, oleum, cornu, diadema, & purpura, & ara.
Omnia conveniunt Christo: chlamys atque corona,
Virga potestatis, cornu crucis, altar olivum.

XXI. ÆDIFICATIO TEMPLI.

Ædificat templum Sapientia per Salomonis
Obsequium: regina Austri grave congerit aurum.
Tempus adest quo templum hominis sub pectore Christus
Ædificet, quod Graja colant, quod barbara ditent.

XXII. FILII PROPHETARUM.

D Forte prophetarum nati dum ligna recidunt
Fluminis in ripa, cecidit discussa bipennis.
Gurgite submersum est ferrum: sed mox leve lignum
Injectum stagnis, ferrum revocabile fecit.

XXIII. CAPTIVITAS ISRAEL.

Gens Hebræorum peccamine capta frequenti,
Fleverat exsilium diræ Babylonis ad amnes:
Tum patrios cantare modos præcepta recusat,
Organaque in ramis salicis suspendit amaræ.


XXIV. DE REGE EZECHIA.

Hic bonus Ezechias meruit ter quinque per annos
Præscriptum proferre diem, legemque obeundi
Tendere: tot gradibus, quot vespera texerat umbram,
Lumine perfusis, docuit sol versus in ortum.

Vers. 44. *Congesta* ] Tornæs. & al. *conjecta*.

V. 84. *Graja* ] Al. mendose, *gaza*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.



# TESTAMENTUM *novum*.

### XXV. Annuntiatio Dominica. A

Adventante Deo descendit nuntius alto
Gabriel Patris ex solio, sedemque repente
Intrat virgineam. Sanctus te Spiritus, inquit,
Implebit Maria: Christum paries, sacra virgo.

### XXVI. Civitas Bethleem.

Sancta Bethlem caput est orbis, quæ protulit Jesum,
Orbis principium, caput ipsum principiorum.
Urbs hominem Christum genuit; qui Christus agebat
Ante Deus, quam sol fieret, quam lucifer esset. B

### XXVII. Magorum Munera.

Heic pretiosa Magi, sub virginis ubere Christo
Dona ferunt puero, myrrhæque & turis & auri.
Miratur genitrix tot casti ventris honores,
Seque Deum genuisse Hominem, Regem quoque summum.

### XXVIII. Pastores ab Angelis admoniti.

Pervigiles pastorum oculos vis luminis implet
Angelici, natum celebrans de virgine Christum.
Inveniunt tectum pannis: præsepe jacenti C
Cuna erat: exsultant alacres, & Numen adorant.

### XXIX. Occiduntur Innocentes.

Impius innumeris infantum cædibus hostis
Persurit Herodes, dum Christum quærit in illis.
Fumant lacteolo parvorum sanguine cunæ,
Vulneribusque madent calidis pia pectora matrum.

### XXX. Christus Baptizatur.

Perfundit fluvio, pastus Baptista locustis
Silvarumque favis, & amictus veste cameli.
Tinxerat & Christum: sed Spiritus æthere missus D
Testatur tinctum, qui tinctis crimina donet.

### XXXI. Pinna Templi.

Excidio templi veteris stat pinna superstes:
Structus enim lapide ex illo manet angulus, usque
In sæclum sæcli, quem spernunt ædificantes:
Nunc caput est templi, & lapidum compago novorum.

### XXXII. Vinum ex Aqua factum.

Fœdera conjugii celebrabant auspice cœtu
Forte Galilæi: jam deerant vina ministris. E
Christus vasa jubet properanter aquaria lymphis
Impleri: inde meri veteris defunditur unda.

### XXXIII. Piscina Siloa.

Morborum medicina latex, quem Spiritus horis
Eructat variis, fusum ratione latenti:
Siloam vocitant: sputis ubi conlita cæci
Lumina Salvator jussit de fonte lavari.

### XXXIV. Passio Joannis Baptistæ.

Præmia saltatrix poscit funebria virgo
Joannis caput, abscissum quod lance reportet
Incestæ ad gremium matris: fert regia donum
Psaltria, respersis manibus de sanguine justo.

### XXXV. Per Mare ambulat Christus.

It mare per medium Dominus, fluctusque liquentes
Calce terens, jubet instabili descendere cumba
Discipulum: sed mortalis trepidatio plantas
Mergit: at ille manum regit, & vestigia firmat.

### XXXVI. Dæmon missus in Porcos.

Vincla sepulcrali sub carcere ferrea dæmon
Fregerat: erumpit, pedibusque advolvitur Jesu.
Ast hominem Dominus sibi vindicat, & jubet hostem
Porcorum raptare greges, ac per freta mergi.

### XXXVII. Quinque Panes, et duo Pisces.

Quinque Deus panes fregit, pisceſque gemellos:
His hominum large saturavit millia quinque.
Implentur nimio micarum fragmine corbes
Bis seni: æternæ tanta est opulentia mensæ.

### XXXVIII. Lazarus Suscitatur.

Conscius insignis facti locus in Bethania
Vidit ab inferna te, Lazare, sede reversum.
Apparet scissum fractis foribus monumentum,
Unde putrescentis redierunt membra sepulti.

### XXXIX. Ager Sanguinis.

Campus Acheldemah sceleris mercede nefandi
Venditus, exsequias recipit tumulosus humandas.
Sanguinis hoc pretium est Christi: Juda eminus arctat
Infelix collum laqueus, pro crimine tanto.

### XL. Domus Caiphæ.

Impia blasphemi cecidit domus ecce Caiphæ,
In qua pulsata est alapis facies sacra Christi.
Hic peccatores manet exitus: obruta quorum
Vita ruinosis tumulis sine fine jacebit.

### XLI. Columna ad quam Flagellatus est Christus.


Vinctus in his Dominus stetit ædibus, atque columnæ
Adnexus tergum dedit, ut servile, flagellis,
Perstat adhuc, templumque gerit veneranda columna;
Nosque docet cunctis immunes vivere flagris.

### XLII. Passio Salvatoris.

Trajectus per utrumque latus laticem atque cruorem

V. 108. *Regem quoque summum* ] Al. *Regemque supremum*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 405.



Christus agit: sanguis, victoria: lympha, lavacrum. A
Tunc duo discordant crucibus hinc inde latrones
Contiguis: negat ille Deum; fert iste coronam.

XLIII. Sepulcrum Christi.

Christum non tenuit saxum, non claustra sepulcri.
Mors illi devicta jacet: calcavit abyssum.
Sanctorum populus superas simul ivit ad oras,
Seque dedit multis tactuque oculisque probandum.

XLIV. Mons Oliveti. B

Montis oliviferi Christus de vertice sursum
Ad Patrem rediit, signans vestigia pacis
Frondibus æternis: præpinguis liquitur humor,
Qui probat infusum terris de chrismate donum.

XLV. Passio Stephani.

Primus init Stephanus mercedem sanguinis, imbri
Afflictus lapidum: Christum tamen ille cruentus
Inter saxa rogat, ne sit lapidatio fraudi
Hostibus. O primæ pietas miranda Coronæ!

XLVI. Porta Speciosa.

Porta manet templi, Speciosam quam vocitarunt,
Egregium Salomonis opus: sed majus in illa
Christi opus emicuit: nam claudus, surgere jussus
Ore Petri, stupuit laxatos currere gressus.

XLVII. Visio Petri.

Somniat illapsum Petrus alto ex æthere discum
Confertum omnigenis animalibus. Ille recusat
Mandere: sed Dominus jubet omnia munda putare.
Surgit, & immundas vocat ad mysteria gentes.

XLVIII. Vas Electionis.

Hic lupus ante rapax vestitur vellere molli:
Saulus qui fuerat, fit ademto lumine Paullus.
Mox recipit visum: fit Apostolus, ac populorum
Doctor, & ore potens corvos mutare columbis.

XLIX. Apocalypsis Joannis.

Bis duodena senum sedes, citharis paterisque,
Torque coronarum fulgens insignibus, Agnum C
Cæde cruentatum laudat; qui evolvere Librum,
Et septem potuit signacula pandere solus.

V. 169. *Christum* cet.] Hos quatuor versus omittunt Tornæs. & al. Eos ex Chamillardo descripsimus.

V. 184. *Laxatos* ] Chamill. *damnatos*: quam lectionem exhibet quoque in margine Tornæs. exemplar.

V. 193. *Citharis paterisque* ] Chamill. *pateris citharisque*.

# INDEX OPERUM AURELII PRUDENTII CLEMENTIS V. C.

# S. INNOCENTII I. PAPÆ
## EPISTOLÆ:

QUIBUS NONNULLÆ INTEXTÆ,

AD EUMDEM SANCTUM PONTIFICEM MISSÆ.

Ex editione V. C. PETRI COUSTANT.

# S. INNOCENTII I. PAPÆ EPISTOLÆ.

## [1] EPISTOLA I.

### [2] INNOCENTII PAPÆ I.

ad Anysium Thessalonicensem episcopum.

*Anysio Innocentius eam in Illyrici ecclesias potestatem confirmat, quam Anastasius ejusque decessores ipsi concesserant.*

Dilectissimo fratri ANYSIO INNOCENTIUS.

CUm Deus noster Christus sanctæ memoriæ virum Anastasium episcopum, licet celeriter, ad se advocare dignatus sit; computans ejus merita tanta esse ac talia, ut jam excederent conversationis humanæ consortium, sæculumque illud, præ vitæ puritate & abundantia doctrinæ, qua populum Dei toto ecclesiasticæ auctoritatis rigore regebat: ne ejus Ecclesia aliquantulum sine rectoris gubernaculo remaneret, statim pro sua misericordia, consentientibus sanctis sacerdotibus omnique clero ac populo cum pace, quam Deus Ecclesiæ suæ rediens ad cælum donare dignatus est, ordinatum me in ejus locum, frater carissime, par fuit [3] recognoscere; primitiasque meas nonnisi viro [4] optimo atque in Deo A semper fideliter laboranti celeriter nuntiare. [5] Cui etiam anteriores tanti ac tales viri prædecessores mei episcopi, id est, sanctæ memoriæ Damasus, Siricius, atque supra memoratus vir ita detulerunt, ut omnia, quæ in illis partibus gererentur, sanctitati tuæ, quæ plena justitiæ est, traderent cognoscenda; meam quoque parvitatem hoc tenere judicium, eamdemque habere voluntatem, te decet recognoscere. Neque enim fas erat, ut aut ego contra tantorum bonorum virorum judicium venire tentarem, quorum in locum successisse dignoscor, aut tuo merito, cui præclari viri tantam gratiam auctoritatis hujusce contulisse videntur, aliquid derogari videretur. Præ me itaque fero, ut hoc ipsum B etiam meæ parvitati reservatum recognoscam, ut pari judicio similique forma & bonis adæque & tuæ caritati id tribuam, quod mereris.

## [6] EPISTOLA II.

E veteri exemplari Colbertino not. 932.

I. *Ut extra conscientiam metropolitani episcopi nullus episcoporum audeat ordinare.*
II. *Ut post remissionem peccatorum non admittatur ad clerum qui cingulum militiæ habere elegerit.*
III. *Ut omnes contentiones vel causæ inter clericos cujuslibet ordinis exortæ, coram provincialibus, id est suis episcopis, terminentur.*
*Ut majores causæ ad sedem apostolicam post episcopale judicium referantur.*
IV. *Ut clericus virginem uxorem accipiat.*
V. *Ut laicus sive ante baptismum, sive post baptismum, si viduam uxorem acceperit, non admittatur ad clerum.*
VI. *Ut qui secundam duxerit uxorem, clericus ordinari non debeat, etsi ante baptismum (tale) fuerit sortitus connubium.*
VII. *Ut de aliena ecclesia clericum ordinare nullus usurpet.*
VIII. *Ut venientes a Novatianis vel Montensibus baptizati per manus tantum impositionem suscipiantur.*
IX. *Ut sacerdotes & levitæ cum uxoribus suis non coeant.*
X. *Ut monachus si ad clericatus ordinem niti voluerit, a priori proposito, quod monachus gessit, non debeat deviare.*
XI. *Ut qui corruptus ad clericatum venire voluerit, spondeat se secundum veterum regulam uxorem non ducere.*
XII. *Ut curiales vel quibuslibet functionibus occupati, clerici non fiant.*
XIII. *Ut ancillæ Dei velatæ, si publice nubendo vel occulte se corruptioni tradiderint, non admittantur ad pœnitentiam, nisi cui se junxerant de sæculo recesserit.*
XIV. *Ut ancillæ Dei, necdum sacratæ, si post nubere voluerint, ad pœnitentiam recipiantur.*

1. Anno 402.

2. Ex iis est, quas synodi Romanæ sub Bonifacio II. gestis insertas Holstenius in prima parte Collectionis Romanæ vulgavit. Cum Innocentius litteras istas episcopatus sui, quem *statim* ab Anastasii obitu iniit, *primitias* vocet; eas circa mensem Majum anni 402. scriptas fuisse non immerito colligamus.

3. Forte *te cognoscere*.

4. Idem Anysius a Palladio in dialogo de vita Chrysostomi cap. 3. *optimi senis* τῶ καλογήρω encomio donatur. Ibi & memoratur Eulysio Apameæ Bithyniæ episcopo, qui quindecim episcoporum litteras in gratiam Chrysostomi Romam deferebat, suas etiam tradidisse.

5. V. *Epist.* 2. *Nicolai I.*

6. Anno 404.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



E veteribus collectionis Dionysii Exigui codicibus.

Tit. IX. *Quod extra conscientiam metropolitani non ordinetur episcopus.*
[1] X. *Qui ad clerum suscipi non possint. Et ut clericorum causæ a propriis terminentur episcopis.*
[2] XI. *Ut viduam clericus non ducat uxorem.*
XII. *Ut si laicus viduam duxerit, clericus non fiat.*
XIII. *Qui secundam habuerit uxorem, clericus non sit.*
XIV. *Ut alterius clericum nullus usurpet episcopus ordinare.*
XV. *Ut non rebaptizentur qui ad Ecclesiam a Novatianis vel Montensibus veniunt.*
XVI. *Quod sacerdotes & levitæ cum mulieribus coire non debeant.*
XVII. *Quod monachus, si clericus factus fuerit,* [3] *uxorem non ducat.*
XVIII. *Ut ex curialibus clericus non fiat propter voluptates quas a diabolo inventas exhibere compellitur.*
XIX. *De virginibus* [4] *velatis, si deviaverint.*
XX. *De virginibus non velatis, si deviaverint.*

INNOCENTIUS [5] VICTRICIO episcopo Rotomagensi, salutem.

I. Etsi tibi, frater carissime, pro merito & honore sacerdotii quo plurimum polles, vivendi & docendi [6] ecclesiasticæ regulæ nota sunt omnia, neque est aliquid, quod se sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur; tamen quia Romanæ ecclesiæ normam [7] atque auctoritatem magnopere postulasti, voluntati tuæ morem admodum gerens, digestas vitæ & morum probabilium disciplinas annexas litteris meis misi, per quas advertant ecclesiarum regionis vestræ populi, quibus [8] rebus & regulis Christianorum vita in sua cujusque professione debeat contineri, qualisque servetur in urbis Romæ ecclesiis disciplina. Erit dilectionis tuæ, per plebes finitimas, & consacerdotes nostros qui in illis regionibus propriis ecclesiis præsident, regularum hunc librum quasi didascalicum atque monitorem sedulo insinuare; ut & nostros cognoscere, & ad fidem confluentium mores valeant docendi sedulitate formare. Aut enim propositum suum ex hac nostra congruenti lectione cognoscent, aut si quid adhuc desideratur, facile poterunt ex bona imitatione supplere.

II. Incipiamus igitur, adjuvante [9] sancto apostolo A Petro, per quem & apostolatus & episcopatus in Christo cœpit exordium, ut quoniam sæpe plures emerserunt causæ, quæ in aliquantis non erant causæ, sed crimina, ut de cetero solicitudo sit unicuique sacerdoti in sua ecclesia curam hujusmodi habere, sicut apostolus prædicat Paullus [a], talem Ecclesiam Deo exhibendam, non habentem maculam aut rugam, ne alicujus morbidæ ovis afflatu conscientia nostra contaminata violetur. Propter eos igitur, qui vel ignorantia vel desidia non tenente ecclesiasticam disciplinam, & multa non præsumenda præsumunt, recte postulasti, ut in illis partibus istiusmodi, quam tenet ecclesia Romana, forma servetur. Non quo nova præcepta aliqua imperentur, B sed ea, quæ per desidiam aliquorum neglecta sunt, ab omnibus observari cupiamus, quæ tamen apostolica & patrum traditione sunt constituta. Scriptum est namque [10] ad Thessalonicenses, Paullo monente: [b] *State, & tenete traditiones nostras, quas tradidi vobis sive per verbum, sive per epistolam.* Illud certe tuam debet mentem vehementius excitare, ut ab omni labe sæculi istius immunis, ante Dei conspectum securus inveniaris. [c] Cui multum enim creditur, plus ab eo exigitur, [11] usura pœnarum. Ergo quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo Christi [12] cogimur præstare rationem, [13] disciplinam deificam populum erudire debemus.

*a* Ephes. V. 27. *b* II. Thess. II. 14. *c* Luc. XII. 48.

1. In Hispana collectione & apud Isidorum. II. *De his qui post baptismum cingulum militiæ secularis acceperunt, non debere ad clericatus ordinem admitti.* III. *De causis clericorum quæ in provincia juste non finiuntur, ut ab apostolica sede terminentur.* In pervetusto exemplari Corb. IV. *De his qui post remissionem peccatorum cingulum militiæ sæcularis habuerint.* V. *Ne ulli liceat ad aliam convocare ecclesiam.*

2. Isid. cum Hispana coll. IV. *De uxoribus clericorum, ut virginibus socientur, & secundam non ducant uxorem.* Corb. ms. VI. *De clericis, ut non ducant mulieres uxores.* VII. *De his qui mulieres ducent uxores*: ea *mulieris* nomine intellecta, quæ non virgo sit. Quo intellectu vocabulum idem a Siricio epist. 1. usurpatum vidimus.

3. Ita purum Dionysii exemplar Regium. Alia vero subinde aucta, quibus Isid. & Hisp. coll. concinunt, *propositum suum servare debeat.*

4. In Hisp. col. & Isid. *De virginibus sacratis, si lapsæ fuerint.* In veterrimo ms. Corb. *De puellis sanctimonialibus qualiter debeant velari.*

5. Nonnullis in mss. *Victorio*; in quibusdam ut apud Merlin. *Victorico*; in aliis, *Victoricio*; in Regio, *Victoritio*; in ceteris, *Victricio*. Is Victricius quanti meriti fuerit, Paullinus Nolanus episcopus duabus litteris ad ipsum scriptis memoriæ commendavit.

6. Unus codex Colb. & alter Fossat. cum edit. Rom. & Quesn. ut in margine Crab. *secundum ecclesiasticas regulas*: refragantibus aliis plus viginti mss. Hoc autem sibi vult: Etsi tibi nota sunt omnia docendi ac vivendi præcepta, quæ regula ecclesiastica continentur.

7. In pervetusto ms. Corb. & ex eo Sirm. & Lab. *normam ad auctoritatem*, lectio non spernanda, eo fere intellectu, quo concilium Carthaginense infra epist. 26. n. 1. ad ipsum Innocentium de statutis suis ad eum referre se C scribit, ut iis, *etiam apostolicæ sedis adhibeatur auctoritas.*

8. Codex Corb. cum Fossat. *quibus & regulis*, unus Colb. *quibus regulis*, omisso *rebus*.

9. Merlin. Crab. & edit. Rom. cum solis coll. Hispan. & Isid. mss. *adjuvante Deo & sancto Dei apostolo*. Quod Innocentius hic docet, pro certo habens Cæsarius Arelatensis, Symmacho papæ epist. 14. n. 2. ita scribit: *Sicut a persona beati Petri apostoli episcopatus sumsit initium, ita necesse est ut disciplinis competentibus sanctitas vestra singulis ecclesiis, quid observare debeant, evidenter ostendat.*


10. Antiquiores mss. Colb. Fossat. & Corb. *ad Timotheum*: sed in hoc secundis curis restitutum est *ad Thessalonicenses*. In priscis edit. concil. ut in mss. coll. Hadr. & Hispan. legitur, *ad Thessalonicenses II. & ad Timotheum*. Mox veteres edit. concil. cum Rom. *tradidimus*, pro *tradidi*, renitentibus mss.

11. Verba hæc, *usura pœnarum*, in mss. Colb. Dion. Hadr. Hispan. Isid. necnon in plerisque edit. ut & apud Siricium D desiderantur. Exstant autem apud Sirm. Lab. & Quesn. ut in vetustioribus mss. duobus Colb. uno Corb. & Fossat. necnon secundis curis in Coislin. coll. Hispan.

12. Apud Siric. *populo credito*: quod in edit. Rom. post Crab. prælatum est, refragantibus aliis libris.

13. Ita vetus codex Corb. cum Fossat. In duobus autem Colb. *disciplinam dominicam*. Alius item Colb. cum Reg. coll. Dion. & edit. Rom. *disciplina deifica*. Apud Crab. *idcirco disciplinam Dei deificam*. In mss. coll. Hadr. *disciplina sanctifica*: corrupte. Unde in Corb. secundis curis substitutum est *disciplina sanctificare*, quod & in mss. coll. Hispan. & Isid. obtinuit. Hinc manifestum est sinceram non esse istam Merlini lectionem, quam & Quesn. arripuit; *Idcirco disciplina Dei sanctificare populum & erudire debemus.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



[1] Exstiterunt enim nonnulli, qui statuta majorum A non tenentes, castitatem Ecclesiæ sua præsumtione violarent, populi favorem sequentes, & Dei judicium non timentes. Ergo ne silentio nostro existimemur his præbere consensum, dicente Domino [2], *Videbas* [a] *furem, & currebas cum eo;* hæc sunt, quæ deinceps, intuitu divini judicii, omnem catholicum episcopum expedit custodire.

III. Primum, ut [3] extra conscientiam metropolitani episcopi nullus audeat [4] ordinare; integrum enim est judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur: [5] nec unus episcopus ordinare præsumat; ne furtivum beneficium præstitum videatur. Hoc enim & in synodo Nicæna constitutum est, atque definitum. B

IV. Item si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad clericatum omnino admitti non debet.

V. Si [6] quæ autem causæ vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis, quam etiam inferioris, fuerint exortæ, ut, secundum synodum Nicænam, congregatis ejusdem provinciæ episcopis jurgium terminetur, nec alicui liceat, (sine præjudicio tamen Romanæ ecclesiæ, [7] cui in omnibus causis debet reverentia custodiri) relictis his sacerdotibus qui in eadem provincia Dei Ecclesiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias. Quod si quis forte præsumserit, & ab officio clericatus submotus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur.

VI. Si majores causæ in medium fuerint devolutæ, ad sedem apostolicam, [8] sicut synodus statuit,

*a* Psalm. XLIX. 18.

1. Sic Sirm. & Lab. secundum Dion. Hadr. ac potiores mss. At veteres edit. concil. necnon Rom. & Quesn. cum mss. coll. Hispan. & Isid. *Quosdam enim asseris exstitisse:* quæ lectio, etiamsi rejicienda non esset, quomodo firmet quod vult vir eruditus, scil. Innocentium non ad ea quæ Victricius Romæ præsens sibi dixisset, sed ad ea quæ post discessum ex Urbe scripsisset, respondere, prorsus nos fugit. Cum enim *asseris*, non *scribis* præferat, per se non scripta procul missa, sed quæ potius coram dicta sint sonat. Verum cum vetustiorum mss. careat auctoritate, Innocentio adscititia jure credatur.

2. In ms. Corb. coll. Hadr ab antiqua manu additum est *per prophetam:* quod deinde in coll. Hispan. & Isid. necnon apud Merlin. Crab. & Quesn. obtinuit.

3. In edit. Rom. necnon concil & Quesn. post mss. coll Hispan. & Isid. hic additur *episcopum*; quæ vox a coll Dion. & Hadr. aliisque antiquioribus ut apud Siricium abest. Tantum in uno e vetustis illis mss. *metropolitani episcopum*, loco *metropolitani episcopi*, legimus. Jam observavimus Innocentium Siricii verba ita mutuari, ut ea ad disciplinam in Galliis servandam accommodet; nec quod ille Italis præscripserat, *ut extra conscientiam sedis apostolicæ nemo audeat ordinare*, hoc item Galliis injungat.

4. Sirm. Quesn. & aliquot mss *Ne unus*. Deinde alii etiam editi, *episcopus ordinare præsumat episcopum*. Quæ postrema vox abest a pluribus ac potioribus mss. Sed hic, uti proxime, subauditur. Decreti hujus gemina pars ad normam Nicæni canonis 4. exigitur.

5. In codice Colb. Langobardicis litteris exarato e regione hujus decreti ad marginem adscribitur, *De pœnitentibus*. Quod qui apposuit, non de remissione peccatorum quæ per baptismum percipitur, sed de ea quæ pœnitentia exacta indulgetur, sermonem hic esse existimans, decretum istud non de baptizatis, sed de expœnitentibus interpretatus est. Aliter tamen intelligendum esse supra in epistolam v. Siricii observatum est. Rectius itaque in Hispana collectione decretum hoc summatim ita redditur, *De his qui post baptismum cingulum militiæ sæcularis acceperint*.

6. Veteres editiones concil. ac soli mss. coll. Hisp & Isid. heic subjiciunt *vel inter laicos*. De unis tamen clericis hic sermonem esse quæ proxime subsequuntur indicant. Additamento huic Nicæni concilii canon 5. occasionem dedit. Et vero hunc quintum canonem ac sextum toto hoc loco explicari Petrus de Marca lib. 1. de concord. c. 6. n. 10. existimat. Cui Hincmarus Opusc 47. seu epist. E ad Johannem VIII. c. 12. pag. 773 ita suffragatur, ut hac exceptione, *sine præjudicio tamen Rom. ecclesiæ* &c. Sardicensis concilii decretum 7. commemorari censeat. Paschasius vero Quesnellus notis in Leonis epistolam 5. n. 4. ad unius Sardicensis concilii canones hic respici arbitratur. In his tamen canonibus de causis clericorum inferioris ordinis nihil constituitur nisi can. 16. ubi *finitimos episcopos interpellare* permittuntur. Neque obscurum est eum heic ab Innocentio commemorari canonem, quem Afri, quibus ignota erat Sardicensis synodus, in epistola 3. ad Cælestinum notant his verbis: *Decreta Nicæna sive inferioris gradus clericos, sive ipsos episcopos suis metropolitanis apertissime commiserunt*. Quocirca e tribus illis sententiis verior ea videtur, quam Hincmarus loco laudato exponit; quatenus docet, Innocentium *in eo quod dicit, ut secundum Nicænam synodum congregatis ejusdem provinciæ episcopis de exortis causis judicium terminetur*, capitulum [5.] *Nicæni concilii explanare: & in eo, quod ad alias quemcumque de ecclesiastico ordine probibet convolare provincias*, aliud *capitulum* (scil. 6.) *Nicæni concilii explicare, quod jubet ut per singulas provincias suis privilegia serventur ecclesiis*. Sane verba illa, *secundum Nicænam synodum*, quæ in ms. Colb. Langob. omittuntur, non ad eam exceptionem quæ clauditur parenthesi, sed ad antecedentia tantum referuntur.

7. Verba ista, *cui in omnibus causis debet* (sive ut in mss. *debetur*) *reverentia custodiri*, Nicolaus I. epist. al. 40. non legit. Desiderantur quoque in mss. coll. Dion. & Hadr. C aliisque pluribus veteribus codicibus: quorum auctoritate motus Quesnellus ea expunxit, quamvis in Oxoniensi Codicis a se vulgati exemplari non deessent. Eadem vir doctus *a Romani Codicis* (hoc est ejus quem vulgavit) *editoribus addita* esse Dissert. 12. c. 4. n. 5. suadere conatur. Sed quominus hoc ipse sibi persuaderet, vetare debuerant ejusdem Codicis, quem Romanum vocat, duo exemplaria Oxoniensi antiquiora, Pithœanum scilicet atque Colbertinum, in quibus non exstant. Habentur autem in ms. Colb. Langob. & in altero Colb. not. 3368. antiquam canonum collectionem complectente, necnon in mss. coll Hispan. & Isid. ut & apud Hincmarum opusc. 45. c. 12. & lib. LV capitum c. 28. Taceo Gratianum & alios. Demum in pervetusto exemplari Corbejensi ab antiqua manu ac prorsus eadem, quæ omissa verba supplere solet, adjecta sunt. Sive autem ea Innocentii, sive alterius esse existimentur, persuasum cuique esse debet, Papæ hujus mentem non temere iis explicari, utpote quæ verbis nitantur Osii D Sardicensi in synodo can. 4. dicentis: *Si vobis placet, sancti apostoli Petri memoriam honoremus* &c. necnon iis, quæ Gaudentius ibid. can. 5. subnectit de episcopo, qui vicinorum *episcoporum judicio depositus, proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma*.

8. Ita edit. Rom. ac veteres concil. cum ms. Oxon. aliisque coll. Hisp. & Isid. necnon Hincmaro opusc. 45. c. 12. In Dionysianis autem codicibus ac prope omnibus aliis mss. nostris, quos Sirm. Lab & Quesn. secuti sunt, desideratur *beata consuetudo exigit*. Contra in ms. Colb. Langob. & altero not. 3368. exstat *sicut vetus consuetudo exigit*, & omittuntur verba antecedentia, *synodus statuit &*. Cui lectioni favet quod Innocentius scribit sive epist. 29. ad concilium Carthaginense n. 1. ANTIQUÆ *traditionis exempla servantes, & ecclesiasticæ memores disciplinæ, nostræ religionis vigorem non minus nunc in consulendo, quam antea, cum pronuntiaretis, vera ratione firmastis, qui ad nostrum referendum approbastis esse judicium*; sive epist. 30. ad Mile- E vitanum n. 2. *Diligenter & congrue apostolici consulitis honoris arcana . . . super anxiis rebus quæ sit tenenda sententia,* ANTIQUAM *scilicet regulam secuti, quam toto semper orbe mecum nostis esse servatam*. Eidem suffragantur cum Cyrillus ad Cælestinum epist. 8. n. 1. sic loquens, *Vetus ecclesiarum consuetudo suadet, ut ejusmodi res sanctitati tuæ communicentur*; tum Leo epist. 5. n. 5. ubi majores causas ad se referri petit *pro traditione veteris instituti & debita apostolicæ sedis reverentia*. Isidorus Mercator in epistola, quam Pelagii nomine confinxit, hunc Innocentii locum exscribens ita immutat: *Majores vero & difficiles quæstiones, ut sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur*. Porro verbis, *ut sancta synodus statuit*, notari censemus non Sardicensis concilii canones 3. 4. vel 7. quibus Romanum episcopum appellare permittitur, sed ejusdem synodi epistolam ad Julium, in qua declarat synodus, *optimum & valde congruentissimum esse, si ad Petri apostoli sedem de singulis quibusque provinciis Domini referant*

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 410.

& beata consuetudo exigit, post judicium episcopale referantur.

VII. Ut [1] mulierem clericus non ducat uxorem; quia scriptum est, [a] *Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam*, [2] *non ejectam*. Utique qui ad sacerdotium labore suo & vitæ probitate contendit, cavere debet, ne hoc præjudicio impeditus, pervenire non possit.

VIII. Ut is qui [3] mulierem licet laicus duxerit uxorem sive ante baptismum, sive post baptismum, non admittatur ad clerum; quia eodem videtur vitio exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non acceptæ uxoris consortium relaxatur.

IX. Ne is, qui secundam duxit uxorem, clericus fiat: quia scriptum est, [b] *Unius uxoris virum* [4]. Et iterum: *Sacerdotes mei semel nubant*. Et alibi: *Sacerdotes mei non nubent amplius*. [5] Ac ne ab aliquibus existimetur, ante baptismum si forte quis accepit uxorem, &, ea de sæculo recedente, alteram duxerit, in baptismo esse dimissum, satis errat a regula, [6] qui in baptismo hoc putat dimitti: remittuntur peccata, non acceptarum uxorum numerus aboletur: cum utique uxor ex legis præcepto ducatur in tantum, ut & in paradiso cum parentes humani generis conjungerentur, ab ipso Domino sint benedicti [c]; & Salomon dicat, [d] *A Deo præparabitur viro uxor*. Quam formam etiam sacerdotes omnes servare usus ipse demonstrat Ecclesiæ. Satis enim absurdum est aliquem credere, uxorem ante baptismum acceptam, post baptismum non computari; cum benedictio, quæ per sacerdotem super nubentes imponitur, non materiam delinquendi dedisse, sed formam tenuisse legis a Deo antiquitus institutæ doceatur. Quod si non putatur uxor esse computanda, quæ ante baptismum ducta est: ergo nec filii qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis [7] habebuntur.

X. Ut de aliena ecclesia clericum ordinare nullus usurpet, nisi ejus episcopus [8] precibus exoratus, concedere voluerit. Hoc etiam synodus statuit Nicæna [9], ut abjectum ab altero clericum altera ecclesia non recipiat.

XI. Ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus tantum impositionem suscipiantur; quia quamvis ab hæreticis, tamen in Christi nomine sunt baptizati: præter eos, qui si forte a nobis ad illos transeuntes [10] rebaptizati sunt. Hi si resipiscentes, & ruinam suam cogitantes, redire maluerint, sub longa [11] pœnitentiæ satisfactione admittendi sunt.

*a* Lev. XXI. 13. 14. Ezech. XLIV. 22. *b* I. Tim. III. 2. Tit. I. 6. *c* Gen. I. 28. *d* Prov. XIX. 14.

*sacerdotes*. Neque vero hoc loci Innocentius causarum majorum sibi judicium servat, sed earum causarum ab episcopali concilio judicatarum relationem ad apostolicam sedem de more mitti postulat. Quocirca non placet ista Hincmari interpretatio to. 2. pag. 774. *ut si majores causæ, quarum una est de episcopi judicati appellatione, in medio fuerint devolutæ, ad sedem apostolicam, sicut synodus, quin Sardicensis, statuit, & vetus consuetudo exigit, post judicium episcopale referantur*. Ibi enim de judicati episcopi appellatione non agitur; sed id tantum, quod episcopi de rebus gravioribus judicaverint, ad sedem apostolicam referri præcipitur.

1. Edit. Rom. secundum Dionys. *ut viduam*. Quesn. secundum priores edit. concil. & mss. coll. Hispan. & Isid. *ut mulierem viduam*. Præferimus cum Sirm. Lab. ac reliquis veteribus libris, *ut mulierem*. Ita scripsit & Siric. epist. 5. Sic & in synodali decreto Hilari post epistolam ejus 14. n. 14. Tiberius Sabinensis episcopus loquitur: *Si in ecclesia mea clericorum aliquem . . . deprehendero aut mulierem duxisse*.

2. Unus e mss. Colb. cum vetere Corb. *nec relictam*.

3. Ita Sirm. & Lab. cum potioribus mss. Alii vero cum coll. Dion Hispan. & Isid. *viduam*: qua voce etiam Siricius heic utitur.

4. In ms. Langob. & altero Colb. *Unius uxoris virum. Ac ne ab aliquibus*, omissis intermediis. Suppressa consulto videntur ab aliquo studioso, qui additiția eo facilius crediderit, quod testimonia citata in sacris litteris non offenderet, immo apud Hieronymum epist. 83. ad Oceanum legeret: *Ut Lege concessum* erat *populo in multis uxoribus liberos spargere, ita & ipsis quoque sacerdotibus hujus licentiæ patebat arbitrium*. Quæ tamen heic laudat Innocentius testimonia, ea etiam Tertullianus velut ex Lege diserte citat; primum quidem lib. de monogamia c. 7. Ubi ait, *Interim quod pertineat ad Legem ... prohibet eadem sacerdotes denuo nubere*; alterum vero lib. de exhort. castit. c. 7. ubi non solum dicit, *Cautum in Levitico, Sacerdotes mei non plus nubant*, sed & addit, *Possum dicere, etiam illud plus esse, quod semel non est*. Vide Epist. seq. n. 10.

5. Edit. Rom. *Etsi ab aliquibus*, quod Crab. ad marg. annotavit, & infra, *satis errant*: refragantibus omnibus aliis libris.

6. Ita vetus codex Corb. cum uno Colb. Alii vero, *quia in baptismo peccata remittuntur, non*. In hoc atque superiori decreto Innocentius ita Siricii verba exscribit, ut in utroque de uxoribus ante baptismum ductis, de quibus Siricius nihil dixerat, quid sentiendum sit, sibi necessario definiendum duxerit. Hoc postulabat recens ea de re controversia. Nimirum Carterius Hispaniæ episcopus, *cui*, inquit Hieronymus epist. 83. ad Oceanum sub finem, *præter vinculum conjugale, & hoc ante baptismum, nihil aliud ab æmulis objici poterat*, uxore priore mortua, alteram post lavacrum duxerat. Hunc Oceanus existimavit contra præceptum Apostoli fuisse ordinatum. Contra Hieronymus legitimam esse ejus ordinationem prædicta epistola 83. acriter defendit, aitque omnem mundum hujusmodi ordinationibus plenum esse. Prius tamen, quam illam scriberet, non silet se nactum Romæ eloquentissimum virum, qui suæ ipsius opinioni adversaretur. Nactus est & non longe postea alios. Certe Rufinus, superstite adhuc Siricio, hanc ei opinionem objecit. Cui Hieronymus in fine lib. 1. apol. necdum sublato e vivis Siricio respondens, priorem sententiam ita temperat, ut non jam dicat plenum esse hujusmodi ordinationibus mundum, sed *istiusmodi sacerdotes in Ecclesia esse nonnullos*; testificeturque se hac quæstione non teneri, sed unicuique in suo sensu abundare permittere. *Interrogati a fratribus*, inquit, *quid nobis videretur respondimus, nulli præjudicantes sequi quod velit, nec alterius decretum nostra sententia subvertentes*. Jam definierat concilium Valentinum I. anno 374. habitum, can. 1. *neminem post hanc synodum, qua ejusmodi illicitis vel sero succurritur, de digamis aut internuptarum maritis ordinari clericum posse. Nec requirendum, utrumne initiati sacramentis divinis, anne gentiles, hac se infelicis sortis necessitate macularint, cum divini præcepti casta sit forma*. Eamdem sententiam probant Ambrosius lib. 1. Offic. c. 50 n. 2. & epist. 63. ad Vercell. n. 63. Augustinus lib. de bono conjugali c. 18. ubi & mysticam explicat disciplinæ hujus rationem, ac Leo epist. 45.

7. Ita Regium exemplar Dion. At vetus ms. Corb. cum Fossat. & duobus Colb. *haberentur*. Quesn. *habendi sunt*. Ceteri editi & scripti, *habentur*.

8. In ms. Corb. & altero Colb. desideratur *precibus*. Nicæno in concilio can. 16. & Sardicensi can. 19. vetatur ne clericus alienus *sine consensu episcopi ipsius & sine voluntate* ordinetur. In codice can. eccl. Afr. c. 54. Epigonius episcopus, præfatus *multis in conciliis hoc statutum, ut clericum alienum nullus sibi præripiat episcopus, præter ejus arbitrium cujus fuerit clericus*, cum Juliano expostulat, quod suum ipsius clericum sibi usurparit, seque inconsulto diaconum ordinarit. Cui *Numidius episcopus dicit*: *Si non* POSTULATA *neque consulta tua dignatione id videtur fecisse Julianus, judicamus omnes inique factum atque indigne*; tum eum separandum decernit, nisi clericum reddendo satisfaciat.

9. Nicæn. syn. can. 17.

10. Apud Quesn. *baptizati*: quod & habent heic ms. Corb. & alter Colb. Verum iidem mss. in epistola 5. Siricii, cujus verbis hæret Innocentius, præferunt *rebaptizati*: quod etiam hic ceteri codices retinent, atque ipsa postulant orationis adjuncta. In eumdem Siricii locum quinam dicantur Montenses explicuimus, simulque iis, sicut & Novatianis, rebaptizandi usum familiarem fuisse probavimus.

11. In duobus mss. deest vox *pœnitentiæ*. Concilinm Valentinum I. c. 3. iis, *qui se post unum & sanctum lavacrum incesta lavatione polluerint*, satisfactionis aditum ita statuit non negari, ut eos *pœnitentiam usque in diem mortis agere* velit.

XII. Præterea quod dignum & pudicum & honestum est, tenere Ecclesia omni modo debet, ut sacerdotes & levitæ cum uxoribus suis [1] non coeant, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim, [a] *Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum Dominus Deus vester*. Nam si priscis temporibus [b] de templo Dei sacerdotes anno vicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domus suas omnino tangebant, quibus utique propter sobolis successionem uxorius usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu & præter [2] ex semine Aaron [c] ad sacerdotium nulli fuerat præceptum accedere: quanto magis hi sacerdotes vel levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debebunt, quibus vel sacerdotium vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, qua vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis officio vacent? Nam si Paullus ad Corinthios scribit, dicens, [d] *Abstinete vos ad tempus ut vacetis orationi*, & hoc utique laicis præcipit: multo magis sacerdotes, quibus & orandi & sacrificandi juge officium est, semper debebunt ab hujusmodi consortio abstinere. Qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore sacrificare usurpabit? aut qua conscientia, quove merito exaudiri [3] se credit, cum dictum sit: [e] *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum*? Sed forte licere hoc credit, quia scriptum est, [f] *Unius uxoris virum*: [4] non permanentem in concupiscentia generandi dixit, sed propter futuram continentiam. Neque enim integros corpore non admisit, qui ait; [g] *Vellem autem omnes sic esse, sicut & ego*. Et apertius declarat, sic dicens: [h] *Qui* A *autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu*.

XIII. De monachis, qui diu morantes in monasteriis, si postea ad clericatus ordinem [5] pervenerint, non debere eos a priore proposito deviare. Aut enim sicut in monasterio fuit, & quod diu servavit, in meliori gradu positus amittere non debet: aut si corruptus, postea baptizatus, [6] & in monasterio sedens, ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non poterit; quia nec benedici cum sponsa potest jam [7] corruptus. Quæ forma servatur in clericis, maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quisquis corruptus baptizatus, clericus B esse voluisset, sponderet se uxorem omnino non ducere.

XIV. Præterea frequenter quidam ex fratribus nostris curiales, vel quibuslibet publicis functionibus [8] occupatos, clericos facere contendunt; quibus postea major tristitia, cum de revocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quam gratia de adscito nascitur. Constat enim, eos in ipsis muniis etiam voluptates exhibere, quas a diabolo inventas esse non dubium est, & ludorum vel munerum apparatibus aut præesse, aut interesse. Sit certe in exemplum solicitudo & tristitia fratrum, quam sæpe pertulimus, Imperatore præsente, cum C pro his sæpius rogaremus, quam ipse nobiscum [9] positus agnovisti, quibus non solum inferiores clerici ex curialibus, verum etiam jam in sacerdotio constituti ingens molestia ut redderentur [10] imminebat.

*a* Lev. XI. 14. *b* Lev. XXI. 12. *c* Num. XVIII 7. *d* I. Cor. VII. 5. *e* Tit. I. 15.
*f* I. Tim. III. 2. Tit. I. 6. *g* I. Cor. VII. 7. *h* Rom. VIII. 8.

1. Codex Colb. Langob. *non misceantur: quia ministeriis quotidianis*. Non displicet *ministeriis quotidianis*: maxime cum apud Siricium legere sit *quotidianis necessitatibus*.

2. Crab. minutiori charactere heic addidit *quam*: quod alii deinceps editi retinuerunt, Merl. & mss. reluctantibus. Mox cum duobus Corb & uno Colb. reponimus *nulli fuerat præceptum*, ubi in aliis libris, *nullis fuerat præceptus*.

3. Colb. ms. Langob. cum edit. Rom. ac posterioribus, *exaudiri posse*. Abest *posse* a ceteris mss. ut & a veteribus concil. edit.

4 Quesn. *non de remanente*. Lab. in marg. *non propter manendum*. Edit. Rom. post Merl. & Crab. *non permanenti*. Fossat. ms. *non permanente*. Ut in epistola Siricii, ita & heic sibi constant ceteri mss. quos sequimur. Ambrosius epist. 63. ad Vercell. n. 62. observat, allatis verbis non solvi quidem conjugium, sed neque permitti conjugalem usum, & iteratum conjugium interdici.

5. Quesn. cum uno ms. Colb. *pervenire nituntur*. Mox in ms. Colb. Langob. *aut enim sit, ut in monasterio fuit*: lectio non spernenda. Cavet heic Innocentius, ne monachus ad eos clericatus ordines provectus, quibus uxorem ducere non interdicitur, a priore cœlibatus proposito deficere sibi licere existimet. Hinc Dionysius hoc capitulum in titulorum indice secundum Regium exemplar sic summatim reddidit: *Quod monachus, si clericus factus fuerit, uxorem non ducat*.

6. In duobus mss. Colb. *baptizatus, monasterium deserens, & ad*. Haud aliud sonabit & istud duorum Corb. *baptizatus, & monasterio sedens*, si pro *sedens* legatur *cedens*. Regium coll. Dion. exemplar præ se fert, *& in monasterium sedens*, forte pro *secedens*.


7. Aliquot edit. & mss. *jam ante corruptus*. Regulæ hic ab Innocentio memoratæ usum Cæsarius Arelatensis apud Augustinum append. tom. 5. Ser. 289. confirmat his verbis: *Qui uxorem optat accipere, sicut illam virginem invenire desiderat, ita ipse usque ad nuptias virgo sit: quia si non fuerit, benedictionem cum sponsa accipere non merebitur*. Hinc & habetur ratio veteris regulæ, quæ præcepit, ut qui ante baptismum corruptus, clericus postea fieri voluisset, uxorem omnino non ducturum se sponderet: ne videlicet dedecus, quo indignus censebatur benedictione nuptiali, in ipsum clericatus ordinem rediret. Si autem hoc impedimento ab uxore ducenda quivis clericus arcetur, quanto magis monachus? Eamdem ob causam Siricius epist. 1. n. 13. voluit, ut clericus ad altiorem gradum provehendus *una tantum, & ea, quam virginem* COMMUNI *per sacerdotem* BENEDICTIONE *perceperit, fuerit contentus*.

8. In duobus mss hic additur *aut honoribus*. Mox apud D Quesn. ut in edit. Rom. *de adscitis*, ubi in omnibus mss. *de adscito*. Pejus autem apud Crab. *de accito*. In eo autem quod de voluptatibus subjicitur a diabolo inventis, quas exhibere curiales sæpe cogebantur, habetur causa cur munia illa etiam plures Christiani declinarent: contra quos Julianus imp. apostata Cod. Th. lib. 12. tit. 1. leg. 50. edicit: *Decuriones, qui ut Christiani declinant munia, revocentur*.

9. Victricium Romam venisse Paullinus Nolanus epist. 37. n. 1. ad ipsummet Victricium memorat in hunc modum: *Inde tristati amaritudinem duxeramus, quod ex Urbe ad nos, sicut sperabamus, non veneris, qui ad Urbem per tanta terrarum spatia perveneras*. Tum eum idcirco illuc venisse, ut aliquod crimen sibi per calumniam impositum purgaret, innuit his verbis: *Tua vero sanctitas non solum de abusione licitorum .... gloriam tenet, sed, sicut comperi, etiam de multitudine adversantium & tolerantia tentationum: quoniam insurrexerunt in te testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Sed nodus in* E *scirpo, & nævus in lumine non potuit inveniri*.

10. Ita Sirm. Lab. & Quesn. cum vetere ms. Corb. necnon Fossat. ac duobus Colb. Ceteri vero, *instabat*: non alio sensu. Totius capituli hujus nonnihil perplexa est oratio, qua persuadere vult Innocentius, ne curiales ordinentur. Et hujus quidem rei primaria est illa ratio, quam velut obiter tangit: *Constat enim eos in ipsis muniis etiam voluptates exhibere* &c. Sed huic non instans, citius redit ad alteram, quam præmiserat, quia videlicet episcopis eos ordinantibus inde *major tristitia nascitur*. Quod & proprio sui exemplo, cujus Victricius testis fuit, probans subjicit: *Sit certe in exemplum solicitudo* &c. Unde ultima verba, *quibus ... ingens ut redderentur molestia imminebat*, ita intelligere est: dum mihi ingenti cum molestia imminebant, ut qui ex curialibus ordinati fuerant, non solum inferiores clerici, quos revocari lex Arcadii in Monito allata præcipiebat, sed etiam in sacerdotio constituti redderentur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



XV. Item quæ Christo spiritaliter [1] nupserunt, A & velari a sacerdote meruerunt, si postea vel publice nupserint, vel [2] se clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi is, cui se [3] junxerant, de sæculo recesserit. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, ut quæcumque vivente viro alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi unus ex eis defunctus fuerit: quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortali se sponso conjunxerat, & postea ad humanas nuptias [4] transmigravit?

XVI. Hæ vero, quæ necdum sacro velamine [5] tectæ; tamen in proposito virginali se [6] promiserant permanere, licet velatæ non sint, si forte nupserint; his agenda aliquanto tempore pœnitentia est; quia sponsio [7] ejus a Deo tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non [8] debet? Nam si apostolus Paullus, quæ a proposito viduitatis discesserunt, dixit eas habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; [a] quanto magis virgines, quæ [9] priori promissioni fidem frangent?

*a* I. Tim. V, 12.

1. In priscis edit. concil. ut in exemplaribus coll. Dion. B Hadr. Hispan. & Isid. *nubunt & a sacerdote velantur*. In epistola 10. Siricii num. 3. legimus, eam virginem velatam appellari, *quæ integritatem publico testimonio professa, a sacerdote prece fusa, benedictionis velamen accepit*. Ambrosius libro 3. de virginib. cap. 1. Sermonem inseruit, quem habuit Liberius papa, cum soror ipsius Marcellina in *Salvatoris natali ad apostolum Petrum virginitatis professionem vestis quoque mutatione signaret, adstantibus etiam puellis Dei compluribus* & aliis. Sic autem incipit hujus papæ ad Marcellinam Sermo: *Bonas, filia, nuptias desiderasti. Vides quantus ad natalem sponsi tui populus convenerit, & nemo impastus recedit*. Puellas autem nonnisi matura ætate velari seu consecrari volebant canones. Anno 381. Cæsaraugustanum concilium can. 8. statuit, *non velandas esse virgines, quæ se Deo voverint, nisi quadraginta annorum probata ætate*. Idem postea & Majorianus imp. & Agathense concilium can. 19. confirmarunt. At anno 397. concilium Carthaginense III. cui & Arelatense II. can. 52. suffragari videtur, can. 4. sanxit, *ut ante viginti quinque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur*. Subinde etiam Milevitano II. concilio, quod anno 416. habitum est, can. 26. seu Cod can. eccl. Afr. c. 126. *placuit, ut quicumque episcoporum necessitate periclitantis pudicitiæ . . . velaverit virginem seu velavit intra viginti-quinque annos, non ei obsit concilium* (Carthaginense,) *quo de isto annorum numero constitutum est*. Et prædicti quidem concilii Carthaginensis constitutionem cum exceptione Milevitani ratam habent capitularia regum nostrorum, Aquisgranense anno 789 c. 45. & Francofordiense an. 794. c. 44. Observandum tamen est hæc de solemni tantum professione cauta esse, cum & antea puellis virginitatis propositum licuerit suscipere.

2. Edit. veteres concil. *si postea nupserint*, ac deinde *vel publice vel occulte corruptæ fuerint*: vocabulis, *vel publice*, suo loco motis præter fidem mss. In Colb. Lang. ut in aliis coll. Hisp. & Isid. exstat, *vel fuerint occulte corruptæ*. Præfert Quesn. *vel clangulo corruptæ fuerint*, indeque conjectat, olim *clangulo* quasi *clam in angulo* dictum esse. Verum in Codicis ab ipso vulgati exemplaribus Thuan. seu Colb. Pit. &c. ut apud Dion. Hadr. & in mss. Corb. Fossat. &c. legimus *vel se clanculo corruperint*. Unde nulla conjecturæ illius videtur auctoritas.

3 Plerique ac potiores mss. *se junxerat*, quos secutus Quesn de suo supplevit *quædam*. Deinde Dion. & Hadr. *de mundo recesserit*; codex Colb. Langob. cum aliis coll. Hisp. & Isid. necnon priscis edit. concil. *de hæc vita decesserit*, vel *discesserit*. Duplicem illam lectionem e marginali nota genuinæ substitutam arbitramur. Cum enim ambiguum videretur istud, *de sæculo recesserit*, ac liceret interpretari vel de secessu a sæculo in monasterium, vel de recessu ex hoc mundo & vita mortali, sublata est ambiguitas marginali scholio, quo de *sæculo* id esse quod *de hac vita* admonemur. Et huic quidem annotationi favet quod de muliere, quæ vivente viro alteri nupserit, subjicitur. Inde autem quomodo juventur, qui ab Innocentio sacratarum virginum conjugia improbari quidem, sed non solvi putant, nos latet. Aut certe ipsis probandum est eumdem papam eoque antiquiores canonum conditores mulieri, quæ vivente priori viro alteri nupserit, hoc postremum conjugium non solvendum censuisse. Innocentii mentem illustrat Toletanum I. concilium anno 400. celebratum. Quippe can. 16. præmittit, *devotam peccantem non recipiendam in Ecclesiam, nisi peccare desierit, & desinens egerit aptam pœnitentiam decem annis*: ac subinde adjicit: *Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc vivente ipso viro caste vivere cœperit, aut postquam ipse decesserit*. Quomodo autem caste vivere, nisi ab adultero secedens, probari potuit? Id vero apertius explicant concilii ejusdem patres can. 19. ubi de episcopi sive presbyteri sive diaconi filia, *si Deo devota fuerit, & peccaverit, & maritum acceperit*, constituunt, *ut non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam; si autem vivente eo* SECESSERIT, *& pœnituerit . . . . in ultimo deficiens accipiat pœnitentiam*. Sane Turonense II. concilium can. 20. conjugii hujusmodi solutionem ab Innocentio præcipi intellexit. Primum enim ipsius verba describit. Tum ab ejus decretis discedere sibi non licere profitetur. Ac demum eis adjuncto Arelatensis II. concilii canone 52. & nonnullis aliis, de sacrata virgine quæ nupserit, & de eo cui nupserit, decernit: *Perimendi sunt oris gladio, & a communione privandi, si relicta sibi* DECRETA SENIORUM *observare noluerint, & pastorem suum audire despexerint, &* ESSE SEPARATI *noluerint. Qui ergo in hac pertinacia durare voluerint, & plus in volutabro malæ conversationis permanere, quam se de vetito conjugio* SEPARARE, *perenni excommunicatione damnentur*. Si enim ibi *decreta seniorum*, maxime allata Innocentii verba, quod negari nequit, appellet; cum illa contemni ab iis censeat, qui *se de vetito conjugio separare noluerint*: restat ut Inno- C centium hujusmodi conjugii solutionem præcepisse censuerit. Ita concilium Aurelianense V. can. 19. cui & Matisconense I. can. 12. concinit, eosdem ad communionis gratiam revocari ea dumtaxat conditione permittit, *si culpam sequestratione sanaverint*. Et illud quidem conjugium, quod Matisconensis concilii judicio, *potius stuprum est quam conjugium*, Siricii epist. 10. n. 3. sententia est *incestum*, & *adultero* imponi non potest nisi falsum mariti nomen. Innocentius quoque cum eodem papa sacratas virgines vere *nuptas* censet, utpote *quæ se immortali sponso conjunxerunt*. Unde sequitur, ut cum vivere numquam desinat earum sponsus, nec solvi umquam possit initi cum eo lex conjugii. Turonense II. concilium Cod. Th. tit 25. legem 2. laudat, qua Jovianus imp. edicit: *Si quis, non dicam rapere, sed vel adtentare matrimonii jungendi causa sacratas virgines vel invitas ausus fuerit, capitali sententia ferietur*.

D 4. Merlin. & Crab. cum ms. Colb. Langob. necnon aliis coll. Hisp. & Isid. *transire elegit*.

5. In duobus mss. *consecratæ*: quo verbo utitur Leo epist. 5. ad Rustic. c. 15. ubi de puellis eisdem sermo est. Nostram lectionem firmat illud Prudentii lib. 2. contra Symmach.

*Sunt & virginibus pulcherrima præmia nostris,*
*Et pudor & sancto tectus velamine vultus.*


6. Veteres edit. concil. cum mss. coll. Dion. Hadr. Hisp. & Isid. *semper se simulaverunt permanere*. Quesn. cum vetere ms. Corb. & uno Colb. *se permanere simulaverant*. Fossat. *semper manere simulaverant*. Sirm. & Lab. *semper manere promiserant*. Edit. Rom. *semper se permanere promiserant*. Ut cum duobus mss. Colb. præferremus, *se promiserant permanere*, persuaserunt subnexa, ubi earumdem puellarum *sponsio*, pacta *pollicitatio*, & *prior promissio* memorantur. Certe de puellis hic sermo est, quæ se ad virginitatem servandam Deo obligaverant, quæque ideo a E Siricio epist. 10. n. 3. dicuntur, *matrimonii cælestis præceptum non servasse*; sed quibus consecratio solemnis deerat.

7. Crab. & edit. posteriores concil. *sponsio earum*. At Merl. & omnes mss. *sponsio ejus*, supple *quæ hujusmodi est*. Infra idem Crab. & edit. Rom. *pepigerunt*; ubi Sirm. ex mss. restituens *pepigit*; de suo adjecit *virgo*; quod & exinde Lab. & Quesn. retinuerunt.

8. In exemplaribus coll. Dion. Hadr. Hisp. & Isid. ut in priscis edit. concil. *non poterit*.

9. Edit. Rom. cum ms. Colb. Langob. *quæ pactionis suæ fidem minime servaverunt*. Merlin. & Crab. secundum mss. coll. Hisp. & Isid. *quæ prioris promissionis fidem minime servaverunt*. Dion. & Hadr. *quæ priori promissioni fidem frangere sunt conatæ*. Apud Quesn. ut in exemplari uno Colb. & altero Pith. *quæ prioris promissionis fidem frangere sunt nisæ*. Loco verbi *nisæ*, Sirm. & Lab. substituerunt *visæ*. Veterem ms. Corb. & Fossat. sequimur.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
410.



XVII. Hæc itaque [1] regula, frater cariffime, fi plena vigilantia fuerit ab omnibus Dei facerdotibus obfervata, ceffabit ambitio, diffenfio conquiefcet, hærefes & fchifmata non emergent, locum non accipiet diabolus fæviendi, manebit unanimitas, iniquitas fuperata calcabitur, veritas fpiritali fervore flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate ani- A mæ concordabit. Implebitur & dictum Apoftoli [a], ut unanimes, unum fentientes, permaneamus in Chrifto, nihil per contentionem nobis neque per inanem gloriam vindicantes; non hominibus, fed Deo noftro falvatori placentes, cui eft honor & gloria in fæcula fæculorum, Amen. Data xv. Kalendas Martii, Honorio augufto VI. & [2] Ariftenetc conff.

# [3] E P I S T O L A III.

De [4] diffenfione corruptaque difciplina ecclefiarum Hifpaniæ.

I. *Quod epifcopi nonnulli ab aliis ob receptos ab hærefi converfos perperam diffideant.*
II. *De epifcopis a Rufino & Minicio in alienis ecclefiis contra canones ordinatis.*
III. *Ut Joannis epifcopi caufa examinetur, aliorumque qui communionis confortium refugiebant.*
IV. *De vitiofis multorum ordinationibus, ita diffimulari quæ hactenus ufurpata funt, ut in pofterum prohibeantur.*
V. *Ut Gregorii Emeritenfis epifcopi querela difcutiatur.*
VI. *Quofnam ad clericatus ordinem admittere liceat: qualefque eligendi fint. Et quod bigamum faciat etiam illa quæ ante baptifmum uxor fuit.*

INNOCENTIUS univerfis epifcopis in Toletana fynodo conftitutis, dilectiffimis fratribus, in Domino falutem.

I. SÆpe me & nimia cum teneret cura folicitum fuper [5] diffenfione & fchifmate ecclefiarum, quod per Hifpanias latius in dies ferpere & citatiore gradu incedere fama proloquitur; neceffarium tempus emerfit, quo non poffet emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina provideri. Nam fratres noftri coepifcopus [6] Hilarius, & Elpidius presbyter, partim unitatis amore permoti, partim qua laborat provincia pernicie, ut oportuit, excitati, ad fedem apoftolicam commearunt, & in ipfo finu fidei violatam intra provinciam pacem, difciplinæ rationem effe confufam, & multa contra canones patrum, contemto ordine, regulifque neglectis, in ufurpatione ecclefiarum fuiffe commiffa, nec concordiam, in qua fidei noftræ ftabilitas to- B ta confiftit, poffe retineri, cum dolore & gemitu profecuti funt: quæ in confeffu [7] presbyterii actorum confectione retinentur, & poffunt vobis lectione monftrari.

II. Jam primum, quod ad ipfam fidem attinet, quod Bœtici vel Carthaginenfes epifcopi, propter Galliciorum communionem, a pace omnium [8] difcederunt, orta diffenfio eft: quæ non folum non minuitur, verum etiam per dies fingulos ftudio contentionis augetur, cum, obtinendi propofito unufquifque quod voluit, æternum orbem mali & circulum quemdam de tali animofitate fecerunt: cum utique bono cuique in rebus talibus vinci melius C fit, quam malo more pravum propofitum quod femel placuit obtinere. Nam quæ alia caufa, & fuperioribus temporibus, illius Luciferi præter pertinaciam fuit, quæ eum retraxit a concordia [9] illorum, qui Arianorum hærefim prudenti conver-

*a* Philipp. II. 2. 3.

1. Quæ deinceps fequuntur, viro erudito, qui noviffimam operum S. Paullini Nolani editionem adornavit, differt. 4. in fine cap. 4. *ex aliis quibufdam videntur excerpta, neque cum præcedentibus cohærere*. Sed quod his proxime fubjicit, *nifi de hac regula tota epiftola intelligatur*, quam levi fundamento nitatur ipfius opinio prodit. Non enim ambiguum eft hic *regulæ* nomine decretorum corpus, quod tota epiftola complectitur, intelligi; & quod initio *liber regularum* dictum fuerat, nunc fimplicius *regulam* vocari. Quocirca & hanc claufulam cum exordio ac reliqua epiftola aptiffime cohærere manifeftum eft. Ipfe qui in exordio Victricium laudavit, *Romanæ ecclefiæ normam atque auctoritatem magnopere poftulantem*, quique ipfi *regularum librum*, quo *qualis fervetur in urbis Romæ ecclefiis difciplina* difcere valeat, pollicitus eft, difciplina illa ampliffime expofita, congruenter concludit, diligenti ejufdem regulæ feu difciplinæ obfervatione cuftodiri in Ecclefia pacem atque concordiam, adeoque fchifmata & hærefes &c. caveri. Denique cum ex omnibus tam fcriptis quam editis codicibus, nullus fit qui epiftolam iftam fine hac claufula exhibeat, fane tam generalis confenfus indubitatam ei tribuit auctoritatem.

2. Merlin. & Crab. fecundum coll. Hifpan. & Ifid. *Arifto*. Addidit Crab. ad marg. *Ariftoneto*: quod Romanus editor arripuit. Vetus mf. Corb. & unus Colb. præferunt *Ariftineto*. Alter Colb. cum Pith. *Arifthineto*. Alius item Colb. *Ariftinio*. Apud Sirm. & Labb. *Ariftæneto viro clariffimo*. Poftrema hæc duo verba, quorum loco in edit. Rom. exftat *viris clariffimis*, ab omnibus mfs. abfunt, ut & a veteribus edit. concil. Tota autem confularis feu chronica nota in fola Dionyfii collectione, feu pura feu poft aucta, uti præmonuimus, defideratur.

3. Circa ann. 404.

4. Hunc titulum ac fubfequentes e Sirmondo, non e mfs. mutuati fumus.

5. Jam ante concilium Toletanum I. quædam inter Hifpanos obtinuerat circa ordinationes clericorum diffenfio. Quocirca Patruinus epifcopus in hujus concilii proœmio fic præfatur: *Quoniam finguli cœpimus in ecclefiis noftris facere diverfa, & inde tanta fcandala funt, quæ ufque ad fchifma perveniunt, fi placet, communi confilio decernamus quid ab omnibus epifcopis in ordinandis clericis fit fequendum.* Sed poft concilium mox dictum, ad hanc fchifmatis caufam acceffit altera, cum quos eadem fynodus a Prifcilliani D hærefi ad catholicam communionem converfos in honoribus fuis receperat, admitterent alii, alii rejiciendos effe contenderent. Duplici illi tanti mali caufæ mederi nunc Innocentius conatur.

6. Inter eos, qui Toletano I. concilio fubfcripferunt, quarto loco legitur Hilarius.

7. Id eft cleri Romani, hoc nomine repetito a digniori gradu, ut in epiftolam 6. Siricii num. 3. eft obfervatum. Ad eumdem confeffum maxime in hujufmodi caufis, etiam convocari folebant epifcopi qui Romæ agebant.

8. Ita mfs. Corb. & Colb. At apud Sirm. *diffederunt*. Reftituendum potius foret *difcefferunt*. Antea in mf. Corb. *Galliarum*, in Colb. *Galliorum*, forte loco *Gallicorum* feu *Gallæcorum*. Ut enim fuperius ex Idacii Chronico audivimus, Gallæciæ epifcopi erant Symphofius, Dictinius & alii qui Toletana in fynodo Prifcilliani hærefim cum ipfo auctore fua fubfcriptione condemnarunt; quos in pacem receptos iniquo animo tuliffe Bœticos & Carthaginenfes, E atque ideo a ceterorum communione defciviffe minime mirum eft. Alta Gregorius Eliberitanus epifcopus in Bœtica provincia jecerat Luciferiani erroris femina. Neque ftupendum eft ea ad Innocentii tempora infelicem fructum propagaffe.

9. In mfs. *cum illorum*. Integrior effet fententia in hunc modum: *cum illorum qui Arianorum hærefim prudenti converfione damnaverant, tum illorum qui fatisfactionem eorum*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



sione damnaverant? Eodem studio, [1] Priscilliani detestabili secta omnium merito consensione damnata, receptos in catholicam fidem eos, qui consilio saniore conversi sunt, ægerrime aliquos tulisse cognovimus: quibus factum utile & ipsam ecclesiarum pacem displicuisse detegitur. Nam cum unitatis proposito ipsi quoque [2] Symphosius atque [3] Dictinius, damnantes pravam hæresim, sint recepti, ut personis talibus amputatis exstingueretur penitus innata dissensio; inventi sunt quibus recte [4] facta ipsa correctio displiceret. Et nunc ecclesiæ dissident, quæ non modica a se animositate [5] dissimulant. Quod si saniore consilio a sacerdotibus fuisset custodita correctio; & status catholicæ fidei integer permaneret, & nullum scandalum concordiam rebus omnibus utilem corrupisset.

III. Quæro enim, quare doluerint Symphosium atque Dictinium, aliosque, qui detestabilem hæresim damnaverunt, receptos in fidem catholicam tunc fuisse? [6] Num quod non aliquid de honoribus amiserint quos habebant? Quod si quos hoc pungit aut stimulat, legant Petrum apostolum post lacrymas hoc fuisse quod fuerat: considerent Thomam post dubitationem illam nihil de prioribus meritis amisisse: denique David prophetam egregium post manifestam confessionem suam prophetiæ suæ meritis non fuisse privatum. Quod si emendatio conversionis & errores ipsos amputat, & retinet dignitates; quæ malum! ratio est, viam recti & iter quod dirigat ad salutem, proposito pertinaciæ nolle retinere?

IV. Quare incumbendum est dilectioni vestræ, & bonis sacerdotibus adnitendum, quatenus præeunte doctrina [7] in unitatem catholicæ fidei omnes qui dispersi sunt congregentur; & esse inexpugnabile unum corpus incipiat, quod si separetur in partes, ad omnes patebit lacerationis injurias, & ex sese pestem patietur internam, quando secum compago ipsa confligit. Sed hæc generaliter de unitatis reformatione omnes, tamquam singulis scripta sint, accipiant sacerdotes. Dehinc in partes animum super omnibus dilectio vestra quæ proponentur intendat.

V. Non enim latere potuit, quod Rufinus atque Minicius episcopi in alienis ecclesiis, contra Nicænos canones, episcopos usurpaverunt ordinare. Hæc ne quis sibi audeat vindicare, saltem nunc a nobis est salubriter providendum: ne improba [8] usurpatione dissimulatio in deterius convalescat, & fiat de consuetudine regula, quæ non veniat ab ipsa quæ litteris mandata est disciplina. Qua in re Hilarii fratris & consacerdotis nostri querela primitus audiatur, qui asseruit Rufinum contra ecclesiarum pacem omni oppugnatione fuisse versatum, & dudum in concilio [9] Toletano erroris sui veniam

*susceperant*. De eadem re Sulpicius lib. 2. ita loquitur: *Lucifer in tantum eos qui Arimini fuerant condemnavit, ut se ab eorum etiam communione secreverit, qui eos sub satisfactione vel pœnitentia recepissent. Et cui*, inquit Augustinus epist. 185. n. 47. hujusmodi indulgentia *displicuit, in tenebras incidit schismatis, amisso lumine caritatis*. Quibus in locis cum schisma tantum Innocentius, Sulpicius & Augustinus Lucifero exprobrent, unis ejus discipulis, non ipsi, tribuendus videtur error, quo baptisma iterare ausi sunt.

1. Sirm. & Lab. *post Priscilliani detestabilem sectam omnium detestatione damnatam*. Præpositio *post* abest a mss. in quibus subinde *consensione* concinnius habetur, quam *detestatione*. Huc spectat quod Hieronymus ad Ctesiphontem scribit: Priscillianum *totius orbis auctoritate damnatum*.

2. Colb. ms. *Symposius*. Non is credendus est Symposius, qui synodo Cæsaraugustanæ anno 380. adversus Priscillianistas habitæ subscripsit. Quo pacto Symphosius, Dictinius & socii errorem confessi, & professi fidem, ad catholicam communionem admissi sint, in concilio quod sub Leone papa habitum est, e Toletani concilii gestis to. 2. concil. Lab. pag. 1229. & seqq. explicatur. In ea autem sententia, quam Toletani patres de illis ferunt, notandum, quod Paterno, ut ecclesiam in qua constitutus fuerat teneret, permittentes, addunt, *recepturi etiam* (eum) *in nostram communionem, cum sedes apostolica rescripserit*; idemque de reliquis Gallæciæ episcopis, qui semper in Symphosii communione permiterant, decernentes, simul & eos exspectare volunt *pari exemplo, quid papa qui nunc est, quid S. Simplicianus Mediolanensis episcopus reliquique ecclesiarum rescribant sacerdotes*. Ubi obiter observare licet Romanum episcopum simplici *papæ* nomine designatum. Prosequuntur Toletani patres: *Symphosius autem senex religiosus, qui quod egerit supra scripsimus, in ecclesia sua consistat . . . inde* (id est, a Papa & ab episcopo Mediolan.) *exspectabit communionem, unde prius spem futuræ pacis acceperat. Quod observandum etiam Dictinio & Anterio esse decrevimus*. Tum proxime sequitur: *Constituimus autem, prius quam illis per papam* (en rursum *papæ* nomen pro Romano pontifice) *vel per S. Simplicianum communia redditur, non episcopos, non presbyteros, non diaconos ab illis ordinandos*. Cur sententiam de omnibus episcopis illis ita ferunt, ut exspectari velint, donec iisdem communio litteris apostolicæ sedis atque antistitis Mediolanensis reddatur? Lucem huic quæstioni conferunt similia decreta tum concilii Carthaginensis anno 401. Junii 18. die habiti, tum alterius eodem anno Septembris 13. die celebrati, quibus, uti videre est in Codice can. eccl. Afr. c. 65. Afri ad Anastasium Romanum pontificem & Venerium Mediolanensem episcopum mittendum esse constituunt, ut & infantes a Donatistis baptizatos ad clerum promovere, & clericos qui a Donatistis ad catholicam unitatem transire voluerint, ubi hoc paci Christianæ prodesse visum fuerit, in suis honoribus recipere sibi per eos liceret. Hujus quippe rei rationem subjiciunt, quia *ex his sedibus hoc fuerat prohibitum*. Neque enim obscure docent Toletani patres, ideo se præ dictis episcopis exspectandam statuisse Romani Mediolanensisque præsulum communionem, quia de iis etiam jam ex illis sedibus quoddam judicii genus præcesserat, quatenus Ambrosius & Siricius iis quasdam pacis conditiones litteris præscripserant. Unde Hispanorum de Vegetino absolutior est sententia in hunc modum: *Vegetinum autem, in quem nulla specialiter dicta fuerat ante sententia, data professione quam synodus accepit, statuimus communioni nostræ esse reddendum*.

3. Ille Dictinius Priscilliani placita non modo secutus erat; sed & libris asseruerat. Postmodum vero in concilio Toletano quæcumque male vel senserat vel scripserat detestatus, dixit: *Omnem præsumtionem meam de scriptis meis arguo atque condemno*. Et mox: *Iterum repeto, in priori comprehensione mea & in principiis conversionis meæ quæcumque conscripsi, omnia me toto corde respuere . . . . Excepto nomine Dei omnia anathematizo . . . . Omnia quæ inveniuntur contra fidem cum ipso auctore condemno*. Illius tamen scripta supprimi non ita accurate valuerunt, quin & ad Leonis papæ tempora *a multis cum veneratione legerentur*, quibus quidem is papa epist. 17. n. 19. auctor est, ut *reparationem ejus magis debeant amare quam lapsum*.

4. Mss. *Facit*.

5. Seu *Discordant & in simultates abeunt*.


6. Sirm. cum mss. Corb. & Colb. *Numquidnam aliquid*. Codex Bonævallis, *Nam quod non aliquid*. Ex duobus primis revocato *num*, & ex postremo *quod non*, integra & perspicua jam habetur lectio. Ea ipsa exempla, quibus Innocentius clericis post pœnitentiam honores servari licere nunc probat, eadem de causa adhibet & Augustinus epist. 185. n. 45. *Nam & sanctus David*, inquit, *de criminibus mortiferis pœnitentiam agit, & tamen in honore suo perstitit: & beatum Petrum, quando amarissimas lacrymas fudit, utique Dominum nescisse pœnituit, & tamen apostolus mansit*.

7. Qua scilicet & schismatis seu hæreseos perversitas & catholicæ fidei rectitudo comprobentur, *ut tenebras erroris lux veritatis expellat*, inquit Augustinus epist. 93. n. 3. atque Ecclesia potius correctos, quam perversos suscipere videatur.

8. Clarius diceretur, *ne improba usurpatio dissimulatione*.

9. Ita ms. Colb. ubi in Corb. *Tholosano*. Hic recolendum est Toletanæ synodi gesta nequaquam plena & integra ad nos pervenisse, sed eorum dumtaxat fragmenta, posteriore in concilio, prout tunc conducebat, recitata; neque in hoc concilio recitata esse, nisi quæ ad Priscillianistas attinerent. Rufinus autem ex iis potius exstitit episcopis, de quibus Patruinus in præfatione Toletani I. concilii queritur, qui videlicet illegitimas ordinationes aggressi, ea excitarunt *scandala, quæ usque ad schisma pervenirent*, non ex iis qui Priscilliano addicti fuerant. Idem sentiendum & de Minicio. Unde & gestorum Toletani concilii pars, quæ ad illos attinebat, prædicto in concilio prætermissa.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 410.



postulasse, & nunc, cum metropolitano episcopo ordinandi [1] sacerdotes pontificium deberetur, contra populi voluntatem & disciplinæ rationem, episcopum locis abditis ordinasse, ecclesias scandalis miscuisse. Dehinc Tarraconensium episcoporum est caussa tractanda, qui pari modo Minicium in Gerundensi ecclesia episcopum ordinasse conquesti sunt; & juxta Nicænos [2] canones ferenda est de tali usurpatione sententia. Illorum etiam episcoporum, qui a Rufino vel a Minicio contra regulas ordinati sunt, habeatur plena discussio: ut quia perperam facti sunt, intelligant id, quod vitioso initio adepti sunt, se diutius obtinere non posse.

VI. De Joanne quoque episcopo, cujus in synodo Toletana super receptis Symphosio atque Dictinio per legatos consensus accessit, & cui probabilis visa illa correctio, examinentur quæ postea sunt secuta. Et prorsus super omnibus, quorum in dubium venit de cessatione communio, plena inquisitio vestigetur, ut secundum decretum synodi Toletanæ, vel communionis consortio propter abolendam suspicionem schismatis misceantur, vel si qui fuerint deprehensi qui [3] abnuant concordiam & constituta placitorum, a communione catholicæ fidei per dilectionis vestræ sententias abdicentur: ut jam non internum malum, quod tacitum non desinit [4] semper, sed schismaticorum manifesta professio contagioque vitetur.

VII. Nam de ordinationibus, quas pravæ consuetudinis vitio Hispanienses episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundum majorum traditionem statuendum, nisi perpenderemus ne perturbationes [5] quam plurimas ecclesiis moveremus. Quorum factum ita reprehendimus, ut propter nu- A merum corrigendorum ea, quæ quoquo modo facta sunt, in dubium non vocemus, sed Dei potius judicio dimittamus. Quantos enim ex his, qui post acceptam [6] gratiam in forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi [7] pertinaciam susceperunt, adscitos ad sacerdotium esse comperimus; e quorum numero Rufinus & Gregorius perhibentur? quantos ex aliqua militia, qui cum potestatibus obedirent, [8] necessario præcepta sunt exsecuti? quantos ex curialibus, qui dum parent potestatibus, quæ sibi sunt imperata fecerunt? quantos qui voluptates & editiones [9] populo celebrarunt ad honorem summi sacerdotii pervenisse? quorum omnium neminem ne ad societatem quidem ordinis clerico- B rum oportuerat pervenire. Quæ si singula discutienda mandemus, non modicos motus aut scandala Hispaniensibus provinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus. Idcirco remittenda hæc potius putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas providere debebit, ut tantæ usurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur: eo videlicet constituto, [10] ut si qui post hæc adversus formas canonum vel ad ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacerdotium venire tentaverint, una cum creatoribus suis ipso, in quo inventi fuerint, ordine & honore priventur.

C VIII. Gregorii etiam Emeritensis episcopi, qui in locum Patruini [11] venerabilis recordationis est ordinatus, querela si qua est audiatur: & si contra meritum suum passus est injuriam, in invidos honoris alterius vindicetur: nec posthac in quemquam bonorum spiritus factionis insurgat.

IX. Et quamvis dilectioni vestræ, fratres cariss-

1. Sirm. & Lab. *sacerdotis*. Rectius mss. *sacerdotes*. Episcopos cujusque provinciæ citra metropolitani consensum ordinari vetant concilium Laodicenum can. 12. Nicænum can. 4. & 6. Antiochenum can. 19. Vide & Ferrandum Breviar. can. c. 4. Episcopi autem *in abditis locis* creatio Sardicensis concilii canoni 6. adversatur.

2. Eum, qui ita fuerit ordinatus, episcopum esse non debere Nicæna synodus can. 6. declarat. Quod & Antiochenum concilium can. 13. confirmans, insuper & in usurpatæ ordinationis auctores depositionis pœnam decernit.

3. Corb. ms. *qui abnegant*.

4. Apud Lab. & Sirm. *non desinit serpere*, ubi in mss. *non desinit semper*, forte pro, *non se sinit semper*. Nempe Innocentius nolens quemquam quavis interni mali suspicione, sed tantum ubi manifesta est ejus professio, vitari, aptam rationem reddit, quia malum internum non semper tacitum aut intus contineri se sinit, sed erumpere tandem ac verbis aut gestis prodere se solet. Eoque pacto grave cavet incommodum, in quod lapsi erat Ithaciani schismatici, seu qui eorum hortatu in Hispanias a Maximo imp. ad inquirendos Priscillianistas missi fuerant, de quibus Sulpicius hæc litteris mandavit: *Nec dubium erat, quin sanctorum maximam partem tempestas illa depopulatura esset, parvo discrimine inter hominum genera. Etenim tum solis oculis judicabatur, cum quis pallore prius aut veste, quam fide, hæreticus existimaretur.*

5. Ita ms. Corb. cum quo Colb. retinens *quam plurimas*, subdit etiam *ecclesias*. At Sirm. substituit, *quam plurimis ecclesiis*. Augustinus eo Spiritu animatus, quo Innocentius, lib. 3. cont. epist. Parmen. n. 14. scribit: *Cum idem morbus plurimos occupaverit, nihil aliud bonis restat, quam dolor & gemitus. Nam tunc*, inquit paullo post, *consilia separationis & inania sunt & perniciosa atque sacrilega; quia & impia & superba fiunt, & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigunt animosos malos.* Quocirca & subinde num. 16. & epist. al. 64. nunc 22. n. 5. quam circumspecte corripienda sit multitudo explicat. Quod quamvis de populi multitudine proprie dictum, ad omnem delinquentium multitudinem apte accommodetur.

6. Vox *baptismi*, quæ heic apud Sirm. & Lab. additur, exstat quidem in decurtatis epistolæ hujus exemplaribus, sed in integris reticetur. Quomodo in epistola superiori n. 5. *post remissionem peccatorum*, ita nunc *post acceptam gratiam*, idem sonat quod post acceptum baptismum. *Gratiæ* nomine baptismum pariter designat Leo epist. 18. n. 4. ubi scribit: *Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ* (loco *celebrandi baptismi*,) *eum esse legitimum diem*, quo scilicet Christus sepultus resurrexit. Rursum D infra Innocentius n. 11. sicut & Cyprianus epist. 76. ad Magnum, & Damasus epist. 9. n. 1. baptismum *gratiam Dei* vocant. Idem sacramentum aliis, immo Innocentio ipsi *gratiam Christi* & *gratiæ Christianæ sacramentum* appellare familiare est.

7. Hic notari videntur actores causarum, qui licet iniquas interdum suscipiant, eas tamen eloquentiæ vi ac pertinaci studio obtinere nituntur.


8. In aliquot exemplaribus hic adjicitur *severa*; quod a sincerioribus abest. Eadem ratione nunc dicitur, *præcepta sunt exsecuti*, qua mox, *quæ sibi sunt imperata fecerunt*. Utroque in loco militiæ & curiæ adstrictos, ad ea agenda quæ a clero eos arceant, cogi solere significatur. Apud Gratianum dist. 51. c. 4. Toletani I. concilii canon 8. ita interpolatus exhibetur: *Si quis post baptismum militaverit, & chlamydem sumserit aut cingulum ad necandos fideles*, (tria postrema verba in Toletani concilii codicibus non exstant,) *etiamsi graviora non admiserit, si ad* E *clerum admissus fuit, diaconi non suscipiat dignitatem*. Eadem autem præjudicata opinio, quæ hujus canonis interpolationi locum dedit, etiam ut heic vox *severa* adjiceretur, videtur in caussa fuisse.

9. Ex epistola superiori n. 15. supple *ludorum vel munerum*.

10. In exemplaribus Isid. heic adjicitur, *ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur*: quod merum est scholion marginale, seu summarium capitulum Innocentii explicans textum. In iisdem libris mox pro *creatoribus* substitutum est *ordinatoribus*.

11. Qui Patruinum, cujus in præfatione Toletani I. concilii nomen legitur, quique eidem primus subscripsit, Toletanum episcopum arbitrati sunt, hoc loco emendatur. Gregorius vero successorem habuisse videtur Antoninum, quem Idacius in Chronico olymp. 306. n. 21. Emeritensem ecclesiam eo tempore, quo Turibius Asturicensem, hoc est Leonis ætate, rexisse tradit.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 410.



mi, regulæ Nicænæ sint cognitæ, secundum quas A ordinationes faciendas esse per sententiam [1] decernitis; tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus est provisa, inserendam putavi, [2] ut secundum hanc ordinationes in posterum celebrandas, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur. Ac primum quæ sunt prohibita digeruntur. Ne quispiam, qui post baptismum militaverit, ad ordinem debeat clericatus admitti; neque qui caussas post acceptum baptismum egerint; aut qui post acceptam Dei gratiam administraverint: neque de curialibus aliquem venire ad ecclesiasticum ordinem posse, qui post baptismum vel coronati [3] fuerint, vel sacerdotium quod dicitur sustinuerint, & editiones publicas celebraverint. Nam & hoc de cu- B rialibus est cavendum, ne iidem qui ex curialibus fuerint, aliquando a suis curiis, quod frequenter videmus accidere, reposcantur. Quæ omnia rationabiliter prohibita oportet modis omnibus custodiri.

X. Quales vero eligendi sint in ordine clericorum, evidens forma declarat: id est, qui ab ineunte ætate baptizati fuerint, & [4] lectorum officio sociati; vel si majores sint, cum fuerint Dei gratiam consecuti, statim se ecclesiasticis ordinibus manciparint. Et si uxores habuerint, quærendum si uxorem virginem acceperint: quia scriptum est in veteri Testamento, [a] *Uxorem virginem accipiat sacerdos*; & alibi, [5] *Sacerdotes mei semel nubant*. Ne- C que qui duas uxores habuerit, quia Paulus apostolus ait, [b] *Unius uxoris virum*. Nec illud debere admitti, quod aliquanti pro defensione pravi erroris opponunt & afferunt, quod ante baptismum uxor accepta non debeat imputari; quia in baptismo omnia dimittuntur non intelligentes hujusmodi, quod sola in baptismo peccata dimittuntur, nec uxorum numerus aboletur. Nam si *a Deo*, ut scriptum est [c], *preparatur viro uxor*, & [d] *quod Deus junxit, homo non separet*; & ipsi auctores generis humani in origine a Domino benedicuntur: quomodo inter peccata, ista creduntur posse dimitti? Quod si secundum illos qui ita credunt verum est; ergo omnis justitia, quæ a catechumenis ante baptismum fuerit operata, per baptismum auferetur. Nullus ergo contra Apostolum tale aliquid sentiat, nec admittat: sed fideliter intelligat, *unius uxoris virum* sive ante baptismum sive post baptismum esse nominatum. Si enim uxor ante baptismum accepta non ducitur in numerum, nec filii ex eadem suscepti inter filios poterunt numerari. Quod quam absurdum sit atque alienum, prudentia vestra melius æstimabit. Unde nemini liceat interpretari aliter divinas Scripturas, nisi quod recta ratio permittit: ne dum [6] remedia sibi inique ad excusationem præparant, & corrupisse legem, & regulas evertisse judicentur. Sed ea tenenda sunt, quæ & divinarum Scriptutarum series continet, & a sacerdotibus utili ratione sunt instituta. *Et alia manu*. Bene valete, fratres carissimi.

## EPISTOLA EADEM

decurtata, cujusmodi exstat in veteribus Isidori Mercatoris exemplaribus, ut & in Noviomensi, Laudunensi & Bellovacensi collectionis Hispanæ, & qualis in Romana pontificiarum epistolarum editione ac priscis conciliorum vulgata est.

I. *De Spaniorum [7] repressione qui inordinate constituunt clericos.*
II. *Ut causidici, vel curiales, vel sæculari militiæ dediti ad clerum non admittantur.*
III. *Ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.*
IV. *Quales eligendi sunt in ordine clericorum.*
V. *De eo qui ante baptismum uxorem habuerit, & post baptismum aliam, clericus non fiat.*

Innocentius universis episcopis in [8] Toletana synodo constitutis dilectissimis fratribus in Domino salutem.

SÆpe me & nimium cum teneret cura solicitum super dissensionis schismate ecclesiarum, quod malum per Spanias latius in dies separationis gradu incedere fama prosequitur; necessarium tempus emer- D sit, quo non possit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina provideri. Nam de ordinationibus; quas pravæ consuetudinis vitio Spanienses, *& reliqua deinceps ut in superiore exemplo a numero 8. usque ad finem, nisi quod num. 9. contenta, etiam hic prætermittuntur: adeo ut solis retentis generalibus decretis, cetera quæ ad causas personasve singulares attinent, suppressa sint.*

*a* Lev. XXI. 13. *b* I. Tim. III. 2. *c* Prov. XIX. 14. *d* Matth. XIX. 6. Gen. I. 28.

1. Nimirum, uti post Sirmondum in Monito observare licet, Patruino præloquente, in ipsius Toletani concilii præfatione.

2. Orationis series heic postulat *&* *secundum*. Et quidem antiquariis *ut* pro *&*, ac vicissim *&* pro *ut*, frequens excidit. Vetus est hic lapsus, quem resarcire volens Isidorus Merc. post verbum *celebrandas*, addidit *esse sciamus*. Ex ejus exemplaribus idem additamentum translatum est in Noviomensem collectionis Hispanæ codicem, non in Laudunense collectionis ejusdem exemplum.

3. In iis scilicet solemnitatibus, quæ de gentili ritu manabant, & in quibus magistratus sacerdotium dæmonum cultui dicatum repræsentare cogebantur. Quo spectat illud Tertulliani lib. de Corona c. 10. *Habes omnium collegiorum sacerdotalium coronas apud Claudium*: cujus nimirum, ut ibidem cap. 7. memoratur, exstabat *de Coronis liber & origines & causas & species & solemnitates earum docens*. E

4. Lab. *& electorum officio deputati*: emendatur ex aliis libris. Et eorum quidem lectio confirmatur his Siricii epist. 1. n. 13. *Quicumque se Ecclesiæ vovit obsequiis ab infantia sua* .... LECTORUM *debet officio* SOCIARI: & num. 14. *Qui vero jam ætate grandævus* .... *eo quo baptizatur tempore statim* LECTORUM *aut exorcistarum numero* SOCIETUR.


5. Vide Epist. superiorem n. 9.

6. In mss. coll. Hisp. & Isid. heic adjicitur *quidam*.

7. Reprehensione.

8. Plures mss. *Tolosana*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



# [1] EPISTOLA IV.

Joannis Constantinopolitanæ urbis episcopi ad Innocentium papam.

*Quam injuste urbe & ecclesia sua Theophili factione pulsus sit, & quanta mala sive tum, sive postea patrata fuerint.*

Τῷ δεσπότῃ μȣ τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ϗ ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ Ἰννοκεντίῳ Ἰωάννης ἐν Κυρίῳ χαίρειν. A

Domino [2] meo reverendissimo & sanctissimo Episcopo INNOCENTIO JOHANNES in Domino salutem.

ΚΑὶ πρὸ τῶν γραμμάτων οἶμαι τῶν ἡμετέρων ἀκηκοέναι τὴν εὐλάβειαν ὑμῶν τὴν παρανομίαν τὴν ἐνταῦθα τολμηθεῖσαν. τὸ γὰρ μέγεθος τῶν δεινῶν ȣ̓δὲ ἓν μέρος σχεδὸν τῆς οἰκουμένης ἀφῆκεν ἀνήκοον εἶναι τῆς χαλεπῆς ταύτης τραγῳδίας. καὶ γὰρ εἰς αὐτὰς τῆς γῆς τὰς ἐσχατίας φέρουσα ἡ φήμη τὰ γενόμενα, πολὺν πανταχοῦ θρῆνον καὶ ὀλοφυρμὸν εἰργάσατο. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οὐ θρηνεῖν δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ διορθοῦν καὶ σκοπεῖν ὅπως ἂν ὁ χαλεπώτατος οὗτος τῆς ἐκκλησίας σταίη χειμών· ἀναγκαῖον εἶναι ἐνομίσαμεν τοὺς κυρίȣς μου τοὺς τιμιωτάτους καὶ εὐ- B λαβεστάτους ἐπισκόπους Δημήτριον, Πανσόφιον, Πάππον, καὶ Εὐγένιον πεῖσαι τάς τε ἑαυτῶν ἐκκλησίας ἀφεῖναι, καὶ πελάγους [4] κατατολμῆσαι τοιούτου, καὶ μακρὰν ἀποδημίαν στείλασθαι, καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν [5] ἀναδραμεῖν ἀγάπην, ϗ πάντα σαφῶς ἀναδιδάξαντας, ταχίστην παρασκευάσαι γενέσθαι τὴν διόρθωσιν. οἷς καὶ τοὺς τιμιωτάτους ἀγαπητοὺς διακόνους Παῦλον καὶ Κυριακὸν συνεπέμψαμεν. καὶ αὐτοὶ δὲ ὡς ἐν εἴδει ἐπιστολῆς, ἐν βραχεῖ διδάξομεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην τὰ γεγενημένα.

I. Pietatem vestram, etiam antequam litteras nostras acciperet, audivisse opinor quid heic ausa sit iniquitas. Ea enim rerum est magnitudo & gravitas, ut nulla ferme orbis pars relicta sit, quæ tristem hanc tragœdiam non audierit. Et quidem eorum, quæ gesta sunt, fama usque ad fines terræ perlata, multum ubique gemitum luctumque excitavit. Verum quia ista non modo plangere, sed & emendare opus est, simulque prospicere quo pacto gravissima illa Ecclesiæ tempestas sedetur; necesse esse duximus reverendissimos dominos meos piissimosque episcopos Demetrium, Pansophium, Pappum & Eugenium hortari, ut relictis [3] ecclesiis suis tanto se pelago committere ne gravarentur, susceptaque peregrinatione longinqua, ad vestram properarent caritatem, ut omnibus plane dilucideque expositis promtissimum remedium compararent. Cum quibus & honoratissimos dilectos diaconos Paullum & Cyriacum misimus. [6] Et nos ipsi velut in forma epistolæ, quæ hic gesta sunt, sanctitatem vestram paucis edocebimus.

Ὁ γὰρ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὴν προεδρίαν ἐγχειρισθεὶς Θεόφιλος, ἐντυχόντων τινῶν τῷ [7] εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ κατ᾽ αὐτοῦ, κελευσθεὶς C ἀφικέσθαι μόνος, συναγαγὼν μεθ᾽ ἑαυτοῦ πλῆθος Αἰγυπτίων οὐκ [8] ὀλίγον, παραγίνεται, καθάπερ ἐκ προοιμίων δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι εἰς πόλεμον ϗ παράταξιν ἀφικνεῖται. εἶτα τῆς μεγάλης καὶ θεοφιλοῦς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιβὰς, οὐκ εἰς ἐκκλησίαν εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς, ϗ τὸν ἄνωθεν κρατήσαντα θεσμὸν, οὐχ ἡμῖν συνεγένετο, οὐ λόγου μετέδωκεν, οὐκ εὐχῆς, οὐ κοινωνίας· ἀλλ᾽ ἀποβὰς τοῦ πλοίου, καὶ τὰ πρόθυρα τῆς ἐκκλησίας παραδραμὼν, ἔξω που τῆς πόλεως ἀπελθὼν ηὐλίζετο. καὶ πολλὰ παρακαλεσάντων ἡμῶν, καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ παραγενομένους παρ᾽ ἡμῖν καταχθῆναι [καὶ γὰρ ἅπαντα ηὐτρέπιστο, ϗ καταγώγια, ϗ ὅσα εἰκὸς ἦν,] οὔτε ἐκεῖνοι, οὔτε αὐτὸς ἠνέσχε- D το. ταῦτα ὁρῶντες ἡμεῖς, ϗ ἐν ἀπορίᾳ ἦμεν πολ-

II. Theophilus enim Alexandrinæ ecclesiæ antistes, cum a quibusdam apud piissimum Imperatorem insimularetur, jussus ut veniret solus, collecta secum Ægyptiorum non modica multitudine advenit; eo velut præludio declarare volens, se ad bellum & prælium venire. Deinde magnam Deique amantem Constantini urbem ingressus; ecclesiam ex [9] more atque hactenus observata consuetudine non adiit, non congressus est nobiscum, neque participes nos fecit sermonis, vel precum, vel communionis: sed egressus e navi, & vestibulum ecclesiæ prætergressus, alicubi extra urbem diversatus est. Et cum multis precibus ageremus, ut & ipse & ii qui [10] cum eo venerant, apud nos diversarentur, parata enim erant omnia, & diversoria, & cetera necessaria: neque illi, neque ipse acquievit. Hæc ubi vidimus, in maxima eramus anxietate, cum nec caussam injustæ

1. A Palladio in dialogo de vita S. Joannis Chrysostomi nobis transmissa est. Inde Romæ inter epistolas Romanorum pontificum primum latine ex interpretatione Ambrosii Camaldulensis edita, post etiam græce in fronte epistolarum Chrysostomi cum nova interpretatione latina excusa est. Demum anno 1680. Emerici Bigotii studio cum toto Palladii dialogo castigatior & elegantior prodiit. Eamdem de integro ad mss. Coislinianum & Hamburgensem exegimus. Proxime post violentiam ecclesiæ Constantinop. ab adversariis Chrysostomi in vigilia Paschæ illatam, adeoque circa mensem Aprilem anni 404. scripta est.

2. In ms. Coislin. græce desideratur *τῷ δεσπότῃ μȣ*. In vulgatis autem Chrysostomi libris subinde pro *ὁσιωτάτῳ*, exstat *θεοφιλεστάτῳ*. Sequimur Palladium.

3. Chrysostomi vulgati interpres, *relictis propriis negotiis*: licet is, græca voce *ἐκκλησίας* omissa, *τὰς ἑαυτῶν*, non *τὰ ἑαυτῶν*, retinuerit. Lectioni & interpretationi nostræ consentit Ambrosius Camald.

4. Hamburg. ms. *κατατολμᾷν τοιούτου*.

5. Coisl. ms. & Hamb. *δραμεῖν*.

6. Bigot. *Et illi quidem, ut in forma epistolæ, quæ hic gesta sunt caritatem vestram docebunt*, & græce, *καὶ αὐτοὶ δὲ . . . διδάξουσι*: neque aliter Ambros. Camald. legerat. Magis placet cum ms. Coislin & edit. Chrysost. *καὶ αὐτοὶ . . . διδάξομεν*. Antea in hac edit. *τὸν διάκονον* (& in ms. Coislin. mendose *τῶν διακόνων*) *Παῦλον*. Concinnius autem apud Bigot. *διακόνȣς*, & apud Ambros. Cam. *diaconos*. Cyriacum enim, non secus atque Paullum, diaconum exstitisse, subsequens epistola 6. fidem faciet.

7. In mss. *εὐλαβεστάτῳ*.

8. Ita ms. Hamb. Alias autem, *ὀλίγων*.

9. Prætermisit Bigotius *τὸ εἰωθὸς ϗ*, quod tamen Ambrosium Cam. non fugit. Sozomenus lib. 8. c. 17. tradit, Theophilum ecclesiam prætergressum, in imperialem domum, in qua diversorium ipsi præparatum fuerat, con- E cessisse.

10. Ita Bigot. & ms. Coislin. cum Ambros. Cam. At apud Chrysost. *qui ante ipsum*, *τοὺς πρὸ αὐτȣ̃*. Hoc de Ægyptiis, quos Theophilus secum adduxisse, non ante præmisisse, proxime memorabatur, dictum esse liquet. Hamburgensis codex præ se fert *τοὺς πρὸς αὐτὸν*, hoc est, *qui ad eum*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.

λῇ, μηδὲ τὴν αἰτίαν δυνάμενοι τῆς ἀδίκου ταύτης A [1] ἀπεχθείας εὑρεῖν. ἀλλ' ὅμως τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπληροῦμεν, τὸ πρέπον ἡμῖν αὐτοῖς ποιοῦντες, καὶ συνεχῶς αὐτὸν παρακαλοῦντες συγγενέσθαι τε ἡμῖν, καὶ εἰπεῖν τίνος ἕνεκεν τοσοῦτον ἐκ προοιμίων ἀνεῤῥίπισε πόλεμον, καὶ τηλικαύτην ἐσκανδάλισε πόλιν. ὡς δὲ οὐδὲ οὕτως ἠβούλετο λέγειν τὴν αἰτίαν, οἵτε κατηγοροῦντες αὐτοῦ ἀπέκειντο, καλέσας ἡμᾶς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἐκέλευσε πέραν ἔνθα διέτριβεν ἀπιέναι, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀκούειν ὑποθέσεως. καὶ γὰρ καὶ ἔφοδον, καὶ σφαγὰς, καὶ ἕτερα ἐνεκάλουν μυρία. ἀλλ' ἡμεῖς καὶ τοὺς νόμους τῶν πατέρων, καὶ τὸν ἄνδρα αἰδούμενοι καὶ τιμῶντες, καὶ αὐτοῦ δὲ τὰ γράμματα ἔχοντες τὰ δηλοῦντα μὴ δεῖν ὑπερορίους ἕλκεσθαι τὰς δίκας, ἀλλ' ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τὰ τῶν B ἐπαρχιῶν γυμνάζεσθαι, οὐ κατεδεξάμεθα δικάσαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς παρῃτησάμεθα τῆς σφοδρότητος. ὁ δὲ ὥσπερ τοῖς προτέροις ἐπαγωνιζόμενος, τὸν ἀρχιδιάκονον καλέσας τὸν ἐμὸν ἐξ αὐθεντίας πολλῆς, ὥσπερ ἤδη χηρευούσης τῆς ἐκκλησίας, καὶ οὐκ ἐχούσης ἐπίσκοπον, δι' ἐκείνου τὸν κλῆρον ἅπαντα πρὸς ἑαυτὸν μετέστησε. καὶ ἀνάστατοι αἱ ἐκκλησίαι ἐγένοντο, ἀπαγομένων τῶν ἐν ἑκάστῃ κληρικῶν, καὶ παρασκευαζομένων λιβέλλους [6] διδόναι καθ' ἡμῶν, καὶ πρὸς κατηγορίαν ἀλειφομένων.

hujus simultatis invenire possemus. Nostrarum tamen partium munus explebamus, id quod nos decebat perficientes, ipsumque assidue rogantes ut congrederetur nobiscum, & qua de caussa statim ab initio tantum bellum accendisset, tantæque [2] civitati excitasset scandalum, aperiret. Cum vero ne sic quidem dicere caussam vellet, urgerentque ejus accusatores; nos evocavit piissimus Imperator, & in ulteriorem regionem, ubi degebat, abire ejusque caussam audire jussit. Nam & irruptionem, & cædes, & alia innumera objiciebant. Sed nos & leges patrum [3] & virum reverentia & honore prosequentes, habentes etiam super hac re illius litteras, [4] quibus significabat non trahenda extra limites judicia, sed in ipsis provinciis provinciarum negotia tractanda esse; judicium illud non solum non sumsimus nobis, sed & vehementissime recusavimus. Ille velut priora [5] repetens certamina, magna cum auctoritate vocato archidiacono meo, quasi jam vidua esset ecclesia, nec episcopum haberet, omnem ad se clerum per illum transtulit. Desertæque fiebant ecclesiæ, cum singularum abducerentur clerici, & subornarentur ut adversus nos libellos darent, & ad accusationem accingerentur.

Καὶ ταῦτα ποιήσας, ἔπεμπε καὶ ἐκάλει ἡμᾶς εἰς δικαστήριον, μηδέπω τὰς καθ' ἑαυτοῦ ἀποδυσάμενος αἰτίας, ὃ μάλιστα καὶ παρὰ κανόνας, καὶ παρὰ C πάντας τοὺς νόμους ἦν· ἀλλ' ἡμεῖς συνειδότες ὅτι οὐ πρὸς δικαστήριον ἀφικνούμεθα, [ἢ γὰρ ἂν μυριάκις παρεγενόμεθα] ἀλλὰ πρὸς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον,

III. His actis, misit & vocavit nos in judicium [7], nondum purgatis quæ adversus se erant criminibus: quod maxime contra canones & contra leges [8] omnes erat. Sed & nos conscii quod non ad judicem venturi eramus, (alioquin millies venissemus,) sed ad inimicum & hostem, id quod

1. Coisl. ms. ἔχθρας.

2. Apud Chrysost. *tantamque urbem seditiosam faceret*, & græc. καὶ τηλικαύτην διεσκέδασε πόλιν. ὡς δὲ οὐδὲ αὐτός. Accusatores autem Theophili, de quibus heic sermo, ii erant monachi, quos ille inique ac dirissime vexabat. Qui quidem, inquit Palladius cap. 7. pag. 60. *ut viderunt se non solum Theophilum non placare, sed in majorem iram impellere, dum multos intercessores ad illum mittunt ... supplices libellos Joanni offerunt, diversa Theophili tyrannidis genera denotantes, adjunctis quibusdam capitulis, quæ pudet coram simplicioribus dicere.*

3. Apud Chrysost. heic additur *scientes*, & in græco εἰδότες. Sed hoc verbum neque græce invenit Bigotius, neque vetus Palladii interpres Ambrosius Camald. legit.

4. Apud Chrysost. & Bigot. verbum τὰ δηλοῦντα latine non exprimitur. Rem, quæ heic attingitur, Palladius cap. 7. pag. 61. sic narrat, a Joanne videlicet, susceptis monachorum libellis, Theophilum de omnibus certiorem factum, ac rogatum esse ut quod sibi videretur rescriberet; hunc vero rescripsisse in hæc verba: *Arbitror equidem non ignorare te canonum Nicænorum decretum, quo sancitur ne episcopus causam extra fines suos judicet* (ἐπίσκοπον ὑπερόριον μὴ κρίνειν δίκην.) *Si autem ignoras, disce: & a libellis adversus me abstine. Nam si judicari me oportet, ab Ægyptiis episcopis judicandus sum, non a te qui 75. dierum itinere abes.* Nullus quidem exstat Nicænus canon, quo hujusmodi judicia extra provinciæ limites conceptis verbis vetentur; id vero apertius Sardicensis canon 3. prohibet: sed respexit haud dubie Theopilus ad Nicænum canonem 5. quo statuitur, ut episcoporum adversus suos judicia *communiter omnibus simul episcopis provinciæ congregatis discutiantur*. Eodem spectant & episcopi 40. qui apud eumdem Palladium cap. 8. pag. 70. & 71. Theophilo id renuntiari curant: *Si inordinate subvertis Nicænos canones* CCCXVIII. *episcoporum, & extra limites judicas, tu transito ad nos*: & mox Theophilo in memoriam revocantes quæ proxime scripserat, ajunt: *Habemus enim epistolam tuam, per quam mones, coepiscopum nostrum Joannem caussas extra limites admittere non debere.* Nec aliter idem canon ab Africanis episcopis intellectus fuit: siquidem de Nicænis patribus epist. 2. n. 3. ad Cælestinum papam sic loquuntur: *Prudentissime justissimeque viderunt, quæcumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda.* Ante Nicænum concilium Cyprianus epist. 55. edit. Pamel. ad Cornelium scribit, ab omnibus Africæ episcopis statutum, *ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum.* Postea & Lampsacenæ synodi temporibus Damasi habitæ eadem sententia fuit. Quippe ut episcopi judicari legitime possent, Sozomeno teste lib. 6. c. 7. exegit, *ut judices essent episcopi orthodoxi, ex ipsa provincia & ex vicinis congregati, in ecclesia in qua præsto sint testes eorum quæ quisque gesserit.* Ex regularum hujusmodi præscripto Capuana synodus Conoso judices dedit, ut e Siricii epistola 9. n. 1. colligere est. Basilius episcopus Cæsareæ epist. 385. Demosthenem provinciæ rectorem rogat, ne sua ipsius ac Gregorii caussa εἰς ὑπερορίαν trahatur, sed audiatur in patria. Ab anno 373. Valens imp. Cod. Th. lib. 9. tit. 1. leg. 10. præceperat; *Ultra provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur. Peregrina autem judicia præsentibus legibus coercemus.* Vide & leg. 16. D Neque dissimulavit Justinus imp. judiciorum peregrinorum incommodum. Quippe legatis Hormisdæ petentibus, ut antistes Thessalonicensis ejusque presbyteri Romam judicandi mitterentur, apud ipsum Hormisdam epist. 108. respondit, *caussam non esse, pro qua Romam delegarentur, audiendi ubi sine accusatorum præsentia se se possent liberius excusare.* Augustæ tamen opera, uti Palladius cap. 8. pag. 65. tradit, obtinuerant monachi, *ut Theophilus volens nolens, exhibitus per Magistrum, coram Joanne caussam diceret.*


5. Vel quæ scilicet suo in urbem regiam ingressu inierat, in quam velut *ad bellum & prælium* venit, ut initio num. 2. dicitur, vel etiam quæ antea intulerat, & ob quæ accusatores illius *irruptionem, cædes & innumera alia* ei objiciebant. Quare non placet hæc Frontonis interpretatio: *Porro ille sicut & prius nobis obluctari cœpit.* Aut certe tollendum *nobis*, quod non est in græco. Hoc enim bellum quamvis Joannis caussa excitatum, eum tamen unum non impetiit. Bigotius vertit, *Porro ille quasi cum E prioribus certans*, Ambrosius autem Camaldul. *quasi aliqua priora crimina præcessissent.*

6. Coisl. ms. ἐπιδιδόναι.

7. Id est, ad conciliabulum, quod anno 403. circa mensem Julium ad Quercum habebat.

8. Maximeque contra hanc Valentiniani legem anno 375. datam, quæ habetur Cod. Th. lib. 9. tit. 1. leg. 12. *Neganda est accusatis licentia criminandi prius quam se crimine, quo premuntur, exuerint.* Quocirca & Gregorius Naz. scribit: ἵνα νόμον φυλάξω, καί με πρῶτον ἀπολογήσομαι: *ut legem servem, & me prius purgabo.* Contra eamdem legem postea peccavit Nestorius, cum Cælestio, qui ecclesiastica communione privatus, ab hæresi purgatus non erat, ut libellos sibi adversus Philippum presbyterum daret, auctor fuit, eosque suscipere nequaquam veritus est, ut apud Baluz. nov. coll. concil. pag. 379. habetur: ubi & Cælestium probationibus destitutum, condicta die vadimonium deseruisse legimus. Mox quæ parenthesi continentur, e mss. Coisl. & Hamburg. restituta sunt.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



καθάπερ τάτε ἔμπροσθεν γεγενημένα καὶ τὰ μετὰ ταῦτα ἐδήλωσεν, ἀπεστάλκαμεν πρὸς αὐτὸν ἐπισκόπους, [1] τῶν Πισινούντων Δημήτριον, τῆς Απαμείας Ελεύσιον, τῆς Απιαρίας [2] Λουπικινὸν, πρεσβυτέρους δὲ Γερμανὸν καὶ Σεβῆρον μετὰ τῆς προσηκούσης ἡμῖν ἐπιεικείας ἀποκρινόμενοι, καὶ λέγοντες μὴ παραιτεῖσθαι [3] κρίσιν, ἀλλ' ἐχθρὸν πρόδηλον καὶ πολέμιον φανερόν. ὁ γὰρ μηδέπω λιβέλλους δεξάμενος, καὶ τοιαῦτα ἐκ προοιμίων ποιήσας, καὶ ἀπορρήξας ἑαυτὸν [4] ἐκκλησίας, κοινωνίας, εὐχῆς, καὶ κατηγόρους ἀλείφων, καὶ κλῆρον μεθιστὰς, καὶ ἐκκλησίαν ἐρημῶν, πῶς ἂν ᾖ δίκαιος ἐπὶ τὸν τοῦ δικαστοῦ θρόνον ἀναβαίνειν οὐδαμόθεν αὐτῷ προσήκοντα; οὐδὲ γὰρ ἀκόλουθόν [5] ἐστι, τὸν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς ἐν Θρᾴκῃ δικάζειν, [6] καὶ τοῦτον ὑπεύθυνον αἰτίας ὄντα, καὶ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων αἰδεσθεὶς, ἀλλ' ἅπερ ἐβεβούλευτο πληρῶσαι ἐπειγόμενος, ἡμῶν δηλωσάντων ὅτι ἕτοιμοί ἐσμεν καὶ ἑκατὸν καὶ χιλίων ἐπισκόπων παρόντων ἀποδύσασθαι τὰ ἐγκλήματα, καὶ δεῖξαι ὄντας καθαροὺς ἑαυτοὺς, ὥσπερ οὖν καί ἐσμεν, οὐκ ἠνέσχετο· ἀλλὰ ἀπόντων ἡμῶν, καὶ σύνοδον ἐπικαλουμένων, καὶ κρίσιν ἐπιζητούντων, καὶ οὐκ ἀκρόασιν φευγόντων, ἀλλ' ἀπέχθειαν φανερὰν, καὶ κατηγόρους ἐδέχετο, καὶ τοὺς παρ' ἐμοῦ δεδεμένους ἔλυσε, καὶ παρ' αὐτῶν, ἐκείνων οὐδέπω τὰ ἐγκλήματα ἀποδυσαμένων, λιβέλλους ἐλάμβανε, καὶ ὑπομνήματα ἔπραττε, ἅπερ ἅπαντα παρὰ θεσμὸν καὶ κανόνων ἀκολουθίαν ἦν. τί δὲ δεῖ πολλὰ λέγειν; οὐκ ἀπέστη πάντα ποιῶν, καὶ πραγματευόμενος ἕως ἡμᾶς μετὰ δυναστείας καὶ αὐθεντίας πάσης, καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξέβαλε. καὶ πρὸς ἑσπέραν βαθεῖαν τοῦ δήμου παντὸς ἡμῖν συσσυρομένου, ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ κουριωσοῦ τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει, καὶ πρὸς βίαν συρόμενος κατηγόμην, καὶ εἰς πλοῖον ἐνεβαλλόμην, καὶ διὰ νυκτὸς ἀπέπλεον, ἐπειδὴ σύνοδον πρὸς δικαίαν ἀκρόασιν προεκαλούμην. τίς ταῦτα ἀδακρυτὶ, κἂν λιθίνην ἔχῃ [10] καρδίαν, ἀκούσειεν;

A satis declarant quæ & prius & postmodum acta sunt, misimus ad eum episcopos Demetrium Pisinuntis, Eleusium Apameæ, Lupicinum Apiariæ, ac presbyteros Germanum & Severum, convenienti nobis modestia respondentes, ac dicentes nos non defugere judicium, sed inimicum apertum atque hostem manifestum. Nam qui nondum acceptis libellis statim ab initio talia fecisset, & se ipsum abrupisset ab ecclesia, a communione, a precibus; accusatores instruens, clerum ad se trahens, ecclesias desolans; quomodo dignus esset qui in judicis thronum nihil ad se pertinentem adscenderet? Neque enim consentaneum est, ut qui ex Ægypto sit, eos qui in Thracia sunt judicet; ille præsertim qui ipse cri- B minibus obnoxius est, & inimicus & hostis. Verumtamen ille nihil horum reveritus, sed ea quæ animo conceperat perficere festinans, cum declarassemus paratos nos esse, etiam coram centum & mille episcopis, diluere crimina, & puros nos, ut re vera sumus, ostendere, non se continuit: sed nobis absentibus, & ad synodum appellantibus ac flagitantibus judicium, nec auditionem, sed manifestum odium fugientibus; ipse & accusatores admisit, & quos [7] ligaveram solvit, atque ab iis, qui crimina nondum diluerant, libellos accepit, & confecit acta; quæ omnia præter jus [8] & contra canonum præscriptum erant. Et quid opus est multis? non destitit omnia facere ac moliri, donec nos C per vim & summam potestatem e civitate atque ecclesia ejecit. Vespera igitur jam provecta, universo nos comitante populo, in media civitate [9] a Curioso urbis tractus vi abducor & in navim conjicior, & noctu abnavigo; quia synodum ad justum judicium appellabam. Quis hæc sine lacrymis, etiam si cor lapideum habeat, audierit?

Ἀλλ' ἐπειδὴ, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, οὐ θρηνεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ διορθοῦν δεῖ, παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην διαναστῆναι καὶ συναλγῆσαι καὶ πάντα ποιῆσαι, ὥστε στῆναι ταυτὶ τὰ κακά. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα τὰ τῆς παρανομίας αὐτοῖς κατέλυσεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς προτέροις ἐπαπεδύετο. ἐπειδὴ γὰρ ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἐπιπηδήσαντας αὐτοὺς τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναισχύντως καὶ ἀδίκως ἐξέβαλε, καὶ πολλοὶ τῶν παρόντων ἐπισκόπων ἰδόντες αὐτῶν τὴν παρανομίαν, εἰς τὰ ἑαυτῶν ἀνεχώρησαν, τὴν ἔφοδον αὐτῶν ὥσπερ πυράν τινα πάντα ἐπινεμομένην φεύγοντες· ἡμεῖς μὲν πάλιν εἰς τὴν πόλιν ἀνεκαλούμεθα, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἧς ἀδίκως ἐξεβλήθημεν, ἐπισκόπων τε ἡμᾶς πλειόνων ἢ τριάκοντα εἰσαγόντων, καὶ τοῦ θεοσεβεστάτου βασιλέως νοταρίου εἰς

IV. Verum quia, sicut prius dixi, non solum [11] lamentatione opus est, sed & emendatione; obsecro caritatem vestram, ut excitetur & ad condolendum, & ad præstandum omnia, quo hæc mala sistantur. Neque enim heic eorum iniquitas ste- D tit, sed ad priora adjecerunt & alia. Nam postquam piissimus imperator eos, qui in ecclesiam impudenter atque [12] injuste invaserant, ejecit, & multi episcopi qui aderant, visa eorum improbitate [13] ad sua redierunt, impetum eorum velut incendium omnia depascens fugientes: nos quidem iterum in urbem atque in ecclesiam, ex qua injuste eramus ejecti, revocati sumus, inducentibus nos episcopis [14] supra triginta & [15] piissimi imperatoris notario, qui hujus rei gratia missus fuerat: ille vero statim

1. In mss. τὸν Πισινοῦντος.
2. Apud Chrys. Λουπῖνον.
3. Iid. mss. κριτήριον.
4. Coisl. codex, ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας τε καὶ εὐχῆς.
5. Hamb. ms. cum Pallad. ἀκόλουθον ἦν.
6. Coisl. ms. κἂν ὑπεύθυνον αἰτιάσοντας καὶ ἐχθρὸν πολέμιον.
7. Apud Chrysost. ut in ms. Coislin. græce legimus, γενομένους ἀκοινωνήτους, *excommunicatos*. Deinde apud Bigot. αὐτῶν ἐκείνων, omissa præpositione.
8. Præfert Bigot. græce, καὶ κανόνα, καὶ ἀκολουθίαν. Vide Sozom. lib. VIII. cap. XVIII.
9. Pro his, *a Curioso urbis*, quæ Ambros. Camald. prætermisit, apud Chrysost. latine habetur, *a magistratu civitatis*. Græce cum ms. Coislin. κυριοσοῦ, non cum Bigotio legimus κουριωσοῦ. Cod. Th. lib. 9. exstat titulus 29. *de Curiosis*, cujus prima lex ita incipit: *Ii quos curagendarios seu curiosos provincialium consuetudo appellat, proprio arbitrio quos esse reos putaverint, feralibus carcerum tenebris mancipare non dubitant*. Apud Palladium cap. 8. pag. 75. dicitur *expulsus Joannes misso ad id Comite cum militari manu*, adeoque non proprio Curiosi arbitrio.

10. Hamburg. & Coisl. mss. διάνοιαν.
11. Apud. Chrysost. græce post vocabulum μόνον, additur τὰ κακῶς γινόμενα, sive, ut in ms. Hamburg. γενόμενα: quæ verba neque legit Ambros. Camald. neque exstant superius n. 1. aut heic apud Pallad.
12. Apud Bigot. desideratur græce καὶ ἀδίκως. Erat tamen in Ambrosii Cam. exemplari.
13. Ita Bigot. cum ms. Hamburg. Verum apud Chrysost. græce, εἰς τὰς ἑαυτῶν; & in ms. Coislin. εἰς τὰς αὐτῶν πατρίδας *ad patrias suas*. Hinc nulla auctoritate fulcitur Ambrosii Cam. interpretatio, *ad ecclesias suas*.
14. Ambrosius Cam. *episcopis triginta*; adeoque græce non legit, sicut nec modo apud Pallad. legitur πλειόνων ἤ. Tradit Sozomenus lib. 8. c. 19. eo tempore *sexaginta circiter episcopos* Constantinopolim convenisse, statutumque ab illis esse, ut apud Quercum acta irrita fierent. Palladius vero passim scribit, quadraginta episcopos Joanni constanter adhæsisse.
15. Bigot. græce legit, νοτάριον εἰς τοῦτο ἀποστείλαντος, & latine, *& piissimo imperatore, qui notarium ad id miserat*. Exstat apud Chrysost. νοτάριον εἰς τοῦτο ἀποστείλαντος, quod Fronto sic latine reddidit: *& notario ab imperatore pientissi-*

τοῦτο ἀποσταλέντος· ἐκεῖνος δὲ ἐδραπέτευσεν εὐθέως, τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί μὴ γινώσκοντες ⁘ εἰσελθόντες παρεκαλοῦμεν τὸν θεοσεβέστατον βασιλέα σύνοδον συναγαγεῖν εἰς ἐκδικίαν τῶν γεγενημένων. συνειδὼς τοίνυν ἅπερ ἔδρασε, καὶ τὸν ἔλεγχον δεδοικὼς, καὶ γραμμάτων βασιλικῶν πανταχοῦ διαπεμφθέντων πάντοθεν πάντας συναγόντων, λάθρα μέσων νυκτῶν εἰς ἀκάτιον ἑαυτὸν ἐμβαλὼν οὕτως ἀπέδρα τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ πάντας ἐπαγόμενος. ἀλλ' ἡμεῖς οὐδ' οὕτως ἀπέστημεν, διὰ τὸ τῷ συνειδότι θαῤῥεῖν τῷ ἡμετέρῳ, τὰ αὐτὰ πάλιν παρακαλοῦντες τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα. ὃς καὶ πρέποντα αὐτοῦ ποιῶν τῇ εὐσεβείᾳ, ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν πάλιν ἐν τάχει ἐξ Αἰγύπτου ἀνιέναι καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας, ὥστε δοῦναι λόγον τῶν γεγενημένων, καὶ μὴ τὰ ἀδίκως οὕτως ἐκ μιᾶς μοίρας, καὶ ἀπόντων ἡμῶν τολμηθέντα, καὶ παρὰ τοσούτους κανόνας, νομίζειν εἰς ἀπολογίαν [4] ἑαυτῷ. ὁ δὲ οὐδὲ τῶν βασιλικῶν ἠνέσχετο γραμμάτων, ἀλλ' ἔμενεν οἴκοι, προβαλλόμενος στάσιν τοῦ δήμου καὶ σπουδὴν ἄκαιρόν τινων δῆθεν ἀντεχομένων αὐτοῦ· καίτοιγε πρὸ τῶν γραμμάτων βασιλικῶν αὐτὸς οὗτος ὁ δῆμος μυρίαις αὐτὸν ἦν πλύνας λοιδορίαις. ἀλλ' οὐ ταῦτα περιεργαζόμεθα νῦν. ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖξαι βουλόμενοι, ὅτι κακουργῶν ἀπελείφθη, ταῦτα εἰρήκαμεν. πλὴν οὐδὲ μετὰ ταῦτα ἡσυχάσαμεν, [6] ἀλλ' ἐπεκείμεθα ἀξιοῦντες δικαστήριον γενέσθαι κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. ἕτοιμοι γὰρ ἦμεν δεῖξαι ἑαυτούς τε ἀνευθύνους ὄντας, ἐκείνους δὲ τὰ ἔσχατα παρανομήσαντας. καὶ γὰρ ἦσάν τινες Σύροι τῶν ποτε μετ' αὐτοῦ παρόντων ἐνταῦθα, ἀπολειφθέντες, οἳ [9] κοινῇ μετ' αὐτοῦ τὸ πᾶν ἐδραματούργησαν. καὶ πρὸς τούτους ἕτοιμοι ἦμεν δικάζεσθαι, καὶ πολλάκις ἠνοχλήσαμεν ὑπὲρ τούτου, ἀξιοῦντες τὰ ὑπομνήματα ἡμῖν δοθῆναι, ἢ λιβέλλους κατηγόρων, ἢ φύσιν ἐγκλημάτων γνωρισθῆναι, ἢ αὐτοὺς τοὺς κατηγόρους· καὶ οὐδενὸς τούτων τετυχήκαμεν, ἀλλὰ πάλιν ἐξώσθημεν τῆς ἐκκλησίας.

A aufugit, cur & quam ob caussam [1] nescimus ⁘ Ingressi igitur obsecrabamus piissimum imperatorem, ut ad vindictam eorum quæ patrata erant, synodum cogeret. Conscius ergo factorum suorum (Theophilus,) & [2] reprehensionem veritus, cum imperatoris litteræ in omnem partem missæ undecumque omnes cogerent, occulte media nocte in navim se conjiciens ita aufugit, omnes suos secum abducens. Porro nos conscientia nostra freti, neque sic destitimus eadem iterum rogare religiosissimum imperatorem. Qui pro sua pietate ad eum denuo misit, [3] ut ex Ægypto cum omnibus suis venire maturaret gestorum rationem redditurus; & ne sufficere sibi putaret ad defensionem, quæ ab B una parte, nobis absentibus, tam injuste & contra tot canones patrata fuerant. Ille vero ne imperatoris quidem litteris obtemperavit, sed domi mansit, prætexens seditionem populi & intempestivum quorumdam, scilicet qui ei favebant, studium; etsi ante has imperatorias litteras hæc ipsa plebs innumeris eum conviciis adsperserat. Verum ista nunc non edisserimus accurate. Sed hæc eo animo diximus, ut eum in pravis facinoribus [5] permanere ostenderemus. Ceterum neque nos post hæc quievimus, sed institimus, postulantes ut judicium haberetur secundum interrogata & responsa. Parati enim [7] eramus nos ostendere insontes, illos autem extremarum iniquitatum reos esse. Et vero C heic remanserant Syrorum quidam, qui cum illo tunc adfuerant, & omnia communiter cum ipso patrarant. Etiam [8] adversus istos parati eramus judicium subire; & sæpius super ea re interpellavimus, rogantes ut aut acta nobis darentur, aut in medium proferrentur libelli accusatorum, aut criminum genus, aut ipsi accusatores: & nihil horum impetravimus; sed rursus ecclesia expulsi sumus.

Πῶς ἂν τὰ ἐντεῦθεν διηγήσαιμι λοιπὸν πᾶσαν ὑπερβαίνοντα τραγῳδίαν; τίς ταῦτα παραστήσῃ λόγος; ποία χωρὶς φρίκης δέξεται ἀκοή; ἡμῶν γὰρ αὐτὰ, καθάπερ ἔμπροσθεν εἶπον, προτεινόντων, ἀθρόον στρατιωτῶν πλῆθος αὐτῷ τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, πρὸς ἑσπέραν λοιπὸν τῆς ἡμέρας ἐπειγομένης, ταῖς ἐκκλησίαις [11] ἐπεισελθὸν, τὸν κλῆρον ἅπαντα τὸν σὺν ἡμῖν πρὸς βίαν ἐξέβαλον, καὶ ὅπλοις τὸ βῆμα περιεστοιχίζετο· καὶ γυναῖκες τῶν εὐκτηρίων οἴκων πρὸς τὸ βάπτισμα ἀποδυσάμεναι κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν, γυμναὶ ἔφυγον ὑπὸ τοῦ φόβου τῆς χαλεπῆς ταύτης ἐφόδου, οὐδὲ τὴν πρέπουσαν γυναιξὶν εὐσχημοσύνην συγχωρούμεναι περιθέσθαι· πολλαὶ δὲ καὶ τραύματα δεξάμεναι ἐξεβάλλοντο, καὶ αἵματος αἱ κολυμβῆθραι ἐπληροῦντο, καὶ τὰ ἱερὰ ἀπὸ [13] τῶν τοιούτων τραυμάτων ἐφοινίσσετο νάματα. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα εἱστήκει τὸ δεινὸν, ἀλλ' ἔνθα

V. Quæ inde acta sunt, quæque tragœdiam omnem superant, quo pacto enarrare queam, aut quis sermo explicet, quæ auris sine horrore accipiat? Cum enim ea, quæ dixi, prætenderemus, D repente multitudo militum, ipso magno [10] sabbato, ad vesperam jam inclinante die, in ecclesiam irruens, clerum omnem, qui nobiscum erat, vi ejecerunt, & altare armis undique circumsessum est: & e sacris [12] ædibus mulieres, quæ id temporis ad baptismum se exuerant, acerbæ illius irruptionis metu, nudæ aufugerunt, cum neque ut honestati quæ mulieres decet consulerent, vestem induere permitterentur: multæ etiam acceptis vulneribus exturbabantur, & sanguine implebantur piscinæ, atque ex vulnerum hujusmodi cruore sacri latices rubescebant. Neque heic malum stetit: sed ubi sa-

*mo ad hoc misso.* Restituendum esse νοταρίου ἀποσταλέντος persuadet cum Ambrosii Camald. interpretatio, tum istud Palladii cap. 8. pag. 75. *Paucos post dies Joannem revocant per domesticum notarium: cum* scilicet, ut ibi præmittitur, *plagam quamdam in cubiculo regio fieri contigisset.*

1. Cum ista duo verba, μὴ γινώσκοντες, apud Chrysost. non exstent, locum hunc Fronto sic latine convertit: *aufugit, eo quod ingressi mox obsecrabamus.* Solum autem γινώσκοντες legisse videtur Ambrosius Camald. quod & præpostere ad Theophilum retulit in hunc modum: *Cum vero triginta nos episcopi & clementissimi imperatoris notarius ad hoc missus reduxissent, ingressi ad regem oravimus, ut ad ulciscenda facinora synodum cogeret. Quod ille ubi* COMPERIT, *fugæ præsidium sumsit.* Postmodum tamen vera fugæ illius caussa comperta est, quam Palladius cap. 8. pag. 75. prodit his verbis: *Theophilus cum Ægyptiis suis fuga salutem quærit; cives enim eum quærebant, ut in mare demergerent.*

2. Seu, *& ne eorum convinceretur veritus.*

3. Græce apud Chrysost. πάλιν καλῶν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ τοὺς, omisso verbo ἀνιέναι. Deinde in eo quod Chrysostomus subjicit, nempe & contra canones & irrita esse

gesta, quæ ipso absente ab una parte confecta sint, consentientem habet Julium papam epist. 1. n. 3. & 10.

E 4. Pall. αὐτοῦ.

5. In vulgatis Chrysost. pro ἀπελείφθη, exstat ἀπελήφθη, *deprehensum esse;* quod corrigitur ex mss. Hamburg. Coislin. ac Medic. seu Pallad.

6. Coisl. ms. ἀλλ' ἐπεθέμεθα. Hamb. ἀλλ' ἐπόμεθα.

7. In mss. Coislin & Hamb. loco verbi græci ἦμεν, legitur εἶναι, quo retento in vulgatis Chrysost. additum est ἐλέγομεν, & latine versum, *dicebamus nos paratos esse.*

8. Apud Chrysost. græc. καὶ προσίεμεν (in ms. Hamb. προσῄειμεν) ἕτοιμοι δικάζεσθαι.

9. Coisl. ms. cum Hamb. καὶ pro κοινῇ.


10. Quod hoc anno 404. in 16. Aprilis diem incidebat.

11. Hamb. ms. ἐπεισελθόντες . . . ἐξέβαλον.

12. Vox græca οἴκων apud Bigot. desideratur. Sozomenus lib. 8. c. 21. hunc tumultum circa baptisterium περὶ βαπτιστήριον contigisse notans, quid tum acciderit consulto silere se ait, *ne quis forte nondum initiatus ea ibi legat conscripta.*

13. Apud Chrys. τῶν αἱμάτων.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



τὰ ἅγια ἀπέκειντο εἰσελθόντες οἱ στρατιῶται, ὧν ἔνιοι, καθὼς ἔγνωμεν, καὶ ἀμύητοι ἦσαν, πάντα ἐθεώρουν τὰ ἔνδον, καὶ τὸ ἁγιώτατον αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐν τοσούτῳ θορύβῳ, εἰς τὰ τῶν προειρημένων στρατιωτῶν ἱμάτια ἐξεχεῖτο· καὶ ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ βαρβαρικῇ πάντα ἐτολμᾶτο. καὶ ὁ δῆμος πρὸς τὴν ἐρημίαν ἠλαύνετο, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἔξω τῆς πόλεως διέτριβε, καὶ κεναὶ ἐν ἑορτῇ τοιαύτῃ τῶν λαῶν αἱ ἐκκλησίαι ἐγίνοντο, καὶ πλείους ἢ τεσσαράκοντα ἐπίσκοποι οἱ κοινωνοῦντες ἡμῖν μετὰ τοῦ λαοῦ εἰκῇ καὶ μάτην ἠλαύνοντο. καὶ ὀλολυγαὶ καὶ οἰμωγαὶ, καὶ κωκυτοὶ καὶ θρῆνοι καὶ πηγαὶ δακρύων πανταχοῦ, κατὰ τὰς ἀγορὰς, κατὰ τὰς οἰκίας, κατὰ τὰς ἐρημίας, καὶ τὸ πᾶν τῆς πόλεως μέρος τῶν συμφορῶν ἐπεπληροῦτο τούτων. διὰ B γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παρανομίας οὐχ οἱ πάσχοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ μηδὲν τοιοῦτον ὑπομένοντες συνήλγουν ἡμῖν, οὐχ ὁμόδοξοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ αἱρετικοὶ, καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, καὶ ὡς τῆς πόλεως κατὰ κράτος ἁλούσης, οὕτως ἐν θορύβοις καὶ ταραχαῖς καὶ ὀλολυγαῖς ἅπαντα ἦν. καὶ ταῦτα ἐτολμᾶτο παρὰ γνώμην τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, νυκτὸς καταλαμβανούσης, ἐπισκόπων αὐτὰ κατασκευαζόντων, καὶ πολλαχοῦ στρατηγούντων, οἳ οὐκ ᾐσχύνοντο καμπιδούκτορας ἀντὶ διακόνων προηγουμένους ἔχοντες. ἡμέρας δὲ γενομένης, πᾶσα ἡ πόλις ἔξω τῶν τειχῶν μετῳκίζετο ὑπὸ δένδρα καὶ νάπας, καθάπερ πρόβατα διεσπαρμένα, τὴν ἑορτὴν ἐπιτελοῦντες.

A cra erant reposita ingressi milites, quorum aliqui, ut comperimus, initiati non erant, viderunt omnia quæ intus erant; & sanctissimus Christi sanguis, ut in tanto tumultu, in prædictorum militum, vestes effundebatur: fiebantque omnia non secus ac in barbarica captivitate. Vulgus in solitudinem expellebatur, & universus populus extra civitatem degebat: erantque in tanto festo vacuæ populis ecclesiæ, & plures quam quadraginta episcopi, qui nobiscum communicabant, [1] cum populo temere & nulla de causa pellebantur. Ubique ululatus & gemitus, & lamenta & fletus ac fontes lacrymarum, per fora, per domos, per solitudines: & omnes civitatis regiones his calamitatibus replebantur. Nam ob iniquitatis magnitudinem non solum qui patiebantur, sed & qui nihil hujusmodi experiebantur, nobis condolebant, non modo catholici, sed & hæretici & Judæi & gentiles: & quasi per vim capta civitate, ita tumultu ac perturbatione & ejulatibus omnia plena erant. Fiebant ista præter sententiam piissimi imperatoris, nocte [2] ingruente, hæc instruentibus episcopis, & multis in locis ducum munus obeuntibus, quos non pudebat [3] campiductores præeuntes pro diaconis habere. Ubi vero illuxit dies, omnis civitas extra muros demigravit, sub arboribus & in saltibus, quasi oves dispersæ, diem festum celebrans.

C Ἔξεστιν ὑμῖν τὰ ἐντεῦθεν λογίσασθαι λοιπὸν ἅπαντα. ὥσπερ γὰρ προέφθην εἰπὼν, οὐχ οἷόν τε πάντα ἐπελθεῖν τῷ λόγῳ τὰ καθ' ἕκαστον γενόμενα. καὶ τὸ δὴ χαλεπὸν, ὅτι τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα κακὰ οὐδέπω καὶ νῦν λύσιν ἔλαβεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐλπίδα λύσεως· ἀλλ' ἐπιτείνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ δεινὸν, καὶ γέλως γεγόναμεν πολλοῖς· μᾶλλον δὲ γελᾷ μὲν οὐδεὶς, κἂν μυριάκις παράνομος ᾖ, θρηνοῦσι δὲ πάντες, ὅπερ ἔφην, τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν, τὴν καινὴν ταύτην παρανομίαν. τίς ἂν εἴποι τὰς τῶν λοιπῶν ἐκκλησιῶν ταραχάς; οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα ἔστη τὸ χαλεπόν· ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς ἑῴας ἔφθασε. καθάπερ γὰρ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς πονηροῦ ῥεύματος ἐκχυθέντος τὰ λοιπὰ διαφθείρεται μέλη, οὕτω δὴ καὶ νῦν ὥσπερ ἐκ πηγῆς τῆς μεγάλης ταύτης πό- D λεως τῶν κακῶν ἀρξαμένων, ὁδῷ τὰ τῶν θορύβων πανταχοῦ προέβη, καὶ κληρικοὶ πολλαχοῦ ἐπανέστησαν ἐπισκόποις, καὶ λαοὶ οἱ μὲν διετμήθησαν, οἱ δὲ μέλλουσι. καὶ πανταχοῦ τῶν κακῶν ὠδῖνες, καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἀνατροπή.

VI. Licet vobis ex his cetera omnia pensare. Nam, ut prædixi, omnia quæ acta sunt singillatim sermone persequi impossibile est. Et quod sane permolestum est, tot & talia mala ne nunc quidem finem acceperunt, sed neque ea finiendi spes ulla affulget: verum augetur in dies malum, nosque multis ridiculi facti sumus. Immo vero ridet nemo, quantumlibet perversus sit, sed, ut dixi, lugent omnes apicem malorum, inauditam hanc iniquitatem. Jam vero reliquarum ecclesiarum perturbationes quis eloquatur? Non enim heic stetit malum, sed & in Orientem usque pervenit. Nam sicut a capite malo humore effuso reliqua membra corrumpuntur; ita nunc quoque tumultus, ubi in hac magna civitate cœperunt, velut ex fonte in omnia loca processerunt, & clerici [4] multis in locis insurrexerunt in episcopos, & populi alii quidem discissi sunt, alii prope diem discindentur. Ubique malorum exspectatio, & orbis totius subversio.

Μαθόντες τοίνυν ἅπαντα, κύριοί μου τιμιώτατοι καὶ εὐλαβέστατοι, τὴν προσήκουσαν ὑμῖν ἀνδρείαν καὶ σπουδὴν ἐπιδείξασθε, ὥστε παρανομίαν τοσαύτην ἐπεισελθοῦσαν ταῖς ἐκκλησίαις [6] ἀναστεῖλαι. εἰ γὰρ τοῦτο κρατήσειε τὸ ἔθος, καὶ ἐξὸν γένηται τοῖς βουλομένοις εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἀπιέναι [7] ἐπαρχίας ἐκ το-

VII. Igitur, domini [5] mei maxime venerandi & religiosissimi, cum hæc ita se habere didiceritis, eam quæ vos decet fortitudinem ac studium ostendite, ut tanta iniquitas, quæ in ecclesias invasit, reprimatur. Si enim hic mos invaluerit, ac licuerit cuivis, ex tantis intervallis, in alienas in-

1. In vulgatis Chrysost. *cum populo & clero*. Ab exemplari Bigotii ut & Ambrosii Camald. abest *& clero*. Quod magis consentaneum est iis, quæ supra n. 1. legimus, ubi Theophilus, archidiaconi CP. opera, omnem hujus urbis clerum ad se traxisse dicitur. Et ii quidem, qui adhuc Joanni adhærebant, presbyteri ac diaconi, teste Palladio cap. 8. pag. 85. *capti in carcerem detrudebantur*. Magis etiam ad commovendos animos idonea est hæc narrandi ratio, qua episcopi cum populo, nulla illorum habita reverentia, confusi exhibentur.

2. Sive, ut interpretatur Ambros. *noctis initio*. Fronto græce legens *νυκτὸς καταλαβούσης*, latine convertit, *profunda nocte*. Lectioni nostræ favet Sozomenus lib. 8. c. 21. ubi id factum narrat *κατὰ τὴν ἱερὰν νύκτα circa sacram noctem*. Tempus vero designat Palladius lib. 8. pag. 84. scil. *secundam vigiliam noctis*.

3. Loco verbi, *campiductores*, prætulit Ambros. Cam. *exercitus duces*, & Fronto *satellites* substituit. Apud Cangium autem *campiductor id est pugil, dux, seu capitaneus*.

E Antea desideratur apud Bigot. *πολλαχοῦ στρατηγούντων*, nec istud legit Ambros. Camald.


4. Ita mss. Hamb. & Coislin. At apud Pallad. *πανταχοῦ*, *ubique*. Deinde pro verbis *καὶ λαοὶ οἱ μὲν διετμήθησαν, οἱ δὲ μέλλουσι*, quæ a Bigotio e Mediceo exemplari expressa, sic Ambrosius Cam. latine reddidit, *Populi partim abscissi sunt ab Ecclesiæ corpore, partim præscindendi exspectantur*; in ms. Coislin. legere est, *καὶ λαοὶ διεσχίσθησαν, οἱ δὲ μέλλουσι*, in Hamburgensi autem, *ἐπίσκοποι καὶ ἐπίσκοποι, ἐπισκόποις καὶ λαοὶ μὲν διεσχίσθησαν, οἱ δὲ μέλλουσι*. Quare in his vulgatæ lectionis Chrysost. *καὶ ἐπίσκοποι ἐπισκόπων, καὶ λαοὶ μὲν λαῶν διεσχίσθησαν*, præsertim vox *λαῶν* nulla videtur auctoritate fulta.

5. Hac loquendi ratione utitur Chrysostomus, quia non ad Innocentium solum, sed etiam ad episcopos Venerium Mediolanensium & Chromatium Aquilejensem scribebat.

6. Coislin. ms. *ἀναστείλητε*.

7. Apud Chrys. *παροικίας*.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
410.



στάτων διαστημάτων, καὶ ἐκβάλλειν οὓς ἂν ἐθέλοιεν, A κατ' ἐξουσίαν ἰδίαν πράττοντες ἅπερ ἂν ἐθέλωσιν, ἴστε ὅτι πάντα οἰχήσεται, καὶ πόλεμός τις ἀκήρυκτος πᾶσαν ἐπιδραμεῖται τὴν οἰκουμένην, πάντων πάντας τε βαλλόντων καὶ βαλλομένων. ἵνα οὖν μὴ τοσαύτη σύγχυσις καταλάβῃ τὴν ὑφ' ἡλίῳ πᾶσαν, ἐπιστεῖλαι παρακαλῶ τὰ μὲν οὕτω παρανόμως γεγενημένα ἀπόντων ἡμῶν, καὶ ἐκ μιᾶς μοίρας, καὶ οὐ παραιτησαμένων κρίσιν, μηδεμίαν ἔχειν ἰσχὺν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἔχει τῇ οἰκείᾳ φύσει, τοὺς δὲ τοιαῦτα παρανομήσαντας ἐλεγχομένους τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεσθαι τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόμων. ἡμᾶς δὲ τοὺς οὐχ ἁλόντας, οὐκ ἐληλεγμένους, οὐκ ἀποδειχθέντας ὑπευθύνους, τῶν γραμμάτων τῶν ὑμετέρων δότε ἀπολαύειν συνεχῶς καὶ τῆς ἀγάπης, καὶ πάντων τῶν ἄλλων, ὥσπερ καὶ ἔμπροσθεν, B εἰ δὲ βούλοιντο καὶ νῦν οἱ τὰ τοιαῦτα παρανομήσαντες ἐγκλήματα γυμνάζειν, ἐφ' οἷς ἡμᾶς ἀδίκως ἐξέβαλον, ὑπομνημάτων ἡμῖν δοθέντων, λιβέλλων, κατηγόρων φανέντων, δικαστηρίου καθίσαντος ἀδεκάστου, καὶ δικασόμεθα, καὶ ἀπολογησόμεθα, καὶ ἀποδείξομεν ἑαυτοὺς ἀνευθύνους τῶν ἐπαγομένων ἡμῖν, ὥσπερ οὖν καὶ ἐσμέν. τὰ γὰρ νῦν [4] γεγενημένα παρ' αὐτῶν πάσης ἐκτός ἐστιν ἀκολουθίας καὶ παντὸς νόμου καὶ κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ. καὶ τί λέγω κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ; οὐδὲ ἐν τοῖς [5] ἔξω μὲν οὖν δικαστηρίοις τοιαῦτα ἐτολμήθη ποτὲ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐν βαρβαρικῷ δικαστηρίῳ, οὐδὲ Σκύθαι, οὐδὲ Σαυρόμαται οὕτως ἄν ποτε ἐδίκασαν, ἐκ μιᾶς μοίρας κρίναντες, ἀπόντος τοῦ αἰτιωμένου, παραιτουμένου οὐ κρίσιν, ἀλλ' ἀπέχθειαν, καλοῦντος δικαστὰς μυρίους, ἀνεύθυνον ἑαυτὸν εἶναι λέγοντος, καὶ τῆς οἰκουμένης παρούσης ἀποδύσασθαι τὰς αἰτίας, καὶ δεῖξαι ἑαυτὸν ἐν ἅπασιν ἀθῷον ὄντα. C ταῦτα οὖν πάντα λογισάμενοι, καὶ παρὰ τῶν κυρίων μου τῶν εὐλαβεστάτων ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων σαφέστερον ἅπαντα μαθόντες, τὴν παρ' ἑαυτῶν ἡμῖν εἰσενεγκεῖν σπουδὴν παρακλήθητε. οὕτω γὰρ οὐχ ἡμῖν μόνοις χαριεῖσθε, ἀλλὰ καὶ τῷ κοινῷ τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ λήψεσθε μισθὸν, τοῦ διὰ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην πάντα ποιοῦντος διηνεκῶς. ἐῤῥωμένος ὑπερεύχου μου δέσποτα τιμιώτατε καὶ ὁσιώτατε. ἐγράφη δὲ αὕτη καὶ πρὸς Βενέριον ἐπίσκοπον Μεδιολάνου, D καὶ Χρομάτιον ἐπίσκοπον Ἀκυληγίας. ἔῤῥωσο ἐν Κυρίῳ.

A vadere provincias, & ejicere quos voluerit, & auctoritate sua quodlibet agere, scitote omnia pessum itura, & inexpiabile bellum quoddam in orbem incursurum, omnibus omnes ejicientibus & vicissim ejectis. Ne igitur tanta confusio in omnem quæ sub cælo est terram invadat, [1] rogo ut per epistolam denuntieritis, ea quæ tam inique acta sunt ab una parte, nobis absentibus nec judicium detrectantibus, nullum habere robur, sicut ex natura sua nullum habent; & ut ii qui talia contra leges moliti sunt, legum ecclesiasticarum pœnis subjiciantur. Nos vero, qui nec convicti nec reprehensi sumus, nec rei demonstrati, vestris [2] litteris quam primum frui date, necnon caritate ac ceteris omnibus ut antea. B Sin autem voluerint horum facinorum auctores proponere & explicare crimina, ob quæ nos injuste ejecerunt, [3] datis nobis actis, libellis & accusatoribus in medium prolatis, incorrupto judice sedente, caussam dicemus ac defendemus, nosque ostendemus, ut re vera sumus, insontes & minime iis quæ nobis objiciuntur obnoxios. Nam quæ modo ab illis facta, contra omnem sunt ordinem, contra omnes leges & canones ecclesiasticos. Et quid dico canones ecclesiasticos? Neque in gentilium judiciis, immo neque in barbarico tribunali talia umquam acta sunt; ac neque Scythæ, neque Sarmatæ ita umquam judicarunt, judicium ab una parte ferentes, absonte eo qui accusatur, C neque judicium, sed odium ac simultatem recusante, appellante judices innumeros, & extra culpam se esse dicente, cum coram toto orbe terrarum crimina depellere paratus sit, atque in omnibus se insontem demonstrare. Hæc igitur omnia cum expenderitis, & a dominis meis piissimis fratribus episcopis liquidius compereritis, vestrum, quæso [6], erga nos studium interponite. Ita non de nobis tantum, sed & de communi ecclesiarum statu bene merebimini, mercedemque a Deo percipietis, qui ob ecclesiarum pacem omnia jugiter facit. [7] Hæc D ipsa (epistola) etiam scripta est ad Venerium episcopum Mediolani & ad Chromatium Aquilejæ episcopum. Vale in Domino.

1. Græce apud Bigot. παρακαλοῦμεν, in vulgatis Chrys. recent. παρακλήθητι, in Coislin. ms. παρακλήθητε.

2. Bigotius γραμμάτων loco edidit πραγμάτων, latine tamen *litteris* retinuit. Apud illum deinde pro συνεχῶς habetur συνήθως, id est *de more*: quod non displicet. Totum hunc locum Ambrosius ita est interpretatus: *Nos autem insontes ... ecclesiis nostris jubete restitui: ut caritate frui ac pace cum fratribus consueta possimus.*


3. In vulgatis Chrysost. *non datis nobis actis, neque libellis, neque manifestatis accusatoribus*. Particulæ negantes, quæ ibid. in græco pariter exstant, apud Bigotium & Ambros. Cam. absunt, & rectius quidem, uti ex simili loco sub finem num. 4. liquet.

4. Hamburg. ms. γινόμενα.

5. Idem ms. ἔξωθεν δικαστηρίοις.

6. Seu, *quod in vobis est, studium atque operam interponere dignemini*. Apud Bigot. græce deest ἡμῖν, & pro παρακλήθητε, exstat παρακέκλησθε.

7. Hic desinit epistola in ms. Coislin. Subnexa, quæ Mediceus codex asservat, videri possent Palladii verba, nisi istud, *Vale in Domino*, quo epistola clauditur, etiam quæ antecedunt ad Innocentium pertinere persuaderet. Hac de re non dubitans Ambrosius Camald. latine ita reddidit: *Scripsimus ista & ad Venerium Mediolanensem, & ad Chromatium Aquilegiensem episcopum*. Et ex hoc quidem fine percipitur, qui cum Innocentio sint *domini* illi, quos Chrysostomus initio hujus numeri 7. alloquatur. In Hamburgensi tamen codice ut in Chrysostomi editionibus, clausulæ hujus loco, ista exhibetur: ἐῤῥωμένος ὑπερεύχου μου δέσποτα τιμιώτατε καὶ ὁσιώτατε. *Vale, & ora pro me domine reverendissime & sanctissime.*



## [1] E P I S T O L A V.

Innocentii papæ I. ad Theophilum Alexandrinæ ecclesiæ episcopum.

*Se a Joannis communione discedere non posse, nisi legitimo judicio damnetur. Theophilus ad canonicam synodum provocatur.*

Ἀδελφὲ Θεόφιλε, ἡμεῖς καί σε ἴσμεν κοινωνικὸν καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννην, ὡς καὶ ἐν πρώτοις γράμμασι φανερὰν ἡμῶν τὴν γνώμην ἐποιήσαμεν. καὶ νῦν δὲ οὐκ ἐκστάντες τῆς αὐτῆς προαιρέσεως, πάλιν σοι τὰ αὐτὰ γράφομεν, καὶ ὁσάκις ἂν ἀποστείλῃς· ὅτι ἐὰν μὴ δέουσα κρίσις παρακολουθήσῃ ἐπὶ τοῖς παιγνιωδῶς γεγενημένοις, ἀμήχανόν ἐστιν ἀλόγως ἡμᾶς ἀποστῆναι τῆς Ἰωάννου κοινωνίας. ὡς γοῦν εἰ θαῤῥεῖς σὺ τῷ κρατηρίῳ, ἀπάντησον τῇ κατὰ Χριστὸν γεγενημένῃ συνόδῳ, κἀκεῖ τὰς αἰτίας γυμνάσας ὑπὸ μάρτυσι τοῖς Νικαίας κανόσιν, ἄλλον γὰρ κανόνα ἡ Ῥωμαίων οὐ παραδέχεται ἐκκλησία, ἀναντίῤῥητον τὴν ἀσφάλειαν σχήσῃ.

A Frater Theophile, nos & te & fratrem Joannem habemus nobis communicantes, sicut & in prioribus litteris [2] mentem nostram manifestam fecimus. Ac ne nunc quidem ab eodem proposito desistentes, rursum tibi eadem scribimus, & quotiescumque ad nos rescripseris; fieri scilicet non posse, ut nisi congruum judicium subsequatur super his quæ per ludibrium gesta sunt, sine ratione a Joannis communione discedamus. Tu igitur, si judicio confidis, siste te ad synodum quæ secundum Christum [3] fuerit, & ibi expositis criminationibus [4] sub testibus Nicæni concilii canonibus (alium enim canonem Romana non admittit ecclesia) securitatem habebis contradictionis expertem. B

## [5] E P I S T O L A VI.

I. [6] *De incontinentia sacerdotum vel levitarum.*
II. [7] *De ultima pœnitentia.*
III. [8] *De administratoribus.*
IV. *Quod viri cum adulteris uxoribus non conveniant.*
V. *Quod qui preces vel criminales dictant, habeantur immunes.*
VI. *Quod ii qui intercedente repudio divortium pertulerunt, si se nuptiis aliis junxerint, adulteri esse monstrentur.*
VII. *Qui libri in canone recipiantur.*

INNOCENTIUS [9] EXSUPERIO episcopo Tolosano salutem.

I. Consulenti tibi, frater carissime, quid de proposita specie unaquaque sentirem, pro captu intelligentiæ meæ quæ sunt visa respondi, quid sequendum vel [10] docilis ratio persuaderet, C vel auctoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua, institutum secuta prudentium, ad sedem apo-

1. A Palladio, cui uni debetur, paginæ 24. dialogi de vita Chrysostomi sine titulo aut inscriptione inserta est. Ex interpretatione Ambrosii Camaldulensis inter pontificias epistolas latine Romæ excusa, & exinde in editionibus conciliorum recusa fuit. Ejus scribendæ occasionem ac tempus idem Palladius ibid. sic docet. Paucis post diebus, quam Innocentius a Theophilo per Alexandrinum lectorem accepisset, eidemque reddidisset litteras, rursum Theophili nomine in Urbem venerunt Petrus ipsius presbyter & Martyrius ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconus, aliam Theophili epistolam cum quibusdam adversus Joannem gestis deferentes. Quibus perlectis Innocentius, cum nullas graves esse accusationes comperisset, novos illos legatos cum hac altera epistola dimisit. Unde illam non longo post superiorem intervallo scriptam esse colligitur. D

2. Non exstant.

3. Bigotius præferens *cogitur*, sequi videtur lectionem Georgii Alexandr. in vita Chrysostom. *γινομένῃ* pro *γεγενημένῃ* exhibentis. Vertit Ambrosius Camald. *accurre ad synodum proxime in Christo celebrandam*: quod eum *γενομένῃ* legisse indicio est. Existimat Tillemontius Innocentium de futura synodo velut certum loqui, quia Honorius, qui Romæ tum versabatur, eam ab Arcadio petiturum se spopondisset. Verum si spem illam aliquando certam habuit hic papa, non diu habuit. Quippe circa mensem Majum hujus anni 404. ad Joannem ac socios rescripsit, potentes ad malum sibi obstare, quominus ipsis opem ferre citius valeret. Quocirca Innocentium nihil heic aliud sibi velle intelligimus, nisi ut Theophilum ad legitimam synodum provocet; *dicens debere aliam cogi synodum irreprehensibilem Occidentalium & Orientalium*, ut loquitur Palladius pag. 23.

4. Ambros. Camald. istud ita interpretatur: *& illic juxta Nicænos canones & decreta contende. Alios quippe.* His verbis, ut in epistolam 7. commodius exponetur, Theophilum Innocentius præmonet, eum Antiochenis canonibus frustra niti. E

5. Anno 405. In omnibus exstat omnium generum antiquis collectionibus, puta Isidori, Hispana, Hadriani I. Dionysii Exigui, Codicis a Quesnello vulgati. Eamdem exhibent codex Corbejensis sæculo 6. exaratus, Colbertinus majusculis litteris Langobardicis descriptus &c. Ad hæc anno 506. ab Agathensi concilio can. 9. laudata legitur. Quocirca ridet merito vir eruditus nec refutatione dignum censet heterodoxum quemdam, qui epistolam istam Innocentio hac una ratione abjudicari velit, quod Siricius in ea citetur. Quasi vero pontifice indignum sit, quod ipse definit, decessorum suorum decretis firmare. Sed & Innocentio ea proposita erat quæstio, quæ Siricii constitutionem ab ipso memorari necessario postulabat, ut sententiam suam adversus eos, qui aut scientes aut ignorantes peccassent, æquo discrimine moderaretur.


6. Titulos istos ex Dionysio Exiguo descripsimus, ita tamen, ut qui nobis primus, ipsi XXI. sit, & qui nobis septimus, ipsi sit XXVII. In vetusto Colbertinæ bibliothecæ exemplari epistola ista inscribitur, *Innocentii papæ ad Exsuperium episcopum Tolosanum, per quam ei in sex titulis interrogationum ejus causas & suæ responsionis decreta exposuit: ubi subdidit divinorum librorum veteris & novi Testamenti summarium.*

7. Edit. concil. necnon coll. Hisp. & Isid. post vetustum codicem Corb. *De iis, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ dediti, in ultimo pœnitentiam poscunt.*

8. Corb. ms. cum Isid. *De iis, qui post baptismum omni tempore administraverunt, & sæva tormenta exercuerunt.* In priscis edit. concil. *De administratoribus vel judicibus sæcularibus.*

9. Ita plerique mss. non ut in vulgatis, *Exuperio*. Mox plures probæ notæ omittunt *salutem*; quæ vox a Dionysio primum videtur adjecta. Exsuperii merita non uno in loco Hieronymus laudat. De illo ad Ageruchiam epist. 11. scribit: *Non possum absque lacrymis Tolosæ [illegible] nem, quæ ut huc usque non rueret, sancti episcopi Exsuperii merita præstiterunt:* & in fine epistolæ 4. ad Rusticum inter alia, *Nihil illo ditius, qui corpus Domini in canistro vimineo, sanguinem portat in vitro.*

10. Codex Colb. Langob. & alter ms. *vel lucidior ratio*.



ſtolicam referre maluit quid deberet de rebus dubiis cuſtodire, potius quam uſurpatione præſumta quæ ſibi viderentur de ſingulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus diſcere aliquid, quam omnino neſcire? Mihi quoque ipſi de collatione docilitas accedit, dum [1] perſcrutatis rationibus ad propoſita reſpondere compellor: eoque fit, ut aliquid ſemper addiſcat, qui poſtulatur ut doceat. Proponam igitur ſingula, ſubjiciamque reſponſum.

II. Propoſuiſti, quid de his obſervari debeat, quos in diaconii miniſteriis aut in officio presbyterii poſitos, incontinentes eſſe aut fuiſſe, generati filii prodiderunt. De his & divinarum legum manifeſta eſt diſciplina, & beatæ recordationis viri Siricii epiſcopi monita [2] evidentia commearunt, ut incontinentes in officiis talibus poſiti, omni honore eccleſiaſtico priventur, nec admittantur accedere ad [3] miniſterium, quod ſola continentia oportet impleri. Eſt enim vetus admodum ſacræ legis auctoritas, jam inde ab initio cuſtodita, quod [4] in templo [a] anno vicis ſuæ habitare præcepti ſunt ſacerdotes; ut ſervientes ſacris oblationibus, puros & ab omni labe purgatos ſibi vindicent divina [5] miniſteria: neque eos ad ſacrificia fas ſit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale conſortium, quia ſcriptum eſt: [b] *Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter.* Quibus utique, propter ſobolis ſucceſſionem [6] propterea uxorius uſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere; quanto magis hi ſacerdotes vel levitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſervare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, nec præterit dies, qua vel a ſacrificiis divinis, vel a baptiſmatis officio vacent? Nam ſi Paullus ad Corinthios ſcribit dicens: [c] *Abſtinete vos ad tempus, ut vacetis orationi*; & hoc utique laicis præcepit; multo magis ſacerdotes, quibus & orandi & ſacrificandi juge officium eſt, ſemper debebunt ab hujuſmodi conſortio abſtinere. Qui ſi contaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo pudore vel ſacrificare uſurpabit, aut qua conſcientia quove merito exaudiri ſe credit, cum dictum ſit: [d] *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum?*

III. Sed fortaſſe hoc licere credit, quia ſcriptum eſt: [e] *Unius uxoris virum.* Non [7] permanentem in concupiſcientia generandi hoc dixit, ſed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admiſit, qui ait: [f] *Vellem autem omnes ſic eſſe, ſicut & ego:* & apertius declarat, dicens: [g] *Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem jam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu:* & [8] *habentem filios* [h], non generantem, dixit.

IV. Sed ea plane diſpar & [9] diviſa ſententia eſt. Nam ſi ad aliquos forma illa eccleſiaſticæ vitæ pariter & diſciplinæ, quæ ab epiſcopo Siricio ad provincias commeavit, non probabitur perveniſſe, his ignorationis venia remittetur; ita ut de cetero penitus incipiant abſtinere. Et ita gradus ſuos, in quibus inventi fuerint, ſic retentent, ut eis non liceat ad potiora conſcendere. Quibus in beneficio eſſe debet, quod hunc ipſum locum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem ſciſſe formam vivendi miſſam a Siricio detegentur, neque ſtatim cupiditates libidinis abjeciſſe; illi ſunt modis omnibus ſubmovendi, [10] qui poſt admonitionem cognitam, præponendam arbitrati ſunt voluptatem.

V. Et hoc quæſitum eſt, quid de his obſervari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul & reconciliationem communionis expoſcunt.

VI. De his obſervatio prior, durior; poſterior, interveniente miſericordia, inclinatior. Nam conſuetudo prior tenuit, ut concederetur pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non revocaret a lapſu, merito negata communio eſt; conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtquam Dominus noſter pacem eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo terrore, communionem dari [11] abeuntibus placuit, & propter Domini miſericordiam, quaſi viaticum profecturis, & ne Novatiani hæretici, negantis veniam, aſperitatem &

*a* Luc. I. I. Paralip. XXIV. *b* Lev. XI. 44. & XX. 7. *c* I. Cor. VII. 5. *d* Tit. I. 15. *e* I. Tim. III. 2. *f* I. Cor. VII. 7. *g* Rom. VIII. 9. *h* I. Tim. III. 4.

1. Antiquiores mſs. *præſcrutatis*; & infra, *qui poſtulatur docere*.

2. *Epiſt.* 1. *c.* 7. & *epiſt.* 5. *n.* 3.

3. Apud Merl. & Crab. ut in mſs. coll. Dion. Hiſp. & Iſid. *tale miniſterium*. Melius abeſt *tale* ab aliis libris.

4. Sex antiqui mſs. *in templis*. Deinde quatuor, *anno viciſſitudinis ſuæ*.

5. Merl. Crab. & plerique mſs. *myſteria*. Retinemus cum mſ. Pith. necnon edit. Rom. & aliis, *miniſteria*. Siricius quidem epiſt. 1. n. 11. ſancit, ſacerdotes ac levitas incontinentes *nec umquam poſſe divina attrectare myſteria*: ſed ibi de ſacerdotibus ac levitis novæ legis loquitur. Sequentia autem cum Gratianus diſt. 31. c. 6. ſic laudat, *Eos ad ſacrificia fas ſit admitti, qui vel cum uxore non exercent carnale officium*, adulteratæ Innocentii ſententiæ merito poſtuletur. Eam ipſe diſt. 82. c. 2. fidelius refert.

6. In edit. Rom. ſecundum Merl. & Crab. heic ſuppreſſo *propterea*, mox poſt verba *ex alia tribu* additur, *præter* (Crab. minuſculis litteris *quam*, quod in edit. Rom. ſine ulla diſtinctione eſt expreſſum) *ex ſemine Aaron*: refragantibus mſs.

7. Crab. & edit. Rom. *ad permanentem*. Lab. *de permanente*. Queſn. *propter manendum*. Unus mſ. Colb. *propter permanentem*. Noviom. & Laudun. cum Merlino, *permanenti*. Alii plus duodecim, iique antiquiores. *permanentem*: ſicque legendum eſſe ſubſequens nota confirmabit.

8. Rurſum edit. Rom. poſt Crab. & *ad habentem*, perperam addita præpoſitione *ad*. Ambroſius epiſt. 63. ad Vercell. n. 22. eamdem ſententiam iiſdem Apoſtoli verbis illuſtrat in hunc modum: *habentem enim dixit filios, non facientem*. Antea eædem edit. poſt. Merlin. *Quod & apertius*, addito *quod* præter fidem mſs.

9. Edit. Rom. & poſteriores concil. *diverſa*: quod in uno tantum mſ. Pith. reperimus. Ex aliis libris revocamus *diviſa*, ſcilicet in duas partes, quarum una ad eos attinet, qui decreta Siricii ad provincias miſſa ignorantes peccaverunt, altera ad eos qui ſcientes.

10. Editi, excepto Queſn. *quia poſt*: refragantibus mſs.

11. Sic Lab. Sirm. & plures ac potiores mſs. Alii vero editi, *obeuntibus*; & infra cum Dion. & Iſid. *ſubſequi*, pro *ſequi*. Diſciplina illa durior, ab Innocentio memorata, maxime in Eliberitano concilio can. 6. 7. 8. &c. obtinet. Obtinuerat & antea in Africa, ſed apud quoſdam dumtaxat epiſcopos, qui quidem ita *dandam pacem mœchis non putaverunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt*, ut tamen a coepiſcoporum ſuorum aliter ſentientium, ac pacem eis concedentium collegio minime receſſerint, ut tradit Cyprianus epiſt. 52. ad Antonianum. Severitatis hujus quoddam præterea eſt exemplum in vulgato Ambroſii libro de lapſu virginis conſecratæ, ad quam c. 8. n. 38. eſt hic ſermo: *Inhære pœnitentiæ uſque ad extremum vitæ, nec tibi præſumas ab humana die veniam dari; quia decipit te, qui hoc tibi polliceri voluerit. Quæ enim proprie in Dominum peccaſti, ab ipſo ſolo te convenit in die judicii exſpectare remedium*. Quamvis autem Cyprianus in laudata epiſtola lapſis nec pœnitentiam nec indulgentiam denegandam fuſe probet; ſub ejuſdem tamen finem hoc decernit: *Pœnitentiam non agentes, nec dolorem*

duritiam sequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio: ut homines hujusmodi vel in supremis suis, permittente Salvatore nostro, a perpetuo exitio vindicentur.

VII. Quæsitum etiam est super his, qui post baptismum administraverunt, & aut tormenta [1] sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulere sententiam.

VIII. De his nihil legimus a majoribus definitum. Meminerant enim a Deo potestates has fuisse concessas [a], & propter vindictam noxiorum, gladium fuisse permissum, & Dei esse ministrum vindicem in hujusmodi datum. Quemadmodum igitur B reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent esse concessum? De his ergo ita, ut hactenus servatum est, sic habemus, ne aut disciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda gesta sua omnia servabuntur.

IX. Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cum contra uxores in consortio adulterorum virorum manere videantur.

X. Super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros C suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consuerunt: & ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur. Virorum autem, latente commisso, non facile aliquis ex suspicionibus abstinetur. Qui utique submovebitur, A si ejus flagitium detegatur. Cum ergo par caussa sit, interdum, probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit.

XI. Illud etiam sciscitari [2] voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur, utique post baptismi regenerationem, a principibus poscere mortem alicujus, vel sanguinem de reatu. Quam rem principes numquam sine cognitione concedunt; sed ad judices commissa ipsa vel crimina semper remittunt, ut [3] caussa cognita vindicentur. Quæ cum quæsitori fuerint delegata; aut absolutio, aut damnatio pro negotii qualitate profertur. Et dum legum in improbos exercetur auctoritas, erit dictator immunis.

XII. De his etiam requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio, alii se matrimonio copularunt. Quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, quamvis dissociatum videatur esse conjugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum, ut etiam hæ personæ, quibus tales conjunctæ sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur, secundum illud quod legimus in Evangelio: [b] *Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam,* [4] *mœchatur; similiter & qui dimissam duxerit, mœchatur.* Et ideo [5] omnes a communione fidelium abstinendos. De parentibus autem, aut de propinquis eorum nihil tale statui potest, nisi incentores illiciti consortii fuisse detegantur.

XIII. Qui vero libri recipiantur in canone,

*a* Rom. XIII. 1. 4. *b* Matth. XIX. 9.

*delictorum suorum toto corde & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communicationis & pacis, si in infirmitate atque in periculo cœperint deprecari: quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum.* Quæ quidem sententia si cum Pamelio paulo durior censenda est, idem dicendum erit & de hoc Arelatensis I. synodi canone 22. *De iis qui apostatant, & numquam se ad ecclesiam repræsentant, ne quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea infirmitate arrepti petunt communionem, placuit eis non dandam communionem, nisi revaluerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.* Verum hoc illis ita visum est, non quod de Dei clementia, sed quod de pœnitentiæ hujusmodi veritate valde diffiderent. Et quidem Cyprianus sub finem libri ad Demetrianum docet, nullam seram esse pœnitentiam adhuc in hoc mundo manenti, neminemque ab ea absterreri aut peccatis debere aut annis; veniam confitenti dari, & ad immortalitatem sub ipsa morte transiri. Quæ licet de baptismi gratia maxime dicat, dubium tamen non est quin & de omni pœnitentia post baptismum suscepta, modo vera sit, idem sentiat. Hinc, ut ipsius epistolis 13. 14. 15. &c. videre est, magno studio semper cavit, ne deesset qui lapsis, *si premi infirmitate aliqua & periculo cœperint, exomologesi facta* pacem & communionem impertiret. Quod vero nunc definit Innocentius, hoc postea Cælestinus epist. 4. ad episcopos Viennensis & Narbonensis provinciæ n. 3. & Leo epist. 100. ad Theodorum n. 5. diserte confirmant, & antea clerus Romanus apud Cyprianum epist. 3. ad clerum Carthaginensem præscripserat his verbis: *Si, qui in hanc tentationem inciderunt, cœperint apprehendi infirmitate, & agant pœnitentiam facti sui, & desiderent communionem, utique subveniri eis debet.* Hieronymus latronis exemplum nobis propositum notat, *ne quis aliquando seram conversionem putaret.* Sed ibi *conversionem* ac mutationem petit.

1. Pith. ms. *tormenta sua.* Verius alii *sola*, quibus scil. mors reis non inferatur. Quorsum hæc instituatur quæstio, ex epistola 25. Ambrosii ad Studium supplere & explicare liceat. Is quippe pariter quæsierat, utrum quis post latam capitalem sententiam abstinere a sacramentorum communione deberet. Cui Ambrosius n. 2. respondet: *Sunt, extra Ecclesiam tamen, qui eos in communionem non* D *vocent sacramentorum cælestium, qui in aliquos capitalem sententiam ferendam æstimaverunt.* Statimque addit: *Plerique etiam sponte se abstinent; & laudantur quidem: nec ipsi eos possumus non prædicare, qui auctoritatem Apostoli eatenus observamus, ut iis communionem non audeamus negare.* Demum quid majoribus ea de re visum sit n. 9. aperit his verbis: *Et ideo majores nostri maluerunt indulgentiores esse circa judices, ut dum gladius eorum timetur, reprimeretur scelerum furor, & non incitaretur: quod si negaretur communio, videretur criminosorum vindicata pœna. Maluerunt igitur priores nostri, ut in voluntate magis abstinentis, quam in necessitate sit legis.*


2. Ad marginem ms. Colb. Langob. ista notatur capitis hujus summa: *De advocatis, qui secundum facinus promunt sententias.* Verum de iis potius, qui capitales poscunt sententias, immo qui eas poscentibus preces dictant, quam de iis qui promunt hujusmodi sententias, quæstio exsistit. Hæc autem, sicut & quæ cap. 3. proposita est, quantum E a sanguine abhorreat Ecclesia, patefaciunt. Sic vero Innocentius iis, qui post baptismum vel administraverint, vel capitalem sententiam postulantibus preces dictaverint, communionem non negat, ut eos tamen a clero arceri epist. 37. n. 5. doceat.

3. Priscæ concil. edit. ad plures mss. *caussæ cognitæ.* Exemplar Regium coll. Dion. cum Colb. Langob. *caussa cognita vindicetur.* Secundum nostram lectionem, quam exhibent alii libri, ante *vindicentur*, subauditur *crimina*. Vide Cod. Th. lib. 2. tit. 18. leg. 1. & lib. 9. tit. 40. leg. 1.

4. In vetere ms. Corb. & altero Colb. heic non exstat *mœchatur*. Salva esset sententiæ integritas, si postea *mœchantur* subjicerent.

5. In priscis edit. heic additur *tales*: quod abest a mss. Deinde sex probæ notæ mss. subjiciunt, *omnes a communione abstinendos.* Post verbum autem *abstinendos*; istud, *esse manifestum est*, quod Innocentius responsionis hujus initio expressit, subauditur. Quare nihil est, cur cum Quesn. substituatur *abstinendi* præter fidem mss.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



[1] brevis annexus ostendit. Hæc sunt quæ desiderata A moneri voce voluisti: Moysi libri quinque, id est, Genesis, Exodi, Levitici, Numeri, Deuteronomii, & Jesu Nave, Judicum unus, Regnorum libri quatuor, simul & Ruth, Prophetarum libri sexdecim, Salomonis libri quinque, Psalterium. Item historiarum, Job liber unus, Tobi liber unus, Hester unus, Judith unus, Machabæorum duo, Esdræ duo, Paralipomenon libri duo. Item novi Testamenti: Evangeliorum libri quatuor, Paulli apostoli epistolæ quatuordecim, epistolæ Joannis tres, epistolæ Petri duæ, epistola Judæ, epistola Jacobi, Actus Apostolorum, [2] Apocalypsis Joannis. Cetera autem, quæ vel sub nomine Matthiæ sive Jacobi minoris, vel sub nomine Petri & Joannis, quæ a quodam Leucio scripta sunt, [3] (vel sub nomine Andreæ, quæ a Nexocharide & Leonida philosophis,) vel sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, non solum repudianda, verum etiam noveris esse damnanda. Data x. Kalendas Martias [4], Stilicone [5] secundo & Anthemio viris clarissimis consulibus.

## [6] EPISTOLA VII.

### Ad clerum & populum Constantinopolitanum.

*Eos ex ipsorummet sententia consolatus Innocentius, iniquam alterius episcopi in locum Joannis viventis subrogationem deplorat. Tum solos canones Nicænos recipiendos, aliosque qui eis adversentur, repudiandos esse declarat. Demum significat sibi curæ esse ut œcumenica synodus congregetur.*

Ιννοκέντιος ἐπίσκοπος πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ παντὶ τῷ κλήρῳ καὶ τῷ λαῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίας, τοῖς ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον Ἰωάννην, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς χαίρειν.

B INNOCENTIUS episcopus presbyteris & diaconis, & universo clero ac populo ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui sunt sub Joanne episcopo, dilectis fratribus salutem.

ΕΚ τῶν γραμμάτων τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἅ τινα διὰ Γερμανοῦ τοῦ πρεσβυτέρου καὶ Κασιανοῦ τοῦ διακόνου ἀπεστάλκατε, τὴν σκηνὴν τῶν κακῶν, ἣν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἐθήκατε, ἐμμερίμνῳ φροντίδι κατέμαθον, ὅσαις τε ἡ πίστις κάμνει ταλαιπωρίαις τε καὶ πόνοις, ἐπαναληφθείσῃ πολλάκις τῇ ἀναγνώσει κατεῖδον. ὅπερ πρᾶγμα μόνη ἡ παράκλησις τῆς ὑπομονῆς ἰᾶται. δώσει γὰρ ἐν τάχει ὁ ἡμέτερος Θεὸς ταῖς τοσαύταις θλίψεσι τέλος, καὶ ταῦτα συνοίσει ὑπενηνοχέναι. ἀλλὰ γὰρ αὐτὴν τὴν ἀναγκαίαν παράκλησιν ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιστολῆς τῆς ὑμετέρας ἀγάπης κειμένην, ἐγκωμιάζοντες ὑμῶν τὴν πρόθεσιν, ἐπεγνώκαμεν πολλὰς πρὸς τὸ ὑπομένειν μαρτυρίας περιέχουσαν. τὴν γὰρ ἡμετέραν παράκλησιν, ἣν ὠφείλομεν ὑμῖν ἐπιστεῖλαι, τοῖς ὑμετέροις γράμμασι προεφθάσατε. ταύτην γὰρ τοῖς κάμνουσιν ὁ ἡμέτερος δεσπότης ὑπομονὴν παρέχειν εἴωθεν. ἵνα καὶ ἐν ταῖς θλίψεσι τυγχάνοντες, ἑαυτοὺς οἱ τοῦ Χριστοῦ δοῦλοι παραμυθῶνται, ἀναλογιζόμενοι ἐν ἑαυτοῖς, καὶ πρότερον γεγενῆσθαι τοῖς ἁγίοις, ἅπερ αὐτοὶ πάσχουσι. καὶ ἡμεῖς δὲ ἐξ αὐτῶν τῶν ὑμετέρων γραμμάτων δυνάμεθα ἡμῖν προσενέγκαι παράκλησιν. οὐ γὰρ τοῦ συναλγεῖν ὑμῖν ἐσμεν ἀλλότριοι, ἐπειδήπερ καὶ ἡμεῖς κολαζόμεθα ἐν ὑμῖν.

I. EX litteris caritatis vestræ, quas per [7] Germanum presbyterum & Cassianum diaconum misistis, scenam malorum, quam ob oculos posuistis, anxia solicitudine cognovi: quantisque calamitatibus & ærumnis fides laboret, repetita sæpius lectione perspexi. Quam quidem rem sola patientiæ consolatio sanare potest. Dabit enim brevi Deus noster finem tantis tribulationibus, & hæc juvabit tolerasse. Enimvero hanc ipsam necessariam C consolationem in exordio litterarum caritatis vestræ positam, propositum vestrum laudantes, agnovimus multis testimoniis ad patientiam hortantibus confirmatam. Nam consolationem, quam vobis per litteras nostras debebamus, litteris vestris ipsi prævenistis. Hanc enim Dominus noster patientiam laborantibus præstare solet: ut famuli Christi etiam in tribulationibus semetipsos consolentur, apud se reputantes, sanctis ea jam antea contigisse, quæ ipsi patiuntur. Sed & nos ex ipsis litteris vestris consolationem nobis mutuari possumus. Neque enim a doloris vestri consortio sumus alieni, quippe qui affligimur in vobis.

D

1. Dionysius heic addidit *scripturarum*. Cui voci subinde Hispanæ collectionis auctor præposuit *sanctarum*. Utramque arripuit Isid. sed neutram habent alii mss. Porro heic *brevis* nomen catalogum sonat. Iidem libri sacri, etsi non eodem ordine, in canone 47. concilii Carthaginensis III. anno 397. consignati inter canonicas Scripturas recensentur. Hujus autem concilii laudatus canon Codici can. eccl. Afr. c. 24. insertus legitur cum ista accessione: *Hoc etiam fratri & consacerdoti nostro Bonifacio vel aliis earum partium episcopis pro confirmando isto canone innotescat: quia a patribus ista accepimus in ecclesia legenda.* Unde conjectura est, concilii Carthaginensis III. de sacris libris decretum, in altero concilio Carthaginensi, quod anno 419. Bonifacio Romano pontifice celebratum, est, recitatum esse, atque cum mox dicta clausula confirmatum.

2. Huc respexisse viderur concilium Toletanum IV. anno 633. celebratum, cum can. 13. dixit: *Apocalypsim librum multorum conciliorum auctoritas & synodica sanctorum præsulum Romanorum decreta Joannis evangelistæ esse præscribunt, & inter divinos libros recipiendum.* Inde & hanc epistolam synodicam fuisse colligere est.

E

3. Quæ uncinis inclusa sunt, omittit Quesn. neque exstant nisi in exemplaribus coll. Dion. Hisp. & Isid. Mox idem Ques. cum uno ms. Colb. & altero Pith. præfert *& si qua sunt talia*, ubi ceteris in libris legitur *alia*.

4. Februarii 20. ann. 405.

5. Apud Merlin. & Quesn. ut in duobus modo dictis mss, desideratur *secundo*: quod in aliis recte expressum esse adjunctum Anthemii collegæ nomen confirmat.

6. Descripta est ex Sozomeno, qui eam cum subsequenti epistola 12. e latino sermone in græcum conversam nactus, utramque lib. 8. c. 26. edendam curavit. Inde ambas accepit postea Nicephorus Callisti, & libro 13. c. 32. historiæ suæ inseruit. Per hanc Innocentius litteris sibi ab eodem clero Germani atque Cassiani opera missis, adeoque anno 405. nonnihil jam procedente acceptis, rescripsit. Quippe, ut Palladius pag. 26. & 27. narrat, Romam advenerunt Germanus & Cassianus post Palladium, Palladius autem elapso mense post Cyriacum Synnadorum episcopum; qui quidem post legem anno 404. Novembris 18. die Constantinopoli promulgatam ex Oriente Romam confugere cœperat. Apud Sozomenum & Nicephorum inscriptioni Ἰννοκέντιος ἐπίσκοπος &c. nihil præmittitur. Quocirca titulus in editionibus conciliorum ei præfixus, in quo ἀρχιερέως nomen Innocentio tribuitur, ut omni destitutus auctoritate, nihil valet, ut usitatum tunc fuisse probetur ἀρχιερέως vocabulum. Idem dicendum & de epistola XII. in cujus titulo conciliorum editores & Innocentium ἀρχιερέα, & Joannem ἀρχιεπίσκοπον de suo appellant.

7. Non alius videtur esse Germanus iste ab eo, cujus Chrysostomus supra epist. 4. n. 3. meminit. Nec dubium quin Cassianus sit auctor collationum, in quibus Germanus ut socius frequens interloquitur.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
410.



Τίς γὰρ ἐνέγκαι δυνήσεται τὰ ἐξαμαρτανόμενα A ὑπ᾽ ἐκείνων, οὕς τινας ἐχρῆν μάλιστα τῆ γαληνῆ, τῆς εἰρήνης, καὶ αὐτῆς σπυδαστὰς εἶναι τῆς ὁμονοίας; νῦν ἐνηλλαγμένῳ τρόπῳ ἀπὸ τῆς προεδρίας τῶν ἰδίων ἐκκλησιῶν ἐξωθῦνται ἀθῷοι ἱερεῖς. ὃ δὴ καὶ πρῶτος ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ συλλειτυργὸς Ἰωάννης ὁ ὑμέτερος ἐπίσκοπος ἀδίκως πέπονθε, μηδεμιᾶς τυχὼν ἀκροάσεως, ὐδὲν ἔγκλημα ἐπιφέρεται, ὐδ᾽ εἰσακύεται· καὶ τίς ἡ ἀπηγορευμένη ἐπίνοια; ἵνα μὴ πρόφασις κρίσεως γένηται, ἢ ζητηθῇ, εἰς τόπυς ζώντων ἱερέων ἄλλοι ἀποκαθίστανται, ὡς δυναμένων τῶν ἐκ τοιούτου πλημμελήματος ὁρμωμένων, ὀρθῶς τι ἔχειν ἢ πεπρᾶχθαι ὑπό τινος κριθῆναι. ὐδὲ γὰρ πώποτε παρὰ τῶν πατέρων τῶν ἡμετέρων τοιαῦτα τετολμῆσθαι ἐγνώκαμεν, ἀλλὰ μᾶλλον κεκωλῦσθαι, τῷ μηδενὶ εἰς τόπον B ζῶντος χειροτονεῖν ἄλλον δεδόσθαι ἐξυσίαν. οὐ γὰρ χειροτονία ἀδόκιμος τὴν τιμὴν δύναται ἀφελέσθαι τῦ ἱερέως, ἐπειδήπερ ὐδὲ ἐπίσκοπος δύναται εἶναι ἐκεῖνος, ὃς ἀδίκως ὑποκαθίσαται.

II. Quis enim ferre possit ea quæ ab illis [1] delinquuntur, quos præ ceteris decebat tranquillitatis ac pacis & concordiæ esse studiosos? Nunc autem præpostero more sacerdotes innoxii e sedibus ecclesiarum suarum exturbantur. Quod quidem primus injuste perpessus est frater & consacerdos noster Joannes episcopus vester, cum nulla ratione fuisset auditus. Nullum crimen offertur, nec auditur. Et quodnam est hoc perditum consilium? Ut non sit, aut quæratur ulla species judicii, in locum viventium sacerdotum alii substituuntur: quasi qui ab hujusmodi facinore auspicati sunt, aliquid recti aut habere, aut egisse, judicari possint. Neque enim talia umquam a patribus nostris gesta esse comperimus, sed potius [2] prohibita; cum nemini licentia data sit in locum viventis alium ordinandi. Nam reproba ordinatio honorem sacerdotis auferre non potest: si quidem is episcopus omnino esse nequit, qui injuste substituitur.

Οτι καὶ περὶ τῆς τῶν κανόνων παραφυλακῆς, τούτοις δεῖν ἕπεσθαι γράφομεν, οἵ τινες ἐν Νικαίᾳ εἰσὶν ὡρισμένοι, οἷς μόνοις ὀφείλει ἐξακολουθεῖν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ τούτους γνωρίζειν. εἰ δὲ ἕτεροι ὑπό τινων προσφέρονται, οἵ τινες ἀπὸ τῶν κανόνων τῶν ἐν Νικαίᾳ διαφωνοῦσι, καὶ ὑπὸ αἱρετικῶν ἐλέγχονται συντετάχθαι, οὗτοι παρὰ τῶν καθολικῶν ἐπισκόπων ἀποβάλλονται. τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν εὑρεθέντα, ταῦτα οὐκ ἔστι τοῖς καθολικοῖς κα- C νόσι προσάπτειν. ἀεὶ γὰρ διὰ τῶν ἐναντίων καὶ ἀθέσμων, τὴν τῶν ἐν Νικαίᾳ μειοῦν βουλὴν ἐθέλουσιν. οὐ μόνον οὖν λέγομεν τούτοις μὴ δεῖν ἐξακολουθεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτοὺς μετὰ αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν δογμάτων εἶναι κατακρίτους, καθάπερ καὶ πρότερον γέγονεν ἐν τῇ Σαρδικῇ συνόδῳ ὑπὸ τῶν

III. Quod autem ad canonum [3] observationem attinet, solis illis parendum esse dicimus, qui Nicææ definiti sunt; quos solos [4] sectari & agnoscere debet Ecclesia catholica. Sin autem a quibusdam alii proferantur, qui a Nicænis canonibus dissentiant, & ab hæreticis compositi esse arguantur, hi ab episcopis catholicis rejiciuntur. Nam quæ ab hæreticis sunt excogitata, ea catholicis regulis adjungere non licet. Quippe illi per contraria & illicite placita perpetuo id agunt, ut Nicænorum patrum sententiam labefactent. Hos igitur canones non solum non sequendos, verum etiam una cum hæreticis & schismaticis dogmatibus condemnandos esse dicimus, quemadmodum etiam in Sardicensi synodo jam condemnati sunt [5] ab episcopis qui nos

1. Ab Acacio scil. episcopo Berœæ, Theophilo Alexandriæ, Antiocho Ptolemaidos & Severiano Gabalorum, quos Constantinopolitani litteris suis ærumnarum, quas patiebantur, auctores esse nominatim significarunt.

2. Scil. concilio Sardicensi can. 4. ubi in gratiam episcopi, qui Romanam sedem appellaverit, sancitur; *Alter episcopus in ejus cathedra, post appellationem ejus qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi caussa fuerit in judicio episcopi Romani determinata.* Joannes autem etiam synodum appellans ejectus fuit, ut ipse testificatur supra epist. 4. n. 3. Canonem illum paulo aliis verbis laudat Ignatius patriarcha in epistola ad papam conciliumque Romanum apud Baron. ad ann. 861. Hoc ipsum, quod diserte vetat synodus Sardicensis, prohibitum videri potest D & Nicæno canone 9. quo cavetur, *ne in una civitate duo episcopi probentur exsistere.*


3. Nempe ut valeret adversus Joannem quantumvis injuste prolatum judicium, ac nullus ei daretur locus defensionis, Theophilus Constantinopolim miserat Antiocheni concilii canones pridem adversus Athanasium maxime conditos, quos inter Joannis inimici venditabant in primis quartum, a Palladio cap. 8. pag 78. sic relatum. *Si quis episcopus aut presbyter, jure aut injuria depositus, per se redeat absque synodo, talis non habeat amplius locum defensionis, sed absolute expellatur.* Ipsa Antiocheni concilii verba ista sunt: *εἴ τις ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς,* E *ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ὑπὸ τῦ ἰδίου ἐπισκόπυ, τολμήσειέν τι πρᾶξαι τῆς λειτυργίας* &c. quæ dum Gentianus Hervetus latine ita convertit, *Si quis episcopus a synodo depositus, vel presbyter vel diaconus a proprio episcopo, sacrum celebrare ausus fuerit*, verba *τολμήσειέν τι πρᾶξαι λειτουργίας* non satis accurate videtur reddidisse. Nam diaconi non est *sacrum celebrare*: & liquet episcopo, presbytero & diacono depositis hoc canone interdici, non solum ne sacrum celebrent, sed ne quidquam ministerii, ex quo dejecti sunt, attingant. Quocirca Theodoretus lib. 5. hist. c. 34. tradit adversarios Joannis pœnas ab eo exegisse non jam falsorum criminum, *ἀλλὰ τῆς μετὰ τὴν καθαίρεσιν λειτουργίας, sed obiti post depositionem ministerii.*

Tum de canonum Joanni objectorum auctoritate orta est controversia, *aliis*, inquit Palladius pag. 79. *contendentibus eos orthodoxorum esse, aliis Arianorum esse demonstrantibus.* Qua occasione Elpidius ibid. pag. 80. lepide dixisse fertur Imperatori: *Subscribant fratres nostri Acacius & Antiochus ejusdem se esse fidei, ac eos qui canones ediderunt, quos tamquam ab orthodoxis editos proponunt, & soluta controversia est.* Eamdem controversiam ad se delatam Innocentius nunc dirimit, ac docet canones illos hæreticorum esse, non quod Antiocheno concilio defuerint omnino orthodoxi, sed quod Arianos Athanasii adversarios primas in eo tenuisse in confesso sit: atque hujus rei testis est D prolatus canon, qui consulto ad omnem restitutionis spem Athanasio auferendam editus fuerat.

4. Præter illos, inquit Paschas. Quesnellus Dissert. 12. ad calcem operum Leonis c. 2. etiam *Sardicenses recipiebat Innocentius, sed habitos pro Nicænis, eorumque nomine decoratos ac vestitos.* Et ex eo quidem, quod ille pontifex de Sardicensi synodo Antiochenos canones condemnante proxime subjicit, perspicuum est ab ipso recipi quæ Sardicæ gesta sunt. Sed cum illa laudet proprio *Sardicensis synodi* nomine; Sardicenses canones ut a Nicænis distinctos, non ut *pro Nicænis habitos eorumque nomine vestitos*, ab eo receptos esse non minus manifestum est. Quocirca Innocentium ita intelligimus solos Nicænos canones sectandos prædicare, non ut rejiciantur aut spernantur qui cum illis consentiant, sed ii tantum qui dissentiant: *quoniam*, inquit & Leo epist. 96. ad Pulcheriam n. 2. *contra statuta canonum paternorum, quæ ante longissimæ ætatis annos in urbe Nicæna spiritalibus sunt fundata decretis, nihil umquam au-* E *dere conceditur; ita ut si quis diversum aliquid decernere velit, se potius minuat, quam illa corrumpat.* Certe Nicænæ synodi velut appendix Sardicensis censeri potest, utpote cui præfuit Osius, qui Nicææ vel princeps vel inter primarios præsules consederat, & in qua eadem fides stabilita, eademque hæresis profligata est. Damaso pontifice, ut alibi nos quoque secundum Athanasium observavimus, ne cuiquam imponerent Ariani, qui *varia synodorum nomina comminiscebantur*, Romæ aliisque in locis diversa celebrata sunt concilia, in quibus sancitum est, *ut nulla deinceps in Ecclesia catholica nominaretur synodus præter unam Nicænam.* Quantum autem Athanasii interesset, ut Sardicensis synodi minime levaretur auctoritas, nemini est incompertum.

5. Non oppositis quidem canonibus aut decretis, sed gestis contrariis, dum Athanasium aliosque episcopos, nulla prædictorum canonum habita ratione, in communionem admissos, in sedes suas restituerunt: Hanc explicationem non de nostro comminiscimur ipsi, sed suppeditat

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 410.



πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων. τὰ γὰρ κακῶς πραχθέντα κατακρίνεσθαι μᾶλλον προσῆκεν, ἢ ἄντικρυς τῶν κανόνων γενόμενα ἔχειν τινὰ βεβαιότητα, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι.

Ἀλλὰ τί κατὰ τῶν τοιούτων νῦν ἐν τῷ παρόντι ποιήσωμεν; ἀναγκαία ἐστὶ διάγνωσις συνοδικὴ, ἣ καὶ πάλαι ἔφημεν συναθροιστέαν. μόνη γάρ ἐστιν ἥτις δύναται τὰς κινήσεις τῶν τοιούτων καταστεῖλαι καταιγίδων. ἧς ἵνα τύχωμεν, χρήσιμόν ἐστι τέως ὑπερτίθεσθαι τὴν ἰατρείαν τῇ βουλήσει τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. πάντα ὅσα νῦν τῷ φθόνῳ τοῦ διαβόλου πρὸς τὴν τῶν πιστῶν δοκιμασίαν τετάρακται [2] πραϋνθήσεται. οὐδὲν ὀφείλομεν τῇ στερρότητι τῆς πίστεως παρὰ τοῦ κυρίου ἀπελπίσαι. καὶ γὰρ ἡμεῖς πολλὰ σκεπτόμεθα, ὃν τρόπον ἡ σύνοδος οἰκουμενικὴ συναχθείη· ὅπως τῇ βουλήσει τοῦ Θεοῦ αἱ ταραχώδεις κινήσεις παύσωνται. ὑπερμείνωμεν οὖν τέως, καὶ τῷ τείχει τῆς ὑπομονῆς ὀχυρούμενοι, ἐλπίσωμεν πάντα τῇ βοηθείᾳ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀποκατασταθῆναι. πάντα δὲ, ὅσα ὑμᾶς ὑφίστασθαι εἰρήκατε, καὶ πρότερον συνδραμόντων εἰς τὴν Ῥώμην τῶν ἡμετέρων συνεπισκόπων, εἰ καὶ μάλιστα διαφόροις χρόνοις, τουτέστι Δημητρίου, Κυριακοῦ, Εὐλυσίου καὶ Παλλαδίου, οἵ τινες σύνεισι μεθ' ἡμῶν, τελείᾳ ἐρωτήσει μεμαθήκαμεν.

A præcesserunt. Satius enim fuerit ea quæ [1] recte facta sunt condemnari, quam ea quæ contra canones acta sunt ullam firmitatem obtinere, fratres cariffimi.

IV. Sed quid adversus ista in præsenti faciamus? Necessaria est cognitio synodi, quam & jam pridem congregandam esse diximus. Ea enim sola est, quæ hujusmodi tempestatum motus sedare possit. Quam ut consequamur, utile fuerit interim horum malorum medicinam a voluntate Dei magni & Christi ipsius Domini nostri exspectare. Omnia, quæ nunc per invidiam diaboli ad fidelium probationem conturbata sunt, pacabuntur. Ni- B hil non debemus per firmitatem fidei a Domino sperare. Nam & nos diu multumque cogitamus, quonam modo œcumenica synodus congreganda sit, ut turbulenti motus Dei nutu tandem conquiescant. Sustineamus igitur aliquantisper; & vallo patientiæ communiti, cuncta auxilio Dei nostri restituenda speremus. Omnia porro, quæ vos perferre dixistis, jam antea a coepiscopis nostris, qui Romam licet diversis [3] temporibus confugerunt, id est Demetrio, Cyriaco, Eulysio & Palladio, qui nobiscum sunt, accurata interrogatione didicimus.

# EPISTOLA VIII.

Seu exemplum [4] sacræ Honorii augusti missæ ad principem Orientis Arcadium.

*Dolet Honorius de iis, quæ in die Paschæ Constantinopoli perpetrata sunt. Templi augusti & senatus incendium primum esse divinæ iracundiæ indicium. Alia metuenda esse nisi Deus placetur. Hac de re tacere se non posse, ne silentium pro assensu habeatur. Quam præpropere, dum episcopale judicium exspectabatur, in exsilium pulsi sint sacri antistites. Hinc religionis perturbationem inductam, & latum hæresibus atque schismatibus campum apertum esse.*

I. Quamvis super [5] imagine muliebri, novo C exemplo, per provincias circumlata [6] & diffusa per universum mundum obtrectantium fama, litteris aliis commonuerim, ut talis facti pœnitentia, & intermissione propositi, rumor æmulus consenescat, & quod in moribus temporum carpat publica lingua non habeat: quamvis etiam super excidio pereuntis Illyrici pio apud vos prodiderimus affectu esse nobis dolori, cur ista [7] vos detrimenta reipublicæ nolueritis agnoscere, & aliis potius indicibus, quam pietatis vestræ litteris, fuerint nuntiata: tamen ne illud quidem apud serenitatem vestram dissimulare nos fas est, quod in rebus divinis, non sine publici discriminis metu, nuperrime contigisse, cita semper malorum enuntiatrix fama non tacuit; & ut natura fert hominum, quæ ad obtrectandum novis semper casibus excitatur, oblata occasione carpendi, malitiam suam

Palladius pag. 78. ubi allato Antiocheni concilii canone 4. adjungit: *Et hic quidem canon, ut impius ab impiis editus, in Sardicensi concilio a Romanis, Italis, Illyriis, Macedonibus atque Græcis abrogatus, quando Liberius aut Julius* (tunc ecclesiæ præerat Julius) *Constantis principatu in communionem admisit Athanasium & Marcellum Galatam; propter quos & hic canon factus fuerat.*

1. Legendum videtur græce κακῶς aut οὐ καλῶς: adeoque heic restituendum *quæ male*, vel *non recte acta sunt*.

2. Lab. παραμυθήσεται.


3. Diversa tempora, quibus episcopi illi Romam confugerunt, Palladius pag. 10. & 26. notat: unde & epistolæ hujus tempus superius designavimus.

4. E vetusto bibliothecæ Vaticanæ libro in collectione Romana pontificiarum epistolarum primum prodiit. Nec immerito inter epistolas Innocentii collocata est, utpote cujus ille scribendæ auctor præcipuus exstitit. Ut enim Palladius pag. 28. testis est, cum undique Romam confluerent sancti episcopi aliique viri religiosi, variarum ecclesiarum synodorumve de misero ecclesiæ Constantinopolitanæ statu litteras afferentes, non amplius sustinens pius pontifex, Honorium imperatorem de iis quæ singillatim illæ ferrent epistolæ, certiorem fecit. Quibus ille motus, semel atque iterum, immo & tertio Arcadium, quid facto opus esset, missis litteris commonuit. Ex tribus illis epistolis prima excid.t; hæc secunda tantum latine habetur: tertiam græce Palladius, ex quo eam huic subjiciemus, nobis asservavit. A Baronio ad annum 404. hæc refertur: sed ad annum 405. & quidem jam labentem pertinere, ordo rerum, quæ Palladio teste eam præcesserunt, postulat.

D 5. Argentea scil. statua Eudoxiæ augustæ super columnam porphyreticam erecta, & ad meridianam plagam ecclesiæ S. Sophiæ, platea tantum media interjecta, non sine ludis popularibus collocata, ut Marcellinus comes in Chronico, Socrates lib. 6. c. 18. & Sozomenus lib. 8. c. 20. memoriæ commendarunt. Hoc factum Baronius ad annum 404. Pagius vero to. 2. pag. 60. circa exitum anni 403. contigisse putat.

6. Verbum *circumlata* dum Baronius ad imaginem refert, ita hunc locum interpretatur, ut Eudoxiæ statua non solum Constantinopoli venerationi exposita, sed per provincias quoque circumlata fuerit, non secus ac olim ethnici Cibeles circumferre simulacrum solerent, atque hanc veriorem esse caussam, cur adversus Eudoxiam Joannes tantopere commotus fuerit. Sed huic intellectui repu- E gnat non modo veterum Scriptorum de tam profano ritu silentium, sed & quod imaginem illam muliebrem *erectam*, *collocatam*, & *dedicatam*, non circumlatam prædicat. Et is quidem nativus est intellectus, famam obtrectantium super hac re per provincias circumlatam, & per universum mundum diffusam fuisse.

7. Orationis series postulat *nos*, non *vos*. Expostulat quippe Honorius cum Arcadio, quod reipublicæ detrimenta ipsum latere voluerit, de quibus nihil ipsi scribere sit dignatus.



in tempora studio sævæ loquacitatis exercet. Est enim nuper proditum, apud Constantinopolim sacratissimo Paschæ venerabilis die, cum omnes pene in eumdem locum vicinarum urbium populos religio, castigatiore sub præsentia principum ritu celebranda, collegerat, clausas subito catholicas ecclesias, trusos in custodiam sacerdotes, scilicet ut eo potissimum tempore, quo indulgentia principali [1] tristia noxiorum claustra reserantur, piæ legis & pacis ministros sævus carcer includeret, omniaque bellicum in modum turbata mysteria, nonnullos in ipsis ecclesiæ sacrariis interemtos, tantamque circa altaria vim sævisse, ut & venerabiles episcopi in exsilium truderentur, & sanguis humanus, quod dictu nefas est, cælestia sacramenta perfunderet. His repente compertis, turbatos esse nos fateor. Quis enim in facinore tam cruento Dei omnipotentis non timeret offensam? aut quo pacto extra summum Romani orbis omniumque mortalium [2] putaret esse discrimen? cum ipse auctor nostri Imperii, & reipublicæ, quam nobis credidit, gubernator omnipotens Deus, funestis admodum exsecrabilibusque commissis crederetur irasci, domini sancti frater nepofque augusti venerabiles; cum si quid de causa religionis inter antistites ageretur, episcopale [3] oportuerit esse judicium. Ad illos enim divinarum rerum interpretatio, ad nos religionis [4] exspectat obsequium. Sed esto, sibi de mysticis & catholicis quæstionibus amplius aliquid principalis cura præsumserit: itane usque ad exsilia sacerdotum, usque ad hominum cædes debuit indignatio concitata procedere; ut ubi castæ preces, ubi vota sincera, ubi sacrificia illibata solvuntur, illic se gladius, haud facile etiam in jugulum noxiorum distringendus, exsereret?

II. Rebus denique ipsis docetur, quid super his senserit divina majestas. Primum quidem hoc præsentis commotionis [5] judicium fuit, atque utinam solum! facit enim humana trepidatio, tanti sibi conscia perpetrati, ut gravius aliquid, quod avertat omnipotens Deus, post terribilis ultionis experimenta metuamus. Audio ecclesiam sacrosanctam, tot Imperatorum opibus [6] expositam, pretiosis cultibus nobilem, tanta supplicantium principum oratione augustissimam, flagrasse, & illud Constantinopolitanæ urbis [7] unicum lumen in favillas dilapsum Deo non vetante fumasse, (exsecrari enim videtur inquinata mysteria, & avertisse oculos ab eo loco, quem jam sanguis infecerat, ne obsecrare quis pietatem cælestem sub cruentis posset altaribus;) ædificia quoque [8] divina non minore splendore nobilia, ex concitatione sævientis incendii, flamma se latius effundente consumta, & quæ publicam faciem elaborata a majoribus nostris ornamenta decorabant, velut quodam urbis funere concremata.

III. Hæc ego quamvis crebris injuriis lacessitus tacere debuerim, nec conjunctissimum fratrem, regnique [9] consortes tam fideliter admonere, tamen necessitudinem sanguinis stimulo taciti doloris anteferens, hortor atque suadeo, ut hæc, si fieri potest, emendatis in posterum moribus corrigantur, ac divina iracundia, quantum re proditur excitata, votorum sedulitate placetur. Accipite a me summum simplicitatis [10] indicium. Idcirco hoc clementiæ vestræ insinuandum putavi, ne me velut gratulatione occulta faceret apud quemquam taciturnitas ipsa suspectum, neve quis crederet me talibus factis præbere consensum, & qui sæpe ne acciderent commonuerim, postea quam commissa sunt non dolerem.

IV. Nam quis esse posset expers doloris, qui se meminit Christianum, tantam subito perturbationem religionis inductam, ut omnem catholicæ fidei statum necesse sit fluctuare? Erat inter episcopos caussa, quæ collato [11] tractatoque consilio deberet absolvi. Missi [12] ad sacerdotes urbis æternæ atque Italiæ utraque ex parte legati: exspectabatur ex omnium auctoritate sententia, informatura regulam disciplinæ, (integrum nempe esse debuerat, neque quidquam novari, dum definitio deliberata procederet,) cum interea mirum quoddam præcipitium festinationis exarsit, ut non exspectatis litteris sacerdotum, qui fuerant mutua partium legatione consulti, non examinatis rebus, in exsilium truderentur antistites, animadversioni prius addicti, quam sententiam judicii episcopalis experti. Denique quam immatura illa damnatio fuerit, res probavit. Namque hi [13] quorum exspectabatur au-

1. Apud Sirmondum app. Cod. Th. pag. 17. & 19. exstat duplex Theodosii constitutio, qua *pro festivitate Paschali, exceptis his quos quinque immanitas criminum minime patitur relaxare, ceteros carceris custodia liberatos statui pristino restituit*. Et hanc quidem clementiam *velut indictam & majoribus traditam* ibid. pag. 19. prædicat.
2. Supple, *quis*.
3. Ambrosius epist. 21. ad Valentinianum juniorem n. 2. laudat Valentiniani I. edictum, quo sanxit, *in caussa fidei vel ecclesiastici alicujus ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis; hoc est*, inquit Ambrosius, *sacerdotes de sacerdotibus voluit judicare. Quin etiam si alias quoque argueretur episcopus, & morum esset examinanda caussa, etiam hæc voluit ad episcopale judicium pertinere*.
4. Antiquo more pro *spectat*.
5. Baron. mallet *indicium*. Retinendum tamen *judicium*, hoc est pœna & vindicta Dei judicis.
6. Forte *expolitam*.
7. Baron. addit. *ecclesiæ*.
8. Hoc est, senatus amplissimam ædem, quam, inquit Palladius, *etsi multis passibus dissitam ex adverso ecclesiæ ad meridiem, ignis ille interjectam populi multitudinem pontis instar prætergressus, absumsit*. Hujus jacturam deflet Zosimus. Istud incendium XII. Kalendas Julii Honorio VI. & Aristeneto consulibus contigisse Socrates lib. 6. cap. 18. tradit, &, ut addit Chronicon Alex. feria 2. hora sexta.
9. Baron. *consortem*.
10. In edit. Rom. *judicium*. Magis placet heic cum Baron. *indicium*.
11. Baron. *contractoque concilio*. Antecedens verbum *collato*, suadet & recte consequi in edit. Rom. *tractatoque consilio*.
12. Et heic Baron. substituit, *missis . . . legatis*. Missi sunt Romam, teste Palladio, pag. 9. 23. &c. ab utraque parte legati: primum a Theophili parte lector Alexandrinus litteras ipsius deferens, tum ejusdem Theophili presbyter Petrus nomine cum Martyrio ecclesiæ Constantinop. diacono, qui alias Theophili litteras cum quibusdam actis Innocentio papæ reddiderunt; ac demum Paternus, qui se Constantinop. ecclesiæ presbyterum dicebat, litteras perferens episcoporum Acacii, Paulli, Antiochi, Severiani & aliorum quorumdam, in quibus calumniabantur Joannem, quasi ecclesiam S. Sophiæ incendisset. A Joannis autem parte, ut alios mittam qui postea magno numero venerunt, primum Romam se contulerunt quatuor episcopi, Pansophius, Pappus, Demetrius & Eugenius, tresque reddiderunt epistolas, unam Joannis, alteram 40. episcoporum de communione ejus, tertiam cleri ipsius. Ac nominatim epistola Joannis ad Innocentium testificatur Palladius pag. 22. eam etiam ad Venerium Mediolani & Chromatium Aquilejæ episcopos scriptam fuisse. Hinc Honorio dicere licuit, legatos illos *ad sacerdotes Urbis æternæ & Italiæ* fuisse missos.
13. Anno 406. circa vernum tempus. Quod Imperator heic pluribus attribuit, Palladius uni adscribit Innocentio, aitque pag. 22. *Ad hæc beatus Innocentius papa utrique parti litteras communionis misit, improbans judicium quod a Theophilo factum fuerat*. Et ab Innocentio quidem indultæ utrique parti communionis testes sunt ipsius epistolæ 4.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 410.



ctoritas, pacifica Joanni episcopo communione [1] A permissa, faciendam concordiam censuerunt, nec quemquam putarunt ante judicium consortio repellendum.

V. Quid nunc aliud superest, quam ut catholicam fidem schismata in diversum dissociata dilacerent, quam ut hæreses communioni semper inimicæ ex tanta gestarum rerum varietate nascantur, ut jam populo pene non debeat imputari, si forte in dissonas partes sectarum diversitate discedat; cum ex auctoritate publica discordiarum materies sit præmissa, & fomes quidam nutriendæ seditionis animatus. Quod ne in magnam aliquam generis humani perniciem recrudescat, vota facienda sunt, ut ad humanas prolapsiones patiens Deus rem male gestam prosperet ac secundet. Nam quantum in nobis est, possumus timere quod gestum est; quantum ad pietatem semper placabilis Dei, non erit meriti impunitas indulta, sed veniæ.

## [2] EPISTOLA IX.

Ὀνωρίου αὐτοκράτορος πρὸς Ἀρκάδιον βασιλέα.

Honorii Imperatoris ad Arcadium augustum.

*Ut synodum Thessalonicæ cogi, eoque Theophilum se conferre jubeat.*

Τρίτον γράφω πρὸς τὴν σὴν ἡμερότητα, ἀξιῶν ἵνα διορθώσεως τύχῃ τὰ κατὰ τὴν συσκευὴν τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν· καὶ ὡς ἔοικεν οὐκ ἤνυσται. ὅθεν πάλιν ἐπέστειλα διὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων, πάνυ φροντίζων τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, δι' ἧς καὶ ἡ ἡμῶν εἰρηνεύεται βασιλεία, ἵνα καταξιώσῃς προστάξαι ἐν Θεσσαλονίκῃ συνελθεῖν τοὺς τῆς Ἑῴας ἐπισκόπους. καὶ γὰρ οἱ τῆς ἡμετέρας Ἑσπερίας ἐπίσκοποι, ἐκλεξάμενοι ἄνδρας ἀκλινεῖς πρὸς κακίαν καὶ ψεῦδος ἀπεστάλκασιν ἐπισκόπους μὲν πέντε, πρεσβυτέρους δὲ δύο, διάκονον δὲ ἕνα τῆς μεγίστης ἐκκλησίας Ῥωμαίων, ὧν φροντίσαι παντοίαις τιμαῖς καταξίωσον, ἵν' εἰ μὲν πεισθέντες ὅπερ δικαίως ἐκβέβληται ὁ ἐπίσκοπος Ἰωάννης, διδάξωσί με ἀποστῆναι τῆς αὐτοῦ κοινωνίας· ἢ ἐλέγξαντες ἐθελοκακοῦντας τοὺς τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους, ἀποστρέψωσί σε τῆς αὐτῶν κοινωνίας. τίνα γάρ ἐστιν ἃ φρονοῦσι περὶ τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου οἱ δυτικοὶ, ἐκ πασῶν τῶν ἐπιστολῶν τῶν πρὸς μὲ γραφεισῶν ὑπέταξα δύο ἰσοδυναμούσας ταῖς πάσαις, τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Ῥώμης καὶ Ἀκυληΐας. τοῦτο δὲ παρακαλῶ τὴν σὴν ἡμερότητα πρὸ πάντων, καὶ ἄκοντα τὸν Ἀλεξανδρείας Θεόφιλον παραστῆναι δικαίωσον, δι' ὃν μάλιστα λέγεται ἅπαντα τὰ κακὰ γεγενῆσθαι· ἵνα εἰς μηδὲν ἡ τῶν παραγενομένων ἐπισκόπων ἐμποδισθεῖσα σύνοδος τὴν πρέπουσαν τοῖς καιροῖς ἡμῶν εἰρήνην βραβεύσῃ.

B Tertio jam scribo ad mansuetudinem tuam, rogans ut quæ ex compacto contra Joannem Constantinopolitanum episcopum gesta sunt, emendentur: &, ut videtur, nondum est perfectum. Quare denuo scripsi per hosce episcopos & presbyteros, de pace ecclesiastica, per quam & nostrum Imperium pacem obtinet; valde solicitus, ut jubere digneris Orientis episcopos Thessalonicæ convenire. Etenim nostri Occidentis episcopi, cum elegissent viros qui ad malum & mendacium declinare nesciant, miserunt episcopos quinque, presbyteros duos, & diaconum unum magnæ ecclesiæ Romanæ, quos omni honore digneris velim; ut si Joannem jure expulsum esse persuasum eis fuerit, C doceant me ab ejus communione recedere; aut si coarguerint Orientis episcopos [3] prava animi voluntate agi, ab eorum te communione avertant. Quænam enim sit Occidentalium de Joanne episcopo sententia (ut compertum habeas, [4]) ex omnibus epistolis, quæ ad me scriptæ sunt, duas [5] subjeci id quod ceteræ continentes, unam Romani, alteram Aquilejensis episcopi. Porro hoc ante omnia obsecro clementiam tuam, Theophilum Alexandriæ episcopum, qui omnium malorum auctor esse dicitur, vel nolentem se sistere jubeas: ut nihil obstet, quominus episcoporum qui adfuerint synodus convenientem temporibus nostris pacem sanciat.

& 5. Sed eum tanti momenti rem citra synodum perfecisse quis sibi persuadeat? præsertim cum Innocentium moris majorum tenacem legamus epist. 3. n. 1. præcepisse, ut Hispani episcopi, qui nonnihil ipsi deferebant, *in consessu presbyterii* audirentur.

1. Baron. *præmissa*.

2. Cum Honorius, Innocentii litteris provocatus, ad Arcadium de Joannis caussa bis jam scripsisset, nec profecisset quidquam, petiit ab Innocentio sibi mitti episcopos quinque, presbyteros duos & diaconum unum, qui tertiam epistolam ad fratrem ferrent. Missi sunt Æmilius Beneventi episcopus, Cythegius & Gaudentius (forte Brixianus episcopus,) necnon presbyteri Valentinianus & Bonifacius, ipse, ut videtur, qui Zosimo papæ successit. Ceterorum nomina Palladius tacet, sed cum eis Constantinopolim profectos esse docet Cyriacum, Demetrium, Palladium & Eulysium. Epistolam hanc uni Palladio, qui eam dialog. pag. 29. inseruit, debemus acceptam. Latinam ejus interpretationem ex Ambrosio Camaldulensi repetitam Baronius ad annum 405. recudendam curavit. Circa vernum tempus anni 406. videtur scripta.

3. Verbum græcum ἐθελοκακοῦντας, quod proprie de militibus dicitur, qui vires consulto non exserunt, ut ad- D versarius vincat, ad eos recte aptatur episcopos, qui Theophilo cum canones possent opponere, ultro cesserunt, ut Joannem injuste opprimere valeret.

4. Quæ uncinis inclusa sunt, ne anceps sententia pendeat, supplenda duxi. Integrior non est apud Ambros. Camald. qui heic subdit, *Ex omnibus ferme epistolis, quas ad me frequentes dederunt, ex bis duas idem continentes quod reliquæ subdidi*. Palladius pag.28. tradit Innocentium, cum varias epistolas accepisset, ad Honorium scripsisse, *ὑποτάξαντα κατὰ μέρος τῶν γραμμάτων δύναμιν, ac subjecisse singillatim quid illæ litteræ continerent*, ubi litterarum singularum *virtutem* seu summam dumtaxat expressam innuit. Sed ex hoc loco colligitur, non tantum singularum litterarum summam, sed & ipsasmet litteras aut earum exempla simul ad ipsum fuisse destinata.

5. Non tantum Honorii imperatoris, Innocentii Romani episcopi, & Chromatii Aquilejensis, sed & Venerii Mediolanensis & aliorum litteras simul iisdem legatis traditas fuisse Palladius pag. 31. scribit. At Honorius Innocentii & Chromatii scripta pridem ad se missa, non quæ illi de integro ad Arcadium mittebant, seu quæ ipse nomine suo destinabat, non quæ alii data occasione iisdem adjunxerant, memorare satis habuit.

## [1] EPISTOLA X.

B. INNOCENTII PAPÆ I. ad Aurelium Carthaginensium & Augustinum Hipponiensium episcopos,

*salutatoria & plena caritate.*

INNOCENTIUS AURELIO & AUGUSTINO episcopis.

Acceptissimi mihi Germani compresbyteri illo recursus vacuus officio nostro esse non debuit. Per caros enim salutare carissimos, naturale A quodam modo nobis videtur & consequens. Gaudere igitur in Domino vestram germanitatem, amantissimi, cupimus, & pro nobis paria ad Deum vota [2] rependere precamur: quia, ut bene nostis, communibus & alternis plus agimus orationibus, quam singularibus aut privatis.

## [3] EPISTOLA XI.

Joannis Chrysostomi episcopi ad Innocentium papam.

*Illius erga se paternum affectum & summam in rebus afflictis vigilantiam laudat; & ut hoc studium non remittat, iterum atque iterum obtestatur.*

Ἰννοκεντίῳ ἐπισκόπῳ Ῥώμης Ἰωάννης ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Τὸ μὲν σῶμα ἡμῖν ἐν ἑνὶ ἵδρυται χωρίῳ, τῆς δὲ ἀγάπης τὸ πτερὸν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης περιίπταται. ὅθεν καὶ ἡμεῖς ὁδοῦ τοσούτῳ διῳκισμένοι μήκει, πλησίον τῆς εὐλαβείας ὑμῶν ἐσμεν, καὶ καθ' ἑκάστην ὑμῖν συγγινόμεθα τὴν ἡμέραν, ὀφθαλμοῖς τοῖς ἐκείνης βλέποντες ὑμῶν τὴν ἀνδρείαν τῆς ψυχῆς, τὸ γνήσιον τῆς διαθέσεως, τὸ στεῤῥὸν, τὸ ἀπερίτρεπτον, τὴν πολλὴν ὑμῶν παράκλησιν καὶ διαρκῆ καὶ μόνιμον. ὅσῳ γὰρ τὰ τῶν κυμάτων ἐπὶ πλεῖον αἴρεται, καὶ πλείους ὕφαλοι καὶ σπιλάδες φύονται, καὶ πολλαὶ αἱ καταιγίδες, τοσούτῳ καὶ τὰ τῆς ἀγρυπνίας αὔξει τῆς ὑμετέρας· καὶ οὐχ ὁδοῦ μῆκος C τοσοῦτον, οὐ χρόνου πλῆθος, οὐ δυσκολία πραγμάτων ὑπτίους γενέσθαι ὑμᾶς παρεσκεύασεν· ἀλλὰ μένετε μιμούμενοι τοὺς ἀρίστους τῶν κυβερνητῶν, οἳ τότε μάλιστα διεγείρονται, ὅταν ἴδωσι τὰ κύματα κορυφούμενα, τὴν θάλατταν ἐπὶ μεῖζον φερομένην, πολὺν τῶν ὑδάτων τὸν πάταγον, βαθυτάτην ἐν ἡμέρᾳ νύκτα.

Διὸ καὶ χάριτας ὑμῖν ἴσμεν πολλάς. καὶ ἐπιθυμοῦμεν μὲν καὶ νιφάδας ὑμῖν πέμπειν γραμμάτων, ἡμῖν αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριζόμενοι. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἀφῃρήμεθα παρὰ τῆς τοῦ τόπου ἐρημίας, οὐδὲ γὰρ μόνον τῶν ἐκεῖσε ἀφικνουμένων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν

B INNOCENTIO Romanæ civitatis episcopo JOANNES in Domino salutem.

I. Corpus quidem nostrum uno tenetur loco: sed caritati pennæ sunt, quibus per universum orbem circumvolitat. Unde licet tanta itineris intercapedine separati, vestræ tamen pietati proximi sumus, & vobiscum quotidie versamur, caritatis oculis intuentes animi vestri fortitudinem, sinceram affectionem, constantiam quæ mutari nescit, & continuam ac stabilem ad nos abunde consolandos propensionem. Quanto enim fluctus extolluntur altius, quo plures scopuli, seu procellæ ac tempestates excitantur, tanto & vigilantia vestra augetur: neque vos itineris tanta distantia, aut intervallum temporis, aut negotiorum difficultas segniores facere potuit: sed optimos constanter imitamini gubernatores, qui tunc maxime vigilant, quando fluctus elevari, mare intumescere, multas in navim aquas inundare, profundissimamque interdiu noctem ingruere viderint.

II. Eapropter multas vobis habemus gratias. Et desideraremus quidem crebras ad vos mittere litteras, id quod nobis ipsis maximo foret solatio: verum quia nobis hoc denegat solitudo loci, ac neque [4] facile pervenire ad nos valeant non modo

1. Circa ann. 406. Apud Dionysium sub titulo XXXVIII. D decretorum Innocentii exstat, sicut & in collect. Hispan. & Isid. Delata est per Germanum, qui cum Cassiano cleri ac populi CP. litteras, quibus Innocentius epistola 7. rescripsit, sub initium anni 405. Romæ reddiderat. Probabile est, Innocentium vel hoc ipso anno 405. vel potius sequenti, ejusdem Germani opera usum esse, ut Aurelium & Augustinum salutaret, eaque occasione Germanum Africanis enarrasse quanta Joannes quamque indigna esset perpessus, & quæ hanc ob causam Innocentio cum Theophilo discordia intercessisset. Certe concilium Carthaginense anno 407. Junii 13. die celebratum, atque Cod. can. Afric. eccl. c. 101. relatum, ad Innocentium sibi scribendum decernit, quo Romanam inter & Alexandrinam ecclesiam pax componatur. Neque minus certum est Aurelium, circa idem tempus, suum erga Joannem studium patefecisse; qua de re ille scripta ad eum epistola gratias agit.

2. Reg. ms. *respondere.*

3. Scripta ann. 407. Ex editione Operum Chrysostomi, E ubi epistolis ipsius præmittitur, a Baronio ad annum 406. ut & a pontificiarum epistolarum aut conciliorum editoribus repetita, a nobis autem ad vetus exemplar Hamburgense recognita est. Eam a se *tertio exsilii anno*, adeoque anno 407. scriptam esse Chrysostomus infra n. 4. testificatur. Exinde etiam sequitur, ut ante mensem Julium scripta sit, si Chrysostomus primum exsilii sui annum ab eo die, quo Cucusum perductus est, ad eumdem anni sequentis revolutum diem recenseat, non tertium vulgari computandi ratione a triplici consulum mutatione appellet.

4. Antiqua interpretatio, *neque facile ad vos pervenire valent qui nobiscum agunt, vel etiam qui in vicino habitant*, a Chrysostomi mente aberrat. Præferendam censemus recentiorem, quæ effertur in hunc modum: *neque facile ad nos pervenire valent qui istuc pergunt* (supple, *a remotioribus locis*,) *sed nec ii qui in vicino habitant*, quippe Chrysostomus litterarum suarum raritatem inde excusat, quod rari sint qui illuc ubi degit pergant, quemadmodum in epistola 36. ad Maronem apertius enuntiat his verbis: *Cuperemus autem crebrius quoque ad te litteras dare: verum id tum ob itineris difficultatem, tum ob eorum qui iter hoc suscipiant raritatem, haud facile est.* Num de Arabisso, an de Cucuso hæc dicat, illis quidem locis non est exploratum: sed Cucuso ista congruere liquet ex hoc epistolæ ipsius 25. ad Elpidium exordio: *Illud quidem vellemus, nobis ad te quam sæpissime litteras dare liceret: sed hoc nobis adimitur propterea, quod nemo ad nos crebro accedat. Nam & oppidi hujusce solitudo, & latronum metus eam augens, denique anni tempus itinera intercludens*, CUCUSUM *ex omni parte inviam reddit.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ διατριβόντων, δύναιτ' ἄν τις ῥᾳδίως ἡμῖν συγγενέσθαι, διά τε τὸ πόῤῥω καὶ πρὸς αὐταῖς ἐσχατίαις κεῖσθαι τὸ χωρίον, ἐν ᾧ καθείργμεθα, καὶ διὰ τὸν λῃστρικὸν φόβον πᾶσαν ἀποτειχίζοντα τὴν ὁδόν· παρακαλοῦμεν ἐλεεῖν μᾶλλον ἡμᾶς τῆς μακρᾶς σιγῆς, ἢ ῥᾳθυμίαν ἐντεῦθεν καταγινώσκειν ἡμῶν. ὅτι γὰρ οὐκ ὀλιγωροῦντες ἐσιγήσαμεν. ἐπιλαβόμενοι διὰ πολλοῦ τοῦ χρόνου νῦν τοῦ τιμιωτάτου καὶ ἀγαπητοῦ Ἰωάννου τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ Παύλου τοῦ διακόνου, καὶ γράφομεν, καὶ εὐχαριστοῦντες ὑμῖν οὐ διαλιμπάνομεν, ὅτι πατέρας [3] φιλοστόργους ἀπεκρύψατε τῇ περὶ ἡμᾶς εὐνοίᾳ τε καὶ σπουδῇ.

A ii qui pergere illuc velint, sed & qui in vicino habitant; tum quia locus, in quo versamur, remotus est & in extremis finibus situs, tum quia vias omnes occupat [1] latronum terror: precamur ut diuturnum silentium nostrum vestram in nos potius commiserationem commoveat, quam ut ob hoc negligentiæ nos condemnetis. Neque enim ex contemtu siluimus. Nunc autem, ubi post multum temporis intervallum venerabilem ac dilectum [2] Joannem presbyterum & Paullum diaconum excipere nobis datum est, & scribimus, & gratias agere non cessamus, quod vestra in nos benevolentia & studio etiam parentum in liberos amorem superastis.

Καὶ τὸ μὲν εἰς εὐλάβειαν ἧκον τὴν ἡμετέραν, τὴν προσήκουσαν διόρθωσιν εἴληφεν ἅπαντα, καὶ ὁ φορυτὸς τῶν κακῶν καὶ τὰ σκάνδαλα ἀνῄρηται, καὶ αἱ ἐκκλησίαι εἰρήνης ἀπήλαυσαν, καὶ λευκῆς γαλήνης, καὶ πάντα κατὰ ῥοῦν φέρεται, καὶ καταφρονηθέντες [4] ἐξεδικήθησαν νόμοι καὶ θεσμοὶ πατέρων παραβαθέντες. ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν οὐδὲν τούτων γέγονε, τῶν τὰ πρότερα τολμησάντων, τοῖς προτέροις ἐπαγωνιζομένων ἔτι παρανομήμασιν· ἅπαντα μὲν τὰ παρ' αὐτῶν μετὰ ταῦτα γεγενημένα καθ' ἕκαστον διηγήσασθαι παρίημι, καὶ γὰρ ἱστορίας ὑπερβαίνει μέτρον, οὐκ ἐπιστολῆς μόνον, ἡ διήγησις. ἐκεῖνο δὲ παρακαλῶ τὴν ἄγρυπνον ὑμῶν ψυχὴν, κἂν οἱ πάντα θορύβων ἐμπλήσαντες ἀμεταvόητα νοσῶσι καὶ ἀνίατα, αὐτοὺς τοὺς θεραπεῦσαι ταῦτα ἑλομένους μὴ περικακῆσαι, μηδὲ ἀπαγορεῦσαι, τὸ μέγεθος τοῦ κατορθώματος ἐννοήσαντας. καὶ γὰρ ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης σχεδὸν ἁπάσης ὁ παρὼν [6] ὑμῖν ἀγὼν πρόκειται, ὑπὲρ ἐκκλησιῶν εἰς [7] γόνυ κατενεχθεισῶν, ὑπὲρ λαῶν διασπαρέντων, ὑπὲρ κλήρων πολεμουμένων, ὑπὲρ ἐπισκόπων φυγαδευομένων, ὑπὲρ θεσμῶν πατέρων παραβαθέντων. διὸ καὶ παρακαλοῦμεν ὑμῶν τὴν ἐμμέλειαν, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις, ὅσῳ πλείων ἡ ζάλη, τοσούτῳ πλείονα ἐπιδείξασθαι τὴν σπουδήν. προσδοκῶμεν γὰρ καὶ ἔσεσθαί τι πλέον εἰς διόρθωσιν. εἰ δ' ἄρα μὴ τοῦτο γένοιτο, ἀλλ' ὑμεῖς ἀπηρτισμένον ἔχετε τὸν στέφανον παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις οὐ μικρὰ τοῦτο ἔσται παράκλησις, τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἡ [9] ἔνστασις.

B III. Et quidem per vestram pietatem non stetit, quominus convenienter emendarentur omnia, & malorum colluvio ac scandala tollerentur, gauderentque ecclesiæ tranquilla & sincera pace, ac prospere fluerent omnia, & contemtæ leges aut patrum constitutiones violatæ vindicarentur. At quoniam nihil horum re ipsa consequi licuit, cum ii qui priora ausi sunt, adhuc in impiis operibus perseverent: nolo equidem omnia, quæ interim ab iis patrata sunt, singillatim recensere: horum quippe narratio non solum epistolæ, sed & historiæ modum excederet. Ceterum vestram oro vigilantiam, ut quamvis illi tumultibus omnia repleverint, ac morbis laborent insanabilibus & a pœnitentia alienis, C [5] vos qui curare illa statuistis, tam præclari operis considerata magnitudine, ne malis cedatis, neve animum despondeatis: Nunc etenim [6] nobis incumbit pro toto pene orbe laborandum, utpote pro ecclesiis [8] dejectis, pro dispersis populis, pro cleris divexatis, pro episcopis fugatis & pro violatis patrum constitutionibus. Et idcirco iterum atque iterum ac sæpius vestram rogamus diligentiam, ut quanto major est tempestas, tanto majus exhibeatis studium. Speramus enim fore, ut ampliore hoc studio res corrigantur. At si id minus evenerit, certe perfectam apud benignum Deum coronam habetis, & afflictis non parva erit consolatio vestræ caritatis intensior solicitudo.

D

Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡμᾶς τρίτον ἔτος τοῦτο ἐν ἐξορίᾳ διατρίβοντας, λιμῷ, λοιμῷ, πολέμοις, πολιορκίαις συνεχέσιν, ἐρημίᾳ ἀφάτῳ, θανάτῳ καθημερινῷ, μαχαίραις Ἰσαυρικαῖς ἐκδεδομένους, οὐχ ὡς ἔτυχε παρακαλεῖ καὶ παραμυθεῖται τὸ διαρκὲς καὶ μόνιμον ὑμῶν τῆς διαθέσεως, τῆς παῤῥησίας τὸ δαψιλὲς, καὶ γνησίᾳ οὕτως ἐντρυφᾶν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ. τοῦτο ἡμῖν τεῖχος, τοῦτο ἀσφάλεια, τοῦτο λιμὴν ἀκύμαντος, τοῦτο θησαυρὸς μυρίων ἀγαθῶν, τοῦτο εὐφροσύνη, καὶ πολλῆς ἡδονῆς ὑπόθεσις, κἂν εἰς ἐρημότερον τούτου πάλιν ἀπενεχθῶμεν χωρίον, οὐ μικρὰν ταύτην ἔχοντες παράκλησιν τῶν παθημάτων ἡμῶν ἄπιμεν.

IV. Nam & nos, qui tertium jam hunc annum in exsilio versamur, fami, pesti, bellis, obsidionibus continuis, incredibili solitudini, quotidianæ neci & Isauricis gladiis expositi, non mediocriter excitat & consolatur continuus ac stabilis vestræ dilectionis affectus, [10] vestraque in loquendo summa libertas, necnon singularis ea oblectatio, quam de sincera caritate vestra percipimus. Hic nobis murus, hæc securitas, hic portus expers fluctuum, hic innumerabilium bonorum thesaurus, hæc lætitiæ ac multimodæ voluptatis caussa; & si in desertiorem, quam sit iste, locum iterum [11] abigemur, E non parvam hanc habentes afflictionum nostrarum consolationem, abire parati sumus.

1. Isaurorum.

2. Hunc Joannem ejusque socium Paullum tum epist. 148. Cyriaco, Demetrio, Palladio & Eulysio episcopis, tum epist. 168. Probæ matronæ Romanæ commendat.

3. Hamburg. ms. φιλοστοργοῦντας.

4. Pro verbo ἐξεδικήθησαν, quod ex ms. Hamb. restituimus, apud Chrysost. exstat ἐξεδιώχθησαν.

5. Quod græce apud Chrysost. ita legitur, αὐτοὺς θεραπεῦσαι αὐτά, ex ms. Hamburgensi corrigimus. Baronius ad annum 406. una fultus antiqua hujus loci interpretatione, in qua legebat, *si tamen curari morbos voluerint, ne affligantur neque a cœtu abjiciantur considerata tanti operis magnitudine*, scribit Chrysostomum apud Innocentium preces interposuisse, ne adversarios ipsius, quamvis canonum conculcatorum ac plurimorum flagitiorum reos excommunicaret. Alius vir eruditione clarus, inter eos qui insanabili morbo laborare heic dicuntur, maxime intelligendum putat Atticum. Et is quidem a Palladio pag. 95. *omnium adversus Joannem molitionum artifex* prædicatur.

6. *Vobis*. 7. Forte γῆν.

8. Seu *solo æquatis*.

9. Forte ἔντασις.

10. Apud Chysost. καὶ τῆς παῤῥησίας, καὶ τὸ ἐν ψιλῷ καί. Sequimur ms. Hamb.

11. Perinde loquitur Chrysostomus, quasi jam persentisceret dandum non ita multo post imperatoris decretum, quo Pityuntem desertissimum ad littus Pontici maris locum transferretur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.

## [1] EPISTOLA XII.

Innocentii papæ ad Joannem Chryſoſtomum Conſtantinopolitanum epiſcopum,

*Joannem ob oculos poſita patientiæ commendatione conſolatur.*

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Ἰωάννῃ Ἰννοκέντιος.

A

ΕΙ καὶ πάντα δεῖ τὸν ἀναίτιον προσδοκᾷν τὰ χρηστὰ, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν ἔλεον αἰτεῖν, ὅμως καὶ παρ' ἡμῶν τὴν ἀνεξικακίαν συμβουλευόντων, τὰ καθήκοντα γράμματα διὰ Κυριακοῦ τοῦ διακόνου ἐξαπέσταλται. ὥστε μὴ πλέον δυνηθῆναι τὴν ὕβριν ἐν τῷ συντρίβειν, [3] τὸ ἀγαθὸν συνειδὸς ἐν τῷ ἐλπίζειν, οὐδὲ γὰρ ὀφείλεις διδαχθῆναι ὁ τοσούτων λαῶν διδάσκαλος καὶ ποιμὴν, τοὺς ἀρίστους ἀεὶ καὶ πολλάκις δοκιμάζεσθαι, εἰ ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς ὑπομονῆς παραμένουσι, καὶ οὐδενὶ πόνῳ κακοπαθείας ὑποπίπτουσι, καὶ ἔστιν ὡς ἀληθῶς βέβαιον πρᾶγμα τὸ συνειδὸς εἰς πάντα τὰ ἀδικῶς συμπίπτοντα, ἅπερ εἰ μὴ νικήσειέ τις ὑπομένων, τεκμήριον φαύλης ὑπολήψεως ἐκφέρει. πάντα γὰρ ὑπομένειν ὀφείλει, ὁ τῷ Θεῷ πρῶτον, εἶτα καὶ τῷ ἰδίῳ πεποιθὼς συνειδότι, ὁπότε μάλιστα γυμνάζεσθαι εἰς ὑπομονὴν ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς δύναται, νικᾶσθαι δὲ οὔ· ἐπειδήπερ αὐτῷ τὴν διάνοιαν αἱ θεῖαι γραφαὶ φυλάττουσι. καὶ περιττεύουσιν ὑποδείγμασιν αἱ θεῖαι ἀναγνώσεις, ἃς τοῖς λαοῖς παραδιδόαμεν, αἵ τινες πάντας σχεδὸν τοὺς ἁγίους καταπεπονῆσθαι διαφόρως καὶ συνεχῶς ἐπιστώσαντο, καὶ δοκιμάζεσθαι καθάπερ ἔν τινι διαγνώσει, οὕτω τε εἰς τὸν στέφανον τῆς ὑπομονῆς ἐληλυθέναι. παραμυθείτω τὴν ἀγάπην σου αὐτὸ τὸ συνειδὸς, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ὅπερ ἐν ταῖς θλίψεσιν ἔχει τὴν παραμύθειαν τῆς ἀρετῆς. ἐποπτεύοντος γὰρ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ ἐν τῷ λιμένι τῆς εἰρήνης καθαρισθεῖσα ἡ συνείδησις στήσεται.

Dilectiſſimo fratri JOANNI INNOCENTIUS.

ETſi innocens proſpera omnia exſpectare & a Deo miſericordiam petere debet, tamen etiam a nobis, qui patientiam ſuademus, competentes litteræ per [2] Cyriacum diaconum ſunt tranſmiſſæ, ne contumelia plus valeat ad opprimendum, quam bona conſcientia ad ſpem relevandam. Neque enim tu docendus es, tot populorum doctor & paſtor, optimos quoſque ſemper & aſſidue probari, utrum in vigore patientiæ permaneant, nec ulli labori ac moleſtiæ ſuccumbant. Et vero conſcientia firmum eſt præſidium adverſus omnia quæ injuſte accidunt: quæ B niſi quis patientia ſuperaverit, malæ ſuſpicionis de ſe argumentum præbet. Cuncta enim tolerare debet, qui Dei primum, ac deinde conſcientiæ fiducia nititur. Quippe vir bonus ac probus exerceri quidem poteſt ad patientiam, ſuperari vero non poteſt; cum divinæ Scripturæ mentem ejus muniant atque cuſtodiant. Abundant enim exemplis lectiones ſacræ, quas populis tradimus, quæ univerſos fere ſanctos variis modis vexatos, & tamquam examine quodam probatos eſſe teſtantur, atque ita ad patientiæ coronam perveniſſe. Conſoletur ergo caritatem tuam, frater admodum venerande, ipſa conſcientia, [4] quæ in calamitatibus habet conſolationem virtutis. Inſpectante enim Do- C mino Chriſto, in portu pacis conſcientia pura conſiſtit.

## [5] EPISTOLA XIII.

RUFO Theſſalonicenſi epiſcopo.

*Variarum ei committitur cura provinciarum, in quibus vicarius Innocentii, & inter primates primus conſtituitur.*

Dilectiſſimo fratri RUFO INNOCENTIUS.

I. LEctiſſimo & glorioſiſſimo Moyſi ita in Iſrael liberando regendoque Dominus cuncta com- D miſit [a], ut conſilium ſoceri Jothor ſequendum ei manifeſta ſub relatione mandaret: videlicet, ut conſtitueret viros gradu dignitatis judiciariæ ſuppares, qui cauſſarum multitudines pro loco ſibi credito in-

a Exod. XVIII.

1. Anno 407. Epiſtolam hanc, ſicut & ſuperiorem VII. uni Sozomeno acceptam debemus. De utraque ſic ille lib. 8. n. 24. præfatur: *Cum Innocentius œcumenicam ſynodum congregare ſtuderet, ſcripſit ad Joannem, & ſeorſum ad clericos urbis Conſtantinop.* Quibus verbis ſignificare videtur, vel utramque epiſtolam ſimul miſſam, vel certe iſtam ſeptima poſteriorem non eſſe. Verum huic ſcriptori inſolens non eſt, ea quæ diſſitis temporibus geſta ſunt ſimul componere atque confundere. Sane cum de congreganda ſynodo, in qua Innocentius omnem ſpem poſuerat, altum ſit in hac epiſtola ſilentium, hoc non levi argumento eſt, eam ſcriptam eſſe cum ab hac ſpe excidiſſet. Iſtud non abhorret a vero, Innocentium proxima Joannis epiſtola motum, hanc ſcripſiſſe, ut ſanctum præſulem in malis, E quibus eum affligi didicerat, conſolaretur. Quod ſi ita eſt, Joanni ſuperſtiti vix reddi potuit.


2. Idem Cyriacus cum Paullo item diacono jam ab anno 404. a Joanne Romam miſſus fuerat, ut ſuperiorem ipſius epiſtolam 4. ad Innocentium perferret, ut in eadem epiſtola n. 1. declaratur.

3. Add. ἢ.

4. Valeſius latine hæc iſta reddidit, *quæ in calamitatibus ſolet eſſe virtutis conſolatio*. Græco hæremus ſermoni, in quo non conſcientia conſolatio virtutis, ſed virtus potius conſolatio conſcientiæ prædicatur. Certius hoc afferit Innocentius, quod Orator paullo timidius edixerat: *Habent nonnullam in ſe conſolationem pœnæ quæ virtute ſuſcipiuntur*. Nomine autem *virtutis* maxime intelligit Innocentius patientiam, de qua in epiſtola 7. ad clerum & populum Conſtantinop. expoſita eorum calamitate num. 1. ſcribit: *Quam quidem rem ſola patientiæ conſolatio ſanare poteſt*.

5. Anno 412. Junii 17. In Romana ſynodo ſub Bonifacio II. olim recitata, ſubinde & a Nicolao I. epiſt. 2. laudata, poſtmodum a Luca Holſtenio cum ceteris prædictæ ſynodi Romanæ monimentis in lucem emiſſa eſt. Tempus, quo ſcripta eſt, conſulari nota indicatur. Sed hac in nota mendum eſſe, ac pro *Honorio IX. & Theodoſio V.* reſtituendum eſſe *Honorio VII. & Theodoſio II.* clariſſimus vir Tillemontius to. 10. pag. 829. opinatur. Unde ſeque-

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
410.



ter populos definirent, ipſo maxime vel etiam divinis [1] conſolationibus vacaturo. Nec aliter Apoſtolorum forma promulgata eſt [a], quam ut ipſi principes Evangelii conſtituti, ceterarum rerum cauſſas neceſſitudineſque ſuis diſcipulis curandas obeundaſque mandarent. Ita denique tota miſeratione mirabilis Paullus Tito [b] quæ curet apud Cretam, Timotheo [c] quæ per Aſiam diſponat, commiſit, ut ſacrarum epiſtolarum lectione cognoſcimus.

II. Divinitus ergo hæc procurrens gratia ita longis intervallis diſterminatis a me eccleſiis * diſcat conſulendum, ut prudentiæ gravitatique tuæ [2] committendam curam cauſſaſque, ſi quæ exoriantur [3] per Achaiæ, Theſſaliæ, Epiri veteris, Epiri novæ, & Cretæ, Daciæ Mediterraneæ, Daciæ Ripenſis, Mœſiæ, Dardaniæ & Prævali eccleſias, Chriſto Domino annuente, cenſeant. Vere enim ejus ſacratiſſimis monitis lectiſſimæ ſinceritatis tuæ providentiæ ac virtuti hanc injungimus ſolicitudinem; non primitus hæc ita ſtatuentes, ſed præceſſores noſtros apoſtolicos imitati, qui beatiſſimis [4] Acholio & Anyſio injungi pro eorum meritis iſta voluerunt. Juſtiſſimum eſt enim ita bene meritos honoribus decorari, ut arrogantes neceſſarium videtur obtundi. Placet ergo in bonis præmium, & in minus bonis [5] cenſio: ſic enim & iſte corrigitur, & ille nobilitatur.

III. Arripe itaque, dilectiſſime frater, noſtra vice per ſupraſcriptas eccleſias, ſalvo earum primatu, curam: & inter ipſos primates primus, quidquid eos ad nos neceſſe fuerit mittere, non ſine tuo poſtulent arbitratu. Ita enim aut per tuam experientiam quidquid illud eſt finietur; aut tuo conſilio ad nos uſque perveniendum eſſe mandamus. Licitum autem & apoſtolicæ ſedis favore permiſſum tuæ fraternitati cognoſce, ut cum aliqua eccleſiaſtica ratio vel in tua vel in memoratis provinciis agitanda cognoſcendaque fuerit, quos velis epiſcoporum ſocios quibuſcumque de eccleſiis aſſumas tecum, quorum & fide & moderatione quidquid neceſſitas cauſſave flagitaverit, optimus dirigas arbiter, & præcipuus, quippe a nobis lectus, definias interceſſor. Omnem ſane inſtructionem chartarum in cauſſa [6] archivorum cum presbytero [7] Senecione, viro admodum maturo, fieri juſſimus. Itaque & ex priore noſtra [8] epiſtola, & ex his chartulis, bene recenſens quid agere debeas, recognoſce. Nam voluntatem hanc noſtram per unamquamque provinciam ſatis, ut decebat, litteris manifeſtavimus. [9] Data xv. Kalendas Julias Honorio IV. & Theodoſio V. auguſtis conſulibus.

a Act. VI. 2. 3. b Tit. I. 5. 3. c I. Tim. I.

retur, ut hæc epiſtola anno 407. ſcripta eſſet. Hanc autem opinionem probare nititur iſta inductione. Primo quidem ſtatuit, ex epiſtolis, quas Innocentius ad Rufum ſcripſit, hanc primam eſſe, atque ab eo datam fuiſſe ſtatim ut de Rufi ordinatione certior factus eſt: quod non negandum. Tum addit, Rufum illum, ad quem Innocentius modo ſcribit, non alium videri ab eo, ad quem de Naiſſenſibus clericis litteras jam dediſſe ſe idem papa epiſt. 17. ad Marcianum memorat. Quo pariter conceſſo, ſubdit: Atqui hanc epiſtolam ad Marcianum ſcripſit Innocentius Ravennæ conſtitutus, quo ab anno 409. ineunte venit, & ubi menſe Auguſto anni 410. adhuc verſabatur; nec ullum eſt in hiſtoria veſtigium, unde eum præterea in eamdem civitatem rediiſſe conjectemus. Ex quo conſequi putat, ut neque Rufi ordinatio, neque epiſtola iſta ſerius anno 408. differendæ ſint. Sed cum nequaquam omnia ſcripta ſint quæ contigerunt, & qui Ravennam ſemel acceſſit, eo etiam ſecundo ac tertio potuerit pergere, cumque hujus rei, ipſo viro clariſſimo fatente, anno 413. quo frumentum Heraclianus Romam perferri prohibebat, cauſſa & occaſio non defuerit: minime tutum videtur certam epocham conjectura incerta mutare. Sane inuſitatus valde foret is librariorum lapſus, ut cum in duorum conſulum qui eamdem dignitatem geſſiſſent pluries, annis exprimendis peccaſſent, eorum tamen error in eorum conſulatibus deſignandis ſic apte ſibi cohæreret, ut cum Honorii nono conſulatu, quintum Theodoſii, non quartum aut tertium, ac viciſſim cum quinto Theodoſii nonum Honorii, non ſeptimum aut alium quemvis componerent.

1. In veteribus libris, ubi *conſultationis* vocem orationis ſeries exigit, non raro, immo plerumque *conſolationis* verbum legi ſolere experti, & heic idem peccatum ſuſpicamur, putamuſque reſtituendum, *ipſo maximis vel etiam divinis conſultationibus vacaturo*. Reſpicit quippe Innocentius ad iſta Exodi 18. 19. & 22. *Eſto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, ut referas quæ dicuntur ad eum ... Quidquid autem majus fuerit, referant ad te, & ipſi minima judicent.*

2. Eos, quorum ſuggeſtione Juſtinianus Novella 11. ſcripſit, tantum *Attilanis temporibus*, hoc eſt poſt annum 440. vicarii per Illyricum dignitatem epiſcopo Theſſalonicenſi fuiſſe attributam, imperatori huic impoſuiſſe inde manifeſtum eſt.

3. Ad hunc locum reſpicit Nicolaus I. epiſt. 2.

4. Iſtud munus Acholio ab anno ſaltem 380. injunctum fuiſſe, contra Hallerii ſententiam, Monito in 8. epiſtolam Damaſi obſervavimus.

5. *Cenſio* vulgo notam a cenſore inuſtam ſonat. Mox *primatu* nomine intelliguntur prænominatarum provinciarum metropolitani.

6. Ita Holſtenius, non, ut Tillemontius legit, *Achivorum*. Ut de chartis, ita & de archivii heic ſermonem eſſe & antecedentia & conſequentia perſuadent. Quippe chartarum, quibus vicarii munus antiſtiti Theſſalonicenſi delegabatur, veritatem tunc a nonnullis in dubium vocatam eſſe apparet. Quocirca Innocentius tametſi Rufo proxime dixerit, *quippe a nobis lectus*, quod poteſtatem illi non tam ſedis prærogativa, quam eligentis munere collatam ſonat, neque hanc tamen conſuetudine fultam negat: ideoque eidem, ut tum priorem epiſtolam ſuam, tum alias deceſſorum ſuorum ea de cauſſa datas recenſeat, auctor eſt.

7. Eo ipſo forte, qui a Siricio epiſt. 9. n. 5. Baſſo epiſcopo *in conſortium regendæ eccleſiæ datus* dicitur.

8. Non, ut mihi quidem videtur, ad ipſum Rufum, ſed ad deceſſorem ejus Anyſium ſcripta, quæque ſuperius primum locum obtinet. Et hinc rurſum vocem *archivorum* retinendam, nec mutandam fuiſſe firmatur.

9. Junii 17. ann. 412.

* *Diſcat* ] Forte, *dictat*. Et paullo poſt, *cenſeat*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



## [1] EPISTOLA XIV.

### INNOCENTII PAPÆ I.

*De* [2] *ratione Paſchali anni* 414.

INNOCENTIUS AURELIO.

CAritatis [3] noſtræ officium nullo intervallo dirimitur, etiam ſi charta nullos apices ferat. Vivit enim ſpiritalis gratia alternis in cordibus, & amorem noſtrum confovet ſacerdotalis ipſa ſocietas. [4] Curato, ut dignum eſt, unitatem Eccleſiæ cuſtodire; idemque omnes pariter & ſentiamus & pronuntiemus, frater cariſſime. Has ergo litteras de ratione paſchali alterius [5] (dico, futuri) anni præſcripſi. Nam cum ante diem undecimum Kalendarum Aprilium pene luna XVI. colligatur, (nam quidpiam minus eſt) [6] itemque cum in ante diem quartum Kalendarum earumdem veniat viceſima ter- B A tia: exiſtimavi XI. Kalendarum memoratarum die feſta Paſchalia celebranda; quoniam in viceſima tertia luna nullum Paſcha umquam [7] antehac factum eſſe cognoſcimus. Sententiæ meæ expoſui atque edixi tenorem. Jam prudentiæ erit tuæ, [8] conſors mihi frater, cum unanimis & conſacerdotibus noſtris hanc ipſam rem in ſynodo religioſiſſima [9] retractare: ut ſi nihil diſpoſitioni noſtræ reſultat, nobis pleniſſime aperteque reſcribas, quo deliberatam Paſchalem diem, jam litteris ante, ut [10] moris eſt, ſervandam, ſuo tempore præſcribamus. Compresbyterum autem Archidamum quamvis noverim quod libentiſſime ac more ſuſcipias conſueto, tamen [11] ex abundanti poſtulo, ut eum inter tuos habere digneris.

## [12] EPISTOLA XV.

### INNOCENTII PAPÆ,

ad [13] Julianam nobilem exhortatoria.

SIngulare membrum Eccleſiæ, tuæ religionis amplitudinem exſiſtere, & a nobis reverentiſſime coli, ſatis eſt omnibus manifeſtum. In ipſo enim apice nobilitatis multo nobiliorem Eccleſiæ devotionem impendis, & magis læta Chriſti agnitione, præceptis ejus obtemperas, & in fide potius exſultas, quam tanti generis flore jactaris. Summæ vir- C tutis eſt, vicieſſe gloriam carnis: & magnæ eſt Chriſti [14] gratiæ, nobilitatem moribus ſuperaſſe, domina filia merito illuſtris. Certa igitur exſiſtens, dilectiſſima, vitæ hujus quæcumque ſunt ſpatia æternis diviniſque officiis illuſtrare contende: ut qui inſignem te præſtitit, reddat ſibi per ſæcula clariorem.

1. Anno 413. aut etiam 412. In Romana pontificiarum epiſtolarum editione notatur ut ex *Creſconio* deſcripta. Convenientius forſitan notatum eſſet *ex Dionyſio*. Apud hunc inter Innocentii decreta conficit titulum ſeu capitulum XL. Exinde illam & collectionis Hiſpanæ auctor & Iſidorus mutuati ſunt. De paſchali celebritate anni 414. in hac epiſtola differi inter omnes convenit; ideoque illam anno 413. ſcriptam plerique cenſent. Verum Tillemontius ſubtiliter pro more ſuo expendens omnia, atque Paſcha ſervandum ab Innocentio nondum præſcribi, ſed hunc papam prius, quam præſcribere illud certo valeat, ſuam de eo ſententiam Africana in ſynodo retractari, indeque ad ſe reſcribi velle obſervans, anno 412. conſignandam eſſe arbitratur: maxime, inquit, cum Aurelius & circa exitum Junii concilium provinciale, & circa finem D Auguſti plenarium Africæ, in quo ex præſcripto Carthaginenſis III. concilii can. 41. anni futuri Paſchalis dies divulgandus erat, celebrare ſoleret. Niſi igitur ſynodum aliquam præter conſueta illa tempora in Africa celebratam cogitemus, eruditi viri opinioni videtur ſubſcribendum. Alioqui non apparet qui Innocentius Africanæ ſynodi de hac queſtione ſententiam reſcire, atque exinde totius Occidentis epiſcopis Paſchæ diem indicare commode valuerit. Ad hæc, Leo papa de Paſchali die anni 455. pariter ſolicitus, ea de re non anno 454. quo dies ille eccleſiis præſcribendus ac denuntiandus erat, ſed ab anno 453. certior fieri pluribus litteris ſtuduit.

2. In mſs. coll. Dion. & Hadr. aut ſimpliciter *de Paſcha*, aut *de Paſcha in qua te fallitur*, hoc eſt utrum in ejus die præſcribendo Innocentius fallatur, an non. In Hiſpan. *de inſinuatione vel indictis temporibus Paſchæ*.

3. Sincerum Dion. coll. exemplar Regium, *Caritatis tuæ*, forte loco *caritatis mutuæ*. Coisl. coll. Hiſp. *Caritatis veſtræ*.

4. Ita emendamus ope prædicti exemplaris Regii, in quo exſtat, *Curatio ut dignum eſt*. Cui favet iſtud Coisl. *Cura ergo ut dignum eſt*. In aliis autem libris habetur, *Cur ergo indignum eſt*; & mox in ſolis editis, *cuſtodiri*. Tum in Coislin. *idque omnes . . . fratres cariſſimi*.

5. Vocabulo *alterius* annum intelligere eſt vel alterum ab eo quo Paſchæ dies ſit celebrandus, vel alterum ab eo quo divulgandus ſit. Si hoc poſtremum admittatur, anno 413. conſignanda erit hæc epiſtola; ſi autem primum magis placet, in annum 413. rejicienda erit. Quamquam ipſe infra altero anno ab eo, quo divulgandus erat Paſchæ dies, ſcribere ſe non obſcure ſignificat.

6. In mſs. coll. Hadr. *itemque*, ſine adjuncto *cum*, quod pariter in Regio coll. Dion. omittitur, illæſo ſenſu.

7. Ita exemplar Regium. At mſs. coll. Hadr. *ante Paſcha*. Editi vero, *ante hoc Paſcha*.

8. In mſ. Coislin. *concors mihi*.

9. In vulgatis poſt Crab. *tractare*. At in omnibus mſs. ut apud Merl. *retractare*, quod eſt recognoſcere.

10. Id moris fuiſſe, ut Romanus pontifex de die Paſchæ litteras *ad omnes* dirigeret, teſtis eſt Arelatenſis I. ſynodus anno 314. habita, ejuſque uſum Leo epiſt. 88. ad Ravennium confirmat. Hoc autem ſpirat totus iſte Innocentii locus, tempus quo mori illi ſatisfaciendum erat, nondum imminere.

11. Omnes mſs. *ex abundantibus*.

12. Circa ann. 413.

13. Dionyſius Exiguus epiſtolam hanc non indignam putavit, quam inter Innocentii decreta referret. Hanc ſub titulo ſeu capitulo 39. proxime ante ſuperiorem collocavit. Eumdem locum obtinet in coll. Hiſpan. & Iſid. Forte cum eadem epiſtola miſſa eſt. Baronius ſcriptam opinatur anno 413. quo tacite refelleretur Pelagii liber ad Demetriadem Julianæ filiam ſcriptus. Ad eamdem Julianam exſtant epiſtolæ Joannis Chryſoſtomi 169. Auguſtini 150. rurſum Auguſtini & Alypii 188. Ipſi Auguſtinus anno 414 ſuam dicavit *de bono viduitatis* lucubrationem. Ejus quoque Hieronymus in epiſtola 8. ad Demetriadem ipſius filiam meminit.

14. Hoc Baronius non ſine cauſſa dictum eſſe obſervat, ſed quo velut antidoto excuteretur virus in his latens Pe- E lagii ad Demetriadem verbis, quæ Alypio & Auguſtino tantopere diſplicuerunt: *Spiritales divitias nullus tibi præter te conferre poterit. In his ergo jure laudanda, in his merito ceteris præferenda es, quæ niſi ex te & in te eſſe non poſſunt.* Neque minus his adverſatur epiſtolæ clauſula, qua non dicit Innocentius, *ut cui inſignem te præſtitiſti, ei te reddas per ſæcula clariorem*, ſed totum hoc ad Dei munus refert. Certe ſi præceſſit hæc epiſtola prædictum Pelagii opuſculum, negandus non eſt Innocentius Julianæ animum adverſus peſtilentem illius doctrinam non ſine Dei nutu tam apte prævertiſſe.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



# [1] EPISTOLA XVI.

*De suscipiendis clericis, quos Bonosus, antequam damnaretur, ordinasse cognoscitur.*

INNOCENTIUS MARCIANO episcopo [2] Naissitano.

SUperiori tempore, si tamen recte [3] recordor, memini me tam ad dilectionem tuam, quam ad fratres & coepiscopos nostros Rufum & ceteros hujusmodi litteras de clericis [4] Naissensibus transmisisse, his videlicet, qui se ante damnationem Bonosi assererent ab eodem tam presbyteros quam diaconos ordinatos, ut si relicto atque damnato ejus errore vellent Ecclesiæ copulari, libenter reciperentur, ne forte qui essent digni recuperandæ salutis, in eodem [5] deperirent. Verum nunc in Ravennati urbe mihi constituto, propter Romani populi necessitates creberrimas, [6] Germanio, qui se asserit esse presbyterum, atque Lupentius, qui se diaconum dicit, multorum talium quasi legatione suscepta, prece fusa, dolores proprios exprimere gestiverunt, [7] asserentes se quidem ecclesias in dilectionis tuæ constitutas parœciis retinere, sed tuam communionem non potuisse se mereri, ea videlicet A ratione, quia Rusticius quidam nomine, iterata ordinatione presbyterium suscepisset. Et non levi impedimento sit, dum aut illi dolent, hujusmodi hominem in Ecclesia retineri, aut ille sic [8] peccari debere in alios arbitretur, quemadmodum in se agnoscit esse peccatum. Et quamvis de eadem re plenius litteræ meæ contineant, quas superius memoravi; tamen etiam nunc admonendam duximus fraternitatem tuam, ut si vere constat, aliquos ante damnationem Bonosi ab eodem ordinatos, postea voluisse vel nunc velle reverti, eos recipiendos esse censemus; maxime cum memorati asserant, se in tantum anteriori tempore ordinatos, ut sanctæ recordationis virum Cornelium episcopum Sirmiensis urbis, necnon & fratrem B nostrum [9] Nicetam, aliosque nonnullos fuisse præsentes, cum honoribus, quos se habere commemorant, [10] augerentur. Unde, frater carissime, si eorum assertio fidem recipit veri, suscipiendos esse ambigere non debes, quos tam diu ecclesias sibi creditas passus es retinere.

1. In collectione Dionysii Exigui conficit hæc epistola Innocentii decretum L. Titulus, quem ei præfixit idem Dionysius Exiguus, a Cresconio cap. 58. laudatur. Eam quoque Hispana collectio & Isidoriana exhibent. Ravennæ se constitutum testatur Innocentius, dum illam scriberet. Eum autem in urbem illam circa anni 409. initia se se contulisse, ibique anno 410. cum ab Alarico capta est Roma, constitutum fuisse Zosimus histor. lib. 5. Sozomenus lib. 9. c. 7. & Orosius lib. 7. c. 39. tradunt. Unde per illud intervallum missam esse nonnulli opinantur. Alii anno 414. multo posteriorem arbitrantur, utpote in cujus exordio subsequentem ad Rufum, Marcianum & alios episcopos memorari existimant. Et eam forte ob caussam in editione Romana rejecta est post sequentem, licet eidem a Dionysio præponatur. Verum in sequenti epistola non de clericis Naissensibus, qui a Bonoso ante damnationem fuerant ordinati, recipiendis, sed de iis, quos idem hæreticus damnatus ordinaverat, a clero repellendis agitur. Quocirca de tempore, quo hæc epistola scripta est, nihil certi definiri valet. Heic tamen ad imitationem Dionysii non male ponitur: non solum quia subnexa probabiliter creditur anterior, sed etiam quia rerum ordo postulat, ut primum de ordinatis a Bonoso ante damnationem, ac deinde de ordinatis ab eodem post damnationem quid Innocentius sentiat, exponatur.

2. Ita plerique mss. Nonnulli autem ut apud Merlin. *Naisitano*, Edit. Rom. post Crab. *Naxitano*. Idem Crab. ad marg. adscripsit *Naresitano*: quod in posterioribus edit. concil. prælatum est. In puro Dionysianæ collectionis exemplari Regio tota hæc inscriptio desideratur.

3. Dion. & Hadr. coll. mss. *reor*.

4. Merl. *Naisensibus*. Crab. & edit. Rom. *Naxensibus*. Posteriores edit. concil. ex margine Crab. *Naresiensibus*. Navar. ms. *Naisitensibus*. Ceteri *Naissensibus*. Hoc nituntur loco, qui Bonosum episcopum Naissitanum fuisse volunt, Naissenses clericos ordinari ab eo non potuisse rati, nisi Naissensi ecclesiæ præfuisset. Sane respuenda non esset eorum sententia, si hunc hæreticum ecclesiasticæ disciplinæ regulis se continuisse constaret. Verum, ut in epistola sequente n. 12. docetur, *passim & sine ulla discussione ordinationes illicitas faciebat*. Nil igitur vetat, quominus auctoritati hæreamus Marii Mercatoris, qui Bonosum Sardicensem episcopum appellat.

5. In vulgatis heic additur *errore*: quod abest a mss. ac recte subauditur.

6. Sola editio Rom. *Germanus*. Merl. & Crab. *Germanium*, ut subinde *Lupentinum*: ubi recentiores edit. concil. præferunt *Lupentinus*, rejecto ad marg. *Lupentius*, quæ est lectio mss.

7. Verbum *asserentes*, apud Crab. ac deinceps in vulgaC tis omissum, ex Merl. & mss. revocatur. Quod tunc asserebant clerici a Bonoso ordinati, Marcianum scilicet ita ipsis ecclesias suas retinere permisisse, ut suam eis communionem negaret, illustratur Toletani I. concilii gestis Lab. tom. 2. pag. 1231. ubi quibusdam a Priscilliani secta discedentibus ecclesiæ permittuntur suæ, nec communio, quoad ipsis a Romano antistite reddita fuerit, conceditur. His porro clericis, qui ecclesias suas permittebantur retinere, iterata non fuerat ordinatio: adeoque Macedoniæ episcopis persuasum non erat, Bonosiacis, si in clero permanere permittendi essent, hoc eis nonnisi iterata ordinatione concedendum esse. Quod interim adversus Pasch. Quesnelli sententiam Differt. XII. cap. VII. sit observatum.

8. In nostris mss. ut in editis exstat *peccare*: sed quod subnectitur *esse peccatum*, heic *peccari* necessario postulat. Nec ignorant, qui usum aliquem in terendis veteribus liD bris habent, quam frequens sit *i* in *e* ac vicissim mutatio. Deinde editi post Crab. ut in ms. Reg. *debere in alio*: ubi melius ceteri libri, *debere in alios*, supple a Bonoso ordinatos. Tum coll. Dion. & Hadr. exempla subjiciunt, *arbitretur quem in se*, non *quemadmodum in se*: quod in mss. coll. Hisp. & Isid. rectius habetur.

9. Is putatur Nicetas a Gennadio de vir. illustr. dictus episcopus *Romatianæ*; quam urbem geographi in Dacia mediterranea, seu in Mœsia superiori, Naissum inter & Sardicam collocant.

10. Editi post Crab. *faterentur*. In ms. Reg. *nibil agerentur*: corrupte. In ceteris *augerentur*. Innocentius ordinatos eo loquendi modo *onoribus auctos* prædicat, quo ab Hilario lib. 10. de Trin. n. 21. *in filios Dei aucti* dicuntur qui Christum receperunt: quia nimirum ut iis qui filii Dei evadunt, ita iis qui ordinantur non levis fiat accessio dignitatis.

# [1] EPISTOLA XVII.

Ex Dionyſio Exiguo.

I. *Ut ſi ſacerdos vel quilibet ex clero viduam uxorem duxerit, vel ejectam, ſuum perdat officium.*
II. *Ut ſi quis catechumenus habuerit uxorem, & defuncta ea poſt baptiſmum ſortitus fuerit alteram, clericus non ſit.*
III. *Quod non ſuſcipiantur in clero ab hæreticis ordinati.*
IV. *Quod in ordinationibus crimina vel vitia non bene credantur auferri.*
V. *Quod ii, qui a Bonoſo hæretico ordinati ſunt, propterea ſint recepti, ne ſcandalum remaneret Eccleſiæ.*
VI. *Quod in Eccleſia peccatum populi inultum ſoleat præteriri.*
VII. *Quod ſubreptum fuerit apoſtolicæ ſedi, & ſuam in melius ſententiam commutarit.*

Ex antiquo codice Corbejenſi.

I. *De iis qui duas ſuggeruntur accepiſſe uxores.*
II. *Non dici oportere digamum eum, qui catecuminus habuerit atque amiſerit uxorem.*
III. *Qualiter crimina dimittantur in baptiſmum.*
IV. *De filiis qui ante baptiſmum nati fuerint.*
V. *De catecuminis, qui ſanctis virtutibus ſtuduerint.*
VI. *De hæreticis clericis qualiter debeant reconciliari.*
VII. *De ſacrilegis & adulteris ad clerum admitti non debere.*
VIII. *Et qualiter hæretici accipiantur.*
IX. *De his qui ſe catarus atque mundus vocant.*
X. *De Novatianis atque hæreticis revertentes.*
XI. *De clericis catholicis qui ad hæreſim tranſeunt.*
XII. *De receptione Fontini & Euſtaſi.*


INNOCENTIUS [2] RUFO, EUSEBIO, EUSTATHIO, CLAUDIO, MAXIMIANO, EUGENIO, GERONTIO, JOANNI, POLYCHRONIO, SOPHRONIO, FLAVIANO, HILARIO, MACEDONIO, CALICRATIO, ZOSIMO, PROFUTURO, [3] NICETÆ, HERMOGENI, VINCENTIO, ASIOLOGO, TERENTIANO, HERODIANO, & MARCIANO; [4] epiſcopis Macedonibus & diaconis in Domino ſalutem.

I. MAgna me gratulatio habuit, cum poſt tot diſcrimina totius, ut ita dixerim, mundi, Vitalis archidiaconus veſtrarum portitor litterarum, ex illis partibus ad nos uſque directus advenit. Quem cum vidiſſemus, illico, ut oportebat, percontati de veſtro ſtatu ſumus. Verum ubi

A [5] reperimus vos ex ſententia degere, Deo noſtro uberes gratias retulimus, quod ſuos famulos ſuiſque altaribus ſervientes & in adverſis tuetur, & in proſperis gubernare dignatur. Qui cum tradidiſſet epiſtolas, eas præcepi illico recenſeri: in quibus multa poſita pervidi, quæ ſtuporem mentibus noſtris [6] inducerent, facerentque nos non modicum dubitare, utrum aliter putaremus, an ita illa eſſent poſita, quemadmodum perſonabant. Quæ cum ſæpius repeti feciſſem, adverti ſedi apoſtolicæ, ad quam relatio miſſa quaſi ad caput eccleſiarum currebat, [7] aliquam fieri injuriam, cujus adhuc in ambiguum ſententia duceretur. Unde de quibus jam dudum ſcripſiſſe memini, nunc iterare
B formam argumentis evidentioribus, [8] relationis veſtræ geminata percontatio compellit.

1. Scripta ann. 414.
2. Inſcriptio iſta in vetuſto ms. Corb. ſic effertur: *Innocentius, Euſtaſio, Eugenio, Policronio, Hilario, Zoſimo, Hermogeni, Therentiano, Rufo, Claudio, Gerontio, Suffronio, Macedonio, Profuturo, Vincentio, Herodiano, Euſebio, Maximiano, Joanni, Flaviano, Calecrati, Nicitæ, Actologo, Mattiano, epiſcopis Macedonibus & diaconibus in Deo ſalutem.* Eidem codici concinit & alter Colb. Unde liquet, ex ordine, quem in inſcriptionibus hujuſmodi tenent epiſcopi, nullum confici poſſe firmum argumentum, quo eorum dignitas vel antiquitas probetur. Dionyſius Exiguus duos ex illis epiſcopis appellare contentus, totam inſcriptionem perſtringit in hunc modum: *Innocentius, Rufo, Euſebio, & ceteris epiſcopis Macedonibus & diaconibus in Domino ſalutem*: eumque poſtea imitati ſunt Hiſpanæ collectionis auctor & Iſidorus.
3. Quidam mſs. *Nicetio*.
4. In edit. Rom. & concil. poſt Crab. heic adjicitur *& ceteris*: quod abeſt ab omnibus mſs. in quibus ſingula epiſcoporum nomina appellantur, atque ex iis haud dubie repetitum eſt, in quibus, ut proxime obſervavimus, tantum duobus epiſcopis nominatis, ceteri tacentur. Ex iis autem, qui prænominati ſunt, Chryſoſtomus de exſilio epiſtolam 163. ad Macedonas epiſcopos ſcribens, *Euſtathium, Euſebium, Maximianum, Eugenium & Gerontium* in inſcriptione pariter appellat. Heic oboritur quæſtio, in Macedoniane tot fuerint epiſcopi, quot nunc recenſentur. Neque enim Marciani, quem epiſcopum fuiſſe conſtat, nomen ultimo loco poſitum permittit, ut ſuperius aliquot cum epiſcopis diaconos appellatos ſentiamus. Forte Innocentius, cum quos e Macedonia & aliis Illyrici provinciis noverat epiſcopos promiſcue memoraſſet, addidit *epiſcopis Macedonibus & diaconis*, ut epiſtolam ſuam, quamvis etiam vicinarum provinciarum epiſcopis inſcriptam, ad Macedonas in primis attinere ſignificaret: quemadmodum antea Capuana ſynodus, teſte Siricio epiſt. 9. n. 1. ſtatuerat, ut finitimi ac vicini Bonoſo epiſcopi, *præcipue Macedones*, cauſſam ejus cognoſcerent.
5. Corb. ms. cum uno Colb. *reperivimus*.
6. Eidem mſs. *noſtris ut inducerent*. Ceteri cum Merl. *noſtris inducerent*. Non diſpliceret *injicerent*.
7. E potioribus mſs. huc revocatur vox *aliquam*, quæ prius deſiderabatur. Jam Innocentius epiſt. 2. n. 7. & 8.
C necnon epiſt. 3. n. 11. vetuerat, ne ad clerum admitteretur, qui vel viduam vel ſecundam uxorem duxit, etiamſi primam accepiſſet ante baptiſmum. Probabile autem eſt, eum Siricii exemplo curaſſe, ut hujuſmodi epiſtolæ ac decreta per provincias commearent, ut ipſe loquitur epiſt. 6. n. 2. ne quis eorum ignorantiam prætenderet. Certe id, de quo antea ſcripſiſſe ſe teſtificatur, in duo prædicta capita, non in alia duo, quæ ſubinde tractantur, cadit.
8. In mſs. coll. Dion. Hadr. & Hiſp. deſideratur *relationis veſtræ*. In codice Colb. Langob. exſtat *relationis*, & in altero Colb. necnon vetuſto Corb. *relegationis*, ſine adjuncto *veſtræ*. Tum omnes illi mſs. ſubjiciunt, *geminata percontatio veſtra*. Edidit Merlin. *gemina percontatio veſtra*. Vulgatam lectionem aſſervant vetera exempla Codicis Quesn.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



II. Eos, qui viduas accepisse suggeruntur uxores, non solum clericos effectos agnovi, verum etiam usque ad infulas summi sacerdotii pervenisse: quod contra legis esse præcepta nullus ignorat. Nam cum Moyses legislator clamitet, [a] *Sacerdos uxorem virginem accipiat*; ac ne in hoc præcepto aliquid putaretur ambiguum, addidit, *non viduam, neque ejectam*. Contra, quod præceptum, divina auctoritate [1] submissum, nulla defensio mandati alterius opponitur, nisi consuetudo vestra: quæ, ut ipsi fatemini, ex ignorantia, ut verecundius dicam, non ex apostolica traditione & integra ratione constituta est. Nos autem, omnesque per Orientem Occidentemque ecclesias, noverit vestra dilectio hæc penitus non admittere; nec ad ultimum ecclesiastici ordinis [2] locum tales assumere, & si reperti fuerint, removere.

III. Deinde ponitur, non dici oportere digamum eum, qui catechumenus habuerit atque amiserit uxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus; eamque primam videri, quæ novo homini copulata sit: quia illud conjugium per baptismi sacramentum cum ceteris criminibus sit ablutum. Quod cum de una utique dicitur, certe si tres habuerit in vetere positus homine uxores, erit ei, quæ post baptismum quarta est, sic interpretantibus prima; [3] virginisque nomen accipiet, quæ quarto ducta est loco. Quis, oro, istud non videat contra Apostoli esse præceptum, quia ait [b], *unius uxoris virum* oportere fieri sacerdotem?

IV. Sed objicitur, quod in baptismo totum quidquid in vetere homine gestum est, sit solutum. Dicite mihi, cum pace vestra loquor: crimina tantum dimittuntur in baptismo, an & illa quæ secundum [4] Legis præcepta ac Dei instituta complentur? Uxorem ducere crimen est, aut non est crimen. Si crimen est, ergo, præfata venia dixerim; erit auctor in culpa, qui ut crimina committerent, in paradiso, cum ipse ita eos jungeret, benedixit [c]. Si vero non est crimen, quia quod Deus junxit, nefas sit crimen appellari; & Salomon addidit, [d] *Etenim a Deo præparatur viro uxor*: quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod Deo auctore legitur consummatum?

V. Quid de talium filiis percensetur? numquid non erunt admittendi in hereditatis consortio, qui ex ea suscepti sunt, quæ ante baptismum fuit uxor? eruntque appellandi vel naturales vel spurii; quia non est legitimum matrimonium, nisi illud, ut vobis videtur, quod post baptismum [5] assumitur? Ipse Dominus, cum interrogaretur a Judæis [e] si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: [f] *Quod ergo Deus junxit, homo non separet*. Ac ne de his locutus esse credatur, quæ [6] post baptismum sortiuntur, meminerint hoc & a Judæis interrogatum, & Judæis esse responsum. Quæro, & solicitus quæro, si una eademque sit uxor ejus qui ante catechumenus, postea sit fidelis, filiosque ex ea, cum esset catechumenus, susceperit, ac postea alios, cum fidelis: utrum sint fratres appellandi, an non habeant postea, defuncto patre, hercifcundæ hereditatis consortium, quibus filiorum nomen creditur abstulisse regeneratio spiritalis? Quod cum ita sentire atque judicare absurdum est; quæ malum! ratio est hoc defendi, & vacua opinione magis jactari, quam aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari, quod Lex præcepit, & Deus [7] junxit?

VI. Numquid si quis catechumenus virtutibus studuerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemosynas fecerit, morti destinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit; quæro si hæc, cum factus fuerit fidelis, amittit, quia per baptismum, totum quod vetus homo gesserit, putatur auferri? Adspiciamus gentilem hominem Cornelium, orationibus [8] atque eleemosyni revelationem, Petrumque ipsum vidisse: numquid per baptismum hæc illi [9] ablata sunt, propter quæ baptismum ei videtur esse concessum? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur: quia quidquid bene gestum fuerit, & secundum præcepta legis custoditum, non potest [10] agenti deperire, quod quia ex Dei mandato efficitur, non potest dici peccatum: & quod peccatum non est, solvi inter peccata [11] omnino non debet. Eritque integrum æstimare, aboleri non posse prioris nomen uxoris, cum non dimissum sit pro peccato, quia ex Dei sit voluntate completum.

*a* Lev. XXII. 13. 13. *b* I. Tim. III. 2. Tit. I. 6. *c* Gen. I. 28. *d* Prov. XIX. 14. *e* Matth. XIX. 6. *f* Marc. X. 9.

1. Ita potiores mss. Alii vero libri, *subnixum*. Pith. *subnexum*.

2. Primæ hujus decreti parti consentiens Valentinum I. concilium anno 574. can. 1. statuit, neminem posthac *de digamis aut internuptarum maritis ordinari clericum posse*, sive ante baptismum, sive post in digamiam incurrerint. Eos tamen, qui hactenus ordinati fuerant, removere non audet. De illa etiam disciplinæ severitate nonnihil postea remiserunt Gallicana concilia. Arausicanum I. can. 25. & Arelatense II. can. 45. ne hujusmodi viri ultra subdiaconatum promoveantur, interdicere satis habuerunt. Neque hac in re Hispanos, Mauros, Italosve apostolicæ regulæ observantiores fuisse, testes sunt epistola 1. Siricii ad Himerium Tarracon. n. 12. Leonis epistola 1. ad Mauros n. 3. & 5. ejusdemque epistola 4. episcopos Campaniæ, Piceni, Tusciæ n. 3.

3. Quesn. *primæ virginis nomen*, præter fidem mss. & Innocentii mentem. In editis aliis, *prima, virginis æque nomen*. In pluribus mss. *virgini æque nomen*.

4. Sic melioris notæ mss. At Merl. Crab. & edit. Rom. cum mss. coll. Dion. & Isid. *Domini præcepta*. Lectionem nostram firmat istud, quo numerus 5. clauditur, *quod Lex præcepit, & Deus junxit.*

5. Dion. mss. ac aliquot alii, *assumetur*.

6. Ita magno consensu mss. At Crab. & edit. Rom. *qui*. Porro verbum *sortiuntur* passive intelligendum est, perinde ac si *accipiuntur* exstaret.

7. Plures mss. *jungit*. Unus e Colb. *indulget*. Pith. & Quesn. *injungit*. Ad verba Christi, *Quod Deus junxit* &c. heic respici planum est. Nulla autem nititur auctoritate, quod post verba *Deus junxit*, apud Merl. *& lex junxit*, apud Crab. *& lex jungit* subjicitur.

8. Unus e mss. Colb. *orationibus deditum atque eleemosynis per revelationem Petrum evocasse, ipsumque vidisse*. Ex eo arripuit Quesn. *orationibus deditum*, ac deinde ex Crab. ac ceteris deinceps editis subjecit, *& eleemosynis vacantem per revelationem Angelum Petrumque*. Ediderat antea Merlinus, *orationibus & eleemosynis per revelationem Angelum Petrumque*. Lectio nostra est omnium mss. uno excepto Colb. superius nominato.

9. Sex probæ notæ mss. *abluta*: quod sic potest intelligi, ut quemadmodum ablutæ evanescere solent maculæ, ita abluta deperiisse censeantur orationum & eleemosynarum merita. Quo intellectu superius n. 3. audivimus *conjugium per baptismi sacramentum cum ceteris criminibus* ABLUTUM. Sed si ab Innocentii mente non abhorret *abluta*, neque ab ea verbum *ablata* magis alienum esse suadet illud quod proxime legimus, *quia per baptismum, totum quod vetus homo gesserit putatur* AUFERRI.

10. Editi post Dion. & Isid. *non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula quia Dei mandato perficitur, ...a potest*: castigantur auctoritate mss. qui solent esse sinceriores.

11. Crab. heic addidit *credi*: quod verbum arripuerunt sequentes editores, licet absit a mss.

VII. Ventum eſt ad tertiam quæſtionem, quæ pro ſui difficultate longiorem exigit diſputationem: cum nos dicamus, ab hæreticis ordinatos, vulneratum per illam manus impoſitionem habere caput. (Et ubi vulnus infixum eſt, medicina adhibenda eſt, ut poſſit recipere ſanitatem. Quæ ſanitas poſt vulnus ſecuta, ſine cicatrice eſſe non poterit:) atque ubi pœnitentiæ remedium neceſſarium eſt, illic ordinationis honorem locum habere non poſſe [1]. Nam ſi, ut legitur [a], quod tetigerit immundus, immundum erit, quomodo id ei tribuetur, quod munditia ac puritas conſuevit accipere? Sed e contra aſſeritur, eum qui honorem amiſit, honorem dare non poſſe; nec illum aliquid accepiſſe, quia nihil in dante [2] erat, quod ille poſſet accipere. Acquieſcimus, & verum eſt. Certe quia quod non habuit dare non potuit, damnationem utique, quam habuit, per pravam manus impoſitionem dedit: & [3] qui comparticeps factus eſt damnationis, quomodo debeat honorem accipere, invenire non poſſum.

VIII. Sed dicitur vera ac juſta legitimi ſacerdotis benedictio auferre omne vitium quod a vitioſo fuerat injectum. Ergo ſi ita eſt, applicentur ad ordinationem ſacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia per benedictionem ordinationis crimina vel vitia [4] putantur auferri. Nullus ſit pœnitentiæ locus, quia id poteſt præſtare ordinatio, quod longa ſatisfactio præſtare conſuevit. Sed NOSTRÆ [5] LEX EST ECCLESIÆ, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſunt, per manus impoſitionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum ſubrogare. At vero ii, qui [6] a Catholica ad hæreſim tranſierunt, quos non aliter oportet niſi per pœnitentiam ſuſcipi, apud vos non ſolum pœnitentiam non agunt, verum etiam honore cumulantur.

IX. Sed [7] Anyſii quondam fratris noſtri, aliorumque conſacerdotum ſumma deliberatio hæc fuit, ut quos Bonoſus ordinaverat, ne cum eodem remanerent, ac fieret non mediocre ſcandalum, ordinati reciperentur. [8] Vicimus, ut opinor, ambigua. Jam ergo quod pro remedio ac neceſſitate temporis ſtatutum eſt, conſtat primitus non fuiſſe, ac fuiſſe regulas veteres, quas ab Apoſtolis vel apoſtolicis viris traditas eccleſia Romana cuſtodit, cuſtodiendaſque mandat eis, qui eam audire conſueverunt. Sed neceſſitas temporis id fieri magnopere poſtulabat. Ergo quod neceſſitas pro remedio invenit, ceſſante neceſſitate, debet utique ceſſare pariter quod urgebat: quia alius eſt ordo legitimus, alia uſurpatio, quam tempus fieri ad præſens impellit.

X. Sed canones apud Nicæam conſtituti de Novatianis fieri permiſerunt. Prius ille canon a patribus inſtitutus ponendus eſt, ut poſſimus advertere vel quid, vel qualiter ſenſum ſit ab eiſdem vel præceptum. [9] De his, inquit, qui nominant ſe ipſos Catharos, id eſt mundos, & aliquando veniunt ad catholicam Eccleſiam, placuit ſanctæ & magnæ ſynodo, ut accepta manus impoſitione, ſic maneant in clero. Poſſum vero dicere, de ſolis hoc Novatianis eſſe præceptum, nec ad aliarum hæreſum clericos pertinere. Nam ſi utique de omnibus ita definirent, addidiſſent, a Novatianis aliiſque hæreticis revertentes debere [10] in ſuo ordine recipi. Quod ita eſſe, etiam illud maxime, quod

a Num. XIX. 22.

1. Verbum *decernimus*, quod in edit. Rom. ac poſterioribus concil. heic adjectum eſt, ne in uno quidem ſcripto codice, ſicut nec apud Merlin. Crab. &c. offendimus. Diſputationis hujus exordio obſervaſſe juverit diſcrimen, quod ordinationem inter & ordinationis honorem intercedit. Et quidem Innocentius non negat ordinationem ab hæreticis conferri poſſe, ſed collatæ ab eis *ordinationis honorem locum habere non poſſe* contendit. Immo hujuſmodi ordinationi, ubi id Eccleſiæ poſtulat utilitas, honorem ſuum ſervari poſſe ipſe ſuperiori epiſtola 3. pluribus aſſerit.

2. Duo mſs. *in dante remanſerat*. Ad imitationem hujus loci verba ſua expreſſerunt, qui in Capitulari anni 803. c. 4. apud Baluz. pag. 381. adverſus epiſcopales chorepiſcoporum functiones definierunt, *nec ullum uſquam de epiſcopali miniſterio a chorepiſcopis aliquid accepiſſe, quia nihil in dante erat, quod aliquis horum accipere potuiſſet; quoniam quod non habuit quis eorum, dare non potuit*. Verum ad Capitularis hujus ſenſum explicari nolimus Innocentii verba. Ipſius argumento iſtud tantum conficitur, ab eo cui legitima defuerit ordinandi poteſtas, legitimam conferri non potuiſſe ordinationem.

3. Ita vetus codex Corb. & alter Colb. aliis duobus faventibus, in quibus pariter legitur, *comparticeps factus eſt*, ut taceam Pith. in quo reſtat *factus eſt*. At alii libri, *qui particeps effectus eſt damnato*. Ad Innocentii mentem jam longe antea Laodicenum concilium can. 32. ſanxerat: *Non oportet hæreticorum benedictiones accipere, quoniam iſtæ maledictiones magis ſunt quam benedictiones*. Porro qui damnationis fit particeps, reprehenſionis non eſt expers; ideoque ordinationis honore indignus apoſtolica ſententia judicatur.

4. In duobus mſs. *poſſunt auferri*.

5. Legem illam ſanxerat, vel potius ut ab Apoſtolis apoſtoliciſve viris traditam confirmarat concilium Italiæ Cod. can. eccl. Afri. cap. 56. memoratum. Ibi Afri, quamvis æquitatem legis hujus agnoſcant, legationem tamen ad Anaſtaſium Innocentii deceſſorem decernunt, rogaturi ut de ſeveritate ejus, propter clericorum inopiam qua eccleſiæ ipſorum laborabant, nonnihil ſibi remittatur. Eidem legi morem gerens Auguſtinus epiſt. olim 73. nunc 245. n. 2. Poſſidio ſcripſit: *De ordinando autem qui in parte Donati baptizatus eſt, auctor tibi eſſe non poſſum*: tametſi ſtatim ſubdat, *Aliud eſt enim facere ſi cogaris, aliud conſulere ut facias*. Legenda omnino Afrorum ad Joannem II. epiſtola 8. qua requirunt *quomodo Arianorum ſacerdotes ad catholicam fidem ſuſcipi oporteat, utrumne in ſuis honoribus, an in laica communione*. Moxque ſubjiciunt, *Ex omnium quidem collegarum tacitis motibus nemini placere ſenſimus, ut in ſuis honoribus ſuſcipiantur*. Addunt & inferius, *Non ſolum de ſacerdotibus, ſed de ipſis quoque parvulis apud eos baptizatis, utrum ſoleant vel debeant ad clericatum, ſi petierint, applicari conſulimus*. Cypriani epiſt. 72. ad Stephanum ea de re ſententia hæc eſt: *Satis eſt talibus revertentibus veniam dari, non tamen debet in domo fidei perfidia promoveri*.

6. Editi cum ſolis mſs. coll. Hiſp. & Iſid. *a catholica fide*. Verius alii mſs. *a Catholica*, ſupple *Eccleſia*. Sic & infra n. 11. *De Catholica ad hæreſim tranſiens*; item, *De Catholica ad Bonoſum tranſierunt*. Et hæc quidem locutio aliis etiam ſcriptoribus, ac nominatim Auguſtino, eſt familiaris.


7. Unus e mſs. Colb. cum vetuſto Corb. *Sed ante duodecim fratres quondam noſtri*: corrupte. Jam e Siricii epiſtola 9. n. 1. didiceramus, Capuanam ſynodum Anyſio & aliis Illyrici epiſcopis, præſertimque Macedonibus, cauſſæ Bonoſi cognitionem delegaſſe: nunc quodnam eorum de hac cauſſa judicium fuerit, docemur. Quod quidem dum approbat Innocentius; ab eo abeſſe ſe indicat, ut ordinationem hæreticorum irritam ac nullam omnino ſentiat.

8. Iidem mſs. *Vicenſimus*: mendoſe. Nec melius alius Colb. *Vicibus, ut opinor, ambiguis*. Porro in ambiguo erat, utrum ordinatis ab hæretico honor ordinationis numquam non ſervandus ſit, an ſemper negandus. Ambiguum hoc ſolvit ac ſuperat Innocentius, dum ita eis negandum reſpondet, ut cum neceſſitas poſtulat, vel grave ſcandalum metuitur, eis ſervandum cenſeat; laudatque Anyſii & ſociorum judicium, quo, ſegregato Bonoſo, ordinatis ab eo, ne cum illo remanerent, ſuos honores permiſerunt.

9. Nyc. ſyn. c. VIII.

10. Editi, *in ſuum ordinem*. Deinde Queſn. *ſuſcipi; quod ita non eſſe*, addita particula negante præter mſs. fidem ac mentem Innocentii: qui quidem primum præfatus, *Poſ-*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



de Paullianistis dictum est, poterit confirmare, a quibus venientes etiam baptizari præcipiunt. Numquidnam, cum de Paullianistis jubent [1], omnes qui ab hæreticis revertuntur, erunt hoc exemplo baptizandi? Quod cum nullus audeat facere, de ipsis tantum esse præceptum ratio ipsa demonstrat. Denique baptizatos rite ab evangelista Philippo [a], Petrus & Joannes sola manus impositione consummant. Illos vero, quos apostolus Paullus Joannis baptismate repeiit [b], interrogavitque an Spiritum sanctum suscepissent, fatentibusque se illud ne quidem nomen audisse, jussit eos baptizari. Videtis ergo rite baptizatos, illo dono iterari non posse: & aliter, sola aqua lotos, baptizari in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti necessarium perviderl. Ita & de Novatianis tantum jussum esse, lucida manifestatione relegitur. Quod idcirco distinctum esse ipsis duabus hæresibus, ratio manifesta declarat, quia Paullianistæ in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti minime baptizant; & Novatiani iisdem nominibus tremendis venerandisque baptizant, nec apud istos de unitate potestatis divinæ, hoc est, Patris & Filii & Spiritus sancti, quæstio aliquando commota est, & ideo [2] omnibus segregatis hæc sola electa est, cui istud crederent concedendum, quia nihil in Patris & Filii & Spiritus sancti sacramento peccarent.

XI. Si quis vero de Catholica ad hæresim transiens, aut fidelis [3] ad apostasiam reversus, resipiscens redire voluerit, numquid eadem ratione poterit ad clerum [4] permitti, cujus commissum nonnisi longa pœnitentia poterit aboleri? Nec post pœnitentiam clericum fieri ipsi canones sua auctoritate permittunt. Unde constat, qui de Catholica ad Bonosum transierunt [5] damnatum, atque se passi sunt, aut cupierunt ab eodem ordinari, non oportuisse ordinationis ecclesiasticæ suscipere dignitatem, qui commune omnium ecclesiarum judicium deserentes, suam peculiariter in Bonoso vanitatem sequendam esse duxerunt.

XII. Sed multos constat vim passos, atque invitos attractos, repugnantesque ab eodem ordinatos. Dicat mihi, volo, quisquis hoc credit: si non post ordinationem [6] Bonosi, interfuit cum conficeret sacramenta; si communioni ejus participatus non est; si statim discedens de ejus pessimo conciliabulo, ad Ecclesiam rediit: iste talis potest habere excusationis aliquem colorem. Ceterum qui vel post annum [7] vel menses ad Ecclesiam redierunt, intelligitur eos, quia in Catholica noverant se propter vitia sua non posse suscipere ordinationem, idcirco ad illum perrexisse, qui passim & sine ulla discussione ordinationes illicitas faciebat, credentes se posse per istam institutionem in Ecclesia catholica invenire locum de quo ante desperaverant. Nunc illud quod superest, interrogo: qui post mensem aut eo amplius rediit, cum se presbyterum a Bonoso confideret ordinatum, si non [8] sacramenta confecit, si non populis tribuit, si Missas secundum consuetudinem non complevit, quid de his censeatis, quæso, promatis apertius. Ad summam certe qui nihil a Bonoso acceperunt, rei sunt usurpatæ dignitatis, qui conficiendorum sacramentorum sibi vindicaverunt [9] aut non vindicaverunt aucto-

*a* Act. VIII. 17. *b* Act. XIX. 2. &c.

*sum dicere de solis hoc Novatianis esse præceptum*; deinde istud re ipsa posse se dicere probaturus, recte adjungit, *Quod ita esse*. Horum loco in mss. Dion. seu Hadr. pessime substitutum est, *Quod si ita esset*; indeque lectionem illam auctor coll. Hispan. Isidorus & Merlinus sumserunt. E regione hujus loci in ms. Colb. Langob. adscribitur hæc marginalis nota: *De Novatianis dicit, Cum fuerint ad catholicam Ecclesiam reversi, & per manus impositionem suscepti, hi maneant in clero. Aliarum hæresum clerici, dum reversi fuerint, laicam tantum communionem percipiant.*

1. Nic. syn. c. XIX.

2. Plures mss cum Dion. *de omnibus*. Magis placet cum vulgatis, necnon ms. Corb. ac duob. Colb. *omnibus*, supple *hæresibus*. Exemplis Novatianorum, quorum baptisma suscipitur, quia in hoc sacramento conferendo nihil peccent, & Paullianistarum, quorum baptisma rejicitur, quia in eodem peccent, specimen nobis dedit Nicæna synodus eorum, quorum baptisma vel admittendum vel respuendum sit.

3. Isid. post coll. Hisp. & exinde edit. Rom. & concil. *ab apostasia revertens & resipiscens*.

4. Edit. Rom. *admitti*. Tum Dion. cum vetustioribus mss. *quorum commissum*. Quod deinde ait Innocentius, clericum post pœnitentiam fieri per canones non licere, nititur regulis ante Nicænam synodum constitutis, quas hæc ipsa synodus can. 10. notat his verbis: *Quicumque de lapsis ad ordinem cleri promoti sunt per ignorantiam vel per ordinantium dissimulationem, hoc Ecclesiæ non præjudicat regulæ; cogniti namque deponuntur*. Regulam hanc, quam & Siricius epist. 1. n. 18. confirmat, Augustinus epist. 185. n. 44. prudenter constitutam docet, tum *ut desperatione temporalis altitudinis medicina major & verior esset humilitatis*, tum ut revertentium sincerior esset conversio; quia forte patres sint *experti aliquorum fictas pænitentias per affectatas honorum potentias*. Tertiam ejusdem decreti rationem non minus firmam Siricius loco citato addit: quia nimirum *quamvis mundati, nulla tamen gerendorum sacramentorum instrumenta debent suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum*. Quartam infra Innocentius exponit. Quintam tangit Simplicius epist. 18. *ne qui diu convincitur fuisse perversus, per speciem remeantis non remedium salvationis inquirat, sed facultatem propagandæ pravitatis inveniat*.

5. Hoc est, postquam damnatus est in concilio episcoporum Illyrici, ad quod caussa ejus a Capuensi synodo delata fuerat. Hinc liquet, tota illa tertia quæstione de unis clericis a Bonoso ordinatis disceptatum esse. Neque in hoc versabatur quæstio, utrum ii, quos hæreticus ille ante concilium Illyrici ordinaverat, recipiendi essent. In hoc quippe concilio Anysius cum collegis Bonosum damnans, ne cum illo remanerent ab eo ordinati, illos in suis gradibus recipiendos esse constituerat, & hoc decretum Innocentius supra num. 9. approbat. Sed de iis agebatur, qui postquam Anysii Macedonumque judicio damnatus esset Bonosus, ordinati ab illo fuerant.

6. Solus Quesn. *Bonoso*. Non male tamen alii libri, *Bonosi*, hoc est a Bonoso collatam.

7. In vulgatis, *aut mensem .... intelligimus eos qui in* (Quesn. *qui a*) *Catholica*. Quesn infra, *reperire locum*, Merl. & Crab. *recipere locum*, ubi alii libri *invenire locum* retinent. Novam heic Innocentius rationem exponit, cur erga eos, qui ab hæreticis ordinati veniunt, ne ad clerum admittantur, difficilem se præbeat, observatque hæreticis plerisque id moris fuisse, ut quicumque Catholici quantumvis corruptis ac depravatis moribus, interdum etiam ab Ecclesia ob crimina expulsi vel degradati ad ipsos transierunt, ab illis non modo sine pœnitentiæ satisfactione excepti, sed & aliquando novis honoribus cumulati sint. Minime enim de morum puritate solicitus est hæreticarum sectarum parens diabolus. Secus autem Ecclesia de hypocritarum aut improborum multitudine numquam lætatur. Certe se sui, non Dei amantem prodit, qui sibi addictos honorat, nec curat ut boni sint.

8. Exempla coll. Hadr. *si non sacra confecit*. Tum Crab. ad marg. & exinde edit. Rom. & concil. *si non populis distribuit*: quod & in exemplari Pith. Codicis Quesn. legitur.

9. In vulgatis ut in ms. Noviom. desiderantur verba *aut non vindicaverunt*, quæ ceteris in mss. magno consensu exhibentur. Hinc plenior habetur & integrior sententia Innocentii, de iis qui a Bonoso contra fas ordinati sunt generatim pronuntiantis, sive sibi vindicaverint sive non vindicaverint conficiendorum sacramentorum auctoritatem, illos usurpatæ dignitatis esse reos, utpote qui nihil acceperint regularis ac legitimæ potestatis: adeoque frustra *id se putaverint esse quod eis* (male in edit. Rom. & concil. *quod de eis*) *nulla fuerat regulari ratione concessum*. Istic quidem Quesn. vocem *regulari* omittit, sed in omnibus libris cum editis tum scriptis exstat, nisi quod ejus loco mendose in uno Colb. habetur *relaxandi*, & in Pith. *relaxari*.

ritatem, atque id se putaverunt esse, quod eis nul- A la fuerat regulari ratione concessum.

XIII. Pervideat ergo dilectio vestra hactenus talia transisse, & advertite, quod utique, ut dicitis, necessitas imperavit, in pace jam ecclesias constitutas [1] non præsumere. Sed, ut sæpe accidit, quoties a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem vindicari non potest, inultum [2] solet transire, priora dimittenda dico Dei judicio, & de reliquo maxima solicitudine præcavendum.

XIV. Veniam nunc ad maximum quasi quoddam thema Photinum, & quod est mihi anxium B ac difficillimum, majorum meorum revolvam sententias. Fuerat de illo quoquo pacto, ut etiam ipsi commeministis, aliquid utique gravius constitutum. Verum quia id per rumorem falsum, ut asseritis, subreptum huic sedi & elicitum per insidias demonstratis, quia res ad salutem rediit; [3] & vel veniam nos hanc in tantum, vobis annitentibus, post condemnationem [4] ore apostolico subrogamus, tantisque vestris assertionibus, vobis tam bonis, tam caris, non dare consensum, omnibus duris rebus durius arbitramur. Pro vestra ergo approbatione, fratres carissimi, & sententia ac postulatione, Photinum episcopum habetote licitum ita constituere, ut deprecamini, & nostram in melius conversam C sententiam labore vel testimonio vestro compotes [5] voti suscipite.

XV. Atque Eustathium a me sæpissime comprobatum nolite exspectare, ut diaconii gratia exspolietur. Solicitos enim vos pro salute libenter audio: contra caput etiam si faciendum sit, non libenter admitto. Cui manum porrigitis, vobiscum porrigo: cui porrigo, mecum porrigite. Hæc enim ad Corinthios [a] apostolica est declarata benignitas, ut in uno spiritu [6] dictam ac reductam sententiam boni semper indifferenter sequantur. Nam, fateor, hæc me primum res bene habet erga Eustathium diaconum, quod nec contra fidem quidquam locutus sit, nec loquentem admiserit, nec ad mortem crimen aliquod commisisse, vel jactatum umquam vel fictum recognoverim. Et qui in his salvus est, si quo pacto conversationes amabiles non habet, habendus est ut minus pro tempore dilectus, non ut inimicus [7] æstimatur diabolo in perpetuum mancipandus. Cognosco illum inter illas simultates ac turbines contra multorum studia, non dico qualia, diversa sensisse, & hinc cum res ac calamitates ipsæ emendatæ sint, [8] ad hoc usque Dizoniani & Cyriaci subdiaconorum non potuisse apud vos [9] revivíscere commendatione. Exstinguite, quæso, ab illo prædictisque quorumcumque videtis [10] animosas ac non justas æmulationes, ut ipse apud nos integer, apud vos cum suis reparatus, [11] profundam pacem, non fictam pervidens caritatem, omnibus vobis ac sigillatim occurrat, caritatis vinculis, quæ nullis modis a Christo solvuntur, vobiscum pariter in perpetuum connexus lætetur in Domino. Data Idibus Decembris [12] Flavio Constantio viro clarissimo consule.

*a* II. Cor. II. 10.

1. Quesn. ccum duobus mss. *non posse presumere*. Si quid addendum esset, aptius foret *debere* quam *posse*. Docet quippe Innocentius id ecclesiis in pace constitutis, quod iis perturbatis necessitas imperavit, nequaquam præsumendum esse. Et heic igitur non obscure fatetur, sese Bonosiacis honores, quos nunc negat, si par necessitas foret, concessurum.

2. Quatuor mss. cum Quesn. *solere*. Plures alii cum Merl. & Crab. *soleat*. Hi duo editores ut & Quesn. deinde subjiciunt, *transire*. *Priora ergo*. Nostra lectio est castigatiorum mss. Semper sibi constans Innocentius heic fir- D mat, quod jam epist. 3. cap. 4. circa delicta, quæ vel mitius tractanda aut toleranda, vel severe coercenda ac punienda sint, docuit. Cui affine est quod Augustinus lib. 3. cont. epist. Parmen. n. 14. scribit: *Neque enim potest esse salubris a multis correptio, nisi cum ille corripitur qui non habet sociam multitudinem*. *Re vera*, inquit nonnullis interjectis, *si contagio peccandi multitudinem invaserit, divinæ disciplinæ severa misericordia necessaria est: nam consilia separationis & inania sunt & perniciosa atque sacrilega*. At vero, ut ibid. n. 13. præmittit, *quando ita cujusque crimen notum est, ut vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores per quos possit schisma contingere; non dormiat severitas disciplinæ, in qua tanto est efficacior emendatio pravitatis, quanto diligentior conservatio caritatis*. Ita prudens pastor disciplinam pro diversa temporum conditione moderans, erga alios a Bonoso ordinatos indulgentior est, quos Dei judicio dimittere satis habet, & erga alios severior, quos ex arctioris disciplinæ præscripto ple- E ctendos censet.

3. Particulæ, *& vel*, a Dionysio primum suppressæ, ac deinde in coll. Hisp. & Isid. prætermissæ, e sex sincerioris notæ mss. revocantur. Harum ope mollit Innocentius & amovet invidiam vocis *veniam*, quasi diceret: Photinus quidem, quem reum non esse contestamini, venia non indiget: sed si reus fuisset, vel veniam, quam ei concessistis, ratam non habere durius existimo.

4. Editi cum pluribus mss. *more*: ex repetitione litteræ ultimæ præcedentis vocabuli librariis satis familiari. Præferimus cum vetere ms. Corb. & uno Colb. *ore*, scilicet apostolicæ sedis pronuntiatam. Hæc autem sententia adversus Photinum non ab Innocentio ipso, sed vel ab Anastasio vel a Siricio dicta fuerat. Quocirca præmiserat, *Majorum meorum revolvam sententias*: quod licet sibi *anxium* sentiret, anxietatis tamen sensum vicit æquitatis ac justitiæ amor.

5. Crab. & plures mss. *votis*: geminata perperam littera *s*, a qua vox sequens initium ducit. Mox ubi alii mss. *Eustasium*, alii *Eustachium* vel *Eustatium* aut *Eustathium* atque omnes *comprobatum* exhibent, substituit Quesn. *Eustathius ... comprobatus*, puto ut orationem ad grammaticæ leges accommodaret. Heic rogare incipit Innocentius Macedones, ut quam adversus Eustathium dixerant sententiam condonent ac remittant, quemadmodum illorum rogatu condonarat ipse ac remiserat quam apostolica sedes adversus Photinum protulerat.

6. In vulgatis ac pluribus mss. *ductam*. In vetere Corb. & uno Colb. *ducta ac reducta sententia*. Magis placet quod in altero Colb. *dictam*. Respicit Innocentius ad verba Pauli tum I. *Cor.* V. 4. ubi sententiam adversus Corinthium incestus reum dicit, tum II. *Cor.* II. 6. ubi dictam reducit ac revocat.

7. Verbum *æstimatur*, Quesn. prætermisit. Ejus loco in editis aliis exstat *æstimatus* aut *existimatus*. Eustathium non diaconii tantum gratia spoliatum, sed & anathemate perculsum fuisse hinc colligitur: quod valde durum adversus hominem, a quo nec contra fidem quidquam dictum, nec crimen ad mortem admissum esse ullus umquam vel jactavit vel finxit.

8. Ita mss. At editi, *adhuc*, omisso *usque*. Tum ms Pith. *Dyzoniani*. Alii nonnulli, *Dezoniani* vel *Diozeniani*. Exinde plerique, *& Quiriaci*.

9. Edit. Rom. & concil. secundum coll. Dion. Hisp. & Isid. *emendationem reviviscere*. *Compescite, quæso*: corriguntur auctoritate sex mss. melioris notæ.

10. Ita unus codex Colb. & alter Pith. cum Quesn. Alii vero, *animos ac*.

11. Editi post Dion. & Isid. *reparatus mereatur pacem, non fictam pervidens caritatem. Omnibus igitur vobis ac singillatim occurrat caritas, & vinculis quæ .... connexa lætetur*: castigantur ope meliorum mss. in quorum tribus exstat *caritati* loco *caritatis*. Plenior esset sententia, si legeretur, *caritatisque vinculis*.

12. Scripta 13. Decemb. 414. In vulgatis desideratur *Flavio*. Deinde in tribus mss. Colb. & Pith. exstat *Constantino*. Ex mss. Corb. & Fossat. in quibus restat *Flaviis Constantio*, conjectamus addendum esse *& Constante*. Hoc quippe anno 414. cum Constantio Constans consul creatus fuerat.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.

## [1] EPISTOLA XVIII.

*De Bubalio & Tauriano damnatis a provincialibus episcopis, quorum sententiam sedes apostolica retractare curavit.*

INNOCENTIUS RUFO, GERONTIO, SOPHRONIO, A FLAVIANO, MACEDONIO, PROSDOCIO, & [2] ARISTEÆ episcopis per Macedoniam constitutis.

I. MOra coepiscoporum nostrorum Maximiani & [3] Eumenii, vel potius importunitas temporum fecit, ut vos iteraretis de Bubalio & [4] Tauriano querimoniam, & nos iterum in homines perditissimos insurgeremus. Sed, ut possum, paucioribus verbis tantorum malorum [5] metabor compendium, & strictim, quæ in volumine litterarum vestrarum conspexerim, tetractabo. Grave [6] non oportuit videri piissimis mentibus vestris, cujuscumque retractari judicium: quia veritas exagitata sæpius, magis splendescit in luce; & pernicies revocata in judicium, gravius & sine pœnitentia [7] condemnatur. Nam fructus divinus est, justitiam sæpius recenseri, fratres carissimi.

II. Verum illud video movisse animos vestros, quod in multis Bubalius sæpe fallaciis deprehensus, objecerit exemplaria fictarum quasi a nobis litterarum, cum pro consuetudine hominis nihil, quod proferret, jam fide dignissimum videretur. Sed sileatur omne jam de tali negotio murmur, & convicti diaboli ipsi anhelitus comprimantur. Subjunximus autem his priores [8] litteras, quas per memoratos episcopos miseramus, quibus ita plenaria sensuum nostrorum sententia designata est, ut dum relegeritis, nihil ambiguum, nihil requirendum in hac caussa de cetero repetatis. Hanc autem paginulam nostram solicitius [9] Cretensibus episcopis relegendam mittite: ut sciant plenissime quid sit de B Bubalio & Tauriano ceterisque pronuntiatum; ut [10] servent, qui digni administratione sunt, cavere a talibus, ne talia sortiantur.

## [11] EPISTOLA XIX.

### INNOCENTII PAPÆ I.

ad Alexandrum Antiochenum episcopum.

### DE PACE.

*Quæ Antiochiæ propter pacem sunt gesta recolens, summa votorum potitus, communionem libenter concedit, eamque offert Acacio, modo & eadem præstet.*

I. APostolici favoris gratia magno pacis usque ad nos decore resplenduit: tantumque lucis gaudiorumque infulsit fidelibus, ut dicentes Deo maximas laudes, majores nos debere fateremur. Plusque a Deo jucundati sumus, quod discussis omnibus lateribus actionum tuæ fraternitatis, ita totum pietate ac patientia gestum cognovimus, ut in omnibus Dominum laudaremus. Successumque ipsum ideo C præstitum tuis laboribus videamus, quod tota virtute pacis amator exsistens, eam requisitam inveneris, & repertam summa caritate servaveris, cum erga omnes, tum præcipue circa illos, qui quondam Paullini atque Evagrii episcoporum censiti fuerant nomine. (Habeo summam votorum meorum, quod antiqui nævi purgatio tuis temporibus tuisque meritis prærogatur.) Quorum etiam illos ejusdem

1. Circa ann. 414. Non in Mercatoris tantum, sed & in Hispana & Dionysii Exigui collectione exstat. Apud hunc inter Innocentii decreta locum XXXV. obtinet. Huc eam referimus, tum ne longius quæ ad Macedoniæ res attinent, disjungantur: tum maxime quia nec deest conjectura, unde illam cum de pace Antiochenæ ecclesiæ tractaretur, adeoque circa ann. 414. scriptam esse censeamus. D Huic quippe magno negotio Maximianum ex Macedoniæ legatis unum interfuisse infra Innocentius epist. 22. tradit. Et hæc forsitan præcipua caussa fuit, cur Maximianus iste ac socius moram in Urbe majorem, quam sperabatur facerent.

2. Ita potiores mss. At Navarr. *Aristeo*, & alius cum vulgatis, *Oristeo*. Aristeæ hujus & Prosdocii appellationes in inscriptione superioris epistolæ, in qua ceteros prænominatos legimus, non comparet. Ex quo conjectare licet, in superiore epistola nec solos nec omnes Macedoniæ præsules, in hac autem & omnes & solos hujus provinciæ episcopos, eorum legatis in epistolæ contexu adjunctis, appellari.

3. In proxima epistola, ut & in epistola 165. Chrysostomi pariter ad Macedonas scripta, *Maximiano* adjungitur *Eugenius*. Unde & huc *Eumenii*, loco *Eugenii*, irrepsisse suspicio est.

4. Sinceræ collectionis Dion. codex Reg. heic *Thariano*, E & infra *Tariano* præ se fert. Alii coll. Hadr. heic *Tariano*, sed infra *Tauriano*: quod & utrobique habent mss. coll. Hisp. & Isid.

5. Editi, *imitabor*: corriguntur ex laudato codice Regio.

6. In exemplaribus coll. Hadr. *non potuit*: Retinendum cum ceteris *non oportuit*: quomodo legit & Nicolaus I. epist. 32. n. 12. Locum eumdem Hadrianus II. in epistola ad Carolum regem Indict. V. data imitatur.

7. Illius scilicet qui prius judicavit, ut & ad marginem Labbei est annotatum. Hinc Bubalum & Taurianum a Macedonibus judicatos ad apostolicam sedem provocasse, ac Macedonas, quod suum ipsorum judicium recognosceretur, iniquo animo tulisse colligitur.

8. Non exstant.

9. In mss. coll. Hadr. *credentibus*: cui verbo collectionis Hisp. auctor addidit *sibi*: eaque lectio & apud Isid. & in vulgatis deinceps obtinuit. Veram suppeditat sinceræ collectionis Dion. exemplar. Reg. Porro inter ecclesias, in quas Innocentius epist. 13. n. 2. Rufo vicem suam committit, etiam *Creta* recensetur.

10. Magis placeret, *& observent*. Deinde pro *administratione*, quod ex præstanti codice Regio revocamus, exstat in aliis *admonitione*. Mox ms. Noviom. *ne talibus sortiantur*: unde confecta est vulgata lectio *ne talibus socientur*. Retinendum cum potioribus mss. *ne talia sortiantur*, hoc est, ut scientes quid de Bubalio & Turiano sit judicatum, caveant ne talia agant, indeque in parem pœnam incurrant. Quæ autem fuerit illa pœna, ex verbis, *qui digni administratione sunt*, intelligitur: hoc quippe per antiphrasim dictum, cum Bubalius & Taurianus ab administratione ecclesiarum fuissent dejecti.

11. Circa ann. 415. In edit. Rom. notatur ut *ex Cresconio* descripta. Verius adscriptum esset, *Ex Dionysio*, apud quem sub titulo XLIV. decretorum Innocentii subjicitur.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 410.

nominis, qui in Italia merita clericatus acceperunt, censui bono quietis gratiam retinere susceptam. Et quia noster compresbyter Cassianus gratum [1] dixit tuæ fore dignationi, si meo consilio in civitate vestra clericatus ordinem ducere censerentur; statui propter benevolentiam tuam, promissaque memorati, ut inter ceteros sacerdotes ministrosque qui in civitate sunt, annumerentur, frater carissime. Libenter præterea de episcopis [2] Elpidio atque Pappo cognovi, quod sine quæstione suas ecclesias recuperaverint; & multum in gestis, ut [3] subjecta testantur, solicitus inquisivi, utrum omnibus esset conditionibus satisfactum in caussa beati & vere Deo digni sacerdotis Joannis. Et cum per singula assertio legatorum ex voto completa esse fateretur, gratias agens Domino, communionem ecclesiæ vestræ ita recepi, ut præ me feram, apostolicæ sedis condiscipulos primos dedisse ceteris viam pacis, in qua firmatos vos nosque Domini Christi ita benignitas amplexabitur atque communiet, ut nullo de cetero [4] titillamento, vel levi cujusquam contentionis pudore pulsetur.

II. Scripta autem [5] Acacii episcopi, quoniam cum vestris sunt porrecta, suscepimus, ne per vestram injuriam ille, qui olim a nobis suspensus fuerat, repudiaretur; & tamen satis abunde [6] in actis statuimus, sicuti dignanter relegere procurabis, quid in ejus persona debeat custodiri, ut si per omnia vestris consiliis actibusque tam sanctis se rogaverit esse communem, præstetur [7] seni favore vestro notroque judicio communionis atque litterarum a nobis gratia prærogata. Subscripserunt [8] viginti episcopi Italiæ.

# [9] EPISTOLA XX.

## DE PACE.

*Innocentius legationem ab Alexandro Antiocheno episcopo ad se destinatam sibi gratissimam fuisse missis gestis testificatur.*

Innocentius Alexandro episcopo.

QUam grata mihi, quam pia, quam necessaria legatio a tua sanctitate, frater carissime, ad nos directa fuerit, gestorum ipsorum replicatione cognosces. Voluit enim compresbyter noster Cassianus, hanc amicitiarum nostrarum paginulam per compresbyterum nostrum Paullum, Nicolaum diaconum, & Petrum subdiaconum filios nostros, quasi primitias pacis nostræ conscribi. Saluto itaque & tuam mihi in Christo germanitatem, & omnem illam, quæ tecum tam bene sentit, ecclesiam. Nosque, ut facitis, & alloquamini peto crebrius litteris, & frequentius de vestra salute lætificetis. Dabit enim, ut confido, Dominus totius nos præteriti temporis dispendia amantissimo litterarum colloquio [10] repensare.

1. Merl. Crab. cum mss. Reg. Noviom. & uno Colb. *duxit*. Is Cassianus putatur Collationum scriptor, qui, ut Palladius in vita Chrysost. pag. 27. narrat, anno 404. labente adhuc diaconus Romam venit: sed postmodum presbyterii gradu decoratus fuit. Totus hic locus, utpote animi summo affectu loquentis, nec tam quo modo verba ordinet, quam quo affectum suum exprimat, curantis, intricatus fortitan nonnullis videbitur. Ad intelligentiam ejus recolendum est, Antiochenam ecclesiam duas in partes, Paullini videlicet, cui Evagrius successit, & Flaviani, in cujus locum Alexander post Porphyrium, Evagrio jam vita functo, subrogatus est, fuisse discissam. Quia vero Occidens Paullino, ac deinde Evagrio favebat, in Italiam sese contulerant nonnulli qui illis addicti erant, ibique meruerant clericatus dignitatem. Ecclesiasticæ autem disciplinæ mos volebat, ut si his servanda judicaretur collata dignitas, ejus civitatis censerentur clerici, a cujus episcopis ordinati vel promoti fuerant. At Innocentius clericis partium Paullini aut Evagrii in Italia ordinatis vel promotis primo servandam censuit clericatus gratiam, ac deinde Cassiano auctore statuit, ut iidem *inter ceteros sacerdotes ministrosque, qui in civitate* Antiochena *sunt, annumerentur*. Eadem & infra epist. 23. firmantur, ac paullo apertius enuntiantur. Heic obiter observare est, *sacerdotum* vocabulo, præter usitatum antiquorum morem, presbyteros, non episcopos significari. Eodem quoque intellectu hac voce utens Hieronymus in Ezechielis caput 48. arrogantiam arguit diaconorum, *qui ignorantes humilitatem ordinis sui, ultra sacerdotes, hoc est presbyteros, intumescunt*. Et in epistola ad Evangelum: *Si ex diacono ordinatur presbyter, noverit se lucris minorem, sacerdotio esse majorem*. Innocentius epist. 25. num. 6. presbyteros *secundos sacerdotes* esse scribit.

2. Duos illos episcopos Chrysostomi caussa per triennium in domibus suis inclusos fuisse Palladius pag. 195. tradit his verbis: *Elpidius magnus [illegible] Syriæ episcopus, & Pappus, per totum triennium [illegible] domus suæ non descenderunt, precationibus vacantes*.

3. In vulgatis ut apud Isid. *subscripta*. Melius in mss. coll. Dion. Hadr. & Hisp. *subjecta*. Nempe Innocentius non prius pacem firmavit, quam Alexandri legatos publico in cœtu audisset, eosque de illis quæ Antiochiæ gesta fuerant diligenter interrogasset. Qua de re cum gesta confici studuisset, ea epistolæ huic subjici curavit.

4. Colbertinum exemplar, *titulamento*: quod pro titulo seu prætextu aut colore non inepte dicatur. Paullo ante Antiocheni vocantur *apostolicæ sedis condiscipuli*: quia Antiochena ecclesia eodem, quo Romana, Apostolo doctore fundata est.

5. Edit. concil. cum uno ms. Colb. & Noviom. *Attici*: Verbi hujus loco Lab. ad marginem adscripsit *Acacii*, quod verbum mss. coll. Dion. Hadr. & edit. Rom. exhibent, ac retinendum esse epistolæ 21. & 22. plane persuadent. In hac porro Innocentius nulla se ab Attico scripta accepisse testatur. Ipse vero, qui heic substituit *Attici* nomen, errorem suum in fronte epistolæ 21. quæ iisdem in mss. *ad Atticum Berœæ episcopum* inscripta legitur, manifeste prodit. Nam Berœæ non Atticus, sed Acacius præerat. Hunc Acacium inter Joannis Chrysostomi hostes ac præcipuos tragœdiæ adversus eumdem excitatæ actores Palladius primum recensere solet. Quam ob caussam ut ab Innocentio suspenderetur meruerat: quod ita intelligendum, ut esset Innocentii cum ipso suspensa communio, non ut illi munere suo interdixerit. Mentem suam idem papa epist. 22. planius aperit.

6. Editi, *qua in actis*: castigantur ex mss.

7. Merito nunc *senex* appellatur Acacius; *cujus vel nares ipsæ canos habebant pilos longissimos, cum Romam venit ferens ordinationis Joannis episcopi decretum*, (hoc est ante annum 402.) ut Theodorus diac. apud Palladium dial. pag. 39. loquitur. Idem & Romanæ synodo sub Damaso papa interfuisse apud Baluzium nov. coll. concil. pag. 763. legitur. Quod anno 378. contigisse supra pag. 491. n. 3. & 4. probavimus.

8. Ita magno consensu mss. At Merlin. *Subscripserunt episcopi* xx. *Italiæ* xxiv. Exinde Crab. remota nota numerica xx. retinuit xxiv. eaque lectio deinceps obtinuit. Errandi caussa fluxit ex mss. collectionis Hispanæ, in quibus post verba, *subscripserunt episcopi* 20. *Italiæ*, additur xxiv. non ad episcoporum subscribentium numerum, sed ad ordinem, quem sequens epistola inter alias ea in collectione tenet, indicandum.

9. Scripta eodem tempore. Et hæc epistola in edit. Rom. *ex Cresconio* notatur. Exscripta est potius *ex Dionysio*, a quo Innocentii decretum xlii. nuncupatur.

10. Editi, *recompensare*: refragantibus mss.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



## [1] EPISTOLA XXI.

### INNOCENTII PAPÆ I.

ad Acacium Berœæ episcopum.

*Qua conditione Acacio Innocentius communionem concedat.*

ADgaudere litteris fraternitatem tuam de receptis Paullini vel Evagrii episcoporum clericis populisque, & de restitutis Elpidio atque Pappo coepiscopis percensuimus; & vel sero receptæ pacis gratiam te fovere, postposita omni contentione, pervidimus. Unde has ad præstantissimum fratrem & coepiscopum nostrum Alexandrum reddendas tuæ transmisimus unanimitati: videlicet ut si omnes inimicitiæ, omnis æmulatio tam de nomine sancti Joannis mirandi episcopi, quam de omnibus ejus- A dem communionis participibus, a tua animositate discessit, has nostræ societatis recipias litteras, frater carissime; modo ut omnia, quæ [2] heic actis firmata sunt, apud mediatorem nostrum amabilem Alexandrum ore proprio, ut [3] communicantem convenit, fatearis. Ut enim hæc nobis unanimitatis caritatisque caussa venerabilis est, sic inhæret solicita, ne quid obliquum aut subcisivum in quoquam residere [4] cognoscatur.

## [5] EPISTOLA XXII.

De ATTICO Constantinopolitano episcopo.

*Communionem ei non reddendam esse, nisi prius eam legatione solemni rogaverit, & quæ Antiochiæ facta sunt ipse perfecerit, hoc est, in sacris diptychis Joannis nomen restituerit.*

INNOCENTIUS MAXIMIANO episcopo.

MIramur, prudentiam tuam scripta ad Atticum episcopum Constantinopolitanæ urbis a nobis & prosecutione propria, & dato libello qui subter annexus est, postulare, a quo nec missas ullas saltem epistolas ad nos vel ad vestram synodum utique pertulisti; idque non petenti æstimes tribuendum, quod videas deprecantibus, discussa ra- B tione, concessum. Communio enim suspensa [6] restituitur demonstranti caussas, quibus id acciderat, jam esse detersas, & profitenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos, ut prædixi, Atticus missis aliquibus suorum vel dicere voluit vel demonstrare completum, quemadmodum Antiochenæ ecclesiæ frater & coepiscopus noster Alexander digna legatione & prosecutus est & probavit. Quibus omnibus utique interesse di-

1. Scripta eodem tempore. Apud Dionysium, ex quo, non ut in edit. Rom. notatur *ex Cresconio*; epistolam istam accepimus, titulo XLVIII. decretorum Innocentii subjicitur. Una cum duabus superioribus ad Alexandrum missam esse ex epistola 19. manifestum est. Neque minus est perspicuum, eam apud Merlin. & Crab. ut in mss. coll. Hisp. *ad Atticum Berœæ episcopum* mendose inscribi. Nam Atticus Constantinop. non Berœæ episcopus erat. Quæ ei a Dionysio, & exinde in collectionibus aliis ac vetustis concil. editionibus præposita est summa, *De sancto Joanne Constantinopolitano episcopo*, non satis est accurata. Acacium, cui inscribitur, præcipuas in depositione Chrysostomi partes egisse, ex Palladio passim, necnon ex Socrate lib. *6.* c. 18. & ex Sozomeno lib. 8. c. 20. notum est. Is cum a Joanne neglectum se putaret, teste Palladio pag. 49. ira victus dixit, *Ego ipsi ollam condio*. Subinde idem Palladius pag. 82. Acacium una cum Antiocho dixisse memorat: *Imperator, in caput nostrum sit Joannis depositio*. Hinc, ut Theodorus diac. ibid. pag. 39. loquitur, *& seditionis auctor, & delicti eorum, qui res novas* Constantinopoli *excitarunt, dux habebatur*. Quapropter mediatore ac sequestro, cujus apud Innocentium non minor esset quam Alexandri gratia, indigebat. Neque sine caussa Innocentius litteras communionis indices non ad Acacium ipsum, sed ad Alexandrum nonnisi certis conditionibus illi reddendas misit.


2. In edit. concil. ut in uno ms. Colb. *quæ his actis*. Quæ Romana in synodo, cui saltem viginti Italiæ episcopi interfuerunt, acta sunt, heic notantur.

3. Regium exemplar, *communicantes*.

4. Editi, excepto Merl. *cognoscat*: emendatur ex scriptis. Acacii in toto hoc negotio sinceritas ex iis, quæ de illo apud Nicephorum lib. 14. c. 26. & 27. cum ab Attico ad Cyrillum, tum a Cyrillo ad Atticum scribuntur, valde suspecta evadit.

5. Circa ann. 415. Titulo XLIII. decretorum Innocentii apud Dionysium, ex quo epistolam istam primum, non *ex Cresconio* habemus, subest. Ambigendum non videtur, quin Maximianus, ad quem scribitur, is ipse sit, cui ut & aliis Macedoniæ episcopis Chrysostomus exsul factus epist. 163. gratias agit, quod ab ipsius partibus constanter stetisset, quippe supra epist. 17. inter episcopos Ma- C cedoniæ recensetur. Nec alius videtur ab eo Maximiano, Macedonum legato, qui in superiori epistola 18. Romæ majorem, quam sperabatur, moram fecisse memoratur. Hujus autem moræ probabiliter ea caussa fuit, ut Romanæ interesset synodo, & omnium, quæ in Antiochenæ ecclesiæ reconciliatione acta fuerant, testis esset. Tum eorum, quæ in hac synodo audierat, recitatione motus & animatus, statim ut Constantinopolim potuit pervenire, Atticum urgere, ut Antiocheni episcopi exemplum sequeretur, non destitit. Cum igitur ejus assensum utcumque elicuisset, moram pati nesciit, quin ad Innocentium in gratiam ejus scriberet. Unde & huic papæ epistolæ hujus scribendæ occasio data est. Quo tempore scripta sit, vel ex hac simplici expositione colligitur. Nam neque simul cum tribus superioribus, neque multo post conscriptam esse apparet: sed tantum inter hanc & illas cogitandum est intervallum, quantum opus fuit, ut Maximianus e Romana synodo Constantinopolim perveniret, atque inde lit- D teræ ejus in Attici gratiam reddi Innocentio potuissent. Quo pacto id quod desiderabat Innocentius ab Attico, Alexander in regiam urbem veniens impetrarit, Atticus ipse apud Nicephorum lib. 14. c. 26. narrat.

6. Innocentii cum Attico communio suspensa ideo fuerat, quia is, ut testatur Palladius pag. *95.* *omnium adversus Joannem molitionum artifex*, in locum illius invaserat: ita ut Orientis episcopi ac civitatis Constantinop. populi ab ejus communione abhorrerent, vixque ille, ut secum vel inviti communicarent, Imperiali rescripto consequi potuerit. Nominatim vero Occidentis episcopi, Theodoreto teste lib. 5. c. 34. post mortem Chrysostomi constituerant, ut nullum episcoporum Orientis ad communionem admitterent, quoad magni hujus Doctoris nomen sacris diptychis inscripsissent. Et hanc quidem suspensæ communionis caussam Innocentius in primis vult amoveri, quo cum Attico communicare valeat.



gnatus, cognovisti quemadmodum singillatim omnia scriptorum nostrorum antehac de caussa beatissimi Joannis quondam episcopi nostri [1] discusserim, utque illi in omnibus satis evidenter monstrarint, universa, quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuisse completa. Quorum amplexati pacem, utique fidem fecimus, & [2] magnum tramitem omnibus eamdem [3] postulaturis ostendimus; si modo quæ discussa sunt atque completa, etiam ipsi se pro suo loco fecisse vel complesse aliquando monstraverint, communionemque, ut isti, legatione solemniter destinata sibi rogaverint redhiberi. Exspectamus ergo & professionem memorati de completis omnibus conditionibus, quas diversis temporibus prædiximus, & petitionem communionis, ut recte & petenti, & probanti se eamdem mereri, reddamus, frater carissime. Nam de omnibus plenissimas ad sanctam fratrum nostrorum synodum dudum litteras [4] percepisti.

## [5] EPISTOLA XXIII.

*De pace Antiochenæ ecclesiæ impertita.*

INNOCENTIUS BONIFACIO presbytero.

Ecclesia Antiochena, quam prius, quam ad urbem perveniret Romam, beatus apostolus Petrus sua præsentia illustravit, velut germana ecclesiæ Romanæ, diu se ab [6] eadem alienam esse non passa est. Nam missis legatis ita pacem postulavit, & meruit, ut & Evagrianos suis ordinibus ac locis, intemerata ordinatione quam acceperant a memorato [7], susciperet: & Joannis sanctæ memoriæ vel clericos vel laicos in unum colligeret atque congregaret, promittens ipsius civitatis episcopus frater meus Alexander [8] etiam si quis forte vel a nobis, vel aliunde, posterioris ordinationis ad eosdem venerit, se sine controversia recepturum, ac nomen episcopi memorati [9] inter quiescentes episcopos recitaturum. Cui rei nos noveris tradidisse manus, frater carissime, & eos in nostra viscera recepisse: ne diu membra, quæ requisiverant sanitatem, ab unitate corporis haberentur aliena. Omnia vero, quæ per ordinem gesta sunt, filius meus diaconus Paullus, harum scilicet portitor litterarum, dilectioni tuæ poterit enarrare, ut & gaudium commune nobiscum habeas, & eos informes, qui pro Attici partibus intervenire consueverunt.

## [10] EPISTOLA XXIV.

ad Alexandrum episcopum Antiochenum.

I. *Quod prima sedes beati Petri apud Antiochiam esse memoretur.*
II. *Quod non oporteat secundum constituta Imperatorum duos esse metropolitanos episcopos.*
III. *Quod Arianorum clerici non sint suscipiendi in suis officiis, quamvis [11] baptisma, quod per eos datur, confirmet Ecclesia.*

INNOCENTIUS ALEXANDRO episcopo.

I. Et onus & honor nobis a tua fraternitate impositus, necessarii tractatus caussas induxit, quo litteris vel commonitorio vestro, ut dat sancti Spiritus gratia, respondere possimus. Revolventes itaque auctoritatem Nicænæ synodi [12], quæ una omnium per orbem terrarum mentem explicat

1. Unus e mss. Colb. *discusserint:* quod aliquando placuerat, quia videbatur eorum esse quæ complenda erant discutere, quorum erat complere quæ exigebantur. At postmodum relecta epistola 19. n. 1. patuit, Innocentium sua in synodo discussisse, utrum iis conditionibus, quas variis temporibus & scriptis pacis obtinendæ gratia præscripserat, fuisset satisfactum. Deinde in vulgatis *ut quæ*, ubi legendum *utque*, id est *& quomodo*. Mox pro *monstrarint*, in Regio exemplari exstat *nunciaverint*, & in aliquot edit. *ostenderint*.

2. Editi, *magno tramite:* corriguntur ex scriptis.

3. Merlin. *eamdem quam præstolaris*, corrupte. Quamvis Innocentius, pacem postulantium scriptis non contentus, etiam legationem solemnem exigere videatur, non id tamen postulabat, ut quisque suo nomine legatos ipsi mitteret: sed, ut liquet Maximiani exemplo, satis habebat si quis per legatos a quovis missos scripta sua ipsi offerret. Verum ad Atticum quod attinet, qui Joannis loco post Arsacium suffectus fuerat, etiam de probanda illius ordinatione tunc agebatur. Jam vero, induci cœperat ille mos, ut regiæ urbis antistitum ordinationem non prius ratam haberent Romani pontifices, quam legatione solemni certiores de illa facti fuisent.

4. Non exstant.

5. Eodem tempore. A Dionysio sub titulo XLI. decretorum Innocentii ordinata est, & in edit. Rom. non secus atque superiores, ut *ex Cresconio* notatur descripta. Bonifacius, ad quem scribitur, non immerito is videatur presbyter Romanæ ecclesiæ, qui cum presbytero altero & episcopis quinque ab Honorio ad Arcadium destinatus esse in Palladii dialogo pag. 31. legitur, quique Innocentio post Zosimum successit. Tum forte legatione apud Theodosium pro negotiis apostolicæ sedis fungebatur. Ex postremis verbis, quibus jubetur ut *eos informes qui pro Attici partibus intervenire solent*, epistolam hanc proxima ad Maximianum scripta non anteriorem esse liquet. Utramque simul missam jure opinemur. Huic simplex apud Dionysium & Isidorum præfigitur summa: *De Antiochena ecclesia*.

6. Crab. aliæque deinceps editiones, *ab eodem*. Concinnius Merl. ut in mss. *ab eadem*, scilicet ecclesia Romana.

7. Supple *Evagrio*. Sic enim orationem prosequitur Innocentius, quasi prius *Evagrii clericos*, non *Evagrianos* dixisset. Tum in mss. *susciperent*, tametsi in iisdem subsequatur *colligeret atque congregaret*. Utrumque ita potest intelligi, ut *susciperent* ad ecclesiam, & *colligeret* ad Alexandrum, referatur. Deinde pro verbo *promittens*, quod stilo epistolari tunc recepto effertur, mallet grammaticus, *Promisit præterea*.

8. Vide epist. XIX. n. I.


9. Joannis.

10. Circa ann. 415. In edit. Rom. etiam epistolæ huic communis cum superioribus apponitur nota, *Ex Cresconio*. Ipse Cresconius breviar. c. 53. eam secundum divisionem a Dionysio inductam laudat. Is quippe tres in titulos, seu decreta, scilicet XLV. XLVI. & XLVII. illam partitus est, decretis singulis præfixa summa, quam de more Hispanæ collectionis auctor & Isidorus exscripserunt. Divisionem eamdem cum tituli seu capituli cujusque summa a Dionysio præfixa heic repræsentamus. Quamvis autem nullam hæc epistola præ se ferat temporis notam, non videtur tamen a superioribus sejungenda; maxime cum probabile sit, Alexandrum Innocentii epistola 20. invitatum ut ipsum litteris suis *crebrius* recrearet, oblatam amicitiam colere, & scrupulis, quibus movebatur, quam primum propositis utilem sibi efficere non distulisse.

11. Ita exemplaria Dionys. in Indice generali. At intra contextum epistolæ titulus repetitur cum hujusmodi mutatione: *quamvis eorum baptisma, quod catholicum constat, confirmet Ecclesia;* idque Isidorus & exinde concil. edit. prætulerunt.

12. Nic. conc. can. VI.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



sacerdotum, quæ censuit de Antiochena ecclesia cunctis fidelibus, ne dixerim sacerdotibus, esse necessarium custodire, qua super diœcesim suam prædictam ecclesiam, non super aliquam provinciam [1] recognoscimus constitutam. Unde advertimus, non tam pro civitatis magnificentia hoc eidem attributum, quam quod [2] prima primi Apostoli sedes esse monstretur, ubi [a] & nomen accepit religio Christiana, & * quæ conventum [3] Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit, quæque urbis Romæ sedi non cederet [4], nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se consummatumque gauderet. Itaque arbitramur, [5] frater carissime, ut sicut metropolitanos auctoritate ordinas, singulari, sic & ceteros non sine permissu conscientiaque tua sinas episcopos procreari. In quibus hunc modum recte servabis, ut longe positos litteris datis ordinari censeas ab his, qui nunc eos suo tantum ordinant arbitratu: vicinos autem, si æstimas, ad manus impositionem tuæ gratiæ statuas pervenire. Quorum enim te maxima [6] exspectat cura, præcipue tuum debent mereri judicium.

II. Nam quod sciscitaris, utrum divisis imperiali judicio provinciis, ut duæ metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeant nominari; non [7] esse e re visum est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei Ecclesiam commutari; honoresque aut divisiones perpeti, quas pro suis caussis faciendas duxerit Imperator. Ergo secundum pristinum provinciarum morem metropolitanos episcopos convenit [8] numerari.

III. Cyprios sane asseris olim Arianæ impietatis potentia fatigatos, non tenuisse Nicænos canones [9] in ordinandis sibi episcopis, & usque adhuc habere præsumtum, ut suo arbitratu ordinent, neminem consulentes. Quocirca persuademus eis, ut curent juxta canonum fidem [10] catholicam sapere, atque unum cum ceteris sentire provinciis, ut appareat sancti Spiritus gratia ipsos quoque ut omnes ecclesias gubernari.

IV. Arianos præterea, [11] ceterasque hujusmodi pestes, quia eorum laicos conversos ad Dominum, sub imagine [12] pœnitentiæ ac sancti Spiritus sancti-

a Act. XI. 26.

1. Hoc est, quam non provinciæ uni, sed toti Orientali diœcesi, quæ quindecim provinciis constabat, præesse debere constituit. Illud Antiochenæ sedis in Orientem jus a Nicæna synodo assertum Hieronymus epist. 61. ad Pammach. adversus Joannem Jerosol. vindicat & explicat his verbis: *Tu qui regulas quæris ecclesiasticas, & Nicæni concilii canonibus uteris, responde mihi, ad Alexandrinum episcopum in Palæstina quid pertines? Ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Palæstinæ metropolis Cæsarea sit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsariensem episcopum referre debueras; aut, si procul repetendum judicium erat, Antiochiam potius dirigendæ litteræ.* Ubi respicit Hieronymus ad Nicænos canones 6. & 7. Porro Nicæna synodus Antiochiam non tam constituit, quam constitutam recognoscit super diœcesim suam, eique hanc prærogativam illæsam servari vult.

2. In Reg. ms. deest *primi*. In uno Colb. exstat, *prima sedes apostolica esse*. Ex hoc loco perspicuum est cur Innocentius epist. 19. n. 1. Antiochenos *apostolicæ sedis condiscipulos* vocet.

3. Apostolorum conventum Antiochiæ celebratum etiam Gregorius Pisinuntensium episcopus in Nicæno II. concilio to. 7. concil. Lab. pag. 63. c. non tantum laudat, sed & canonem pro imaginibus ex eo profert. Eruditi tamen nullum ibi Apostolorum conventum habitum censent. Qua de re vide Tillemontium to. 1. hist. eccl. pag. 525. Sed is Innocentii locus saltem argumento est, non recens fuisse scriptum illud, quod pro Antiocheno concilio ab Apostolis celebrato prædictus episcopus laudavit; adeoque spernendam non esse quam ille pro imaginibus ex eo protulit auctoritatem: non quo canon ille Apostolis vere adjudicetur, sed quo non recentior sæculo IV. esse verisimiliter credatur.

4. Nicol. I. epist. VIII.

5. Corb. ms. *fratres carissimi, ut sicut metropolitanus ordinat*: mend se.

6. Nicolaus I. epist. al. 42. n. 9. hunc locum ad sedem suam accommodans ita loquitur: *Omnium utique qui Ecclesiam faciunt cura constringimur, atque omnium* (f. *omnes*) *quorum nos maxima cura exspectat, nostrum præcipue debent promereri judicium, sicut Innocentius ad Alexandrum* &c. Et epist. al. 1. append. 4. ubi ipsa retulit Innocentii verba, infert: *Ergo quia totius nos Ecclesiæ cura præstolatur*. Ex quo sequitur, ut Nicolaus heic verbum *exspectat*, pro eo quod vulgo sonat, hoc est pro *præstolatur*, dictum esse intellexerit. Nobis tamen persuasum est, illud heic antiquo more pingi pro *spectat*, nec aliud sibi velle istud *te exspectat*, nisi *ad te pertinet*. Quæ interpretatio ipsi Nicolai scopo longe aptior fuisset.

7. Editi, mss. coll. Hispan. & Isid. *non vere visum*, Nicolaus I. epist. 32. n. 6. & codices coll. Hadr. *non ergo visum*: corriguntur ope Dionysiani exemplaris Regii, in quo exstat *non esere visum*. Ab hac Innocentii sententia dissonat, quod Calchedonensis synodus can. 17. constituit, *ut si civitas aliqua ab imperatoria auctoritate innovata est, vel deinceps innovata fuerit, civiles & publicas formas ecclesiasticarum quoque parœciarum ordo sequatur*. Tantum adversus eos, *qui præter ecclesiastica statuta facientes* litterarum imperialium auctoritate *in duo provinciam unam dividunt, ita ut ex hoc facto duo metropolitani esse videantur in una provincia*, eadem synodus can. 12. decernit, ut qui hæc deinceps tentaverit, gradus proprii amissione multetur.

8. Ita mss. At in vulgatis, *nominari*.

9. Nic. conc. can. IV. & VI.

10. Etsi temere ac præter mss. auctoritatem Crab. heic repetiit verbum *fidem*: ea tamen repetitio in sequentibus edit. retenta est. Neque vero heic de fide agitur, sed de disciplina canonum regulis instituta & universæ Ecclesiæ usu recepta. Hortatur Innocentius Cyprios, ut curent sapere juxta catholicam canonum intelligentiam. Non Alexander tantum, sed & successores ejus Cypriorum episcoporum ordinationes sibi arrogarunt: sed reclamarunt constanter Cyprii. De hac controversia exstat Ephesinæ synodi actio 7. in qua cum Zeno Carii Cypri episcopus dixisset, *A sanctis Apostolis numquam possunt ostendere, quod adfuerit Antiochenus & ordinaverit, vel communicaverit umquam insulæ ordinationis gratiam: sancta synodus dixit, Memor sit sancta synodus canonis* (6.) *sanctorum patrum in Nicæa congregatorum, qui conservat unicuique priscam dignitatem*. Vide & quæ antecedunt & quæ consequuntur. Hoc autem in negotio Innocentius, Cyprii & Ephesina synodus in eo consentiunt, quod omnes velint Nicænos canones servari. Neque auctor fuit Innocentius Cypriis, ut ab Antiocheno præsule ordinari se paterentur, nisi quatenus ex Alexandri fide pro certo ponebat illos sibi hoc jus contra priscum morem usurpasse.

11. In mss. *ceterosque*.

12. Quid sibi velit illud *sub imagine pœnitentiæ* rursus ad epistolæ calcem repetitum, quæritur. Recurret & in epi-

* Hunc locum qui eruditorum ingenia mire torsit, egregie illustrasse mihi videtur V. C. Bacchinius in *Dissert. de Eccl. Hier. origg.* part. I. cap. III. §. VI. pag. 206. cujus propterea verba digna sunt quæ heic describantur. Sic autem se habent: „ Antiochenam cathedram, inquit, a Petro fundatam, & Christianum nomen exortum, & CONVENTUM APOSTOLORUM celeberrimum, Ecclesiam videlicet, in qua primum extra Terram (sanctam) synedrii apostolici jus omne emicuit, quod antea Hierosolymis tantum fuerat visum, tanto consensu Patres cognovere, ut de Antiochenæ sedis privilegiis numquam loquantur, quin hæc ipsa in eorum argumentum allegent. Sane ita mihi intelligitur celebris Innocentii locus ex epist. XVIII. (nunc XXIV.) cap. 1. ad Alexandrum Antiochenum: quem quum non intelligerent doctissimi alias viri, ita traduxere, ut vel synodum Apostolorum quæ numquam habita est, laudarent; vel Innocentium lapsum dicerent, qui quod Hierosolymis factum fuerat, Antiochiæ adscripsisset. Clara & vera omnia, si rite intelligantur: *Advertimus*, inquit pontifex, *non tam pro civitatis magnificentia* (ad quam nullo modo respexisse Apostolos decernit) *hoc eidem attributum*, (primatus videlicet supra diœcesim) *quam quod prima Apostoli sedes esse monstretur, ubi & nomen accepit religio Christiana, & quæ* CONVENTUM APOSTOLORUM (constitutis Ecclesiæ typo, presbyterio videlicet & Petri cathedra) *apud se fieri celeberrimum meruit*. „

ficatione per manus impositionem suscipimus, non videtur clericos eorum cum sacerdotii aut ministerii cujuspiam suscipi debere dignitate: quoniam quibus solum baptisma ratum esse [1] permittimus, quod utique in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti perficitur, nec sanctum Spiritum eos habere ex illo baptismate illisque mysteriis arbitramur: quoniam cum a catholica fide eorum auctores descicerent, perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt. Nec dare ejus plenitudinem possunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam potius, quam [2] fidem dixerim, perdiderunt. Quei fieri potest, ut eorum profanos sacerdotes dignos Christi honoribus [3] arbitremur, quorum laicos imperfectos, ut dixi, ad sancti Spiritus percipiendam gratiam cum pœnitentiæ imagine recipiamus? Gravitas itaque tua hæc ad notitiam coepiscoporum, vel per synodum, si potest, vel per harum recitationem faciat pervenire: ut quæ ipse tam necessario percontatus es, & nos tam elimate respondimus, communi omnium consensu studioque serventur.

## [4] EPISTOLA XXV.

Ex Dionysio Exiguo.

I. [5] *De pacis osculo dando post confecta mysteria.*
II. *De nominibus ante precem sacerdotis non recitandis.*
III. *Quod non debeant baptizati nisi ab episcopo consignari.*
IV. *Quod rite omni sabbato jejunetur.*
V. *De fermento, quod civitatis tantum presbyteris dirigatur.*
VI. *De energumenis baptizatis.*
VII. *De pœnitentibus.*
VIII. *De epistola S. Jacobi apostoli in qua pro infirmis orare præcipitur.*

Ex ms. Colbertino 932.

I. *Ut pacem in ecclesia peractis mysteriis communicaturi sibi invicem tradant.*
II. *Ut nomina offerentium non prius, sed intra mysteria recitentur.*

stola sequenti n. 7. *imaginis* nomen, ubi *Dominici diei & sextæ feriæ* (quibus Christus passus est & resurrexit) *per singulas hebdomadas reparanda imago* prædicatur. Sed magis ad hunc locum illustrandum confert alter epistolæ 29. n. 2. ubi inducuntur Pelagius ac Cælestius veluti *perversis instructi, immo destructi verborum argutiis, sub imagine catholicæ fidei disputantes*. Ut enim ibi *imago catholicæ fidei* vocatur, quod quamdam catholicæ fidei speciem præ se ferat; ita & hic quod quamdam præ se fert pœnitentiæ imaginem, *pœnitentiæ imago* nuncupatur. Nec immerito Innocentius impositionem manus, qua olim hæretici correcti fidelibus statim sociabantur, *imaginem pœnitentiæ* appellavit: quia nimirum ista impositio quamdam habebat pœnitentiæ professionem. Quocirca Augustinus lib. 5. de bapt. contra Donatist. c. 2. apposite ad mentem hujus papæ ait: *Manus impositio si non adhiberetur ab hæresi venientibus, tamquam extra omnem culpam esse judicarentur. Propter caritatis autem copulationem, quod est maximum donum Spiritus sancti, sine quo non valent ad salutem quæcumque alia sancta in homine fuerint, manus hæreticis correctis imponitur.* At hæc manus impositio rem pœnitentiæ non habebat, hoc est vestium sordes, crebra jejunia, aliosque luctuosæ pœnitentiæ labores & apparatus, quibus subjiciebantur, qui a fidelium cœtu segregati, ad eumdem nonnisi post longam satisfactionem admittebantur. Hujus igitur pœnitentiæ adumbratio dumtaxat & imago erat.

Porro hæreticorum ad Ecclesiam redeuntium duo genera Siricius, Innocentius ac Vigilius papa distinguunt, unum eorum qui apud hæreticos, puta Novatianos, Donatistas aut Arianos baptizati ad Ecclesiam se recipiunt; alterum eorum, qui baptismo in Ecclesia catholica suscepto ab hæreticis illis rebaptizari se permiserunt. Et utrisque quidem manus impositionem præscribunt, sed quæ in primis pœnitentiæ imaginem præ se ferat tantum, in postremis rem exhibeat. De primis Siricius epist. 1. n. 2. sic loquitur: *Quos nos cum Novatianis aliisque hæreticis, sicut est in synodo* (Nicæna) *constitutum, per invocationem solam septiformis Spiritus episcopali manus impositione Catholicorum conventui sociamus.* De iisdem rursum epist. 4. c. 8. hæc habet: *Ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus impositionem suscipiantur.* At ab his alios distinguendos notat subjecta hac exceptione, *præter eos quos rebaptizant*. Siricii mentem Innocentius noster epist. 2. n. 11. explicat, ubi pariter præcipit, *Ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus impositionem suscipiantur*: sed exceptionem explicatiorem subjicit in hunc modum, *præter eos, qui si forte a nobis ad illos transeuntes rebaptizati sunt: hi si resipiscentes & ruinam suam cogitantes redire maluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittendi sunt.* Primi igitur suscipiebantur *sub imagine pœnitentiæ*; quia manus illis imponebatur ad accipiendum Spiritum sanctum, ita ut nulla pœnitentiæ satisfactio sequeretur. At alii non jam sub imagine, sed sub re ipsa pœnitentiæ admittebantur; quia nonnisi *sub longa pœnitentiæ satisfactione*, quæ impositionem manus excipiebat, eis communio indulgebatur. Duplicem illam manus impositionem aperte distinguens Vigilius papa epist. 2. ad Profuturum (seu ut corrupte in vulgatis circumfertur ad Etherium) n. 4. explicationem nostram illustrat & confirmat, ubi de iis qui rebaptizati sunt pariter edicit: *Quorum tamen reconciliatio non per illam impositionem manus, quæ per invocationem sancti Spiritus operatur, sed per illam qua pœnitentiæ fructus acquiritur & sanctæ communionis restitutio perficitur.*

1. Exempla coll. Hadr. *promittimus*. Rectius Dion. cum aliis codicibus tum scriptis, tum editis, *permittimus*. Quod nunc non permittit Innocentius, quia nulla subest necessitas, *pro necessitate & remedio* permitti posse supra epist. 16. n. 9. & 10. fatetur.

2. In vulgatis, *quam per fidem*. Concinnius a mss. abest particula *per*. Heic notatur, hæreticorum fidem jure perfidiam vocari, quia ut Hilarius lib. contra Const. n. 24. observat, *quidquid præter fidem unam est, perfidia non fides est.*

3. Huc spectat quod Donatistæ, quibus clericatus honor servandus promittebatur, apud Augustinum epist. 185. n. 44. objiciunt: *Si ergo oportet ut nos extra Ecclesiam & adversus Ecclesiam fuisse pœniteat; quomodo post istam pœnitentiam apud eos clerici vel etiam episcopi permanemus?* Quibus respondet Augustinus: *Hoc non fieret, quoniam re vera, quod fatendum est, fieri non deberet, nisi pacis ipsius compensatione sanaretur.* Fieri autem non deberet, quia Christi honoribus non sunt digni, qui reprehensionis expertes non sunt.

4. Epistolam hanc scriptam ann. 416. exhibent Corbejense exemplar sæculo sexto exaratum, & Codex a Quesnello vulgatus, necnon collectiones Dionysii Exigui, Hadriani I. Hispana & Isidori. A Dionysio appellatur *epistola regularis*, atque omnibus Innocentii decretis sub titulis octo, id est I. II. &c. ad VIII. præponitur. Eam laudant tacito quidem Innocentii nomine concilium Hispalense II. anno 619. habitum c. 7. Parisiense VI. ann. 829. lib. 2. c. 27. illo autem appellato Isidorus Hispal. lib. 2. Offic. eccl. c. 26. Meldense concilium ann. 845. c. 44. & Nicolaus I. epist. alias 2. append. 2.

5. Pro subnexis titulis, qui ex Dionysianis atque Codicis a Quesnello vulgati exemplaribus describuntur, hos exhibet vetus codex Corbejensis. *I. De pacem qualiter in ecclesia dare debet. II. De nominibus recitandis. III. De signandis infantibus. IV. De fermento. V. De baptizatis qui postea a dæmonio vexantur. VI. De innunguendis infirmis.*

III. *De consignandis infantibus; solis de consecrato oleo licere dare episcopis.*
IV. *De fermento in die sancto Paschæ, his tantum sacerdotibus, qui intra urbem sunt, tradi debere.*
V. *De jejunio sabbati,*
VI. *De his qui post baptismum à dæmonio corripiuntur.*
VII. *De pœnitentibus qui modus circa diem sanctum Paschæ teneri debeat.*
VIII. *Ut oleum sanctum non solum sacerdotibus, sed & omnibus Christianis, in sua suorumque necessitate unguere liceat.*
IX. *Ut pœnitentibus oleum sanctum, sicut & alia sacramenta, pœnitentiæ tempore non concedatur.*

INNOCENTIUS DECENTIO A episcopo Eugubino [1] salutem.

I. SI instituta ecclesiastica, ut sunt a beatis Apostolis tradita, integra vellent servare Domini sacerdotes; nulla diversitas, nulla varietas in ipsis ordinibus & consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc æstimat esse tenendum, inde diversa in diversis locis vel ecclesiis aut teneri, aut celebrari videntur; ac fit scandalum populis, qui dum nesciunt traditiones antiquas humana præsumtione corruptas, putent sibi aut ecclesias non convenire, aut [2] ab Apostolis vel apostolicis viris contrarietatem inductam.

II. Quis enim nesciat aut non advertat, id quod a principe Apostolorum Petro Romanæ ecclesiæ traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari; nec superduci aut introduci aliquid, quod auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? præsertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, & insulas [3] interjacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos quos venerabilis apostolus Petrus aut ejus successores constituerint sacerdotes. Aut legant, si in his provinciis alius Apostolorum invenitur, aut legitur docuisse. Qui si non legunt, quia nusquam inveniunt, oportet C eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est; ne dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videantur omittere.

III. Sæpe dilectionem tuam ad Urbem venisse, ac nobiscum in ecclesia convenisse, non dubium est, & quem morem vel in consecrandis mysteriis, vel in ceteris agendis arcanis teneat, cognovisse. Quod sufficere [4] ad informationem ecclesiæ tuæ, vel reformationem, si præcessores tui minus aliquid aut aliter tenuerunt, satis certum haberemus, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisses. Quibus idcirco respondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, sed ut majori auctoritate vel tuos instituas, vel si qui a Romanæ ecclesiæ institutionibus errant, aut commoneas, aut indicare non differas, ut scire valeamus qui sint, qui aut novitates inducunt, aut alterius ecclesiæ, quam Romanæ, existi- B mant consuetudinem esse servandam.

IV. Pacem igitur asseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare, vel sibi inter se sacerdotes tradere, cum post omnia, quæ aperire non debeo, pax sit [5] necessario indicenda, per quam constet populum ad omnia, quæ in mysteriis aguntur atque in ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse pacis concludentis signaculo demonstrentur.

V. De nominibus vero recitandis, antequam precem sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis, ut cujus hostiam necdum Deo offeras, ejus ante nomen insinues, quamvis illi incognitum sit nihil. Prius [6] ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt,

1. Unus codex Colb. *Capuano*. Alii probæ notæ *Egubino*. In exemplis Dion. ubi legitur *Eugubino*, additur *salutem*, quod & in vulgatis inde expressum est.

2. Corb. mſ. cum uno Colb. *aut Apostolis*. Tum cum iisdem alii tres, *vel apostolicis ipsis*, non *viris*. Deinde unus Colb. *contraria & non utenda inducta*. Jam supra epist. 17. n. 9. Innocentium audivimus commendantem *regulas veteres, quas ab Apostolis vel apostolicis viris traditas ecclesia Romana custodit*.


3. Supple *terrasque*. Hilarius iis qui una fidei communione ac societate cum Gallis copulabantur, librum de D Synodis scribens, cum iisdem Germaniæ primæ & secundæ, Britanniarumque episcopos recenset. His si adjungantur variæ Illyrici provinciæ, quas Innocentius epist. 13. n. 2. suam in eas vicem Rufo committens recenset, diœceseon, quæ ad Romanum patriarchatum attinent, satis accurata habebitur enumeratio. Ex ecclesiis autem ab hoc papa nominatis, non desunt qui excipiendam censeant Lugdunensem, quam neque a Petro neque a successoribus ejus primum sacerdotem suum accepisse arbitrantur. Sed opinionis hujus auctor, a quonam Potinus primus ejusdem ecclesiæ præsul vel ordinatus vel missus sit, sibi incompertum esse alibi fatetur.

4. Verbum *arbitrarer* in priscis edit. concil. ut in mſs. heic additur.

5. Merlin. ac plures mſs. *necessaria*. Non unus hac in re fuit ecclesiarum usus. In constitutionibus Apostolorum Clementis nomine vulgatis lib. 2. c. 61. *oblationem* excipit E pacis osculum. Immo pacis osculum, Justino martyre apolog. 2. ad Antoninum Pium teste, ipsam oblationem antecedebat. *Precibus finitis*, inquit, *mutuis nos osculis salutamus. Deinde ei, qui fratribus præest, offertur panis & poculum aquæ & vini*. Ritum illum Laodicena synodus can. 19. ita enuntiat: *Postea quam dederit episcopus presbyteris osculum pacis, tunc laici pacem sibi tribuent, & ita sancta celebrabitur oblatio*. In Mozarabum Missali ad Dominicam Adventus pax ante Illationem, seu ut loquimur præfationem, indicenda atque offerenda populis præscribitur, *ut apti sint sacrosanctis mysteriis Dei* interesse. Eadem ratione in quibusdam aliis, puta Sarisberiensis ecclesiæ, jubetur sacerdos diacono & subdiacono pacis osculum offerre, quo sint *apti sacro-sancti altaris Domini ministerio*, adeoque antequam sacra mysteria celebrentur. His suffragatur vetus Ordo Gallicanus, in quo *collectio ad pacem*, seu post pacem datam, Illationi passim præponitur. Notanda illa Innocentii cautio ac reverentia, qua etiam episcopo scribens, de mysteriis dicit, *quæ aperire non debeo*. Hæc certe novæ heterodoxorum de illis mysteriis opinioni locum non permittit.

6. Merl. *Prius enim oblationes sunt commendandæ, ac tunc nomina edicenda*. In uno autem ms. Colb. post verbum *commendandæ*, subjicitur. *Et nomina offerentium non ante nisi infra mysteria recitentur. Ac tunc eorum oblationes sunt edicendæ, ut inter sacra* &c. haud dubie ex marginali nota scholiastis, quem in suo exemplari, ut in altero Colb. habetur, *quorum sunt oblationes edicendæ*, pro *quorum sunt edicenda*, legisse liquet. Quæ lectio faveret mori, quem Hieronymus in Ezechielis cap. 18. carpendum censuit his verbis: *Multos conspicimus, qui opprimunt per potentiam, vel furta committunt, ut de multis parva pauperibus tribuant, & in suis sceleribus glorientur, publiceque diaconus recitet offerentium nomina*: TANTUM OFFERT ILLA, TANTUM ILLE POLLICITUS EST, *placentque sibi ad plausum populi*. Sed apertum est, Innocentium hujusmodi jactantiam non probare, utpote qui velit ut fidelium oblationes *Deo*, non populo, nec publica diaconi recitatione, sed tacita sacerdotis *oratione* commendentur. Præceptum illius anno 794. Francofordiense concilium renovavit, edito decreto *de non recitandis nominibus antequam oblatio offeratur*. Quod enim ibi hæc synodus *oblationem*, hoc Innocentius supra *precem* vocat. Et utroque illo nomine id quod *Canonem* appellamus intelligitur. Hinc Gregorius Magnus in eadem epi-

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
410.



edicenda; ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, quæ ante præmittimus, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus.

VI. De consignandis vero infantibus manifestum est, non ab alio, quam ab episcopo fieri licere. Nam presbyteri licet [1] secundi sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem [2] pontificium solis deberi episcopis, ut vel consignent, vel paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum [a], quæ asserit, Petrum & Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum sanctum. Nam presbyteris, sive extra episcopum sive præsente episcopo cum baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt Spiritum paracletum. Verba vero dicere [3] non possum, ne magis prodere videar, quam ad consultationem respondere.

VII. Sabbato vero jejunandum esse, ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicum ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Jesu Christi non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum, ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta feria propter passionem Domini jejunamus, sabbatum prætermittere non debemus, [4] quod inter tristitiam atque lætitiam temporis illius videtur inclusum. Nam utique constat, Apostolos biduo isto & in mærore fuisse, & propter metum Judæorum se occuluisse [b]. Quod utique non dubium est, in tantum eos jejunasse biduo memorato, ut traditio Ecclesiæ habeat, [5] isto biduo sacramenta penitus non celebrari. Quæ utique forma [6] per singulas tenenda est hebdomadas propter id, quod commemoratio diei illius semper est celebranda. Quod si putant, semel atque uno sabbato jejunandum; ergo & [7] Dominica, & sexta feria semel in Pascha erit utique celebranda. Si autem Dominici diei ac sextæ feriæ per singulas hebdomadas reparanda imago est; de-

*a* Actor. VIII. *b* Joan. XX.

stola ad Joannem alias 64. Indict. 2. ubi præmisit a nonnullis expostulatum esse, quod *orationem Dominicam mox post* CANONEM *dici* statuisset, deinde subdit, *Orationem Dominicam idcirco mox post* PRECEM *dicimus*. Eamdem sacrorum mysteriorum partem etiam εὐχὰς Socrates lib. 7. c. 25. nuncupat. Quocirca Innocentius ac Francofordiensis synodus non probant eos, qui cum Orientali ecclesia ante canonem *nomina recitabant*, seu, ut Cyprianus epist. 10. ad clerum suum loquitur, *nomina offerebant*. Eum tamen usum, quem improbant, etiam postea in Galliis atque Hispaniis receptum fuisse antiquus Ordo Gallicanus atque Mozorabum Missale fidem faciunt.

1. In vulgatis desideratur *secundi*: quod vetustioris ms. Corb. aliorumque duorum auctoritate revocamus. Hoc spectat illud Optati lib. 1. *Quid diaconos in tertio, quid presbyteros in secundo sacerdotio commemorem? Ipsi apices & principes omnium episcopi.*

2. Ita mox dicti mss. Alii vero libri, *Hæc autem pontificibus solis deberi, ut vel consignent*. Hoc Innocentii dictum Theologi de jure ordinario interpretari solent. Et Hieronymus quidem dial. adversus Lucifer. docet eum usum, quo *in Ecclesia baptizatus nisi per manus episcopi non accipit Spiritum sanctum, ad honorem potius sacerdotii, quam ad legis necessitatem esse institutum*. Neque solum idem Doctor consignandi jus presbyteris asserere videtur, sed & ejus usum aliquando eis permitti in epistola ad Evangelum innuit, ubi ait: *Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat?* Cui consentaneum est quod Chrysostomus homil. 11. in 1. epistolam ad Timotheum de episcopis scribit: *Sola quippe ordinatione superiores sunt, atque hoc tantum plus quam presbyteri habere videntur*. Gregorius quidem lib. 4. epist. 9. ad Januarium Caralis in Sardinia episcopum scribit: *Presbyteri baptizandos ungant in pectore, ut episcopi postmodum ungere debeant in fronte*. Verum ibid. epist. alias 24. ad eumdem rescribit: *Pervenit quoque ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quod presbyteros chrismate tangere eos qui baptizandi sunt probibuimus*. Quibus primo respondet, *Et nos quidem secundum usum veterem ecclesiæ nostræ fecimus*: tum addit, *Sed si omnino hac de re aliqui contristantur; ubi episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizandos chrismate tangere debeant concedimus*. Neque his adversatur Gelasius, cum epist. 12. c. 6. presbyteris præcipit *non conficiendi chrismatis, non consignationis pontificalis adbibendæ sibimet arripere facultatem*. Aliud est enim hujusmodi facultatem sibimet arripere, & aliud concessa potestate uti. In commentariis Ambrosii nomine vulgatis in Ephes. c. 4. legere est: *Apud Ægyptum presbyteri consignant, si præsens non sit episcopus*. Quibus concinit & quod antiquus auctor quæstionum ex utroque Testam. mixtim apud Augustin. append. to. 3. cap. 101. tradit: *In Alexandria & per totam Ægyptum, si desit episcopus, consecrat* (rectius Colb. ms. *consignat*) *presbyter*. Atque hic usus etiamnum apud Græcos obtinet. Neque ab eo abhorrere videtur concilium Toletanum I. can. 20. quo *statutum est diaconum non chrismare, sed presbyterum absente episcopo, præsente vero, si ab ipso fuerit præceptum*; sicut nec Arausicanum I. can. 11. & Epaonense can. 16. dum *hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderant, si episcopus desit, a presbyris cum benedictione & chrismate consignari* volunt. Ad Innocentium quod attinet, tum ex hoc, tum ex superioribus decretis ac totius epistolæ procemio apparet, hoc eum maxime cavere voluisse, ne ecclesiæ, quæ a Romana fidem susceperunt, ad alienos ab ejusdem ecclesiæ consuetudine ritus declinarent. Morem illi gerens concilium Hispalense II. anno 619. habitum c. 7. definit, presbyteris non licere *nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare*. Ad ipsius quoque imitationem Theodulfus Aurelianensis episc. lib. de bapt. c. 17. concludit: *Quod ergo presbyteris baptizatos chrismate ungere licet, Spiritum vero sanctum per manus impositionem tradere non licet, antiquus iste mos ab Apostolis* (hoc est, Apostolorum exemplo in Actibus consignato) *est traditus*. Neque presbyteris solum, sed etiam chorepiscopis & concilium Parisiense VI. ann. 827. part. 2. c. 27. & Meldense ann. 843. c. 44. hanc potestatem negant. Quocirca Isaac Lingonensis episcopus tit. 11. can. 30. decernit: *Si quis non ab episcopo, sed a chorepiscopo fuerit confirmatus, reiterari aliis benedictionibus debet*. Idipsum & Capitulare anni 803. apud Baluz. pag. 381. ut Leonis III. antea consulti auctoritate fultum edicit.

3. Hinc non sola frontis unctione, sed & præsctiptis quorumdam verborum formulis Confirmationis sacramentum perfectum fuisse conficitur. Verum hæc verba dum Innocentius consulto tacet, quanta antiquorum fuerit religio ne sacramentorum mysteria retegerent, palam facit. Hujus rei frequentiora sunt exempla, cum illis de Eucharistia sermo est.


4. In mss. *qui* (Quesn. heic addit *dies*) *inclusus*. Ejusdem Quesnelli ad calcem operum Leonis specialem *de jejunio sabbati in ecclesia Romana* Dissertationem consule, si lubet.

5. Capitularium lib. 7. c. 430. ubi habetur, *Canonibus quippe jubentibus biduo isto sacramenta non debent celebrari*, ad hunc locum respici haud temere conjectemus. Hunc ipsum morem libro pontificali præscriptum esse Rotomagense concilium ann. 1072. c. 22. memorat.

6. Supple, *jejunii ab Apostolis servati*. Nam proximus de sacramentis biduo ante resurrectionem Domini non celebratis sermo tantum in transcursu fit, utpote ad asserendum sabbati jejunium unice adjectus, idque ipsa orationis series confirmat. Ait quidem Socrates lib. 5. c. 22. *Cum omnes ubique terrarum ecclesiæ per singulas hebdomadas die sabbati sacra mysteria celebrent, Alexandrini tamen & Romani, vetustam traditionem secuti, id facere detrectant*. Sed secus suadent Gregorii Gelasiique liturgiæ, quæ etiam Quadragesimæ sabbatis Missas præscribunt. Nec Hieronymus epist. 28. ad Lucinium scripsisset, *De sabbato quod quæris, utrum jejunandum sit, & de Eucharistia, an accipienda quotidie, quod Romanæ ecclesiæ observare perhibentur*, nisi sacra mysteria, ex quibus Eucharistia percipitur, quotidie fuissent celebrata. Eumdem Eucharistiæ quotidie percipiendæ usum Augustinus epist. 54. ad Januarium n. 4. tradit. Ex quo sequitur, ut & quotidie celebrata sint divina mysteria. Non enim vulgo extra illorum celebrationem Eucharistia nisi ab ægrotis percipiebatur. Id forte quod mox attulimus, dixit Socrates, quia Romani Alexandrinique, sabbati solemnitate in Dominicam translata, utrumque illum diem pari religione celebrare detrectarent.

7. In mss. *Dominicum . . . . celebrandum*. Pessime autem apud Merl. & Crab. *Dominica . . . celebrandum.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



mentis est, bidui agere consuetudinem sabbato prætermisso; cum non disparem habeat caussam, a sexta videlicet feria, in qua Dominus passus est, quando & ad inferos fuit, ut tertia die resurgens redderet lætitiam post biduanam tristitiam præcedentem. Non ergo nos negamus sexta feria jejunandum; sed dicimus & sabbato hoc agendum, quia ambo dies tristitiam Apostolis, vel his qui Christum secuti sunt, indixerunt. Qui die Dominico hilarati, non solum ipsum festivissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt.

VIII. De fermento vero, quod die Dominica per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti, cum omnes ecclesiæ nostræ intra civitatem sint constitutæ. Quarum presbyteri, quia die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt; idcirco fermentum [1] a nobis confectum per acolythos accipiunt, ut se a nostra communione, maxime illa die, non judicent separatos. Quod per [2] parœcias fieri debere non puto; quia nec longe portanda sunt sacramenta; (nec nos per cœmeteria diversa constitutis presbyteris destinamus) [3] & presbyteri eorum conficiendorum jus habeant atque licentiam.

IX. De his vero baptizatis, qui postea a dæmonio, vitio aliquo aut peccato interveniente, arripiuntur, [4] est solicita dilectio tua, si a presbytero vel diacono possint aut debeant [5] designari. Quod hoc, nisi episcopus præceperit, non licet. Nam eis manus imponenda omnino non est, nisi episcopus auctoritatem dederit id efficiendi. Ut autem fiat, episcopi est imperare, ut manus eis vel a presbytero vel a ceteris clericis [6] imponatur. Nam

1. In uno ms. Corb. desideratur *a nobis confectum*. Fermenti nomine alii benedictum panem, qui Eucharistiæ vice sit, alii vero longe plures Eucharistiam ipsam heic intelligunt. Et vero illam in Ordine Romano fermenti vocabulo sæpius designari Mabillonius noster observat. Neque verendum, ne hac postrema intelligentia eorum juvetur opinio, qui Eucharistiam ex fermentato pane olim in ecclesia latina confectam putant. Valde enim leve est quod inde in opinionis hujus gratiam deducitur argumentum. Quippe venerandum illud sacramentum, pro illorum temporum consuetudine, qua sacræ rei arcanum profanis tegere affectabant, cum ad ecclesias mitteretur, apposite vocatum est fermentum, ut quemadmodum fermentum in farinam immissum, eique commixtum totam conglutinat, ita eis quoddam unitionis atque communionis mutuæ vinculum esse significaretur. Ea ratione ipse Christus etiam Eucharistiæ sacramentum in encyclio epistolarum ad Leonem augustum missarum codice epist. 37. to. 4. concil. Lab. pag. 920. *fermentum* appellatur; ob idque concilium Calchedonense ab episcopis Phœniciæ maritimæ laudatur, quod *eos, qui prodigiose, non ex Dei genitrice virgine esse nostrum* FERMENTUM *credunt, destruxit*. Fermenti autem vocabulo ne meram eulogiam ab Innocentio intelligi censeamus, vetat subjecta ipsius ratio, qua hunc mittendi fermenti ritum neque in Eugubinam ecclesiam, neque in ceteras, quæ plures intra unam civitatem titulos non haberent, convenire docet, *quia* nimirum *sacramenta non longe portanda sunt*. Nam eulogiam seu benedictum panem sine ullo discrimine longius ferri posse si quis negaret, revinceretur epistolis tum Paullini Nolani apud Augustinum 24. n. 6. 25. n. 5. & 32. n. 3. necnon ipsius Augustini epistola olim 34. nunc 31. n. 9. in quibus sanctos illos viros ab Italia in Africam, ac vicissim, benedictos panes sibi invicem in unitatis seu communionis mutuæ symbolum misisse legimus. Fermenti autem ad ecclesias mittendi usus, qui forsitan Romanæ civitati peculiaris fuit, Melchiadi attribuitur, uti supra pag. 339. observatum est, ubi & plura de hac re disseruimus.

2. Editi, *parochias*. In exemplis Dion. & Hadr. *parœcias* seu *parrœcias*. In veterrimo Corb. *proicias*, haud dubie pro *paroicias*. Ex quo colligere est non id primum, sed temporis decursu obtinuisse, ut *parochias* seu *parrochias* antiquarii scriberent. Hoc autem nomine heic intelligit Innocentius ecclesias extra civitatem episcopalem sitas. Cœmeteria quoque apud Romanos, utpote quibus corpora intra muros condere religioni erat, extra urbes exstitisse nullus ignorat.

3. Quesn. post veteres edit. concil. necnon mss. coll. Hisp. & Isid. *ut & presbyteri eorum*. Duo mss. *ut precibus eorum*. Pith. *& precibus eorum*. Lectio postmodum vulgata & sanior & potiorum est mss. Innocentius priori rationi, qua sacramenta in parœcias portari non decere docuerat, nunc alteram adjicit, qua istud nec necessarium ostendit.

4. Ita aliquot probæ notæ mss. At Pith. Dion. & Isid. *quæsivit dilectio*.

5. Sic vetus codex Corb. cum antiquis Codicis a Quesn. vulgati exemplaribus, necnon alio probæ notæ ms. Colb. Ita & legisse videtur Dionysius, cujus exemplum Regium etiamnum habet *adsignari*. In ceteris autem libris exstat *consignari*. Tum edit. Rom. *quod hoc nisi episcopis præcipere*. Quesn. *quod nisi*, suppresso *hoc* præter omnium codicum consensum. Integra erit oratio, si ante illud *quod*, verbum *censeo* suppleatur, aut cum Regio Dion. exemplari aliisque nonnullis præferatur, *Quod hoc nisi episcopum præcipere non liceat*.

Innocentium hoc loco diaconis, cum necessitas urget, Confirmationis administrandæ potestatem fecisse Jo. Morinus in quodam opere posthumo opinatur: sed ejus editor Moretus nullum heic de sacramento illo sermonem esse recte observat. Verbum *consignari*, quo superius Confirmationis sacramentum enuntiatur, virum eruditum fefellit. Sane *de baptizatis*, hoc est fidelibus, non qui in ipsa baptismi susceptione, sed *postea*, a dæmonio arripiebantur, quæstio instituta est. Hac autem ætate e sacro baptismi lavacro egressis sacramentum Confirmationis conferri consuevisse nec doctus Morinus, nec ullus antiquitatis peritus ignorat: idque docent Tertullianus lib. de baptismo c. 7. & 8. Cyprianus epist. 73. ad Jubaianum, Ambrosius lib. de mysteriis c. 7. Hieronymus dial. adversus Lucifer. Augustinus Serm. 324. Leo papa Serm. 4. de Nat. Dom. ac longe postea Magnus Senonensis episcopus in libello, quem de baptismatis mysterio Caroli M. jussu concinnavit, ac noster Edmundus Martene de antiquis eccl. rit. to. 1. pag. 160. edidit. Quo in opere legimus, *Omnibus autem peractis sacramentis baptismatis, novissime per manus impositionem a summo sacerdote septiformis gratiæ accipiunt Spiritum sanctum*. Præterea nullum est in toto hoc capitulo de Spiritu sancto verbum, cum de eo Innocentius silere non soleat, ubi de Confirmationis sacramento loquitur. Denique qui superiori capitulo 3. n. 6. asseruit, *hoc pontificibus solis deberi, ut vel consignent vel tradant Spiritum sanctum*, ac presbyteris hanc potestatem negavit, procul aberat ut eamdem diaconis concederet.

Evidens est igitur, ritus quibus ei succurratur qui a dæmonio arripitur, heic explicari. Hos ritus noster Edmundus Martene de antiq. eccl. rit. lib. 3. c. 9. fuse explicat. Nominatim vero inter eos, quos ex vetusto codice Regio 3866. & altero Vindocinensi ibid. pag. 366. describit; præcipitur ut sacerdos, ad quem ductus fuerit energumenus, omnium peccatorum ejus confessionem excipiat, *ponat manum in summitate capitis infirmi, & crucem faciat tribus vicibus*, ac post multas preces *signet eum ad frontem, ad oculos, ad aures, ad nares, ad pectus, ad os, ad pedes, ad ambus manus*, propria unicuique membro benedictione adhibita. Quocirca nullus prope est dubitandi locus, quin novissimum hunc ritum verbo *designari* Innocentius notet. Quominus tamen *consignari* retineatur, nihil repugno: nec diffiteor lectioni huic favere, quod in laudatis codicibus a Martenio nostro exscriptis pag. 520. duplex afferatur signandi formula, ac postrema inscribatur: *Alia consignatio capitis, & oculorum, sive omnium membrorum*. Cavendum tamen, ne *consignandi* verbum heic eo sensu, quo supra cap. 3. usurpari existimetur. Forte ad utramque rem distinguendam Innocentius supra *consignandi*, nunc *designandi* verbo usus est. Sed heic sive *designari* sive *consignari* malis, neutrum aliud sonare debere videtur, quam simplex *signari*.

6. Corb. ms. *imponantur*. Illa manus impositio quædam erat pœnitentiæ species. Quidquid vero ad pœnitentiam publicam attinet, episcoporum potestati semper in Ecclesia subjectum fuit. Ubi vero episcopus aderat, cum ab ipso, tum ab ipsius clero manus pœnitentibus imponebatur. Unde Cyprianus epist. 10. ad clerum suum, queritur quod *cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam longo tempore, & secundum disciplinæ ordinem ad exomologesin veniant, & per impositionem manus episcopi & cleri jus communionis accipiant; nunc crudo tempore . . . nondum pœnitentia acta, nondum exomologesi facta, nondum manu eis ab episcopo & clero imposita, eucharistia illis datur*. Verum episcopus, quando aberat, ac necessitas urgebat, hoc ipsum presbyteris vel etiam diaconis permittebat. Quocirca & ad clerum suum idem Cyprianus epist. 13. scribit: *Si incommodo aliquo*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



quomodo id fieri fine magno labore poterit, ut longe constitutus energumenus ad episcopum deducatur, cum si talis casus ei in itinere acciderit, nec perferri ad episcopum, nec referri ad sua facile possit?

X. De pœnitentibus autem, qui sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante Pascha remittendum Romanæ ecclesiæ consuetudo demonstrat. Ceterum de pondere æstimando delictorum, sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam [1] satisfactionem suam. Vel si quis ægritudinem incurrerit, atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat.

XI. Sane quoniam de hoc, sicuti de ceteris, consulere voluit dilectio tua, adjecit etiam filius meus Cælestinus diaconus in epistola sua, esse a tua dilectione positum illud, quod in beati Apostoli Jacobi epistola conscriptum est: [a] *Si infirmus* [2] *aliquis in vobis est; vocet presbyteros, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio* [3] *fidei salvabit laborantem, & suscitabit illum Dominus,* [4] *& si peccatum fecit, remittet ei.* Quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrisma- C tis perungi possunt, [5] quod ab episcopo confectum, non solum sacerdotibus, sed & omnibus uti Christianis licet, in sua aut in suorum necessitate [6] ungendum. Ceterum illud superfluum esse videmus adjectum, ut de episcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco [7] presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si episcopus aut potest, aut dignum ducit, aliquem a se visitandum: & benedicere & [8] tangere chrismate; sine cunctatione potest, cujus est chrisma conficere. Nam pœnitentibus istud infundi non potest, quia genus est [9] sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?

XII. His ergo, frater carissime, omnibus quæ tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus, respondere curavimus, ut ecclesia tua Romanam consuetudinem, a qua originem ducit, servare valeat atque custodire. Reliqua vero, quæ scribi fas non erat, cum adfueris, interrogati poterimus edicere. Erit autem Domini potentiæ, etiam id procurare, ut & tuam ecclesiam & clericos nostros, qui sub tuo pontificio divinis famulantur officiis, bene instituas, & aliis formam tribuas, quam debeant imitari. Data XIV. Kalendarum Aprilium [10], Theodosio augusto VII. & Palladio [11] viro clarissimo consulibus.

*a* Jac. V. 24.

*& infirmitatis periculo occupati fuerint, non exspectata præsentia nostra, apud presbyterum quemcumque præsentem, vel si presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud diaconum quoque exomologesin facere delicti sui possint, ut manu eis in pœnitentiam imposita, veniant ad Dominum cum pace.* Huc spectat quod Regino lib. 1. c. 295. & 296. necnon Burchardus lib. 10. c. 155. & 156. velut ex Pœnitentiali Romano proferunt: *Sicut enim sacrificium offerre non debent nisi episcopi & presbyteri, sic nec pœnitentium judicia alii usurpare debent. Si autem necessitas evenerit, & presbyter non fuerit præsens, diaconus suscipiat pœnitentiam ad sanctam communionem.* Et hæc quidem de pœnitente reconciliando, ubi periculum mortis imminet, dicta sunt: at Innocentius circa energumenos quamdam ab episcopo potestatem tribui posse definit, quæ non presbytero aut diacono solis, D sed & *ceteris clericis* competere videatur, inter quos infimus est exorcistarum ordo. Quod ita intelligendum, ut eos ritus, quos exercere solis sacerdotibus concessum est, inferiores clerici prætermiserint.

1. Ita duo mss. Colb. At alii libri, *satisfactionem. Sane si quis.* Quam soliciti fuerint antiqui ne pœnitentes aut ante congruam satisfactionem absolverentur, aut sine reconciliatione & communione de sæculo discederent, testis est, ut alios mittam, locis mox allatis Cyprianus. Ibi etiam sanctus ille Martyr *de minoribus peccatis* actam pœnitentiam memorat, sed hæc cum gravioribus comparata, quamvis & ipsa mortifera fuerint, minora ac leviora dici haud temere sentiamus.

2. Sic potiores mss. sex, qui in hoc loco exprimendo cum antiquo Italicæ interpretationis exemplari pene omnino consentiunt. At excusi, *Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiæ*: nisi quod *Ecclesiæ* vox apud Merlinum, ut in reliquis mss. non exstat. Tum duo Colb. *et orent pro eo.* Pith. *& orent pro eo.* E

3. Unus e mss. Colb. cum Pith. & laudato Italicæ interpretationis exemplari, *in fide*: ac deinde cum vetustioribus, *salvabit laborantem*: ubi in vulgatis, *salvabit infirmum.*

4. Editi, *si in peccatis fuerit, remittentur ei*: corriguntur auctoritate meliorum mss. in quorum tribus exstat, *si peccata fecit.* Deinde apud Dion. *remittetur ei*, quomodo legitur & in antiquo Italicæ interpretationis exemplari.

5. Crab. aliique deinceps editi, *quo ab episcopo confecto*, Merl. & mss. renitentibus. Apud Græcos oleum illud etiam a presbyteris confici solere noster Edmundus Martene to. 2. de antiq. eccl. rit. pag. 114. probat.

6. Quesn. *ungendo.* Edit. Rom. *ad ungendum.* Ceteræ, *inungendo.* Verius mss. *ungendum*, seu ut in plerisque pingitur *unguendum.* Neque vero grammaticis insolens est verbo *uti* quartum casum adjungere, ut videre est in his Plauti, *Cetera quæ utimur.* Porro ab Innocentii mente aberrant, qui eum hoc loco omnibus Christianis tum se tum suos oleo sancto ungendi jus attribuere, & fideles omnes hujus sacramenti ministros prædicare arbitrantur. Tantum opinionem refutat eorum, qui tum forte sibi persuaserant, olei sancti usum sacerdotibus a quibus conficitur, ita proprium esse, ut eo nulli alii ungendi essent; ac docet illud ab iis confici, non ut inde ipsi soli, verum etiam omnes Christiani ungantur. Nondum quippe heic de unctionis ministro, sed de eo tantum cui conferri possit, sermo est. Inde ad alteram progrediens quæstionem, an scilicet presbyterorum ita proprium sit hoc sacramentum administrare, ut illud conferre episcopis non liceat, falsam ea de re nonnullorum opinionem, de qua illum Decentius consulendum duxerat, confutat. Et hæc quidem D Decentii interrogatio, quantum abhorreret ab illorum temporum fide, ut Christiani quique infirmos sacro oleo ungere posse crederentur, aperte indicat.

7. Edit. Rom. & concil. post Crab. cum uno ms. Colb. *de presbyteris.* Merl. cum ceteris mss. *presbyteris*, quod ita intelligimus, ut subaudiatur *licere.* Nec displicet quod apud Quesn. *presbyteros*, eo scil. intellectu: *idcirco* (a Jacobo) *dictum est presbyteros*, supplendo *vocet.*


8. Quesn. *& ungere.* Licet supra n. 6. legerimus, *chrismate baptizatos ungere licet*: heic tamen in nullo veteri codice reperimus *ungere.* In duobus mss. desideratur *tangere*; & in eorum altero pro *chrismate*, exstat *chrismare*: cui lectioni consentanea est hæc Toletani I. concilii can. 2. ubi statuitur, *diaconum non chrismare.* Locutione autem *chrismate tangere* Gregorius lib. 4. epist. 26. ad Januarium semel ac secundo utitur.

9. In uno ms. Colb. *sacramentorum.* Cui favet quod in E vetusto Corb. legitur *sacratorum.* Hanc quippe lectionem mendosam esse, atque infirmorum inunctionem non inter sacrata tantum, verum etiam inter sacramenta ab Innocentio computari ex subnexis perspicuum est. Ubi vero hoc sacramentum iis negat pœnitentibus, *quibus reliqua sacramenta negantur*, satis aperte docet usu tum fuisse receptum, ut aliis fidelibus citra periculum mortis laborantibus concederetur. Nam & pœnitentibus, si in desperatam ægritudinem incurrerint, reliqua sacramenta sine mora conferri supra n. 10. præcipit. Græci autem, teste Petro Arcudio lib. 5. c. 4. eo processere, ut non solum infirmos nulla periculosa ægritudine laborantes, sed & *pœnitentes bene valentes, adhibita quoque forma sacramenti, non aliter atque infirmos inungant.*

10. Martii 19. ann. 416.

11. Editi, *viris clarissimis.* Rectius mss. *v. c.* hoc est *viro clarissimo*: quod in unum Palladium cadit. Ubi vero notarii *viris clarissimis* exprimere volunt, notam eamdem geminant in hunc modum: *vv. cc.* quæ tum de duobus consulibus prædicari intelligitur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



# [1] EPISTOLA XXVI.

## CARTHAGINENSIS CONCILII
### ad Innocentium.

*Ut ſententiæ ſuæ, qua Pelagii Cæleſtiique impietates damnarunt, apoſtolicæ ſedis accedat auctoritas. Ac tandem ſi has illi ſuas eſſe negent; quibuſvis earum aſſertoribus anathema decernitur.*

Domino beatiſſimo & honorandiſſimo ſancto fratri INNOCENTIO papæ, AURELIUS, NUMIDIUS, RUSTICIANUS, [2] FIDENTINUS, EVAGRIUS, [3] ANTONIUS, PALATINUS, ADEODATUS, VINCENTIUS, PUBLIANUS, THEASIUS, TUTUS, [4] PANNONIUS, VICTOR, RESTITUTUS, alius RESTITUTUS, RUSTICUS, FORTUNATIANUS, AMPELIUS, [5] AMBIVIUS, FELIX, DONATIANUS, ADEODATUS, OCTAVIUS, SEROTINUS, [6] MAJORINUS, POSTHUMIANUS, CRISPULUS, VICTOR, alius VICTOR, [7] LEUCIUS, MACIANUS, FRUCTUOSUS, FAUSTINIANUS, QUODVULTDEUS, CANDORIUS, MAXIMUS, [8] MEGASIUS, RUSTICUS, [9] RUFINIANUS, [10] PROCULUS, SEVERUS, THOMAS, JANUARIUS, OCTAVIANUS, PRÆTEXTATUS, SIXTUS, QUODVULTDEUS, PENTADIUS, [11] QUODVULTDEUS, CYPRIANUS, SERVILIUS, [12] PELAGIANUS, MARCELLUS, VENANTIUS, DIDYMUS, SATURNINUS, [13] BIZACENUS, GERMANUS, GERMANIANUS, [14] INVENITUS, MAJORINUS, [15] INVENITUS, CANDIDUS, CYPRIANUS, ÆMILIANUS, ROMANUS, AFRICANUS, & MARCELLINUS, [16] & ceteri qui in concilio eccleſiæ Carthaginenſis adfuimus.

A I. CUM ex more [17] ad Carthaginenſem eccleſiam ſolemniter veniſſemus, atque ex diverſis cauſſis congregata ex nobis ſynodus haberetur; compresbyter noſter Oroſius nobis litteras ſanctorum fratrum & conſacerdotum noſtrorum dedit [18] Herotis & Lazari, quarum formam his conſtituimus eſſe ſubdendam. His ergo lectis, Pelagium & Cæleſtium auctores [19] argui nefarii prorſus & ab omnibus nobis anathemandi erroris advertimus. Unde factum eſt, ut recenſendum peteremus, quid ante ferme quinquennium ſuper Cæleſtii nomine heic apud eccleſiam Carthaginenſem fuerit agitatum. Quo recitato, ſicut ex [20] ſubditis advertere poterit ſanctitas tua, quamvis judicatio manifeſta B conſtaret, qua illo tempore epiſcopali judicio exciſum hoc tantum vulnus ab Eccleſia videretur; nihilo minus tamen id communi deliberatione cenſuimus, hujuſmodi perſuaſionis auctores, quamvis & ad presbyterium idem Cæleſtius poſtea perveniſſe dicatur; niſi hæc apertiſſime anathemaverint, ipſos anathemari oportere, ut ſi ipſorum non potuerit, ſaltem eorum qui ab eis decepti ſunt vel decipi poſſunt, cognita ſententia quæ in eos lata eſt, ſanitas procuretur. Hoc itaque geſtum, domine frater, ſanctæ caritati tuæ intimandum duximus, ut ſtatutis noſtræ mediocritatis etiam apoſtolicæ ſedis

1. Scripta anno 416.

2. Ita mſs. uno excepto, in quo *Fidentianus*. At editi, C *Fidentius*, favente Collatione Carthag. in qua tres epiſcopi leguntur *Fidentii* nomine donati.

3. Apud Crab. in marg. *Antoninus*: quod & habent heic mſs. Sed epiſtola, qua Innocentius huic reſcripſit, in mſs. Corb. & Germ. *Antonio*, non *Antonino*, inſcribitur.

4. Edit. Rom. *Pantonius*: refragantibus mſs. In Collatione Carth. cap. 126. *Pannonius epiſcopus plebis Puppitanæ* legitur.

5. In mſs. Corb. & Germ. nomen deſideratur hujus epiſcopi, qui in iiſdem mſs. in reſcripto Innocentii *Ambivius* vocatur, notaturque in Collatione Carthagin. c. 133. *Piſitenſis epiſcopus*. At apud Queſn. ut in mſs. Pith. Colb. & coll. Iſid. *Avivius*, & apud Merl. Crab. ut in edit. Rom. *Avinius* appellatur.

6. In uno ms. *Majorianus*. Deinde edit. Rom. poſt Merl. *Porturianus*: tum eadem editio, *Triſpulus*, Merl. & Crab. cum mſs. Iſid. *Criſpolis*. In Collat. Carthagin. c. 123. *Poſthumianus epiſcopus plebis Tagorenſis*, & c. 128. *Criſpulus epi-* D *ſcopus eccleſiæ Voltanæ* memorantur.

7. Navar. ms. coll. Iſid. *Leucianus*. Duo Colb. & Corb. ut apud Merl. *Leutius*. Alius Colb. *Lucius*, Collat. Carthagin. favente. Vatic. *Leontius*. German. *Eleutius*. Deinde edit. Rom. *Macinus*, Merl. *Marinus*, Crab. *Marinianus*. In Collatione Carthag. duo leguntur epiſcopi nomine *Mariani* nuncupati.

8. Queſn. ac duo mſs. Colb. *Magerius*. Alius Colb. *Magarus*. Pith. *Megarius*. Capuc. coll. Iſid. *Magorus*. Merl. Crab. & edit. Rom. *Magarius*. Ex mſs. Corb. ac Germ. necnon ex edit. Aug. revocamus *Megaſius*.

9. Sic mſs. niſi quod in uno Colb. ut apud Queſn. *Rufianus*. At Crab. & edit. Rom. *Sufinianus*.

10. Garnerii conjecturæ, qua *Proculianus* legendum putat, nullus e noſtris mſs. ſuffragatur. Deinde ex mſs. Corb. & Germ. atque nova Auguſtini editione ſuppletur *Severi* nomen, quod in aliis ſcriptis & editis deeſt.

11. In uno ms. ut apud Queſn. heic præmittitur *item*: quod in quinque aliis ut apud Auguſtin. abeſt. In edit. Rom. Crab. & Merl. heic deſideratur *Quodvultdeus*. Immo idem nomen etiam ante in mſs. Iſid. omittitur.

12. Ita apud Aug. ut in mſs. Corb. & Germ. In aliis autem libris, *Pelagius*.

13. Unus ms. Colb. *Bazathinus*. Alter e Vatic. *Bizatenus*. Duo alii Colb. ac Pith. cum edit. Rom. & Queſn. *Bazacenus*. Merl. & Crab. *Bazecenus*. Iſid. *Batecenus*. Auguſtini editionem ſequimur cum mſs. Corb. & Germ. conſentientem.

14. Apud Auguſt. *Inventius*. In edit. Rom. Queſn. Crab. & Merl. ut in ms. Pith. *Juventius*. Iſid. *Viventius*. Aliis in mſs *Invenitus*.

15. Editi ac mſs. mox dicti, cum quibus Iſidorus jam conſentit, etiam heic retinent *Inventius* vel *Juventius*, cui voci Queſn. præfixit *item*. Iſthic quidem codex Corb. præ ſe fert *Juventinitus*, ſed in reſcripto *Inveniti* nomen, quod etiam hic duo Colb. & Germ. exhibent, retinet.

16. Primum in edit. Auguſt. auctoritate codicum Corb. & Germ. heic adjectum eſt *& ceteri*.

17. Mos eis erat, ut circa menſem Junium vel circa autumnum Carthaginem convenirent. Sed non iiſdem menſibus conſtanter conveniebant. Quapropter illud *ex more* magis ad locum quam ad tempus attinet.

18. In mſs. Iſid. *Nerotis* aut *Anerotis*. In edit. concil. *Averothis*. Erat Heros Arelatenſis, & Lazarus Aquenſis epiſcopus. Ambo e ſedibus ſuis pulſi, cum in Palæſtinam perveniſſent, libellum contra Pelagium & Cæleſtium Eulogio Cæſareenſi obtulerunt; cujus deinde auctoritate Dioſpolitana ſynodus anno 415. congregata fuit. Memoratæ autem epiſcoporum illorum litteræ exciderunt.

19. Verbum *argui*, quod prius deerat, cum edit. Aug. ex mſs. Corb. & Germ. ſupplemus. Inde quoque, ut & ex ms. Pith. *anathemandi*, loco *anathematizandi*, reſtituimus.

20. Edit. Rom. *ex ſubſequentibus*. Concinnius alii libri, *ex ſubditis*. Geſta illa epiſcopalia, quæ epiſtolæ huic ſubnexa erant, interierunt, iis exceptis, quæ M. Mercator initio Commonitorii adverſus Pelagianos ex illis delibat, & quæ Auguſtinus tum lib. 2. de peccato originali c. 3. & 4. tum lib. de geſtis Pelagii cap. 11. ex iiſdem deſcribit. Præterea ab eodem Doctore in epiſtola 157. ad Hilarium n. 22. perſtringuntur.

adhibeatur auctoritas, pro tuenda ſalute multorum, & quorumdam perverſitate etiam corrigenda.

II. Id enim agunt iſti damnabilibus diſputationibus ſuis, ut non defendendo, ſed potius in ſacrilegam ſuperbiam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquant locum gratiæ Dei, qua Chriſtiani ſumus, qua & ipſum noſtræ voluntatis arbitrium vere fit liberum, dum a carnalium concupiſcentiarum dominatione liberatur, dicente Domino: [a] *Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis.* [1] Quod auxilium fides impetrat, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Iſti autem aſſerunt, ſicut a fratribus, qui etiam eorum libros legerunt, cognovimus, in eo Dei gratiam deputandam, quod talem hominis inſtituit creavitque naturam, quæ per propriam voluntatem legem Dei poſſit implere, ſive naturaliter in corde conſcriptam, ſive in litteris datam. Eamdem quoque legem ad gratiam pertinere, quod [b] illam Deus in adjutorium hominibus dedit. Illam vero gratiam, qua, ut dictum eſt, Chriſtiani ſumus, cujus Apoſtolus prædicator eſt, dicens: [c] *Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me* [2] *ſub lege peccati, quæ eſt in membris meis. Miſer ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus? gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum*, nolunt omnino cognoſcere, nec aperte quidem oppugnare audent.

III. Sed quid aliud agunt, cum [d] hominibus animalibus non percipientibus quæ ſunt ſpiritus Dei perſuadere non ceſſant, ad operandam perficiendamque juſtitiam, & Dei mandata complenda, ſolam ſibi humanam ſufficere poſſe naturam? non attendentes quod ſcriptum eſt: [e] *Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram*: &, [f] *Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*: & quod [g] *unum corpus ſumus in Chriſto Jeſu, ſinguli autem alter alterius membra, habentes dona diverſa ſecundum gratiam quæ data eſt nobis*: &, [h] *Gratia Dei ſum id quod ſum; & gratia ejus in me vacua non fuit, ſed plus omnibus illis laboravi: non ego autem, ſed gratia Dei mecum*: &, [i] *Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*: &, [k] *Non quia idonei ſumus aliquid cogitare quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*: &, [l] *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, ut eminentia virtutis ſit Dei, & non ex nobis*: & innumerabilia, quæ de Scripturis omnibus ſi colligere velimus, [3] tomus non ſufficit. Et veremur, ne apud te iſta ipſa commemorando, [4] quæ majore gratia de ſede apoſtolica prædicas, inconvenienter facere videamur. Sed ideo facimus, quia

A eo, quo infirmiores ſumus, quaquaverſus quiſque noſtrum verbo Dei prædicando putatur attentior, crebrius eos patimur & audacius inſurgentes.

IV. Si ergo Pelagius epiſcopalibus geſtis [5], quæ in Oriente confecta dicuntur, etiam tuæ venerationi juſte viſus fuerit abſolutus; error tamen ipſe & impietas; quæ jam multos aſſertores habet per diverſa diſperſos; etiam apoſtolicæ ſedis auctoritate anathemanda eſt. Conſideret enim ſanctitas tua, & paſtoralibus nobis compatiatur viſceribus, quam ſit peſtiferum & exitiale ovibus Chriſti, quod iſtorum ſacrilegas diſputationes neceſſario conſequitur, ut nec orare debeamus ne intremus in tentationem;
B quod Dominus & diſcipulos monuit [m], & poſuit in oratione quam docuit: aut [n] ne deficiat fides noſtra, quod pro apoſtolo Petro ſe rogaſſe ipſe teſtatus eſt. Si enim hæc poſſibilitate naturæ & arbitrio voluntatis in poteſtate ſunt conſtituta; quis non ea videat inaniter a Domino peti, & fallaciter orari, cum orando poſcuntur, quæ naturæ jam ita conditæ ſufficientibus viribus obtinentur: nec debuiſſe dicere Dominum Jeſum, [o] *Vigilate & orate*; ſed tantummodo, Vigilate, *ne intretis in tentationem*: nec beatiſſimo Petro primo Apoſtolorum: [p] *Rogavi pro te*; ſed, moneo te, vel impero ac præcipio, *ne deficiat fides tua*? Contradicitur etiam iſtorum contentione benedictionibus noſtris, ut in
C caſſum ſuper populum dicere videamur, quidquid eis a Domino precamur, ut recte ac pie vivendo illi placeant, vel illa, quæ pro fidelibus precatur Apoſtolus dicens: [q] *Flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, ut det vobis ſecundum divitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per Spiritum ejus.* Si ergo voluerimus, benedicendo, ſuper populum dicere; *Da illi Domine, virtutem corroborari per Spiritum tuum*: iſtorum nobis diſputatio contradicit, affirmans liberum negari arbitrium, ſi hoc a Deo poſcitur, quod in noſtra eſt poteſtate. Virtute enim corroborari ſi volumus, inquiunt, poſſumus ea poſſibilitate naturæ, quam non nunc
D accipimus, ſed cum crearemur accepimus.

V. Parvulos etiam propter ſalutem, quæ per Salvatorem Chriſtum datur, baptizandos negant; ac ſic eos mortifera iſta doctrina in æternum necant, promittentes, etiam ſi non baptizentur, habituros vitam æternam, nec pertinere ad eos, de quibus Dominus ait: [r] *Venit enim filius hominis quærere & ſalvare quod perierat*: quia iſti, inquiunt, non perierant, nec eſt quod in eis ſalvetur, vel tanto pretio redimatur; quia nihil eſt in eis vitiatum, nihil tenetur ſub diaboli poteſtate captivum, nec
E pro eis [6] fuſus eſt ſanguis, qui fuſus in remiſſio-

*a* Joan. VIII. 36. *b* Iſa. VIII. 20. ſec. LXX. *c* Rom. VII. 22. &c. *d* I. Cor. II. 14. *e* Rom. VIII. 26. *f* Rom. IX. 16. *g* Rom. XII. 5. *h* I. Cor. XV. 10. *i* Ibid. ℣. 57. *k* II. Cor. III. 5. *l* II. Cor. IV. 7. *m* Matth. VI. 13. *n* Luc. XXII. 32. *o* Matth. XXIV. 41. *p* Luc. XXII. 32. *q* Epheſ. III. 14. *r* Luc. XIX. 10.

1. Hæc ſententia, *Quod auxilium fides impetrat quæ eſt in Chriſto J. D. N.* in mſs. Corb. & Germ. omittitur.

2. Edit. Rom. & concil. cum Iſid. necnon duobus mſs. Colb. & Pith. *in lege*.

3. Apud Aug. ut in mſs. Corb. & Germ. *tempus*. Cum aliis libris retinemus *tomus*: quo vocabulo apud antiquos epiſtola ſynodica ſignificari ſolet. Et eo quidem ſenſu Athanaſius Alexandrinæ ſynodi epiſtolam *tomum ad Antiochenos* inſcripſit: & concilium CP. epiſt. 13. ad Damaſum n. 4. τόμον vocavit Antiocheni concilii epiſtolam. Ipſius Damaſi ſynodica epiſtola 4. ab eodem concilio CP. can. 5. *tomi* nomine deſignatur. Vocis hujus eodem intellectu frequentior eſt uſus in concilio Calcedonenſi, puta edit. Lab. tom. 4. pag. 187. d. 264. d. 494. e. Vulgo etiam celebris epiſtola Leonis ad Flavianum *tomus* nuncupatur. Interdum etiam *tomus* longioris ſermonis compendium ſonat, eaque ratione in præfatione Toletani VIII. concilii accipitur: ad litteram vero id eſt quod *ſectio*. Ad Afros quod attinet, non aliud heic ſibi velle videntur, niſi ſe conſuetæ epiſtolæ modum exceſſuros, ſi omnia, quæ e re ſua ſunt, teſtimonia colligerent.

4. Edit. Rom. & concil. poſt Crab. *qui majore*. Concinnius alii libri, *quæ majore*.

5. Dioſpolitanæ ſcilicet ſynodi.

6. Pith. ms. *fuſus eſſet*, Iſid. necnon edit. Rom. & concil. *fuſus eſſe*, omiſſo deinde *qui fuſus*: reſtaurantur ex melioris notæ mſs. Chriſti autem ſanguis *in remiſſionem peccatorum* fundendus *Matth.* XXVI. 28. legitur.

nem legitur peccatorum. Quamquam per baptiſmum A Chriſti etiam parvulorum [1] fieri redemtionem libello ſuo Cæleſtius in Carthaginenſi eccleſia jam confeſſus eſt. Sed multi, qui eorum perhibentur eſſe vel fuiſſe diſcipuli, hæc mala, quibus fundamenta Chriſtianæ fidei conantur evertere, quacumque poſſunt [2] affirmare non ceſſant.

VI. Unde etiamſi Pelagius Cæleſtiuſque correcti ſunt, vel ſe iſta numquam ſenſiſſe dicunt, & quæcumque ſcripta contra eos prolata fuerint, ſua eſſe negant, nec eſt quemadmodum de mendacio convincantur; generaliter tamen, quicumque dogmati- B zat & affirmat, humanam ſibi ad [3] vincenda peccata, & Dei mandata facienda, ſufficere poſſe naturam, & eo modo gratiæ Dei, quæ ſanctorum evidentius orationibus declaratur, adverſarius invenitur: & quicumque negat parvulos per baptiſmum Chriſti a perditione liberari, & ſalutem percipere ſempiternam, anathema ſit. Quæcumque autem alia eis objiciuntur, non dubitamus venerationem tuam, cum geſta epiſcopalia [4] perſpexerit, quæ in Oriente in eadem cauſſa confecta dicuntur, id judicaturam, unde omnes in Dei miſericordia gaudeamus. Ora pro nobis domine beatiſſime papa.

## [5] EPISTOLA XXVII.

### MILEVITANI CONCILII

ad Innocentium papam.

*Ut inimicorum gratiæ Chriſti pernicioſam hæreſim quam primum auctoritate ſua coerceat.*

Domino beatiſſimo meritoque venerabili & in Chriſto honorando papæ INNOCENTIO, SILVANUS [6] ſenex, VALENTINUS, AURELIUS, DONATUS, C RESTITUTUS, LUCIANUS, ALYPIUS, AUGUSTINUS, PLACENTIUS, SEVERUS, FORTUNATUS, POSSIDIUS, NOVATUS, SECUNDUS, MAURENTIUS, LEO, FAUSTINIANUS, CRESCONIUS, MALCHUS, [7] LITTORIUS, FORTUNATUS, DONATUS, [8] PONTICANUS, SATURNINUS, [9] CRESCONIUS, HONORIUS, LUCIUS, ADEODATUS, PROCESSUS, CRESCONIUS, SECUNDUS, FELIX, ASIATICUS, [10] RUFINIANUS, FAUSTINUS, SERVUS, TERENTIUS, CRESCONIUS, SPERANTIUS, QUADRATUS, LUCILLUS, SABINUS, [11] FAUSTINUS, CRESCONIUS, VICTOR, [12] GIGANTIUS, POSSIDONIUS, ANTONINUS, INNOCENTIUS [13], PRÆSIDIUS, CRESCENTIUS, FELIX, ANTONINUS, VICTOR, HONORATUS, DONATUS, PETRUS, PRÆSIDIUS, CRESCONIUS, LAMPADIUS, DELPHINUS ex concilio Milevitano in Domino ſalutem.

I. QUia te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere in ſede apoſtolica collocavit, talemque noſtris temporibus præſtitit, ut nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, ſi apud tuam venerationem quæ pro Eccleſia ſuggerenda ſunt tacuerimus, quam ea tu poſſis vel faſtidioſe vel negligenter accipere; magnis periculis infirmorum membrorum Chriſti paſtoralem diligentiam, quæſumus, adhibere digneris.

II. Nova quippe hæreſis & nimium pernicioſa [14] tentat aſſurgere inimicorum gratiæ Chriſti, qui nobis Dominicam etiam orationem impiis diſputationibus conantur auferre. Cum enim Dominus docuerit ut dicamus: [a] *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris:* iſti dicunt, poſſe hominem in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem juſtitiæ ſine adjutorio gratiæ Salvatoris per ſolum liberæ D voluntatis arbitrium pervenire, ut ei non ſit jam neceſſarium dicere, *Dimitte nobis debita noſtra:* illud vero quod ſequitur: [b] *Ne nos inferas in tentationem*, non ita intelligendum, tamquam divinum adjutorium poſcere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus; ſed hoc in noſtra eſſe poſitum poteſtate, & ad hoc implendum ſolam ſufficere ho-

*a* Matth. VI. 12. *b* Ibid. ℣. 13.

1. In edit. Rom. ut apud Merl. perperam heic additur *dicunt*. Hoc ipſum de Cæleſtio Auguſtinus epiſt. 157. n. 22. ita eloquitur: *Coactus eſt confiteri propter baptizandos parvulos, quod & ipſis redemtio ſit neceſſaria. Ubi*, inquit, *quamquam noluerit de originali peccato aliquid expreſſius dicere, tamen ipſo redemtionis nomine non parum ſibi præſcripſit*.

2. Edit. Rom. & concil. *poſſunt aſtutia*. Vocem *aſtutia* E removemus auctoritate omnium mſs.

3. In ms. Corb. a 1. manu, *ad nitenda*, & ſecundis curis, *ad vitanda*: quod & exſtat in German. & in editione Auguſtini prælatum eſt. Retinemus tamen *vincenda* tum plurium mſs. auctoritate, tum quod infra epiſt. 28. n. 13. epiſcopi quinque rurſum ſcribunt, Pelagium defendere *poſſibilitatem naturæ ad vincenda peccata & implenda mandata*. Quapropter & in Dioſpolitana ſynodo compulſus fuerat fateri, *quando contra tentationes concupiſcentiaſque illicitas dimicamus, non ex propria voluntate, ſed ex adjutorio Dei provenire* VICTORIAM.

4. Palæſtinæ ſynodi.

5. Scripta ann. 416.

6. In edit. Rom. & Aug. deſideratur *ſenex*: quæ vox in omnibus noſtris mſs. exprimitur. Idem Silvanus apud Auguſtinum & ad calcem epiſtolæ 128. *ſenex eccleſiæ Summenſis*, & in fine epiſtolæ 129. *primæ ſedis provinciæ Numidiæ* ſubſcribitur. Porro Afris perinde eſt *ſenex* atque *primas*: quia apud illos primatus ei deferebatur, qui ordinatione ſenior erat.

7. Merl. & Crab. cum uno ms. *Lictorius*. Aliæ edit. concil. poſt Rom. *Victorius*. Ceteri libri, *Litorius* aut *Littorius*. In collatione Carthagin. c. 133. *Litorius Suavenſis epiſcopus* appellatur.

8. Pith. ms. & unus Colb. *Ponticianus*. Alii duo cum Merl. Crab. & Queſn. *Pontianus*.

9. In edit. Rom. & Aug. *Chriſtonius*. In editis aliis ut in omnibus noſtris mſs. *Creſconius*. Afris familiare fuiſſe *Creſconii* ſeu *Criſconii* nomen teſtis eſt Collatio Carthaginenſis, cui plures diverſarum ſedium epiſcopi interfuiſſe leguntur eodem nomine donati.


10. Quinque e noſtris mſs. cum Merl. Crab. & Queſn. *Rufinus*.

11. Rurſum *Sabinus*, loco *Fauſtini*, apud Queſn. Lab. Crab. Merl. ut in exemplaribus Iſid. repetitur, refragantibus potioribus mſs.

12. Apud Aug. *Gignantius*. Hujus autem epiſcopi ac novem ſubſequentium nomina, propter repetitum *Victoris* vocabulum, uſitato librariorum lapſu, in edit. concil. prætermittuntur.

13. Iſid. mſs. necnon alii duo Colb. cum Pith. *Innocentius*, *Felix*, omiſſis *Præſidii* & *Creſcentii* nominibus.

14. Garnerius e priſcis Auguſtini editionibus revocavit, *pernicioſa tempeſtas inimicorum gratiæ cœpit*, refragantibus aliis editis & omnibus mſs.



minis voluntatem : tamqam frustra Apostolus dixerit : [a] *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei*: &, [b] *Fidelis Deus, qui vos non permittit tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere*. Frustra etiam Dominus dixerit apostolo Petro : [c] *Rogavi pro te, ne deficiat fides tua*; & omnibus suis : [d] *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem*, si hoc totum est potestatis humanæ. Pueros quoque parvulos, [1] etsi nullis imbuantur Christianæ gratiæ sacramentis, habituros vitam æternam, [2] nequaquam Christiana præsumtione contendunt, evacuantes quod dicit Apostolus : [e] *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt*: & alio loco, [f] *Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes vivificabuntur*. Ut ergo alia omittamus, quæ contra sanctas scripturas plurima disserunt, hæc interim duo, quibus omnino totum quod Christiani sumus conantur evertere, quæ fidelia corda [3] sustineant, non esse rogandum Deum ut contra peccati malum atque ad operandam justitiam sit noster adjutor, & non opitulari parvulis ad consequendam vitam æternam Christianæ gratiæ sacramentum?

III. Hæc insinuantes apostolico pectori tuo, non opus habemus multa dicere, & tantam impietatem verbis exaggerare; cum procul dubio te [4] ista permoveant, ut ab eis corrigendis, ne latius serpant, multosque contaminent, vel potius interimant, dum sub nomine Christi a gratia Christi penitus alienant, omnino dissimulare non possis. Hujus autem perniciosissimi erroris auctores esse perhibentur Pelagius & Cælestius, quos quidem in Ecclesia sanari malumus, quam desperata salute ab Ecclesia resecari, si necessitas nulla compellat. Quorum unus, id est Cælestius, etiam ad presbyterium in Asia [5] pervenisse dicitur. De quo ante paucos annos quid gestum fuerit, sanctitas tua de Carthaginensi ecclesia [6] melius instruitur. Pelagius vero, sicut a quibusdam fratribus nostris missæ loquuntur epistolæ, Jerosolymis constitutus nonnullos fallere asseritur. Verumtamen multo plures, qui ejus sensus diligentius indagare potuerunt, adversus eum pro gratia Christi, & catholicæ fidei veritate confligunt, sed præcipue sanctus filius tuus, frater & compresbyter noster Hieronymus. Sed arbitramur, adjuvante misericordia Domini Dei nostri, qui te & regere consulentem, & orantem exaudire [7] dignatur, auctoritati sanctitatis tuæ, [8] de sanctarum scripturarum auctoritate depromtæ, facilius eos, qui tam perversa & perniciosa sentiunt, esse cessuros; ut de correctione potius eorum congratulemur, quam contristemur interitu, domine beatissime. Quodlibet autem ipsi eligant, certe vel aliis, quos plurimos possunt, si ab eis dissimuletur, suis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua instanter & celeriter providendum. Hæc ad sanctitatem tuam de concilio Numidiæ scripta direximus, imitantes [9] Carthaginensem ecclesiam & Carthaginensis provinciæ coepiscopos nostros, quos ad sedem apostolicam, quam beatus illustras, de hac caussa scripsisse comperimus. *Et alia manu* : Memor nostri in Dei gratia augearis, domine beatissime, meritoque venerabilis & in Christo honorande, sancte papa.

*a* Rom. IX. 16. *b* I. Cor. X. 13. *c* Luc. XXII. 32. *d* Matth. XXIV. 41. *e* Rom. V. 12. *f* I. Cor. XV. 22.

1. Edit. Rom. & concil. *si nullis*, quibus suffragantur mss. Deinde apud Garn. & August. *innoventur*. Lectioni *etsi nullis* favet illud superioris epistolæ n. 5. *promittentes* ETIAMSI *non baptizentur, habituros vitam æternam*. Inde etiam perspicuum est *gratiæ Christianæ sacramenta* heic baptismum vocari.

2. Pro *nequaquam*, Garner. substituit *nequam* : quod exinde in edit. Aug. translatum. Ambiguitas tolletur, si legeris *præsumtione nequaquam Christiana*.

3. Garner. *non sustinent*, adjecta particula negante præter veterum codicum fidem ac citra necessitatem.

4. Apud Quesn. & Aug. *te ita permoveant*.

5. Rem ita narrat Mar. Mercator Common. c. 1. edit. Baluz. p. 133. Cælestius de sex capitulis in Carthaginensi concilio accusatus, eaque damnare jussus, sed *nullo modo acquiescens, ecclesiastica communione privatus est. A qua sententia ad Romani episcopi examen credidit appellandum : qua mox idem appellatione neglecta, Ephesum Asiæ urbem contendit, ibique ausus est per obreptionem locum presbyterii petere*. Antea circa exitum anni 411. teste Augustino epist. 157. n. 22. Carthagine constitutus, *in ejusdem civitatis ecclesia jam ad presbyterii honorem subrepere cœperat, sed fidelissima libertate fratrum, propter has ipsas contra Christi gratiam disputationes usque ad judicium episcopale perductus est*. Exstat ad eum Nestorii epistola apud Mar. Mercatorem pag. 131. *honorabili & religiosissimo presbytero Cælestio* inscripta.


6. Quia scilicet Carthaginensis ecclesia seu synodus superiori epistolæ 26. gesta subnexuerat alterius concilii super Cælestii nomine ante annos ferme quinque Carthagine habiti. Cum & hæc Milevitani concilii epistola, & illa Carthaginensis per eumdem episcopum Julium delatæ, simul Innocentio traditæ fuerint, nil opus erat ut pro *melius instruitur*, Garn. de suo substitueret *melius instruetur*.

7. Unus ms. *dignabitur*. In novam August. editionem *dignetur*, mera librarii oscitantia irrepsit.

8. Iisd. mss. *de clarum*, ( ex imperitia librarii, qui in exemplari suo legerat *de scarum*, hoc est *de sanctarum*. Capucin. secundis curis, *declaratione sacrarum* ) *Scripturarum depromta*. Inde in edit. Rom. & concil. factum fuerat, *de claro Scripturarum lumine depromtæ*. Lectionem sinceriorem suppeditant meliores mss. Heic declarant Milevitani concilii patres Romani pontificis auctoritatem ipsa Scripturarum auctoritate fulciri.

9. Edit. Rom. & Garn. omittunt *Carthaginensem ecclesiam &* : quæ verba ex aliis libris restituuntur.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 410.



# [1] EPISTOLA XXVIII.

## EPISCOPORUM QUINQUE

ad Innocentium papam.

*Pelagii retegunt ac refutant hæresim, qua ad cupiditates domandas, tentationesque vincendas, necnon ad perficienda Dei mandata, solam sibi naturam humanam per liberum arbitrium sufficere contendebat: ac sicubi gratiam prædicaret, eum ibi vel liberum arbitrium, vel peccatorum remissionem, vel legis præceptum intelligere, aliudque proprio gratiæ nomine a fidelibus intelligi ostendunt. Quod item ait, hominem posse sine peccato esse si velit, quo sensu vere, quove, etiamsi non sine errore, tolerabiliter tamen dicatur, explicant.*

Domino beatissimo, meritoque honorandissimo fratri INNOCENTIO papæ, AURELIUS, ALYPIUS, AUGUSTINUS, EVODIUS, & POSSIDIUS in Domino salutem.

I. DE conciliis duobus, provinciæ Carthaginensis atque Numidiæ, ad tuam sanctitatem a non parvo episcoporum numero subscriptas litteras misimus contra inimicos gratiæ Christi, qui confidunt in virtute sua, & creatori nostro quodam modo dicunt: Tu nos fecisti homines, justos autem ipsi nos fecimus: qui naturam humanam ideo dicunt liberam, ne quærant liberatorem; ideo salvam, ut superfluum judicent salvatorem. Tantum enim dicunt valentem, ut suis viribus semel in origine suæ creationis acceptis, possit per liberum arbitrium, nihil ulterius adjuvante illius gratia qui creavit, domare & exstinguere omnes cupiditates, tentationesque superare. Multique eorum insurgunt adversum nos, & dicunt animæ nostræ: [a] *Non est salus illi in Deo ejus*. Familia Christi quæ dicit: [b] *Quando infirmor, tunc* [2] *fortis sum*; & cui dicit Dominus ejus: [c] *Salus tua ego sum*, suspenso corde cum timore & tremore adjutorium Domini etiam per caritatem tuæ venerationis exspectat.

II. Audivimus enim esse in urbe Roma, ubi ille [3] diu vixit, nonnullos qui diversis caussis ei faveant: quidam scilicet, quia [4] eis talia persuasisse perhibetur; plures vero qui eum talia sentire non credunt; præsertim quia in Oriente, ubi degit, gesta ecclesiastica facta esse jactantur, quibus putatur esse purgatus: ubi quidem si episcopi eum catholicum pronuntiarunt, non ob aliud factum esse credendum est, nisi quia se dixit Dei gratiam confiteri, & ita posse hominem suo labore ac voluntate juste vivere, ut ad hoc adjuvari Dei gratia non negaret. His enim auditis verbis, catholici antistites nullam aliam Dei gratiam intelligere potuerunt, nisi quam in libris Dei legere, & populis Dei prædicare consueverunt, eam utique de qua dicit Apostolus: [d] *Non irritam facio gratiam Dei; nam si per Legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est*: sine dubio gratiam qua justificamur ab iniquitate, & qua salvamur ab infirmitate; non qua creati sumus cum propria voluntate. Nam si intellexissent illi episcopi eam illum dicere gratiam, quam etiam cum impiis habemus, cum quibus homines sumus; negare vero eam, qua Christiani & filii Dei sumus: quis eum patienter catholicorum sacerdotum non dicimus audiret, sed [5] ante oculos suos ferret? Quapropter non culpandi sunt judices, quia ecclesiastica consuetudine nomen gratiæ audierunt, nescientes quid hujusmodi homines vel in suæ doctrinæ libris, vel in suorum solent auribus spargere.

III. Non agitur de uno Pelagio, qui jam fortasse correctus est, quod utinam ita sit! sed de tam multis, quibus loquaciter contendentibus, & infirmas atque ineruditas animas velut [6] convinctas trahentibus, firmas autem & in fide stabiles ipsa contentione fatigantibus, usquequaque jam plena sunt omnia. Aut ergo a tua veneratione accersendus est Romam, & diligenter interrogandus, quam dicat gratiam, qua fateatur, si tamen jam fateatur, ad non peccandum justeque vivendum homines adjuvari: aut hoc ipsum cum eo per litteras agendum. Et cum inventus fuerit hanc dicere, quam docet ecclesiastica & apostolica veritas, tunc sine ullo scrupulo Ecclesiæ, sine latibulo ambiguitatis ullius, absolvendus est, tunc est re vera de ejus purgatione gaudendum.

*a* Psalm. III. 3. *b* II. Cor. XII. 10. *c* Psalm. XXXIV. 3. *d* Gal. II. 21.

1. Scripta anno 416. Ab Augustino lib. de peccato orig. c. 9. epist. olim 47. nunc 215. ad Valentinum n. 12. hæc epistola memoratur ut *a quinque episcopis* scripta. Quocirca *quinque episcoporum* non male in edit. concil. inscripta fuit. Ab eodem Doctore epist. olim 106. nunc 186. n. 2. ad discrimen superiorum, quæ synodicæ sunt, *familiaris* appellatur.

2. Unus codex Colb. *tunc fortior sum*: quod & alter primum videtur habuisse.


3. Pelagius.

4. Ita Quesn. ex ms. Oxon. & exinde nova Aug. editio: quibus consentanea sunt quæ Innocentius rescribit. At Merl. & Crab. *qui nobis talia persuasisse perhibentur*: ubi Crab. ad marg. addidit, *qui vos & quia vos*. Exinde edit. Rom. & aliæ concil. *quia vos talia persuasisse perhibent*. Similia præ se ferunt mss. nisi quod pro *perhibent*, in plerisque exstat *perhibentur*, & in uno Colb. atque altero Vatic. *perhibetur*. In hoc præterea legere est *quia vobis*. Unde commode confici posset hæc lectio: *quia vobis talia persuasisse perhibetur*. Nempe Pelagiani, teste Possidio c. 18. *perfidiam suam per suam ambitionem persuadere conabantur sanctæ sedi*. Et quod non valuerunt perficere, hoc se perfecisse mendaciter jactitarunt. Inter eos autem quibus prava dogmata sua Romæ persuasisse se gloriabantur, præcipuus erat Xystus tunc presbyter, ac postea summus pontifex, cui post detectam calumniam Augustinus epist. alias 104. nunc 191. n. 1. ita gratulatur: *Quid enim gratius legi vel audiri potest, quam gratiæ tam pura defensio adversus inimicos ejus, ex ore ejus qui eorumdem inimicorum magni momenti patronus jactabatur?* Vide & ejusdem epistolam 194. n. 1.

5. Duo mss. Colb. *tantum ante oculos*: majori quadam emphasi. Quomodo Pelagius in memorata synodo gratiam Dei confessus sit, Augustinus lib. de gestis ipsius Pelagii c. 6. & 7. exponit: subindeque cap. 10. explicat unde eum ibi subdole gratiam Dei confessum esse deprehenderit.

6. Merlin. *conjunctas*. Edit. Rom. recentioresque concil. & Garner. *convictas*. Nova Augustini editio, *vinctas*. Præferimus cum Crab. ac potioribus mss. *convinctas*, quasi simul vinctas. Non displiceret *devinctas*, propter illud quod Innocentius epist. 31. n. 2. rescribit: *Si ergo sunt aliqui, quos in defensionem perversitas tanta devinxit*. Et huic quidem verbo propius accedit quod in exemplis Isid. legimus, *pervinctas*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



IV. Sive enim dixerit, gratiam esse liberum[1] arbitrium, sive gratiam esse remissionem peccatorum, sive gratiam esse legis præceptum; nihil eorum dicit, quod per subministrationem Spiritus sancti pertinet ad concupiscentiam tentationesque vincendas, quem [a] ditissime effudit super nos [b] qui adscendit in cælum, & captivans captivitatem dedit dona hominibus. Hinc enim oramus ut peccatorum tentationem superare possimus, ut [c] Spiritus Dei, unde pignus accepimus, adjuvet infirmitatem nostram. Qui autem orat & dicit: [d] *Ne nos inferas in tentationem*, non utique id orat ut homo sit, quod est natura; neque id orat ut habeat liberum arbitrium, quod jam accepit cum crearetur ipsa natura; neque orat remissionem peccatorum, quia hoc superius dicitur: [e] *Dimitte nobis debita nostra*; neque orat ut accipiat mandatum: sed plane orat ut faciat mandatum. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc est, in tentatione defecerit, facit utique peccatum quod est contra mandatum. Orat igitur ut non peccet, hoc est, ne quid faciat mali: quod pro Corinthiis orat Apostolus, dicens: [f] *Oramus autem ad Dominum ne quid faciatis mali*. Unde satis apparet, quod ad non peccandum, id est, ad non male faciendum; quamvis esse non dubitetur [1] arbitrium voluntatis, tamen ejus potestas non sufficiat, nisi adjuvetur infirmitas. Ipsa igitur oratio, clarissima est gratiæ testificatio. Hanc ille confiteatur, & eum gaudebimus sive rectum, sive correctum.

V. Distinguenda est lex & gratia. Lex jubere novit, gratia juvare. Nec lex juberet, nisi esset voluntas: nec gratia juvaret, si sat esset voluntas. Jubetur ut habeamus intellectum, ubi dicitur: [g] *Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*: & tamen oramus ut habeamus intellectum, ubi dicitur: [h] *Da mihi intellectum, ut discam mandata tua*. Jubetur ut habeamus sapientiam, ubi dicitur: [i] *Stulti aliquando sapite*: & tamen oratur ut sapientiam habeamus, ubi dicitur: [k] *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat; & dabitur ei*. [2] Jubetur ut habeamus continentiam, ubi dicitur: [l] *Cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum: adii Dominum, & deprecatus sum illum*. Postremo ne nimium longum sit cuncta percurrere, jubetur ut non faciamus malum, ubi dicitur: [m] *Declina a malo*: & tamen

A oratur ut non faciamus malum, ubi dicitur: [n] *Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali*. Jubetur ut faciamus bonum, ubi dicitur: [o] *Declina a malo, & fac bonum*: & tamen oratur ut faciamus bonum, ubi dicitur: [p] *Non cessamus pro vobis orantes & postulantes*. Atque inter cetera, quæ illis orat, dicit: [q] *Ut ambuletis digne Deo in omne placitum, in omni opere & sermone bono*. Sicut ergo agnoscimus voluntatem cum hæc præcipiuntur; sic & ipse agnoscat gratiam cum petuntur.

VI. Misimus reverentiæ tuæ librum, quem dederunt quidam religiosi & honesti adolescentes servi Dei, quorum etiam nomina non tacemus; nam B Timasius & Jacobus vocantur. Qui, sicut audivimus, & etiam nosse dignaris, ipsius Pelagii exhortatione spem quam habebant in sæculo reliquerunt, & nunc continentes Deo serviunt. Qui cum eodem errore tandem aliquando per qualemcumque operam nostram Domino inspirante caruissent, protulerunt eumdem librum, Pelagii esse dicentes, & ut ei responderetur, impendio rogaverunt. Factum est: ad eosdem rescripta est ipsa [3] responsio: agentes gratias[4] rescripserunt. Utrumque misimus, & cui responsum est, & quod responsum est. Et ne nimium essemus onerosi, signa fecimus his locis, ubi petimus inspicere ne graveris, quemadmodum, sibi objecta quæstione quod gratiam Dei negaret, ita C respondit, ut eam esse non diceret, nisi naturam in qua nos condidit Deus.

VII. Si autem hunc esse suum librum negat, aut eadem in libro loca, non contendimus: anathemet illa, & eam confiteatur apertissime gratiam, quam doctrina Christiana demonstrat, & prædicat esse propriam Christianorum, quæ non est natura, sed qua salvatur natura: [5] quæ naturam non auribus sonante doctrina, vel aliquo adjumento visibili fovet sicut plantator quodam modo & irrigator extrinsecus, sed subministratione Spiritus & occulta misericordia, sicut facit ille, [r] qui dat incrementum Deus. Etsi enim quadam non D improbanda ratione dicitur gratia Dei qua creati sumus, ut non nihil essemus, nec ita essemus aliquid, ut cadaver quod non vivit, aut arbor quæ non sentit, aut pecus quod non intelligit; sed homines, qui & essemus, & viveremus, & sentiremus, & intelligeremus; & de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere [6] valeamus; unde merito & ista gratia dici potest, quia non præceden-

*a* Tit. III. 6. *b* Ephes. IV. 8. *c* Rom. VIII. 26. *d* Matth. VI. 13. *e* Ibid. ℣. 12. *f* II. Cor. XIII. 7. *g* Psal. XXXI. 9. *h* Psal. CXVIII. 125. *i* Psal. XCIII. 8. *k* Jac. I. 5. *l* Sap. VIII. 21. *m* Psal. XXXVI. 27. *n* II. Cor. XIII. 7. *o* Psal. XXXVI. 27. *p* Coloss. I. 9. *q* Ibid. ℣. 10. *r* I. Cor. III. 7.

1. In edit. Rom. & concil. heic additur *liberum*, ex abundanti & præter fidem mss. Quod episcopi paullo superius *liberum arbitrium* non addita voce *voluntatis*, nunc *arbitrium voluntatis*, non præmisso epitheto *liberum*, vocant. Hinc & initio num. 5. ajunt: *Nec lex juberet, nisi esset voluntas; nec gratia juvaret, si sat esset voluntas*, jam sola voluntatis mentione facta.

2. Ita Merl. Crab. & Garner. ac nostri mss. Heic tamen aliquid desiderari manifestum est. Quocirca editor Romanus istud intra uncinos altero charactere adjecit: (*Heic aliquid deest ejusmodi: Sint lumbi vestri præcincti: & tamen oramus eam dari nobis ubi dicitur.*) Quod & postea in quibusdam aliis editionibus retentum. Additamenti hujus loco Quesn. substituit. *A voluptatibus tuis avertere, & tamen oratur ut habeamus continentiam, ubi dicitur.* Neutrum supplementum placet. Quo autem pacto resarciendus sit hic locus, ex alio simili Augustini expiscari licet. Is Doctor epist. 147. ad Hilarium n. 9. idem argumentum pertractans ita scribit: *Cum dicit Lex, Non concupisces, quid videtur aliud imperare, nisi ab illicitis cupiditatibus continentiam? . . . & tamen oratur ut habeamus continentiam, ubi dicitur, Cum scirem quia nemo potest esse continens* &c. Moxque concludit: *Jubet ergo Deus continentiam, & dat continentiam*. E Ad mentem igitur Augustini integer fiet hic noster locus, si restituamus: *Jubetur ut habeamus continentiam, ubi dicitur, Non concupisces: & tamen oratur ut habeamus continentiam, ubi dicitur, Cum scirem* &c. Proxima earumdem vocum repetitio, secunda lacunarum seges, huic occasionem dedit.

3. Liber Augustini *de natura & gratia*.

4. Epist. ad Augustinum, nunc CLXVIII.

5. Ita hic locus in novissima Augustini editione e ms. Vaticano, cui & duo Colb. favent, instauratus fuit. In aliis autem libris, Merlini editione excepta, desideratur *quæ naturam ... fovet*. Ex tribus illis vocibus solam primam Quesn. retinuit. Deinde in iisdem libris, necnon in Merlini editione, *sicut plantatur quodammodo & irrigatur*, nisi quod Quesn. particulam *sicut* expunxit.

6. Edit. Rom. *agere debeamus*: corrigitur ex aliis libris.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 410.



tium aliquorum operum meritis, sed gratuita Dei bonitate donata est: alia est tamen, qua prædestinati vocamur, justificamur, glorificamur, ut dicere possimus: [a] *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.*

VIII De hac gratia quæstio vertebatur, quando ab his, quos Pelagius graviter offendebat atque turbabat, dicebatur ei, quod eam suis disputationibus oppugnaret, quibus assereret non solum ad facienda, verum etiam ad perficienda mandata divina, per liberum arbitrium humanam sibi sufficere naturam. Hanc apostolica doctrina gratiam [1] isto nomine appellat, qua salvamur & justificamur ex fide Christi. De hac scriptum est: [b] *Non irritam facio gratiam Dei. Nam si per Legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est.* De hac scriptum est: [c] *Evacuati estis a Christo, qui in Lege justificamini, a gratia excidistis.* De hac scriptum est: [d] *Si autem gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non est gratia.* De hac scriptum est: [e] *Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: ei autem, qui non operatur, credenti autem in eum qui justificat impium, deputatur fides ejus ad justitiam.* Et multa alia, quæ melius potes ipse meminisse, & intelligere prudentius, & illustrius prædicare. Illam vero gratiam, qua creati sumus homines, etiamsi ita appellandam non immerito intelligimus, mirum est tamen si ita appellatam in ullis legitimis, propheticis, evangelicis, apostolicisque litteris legimus.

IX. Cum itaque de hac gratia, Christianis fidelibus catholicisque notissima, illi objiceretur quæstio, ut eam oppugnare desineret; quid est quod cum hoc sibi in libro suo velut ab adversante persona idem ipse objecisset, ut se respondendo purgaret, nihil aliud respondit, nisi naturam [2] creati hominis referre gratiam creatoris; atque ita se dicere, sine peccato impleri posse justitiam per liberum arbitrium cum adjutorio divinæ gratiæ, quod Deus hoc dederit homini ipsa possibilitate naturæ?

X. Cui merito respondetur: [f] *Ergo evacuatum est scandalum crucis.* [g] *Ergo Christus gratis mortuus est.* [3] Num enim, si non [h] moreretur propter delicta nostra & resurgeret propter justificationem nostram, nec [i] adscenderet in altum & captivans captivitatem daret dona hominibus, ista naturæ possibilitas, quam defendit, in hominibus non esset? An forte Dei mandatum deerat, & ideo Christus mortuus est? Immo jam & [k] hoc erat sanctum & justum & bonum. Jam dictum fuerat: [l] *Non concupisces:* jam dictum fuerat: [m] *Diliges proximum tuum tamquam te ipsum.* In quo sermone Apostolus omnem legem dicit [n] impleri. Et quoniam nisi diligat Deum, nemo diligit se ipsum; ideo Dominus [o] in his duobus præceptis totam legem Prophetasque dicit pendere. Quæ duo præcepta jam erant hominibus divinitus data. An æternum præmium justitiæ promissum nondum erat? Hoc ipse non dicit, qui in suis litteris posuit, etiam in veteri Testamento regnum cælorum esse promissum. Si ergo ad faciendam perficiendamque justitiam jam erat naturæ possibilitas per liberum arbitrium, jam erat legis Dei sanctum & justum bonumque mandatum, jam erat promissum præmium sempiternum: ergo Christus gratis mortuus est.

XI. Ergo neque per legem justitia, neque per naturæ possibilitatem; sed ex fide ac dono Dei per Jesum Christum Dominum nostrum unum mediatorem Dei & hominum. Qui nisi in plenitudine temporis [p] mortuus esset propter delicta nostra, & resurrexisset propter justificationem nostram; profecto & antiquorum fides evacuaretur, & nostra, Fide vero evacuata, quæ homini justitia remaneat, cum [q] justus ex fide vivat? Ex quo enim [r] per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt: procul dubio [s] a corpore mortis hujus, ubi [t] lex alia repugnat legi mentis, neminem liberavit aut liberat [4] sua possibilitas, quæ perdita, redemtore indiget: saucia, salvatore: sed gratia Dei per fidem [u] unius mediatoris Dei & hominum, hominis Christi Jesu; qui & Deus cum esset, hominem fecit, & manens Deus, homo factus refecit ipse quod fecit.

XII. Puto autem quod eum lateat, fidem Christi quæ postea in revelationem venit, in occulto fuisse temporibus patrum nostrorum; per quam tamen etiam ipsi Dei gratia liberati sunt, quicumque omnibus generis humani temporibus liberari potuerunt, occulto judicio Dei, non tamen vituperabili. Unde dicit Apostolus: [x] *Habentes autem eumdem spiritum fidei* (utique eumdem, quem & illi) *secundum quod scriptum est,* [y] *Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur.* Inde est, quod ait ipse mediator: [z] *Abraham concupivit videre diem meum; & vidit, & gavisus est.* Inde Melchisedech [a], prolato sacramento mensæ Dominieæ, novit æternum ejus sacerdotium figurare. Jam vero data in litteris Lege, quam dicit Apostolus [b] subintrasse ut abundaret delictum, & de qua dicit: [c] *Si ergo ex Lege hereditas, jam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus. Quid igitur Lex?*

*a* Rom. VIII. 3. *b* Gal. II. 21. *c* Gal. V. 4. *d* Rom. XI. 6. *e* Rom. IV. 4. 5. *f* Gal. V. 11.
*g* Gal. II. 21. *h* Rom. IV. 25. *i* Ephes. IV. 8. Psalm. LXVII. 19. *k* Rom. VII. 12.
*l* Exod. XX. 17. *m* Levit. XIX. 18. *n* Rom. XIII. 19. *o* Matth. XXII. 40. *p* Rom. IV. 25.
*q* Rom. I. 17. Gal. III. 11. Heb. X. 38. Hab. II. 4. *r* Rom. V. 12. *s* Rom. VII. 24.
*t* Ibid. ℣. 21. *u* I. Tim. II. 5. *x* II. Cor. IV. 13. *y* Psalm. CXV. 1. *z* Joan. VIII. 56.
*a* Gen. XIV. 18. *b* Rom. V. 20. *c* Gal. III. 18. &c.

1. Apud Merl. Crab. & in Augustini editione heic adjicitur *non immerito*.

2. Solus Quesn. *naturam creati referri ad gratiam creatoris*. Istud *referre*, id est quod in se exhibere ac repræsentare. Ipsa Pelagii verba Augustinus lib. de nat. & grat. c. 51. exscribit ac refert in hunc modum: *Ipsa non peccandi possibilitas non tam in arbitrii potestate, quam in naturæ necessitate est. Quidquid in naturæ necessitate positum est, ad naturæ pertinere non dubitatur auctorem, utique Deum. Quomodo ergo absque Dei gratia dici existimatur, quod ad Deum proprie pertinere monstratur?* Ibi, inquit statim Augustinus, *expressa est sententia quæ latebat. Ideo Dei gratiæ tribuit non peccandi possibilitatem, quia ejus naturæ Deus auctor est, cui possibilitatem non peccandi inseparabiliter insitam dicit.*

3. Edit. Rom. & concil. *Non enim*. Subinde Merl. & Crab. *nec ascendisset in altum & captivans*; edit. Rom. & Lab. *nec ascendens in altum, captivans*.

4. In quibusdam mss. mendose, *suæ possibilitas*. Hinc antiquario data occasio secundis curis in Navarreo ac forte in aliis addendi *naturæ*. Unde & in editis, excepto Aug. obtinuit *suæ possibilitas naturæ*. Infra in epistola 29. Innocentii n. 3. lecturi sumus, *quasi ex nostra in totum simus possibilitate* (non addito *naturæ* vocabulo) *perfecti*. Vide infra epist. 30. n. 4.



*Transgressionis gratia* [1] *posita est, donec veniret semen cui promissum est, dispositum per Angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, Deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa Dei? Absit. Si enim data esset Lex quæ posset vivificare, omnino ex Lege esset justitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus.* Nonne satis ostenditur hoc actum esse per Legem, ut peccatum agnosceretur, & prævaricatione augeretur? [a] *Ubi enim lex non est, nec prævaricatio:* & sic adversus victoriam peccati ad divinam gratiam, quæ in promissionibus est, confugeretur: atque ita Lex non esset adversus promissa Dei, quia ideo per illam fit cognitio peccati, & ex prævaricatione Legis abundantia peccati, ut ad liberationem quærantur promissiones Dei, quod est gratia Dei; & incipiat esse in homine justitia, non sua, sed Dei, hoc est, data dono Dei.

XIII. Quam etiam nunc quidam, [b] *ignorantes Dei justitiam*, sicut & tunc de Judæis dictum est, *& suam volentes constituere, justitiæ Dei non sunt subjecti*. Per Legem quippe & illi justificari se arbitrantur, sufficiente sibi ad eam custodiendam libero arbitrio, hoc est, justitia sua prolata ex natura humana, non donata ex gratia divina, propter quod justitia Dei dicitur. Unde item scriptum est: [c] *Per Legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine Lege justitia Dei manifestata est, testificata per Legem & Prophetas.* Cum dicit *manifestata est*, ostendit quia & tunc erat, sed tamquam illa pluvia quam Gedeon impetravit [d], tunc velut in vellere occulta, nunc autem velut in area manifesta. Cum ergo Lex sine gratia, non mors peccati potuisset esse, sed virtus; sic enim dictum est, [e] *Aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati Lex*: sicut confugiunt multi a facie regnantis peccati ad gratiam, velut in area nunc patentem; ita pauci ad eam confugiebant velut in vellere tunc latentem. Hæc vero temporum distributio refertur ad altitudinem divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, de qua dictum est: [f] *Quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!*

XIV. Quapropter [2] si & ante tempus Legis, & tempore ipso Legis, justos patres ex fide viventes, non possibilitas naturæ infirmæ & [3] indigæ ac vitiatæ & sub peccato venumdatæ, sed Dei gratia per fidem justificabat, & nunc eadem in apertum

A jam veniens revelata justificat; anathemet ergo Pelagius scripta sua, ubi contra eam, etsi non per contumaciam, tamen per ignorantiam disputat, possibilitatem defendendo naturæ ad vincenda peccata, & implenda mandata. Aut si ea sua esse negat, aut scriptis suis ab inimicis suis dicit immissa, quæ sua negat, anathemet ea tamen & damnet paterna exhortatione & auctoritate sanctimoniæ tuæ. Si vult ergo, onerosum sibi & perniciosum discat [4] Ecclesiæ scandalum auferre: quod scandalum auditores & in perversum dilectores ejus usquequaque spargere non quiescunt. Si enim cognoverint eumdem librum, quem illius vel putant esse, vel norunt, episcoporum catholicorum auctoritate, &

B maxime sanctitatis tuæ, quam apud eum esse majoris ponderis minime dubitamus, ab eodem ipso esse anathematum atque damnatum; non eos ulterius existimamus ausuros, loquendo contra gratiam Dei quæ revelata est per passionem & resurrectionem Christi, pectora fidelia & simpliciter Christiana turbare: sed potius, adjuvante misericordia Domini, concertantibus nobiscum caritate ac pietate flagrantibus orationibus tuis, non solum ut in æternum beati, verum etiam justi & sancti sint, [5] non in sua virtute, sed in eadem gratia confisuros. Unde & ad ipsum scriptam ab uno nostrum epistolam, ad quem per quemdam Orientalem diaconum, civem autem Hipponensem, tamquam pur-

C gationis suæ [6] quædam scripta transmisit, tuæ beatitudini potius credidimus dirigendam, melius judicantes & petentes, ut eam [7] ei mittere ipse digneris. Sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in illa eum qui misit, quam qui scripsit attendens.

XV. Illud vero quod dicunt, posse hominem esse sine peccato, & mandata Dei facile custodire si velit, quamvis cum hoc per adjutorium gratiæ, quæ tamen per incarnationem Unigeniti ejus revelata atque donata est, dicitur, tolerabilius dici videatur: tamen quoniam non immerito [8] movere potest, ubi & quando per eamdem gratiam id ef-

D ficiatur in nobis, ut sine ullo prorsus peccato simus, utrum in hac vita, quando [g] caro concupiscit adversus spiritum; an vero in illa, cum fiet sermo qui scriptus est: [h] *Ubi est mors victoria tua? ubi est mors aculeus tuus? aculeus enim mortis peccatum est;* diligentius pertractandum propter alios quosdam, [9] qui senserunt, atque in suis litteris memoriæ mandaverunt, etiam in hac vita esse posse

*a* Rom. IV. 15. *b* Rom. X. 3. *c* Rom. III. 21. *d* Iudic. VI. 37. *e* I. Cor. XV. 56. *f* Rom. XI. 33. *g* Gal. V. 17. *h* I. Cor. XV. 55.

1. Apud Quesn. & Aug. ut in ms. Pith. *proposita est*.

2. Particulam *si*, pro qua Garner. substituit *sic*, Quesn. penitus expunxit.

3. Edit. Rom. & concil. ac plures mss. *indignæ*: quod factum ex *indiguæ*; sic enim verbum *indigæ* antiquis pingere placebat.

4. Pith. ms. *Ecclesia*: mendose. Totum hunc locum Quesn. ita vulgavit: *si non vult; onerosum sibi & perniciosum esse discat Ecclesiæ scandalum afferre, quod auditores*: præter omnium codicum fidem & Innocentii mentem. Lectio autem, quam minus rectam judicavit, cum antecedentibus & consequentibus apprime cohæret. Nempe episcopi quinque Pelagio auctores sunt, ut discat quo pacto scandalum & onerosum sibi, & Ecclesiæ perniciosum auferat. Nec illud auferendum dubitant, statim ut librum ipsius nomine vulgatum, ab ipsomet damnatum esse discipuli ejus cognoverint.

5. Apud Quesn. heic additur verbum *conari*: quod rectius abest ab aliis libris.

6. Neque heic Quesnello opus erat adjicere verbum *caussa*. Hunc locum alter ille libri Augustini de gestis Pelagii c. 32. illustrat: *In chartula defensionis suæ, quam mihi per quemdam Charum nostrum Hipponensem civem, Orientalem autem diaconum misit, fecit aliquid quod aliter se habeat quam gestis episcopalibus continetur. Quod autem habent gesta, longe me-*

E *lius est ac firmius & enodatius pro catholica veritate contra illius hæresis pestem.* Ex quo manifestum est, Pelagium vocasse, *purgationis suæ scripta* vel *gesta* (seu ut loquitur Augustinus epist. olim 252. nunc 179. n. 7. *quamdam a se conscriptam velut defensionem suam, qua se dixit objectis respondisse Gallorum*) quæ ad Augustinum miserat adulterata Diospolitanæ synodi gesta. De his rursum Augustinus in eodem libro de gestis Pelagii c. 29. ita loquitur: *Quælibet purgationis suæ gesta protulerit*. Neque hinc minus perspicuum est, ab episcopis quinque *unius nostrum* nomine Augustinum intelligi, cujus quidem epistola tunc missa excidit, & ad nos non pervenit.

7. Quesn. cum uno ms. Colb. & Pith. *ut eam emittere*. Sanior est lectio librorum aliorum.

8. Merl. & Crab. *quoniam merito quæri potest*. Retinuit Quesn. *quæri potest*: quod in nullo offendimus ms. Pro *quæri*, Crab. ad marg. annotavit *debere*, quod & Pith. ms. habet in textu.

9. S. Ambr. in *Luc.* l. 6.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.

hominem ſine peccato, non ab initio nativitatis ſuæ, ſed converſione a peccatis ad juſtitiam, & a [1] via reproba ad bonam vitam. Sic enim intellexerunt quod de Zacharia & Eliſabeth ſcriptum eſt, [a] ambulaſſe eos *in omnibus juſtificationibus Domini ſine querela*. Hoc quod dictum eſt *ſine querela*, ſine peccato, dictum acceperunt, non quidem negantes, immo etiam, quod aliis locis in litteris eorum invenitur, pie confitentes adjutorium gratiæ Domini noſtri, non per naturalem ſpiritum hominis, ſed per principalem Spiritum Dei. Qui parum videntur conſideraſſe, ipſum Zachariam fuiſſe utique ſacerdotem. Omnes autem tunc ſacerdotes [b] neceſſe habebant ex lege Dei, primitus pro peccatis ſuis offerre ſacrificium, deinde pro populi. Sicut ergo nunc [2] per orationis ſacrificium convincimur non eſſe ſine peccato, quoniam juſſi ſumus dicere: [c] *Dimitte nobis debita noſtra*: ita & tunc per ſacrificia victimarum animalium convincebantur ſacerdotes ſine peccato non eſſe, qui pro ſuis peccatis jubebantur offerre. Quod ſi res ita ſe habet, ut per gratiam Salvatoris proficiamus quidem in hac vita, deficiente cupiditate, caritate creſcente; perficiamur autem in illa vita, cupiditate exſtincta, caritate completa: profecto illud quod ſcriptum eſt: [d] *Qui* [3] *natus eſt ex Deo, non peccat*, ſecundum ipſam caritatem dictum eſt, quæ ſola non peccat. Ad nativitatem quippe, quæ ex Deo eſt, augenda & perficienda caritas pertinet, non ea quæ minuenda eſt & conſumenda cupiditas: quæ tamen, quam diu [e] eſt in membris noſtris, lege quadam ſua repugnat legi mentis. Sed natus ex Deo, nec obediens deſideriis ejus, nec [f] exhibens membra ſua arma iniquitatis peccato, poteſt dicere: [g] *Jam non ego operor illud, ſed illud quod habitat in me peccatum.*

XVI. Sed quoquo modo ſe habeat iſta quæſtio, quia etſi non invenitur homo in hac vita ſine peccato, id tamen dicitur poſſe fieri per adjutorium gratiæ & Spiritus Dei, quod ut fiat, conandum atque poſcendum eſt; tolerabiliter in eo quiſque fallitur; nec diabolica impietas, ſed error humanus eſt elaboranda & optanda affirmare etiam ſi quod affirmat non poſſit oſtendere. Id enim credit fieri poſſe, quod certe laudabile eſt velle. Nobis autem ſufficit, quod nullus in Eccleſia Dei fidelium reperitur in quolibet [4] profectu excellentiaque juſtitiæ, qui ſibi audeat dicere, non neceſſariam precationem orationis Dominicæ, [h] *Dimitte nobis debita noſtra*; & [i] dicat ſe non habere peccatum, ne ſe ipſum decipiat, & in eo veritas non ſit, quamvis jam ſine querela vivat. Non enim [5] qualecumque etiam tentationis humanæ, ſed grave peccatum eſt, quod in querelam venit.

XVII. Cetera quæ illi objecta ſunt, ſicut geſtis defenſa perviderit, ita de his procul dubio tua beatitudo judicabit. Dabit ſane nobis veniam ſuavitas mitiſſima cordis tui, quod prolixiorem epiſtolam fortaſſis, quam velles, tuæ miſimus ſanctitati. Non enim rivulum noſtrum tuo largo fonti augendo refundimus; ſed in hac [6] non parva tentatione temporis, unde nos liberet cui dicimus, *Ne nos inferas in tentationem*, utrum etiam noſter licet exiguus ex eodem, quo etiam tuus abundans, emanet capite fluentorum, hoc a te probari volumus, tuiſque reſcriptis de communi participatione unius gratiæ conſolari.

*a* Luc. I. 6. *b* Lev. IX. 7. Hebr. VII. 27. *c* Matth. VI. 12. *d* I. Joan. III. 9. *e* Rom. VII. 23. *f* Rom. VI. 13. *g* Rom. VII. 20. *h* Matth. VI. 12. *i* I. Joan. I.

1. Apud Garn. & Aug. *a vita*. Ad eorum, de quibus heic ſermo eſt, opinionem aliquando acceſſit Pelagius. Eum enim Auguſtinus epiſt. olim 252. nunc 179. n. 7 iſtud ad ſe ſcripſiſſe narrat: *Non diximus quoniam inveniatur quis ab infantia uſque ad ſenectam, qui numquam peccaverit; ſed quoniam a peccato converſus labore proprio, & gratia Dei adjutus, poteſt abſque peccato eſſe*. Sed in hac ſententia eum non ſemper ſtetiſſe idem Doctor in eadem epiſtola n. 8. probat.

2. In uno e mſs. Colb. *per orationes ſacrificiorum*.

3. Idem mſ. *Qui ex Deo eſt*. Alter Colb. cum Pith. *Ex Deo*, omiſſis verbis *Qui natus eſt*.

4. Edit. Rom. & concil. *profectu excellenti atque juſtitia*. Garner. ac mſs. Iſid. *profectu, excellentia atque juſtitia*: corriguntur ex Queſn. Auguſt. & potioribus mſs.

5. Merl. & Queſn. cum uno mſ. Colb. & Pith. *qualeſcumque etiam tentationes*. Verior eſt ceterorum codicum lectio, qua eos qui ſine querela vivere prædicantur, a gravibus quidem peccatis, ſed non item a levibus, quæ tentatione ſeu fragilitate humana contrahimus, immunes intelligendos eſſe edocemur.

6. In duobus mſ. Colb. *non cum parva*. In ceteris, *non comparva*. Apud Auguſt. *non tamen parva*. At Merl. & Crab. poſt ſuperius verbum *refundimus*, proxime ſubjiciunt, *verum etiam noſter licet exiguus* &c. omiſſis intermediis.

# [1] EPISTOLA XXIX.

*Innocentius episcopis Carthaginensis concilii rescribens, eorum adversus Pelagianos hæreticos doctrinam atque sententiam laudat & confirmat.*

INNOCENTIUS [2] AURELIO, NUMIDIO, RUSTICIANO, FIDENTIANO, EVAGRIO, ANTONIO, PALATINO, ADEODATO, VINCENTIO, PUBLIANO, THEASIO, TUTO, PANNONIO, VICTORI, RESTITUTO, [3] alteri RESTITUTO, RUSTICO, FORTUNATIANO, AMPELIO, AMBIVIO, FELICI, DONATIANO, ADEODATO, OCTAVIO, SEROTINO, MAJORINO, POSTHUMIANO, CRISPULO, VICTORI, alteri VICTORI, LEUCIO, MARIANO, FRUCTUOSO, PROCULO, FAUSTINIANO, QUODVULTDEO, CANDORIO, MAXIMO, MEGASIO, RUSTICO, RUFINIANO, PROCULO, SEVERO, THOMÆ, JANUARIO, OCTAVIANO, PRÆTEXTATO, SIXTO, QUODVULTDEO, PENTADIO, QUODVULTDEO, CYPRIANO, SERVILIO, PELAGIANO, MARCELLO, VENANTIO, DIDYMO, SATURNINO, BIZACENO, GERMANO, GERMANIANO, INVENITO, MAJORINO, INVENITO, CANDIDO, CYPRIANO, ROMANIANO, ÆMILIANO, AFRICANO, MARCELLINO, & ceteris, qui in Carthaginensi concilio adfuerunt, dilectissimis fratribus in Domino salutem.

I. IN [4] requirendis Dei rebus, quas omni cum solicitudine decet a sacerdotibus, maxime a vero justoque & catholico tractari concilio, antiquæ traditionis exempla servantes, & ecclesiasticæ memores disciplinæ, vestræ religionis vigorem non minus nunc in consulendo, quam antea cum pronuntiaretis, vera ratione firmastis, qui ad nostrum referendum approbastis esse judicium, scientes quid apostolicæ sedi, cum omnes hoc loco positi ipsum A sequi desideremus Apostolum, debeatur, a quo ipse episcopatus & tota auctoritas nominis hujus emersit. Quem sequentes, tam mala damnare novimus, quam probare laudanda. Vel id vero, quod patrum instituta sacerdotali officio custodientes non censetis esse calcanda, quod illi non humana, sed divina decrevere sententia, ut quidquid quamvis de disjunctis remotisque provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad hujus sedis notitiam perveniret: ut tota hujus auctoritate justa quæ fuerit pronuntiatio firmaretur, indeque sumerent ceteræ ecclesiæ (velut de natali suo fonte aquæ cunctæ procederent, & per diversas totius mundi regiones puri [5] latices capitis incorrupti ma- B narent) quid [6] præcipere, quos abluere, quos veluti cœno inemundabili sordidatos, mundis digna corporibus unda vitaret.

II. Gratulor igitur, carissimi fratres, quod per fratrem & coepiscopum nostrum Julium litteras ad nos destinastis: & cum illis curam geritis quibus præsidetis ecclesiis, solicitudinem vestram pro omnium utilitate monstratis: & per cunctas totius orbis ecclesias omnibus una quod prosit, decernendum esse deposcitis: ut suis constabilita regulis Ecclesia, [7] & hoc, quo illos caveat, pronuntiationis justæ firmata decreto, talibus patere non possit, qui perversis instructi, immo destructi, verborum C argutiis, sub imagine catholicæ fidei disputantes, velut pestiferum exhalantes virus, ut hominum recte sentientium in deteriorem partem corda corrumpant, totam veri dogmatis quærunt evertere disciplinam. Sanandum ergo celerius, ne longius [8] ex-

1. Scripta ann. 417.

2. Editi, excepto Aug. secundum Codicis a Quesnello vulgati & Isidori vetera exempla, *Aurelio & omnibus sanctis episcopis vel ceteris qui in concilio Carthaginensis ecclesiæ adfuerunt*, singulorum episcoporum nominibus omissis, quæ in sincerioribus mss. recensentur.

3. Hinc liquet & alterum istum Restitutum in epistolæ 26. inscriptione desiderari.

4. Edit. concil. *Inquirendo de his rebus*. Apud Garner. Quesn. & Aug. *In requirendo de his rebus*. In edit. Rom. & aliquot mss. *In requirendis de his rebus*. Verius mss. Re- D mig. Corb. & Germ. *In requirendis Dei rebus*, eamque lectionem confirmat Afrorum epistola ad Theodorum papam in concilio Lateranensi sub Martino I. act. 2. to. 6. concil. Labb. pag. 128. inserta, cujus exordium, uti præmonuimus, ex Innocentii verbis ac sententiis expressum, heic repræsentare juverit. Sic porro incipiunt: *Magnum & indeficientem omnibus Christianis fluenta redundantem apud apostolicam sedem consistere fontem nullus ambigere possit, de quo rivuli prodeunt affluenter, universum largissime irrigantes orbem Christianorum, cui etiam in honore beatissimi Petri patrum decreta peculiarem omnem decrevere reverentiam* IN REQUIRENDIS DEI REBUS, *quæ omnino & solicite debent, maxime vero justeque ab ipso præsulum examinari vertice apostolico, cujus vetusta solicitudo est tam mala damnare, quam probare laudanda. Antiquis enim regulis sancitum est, ut quidquid quamvis in remotis vel in longinquo positis ageretur provinciis, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, ut hujus auctoritate, justa quæ fuisset pronuntiatio firma-* E *retur, indeque sumerent ceteræ ecclesiæ velut de natali suo fonte prædicationis exordium, & per diversas totius mundi regiones puritatis incorruptæ maneant fidei sacramenta salutis.*


5. Edit. Rom. & concil. necnon Quesn. *puri capitis*; deinde Merl. *incorrupti*, Crab. *incorrupte*, ceteræ, *incorruptæ*: ex edit. August. & mss. Corb. atque Germ. instaurantur. Hujus exordii materiam maxime sumsit Innocentius ex eo quod episcopi quinque ad calcem epistolæ superioris sibi scripserant: *Non enim rivulum nostrum tuo largo fonti refundimus . . . utrum etiam noster licet exiguus ex eodem, quo etiam tuus abundans, emanet capite fluentorum, hoc a te probari volumus.*

6. Ita mss. Germ. & Corb. At plures alii cum edit. Rom. & concil. *quid præcipere*. Deinde in codice Germ. *quos absolvere*, ubi in aliis *quos abluere*. Apud Quesn. & Aug. repositum est *quid præciperent, quos abluerent*. Totum autem hunc locum Garnerius, ingenio suo plus æquo indulgens, ita edidit: *unde aquas sumerent ceteræ ecclesiæ, velut de natali suo fonte a quo cunctæ procedunt, & per diversas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manant; unde perciperet quos veluti cœno* &c. Nostra lectio, in qua nihil non veterum codicum auctoritate fulcitur, integra erit, si post verba *quos abluere*, subaudiatur *deberent*. Neque temere sentiamus heic triplicem hominum sese Ecclesiæ judicio sistentium classem distingui, & ejusdem Ecclesiæ circa illos judiciorum triplicem rationem, ex triplici aquæ proprietate repetitam, exponi. Illa enim velut aqua munda innoxios & incontaminatos tamquam puros rivulos ultro in se recipit; sordidatos vero, sed pœnitentes, abluit; & incorrectos, qui eam commaculare valeant, prudens vitat & respuit.

7. Editio Rom. & recentiores concil. *ex hoc*, ac deinde cum vetustioribus, *quod illos caveat pronuntiationis justa firmata decretalibus* (Merl. *petere*, Crab. *patere*, edit. Rom. & sequentes *pavere*) *non possit*. Garner. resecans *hoc quod illos caveat*, retinuit, *& pronuntiationis justæ firmata decretalibus pavere non possit*. Nostra lectio est Quesn. Aug. & meliorum mss. nisi quod apud Quesn. expunctum est *hoc*, & apud Aug. ut in mss. Colb. & Germ. pro *patere*, exstat *parere*. Sic porro est intelligenda, quasi diceret Innocentius: A me decernendum esse deposcitis, ut Ecclesia veteribus suis jam constabilita regulis, etiam firmata juste pronuntiato hoc novo decreto, quo memoratos illos hæreticos cavere jubeatur, talibus deinceps patere non possit, sed iis seclusa perpetuo maneat.

8. Unus e mss. Colb. *exsecrandis animorum moribus inserpat*. Alter, *exsecrandos animis morbos inserpat*. Verbum *inserpat*, edit. Rom. & concil. cum aliquot aliis mss. retinet. Ejus loco melius mss. Germ. & Corb. exhibent *irrepat*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 410.



secrandus animis morbus irrepat: sicut medicus, cum viderit hujus terreni corporis aliquem esse languorem, magnum suæ artis æstimat documentum, si cito quis illius interventu desperatus evadat; vel cum putre vulnus adspexerit, adhibet fomenta, vel cetera quibus illud possit quod natum fuerat vulnus obduci; ac si id manens sanari non poterit, ne corpus reliquum sua tabe corrumpat, ferro amputat quod nocebat, quo reliquum integrum servet & intactum. Præcidendum id ergo est, quod velut puro sanoque nimium corpori vulnus obrepsit; ne cum tardius abstergitur, in ipsis pene visceribus hujus mali non exhaurienda post sentina considat.

III. Nam quid nos de his posthac rectum mentibus æstimemus, qui sibi se putant debere quod boni sunt, nec illum considerant, cujus quotidie gratiam consequuntur? Sed jam isti, qui tales sunt, nullam Dei gratiam consequuntur, [1] qui sine illo tantum assequi se posse confidunt, quantum vix illi, qui ab illo postulant, [2] & accipere promerentur. Quid enim tam iniquum potest esse, tam barbarum, tam totius religionis ignarum, tam Christianis mentibus inimicum, quam huic te negare debere quidquid in quotidiana gratia consequeris, cui te ipse confiteris debere quod natus es? Ergo eris tibi in providendo præstantior, quam [3] potest in eo esse, qui te ut esses effecit? [4] Et cui putes debere quod vivis, quomodo non putas illi debere quod quotidianam ejus consequendo gratiam taliter vivis? Et qui nos adjutorio negas indigere divino, quasi ex nostra [5] simus in totum possibilitate perfecti, quomodo non adjutorium [6] ejus in nos, cum tales a nobis etiam esse possumus, provocamus?

IV. Qui enim adjutorium Dei negat, vellem interrogare quid dicat: nos non mereri, an illum hoc non posse præstare, an nihil esse propter quod unusquisque hoc debeat [7] postulare? Posse hoc Deum, opera ipsa testantur. Et adjutorio quotidiano nos egere, negare non possumus. Hoc enim seu bene vivimus [8] provocamus, ut melius sanctiusque vivamus; seu prave sentientes a bonis avertimur, ut ad rectam redeamus viam, ejus auxilio plus egemus. Nam quid tam mortiferum, tam præceps viA deatur ad casum, tam expositum ad omnia pericula, si hoc solum nobis putantes posse sufficere, quod liberum arbitrium cum nasceremur accepimus, ultra jam a Domino nihil quæramus, id est, auctoris nostri obliti, ejus potentiam, ut nos ostendamus liberos, abjuremus; quasi jam amplius quod possit dare non habeat, qui te in tuo ortu liberum fecit: nescientes, quod nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, [9] nequaquam terrenæ labis & mundani corporis vincere conemur errores, cum pares nos ad resistendum non liberum arbitrium, sed Dei solum facere possit auxilium?

V. Nam si ille clamat adjutorio sibi opus esse di-B vino, qui digne hoc non quæreret, si cui liberum arbitrium plus prodesset; quippe cum vir beatus & jam electus a Domino nihil egeret, tamen ita Deum deprecatur, postulans, [a] *Adjutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus*: nos nobis liberum arbitrium, ille sibi Deum postulabat adjutorem; quod nati sumus posse sufficere nos dicimus, ille Deum ne derelinquatur exorat. [10] Non, rogo, manifeste discimus quid oremus, cum ille tantopere beatus, ut supra diximus, vir ne despiciatur exoptat? Illi enim necesse est ista arguant, qui illa confirmant. David enim orationis ignarus, & suæ naturæ nescius accusetur, qui cum sciat tantum in [11] sua inesse natura; adjutorem sibi C Deum, & assiduum adjutorem, nec illi sufficit assiduum, sed ne aliquando illum despiciat, orationibus pronus exoptat; & per corpus omne psalterii hoc & prædicat & clamat. Si ergo hoc ille ita [12] magnus scit ut assidue dicere; ita necessarium confessus est, ut doceret: quemadmodum Pelagius Cælestiusque seposita omni responsione psalmorum, talique abdicata doctrina, suasuros se aliquibus esse confidunt, nos adjutorium Dei nec debere quærere, nec egere; cum omnes sancti nihil se sine hoc agere posse testentur?

VI. Liberum [13] enim arbitrium olim ille perpessus, dum suis inconsultius utitur bonis, cadens in D prævaricationis profunda demersus est, & nihil quemadmodum exinde surgere posset invenit; suaque in æternum libertate deceptus, hujus ruinæ [14] jacuisset

a Psalm. xxvi. 9.

1. Crab. ac deinceps edit. concil. & Rom. *quia sine illo*.

2. Edit. Rom. & concil. cum mss. Pith. & Isid. *& accipiunt*. Unus codex Colb. *ut accipiunt*; unde Quesnello *ut accipiant* placuit. Apud August. ut in ms. Corb. *accipere*, non præmissa particula *&*, quæ cum Germ. & aliis retinetur. Perspicua erit sententia hunc in modum disposita: *quantum vix illi etiam, qui postulant, accipere promerentur*.

3. Sic mss. At edit. Rom. & concil. *quam potest is esse*.

4. Garner. *Si huic putes debere*. Editi alii, *Et cum te putes ei debere*. Pelagius tacito nomine heic arguitur: qui quidem *posse*, *velle & esse* distinguens, *posse in natura*, E *velle in arbitrio & esse in affectu* constituebat. Tum posse ad Deum naturæ auctorem proprie pertinere ita largiebatur, ut velle & esse, seu agere ad hominem referenda esse contenderet. Solius Dei esse docebat, *quod potest homo velle bonum atque perficere*: sed quod illud velit perficere, ac re ipsa perficiat, adeoque & quod bonus ac perfectus velit esse, vel etiam sit, ipsius hominis esse prædicabat. Non inficiabatur hominem *gratia semper adjuvari auxilio*: sed auxilium illud in hoc ponebat, quod voluntatis atque operis possibilitatem Deus numquam non daret. Ipsa illius verba videsis apud Augustinum lib. de gratia Christi cap. 4.

5. In edit. Rom. & concil. desideratur *simus*.

6. Vocabulum *ejus* ex ms. Germ. & edit. Aug. revocatur. Solus Garn. locum hunc ita exhibet: *Dic quomodo vere adjutorium ejus in nos, cum tales a nobis etiam esse possimus, provocemus. Eum qui adjutorium Dei negat, rursus vellem interrogare cur dicat nos id non promereri?*

7. Quesn. cum uno ms. Colb. *præstolari*.

8. Ita mss. necnon veteres edit. concil. At Rom. edit. & recentiores concil. cum Garn. *precamur*.

9. Garn. *nequidquam*; & infra, *David inclamat*, pro, *Nam si ille clamat*.

10. Edit. Rom. *Nos ergo dicimus manifeste* &c. Garn. *Nos dicimus manifeste, ut quid oremus Deum, ille:* & infra, *David ergo*, pro, *David enim*.


11. Edit. Rom. & concil. *in sua natura esse*. Mox Garn. *adjutorem invocat, nec illi sufficit assiduum invocare*: refragantibus aliis libris, ex quibus liquet vocabulum *adjutorem* a verbo *exoptat* regi.

12. Aliquot mss. cum Quesn. necnon edit. Rom. & concil. *ita magnum scit, ut assidue diceret*. Apud August. *ita magnus sicut assidue dicere*. Garner. *hoc illi tam magnum visum sit, ut assidue diceret, tam necessarium confessus sit*. Id quod plures ac vetustiores mss. exhibent retinemus. Mallemus tamen, *ita magnus scivit assidue dicere, & ita*.

13. Merlin. & ex eo Quesn. *Libero enim arbitrio olim ille perversus:* reluctantibus omnibus mss. & editis aliis, non solum heic, sed & in libro 2. Augustini ad Bonifacium cap. 4. n. 6. in libro Prosperi contra Collatorem c. 5. n. 15. & in Cælestini epistola 21. n. 5. ubi hæc eadem verba citantur. Sane Innocentii sententia potius *permissus*, quam *perversus*, postulat.

14. In mss. ut in edit. Merl. & Rom. *ruinæ latuisset oppressus* vel *oppressum*, nisi quod in Pith. exstat *oppressu*, & in Corb. ab antiqua manu restitutum est *jacuisset*: quam emendationem rectam probant cum Augustini liber 2. ad Bonif. contra duas epist. Pelag. n. 6. tum epistola 21. Cælestini papæ cap. 4. ubi hæc verba citantur. Quamquam

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



oppressu, nisi eum post Christi [1] pro sua gratia relevasset adventus: qui per novæ regenerationis purificationem, omne præteritum vitium sui baptismatis lavacro purgavit; & ejus firmans statum, quo rectius stabiliusque procederet, tamen suam gratiam in posterum non negavit. Nam quamvis redemisset hominem a præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum & post ista corrigere, multa servavit: quotidiana præstat ille remedia, quibus nisi freti confisique nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Necesse est enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur.

VII. Sed possem plura dicere, nisi vos constaret cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentiens videtur esse sententiæ, qua dicat adjutorio nobis non opus esse divino, inimicum se catholicæ fidei, & Dei beneficiis profitetur ingratum. [2] Nam nec nostra communione sunt digni, quam prædicando taliter polluerunt. Ipsi enim sua sponte, dum sequuntur illa quæ dicunt, longius a vera religione refugerunt. Cum enim hoc totum in nostra professione consistat, quotidianisque precibus nihil agamus, nisi quemadmodum Dei misericordiam consequamur; quemadmodum ferre possumus ista jactantes? Quis, rogo, tantus illorum pectora error obcæcat, ut si ipsi nullam Dei gratiam sentiunt, quia nec digni sunt, nec merentur; nec de aliis considerent quid quotidie singulis gratia divina largiatur? Sunt quidem isti [3] omni cæcitate dignissimi, qui nec hoc sibi reliquerunt, ut se auxilio credant revocari ab erroribus posse divino. Negantes enim adjutorium, non aliis, sed sibi hoc penitus abstulerunt: qui avellendi sunt longius & ab Ecclesiæ procul removendi visceribus; ne [4] diu inultus multa occupans, insanabilis post error increscat. Si enim diu fuerint sub hac impunitate versati, necesse est multos in hanc suæ pravitatem mentis inducant decipiantque innocentes, vel potius imprudentes, qui fidem catholicam [5] nunc sequuntur. Putabunt enim eos recte sentire, quos adhuc vident in Ecclesia perdu- D

A rare. Separetur ergo a sano corpore vulnus insanum, remotoque morbi sævientis afflatu, cautius quæ sunt sincera perdurent, & grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Sit totius corporis illibata perfectio, quam vos sequi & tenere hac in illos pronuntiatione cognovimus, & una vobiscum pari assensione servamus.

VIII. Qui si tamen [6] aliquod in se Dei adjutorium, quod huc usque negaverunt, provocarint, & opus sibi ejus auxilio esse cognoverint, ut hac labe, in quam sui cordis incurvatione corruerant, liberentur, & quasi in lucem de fœda tracti caligine, remotis abdicatisque omnibus, quibus totus, B ne verum [7] adspiceret, fœdabatur & caligabat adspectus, damnent hæc quæ huc usque senserunt; & aliquando animum rectis disputationibus commodantes, ab hac aliquantulum labe correcti, veris se sanandos [8] consiliis tribuant atque submittant. Quod si fecerint, erit in potestate pontificum, istis aliquatenus subvenire, & talibus aliquam curam præstare vulneribus, quam solet lapsis, cum resipuerint, Ecclesia non negare: ut a suis [9] revocati præcipitiis, intra ovile Domini redigantur: ne foris positi, & tanto præsidio [10] a fide munitionis exclusi, periculis omnibus exponantur, devorandi luporum dentibus atque vexandi, quibus obsistere hac, qua illos in se irritaverant, doctrinæ perversitate C non possint.

IX. Sed satis vestris monitis, sic abundantibus nostræ legis exemplis probatur esse responsum. Nec quidquam superesse duximus quod dicamus, cum nihil prætermissum a vobis, nihil constet esse suppressum, quo illi refutati & penitus cognoscantur esse convicti. Ideoque a nobis testimonia nulla ponuntur, quia in his plena relatio est, & satis constat tot doctissimos sacerdotes cuncta dixisse: nec decet credere vos aliquid, quod ad caussam possit proficere, præterisse. *Et alia manu:* Bene valete fratres. *Et ad latus:* [11] Data VI. Kal. Febr. post consulatum [12] Theodosii augusti VII. & Junii Quarti v. c.

nec in illis duobus locis desunt mss. qui exhibeant *latuisset oppressu*. Apud Crab. & exinde in edit. concil. heic legere est, *huic ruinæ suæ jacuisset oppressus*, apud Garner. & Quesn. *hujus ruina subjacuisset oppressus*.

1. Ita mss. magno consensu cum edit. Aug. At in aliis edit. *per suam gratiam*.

2. Conjunctio *Nam* ex edit. Merl. Crab. Aug. & pluribus mss. revocatur. Deinde in mss. Isid. desideratur *nostra*. Mox edit. Rom. & concil. cum aliquot mss. *Sic enim*, ubi cum aliis libris præferimus *Ipsi enim*. Garnerius vero locum hunc mutilum censens, nota ad marginem adscripta sic resarciri posse monet: *Pelagium igitur & Cælestium, quos auctores nefarii prorsus & omnibus anathematizandi erroris advertistis, justa sententia damnastis: nec illi nostra* &c. At sententiam adversus Pelagium & Cælestium a Carthaginensis concilii patribus nominatim dictam non sonant E hæc eorum ad calcem superioris epistolæ 26. dicta: *Si Pelagius Cælestiusque correcti sunt, vel se ista numquam sensisse dicunt, & quæcumque scripta contra eos prolata fuerint, sua esse negant, nec est quemadmodum de mendacio convincantur, generaliter tamen anathema sit* dogmatum, quorum auctores existimantur, quicumque deprehensus fuerit propugnator. Nil etiam in hoc Innocentii loco apparet, unde mutilus judicetur.

3. Ita apud Garn. & August. ut in potioribus mss. In aliis autem libris, *omnes*; & infra, *Negantes enim Dei adjutorium*.

4. Editi excepto Aug. *ne diu multa*. Concinnius apud Aug. ut in mss. Corb. & Germ. *ne diu inultus multa*. Hinc apte subnectitur, *Si enim diu fuerint sub hac* IMPUNITATE.

5. Hanc Garnerii lectionem, quæ est & mss. Corb. atque Germ. Quesnellus approbat, quamvis ipse vulgatam in edit. Rom. & concil. scilicet *non sequuntur*, retineat. Heic autem apud Aug. particula *nunc* librarii oscitantia excidit.

6. In edit. Rom. concil. *aliquando in se*.

7. Apud Quesn. & Aug. *adspicerent*.

8. Apud Garner. *conciliis*. Verbum antecedens *sanandos*, quod Quesn. removit, omnes nostri mss. asservant.

9. Verbum *revocati* apud Merl. desideratur. Ejus loco in edit. Rom. & posterioribus concil. substitutum est *remoti*.

10. Quesn. *præsidio æde munitionis*. Garner. *præsidio fidæ munitionis*. Minus displicet hæc postrema lectio.

11. Jan. 27. ann. 417.

12. In ms. Corb. *Luni Quarti*. In Germ. *p. c. Theodosio augusto* VII. *& Lucio Quarto* v. *consulibus*: ex imperitia antiquarii, qui & priore nota *p. c.* significari *post consulatum*, adeoque *Theodosii augusti* &c. retinendum, non *Theodosio augusto* substituendum esse ignoravit, & posteriorem notam *v. c.* verbis *viri clarissimi*, non *v. consulibus* reddendam esse nescivit.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
410.



# [1] EPISTOLA XXX.

## INNOCENTII PAPÆ

### ad concilium Milevitanum.

*Patres concilii Milevitani laudat, tum quod hæreticos pertinaces segregandos, & correctos censuerint recipiendos, tum quod canones ubique receptos secuti, apostolicæ sedis de rebus anxiis sententiam petierint. Inde probat hæresim, quæ hominem sibi sine Dei gratia posse sufficere vult, ac baptismum parvulis ad vitam æternam necessarium negat, contra Scripturas pugnare. Hujus auctores, eorumque sectatores ab Ecclesia abscidi jubet, sed si errores damnent, suscipi.*

INNOCENTIUS SILVANO seni, VALENTINO [2] & ceteris; qui in Milevitana synodo interfuerunt, dilectissimis fratribus in Domino salutem.

I. INter ceteras Romanæ ecclesiæ curas, & apostolicæ sedis occupationes, quibus diversorum consulta fideli ac [3] medica disceptatione tractamus, frater & coepiscopus noster Julius dilectionis vestræ litteras, quas ex Milevitano [4] concilio cura fidei propensiore misistis, mihi inopinanter ingessit, Carthaginensis etiam synodi querelæ parilis scripta subjungens. Nimirum exsultat Ecclesia, tantam solicitudinem commissis gregibus exhibere pastores, ut non solum neminem ex his patiantur errare; sed si B quas magis ovium [5] scevæ delectationis herba seduxit, ac si in errore permanserint, aut segregari penitus velint, aut illicenter dudum petita vitantes, custodiæ pristinæ circumspectione tutari: in utraque parte videlicet consulentes, ne vel suscipiendo tales simili ceteræ [6] ducantur exemplo; vel spernendo redeuntes, luporum morsibus videantur ingestæ. Prudens admodum, & catholicæ fidei plena [7] consultio. Quis enim aut tolerare possit errantem, aut non recipere [8] corrigentem? Nam ut durum arbitror, conniventiam præbere peccantibus; ita impium judico, manum negare conversis.

II. Diligenter ergo & congrue [9] apostolici consu- C litis honoris arcana (honoris, in quam, illius, quem præter illa quæ sunt extrinsecus, [a] solicitu- A do manet omnium ecclesiarum) super anxiis rebus quæ sit tenenda sententia: antiquæ scilicet regulæ formam secuti, quam toto semper ab orbe mecum nostis esse servatam. Verum hæc missa facio: neque enim hoc vestram credo latere prudentiam. [10] Quid id etiam actione firmastis, nisi scientes quod per omnes provincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent? Præsertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres & coepiscopos nostros nonnisi ad Petrum, idest, sui nominis & honoris [11] auctorem referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus in commune prodesse. Fiant enim necesse est cautiores, cum inventores malorum, ad duplicis relationem synodi, sententiæ nostræ statutis viderint [12] ab ecclesiastica communione sejunctos. Gemino igitur bono caritas vestra fungetur. Nam & canonum potiemini gratia servatorum, & beneficio vestro totus orbis [13] utetur. Quis enim catholicorum virorum cum adversariis Christi velit ulterius miscere sermonem? quis saltem ipsam lucem vitæ communione partiri? [14] Novæ hæreseos nimirum fugiantur auctores.

III. Quid enim acerbius in Dominum fingere potuerunt, quam cum adjutoria divina cassarent, caussamque quotidianæ precationis auferrent? Hoc est dicere, Quid mihi opus Deo? Merito in hos dicat hymnidicus: [b] *Ecce homines, qui non posuerunt Deum adjutorem sibi*. Negantes ergo auxilium Dei, inquiunt hominem sibi posse sufficere, nec gratia hunc

*a* II. Cor. XI. 28. *b* Psalm. LI. 9.

1. Scripta eodem ann. 417.
2. Innocentium in hac inscriptione singulos episcopos, qui in ipsa concilii epistola prænominati fuerant, appellasse eo probabilius est, quod rescripti hujus ea sola supersint exemplaria, quæ pariter in epistola superiore *Aurelio* nominato, episcopos ceteros sub generali formula indicabant.
3. In edit. Rom. & concil. ex mss. Isid. *modica*: mendum, quod Garnerius corrigere de suo nisus, adjicit *non* ante *modica*.
4. In unis collectionis Isid. exemplaribus, & exinde apud D Merl. & Crab. *ex Milevitano ex nostra auctoritate concilio*: glossema Mercatore dignum, ac merito in editione Rom. submotum. Quasi vero Innocentius concilii, quod ipsius auctoritate fuisset congregatum, litteras sibi *inopinanter* ingestas dixisset.
5. Merl. *sive*. Crab. *sævæ*. Aliæ edit. concil. post Rom. necnon Garner. *obscænæ*. Rectius libri ceteri *scævæ*: quod & Lab. ad marg. annotavit. Deinde mss. Isid. *dilectionis*.
6. Quesn. *seducantur*.
7. Garn. *consolatio*. Edit. Rom. & concil. cum mss. Isid. *consultationis voluntas*. In uno ms. Colb. exstat quidem *consultationis*, sed abest *voluntas*. Aptior est, uti Quesn. jam observavit, licet minus latina vox *consultio*, quam alter codex Colb. exhibet. Sic porro id vocatur, quo *in utraque parte consulunt*, seu hoc utuntur consilio, ut nec pertinaces admittant, nec spernant redeuntes.
8. Apud Aug. *se corrigentem*.
9. Garner. cum edit. Rom. *apostolico consulitis honori, honori*. Quesn. secundum unum ms. Colb. *apostolici consulitis honoris arcanis, honoris*. Nec differt alter codex Colb. nisi quod pro *arcanis* habet *arcani*. Isid. mss. *apostolici consulitis honores arcani, honoris*. Unus e Vaticanis, *apostolici consulitis oneris arcana, oneris*. Sincerior est lectio, quam heic post edit. concil. & Aug. repræsentamus. Hoc enim sibi vult: qui sedem apostolicam, cujus est arcana retegere, consulitis. Eodem loquendi modo Bonifacius I. epist. 5. n. 1. dicit, *quæ hujus consulis sedis arcanum*. Hinc liquet, perperam in marg. Crab. *arcam*, loco vocis *arcana*, heic adscriptum esse.
10. Ita nostri mss. Idem sonat & quod apud Merl. *Qui id etiam actione firmastis, nisi scientes*. At edit. Rom. & concil. post Crab. *quid id etiam*, suppresso deinde *nisi*, quod omittit pariter Quesn. præferens antea *quod etiam*. Apud Aug. *Qui id enim actione* &c. Apud Garner. *Cur id enim actione* &c. Si cui istud, *per omnes provincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanare*, exaggeratum videatur, ipsi recolendum est quod Hieronymus epist. 110. nunc 91. scripsit: *Cum in chartis ecclesiasticis juvarem Damasum Romanæ urbis episcopum, & Orientis Occidentisque synodicis consultationibus responderem*.
11. Utpote *a quo ipse episcopatus & tota auctoritas nominis hujus emersit*, quemadmodum in epistola superiori n. 1. habet; seu, ut Siricius epist. 5. n. 5. loquitur, *per quem & apostolatus & episcopatus in Christo cœpit exordium*: quod & Innocentius noster epist. 2. n. 2. exscribit.
12. Solus Quesn. *se ab ecclesiastica communione sejungi*. Mox Garner. *fruetur*, pro *fungetur*.
13. In edit. Rom. & concil. *tutabitur*.
14. Particula *cum* heic in uno ms. præmittitur.

ſÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



egere divina: qua privatus, neceſſe eſt diaboli laqueis irretitus occumbat, dum ad omnia vitæ perficienda mandata, ſola tantummodo libertate contendat. O praviſſimarum mentium perverſa doctrina! [1] Advertens tandem, quod primum hominem ita libertas ipſa decepit, ut dum indulgentius frenis utitur, in prævaricationem [2] præſumtione conciderit, nec ex hac potuit erui, niſi ei providentia regenerationis ſtatum priſtinæ libertatis Chriſti Domini reformaſſet [3] adventus: audiat David dicentem: [a] *Adjutorium noſtrum in nomine Domini*; &, [b] *Adjutor meus eſto, ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus*. Quæ in caſſum dixerit, ſi [4] tantum in ejus erat poſitum voluntate, quod a Domino flebili ſermone poſcebat.

IV. Quæ cum ita ſint, cumque in omnibus divinis paginis voluntati liberæ nonniſi adjutorium Dei legamus eſſe nectendum, eamque nihil poſſe cæleſtibus præſidiis deſtitutam; quonam modo huic ſoli poſſibilitatem hanc pertinaciter, ut aſſeritis, defendentes, ſibimet, immo, quod eſt [5] dignius dolore communi, jam plurimis Pelagius Cæleſtiuſque perſuadent? Multifariis equidem, [6] ad deſtruendum tale magiſterium, uti poſſemus exemplis, niſi ſciremus, ſanctitatem veſtram ad plenum ſcripturas omnes callere divinas; præſertim cum veſtra relatio tantis ac talibus teſtimoniis ſit referta, ut his ſolis valeat præſens dogma reſcindi; opuſque non eſſe reconditis, cum & iis, quæ facile vobis occurrentia poſuiſtis, nec audeant obviare, nec poſſint. Ergo [7] Dei gratiam conantur auferre, quam neceſſe eſt etiam reſtituta nobis ſtatus priſtini libertate quæramus; quippe [8] qui nec alias diaboli machinas niſi eadem poſſumus juvante vitare.

V. Illud vero, quod eos veſtra fraternitas aſſerit prædicare, parvulos æternæ vitæ præmiis etiam ſine baptiſmatis gratia poſſe donari, perfatuum eſt. [c] Niſi enim manducaverint carnem filii hominis, & biberint ſanguinem ejus, non habebunt vitam in ſemetipſis. Qui autem hanc eis ſine regeneratione defendunt, videntur mihi ipſum baptiſmum velle caſſare, cum prædicant hos habere, quod in eos creditur nonniſi baptiſmate conferendum. Si ergo nihil volunt officere non renaſci: fateantur neceſſe eſt, nec regenerationis ſacra fluenta prodeſſe. Verum, ut ſuperfluorum hominum prava doctrina celeri veritatis poſſit ratione [9] diſcingi, proclamat hoc Dominus in Evangelio dicens: [d] *Sinite infantes, & nolite eos* [10] *prohibere venire ad me: talium eſt enim regnum cælorum*.

VI. Quare Pelagium Cæleſtiumque, id eſt, inventores vocum novarum, quæ, ſicut dixit Apoſtolus [e], ædificationis nihil, ſed magis vaniſſimas conſueverunt parere quæſtiones, eccleſiaſtica communione privari apoſtolici vigoris auctoritate cenſemus, donec reſipiſcant de diaboli laqueis; a quo [11] captivi tenentur ſecundum ipſius voluntatem; eoſque interim Dominico ovili non recipi, [12] quod ipſi, perverſæ viæ ſecuti tramitem, deſerere voluerunt. [f] Abſcidendi ſunt enim, qui [13] vos conturbant, & volunt convertere Evangelium Chriſti. Simul autem præcipimus, ut quicumque id pertinacia ſimili defenſare nituntur, par eos vindicta conſtringat; [g] *non ſolum* enim *qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus*: [14] quia non multum intereſſe arbitror inter committentis animum, & conſentientis favorem. Addo & amplius: plerumque dediſcit errare, cui nemo conſentit. Hæc igitur, fratres cariſſimi, in ſupradictos maneat fixa ſententia: abſint atriis Domini, careant [15] dumtaxat cuſtodia paſtorali, ne duarum ovium dira contagia ſerpant forſitan per vulgus incautum, rapacique lupus corde lætetur intra ovile Dominicum tantas ovium fuſas catervas, dum a cuſtodibus diſſimulanter habetur vulnus duarum. Proſpiciendum eſt ergo, ne permittendo lupos, mercenarii magis videamur eſſe, quam paſtores. Jubemus ſane (quoniam [h] Chriſtus Dominus noſter propria [16] voce ſignavit, [i] nolle ſe mortem morientis, tantum ut revertatur & vivat,) ſi umquam ad [17] ſanum depoſito pravi dogmatis errore reſipuerint, damnarintque ea quorum ſe ipſi prævaricatione damnarunt, eis medicinam ſolitam, id eſt, receptaculum ſuum ab Eccleſia non negari: ne dum eos redeuntes for-

*a* Pſalm. CXXIII. 8. *b* Pſalm. XXVI. 9. *c* Joan. VI. 54. *d* Luc. XVIII. 16. *e* II. Tim. II. 23. *f* Gal. V. 12. *g* Rom. I. 32. *h* II. Pet. III. 9. *i* Ezech. XXXIII. 11.

1. In veteribus edit. concil. ut apud Aug. *Advertat id tandem*. In editis aliis ac duobus mſs. *Adverte tandem*: quibus & favet epiſtola 21. Cæleſtini c. 7. ubi iſte locus ſic refertur: *Adverte tandem o praviſſimarum mentium doctrina*. Quocirca licet ibi verborum Innocentii ordo mutetur, tamen propter auctoritatem tam antiquam ad retinendum *adverte* propenderemus, niſi repugnaret ſeries orationis, in qua non *audi*, ut Garn. & Queſn. invitis mſs. ediderunt, ſed *audiat* legere eſt. Magis igitur placet cum nonnullis mſs. *advertens*, ceu adtendens.

2. Queſn. cum uno mſ. Colb. *præſumtionis*. Merl. & Crab. cum mſs. Iſid. *in prævaricationis præſumtione*.

3. Solus Queſn. *adventu*.

4. Garner. *ſi totum*.

5. Apud Queſn. *gravius & dignius*. Deinde pro *dolore communi*, ſubſtituit Garn. *dolore, communiter*. Tum pro particula *jam*, quæ in edit. Rom. eſt ſuppreſſa, male apud Merl. & Crab. exſtat *nam*.

6. Duo mſs. Corb. *ad inſtruendum*: quam lectionem Merl. & Crab. ſecuti ſunt.

7. Garn. *Ergone Dei*. Vide Aug. lib. II. ad Bonif. cap. IV. n. 7.

8. Queſn. *quippe qui nec aliquas*. Garn. *quippe nefarias*. Neutri ſuffragantur noſtri mſs.

9. Ita Queſn. ac duo mſs. Colb. At Merl. cum alio mſ. Colb. *diſtingui*: mendoſe. Nec melius alii libri, *diſcindi*. Dixit & Silius, *dolos ratione diſcingere*.

10. Duo mſs. Colb. *prohibere a me*. *Pro qua re Pelagium*.

11. In uno mſ. *capti*.

12. Edit. Rom. & concil. *quoad ipſi perverſæ via* (Merl. *ſecuti tramitem*, aliæ *quem ſecuti ſunt tramitem*) *deſerere voluerit*: caſtigantur ex mſs.

13. Duobus in mſs. *nos*.


14. Supple, *conſtringere par vindicta debet*. Apud Queſn. heic adjicitur, *digni ſunt pœna*, haud ſcio an aliqua auctoritate. Horum loco apud Merl. & Aug. ex duobus mſs. Vatic. habetur, *digni ſunt morte*. Garnerius vero hæc velut Scripturæ verba repræſentat: *Non ſolum enim digni ſunt morte qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus*. Tres illæ lectiones interpolatoris operam eo magis ſubolent, quod in mſs. noſtris, ut in edit. Rom. Crab. & aliis mera exſtent Apoſtoli verba. Et ea quidem epiſcopis Scripturas callentibus indicaſſe ſatis fuit.

15. Particula *dumtaxat* apud Aug. deſideratur. Eamdem non ſolum prætermiſit Garner. ſed & Innocentii ſententiam ita mutavit, *Caveat cuſtodia paſtoralis*. Quemadmodum is papa in epiſtolæ hujus exordio paſtores laudat, qui oves *illicenter dudum petita vitantes*, hoc eſt ad meliorem frugem converſas, *cuſtodiæ priſtinæ circumſpectione tutari* non dedignantur: ita nunc oves illas, quæ in errore pertinaciter permanent, carere vult cuſtodia paſtorali, ſeu a grege, qui paſtorum cuſtodiæ commiſſus eſt, ſeparari.

16. Garner. *propria voluntate ſignificavit*. Verbum *ſignificavit* exinde apud Aug. tranſlatum.

17. In uno mſ. Colb. deeſt *ad ſanum*, pro quo alter præ ſe fert *ſano*. Queſn. *ſanum*, Garn. *ſani*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



ſitan prohibemus, [1] vere extra ovile remanentes, exſpectantis hoſtis rabidis faucibus glutiantur, [2] quas in ſemetipſos ſpiculis malæ diſputationis armarunt. A Bene valete fratres. [3] Data ſexto Kalendas Februarii, Honorio & [4] Conſtantio viris clariſſimis conſulibus.

## [5] EPISTOLA XXXI.

*Reſcribit Innocentius quinque epiſcopis, quid de eorum ſententia, quid de Pelagii perfidia ſentiret, ſe jam ſatis notum feciſſe: hæretici hujus fautores, ſi Romæ ſint, latere; ſed ubivis degant damnandos eſſe, eorumque ſaluti proſpiciendum: Pelagii in Palæſtina purgationem ſibi valde eſſe ſuſpectam; ſed judices ejus nec culpare ſe, nec approbare; nihil opus eſſe ut eum Romam accerſat, certe librum illius blaſphemiis refertum eſſe: ſi ipſe errores anathemet, facilius revocatum iri quos ſeduxit; ſed his ſaltem conſulendum.*

INNOCENTIUS [6] AURELIO, ALYPIO, AUGUSTINO, EVODIO, POSSIDIO epiſcopis ſalutem.

I. FRaternitatis veſtræ litteras, plenas fidei, totoque religionis catholicæ vigore firmatas, a duobus miſſas conciliis per fratrem & coepiſcopum noſtrum Julium pergrato ſuſcepimus animo, quod earum tenor omniſque contextio [7] in conſideratione quotidianæ gratiæ Dei, & in eorum correctione qui contra ſentiunt, integra ratione conſiſtit: ut & illis omnem tollere [8] poſſit errorem, & idoneum, dato quovis noſtræ legis exemplo, quem ſequi debeant, dignum poſſint præbere doctorem. Sed de his jam ſatis, ut opinor, ſupra diximus, cum veſtris relationibus reſpondentes, reſcripſimus quid vel de illorum perfidia, vel de veſtra ſententia ſentiremus. Sed ſubinde contra eos ſubvenit & ſuppeditat quod dicatur: nec poteſt aliquando [9] eſſe quod vincat, cum tam miſerum impiumque ſit, quod noſtræ fidei virtute & ipſa plenius veritate vincatur. Qui enim omnem vitæ ſpem reſpuit atque contemſit, inimica damnabilique cor ſuum diſputatione confundens, cum credit nihil eſſe quod a Deo accipiat, nec aliquid ſupereſſe quod petat ad ſanandum ſe; qui ſibi hoc abſtulit, ulterius [10] quid reliquit?

II. Si ergo ſunt aliqui, quos in ſui defenſionem perverſitas tanta [11] devinxit, qui huic ſe dogmati dedant atque conjungant, ſperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinam, quod abhorrens longius & penitus approbatur adverſum, [12] affectu illorum & monitis & verbis ut laberentur inducti, quatenus ad rectum viæ tramitem redeant, feſtinabunt, [13] ne diutius mentem obſidens velut eorum ſenſibus paſtus error invadat. Nam ſi Pelagius quocumque reſtitit loco, eorum animos, qui facile vel ſimpliciter crederent diſputanti, hac affirmatione decepit, [14] ſeu hac illi in urbe ſint, quod neſcientes nec manifeſtare poſſumus nec negare, cum & ſi ſunt lateant, nec aliquando audeant vel illum prædicantem iſta defendere, vel talia [15] aliquo noſtrorum præſente jactare, & in tanta populi multitudine deprehendi aliquis facile, [16] nec alicubi poſſit agnoſci: ſive in quovis terrarum loco degant, Dei noſtri miſericordia gratiaque credimus, quod facile corrigantur, audita ejus damnatione, qui fuerit pertinax & reſiſtens hujus dogmatis auctor inventus. Nec intereſt ubi iſti fuerint, dum ubicumque inveniri potuerint, ſint ſanandi.

III. Nobis tamen [17] nec perſuaderi poteſt, eum eſſe purgatum, quamvis ad nos [18] a neſcio quibus laicis ſint geſta perlata; quibus ille & auditum ſe crederet, & abſolutum. Quæ utrum vera ſint, dubitamus, quod ſub nulla illius concilii [19] proſecutione venerunt, nec eorum aliquas accepimus de hac re litteras, apud quos iſtius rei iſte præſtitit cauſſas. Quod ſi de ſua ille potuiſſet purgatione confidere, hoc magis credimus quod egiſſet, quod multo verius eſſe potuerat, ut illos cogeret epiſtolis

1. Apud Queſn. ut in uno mſ. Colb. *velut*, pro *vere*. Hujus vocis loco Garn. ſubſtituit *oves*. Deinde apud Auguſtin. ex mſs. Vatic. ut in marg. Labb. *remanentes & exſpectantes*. Tum Merl. *hoſtis rapidi*. Aliæ edit. concil. cum Rom. *hoſtis rapidis*. At Garn. vocem *rabidis* omittit, nec ullam ei ſubſtituit.

2. Garn. *quas in ſemetipſas*. Queſn. cum vetere exemplari Colb. *quo auctore ſemetipſos quibuſdam* (Colb. mſ. *quoſdam*) *ſpiritalis*.

3. Jan. 27. ann. 417.

4. In mſs. Iſid. *Conſtantino*. Apud Merl. *Conſtantio conſulibus*. In aliis edit. concil. ac Rom. *Conſtantio viris clariſſimis* (unus codex Colb. *vv. cc.*) *conſulibus*. Apud Garner. *Honorio* XI. *& Conſtantio* II. *coſſ.* Ut accurata eſſet nota illa conſularis, enuntiari ſic deberet, *Honorio auguſto* XI. *& Conſtantio v. c.* (hoc eſt viro clariſſimo, non *vv. cc.* quod eſt viris clariſſimis) *conſulibus*. Verum ex epiſtolis 29. & 31. quæ ex melioris notæ mſs. quam iſta, ad nos tranſmiſſæ ſunt, reformanda eſt hæc nota. Non enim videtur ambigendum, quin tres epiſtolas ſimul datas eadem ratione, adeoque *poſt conſulatum Theodoſii* VII. *& Junii Quarti*, Innocentius conſignarit. Sed quia poſt conſulatum Theodoſii VII. & Junii Quarti Honorius & Conſtantius eadem dignitate inſigniti ſunt: conjectura eſt antiquarii alicujus opera ad marg. adjectum eſſe *Honorio & Conſtantio conſ.* atque hoc ſcholion e margine in textum fuiſſe tranſlatum.

5. Scripta eodem anno.

6. In mſ. Corb. *Dilectiſſimis fratribus Aurelio, Alypio, Auguſtino, Evodio, Poſſidonio, Innocentius*.

7. Garn. heic *contextio eſt*, & infra *integra relatio ita conſiſtit*, pro *integra ratione conſiſtit*. Antea pro *correctione*, exſtat in mſ. Corb. *correptione*.

8. Apud Queſn. ut in mſ. Pith. *poſſint*. Rectius alii libri *poſſit*, ſcil. contextio litterarum. Deinde edit. Rom. & concil. *idoneo dato cuivis*, niſi quod in vetuſtioribus edit. concil. reſtat *quovis*. Apud Garner. *idoneum cuivis, dato legis*.

9. In edit. Merl. Crab. Garn. & Aug. ut in mſs. Vatic. *deeſſe*. Præferendum videtur cum aliis libris *eſſe*: quaſi dicatur, Nec poteſt aliquando fieri, ut id vincat dogma, quod tam miſerum tamque impium eſt, ut fidei noſtræ virtute & ipſa veritate plenius vincatur.

10. Vatic. mſ. *quid requirit*.

11. Merl. *defixit*. Garner. *devinxerit*. Inferius Crab. & Lab. *oberrans*, & edit. Rom. *aberrans*, pro *abhorrens*.

12. Editi *infecti*, Vaticanus mſ. *infectis*: corriguntur ex veteri exemplari Colb. Hæc reſpondent verbis quinque epiſcoporum n. 14. *quod ſcandalum auditores & in perverſum* DILECTORES EJUS *uſquequaque ſpargere non ceſſant. Si enim cognoverint* &c.

13. Garner. *nec diutius . . . invadet*.

14. Unus codex Colb. ac Pith. cum Corb. a 1. manu, *ſeu heic illi* &c. Alter ut apud Queſn. *ſeu heic aliqui decepti ſint, quos neſcientes*.

15. In uno mſ. *quolibet noſtrorum*.


16. Apud Garner. *nec ubi lateat poſſit*. Inferioris notæ mſs. *nec deprehendi aliquis facile vel alicubi*.

17. Loco particulæ *nec*, Garner. ſubſtituit *vix*.

18. Garner. e priſcis Auguſtini edit. huc revocavit, *a noſtris quibuſdam laicis*. Dioſpolitanæ ſynodi geſta heic memorantur.

19. Merl. & Crab. *exſecutione*; deinde Garner. *innotuerint*: refragantibus aliis libris.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



suis [1] quid judicaverant indicare. Verum cum sint aliqua in ipsis posita gestis, quæ objecta partim ille vitando suppressit, partim multa in se verba retorquendo tota obscuritate confudit, aliqua magis falsis argumentis, quam vera ratione [2] ut ad tempus videri poterat, purgavit, negando alia, alia falsa interpretatione vertendo.

IV. Sed utinam, quod optandum est magis, jam se ille ad veram catholicæ fidei viam ab illo sui tramitis errore convertat, ut cupiat velitque purgari, considerans quotidianam Dei gratiam, adjutoriumque cognoscens, ut videatur [3] vere & approbetur ab omnibus manifesta ratione correctus, non gestorum indicio, sed ad catholicam fidem corde converso. Unde non possumus illorum nec approbare nec culpare judicium, cum nesciamus utrum vera sint gesta; aut si vera sint, illum constet magis subterfugisse, quam se tota veritate purgasse. Qui si confidit, novitque non nostra dignum esse damnatione [4] quod dicat, aut jam hoc totum se refutasse quod dixerat; non a nobis accersiri, sed ipse debet potius festinare, ut possit absolvi. Nam si adhuc taliter sentit; quando se nostro judicio, quibusvis [5] accitus litteris, cum sciat damnandum se esse, committet? Quod si accersiendus esset, ab iis melius fieret, qui magis proximi & non longo terrarum spatio videntur esse disjuncti. Sed non deerit cura, si medicinæ præbeat ille materiam. Potest enim damnare quæ senserat, ac datis litteris, erroris sui, ut regressum ad nos decet, veniam postulare, fratres carissimi.

V. Librum sane, qui ejus esse diceretur, nobis a vestra caritate transmissum evolvimus: in quo multa contra Dei gratiam legimus esse conscripta, multa blasphema, nihil quod placeret, nihil [6] pene quod non penitus displiceret, a quovis damnandum atque calcandum, cujus similia, nisi qui ista scripserat, nemo alter in mentem reciperet atque sentiret. Nam hoc loco de lege latius disputare, velut coram posito repugnanteque Pelagio necessarium esse non duximus; cum vobiscum [7] totam scientibus, parique nobiscum assensione gaudentibus colloquamur. Tunc enim melius hæc exempla ponuntur, quando cum iis, quos harum constat rerum [8] imprudentes esse, tractamus. Nam de naturæ possibilitate, de libero arbitrio, & de omni Dei gratia, & quotidiana gratia, cui non sit recte sentienti uberrimum disputare? Anathemet ergo iste quæ sentit: ut illi, qui ejus sermonibus fuerant præceptisque collapsi, quid tandem habeat fides vera cognoscant. Facilius enim revocari poterunt, cum ista a suo senserint auctore damnari. Quod si ille pertinaciter in hac voluerit impietate persistere, agendum est [9] quatenus vel iis possit subveniri, quos non suus, sed hujus magis error induxit; ne & illis hæc medicina pereat, cujus iste talem non admittit nec postulat curam. *Et alia manu*: Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. [10] Data sexto Kalendas Februarias [11] post consulatum gloriosissimi Theodosii augusti VII. & Junii Quarti Palladii v. c.

1. Apud Quesn. *quid judicaverint*, quod & secundis curis habet codex Navarreus: qui quidem cum aliis Isidori exemplaribus præ se ferebat, *quid judicaverunt*. Posteriores edit. concil. *qui judicaverunt*. Apud Aug. *qui dijudicaverunt*. In edit. Rom. ut in mss. Colb. Pith. & Corb. *quid judicaverant*. Ad hæc propius accedit quod ex Merl. Crab. &c. revocamus *qui dijudicaverint*. At istud Garn. *quod judicaverant more ecclesiastico indicare*, glossema sapit.

2. Unus e mss. Colb. *quod ad tempus*. Totum hunc locum ita Garn. exhibet, *quam vera ratione purgavit negando, alia falsa interpretando, ne ad tempus quidem videri potuerit absolutus*, verbis demtis additisve aut loco motis præter fidem aliorum librorum. Ex hac Innocentii narratione suspicari est, non sincera ad eum missa esse Diospolitanæ synodi gesta, sed ea quæ Pelagius adulteraverat, quæque *defensionis suæ chartulam* vocabat, qualia & ad Augustinum idem hæreticus miserat. Certe eum operam dedisse, ut adulterata illa gesta usquequaque discurrerent, suspicatur & Augustinus lib. de gestis Pelagii n. 57. ubi ait: *Quis non credet id fuisse procuratum, ut tamquam pro gestorum illorum breviatione ista charta usquequque discurreret?* Nec immerito opinemur ignotos illos viros, qui scriptum memoratum detulerunt, Pelagio addictos fuisse, atque id Innocentio tradidisse, quod magistro suo favere persuasum haberent. Jure igitur Innocentius de gestis illis, *utrum vera sint*, dubitare se superius ait, inferiusque repetit.

3. Apud Aug. ut in mss. *verum*. Mox Lab. post edit. Rom. & Merl. *gestorum judicio*: mendose.

4. Quesn. præmisso antea, *Qui si se confidit*, heic subjicit, *ut confirmet verum esse quod dicat, aut etiam hoc totum* &c. merum glossema, quod neque in veteribus Codicis ab ipso vulgati exemplaribus deprehendimus. In edit. Rom. desideratur conjunctio *aut* ante *jam hoc totum*. A Garnerio & exinde in nova Aug. editione ita vulgatus est hic locus: *Quod si confidit novitque nostra dignum se esse damnatione, quod dicat jam totum hoc refutare* (apud. Aug. *refutasse*) *quod dixerat*. Nostra lectio eo est potior, quod non solum ad veterum codicum fidem expressa, sed & ceteris plenior atque integrior est. Hoc enim sibi vult Innocentius, ut si Pelagius confidat damnatione dignum non esse quod etiam nunc dicat ac doceat, vel jam refutasse seu retractasse ac repudiasse quod pridem dixerat ac docuerat, ipse de absolutione sua certus Romam debeat properare.

5. Editi, *acceptis*. Pith. ms. *acceptus*. Concinnius Corb. *accitus*. Paullo ante pro *accersiri*, in ms. Vatic. exstat *acciri*.

6. Istud *pene*, ac superiora verba, *multa contra Dei gratiam legimus esse conscripta*, ex editione Aug. & mss. Vatic. & Corb. cum deessent in aliis, sunt restituta.

7. Edit. Rom. & concil. *totam rem* Corb. ms. *totum*. Verius editi alii & scripti libri, *totam*, scilicet legem. Ut enim annotavit Quesnellus, alludit Innocentius ad illud Apostoli *Rom* .VII. 1. *Scientibus enim legem loquor*. Ita & postea Cælestinus Ephesinam synodum alloquens epist. 17. n. 4. ait: *His omnibus breviter animati, quia, sicut ait Apostolus, scientibus legem loquor*.


8. In tribus mss. ut in edit. concil. *prudentes*. Rectius alii libri *imprudentes*, hoc est imperitos ac rudes, qui legem minus calleant. Quocirca proximum *melius* perinde est atque opportunius & convenientius.

9. Garn. *qualiter vel iis possit subveniri, quos non scelus huc, sed magis error induxit*: corrupte. Hic erroris auctor ab iis, quos ille seduxit, distinguitur.

10. Apud Quesn. ut in edit. Rom. & concil. ac plerisque mss. desunt quæ subsequuntur. Horum loco substituit Garner. *Honorio* XI. *& Constantio* II. *coss.* Qui Corbejensem pinxit codicem, nisi vetustius sit mendum, sinceram lectionem præ oculis habens, eam ex imperitia sic depravatam exhibuit: *Pridie Kalendas Februarias gloriosissimi Theodosii qui & Junii Quarti Palladii v. c. coss.* Nempe, ut in novissima Augustini editione observatum fuit, notam *p. c.* loco movens, & cum VI. *Kalendas* conjungens, inde fecit *Pridie Kalendas*; & loco *Theodosii* VII. *aug.* legit *Theodosii qui*. Ex collatione epistolæ 29. ut manifestus fit uterque lapsus, ita & restauratur. Eadem inscriptio in ms. Vatic. ita effertur: *Data Kal. Februarii post cons. Theodosii aug. & Junii Quarti Palladii*, omissis scil. duabus numericis notis.

11. Jan. 27. ann. 417.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 410.



## [1] EPISTOLA XXXII.

*Aurelium Innocentius familiariter resalutat.*

INNOCENTIUS AURELIO episcopo Carthaginensi.

IN familiaribus scriptis dilectio vera consistit. Etenim jus firmius caritatis officia melius [2] seorsum mercantur. Quamobrem per fratrem nostrum Julium epistolæ extrinsecus missæ respondere [3] gestivi, ne apud me forsitan remaneret peculiaris ne-
A gatæ salutationis offensa, frater carissime. Supradictum igitur fratrem nostrum tuæ dilectioni, restituo cum apostolicæ sedis [4] ad relationem duplicis synodi judicatis. Superest, ut oratus a nobis Dominus præstare dignetur, quatenus omnis Ecclesiæ suæ macula, continuis laboribus nostris possit abstergi. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data sexto Kalendas Februarias [5].

## [6] EPISTOLA XXXIII.

*Litteras Aurelio mittit Innocentius Hieronymo reddendas.*

Dilectissimo fratri AURELIO INNOCENTIUS.

PLissimam etiam ad nos perveniendi [7] tuam affectionem bene compresbyter noster credidit
B Hieronymus. Compatimur gregis nostri membro, & quod faciendum duximus, vel facere potuimus, sumus velociter exsecuti. Germanitas tua, frater carissime, citius litteras memorato [8] reddere festinet.

## [9] EPISTOLA XXXIV.

*Innocentius Hieronymum, ob ea quæ passus est consolatur, & quid pro tempore faciendum duxerit, ac jam fecerit, declarat.*

Dilectissimo filio HIERONYMO presbytero INNOCENTIUS.

NUmquam boni aliquid contentionem fecisse in Ecclesia testatur Apostolus; & ideo hæreticorum correptiones primum fieri jubet [10] magis, quam diuturna duci collatione. Quæ regula dum negligenter [11] adspicitur, malum non vitatur quod cavendum est, sed augetur. Tamen quoniam dolor gemitusque tuus ita quatit viscera nostra, ut [12] ratio non tractandi consulendique sit: primum constantiæ tuæ alloquor fidem. Pro veritate quisque injuria, aut, ut dicis, periculo percelletur, [13] quia exspectet beatitudinem, multis sæpe narrastis, & [14] tuarum te prædicationum bene memorem commonemus. Itaque excitati tanta malorum scena, arripere auctoritatem sedis apostolicæ ad omne comprimendum nefas festinavimus; sed in quem insur-
C geremus, nec nomine appellatum legimus, nec criminis aliqua ratione taxatum. Quod ergo possumus, condolemus. Si deposueris autem apertam manifestamque in homines aliquos accusationem, aut judices competentes tribuam, aut si aliquid urgentius solicitiusque a nobis fieri potest, non retardabo, fili dilectissime. Tamen episcopo fratri meo Joanni scripsi, ut circumspectius agat: ne [15] quid circa ecclesiam sibi creditam adhuc tale aliquid fiat, quale providere & propellere, ne accideret, vel ne accidat, etiam ipsi sit & postea molestissimum.

1. In veteribus Codicis a Quesnello vulgati necnon collectionis Isidori exemplaribus habetur, inscribiturque magno consensu *epistola familiaris*. Eodem tempore, quo tres superiores, scripta ac per eumdem episcopum Julium missa est.

2. Edit. Rom. & concil. *melius se orsa mercantur*: corriguntur ex mss. Mox *extrinsecus missæ*, id est separatim scriptæ.

3. Vetus exemplar Cod. Quesn. *respondere maluimus, ne apud nos forsitan*, mox omisso *frater carissime*.

4. In priscis edit. concil. ac Rom. perperam heic vox *dignum* & præter fidem mss. additur. Porro *judicata* appellat Innocentius responsa, quæ apostolicæ sedis de rebus ad ipsam relatis judicium indicent. Hæc duo verba, *judicatum* & *constitutum* Vigilio papæ & Gregorio synonima esse suo loco visuri sumus.

5. Nota consularis heic prætermissa, ex superioribus epistolis est supplenda.

6. Scripta anno 417.

7. Hieronymi sicut & Eustochii ac Paullæ ad Innocentium litteras ab Aurelio ipso perlatas fuisse hinc sibi nonnulli secundum Baronium persuadent. Heic tamen Aurelius in Urbem *perveniendi affectionem* habere, non pervenisse memoratur. Nec si exstitisset coram, litteris istis opus fuisset. Satius igitur censuerimus eum, ut ab aliquo e suis deferrentur, operam dedisse.

8. Hieronymo.

9. Scripta eodem tempore.

10. Ita corrigendum duxeramus, quod nullo, immo Innocentii menti contrario sensu ita vulgatum erat, *magisque diuturna*, cum ex ipsius archetypi Vaticani reco-
D gnitione conjectura nostra firmata est, ac mendum ex mera librarii in legendis veteribus libris imperitia natum esse didicimus. Respicit Innocentius ad istud Paulli Tit. III. 10. *Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem devita*. Id vero maxime docet ille papa de hæretico pertinaci & fraudulento, qualis erat Pelagius, qui fallere magis studebat & hæresim suam tegere, quam quærere veritatem.

11. Baronius rejecto ad oram libri *aspicitur*, quod heic perinde est atque consideratur, substituit in textu *accipitur*.

12. In ms. Vatic. deest *ratio*. Aliquod aliud vocabulum ad integritatem sententiæ desideratur. Integrior erit, si legatur, *ut nulla ratio*.

13. In edit. concil. post Baron. *qui exspectat*. Verius Rom. cum ms. Vatic. *quia exspectet*. Nitidior fiet hæc lectio ita constructa: *Quisque* (ceu *quisquis*) *injuria aut periculo pro veritate percelletur, quia is beatitudinem exspectet,*
E *ipsi multis sæpe narrastis*, seu exposuistis. Ex quo sequitur, ut hujusmodi vir, cum spe beatus sit, minus sit lugendus.

14. Edit. Rom. *& tu averte prædicationum*; ceteræ, *& tuæ verbis prædicationis*: ope ms. Vatic. in quo exstat *tuarum te prædicationum*, castigantur.

15. Integrior fiet hic locus, si ita legatur: *ne si circa ecclesiam sibi creditam adhuc tale aliquid fiat, quale providere eum oportuit ne accideret, vel ne accidat*. Heic memorat Innocentius quod sub epistolæ sequentis initium ad Joannem scribit: *Oportuit custodire germanitatem tuam, &*

# [1] EPISTOLA XXXV.

*Joannem Hieronymum Jeroſolymitanum proſpicere debuiſſe, ne tot ac tantis malis, quibus afflictæ ſunt Paulla & Euſtochium, opprimerentur, ac niſi hæc deinceps aut corrigantur, aut retundantur, rationem inde redditurum.*

Dilectiſſimo fratri JOANNI INNOCENTIUS.

DIreptiones, cædes, incendia, omne facinus, extremæ [2] clementiæ generoſiſſimæ ſanctæ virgines Euſtochium & Paulla deploraverunt in locis Eccleſiæ tuæ perpetraſſe diabolum: nomen enim hominis cauſſamque reticuerunt. Quod etſi ambiguum non ſit [3] a quo commiſſum, oportuit tamen cuſtodire germanitatem tuam, & [4] gregi illius ſolicitius providere, ne quid hujuſmodi oriretur, quod cum aliorum periculo tua laceſſit negligentia [5] admittere in gregem Domini; & tales agnas incendio, armis & perſecutionibus, nudas, debiles, poſt ſuorum cædes & mortes, vix vivere audivimus. B

A Nihil movet pietatem [6] illam ſacerdotii tui de tanta diaboli in te atque in tuos poteſtate admiſſa? in te, inquam; prorſus enim [7] ſacerdotii gravitatem condemnat tantum nefas in Eccleſia fuiſſe completum. Ubi proviſiones tuæ? ubi certe, ſi caſus evenerant, auxilia vel conſolationes, cum plus ſe adhuc metuere dicant, quam conqueruntur eſſe perpeſſas? Altius cenſerem, ſi eſſent aliquid de hac re mecum apertius collocutæ. Vide frater antiqui hoſtis inſidias, & ſpiritu boni rectoris pervigila, ut hæc, quæ ad nos opinione magis, quam accuſatione manifeſta, delata ſunt, vel corrigantur, vel retundantur: ne jus eccleſiaſticum de labefactatis [8] cauſſas, eum, qui non defenderit, præſtare compellat.

# [9] EPISTOLA XXXVI.

*Si maritus, cujus uxor in captivitatem fuerat abducta, alteram acceperit, revertente prima, ſecunda mulier debet excludi.*

INNOCENTIUS [10] PROBO.

COnturbatio procellæ barbaricæ facultati [11] legum intulit caſum. Nam bene conſtituto matrimonio inter Fortunium & Urſam captivitatis incurſus fecerat nævum, niſi ſancta religionis ſtatuta providerent. Cum enim in captivitate prædicta Ur- C ſa mulier teneretur; aliud conjugium cum Reſtituta Fortunius memoratus iniſſe cognoſcitur. Sed favore Domini reverſa Urſa nos adiit, & nullo diffitente, uxorem ſe memorati perdocuit. Quare, domine fili merito illuſtris, ſtatuimus, fide catholica ſuffragante, illud eſſe conjugium, quod erat primitus [12] gratia divina fundatum; conventumque ſecundæ mulieris, priore ſuperſtite, nec divortio ejecta, nullo pacto poſſe eſſe legitimum.

*gregi ſuo ſolicitius providere, ne quid hujuſmodi oriretur*, necnon alia, quibus eamdem epiſtolam claudit. Cum iis, quæ Innocentius nunc ſcribit, hæc Auguſtini lib. de geſtis Pelagii n. 66. conferenda ſunt de iiſdem malis verba: *Impia quippe dogmata hujuſmodi hominum a quibuslibet Catholicis etiam qui ab illis terris longe abſunt, redarguenda ſunt: ne ubicumque nocere poſſint quo pervenire potuerint. Impia vero facta, quorum coercitio ad epiſcopalem pertinet diſciplinam, ubi committuntur, ibi potiſſimum a præſentibus vel in proximo conſtitutis diligentia paſtorali & pia ſeveritate plectenda ſunt. Nos itaque tam longe poſiti, optare debemus his cauſſis talem illic finem dari, ut non ſit neceſſe ubilibet ulterius judicari*. Ubi is Doctor impia dogmata ab impiis factis diſtinguens, impia dogmata a quocumque catholico D & ubicumque argui, non item impia facta a quolibet coerceri poſſe docet. Aliter vero Innocentius de ſedis ſuæ poteſtate ſentiens, impia facta in territorio non minus procul a ſe quam ab Auguſtino diſtanti commiſſa, vel judicibus competentibus datis, vel alia etiam ratione vindicandi ſibi jus eſſe non dubitavit. Quamquam ad Auguſtini ſententiam in eo accedit, quod *competentes judices* a ſe tribuendos docet. Hoc enim nomine epiſcopos vel in eadem provincia vel in proxima conſtitutos intelligere haud immerito videatur.

1. Scripta eodem tempore.

2. Placuit aliquando cum Baronio & edit. concil. *dementiæ*: ſed nobis poſtmodum viſum eſt potius hinc laudari ſanctas virgines velut *extremæ clementiæ*, quod infeſti hominis nomen odiorumque cauſſam reticuerint: adeoque Romanæ editionis lectioni hærendum.

3. Hujus facinoris ſuſpicio in Pelagium cadebat.

4. Ita Baron. At edit. Rom. *gregis*. Is primus eſt lo- E cus, ex quo epiſtolam hanc e græco converſam conjectavimus. Nam quod græce *τῷ ποιμνίῳ ἑαυτοῦ* ſeu *αὐτοῦ*, ſi latine non ad verbum *gregi illius*, ſed ut locutio latina poſtulat, *gregi ſuo* reddatur, quæ manca primum & obſcura apparebat orationis ſeries, plena & aperta fiet.

5. Edit. Rom. & concil. *amittere gregem* ex prava lectione veterum librorum, in quibus *ammittere* pro *admittere* ſcribi ſolet: corriguntur ex Baronio, apud quem tamen deinde non levius exſtat erratum, ubi legit *& tales agnos, quos incendio .... nudas*, quaſi vox *nudas* ſit ſecunda perſona verbi *nudo*. Quo poſito Joannes horum facinorum auctor, renitente totius epiſtolæ ſerie, prædicatur.

6. Redolet & alter iſte locus Græcum latine ex more linguæ ſuæ loquentem, & qui cum græce *τὴν ἐξουσίαν* prælegiſſet, articulum *τὴν* vocabulo *illam* latine exprimendum exiſtimarit. Deinde latinius *tanta ... poteſtas*, quam *de tanta ... poteſtate*, dixiſſet.

7. Apud Baron. *ſacerdotis*.

8. Editi, *cauſſis*, pro quo verbo *cauſſam*, hoc eſt *rationem*, reſtituendum eſſe jam conjeceramus, cum in archetypo *cauſſas* legi didicimus. Porro *jus eccleſiaſticum* recto in caſu heic enuntiatur.


9. Incerti temporis. Inter Innocentii decreta Dionyſius Exiguus epiſtolæ huic XXXVII. locum tribuit. Eam inde ſumſit Hiſpanæ collectionis compilator, ex quo & Iſidorus, ut ſolet, eamdem exſcripſit. A Creſconio c. 226. laudatur. Nullam præ ſe fert temporis, quo ſcripta ſit, notam. Quapropter eam in claſſem epiſtolarum incerti temporis amandare cogimur.

10. Hic Probus filius exſtitiſſe videtur Probi præfecti prætorio & Probæ Faltoniæ inſignis illius matronæ, de qua & de liberis ejus Hieronymus epiſt. 8. ad Demetriadem hæc habet: *Proba illa omnium dignitatum & cunctæ nobilitatis in orbe Romano nomen illuſtrius, cujus ſanctitas & in univerſos bonitas etiam apud barbaros venerabilis fuit, quam trium liberorum Probini, Olybrii & Probi non fatigarunt ordinarii conſulatus: & cum incenſis direptiſque domibus in Urbe captivitas ſit, nunc habitas dicitur venumdare poſſeſſiones*. Urſa quidem captivitate illa, quæ anno 409. menſe Auguſto Urbe ab Alarico expugnata accidit, abducta facile creditur, ſed quando redierit ignoratur.

11. Ita edit. Rom. cum ſincero Dion. exemplari Regio. Alii vero libri, *legis*.

12. Conjugium, quod catholica fides *divina gratia fundatum* cenſet, merito credimus ſacramentum. Simili de cauſſa ſimile Leonis epiſt. 149. n. 2. poſtea reſponſum fuit. Sub uno etiam canone 226. Creſconius utriuſque pontificis reſponſa indicat. Antea Tertullianus lib. 2. ad uxorem n. 8. de Chriſtiano matrimonio prædicarat: *Unde ſufficiamus ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignat benedictio, Angeli renuntiant, Pater rato habet?*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



# [1] EPISTOLA XXXVII.

I. *Si quis volens partem sibi corporis amputavit, clericus esse non potest; nolens autem potest.*
II. *Quod digami admitti ad clerum non possint.*
III. *Qui de laicis ad clerum non debeant promoveri.*
IV. *Qui de laicis possint clerici fieri. Heic aperte concuba prohibetur.*
V. *De temporibus in cleri ordinibus immorandis.*

INNOCENTIUS FELICI episcopo [2] Nucerino.

I. MIrari non possumus, dilectionem tuam sequi instituta majorum, omniaque, quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad caput atque ad apicem episcopatus referre, ut consulta videlicet sedes apostolica ex ipsis rebus dubiis certum aliquid [3] faciendumque pronuntiet. Quod nos & libenter accipimus, & dilectionem tuam memorem canonum comprobamus.

II. Scripsisti ergo, quod fervore fidei, quo polles, & amore sanctæ plebis, vel reparaveris ecclesias Dei, vel novas quasque construxeris: sed in his clericos, quos constituas, non habere, aliquos vero mutilos, aliquos digamos esse. Ad quod stupuimus, prudentem virum de his voluisse consulere, quæ omnibus sunt certa ratione comperta. Ergo non quasi ignorantibus dicimus, sed in aliis forsitan occupatos, istud oblitos vos esse dicimus.

III. Qui igitur partem cujuslibet digiti sibi ipse volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero [4] casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens, se non sponte percussit, hos canones præcipiunt & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abjici. In illis enim voluntas [5] judicata est, quæ sibi ausa fuerit ferrum injicere, quod scilicet & alii id facere dubitare non possit: in istis vero casus veniam meruit.

IV. De [6] digamis autem nec consuli debuit, quod manifesta sit lectio Apostoli: [a] *unius uxoris virum* ad sacerdotium sive ad clericatum admitti debere, & hanc ipsam tamen si virginem accepit. Nam ea, quæ habuerit ante virum, licet defunctus sit, tamen si clerico postea fuerit copulata, clericus qui eam acceperit, esse non poterit, quia in lege cau- A tum est [b], non viduam, non abjectam habere posse conjugem sacerdotem.

V. De laicis vero religio tua consuluit, quos canones ordinare prohibeant. Certum est quidem, hoc regulas ecclesiasticas continere: sed non ita definitum est, ut de omnibus sit laicis constitutum. Neque enim clerici nasci, & non fieri possunt: sed designata sunt genera, de quibus ad clericatum pervenire non possunt, id est, si quis fidelis militaverit, si quis fidelis caussas egerit, hoc est, [7] postulaverit, si quis fidelis administraverit. De curialibus autem manifesta ratio est; quoniam etsi inveniantur hujusmodi viri, qui debeant clerici fieri, B tamen quoniam sæpius ad curiam repetuntur, cavendum ab iis est [8] propter tribulationem, quæ sæpe de his Ecclesiæ provenit.

VI. Laici vero, qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut clericis juncti sint, aut monasteriis, ex quo baptizati sunt, hæserint, & si non [9] concubam, non pellicem noverint, si in omnibus [10] bonis operibus vigilaverint, non prohibentur hujusmodi ad clericatus sortem assumi. Ita sane, ut in eos tempora a majoribus [11] constituta serventur. Nec cito quilibet lector, cito acolythus, cito diaconus, cito sacerdos fiat: quia in [12] minoribus C officiis si diu perdurent, & vita eorum pariter & obsequia comprobantur, ut ad sacerdotium postea emensis stipendiorum meritis veniant, nec præripiant quod vita probata meretur accipere.

VII. Quoniam ergo certa definitione monstratum est, qui debeant admitti, quive reprobari: ex his omnibus, quos videt dignatio tua non posse reprobari, eligere debebis quos clericos facias. Si enim NULLAM GRATIAM hominibus aut beneficium præstare velimus, tales invenire possumus, de quorum assumtione nec incurrere scandalum, nec erubescere valeamus.

*a* I. Tim. III. 2. *b* Lev. XXI. 13.

1. In quinque titulos seu decreta XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. & XXXII. a Dionysio Exiguo divisa est. Citatur a Cresconio non semel. Exstat & in Hispana, ut in Isidori collectione.

2. Ita codex Regius, ubi in aliis *Nuceriano*.

3. Editi, *faciendum pronuntiet*, omissa conjunctione, quæ revocatur ex mss.

4. Reg. ms. *lapsu aliquo*.

5. In eodem codice, *voluntas est quæ sibi ausa fuerit ferrum incidere*, omisso *judicata*; quod verbum perinde est atque damnata, utpote cui mox *veniam meruit* opponitur. Judicii autem hujus ea subjicitur ratio, quod is judicatur non dubitaturus hoc in alios committere, seu nullo scrupulo commissurus, quod in se ipse commisisset. Hinc non placet quod subinde in vulgatis, *dubitari*. Tum in ms. Reg. *possint*: quod verbum ad eos quorum voluntas arguitur, non ad ipsam voluntatem relatum, admitti nil repugnat.

6. Lab. ut in ms. Reg. *bigamis*. Elegantius alii libri, *digamis*.

7. Hoc verbo designatur advocatus, qui pœnas a judicibus adversus reos decerni postulat, sicut mox *administrantis* voce indicatur judex, cujus est hujusmodi pœnas D ac tormenta decernere, aut etiam capitalem sententiam dicere. De utroque aliquando dubitavit Exsuperius Tolosanus episcopus, utrum etiam ad communionem admittendi essent. Qua de re consultus Innocentius epist. 6. cap. 3. & 5. ei respondet.

8. Vide supra Epist. II. n. XIV.

9. Sic Dion. quod nec in exemplaribus ab Hadriano ad Carolum Magnum missis mutatum. At mss. coll. Hisp. & Isid. ut in vulgatis, *concubinam*. Notandum est Innocentium iis, qui uxorem duxerint, aditum ad clerum ita permittere, ut eos vitæ, *ex quo baptizati sunt*, innocenter actæ testimonium habere velit.

10. Vox *omnibus* a Crabbio primum expuncta, nec deinceps restituta, revocatur ex Merl. & mss.

11. Vid. SIRICII Epist. I. n. XIII. & ZOSIMI Epist. IX. num. V.

12. Exemplar Reg. *in omnibus officiis*. Ex hoc loco perspicitur quam frivolum sit quod scribit Nuperus scriptor, qui cum Romanos pontifices semel tantum per annum mense Decembris ordinare consuevisse sibi persuasisset, eos qui ordinati fuerant, nulla nisi necessitatis lege ad annum alterum exspectare debuisse obtendit, ut ad altiorem gradum proveherentur.

## [1] EPISTOLA XXXVIII.

*Ut ii, qui in presbyterio filios genuerunt, removeri ab officio debeant.*

INNOCENTIUS MAXIMO & SEVERO episcopis per Brittios.

ECclesiasticorum canonum norma nulli esse debet incognita sacerdotum, quia nesciri hæc a pontifice satis est indecorum, maxime cum a laicis religiosis viris & sciatur, & custodienda esse ducatur. Nuper quidem Maximilianus filius noster agens in rebus [2] cujusmodi querelam detulerit, libelli ejus series annexa declarat. Qui zelo fidei ac disciplinæ ductus, non patitur Ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit pro- A creasse. Quod non licere exponerem, nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres carissimi, libelli, qui subjectus est, tenore perspecto, eos, qui talia perpetrasse dicuntur, jubebitis in medio collocari; discussisque objectionibus, quæ ipsis presbyteris impinguntur, [3] si convinci potuerint, a sacerdotali removeantur officio: quia qui sancti non sunt, sancta tentare non possunt; atque alieni efficiantur a ministerio, quod vivendo illicite [4] polluerunt. Miramur autem hæc eorum dissimulare episcopos, ut aut connivere, aut nescire esse illicita judicentur.

## [5] EPISTOLA XXXIX.

*Quod post pœnitentiam nullus ad clerum possit admitti.*

INNOCENTIUS AGAPITO, MACEDONIO & [6] MARIANO, episcopis Apulis.

MUlta in provincia contra canones ecclesiasticos decretaque majorum usurpari a plurimis, & relationes diversorum, & suggestiones fidissimæ retulerunt: quæ quidem possent facile resecari, si episcopi in his non invenirentur auctores. qui dum aut amicis aut obsequentibus gratiam præstare nituntur, religionem violant, ordinesque corrumpunt. Ac sic evenit, ut indigni quique honores suscipiant ecclesiasticos, & admittantur ad cle- B rum, qui nec inter laicos quidem dignum locum habere mererentur: sicuti in nunc dato nobis libello monstratum est, Modestum quemdam multis criminibus involutum, propter quæ etiam pœnitentiam egisse dicitur, non solum clericum effectum, quod non licet, verum etiam ad episcopatus apicem eum tendere; cum canones apud Nicæam constituti [7] pœnitentes, etiam ab infimis officiis clericorum [8] excludant. Et ideo, fratres carissimi, perspecto tenore libelli, eum jubebitis præsentari: ac si vere constiterit talem, qualem libellus affirmat, non solum [9] ab ambitione, sed etiam a cle- C ricatus removeatur officio.

## [10] EPISTOLA XL.

*In parœciam alienam invadere, aut quidquam in ea, inconsulto ipsius episcopo, agere non licere.*

INNOCENTIUS [11] FLORENTINO episcopo Tiburtinensi.

NOn semel, sed aliquoties clamat Scriptura divina, transferri non oportere terminos a patribus constitutos: quia nefas est, si quod alter semper possederit, alter invadat, quod tuam bonitatem frater & coepiscopus noster Ursus asserit perpetrasse. Nam Nomentanam sive [12] Feliciensem parœciam, ad suam [13] diœcesim a majoribus pertinen-

1. Hæc epistola in Dionysiana collectione, unde in Hispana & Isidoriana transscripta, locum obtinet, inscribiturque Innocentii titulus seu decretum XXVIII.

2. Editi cum mss. coll. Hisp. & Isid. *in rebus hujusmodi qualem querelam*: castigantur ex Dionys. & Hadrian. exemplaribus.

3. Ita mss. coll. Dion. & Hadr. Alii vero cum vulgatis, *si convicti fuerint*; & mox *tractare*, pro *tentare*. Non me fugit quod Afri Cod. can. eccl. Afr. c. 4. sancientes, *ut episcopus, presbyter, & diaconus, vel qui sacramenta* CONTRECTANT, *pudicitiæ custodes ab uxoribus se abstineant*, postremæ lectioni favere videantur. At nequaquam recedendum duximus a mss. quos experti sumus sinceriores: maxime cum heic de solis presbyteris sit sermo, ac nomine *sanctorum* non una corporis & sanguinis Christi sacramenta, sed quæcumque ad presbyterorum ministerium pertinent, intelligantur. Quocirca verbum *tentare*, quo generalius est, eo etiam ad id enuntiandum est aptius.

4. Reg. mss. *polluunt*.

5. Incerti temporis. Collectioni Hispanæ & Isidori inserta est secundum Dionysium Exiguum, qui eam sub titulo XXXIV. decretorum Innocentii subjecit.

6. In vulgatis, *Mauriano*. Reg. ms. *Martino*. Ceteri, *Mariano*.

7. Nic. conc. can. x.

8. Non conceptis quidem verbis, sed quia illud sanciunt hujus concilii patres, unde istud consequens esse intelligitur. Immo cum can. 10. sequi se profitentur ecclesiasticam ea de re regulam, hanc jam ante constitutam D ponunt. Et vero ad eos omnes, qui aliqua gravis peccati macula contaminati sunt, attinet ea ratio, qua Cyprianus epistola 72. eos qui ab hæresi vel schismate ad Ecclesiam redirent, communi fratrum consensu a clero arcet ac removet: *Oportet enim sacerdotes ac ministros, qui altari & sacrificiis deserviunt, integros atque immaculatos esse*. Eo sane conspirant quas Ecclesia sanxit ab initio leges, ut nulli promoveantur ad clerum, nisi qui a baptismo innoxiam atque ab omni cujuslibet criminis labe puram vitam duxissent. Si cujus vero latens primum culpa, postmodum detegeretur, hunc tandem convictum deponi Nicæni canones 2. & 10. volunt. Vide supra epist. 16. n. 11.

9. Crab. atque alii deinceps editi, *ab episcopatus ambitione*; Merl. atque omnibus mss. refragantibus. Neque vero tantum ab episcopatu arcetur Modestus, sed a quolibet etiam gradu, quem nondum erat adeptus, & ex quo ad episcopatus apicem tendebat.


10. Incerti temporis. In collectionibus Isidori, Hispana & Dionysii exhibetur. Apud hunc decretum XXXVI. Innocentii appellatur.

E 11. Ita veteres coll. Dion. & Hadr. codices. Alii autem, *Florentio*.

12. In Regio ms. *Faciliensem*. Deinde *parœciæ* vocabulum, non ecclesiarum plurium collectionem episcopo subjectam, quo sensu priscis temporibus vulgo accipitur, sed ecclesiam singularem uni presbytero addictam sonat. Eodem intellectu & supra epist. 25. n. 8. ab Innocentio ipso usurpatur.

13. Pasch. Quesn. in I. Leonis epistolam not. 4. pro

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 410.



tem, invasisse te, atque illic divina celebrasse mysteria, inconsulto eodem ac nesciente, non sine dolore conquestus est. Quod si verum est, non leviter te [1] incurrisse cognoscas. Unde si declinare cupis tantæ usurpationis invidiam, nostris litteris admonitum te convenit abstinere. Certe si aliquid tiA bi credis justitiæ suffragari, integris omnibus, & in pristino statu manentibus, post dies venerabiles Paschæ adesse debebis, ut [2] memorati possis intentionibus respondere: partibusque in medio collocatis, quid antiquitas aut veritas habeat, requiramus.

## [3] EPISTOLA XLI.

*Ut Laurentius hæreticos Photini venena sectantes curet expelli.*

INNOCENTIUS LAURENTIO episcopo [4] Seniensi.

Diu mirati sumus, dilectionis tuæ litteris lectis, hæreticos Photini venena sectantes in territorio dilectionis tuæ non solum esse, sed & publice sibi conventicula in aliquorum possessionibus præparare; cum de toto pene orbe nusquam tam multi, quam apud vos, delegerint habitare. Quorum doctrinæ nefariæ auctor Marcus, dudum de Urbe pulsus, temeritatis tantæ ductus est audacia, ut primum sibi inter eos vindicet locum. Sed ne ulterius debacchandi habeant facultatem, & animas simplicium ac [5] rusticanorum secum in gehennam, cui destinati sunt, trahant, actum est adversus eos B a [6] defensoribus ecclesiæ nostræ, quo eos possint expellere: ut qui Christum Deum ex Patris substantia ante sæcula negant genitum, hi cum Judæis, qui ejus deitatem negaverunt, & nunc usque negant, participium habeant damnationis. Tuum est, frater carissime, quæ præcepta sunt, non segnius agere: ne plebem tibi creditam dissimulatione deperdas, & incipias Deo de perditis reddere rationem.

## [7] EPISTOLA XLII.

Seu Litterarum Pelagii ad papam Innocentium, post mortem ejus, sed cum eum defunctum nesciret, scriptarum fragmenta.

I. IN *his teste Augustino* [8] *Pelagius dicit*: Esse de quibus eum homines infamare conantur: unum, quod neget parvulis baptismi sacramentum, & absque redemtione Christi aliquibus cælorum regna promittat: aliud, quod ita dicat posse hominem vitare peccatum, ut Dei excludat auxilium, & in tantum libero confidat arbitrio, ut gratiæ repudiet adjutorium.

II. *Prosequitur Augustinus* [9] *: His cum invidiosas de inimicis suis admiscuisset querelas, ad rem ita venit :* Ecce apud beatitudinem tuam epistola ista C me purget, in qua pure atque simpliciter ad peccandum & ad non peccandum integrum liberum arbitrium habere nos dicimus, quod in omnibus bonis operibus divino adjuvatur semper auxilio.

III. „ *Deinde, inquit Augustinus* [10], *cum de hominis conditione, & ad peccandum atque non peccandum naturali ejus possibilitate quædam interposuisset, adjunxit :* Quam liberi arbitrii potestatem dicimus in omnibus esse generaliter, in Christianis, in Judæis atque Gentilibus. In omnibus est liberum arbitrium æqualiter per naturam: sed in solis Chri-

certo ponens vocem DIOECESIS *vix illis temporibus* (Leonis) *esse prolatam a Romanis vel Orientalium partium episcopis pro parochia provinciali alicui episcopo subjecta*, hunc sibi objicit Innocentii locum, in eoque sibi videri ait, *vocem diœcesis sumi pro administratione*, licet hanc eo, quo nunc frequens est, usu & tunc Afris, & post Leonis tempora Gallis familiarem fuisse fateatur. At cum diœceses, prout hæc vox administrationem sonat, duæ tantum in Italia tunc essent, Romana scilicet, cui Romanus præerat antistes, & Italica, quæ Mediolanensi episcopo suberat, eo intellectu Nomentana parœcia ad Romani antistitis, non ad Ursi aut Florentini diœcesim pertinebat. Sed & diœcesis vocabulum pro territorio episcopali ab Hilaro Leonis successore, ut & a Gelasio, Vigilio &c. usurpatum visuri sumus. Idem ejus usus est tum in Augustini epistola 209. n. 8. tum in his concilii Toletani I. can. 20. *Placuit ex hac die nullum alium, nisi episcopum, chrisma conficere, & per* DIOECESIM *destinare*.

1. Crabbius de suo heic addidit *culpam*: quæ vox nequaquam *non leviter*, sed *non levem* postulabat. Neque tamen postea castigatus fuit. Porro *incurrere* & *offendere* Tullio synonima sunt.

2. Editi post Crab. *memoratis*. Concinnius Merl. & mss. *memorati*, scil. Ursi. Deinde *intentionibus* id est quod expostulationi. Quippe antiquis *intentio* pro controversia & expostulatione seu lite intenta familiaris est.

3. Incerti temporis. Trium seu quatuor collectionum sæpius nominatarum ope ad nos pervenit. Apud Dionysium prænotatur Innocentii decretum XLIX. *de Bonosiacis, quod Judæis sint comparandi*. Quæ summa exinde ab aliis canonum compilatoribus exscripta, cum in omnibus mss. tum in priscis edit. concil. ac Rom. obtinuit. Immo ex hac summa, & altera superioris epistolæ 16. simul copulatis Cresconius breviarii sui capitulum 58. conflavit in D hunc modum: *De Bonosiacis hæreticis, quod Judæis sint comparandi. Et de suscipiendis clericis, quos idem Bonosus antequam damnaretur ordinavit. Ex decretis papæ Innocentii tit.* XLIX. *&* L. Hinc factum, ut Merlinus geminum illum titulum epistolæ huic præmittens, superiorem epistolam 16. tamquam hujus *capitulum secundum* ei subjecerit. Bonosi quidem Photinique, ut prævio in epistolam 9. Siricii Monito n. 7. observavimus, affines erant hæreses; nihil tamen est cur a littera discedamus epistolæ nostræ, in qua sectatorum Photini, non Bonosi mentio occurrit. Immo si ad Seniensem in Croatia, seu, ut olim vocabant, in Liburnia, non ad Senensem in Hetruria episcopum hæc epistola scripta est, Photini, non Bonosi asseclas in ea notari extra controversiam erit. Præterea Photinum, cum Sirmii in Pannonia, cui Liburnia vicina est, episcopus esset, provincias illas hæresis suæ veneno infecisse nemo ignorat. Demum Innocentio de hæresi sermo est, quam *toto pene orbe* disseminatam innuit: quod sane in Photinianam magis, quam in Bonosiacam recens obortam convenit. Ejus E autem hæresis, quam Innocentius arguit, *auctor* dicitur Marcus, non quia illam excogitarit, sed quia seduliorem in ea propaganda operam præ se ferret.

4. In aliquot mss. *Siniensi*. Apud Merl. *Symensi*.

5. Edit. Rom. *rusticorum*. Rectius alii libri, *rusticanorum*: qua voce non ruris incolæ, sed homines doctrinæ expertes designantur.

6. Defensorum ecclesiæ Rom. nomen ac munus si bene memini, nunc primum in epistolis summorum pontificum memoratum legimus. Sed non de eo munere ut recens instituto Innocentius loquitur. Eorumdem mentio ad calcem epistolæ 9. Zosimi ad Hesychium recurret.

7. Anno 417.

8. Ex Augustino lib. de gratia Christi c. 30.

9. Ibid. c. 31.

10. Ibid.

stianis juvatur a gratia. In illis nudum & inerme est conditionis bonum: in his vero, qui ad Christum pertinent, Christi munitur auxilio. Illi ideo judicandi atque damnandi sunt, quia cum habeant liberum arbitrium, per quod ad fidem venire possent, & Dei gratiam [1] promereri, male utuntur libertate concessa. Hi vero remunerandi sunt, qui bene libero utentes arbitrio, merentur Domini gratiam, & ejus mandata custodiunt.

IV. *Item adversarios suos ad librorum, quos pridem conscripserat, lectionem provocabat his verbis* [2]: Legant illam epistolam, [3] quam ad sanctum virum Paullinum episcopum ante duodecim fere annos scripsimus, quæ trecentis forte versibus nihil aliud quam B Dei gratiam & auxilium confitetur, nosque nihil omnino boni facere posse sine Deo. [4] Legant etiam epistolam [5] ad sanctum Constantium episcopum, ubi breviter quidem, sed plane libero hominis arbitrio Dei gratiam auxiliumque conjunxi. [6] Legant etiam quam [7], ad sacram Christi virginem Demetriadem in Oriente conscripsimus: & invenient nos ita hominis laudare naturam, ut Dei semper gratiæ addamus auxilium. [8] Legant etiam recens meum [9] opusculum, quod pro libero nuper arbitrio edere compulsi sumus: & agnoscent quam inique nos negatione gratiæ infamare gestierint, qui per totum pene ipsius textum operis perfecte atque integre & liberum arbitrium confitemur & C gratiam.

V. *Sed* [10] *& ab his litteris ad fidei suæ librum, quem iis subnexuerat, vult transire lectorem. Is porro fidei liber totus insertus Sermoni alias Augustini de tempore* 191. *nunc append.* 236. *n.* 2. *& seqq. ac præterea seorsim editus est in appendice to.* 10. A *novæ editionis ejusdem Sancti pag.* 96. *sicut & apud Hieronymum, cui olim adscriptus fuerat.*

VI. „*Præterea in litteris illis, quas, inquit Augustinus* [11], *Romam misit ad beatæ memoriæ papam* „*Innocentium, & quoniam in corpore eum non invenerunt, sancto papæ Zosimo datæ sunt, & ad me* „*directæ, hoc est in eadem epistola, querebatur* se ab hominibus [12] infamari, quod neget parvulis baptismi sacramentum, & absque redemtione Christi aliquibus cælorum regna promittat. *Et cum dixisset*, numquam se vel impium aliquem hæreticum audisse, qui hoc de parvulis diceret, *subjiciebat*: Quis enim ita evangelicæ lectionis ignarus est, qui hoc non modo affirmare conetur, sed qui vel leviter dicere aut etiam sentire possit? Deinde quis tam impius, qui parvulos exsortes regni cælorum esse velit, dum eos baptizari & in Christo renasci [13] vetat; & in perpetuam certamque vitam renasci [14] vetet eum, qui natus sit ad incertam?

VII. *Simul cum Pelagii prædictis litteris ac libello fidei ad Innocentium missa est, simulque Innocentii successori Zosimo reddita epistola Praylii Jerosolymitani episcopi, de qua hoc unum a Zosimo discimus* [15], *quod in ea Praylius Joannis successor* caussæ Pelagii enixius adstipulator intervenit.

VIII. *Qui autem prædicta legerit litterarum Pelagii fragmenta, necnon Augustini, qui omnes vafri hujus hæretici artes ac subterfugia probe noverat, subnexas observationes expenderit, audieritque simul eumdem Jerosolymitani antistitis commendatione probatum atque laudatum esse; is sane Zosimum, simpliciter verba illius ut sonabant accipientem, decipi ab eo potuisse minus mirabitur.*

1. In hæc verba Augustinus, *Nempe*, inquit, *manifestum est, eum dicere gratiam secundum merita dari, quamlibet eam vel qualemlibet significet; quam tamen aperte non exprimit.*

2. Ibid. c. 35.

3. His rursum subdit Augustinus: *Hanc ego legi; & inveni eum pene per totam non immorari nisi in facultate & possibilitate naturæ, & pene ibi tantum Dei gratiam constituere. Christianam vero gratiam tanta brevitate perstringit, ut nihil aliud videatur, quam eam tacere timuisse.*

4. Ibid. c. 36.

5. Hanc reperire se non potuisse Augustinus testatur. *Sed si*, inquit, *non est dissimilis ceteris, non habet etiam ipsa quod quærimus.*

6. Ibid. c. 37.

7. De hac ita idem Doctor loquitur: *Istam sane legi, mihique pene persuaserat, hanc illum gratiam, de qua quæstio est, confiteri. Sed cum in manus meas & alia venissent, quæ posterius latiusque conscripsit, vidi quemadmodum potuerit etiam illic gratiam nominare, sub ambigua generalitate quid sentiret abscondens, gratiæ tamen vocabulo frangens invidiam offensionemque declinans.* In hoc autem Pelagii opere virus latens retegit Augustinus epist. 143. nunc 188. ad Julianam; ad cujus epistolæ calcem hanc Pelagii ad Innocentium, immo & hunc ipsum locum non obscure notat E ubi ait: *In quadam vero epistola sua idem Pelagius, ubi & nomen suum apertissime ponit, nec nomen sacræ virginis tacet, dicit ad eam se scripsisse, & ejusdem sui operis testimonio probare nititur, se gratiam Dei, quam vel tacere vel negare asseritur, apertissime confiteri.*

8. Ibid. c. 41.

9. De opusculo hoc ea est Augustini censura. *Quatuor sunt libri operis hujus, & hos legi... Sed in his etiam quatuor libris quæcumque pro gratia videtur dicere, qua juvamur ut declinemus a malo bonumque faciamus, ita dicit, ut nullo modo a verborum ambiguitate discedat, quam discipulis sic possit exponere, ut nullum auxilium gratiæ credant, qua naturæ possibilitas adjuvetur, nisi in lege atque doctrina.* Et D paucis intermissis: *Sed hoc adjutorium legis atque doctrinæ etiam propheticis fuisse temporibus, adjutorium autem gratiæ, quæ proprie gratia nuncupatur, in Christi esse arbitratur exemplo; quod nihilo minus ad doctrinam pertinere perspicitis, quæ nobis evangelica prædicatur.*

10. Ibid. c. 32.

11. Lib. de peccato Origin. n. 19. 20. & 21.

12. Ad hæc Augustinus loco citato: *Non sic illis hæc objiciuntur, ut posuit. Nam neque parvulis negant baptismi sacramentum, nec absque redemtione Christi aliquibus cælorum regna promittunt... Objicitur autem illis, quod non baptizatos parvulos nolunt damnationi primi hominis obnoxios confiteri.*

13. Ista Pelagii verba in medium prolaturus Augustinus, præmittit: *Videte latebras ambiguitatis falsitati præparare refugia, offundendo caliginem veritati: ita ut etiam nos, cum primum ea legimus, recta vel correcta propemodum gauderemus. Sed latiores*, inquit, *disputationes ejus in libris, ubi se quantumlibet operiat, plerumque aperire compellitur, fecerunt nobis & ista suspecta, ut attentius intuentes inveniremus ambigua.*

14. Circa horum verborum intelligentiam quantum laborarit Augustinus ubi explicuit, adjicit: *Tam sunt ambigua, ut possint eorum dogmati præbere latibula, unde ad insidiandum prosiliat hæreticus sensus.*

15. Zosimi Epist. III. n. 2.

# INDEX
## EPISTOLARUM
# S. INNOCENTII I. PAPÆ.

# MARII MERCATORIS
# OPERA.



EX EDITIONE V. C.

STEPHANI BALUZII,

*Nunc denuo recensita, pluribus in locis restituta & illustrata.*

# MARII MERCATORIS OPERA.

## COMMONITORIUM LECTORI

*Adversum hæresim* PELAGII *&* CÆLESTII *vel etiam scripta* JULIANI *a* MARIO MERCATORE *servo Christi.*

I. QUæstio contra catholicam fidem apud nonnullos Syrorum & præcipue in Cilicia a Theodoro, quondam episcopo oppidi Mamfisteni jam dudum mota, nunc usque penes paucos eorum admodum roditur, nec ea palam profertur; sed ab ipsis qui de ea fornicantur, velut catholicis, intra Ecclesias interim retinetur: *Progenitores videlicet humani generis Adam & Evam mortales a Deo creatos, nec quemquam posterorum sui prævaricatione transgressi læsisse, sed sibi tantum nocuisse,*
2 *seque mandati reos apud Deum fecisse, alterum penitus nullum.*

Hanc ineptam & non minus inimicam rectæ fidei quæstionem sub sanctæ recordationis Anastasio Romanæ Ecclesiæ summo Pontifice [1] Rufinus quondam natione Syrus Romam primus invexit, &, ut erat argutus, se quidem ab ejus invidia muniens, per se proferre non ausus, Pelagium gente Brittanum monachum tunc decepit, eumque ad prædictam apprime imbuit atque instituit impiam vanitatem. Quique mox ausus in Apostolum Paullum commentarios condere, cum ad illum locum notissimum ad Romanos venisset epistolæ, ubi ita continetur: [a] *Propterea sicut per unum hominem peccatum intravit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit* & cetera; ibidem *Eos tantum reos dixit, atque obnoxios illa prævaricatione teneri, qui hunc in prævaricandis Dei mandatis voluerint imitari; non omnes qui ex ejus sunt per successionum seriem semine generati.* Atque hinc latius de sequentibus locis hujus epistolæ disputat, & pronuntiat, *Nullum hominum prorsus per generationem læsum fuisse, nec lædi Adæ peccati transgressione, sed imitatione,* inquit, *quia prior ille in genere humano peccavit; & illum reum & obnoxium fieri qui hunc propria voluntate, non nascendo, sed peccando, fuerit imitatus.*

Huic Pelagio adhæsit Cælestius, nobilis natu quidem, & illius temporis [2] auditorialis scholasticus, sed naturæ vitio eunuchus matris utero editus. Hic a Pelagio prædicto institutus, sensum istum impiissimum meracius imbibit, ac multos incredibili loquacitate amentiæ hujus suæ participes & complices fecit; aususque palam publiceque his verborum
3 sententiis ejusdem sensum passim disseminare per populos, id est:

*Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, fuisset moriturus.*

A *Quoniam peccatum Adæ ipsum solum læsit, & non genus humanum.*

*Quoniam infantes qui nascuntur, in eo statu sunt in quo Adam fuit ante prævaricationem.*

*Quoniam neque per mortem Adæ omne genus hominum moriatur, quia nec per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgit.*

*Quoniam infantes, etiamsi non baptizentur, habeant vitam æternam.*

Quæ quinque capitula unam impiissimam & nefandam sententiam generant.

Adjecit præterea, *Posse esse hominem sine peccato & facile Dei mandata servare; quia & ante Christi adventum fuerunt homines sine peccato; & quo-* B *niam lex sic mittit ad regnum cælorum, sicut evangelium.*

Hæc atque hujusmodi etiam Juliano & ceteris ejus commanipularibus placuere: quæ cum cognita atque detecta, ecclesiastica fuissent cum præfatis personis auctoritate damnata, librorum quoque numerositate ab eodem Juliano defensa sunt, placuitque ei cum Cælestio & Pelagio in damnatione tertium numerari.

II. Tunc contra pueriles ausus ejus sanctæ recordationis Augustinus episcopus diversis temporibus diversos condidit libros; ex quibus omnibus Julianus [3] unum de duobus primo tempore ad Vale- C rium editis elegit, cui quatuor libris a se ad Turbantium absolutis contradiceret; [4] sequenti vero uni octo ultimis voluminibus ad Florum emissis respon-
disse se jactat, fingens multos ejus sancti viri super hac re alios elaboratos penitus ignorare. 4
Quibus octo ultimis horrida loquacitate evagatus, disertum se magis ostentare & sciolum volens, post innumerabilia conviciorum probra quæ in sanctum supra dictum virum est jaculatus, hæc impudenter immo jam impie defendere ausus est quæ a Pelagio Cælestioque eum in perniciem suam didicisse superius memoravimus: quamquam sicut jam prioribus quatuor libris eadem & semper eadem volvens, & nullum prudenter inveniens exitum, injuriis & D contumeliis magis membranas seu chartas quam ulla fidei rectæ ratione complevit. Et cum hæc summa brevitate & scripturarum sanctarum atque divinarum auctoritate esset quæstio pertractanda, plurimam sibi distortam & omnino non necessariam loquacitatis conscripsit materiam, de qua & impia cuderet &

a Rom. V. 12.

1. *Rufinus natione Syrus*] Hunc nonnulli perperam confundunt cum Rufino Aquilejensi. Qua de re fuse differit Fontaninus *Hist. Litter. Aquil.* lib. V. cap. XVIII. §. IV. pag. 415. seq. ubi & hunc locum Marii Mercatoris illustrat. Vide sis & S. Augustinum lib. *de pecc. orig.* cap III. opp. tom. X. pag 254. atque ad eum locum notam BB.

2. *Auditorialis scholasticus*] Idem ac *forensis*, ut intelligitur ex Augustino lib. II. contra Julianum cap. X. & lib. VI. cap. XI. Sic monuere doctissimi BB. in Append. ad tom. X. opp. S. Augustini, ubi excerptum ex hoc Marii Mercatoris Commonitorio descripserunt.

3. *Unum de duobus*] Juliani opus primum, libros quatuor continens scriptos contra lib. I. *de nuptiis & concupiscentiis*. — BB. l. c. pag. 114.

4. *Sequenti vero uni*] Opus ejusdem Juliani postremum librorum octo contra librum II. *de nuptiis*. — IIDEM ibid.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



proſus ageret nihil. Nihil enim agit qui impietati operam navat.

Sanctus tamen ſæpe dictus epiſcopus Auguſtinus [1] ſex ſuis libris quatuor illius priores avertit, octo quoque poſteriores [2] ſingulis reſponſionibus ſuis ad ſingula capitula ſubjectis, ac vanos ejus ac plumbeos pugiones malleo catholicæ veritatis obtudit, immo confregit. Quod utriuſque opus cum in noſtras manus veniſſet, quia tota ſumma inepti & magis impii Juliani laboris ad unam pravam redigi videtur ſententiam, *Adæ videlicet & Evæ transgreſſionem eos non feciſſe mortales, nec noxam eorum ad poſteros originaria ſucceſſione tranſiſſe; ſola autem imitatione illorum qui divina mandata contemſerit, effici reum*.

III. Hoc ergo, ut dixi, totum opus cum ſtudioſius perlegiſſem, breviter pro noſtrarum virium
5 facultate, ſubnotationibus ex libris ejus, ubi ubi opportunitas exegit, appoſitis, ego quoque reſpondi,
quo lector poſt tanti patris & magiſtri tubam, noſtram etiam palearem fiſtulam non aſpernatus aſſumere, tota intelligat brevitate Julianum in elaborandis numeroſiſſimis libris inanem & plenam potius jactantiæ cum ſumma impietate operam impen- A diſſe. Sane quoniam eaſdem ipſas, quas dixi, ſubnotationes in unum corpus redigere me debere tu quoque, venerande presbyter Pienti, juſſiſti: parui imperatis, non ignorans in maledicta & effrenatæ illius linguæ nos convicia incurſuros. Sed quid poſſunt extra Dei Eccleſiam alligati rabidi canis latratus? Gloriemur nos tantis viris tantiſque eccleſiaſticis doctoribus toto plane orbe fulgentibus, in quos ille tam inaudita, tam nefanda, tamque obſcena atque atrocia maledicta jaculatur, participes ac ſocios fieri. Scio ſane quod etiam de ordine capitulorum ſucceſurus ſit nobis, & plus loquendo quam ſolet, inanem contra nos ſtrepitum verborum moturus, accuſans videlicet ordinem contra ſe B noſtrorum nullum eſſe dictorum. Subnotationes, ut jam diximus, pravis nos ejus ſenſibus ſparſim appoſuimus vel admovimus; non ullum adverſus eum condidimus librum. Ille ſane curet de nobis [3] *medio ceras implere capaces quadrivio*. Nos cum ingenii tenuitate fide Chriſtiana fundata, a mundi ſane ſapientibus longe ſemota, & exprobrationes ejus cum patribus noſtris & magiſtris patienter excipimus, & exorbitationes illius a catholica veritate divinis ſcripturarum noſtrarum eloquiis, non ſophiſmatum arte confutamus, convincimus & deflemus.

FINIT PROLOGUS.

6 *Nunc verba* JULIANI *ex libro ejus ad Florum capitulo* CXII. *ita*.

*Verba* JULIANI.

SEd currant ad eum qui clamat: [a] *Jugum meum ſuave eſt & onus meum leve eſt*, qui & male agenti veniam pro inæſtimabili bonitate largitur, & innocentiam, quam creat bonam, facit innovando adoptandoque meliorem.

*Reſponſio* MERCATORIS.

Ad hæc. Præter reſponſa ſancti viri, omnes quidem innovat creando, ſed non omnes renovat regenerando, niſi eos tantum de quibus ipſe ait: [b] *Niſi qui renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt intrare in regnum cælorum*, ſeu, ut idem ait: [c] *Niſi quis natus fuerit denuo*. Unde ſuſpectus es fraudis & doli quod nuſquam in toto opere tuo renovationis tibi viſa eſt mentio facienda, ſed innovationis tibi ſermo ſemper venit in mentem. Nam certum eſt inter innovationem & renovationem plurimum intereſſe. Innovatum enim, ſicut omnibus notum eſt, intelligi poteſt quod numquam fuit & noviter exſtitit; renovatum vero id quod utique jam erat, in vetuſtatemque pervenerat; quod ſi renovetur, dicitur renovatum. Sed nec probari facile poterit divinam ſcripturam uſam eſſe hac locutione, innovatione videlicet; ſed de renovatione ei creberrimus ſermo eſt. Audi invitus Apoſtolum Paullum dicentem: [d] *Sicuti eſt veritas in Jeſu deponere vos ſecundum priſtinam converſationem veterem hominem qui corrumpitur ſecundum deſideria er-*
C *roris, renovamini autem ſenſu mentis veſtræ, & induite novum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia ſanctitatis & veritatis*. Item idem:
[e] *Cum autem benignitas & humanitas inluxit ſal-*
*vatoris Dei noſtri, non ex operibus juſtitiæ, quæ nos* 7
*fecimus, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis ſpiritus ſancti, quem ditiſſime effudit ſuper nos in Chriſto*. Item idem: [f] *Etſi exterior noſter homo corrumpitur, ſed interior renovatur de die in diem*. Deinde audi qui etiam adoptentur, audi inquam non me, ſed Apoſtolum Petrum: [g] *Vos*, inquit, *genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus in adoptionem, ut virtutes Dei annuntietis, qui vos* D *vocavit de tenebris in admirabile lumen ſuum*. Audis ne quid dicat? ſentiſne quid prædicet? illos adoptari videlicet ut fiant in adoptionem populus Dei, qui ſunt de tenebris evocati in illud admirabile lumen. Unde conſequens eſt ut niſi quis fuerit de tenebris evocatus in illud admirabile lumen, non ſit genus electum, non regale ſacerdotium, non gens ſancta, non populus in adoptionem eſſe mereatur. An dicturus es forſitan & juſſurus, majores tantum homines, qui de tenebris in illud admirabile lumen tamquam peccatores evocantur, ipſi tantum fiant populus Dei, parvuli vero ab ipſo ortu ſuo in lumine conſtituti, experteſque tenebrarum, quia tantum, ut tu vis, innovati ſunt, non autem re- E novati ex aliqua vetuſtate peccati, non ſint ex populo Dei? Quis te Chriſtianorum ferat iſta loquentem? Quis te non exhorreat & tamquam letale virus fugiat hæc ſcribentem?

*a* Matth. XI. 30. *b* Joan. III. 5. *c* Ibid. ℣. 3. *d* Epheſ. IV. 21-24. *e* Tit. III. 4-6. *f* II. Cor. IV. 16. *g* I. Pet. II. 9.

1. *Sex ſuis lib.*] Sic recte BB. l. c. At Baluz. edit. mendoſe, *ex ſuis lib.* Innuit vero auctor primum Auguſtini opus contra Julianum, *ſex libris* conſtans.

2. *Singulis reſp.*] Heic autem meminit operis ſecundi contra eumdem Julianum, quod ſanctus Doctor *imperfectum* reliquit.

3. *Medio --- quadrivio*] Juvenal. Sat. I. ℣. 63.

8 *Item in libro* II. *capitulo* XVII. *verba* JULIANI.

*Verba* JULIANI.

VErum imbecillum cæcæ opinionis patrocinium multiplicat peccata, non minuit. Hic igitur miſerorum pruritus & ſponte decreſcentium nullum contra ipſam veritatis rationem valet pondus afferre, ſed quia nonnullis ſcripturarum locis, & maxime Apoſtoli Paulli, confirmari afferunt naturale peccatum.

*Reſponſio* MERCATORIS.

Ad hæc. Nemo dicit naturale vel naturam eſſe peccatum, ſed originale, & id in natura eſſe, non extra natum, nec abſurde abuſive dici poſſe naturale, non tamen naturam. Nam deceptus ipſe de- A cipis quos potes. Et tamen inter originale & naturale eſt nonnulla diſtantia; & quamvis quod naturale eſt, poſſit & originale dici, non tamen quod originarium eſt, & naturale cogit fateri. Et accipe exemplum. Natura eſt omnis homo, cujuslibet ætatis, ſexus, atque conditionis origo, ut eſt ſenator, curialis, ſervus, colonus, barbarus: quæ naturæ non ſunt nomina, ſed originariæ conditionis. Ita nos non dicimus naturam aut naturale eſſe peccatum, ſed originis cauſſam addictæ ſerviliter per peccatum. Quamvis, ut jam diximus, præter naturam, in qua ſit, eſſe non poſſit; niſi dementiſſime quærendum id extra hanc exiſtimes, ſuapte ſit propriam habens ſubſtantiam vel naturam, & te B ita ſentientem devoret Manichæus, qui mali naturam ſui juris, ſui ſtatus, & originis principatum tenere ac habere cum impietate delirat.

9 *Item in eodem capitulo paullum infra verba* JULIANI.

*Verba* JULIANI.

OStenſum eſt ergo nihil poſſe per ſcripturas ſanctas probari quod juſtitia non poſſit tueri: quia ſi in lege Dei eſt perfecta forma juſtitiæ, nihil per eam adverſaria ejus, id eſt, injuſtitia, ſinitur virtutis adquirere; ac per hoc, quod ratio arguit, non poteſt auctoritas vindicare.

*Reſponſio* MERCATORIS.

Ad hæc. Vellem probares tua ratione puerperium virginis vel conceptum ſine virili permixtione, Deum quoque hominem factum, & per ætatum incrementa ad crucem fuiſſe perductum: quod quia humana ratiocinatio nulla conſignat, per fidem divinorum eloquiorum auctoritas vindicat. Ridendum ergo immo flendum in te eſt quod ais: *Quod ratio arguit, non poteſt auctoritas vindicare*. Quis autem numerat tam magna & ita frequentia C contra hanc miſeram declamatiunculam tuam teſtimonia ſcripturarum, in quibus quia ratio inveſtigare nihil poteſt, ad fidem recurritur, ut ejus auctoritate ſalus æterna quæratur?

*Item in eodem libro capitulo* LVIII. *verba* JULIANI.

*Verba* JULIANI.

AUt ſi forte, quoniam aliter dogma tuum ſtare non poteſt niſi Adam ex ſe concepiſſe & peperiſſe reſponderis, Apoſtolum quidem non hoc ſenſiſſe nulli dubium erit, tu vero quid ſexui tuo volueris evenire monſtraſti.

*Reſponſio* MERCATORIS.

Ad hæc. Erubeſce, infeliciſſime, in tanta lin-
10 guæ ſcurrilis vel potius mimicæ obſcœnitate. Vulgares tu dignus audire acclamationes: Unus tu, unus Philiſtion, unus Latinorum Lentulus, unus tibi Marullus comparandus: namque Martialis & Petronii ſolus ingenia ſuperaſti. Te veriſſime Amſanctinæ ſcaturiginis conregionalis tuæ teterrimus fœtor, te Averni lacus nocentiſſimus halitus, te poſtremo Atabulus provinciæ tuæ peſtifer flatus inflavit; quibus tot morbis turgidus & maleſanus immo inſanus effectus, hæc eructuares, hæc evomeres, hæc exhalares; atque utinam, quia hoc tibi fuiſſet utilius, vitalem ſpiritum exhalaſſes antequam tam obſcœna tamque plena dedecoris pleno ore proferres.

Quis ſcenicus turpio, quis [1] durio, vel ſannio profeſſæ licentia turpitudinis publice iſta proferret? Te matronæ caſtæ, te honeſti & ornati viri legant? Sed ſi honeſtatis ſint memores & pudoris, exhorrebunt, & velut monſtruoſam viperam, ut fertur hydra fuiſſe, diffugient. Tu ne ſanctæ ac beatæ recordationis Memoris epiſcopi filius? Tu Julianæ primariæ feminæ, & qua nihil honeſtius in- D ter reverentiſſimas matronas invenias, utero editus? Abſit, abſit ut tibi iſtud credere auſim. Vernularum te eorum potius crediderim filium, ſuppoſitumque illis, ut ſæpe dicitur factum, & quod tu potius tanta oris tui petulantia & obſcœnitate approbas; aut ſi id non erit, degeneraſſe illos in te nulli dubium erit, qui ſanctos illorum hominum mores, ſanctam vitam, inſtitutumque noverunt, tuumque ſermonem in ſcriptis [2] hiſce prudenter inſpexerint. Quorum ſane poſt obitum ſanctorum hominum merito tu duas ſorores tuas talibus diſciplinis
tui oris erudiſti. Novimus, novimus quid tibi una 11
earum, cum tu nimis ſeverus in ejus ruinam pudoris inſurgeres, objecerit vel exprobraverit; atque E tu mutus illico non auſus es ulterius cenſuræ tuæ ullas dolori ejus inferre moleſtias.

1. *Durio* ] Sæpe evenit, ut *c* & *l* in unam coalitæ *d* formarint, multaque conturbarint. Ita heic: *Quis --- durio?* ubi Garnerius miris modis æſtuat. Tu ſi *clurio* aut *cluria* legeris, plana omnia videbis: *cluria* & *clura* eſt πίθηκος in Gloſſis: inde vero notiſſimum in omnes corpore & animo pravos convicium eſt, ut *ſimii clurinumque pecus* appellentur. Sin autem hoc nolueris, *durionem* hominem *duri oris* & γελωτοποιόν, qui in ſcena ſe objicere alaparum contumeliis adſueverat, intellige. WESSELING. ad *Vet. Roman. Itiner.* pag. 383.

2. *Hiſce* ] Sic legimus cum BB. l. c. pag. 115. rejecta Baluz. edit. lectione *hiſque*.

*Item in eodem libro capitulo* LVII. *verba* JULIANI.

*Verba* JULIANI.

NOn enim dictum est, *Erunt duo homines in uno homine*, sed [a] *Erunt duo in carne una*: quo unitionis nomine voluptas illa coeuntium & libido, quæ sensim adficiens membra consternat ac, sicut ille prudens intellexit, unam carnem gestit efficere, a Deo instituta, & corporibus ante peccatum docetur inserta.

*Responsio* MERCATORIS.

Ad hæc. Eleganter scurra loqueris more tuo, & more quo theatrum Arbitri Valeriique detristi. Constat in illis prosatoribus generis humani fuisse
A libidinem insitam eorum naturæ, quam quidem divinæ scripturæ non, ut tu vis, libidinem solent sed carnis concupiscentiam nominare, de qua illud implerent: [b] *Crescite & multiplicamini, & replete terram*. Et illud: [c] *Adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una*. Sed si mandatum divinum servassent, non eis fuerat immodesta stimulatrix, infesta & importuna irritatrix, cum non quæritur opus ejus, qualis nunc est, trahens vi sua, & magna vasa plerumque de castitatis arce dejiciens. Ergo si talis non est, sicut nec est, qualis naturaliter, sobolis tantum caussa, divinitus fuerat data, vitiata est: quo vitio suo cum generat, quod nascitur ex vitio, vitiatum est, & jure medico &
B redintegratore indiget Christo.

12 *Item in eodem libro capitulo* LXII. *verba* JULIANI.

*Verba* JULIANI.

ILle quippe non dixit peccatum transisse, sed mortem, mortem utique judicii illatam severitate, prævaricationis ultricem, non corporum semina sed morum vitia persequentem.

*Responsio* MERCATORIS.

Ad hæc. Bardissime, tuo te pugione feristi. Vis enim non peccatum sed mortem transire per semina, quam tamen ais judicii illatam severitate, prævaricationis ultricem. Referatur igitur tibi de tuo. Quid hoc ad posteros, qui omnes omnino mortui sunt, moriuntur, atque morientur, illa utique morte quæ per omnes homines pertransiit, ultrixque prævaricationis, ut dicis? Nam illud aliud ridendum est quod ais mortem, quam pœnam dixisti esse peccati, solam transisse in genus, absque illo quod hujus tanti mali exstitit caussa. En egregius justi judicii Dei defensor, qui pœnam prosatoris transmittis in posteros pœnæ ejus caussam non habentes!

Delectat autem quod subnectis: *Non corporum semina, sed morum vitia persequentem*. Tamquam jubeas potius quam doceas nullum esse mortuum neque mori nec moriturum, nisi qui Adæ prævaricationis exstiterit imitator. Non pudeat tantæ vanitatis? Itane nullus fuit, vel est futurus, vel est, saltem secundum magistri tui Pelagii definitionem, quæ a te tot libris defensa est, qua ambo decernitis posse esse hominem sine peccato & facile Dei mandata servare? Ut ergo dicebamus, vel secundum vos ipsos nullus fuit per tot sæcula qui alienus hujus vestræ imitationis inventus hanc in se
13 Adæ pœnam non mereretur excipere, quam dicis prævaricationis ultricem, & quæ non semina sed morum vitia jussa est persequi. Et certe hi quos dicitis posse esse sine peccato & facile Dei mandata servare, esse sine vitiis debent. Postremo tot millia infantum absque vitio ullo secundum vos nascuntur, nati sunt, atque nascentur. Cur itaque hac quæ judicii severitate ultrix illata est, morte plectuntur, quam nec caussa sua secuta est, nec, ut dicis, transiit in quemquam lapsum?


II. Heic tibi de manibus, ut ita dixerim, cecidit illud condiscipuli tui Cælestii egregium definitum: *Quoniam peccatum Adæ ipsum solum læsit, & non genus humanum*. Hic est Cælestius unus ex illis quibus in tui operis libro primo de quatuor ad Turbantium hæc ais: *Doctores nostri temporis, frater beatissime Turbanti, & nefariæ, quæ adhuc fervet, seditionis auctores ad hominum, quorum sanctis studiis uruntur, contumelias & exitium decreverunt per ruinam totius Ecclesiæ pervenire, non intelligentes quantum his contulerint honoris, quorum ostenderunt gloriam nisi cum catholica religione non potuisse convelli*. Ita ne oblitus amicitias, ita ne
C consuesti defendere? An nunc tibi ipsi patrono opus est, & decepti sunt qui te sibi paraverant defensorem?

Et hæc a me, tamquam qui te nimis callidum & disertum non intellexerim, dicta sint; quod & tu sine ulla dubitatione jactabis; ubi si hoc tibi persuaseris, plurimum falles. Ego enim te intellexi, & quid contra fidem tenacem recti ineptissime sentias novi, & quibus verborum heic modo utaris ambagibus memoria teneo; & paullulum nos patere, hæc probabimus.

Abuteris videlicet Christianorum simplicitate, qui 14
in hos libros tuos legendos inciderint. Tua verba ista sunt nempe, *In omnes vero homines non pecca-*
D *tum transisse, sed mortem, illatam utique severitate judicii, prævaricationis ultricem*. Heic heic te interim aliquantulum teneam, heic tecum moras aliquas utiliter teram. Rogo si simpliciter & non dilemmatus, tamquam ad Cræsum & Pyrrhum Loxias unus & tu nunc erroris spiritu loqueris, quomodo non & tu traducianus es, ut tibi libet & adhuc licet nomen imponere catholicis Christianis? Neque enim saltem mors ipsa, quam tribuis, aliter, ut etiam tibi placet, nisi per transitum seu traducem venit atque ventura est, quam & tu vis pœnam esse sine merito pœnæ.

III. Ad has igitur tu effugiendas angustias, quas
E tibi, loquax magis quam disertus, ipse fecisti, replicas in consequentibus ac differis de illa te heic morte dixisse qua multatus Adam est post prævaricationem, quæ non corpora perimit, sed quæ per scelera, contemtu Dei, fit in anima, & est æterna, quippe ad æternum supplicium trahit, quam etiam scriptura sancta significat, [d] *Vidua*, inquiens, *quæ in deliciis agit, vivens mortua est*. Et in evangelio: [e] *Sine mortuos sepelire mortuos suos*. Et hanc talem dixi, inquies, transisse & transire in posteros Adæ, non omnes omnino, sed illos

a Gen. II. 24. b Gen. I. 28. c Gen. II. 24. d I. Tim. V. 6. e Matth. VIII. 22. Luc. IX. 60.



tantum qui imitatores prævaricationis ejus, divinorum fuerint, sicut & ille, immemores mandatorum. Ceterum illa, inquies, quæ resolutio corporis est vel animæ a corpore separatio, fuisset in Adam, etiamsi non peccasset.

Unde illa tibi commanipularis & condiscipuli tui Cælestii, & utriusque vestrum magistri Pelagii egre-
15 gia definita sunt, quæ cum personis dudum toto orbe ecclesiastica auctoritate damnata sunt: *Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, esset moriturus, & quoniam peccatum Adæ ipsum solum læsit, & non genus humanum, & quod infantes in eo statu sint in quo Adam fuit ante prævaricationem.* Unde illud quoque natum est ultimum vobis, quod in malum vestrum non timuistis evomere: *Infantes, etiamsi non baptizati moriantur, habent vitam æternam.* Et illud plusquam sacrilegium: *Neque per mortem Adæ omne genus hominum moritur, quia nec per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgit.*

Hæc sunt nempe magisterii vestri magnifica scita, hæc eruditionis, ut dicitis, Christianæ. Sed nos Christiani non dicimus dogmata veritatis? [1] *Ad populum phaleras. Ego te intus & in cute novi.* Quid tibi prodest, ut idem poeta ait, [2] *astutam pavido servare in pectore vulpem?* Ego te sane, effossis tortuosissimis & fœtidis foveis tuis, diligenti investigatione in lucem pertraham Christianis populis exponendum.

IV. Audi tunc & tu, & qui me & te dignanter habuerint legere, quid contra hunc sensum tuum impiissimum, pravissimum, impudentissimum, petulantissimum, quæ olim ipse pronuntiaveris, in epistola videlicet tua, quam ad sedem apostolicam illo tempore ausus es mittere, quando conventus detrectasti cum universa Ecclesia per totum orbem Pelagium Cælestiumque damnare: quæ ante quam in manus sanctæ illius Romanæ Ecclesiæ veniret antistitis, te agente a nonnullis a te deceptis per totam pæne Italiam circumlata est, & tamquam
16 magnum aliquid multorum auribus insinuata cognoscitur. Ibi namque inter cetera ita ais: *Qui est igitur assertor, quod neque per mortem Adæ omne genus hominum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat, contra Apostolum sentit dicentem:* [a] *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur.*

Heic qua fraude & quo dolo quos *omnes* dicas & sentias, novimus & tenemus; videlicet non omnes omnino homines, hoc est, totum genus humanum, sed hos omnes qui imitatores Adæ esse [3] voluerint: & *per resurrectionem Christi* quod ille Apostolus dixit, *omnes resurrecturos*, similiter sine dubio dicas necesse est non omne prorsus genus humanum resurrecturum esse, sed tantummodo justos & sanctos, qui Christi justitiam & sanctitatem fuerint imitati; cum constet omnes omnino resurrecturos esse per Christum, quamvis alios ad regnum, alios ad judicium.

Et addis: *Jure igitur improbatur qui huic sententiæ contradicit, quæ ait:* [b] *Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.* Item: *Quod peccatum Adæ ipsum solum læsit, & non genus huma-*
A *num. Et hæc sententia*, inquis, *a nobis merito refellitur. Non enim soli ipsi, sed generi humano obfuisse credendum est.* Et heic quid agas, salvo tibi, ut putas, sensu tuo pravissimo & tortuosissimo, latere nos non potuisti: quia ipsi, ut vis docere, quamvis pauci in comparatione totius generis, humanum sunt genus.

Item: *Quod infantes*, inquis, *in eo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationem, inter indisciplinatas*, ais, *reputo quæstiones. Non enim per omnia in eo statu sunt qui nascuntur hodie in quo Adam fuit ante peccatum, quamvis & istos opus* 17
*Dei esse, sicut & ille, negari non possit.* Quem & heic statum dicas & sentias, salvo, ut arbitra-
B ris, tibi sensu tuo, optime novimus, non Adæ videlicet ante peccatum, sed exiguitatis & parvitatis in qua nascuntur infantes. Memento sane nihil te heic modo dixisse de parvulis non baptizatis, si fuerint in morte præventi, habere eos vitam æternam, quod falsissimum est: quia hoc non vult Christus, nec voluit, sicut tua vecordissima temeritas jubet & docet.

Item subnectis: *Adam etiam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret,* [4] *fuisset moriturus: nec hoc esse* dixisti *ratione subnixum. Credendum est enim*, inquis, *immortalem quidem factum, sed qui si non peccasset, per gustum ligni vitæ virtutem posset immortalitatis adipisci.* Male igitur di-
C ctum est, *sive peccaret, sive non peccaret, fuisse moriturum.*

V. Calumniatum me tibi ne vel quisquam vel tu ipse dicas contra hæc te postmodum non sensisse definita, audi iterum quid verbis tuis in tuo libro, de quo agimus, teneatur capitulo LXV. *Intravit igitur, secundum Apostolum* [c], *per unum hominem peccatum, & per peccatum mors; quoniam illum & reum & damnationi mortis perpetuæ destinatum mundus aspexit.*

Certe dicebas & negabas in hunc mundum per illum unum hominem intrasse peccatum, cum nunc confitearis intrasse.

D

*Verba* JULIANI.

*In omnes autem homines mors pertransiit, quia una forma judicii prævaricatores quosque reliquæ comprehendit ætatis. Quæ tamen*, ais, *mors, nec in sanctos nec in innocentes ullos sævire permittitur, sed in eos tantum pervadit quos prævaricationem viderit æmulatos: quæ prævaricatio licet non sit facta natu-* 18
*ralis, fuit tamen forma peccati; atque ob hoc, licet non aggravet nascentes, tamen accusat imitantes. Mors autem judicialis transit in eo in quo peccaverunt omnes, sed libera voluntate.*

E

*Responsio* MERCATORIS.

Ad hæc. Si judicialis est ista qua multatus Adam est, & ipsa est quæ transiit & transit in posteros, non, ut ais, omnes omnino, sed ad solos imitatores; quæ vel qualis erit illa alia quæ animam a corpore separat? Heic artatus, *Naturalis*, inquies, *quia Adam, sive peccaret, sive non peccaret, mori-*

[a] I. Cor. XV. 22. [b] Ibid. ℣. 21. [c] Rom. V. 12.

1. *Ad populum phal.* ] Pers. *Sat.* III. ℣. 30.
2. *Astutam pavido* ] Pers. *Sat.* V. ℣. 117. apud quem tamen in emendatioribus codicibus legitur, *Astutam* VAPIDO, non *pavido*: metaphora scilicet ducta a vino corrupto, quod vappa dicitur, cujus & vapores tetri & graviores: quæ est observatio Pratei ad hunc Persii locum.
3. *Voluerint* ] Ita legimus cum BB. l. c. Baluzius *voluerunt*, minus recte.
4. *Fuisset moriturus* ] Sic rescripsimus post BB. Sed Baluz. *fuisse moriturum*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.

*turus fuisset*. En stemma Christianum, en ecclesiastica antiqua traditio. Sed vides nempe quomodo te ipsum in dictis tuis contrariis tibi tamquam vipera lanies, cum verborum crepitaculis magis quam ullis declamationibus studium inane dependis.

Vellem autem te pressius interrogare de morte cujusque modi quid sentias, qui earum unam quamlibet saltem transire permittis. Velim ergo dicas mihi quid sit mors quæ tuo judicio transit. Substantia est vel natura, an res aliqua accidens? Meminimus enim tempore quo præsens in urbe Roma cum [1] principibus hujus amentissimi erroris tui in nonnullis simplicioribus Ecclesiam ventilabas, qualiter interrogabas: *Quid est peccatum*, inquiens, *malum ne aliquid, an bonum*? Malum utique respondebatur tibi. Ad hæc addebas: *Deus ne hujus mali auctor & opifex?* Absit, absit, exclamatur tibi: longe, quam longe sit ista dementia. Hoc nec impiissimus profiteri ausus est Manichæus, qui mali auctorem Deum non sentit nec profitetur; sed id proprium habere a sempiterno principium, propriam essentiam, propriamque naturam scelestissime
19 flagitat: ubi mox tunc ipse quærendum esse dicebas utrum peccatum substantia esset, an natura, an res aliqua accidens. Ubi cum paullulum hæreret Christiana simplicitas, taliter inferebas: *Peccatum nullo modo posse esse substantiam vel naturam*; [2] *quia, si haberet*, ajebas, *Deum habet opificem & auctorem. Nulla enim est natura, quam non condidit Deus. Sed quia supra constitit auctorem* [3] *eum mali non esse; non est ergo substantia vel natura peccatum, quod malum esse apertissime claruit: & quod substantia non est*, inquis, *in substantiam seu naturam quod homo est transire nullo jure, nulla ratione credendum est*. Atque concludebas: *Male igitur &*
A *stulte traducianum ex Adam creditur esse peccatum.*

VI. Ut ergo supra dicebam, patere me ut ego quoque hac via te & iisdem argumentorum interrogem lineis, ut nos doceas respondendo. Mors, saltem hæc quæ secundum animam est, & est æterna, quamque Adam transgressor excepit & transmisit in posteros, quam tu solam ad quantoscumque, non omnes omnino homines generaliter, sicut Apostolus ait [a], sed ad paucos admodum imitatores transire definis, (nam de illa altera, quæ a corpore animam separat, tibi nulla sit mentio) substantia est aliqua vel natura, an res quædam substantiæ accidens? Tu si adhuc aliquid in te lu-
B minis habes, respondebis, & dices eam naturæ substantiæ accidisse, nec posse dici substantiam quæ pœnalis data est primo transgressori & deinceps generi humano; nemoque prudentium, inquies, pœnam dixerit esse substantiam vel naturam. Ubi tu mox tuis cassibus concludendus es. Nullo pacto mortem illam judicialem, quia pœnalis est, quæ substantia nulla est, quam tu in posteros, saltem 20
imitatores Adæ, transmittis, numquam de substantia in substantiam vel natura, quod homo est, posse transire declaratum est.

Quid est, egregie perditorum magister & dialectice disputator, videsne quo cecideris? sentisne nunc saltem quantum a veritatis tramite deviaveris? Sed
C tibi interim, si ullus pudor est, nunc ista sufficiant. Si autem Deus vitæ commeatum dederit, & ad retractandos hos optimos libros tuos & illam sapientissimam epistolam tuam relegendam tempus indulserit, quando Dominus voluerit, tibi iterum respondebimus. Proferamus interim & alia tua, quæ cum magna exsecratione vitemus.

*Item ex libro tertio de quatuor ad Turbantium editis prope principia capituli tertii*, verba Juliani.

*Verba* Juliani.

Quia gratiam baptismatis dicimus non pro caussis esse mutandam, quod ipsa dona sua pro accidentium capacitate dispensat; ideoque Christus, qui est operis sui redemtor, auget circa imaginem suam continua largitate beneficia, & quos fecerat condendo bonos, facit innovando adoptandoque meliores.

*Responsio* Mercatoris.


Vellem prius doceres & probares parvulis, quos opus Dei fateris & negas reos, unde illis captivitas adfuerit ut opus habeant redemtore? Nemo enim pretium redemtionis importune pro libero offert. Ex qua etiam renovandi seu, ut tu vis, innovandi sunt vetustate hi quos esse dicis imaginem Dei, si progenitoris Adæ non sunt, ut pu-
21 tas, vetere peccati fœditate turpati? Sed te de baptismo parvulorum ad hoc magis artabo, ut te convincam definitionibus tuis, illud magis sentire quod eo opus non habeant, sed verbo te tantum, propter eludendos simplices, baptizari oportere censere, rebus vero per disputationum sententias denegare. Qui enim secundum te statum habent nativitatis immaculatum, unde mundandi sunt cum lavantur? & cum nullo, ut vis, originis suæ rea-
tu nascantur obnoxii, unde liberandi sunt ut vere & proprie Christus sit eis etiam Jesus, quod in
D Latinum eloquium Salvator exprimitur? & qui nullum generationis suæ vitium trahunt, unde regenerandi? Postremo, innumerabilibus interim omissis, illud adversum te dicendum est; si hunc statum, ut dicis, innocentiæ & puritatis, quem Adam habuit ante peccatum, parvuli in suo ortu sortiti sunt, quos nulla, ut tu decernis, ejusdem progenitoris aspersit macula, contagio nulla fœdavit ut crescens cum libero voluntatis arbitrio, quod est in natura usque ad ultimum vitæ exitum, numquam ab ingenitis vel congenitis sibi bonis sunt delapsi, quid eis fuit Christi baptisma necessarium?

An forte dicas propter regnum cælorum & in filios adoptionem? Cur enim talis status tantaque postea actibus propriis vitæ sanctitas adquisita ser-
E vatæ naturæ non eos vel ad regnum illud admitteret, vel in filios adoptaret; sed tamquam ab æditio quodam & pervigili præsule inruentes audiant item: [b] *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum Dei?*

II. Et videamus baptisma ipsum cujus virtutis sit, quotve & quantas habeat vires & effectuum caussas. Dicit de illo Paullus Apostolus: [c] *Qui nos* 22
*redemit, salvos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis*. Ergo & salus & redemtio & renova-

a Rom. V. 12. b Joan. III. 5. c Tit. III. 5.

1. *Principibus* ] Gerberonius pag. 26. *participibus*.
2. *Quia si haberet* ] Gerberonius pag. 27. *quia si habet naturam*.
3. *Eum* ] Sic in *erratis* corrigendum jubet Baluzius pro *Deum*: at BB. l. c. pag. 116. *Deum* retinent.



tio est. Nulla ne ergo pœna erit non baptizatis parvulis, non habere salutem, redemtionem, renovationem, non postremo intrare in regnum cælorum, non [a] erui de potestate tenebrarum, & transferri in regnum filii caritatis Dei, non manducare carnem Domini & bibere sanguinem ejus? De quo sacramento vox Salvatoris est: [b] *Nisi manducaveritis carnem meam & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobismet ipsis:* quod certe absque ulla tergiversatione sine baptismo nullus usurpat, nec fit illius particeps sacramenti.

An jubes, ut soles, etiam heic tergiversando dicere hanc, de carne & sanguine Domini sumendo, non esse sententiam generalem, sed specialem, ad eos videlicet quibus præsentibus tunc loquebatur? Audiant, audiant, si ad hoc prosilieris, Christiani, & tibi referant hoc pacto dominicam cœnam, in qua cum solis tantum Apostolis [1] constitus de eodem, de corpore suo & sanguine sacramenta observanda condebat. Ipsis solis esse mandatum & ad nullum alium qui vel tunc in illa cœna non interfuit, vel nos omnes posteros pertinere pronuntias? Vides ne quibus laqueis, quibus angustiis suffoceris, cum negas originis vinculum, de quo omne prorsus genus humanum, omnem ætatem, nisi per hæc sacramenta in quibus lavacrum prius est regenerationis & renovationis Christus absolverit, magnum esse malum, magnam pœnam, & inevitabilem damnationem?

23 Quibus collectis contra tantam & tam manifestam impiissimam audaciam tuam, constat te magis, utpote sequacem Cælestii, qui definivit infantes, etiam non baptizatos, habere vitam æternam, negare parvulos baptizari debere; sed, ut jam dixi, [2] tantum verbis inludere, sensu vero apertam cum paganis & Judæis impietatem tenere. Quod ut luce clarius probemus, audi quibus nominibus cum caussis propriis, quæ Christus in suis beneficiis humano generi contulit, parvulos facias alienos, ipsumque Dominum Christum Jesum horum nihil his debere nihilque præstitisse.

Nempe, vis non vis, vivificator est Christus. Heic interrogabo, & animæ & corporis? Tu, invitus licet, ita fateberis. Repetam interrogationem: Totius omnino ætatis? Respondebis, totius. Pressius exigam: & parvuli? Dices, etiam. Sed audi, dicam tibi, quo modo iste &, ut ita dicam, qua arte vivificet: [c] *Deus autem*, inquit præco ejus & vas electionis Paullus Apostolus, *qui dives est in misericordia, propter multam caritatem qua dilexit nos in Christo, cujus gratia salvi facti sumus.* Quid nunc censes? Connumeravit & connuncupavit & parvulos; an foris sunt ab ista miseratione & dilectione, quia non sunt mortui peccatis, & exspectant te vanissimum janitorem, ut tunc eos admittas ad misericordiam vivificandos, quando a miserando cessaverit peccatores, ut eos aliter quam alios vivificet?

III. Sed transeamus hinc studio brevitatis ad aliud vocabulum, quod de Salvatore in evangelio ita scriptum est: [d] *Natus est vobis hodie Salvator in civitate David.* Unde & Græco eloquio Jesus pro-

A prie & ad Zachæum: [e] *Salus hodie domui huic facta est, quoniam & iste est filius Abrahæ.* Item: [f] *Venit filius hominis quærere & salvare quod perierat.* Audis ne quid dicat? *quod perierat*, inquit. Tu sine dubio, quia parvulorum greges non perisse pronuntias, non salvantur, non requiruntur: hoc & [g] de ove perdita audi quæsita & inventa: hoc & de dragmate vel manipulo qui perierat. Item 24 Apostolus: [h] *Humanus* [3] *sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Jesus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus sum ego.* [4] Hinc, egregius magister, amolire parvulorum catervas ut ad hunc non currant qui venit salvare quod perierat, qui [i] non venit vocare justos, sed B peccatores in pœnitentiam, qui [k] baptizat in remissionem peccatorum, qui ovem quærit quæ aberravit, qui dragma, id est, manipulum qui perierat, qui [l] pro peccatoribus mortuus est, qui [m] fudit sanguinem in remissionem peccatorum, qui pro peccatis hominum traditus est, qui [n] vulneratus est propter iniquitates nostras, qui [o] peccata nostra portavit in corpore suo super lignum, qui [p] tamquam ovis occisionis pro peccatis oblatus est nostris, qui [q] delevit chirographum debitorum, qui, secundum Apostolum Petrum [r], passus est justus pro injustis, ut nos adducat ad Deum; cujus sanguis, secundum Joannem evangelistam [s], purgat nos ab omni delicto; qui, [t] cum infirmi essemus, C secundum tempus pro impiis mortuus est, ut Paullus Apostolus dicit; qui [u] in similitudine carnis peccati de peccato damnavit peccatum in carne, ut idem Paullus est testis; qui [x] reconciliavit nos ex offensa Deo patri, ut idem denuo dicit Apostolus; qui [y] dedit semet ipsum pro peccatis nostris, & unus pro omnibus mortuus est ut nos eripetet de præsenti sæculo malo.

IV. Et quis finis erit, si heic omnia recenseamus a quibus hic doctor egregius abigit innumerabilem multitudinem parvulorum? 25

Quod inluminat nos, Joannes Apostolus ita dicit: [z] *Quod si in lumine ambulaverimus, sicut ipse* D *est in lumine, societatem habebimus in invicem; & sanguis Jesu filii ejus purgabit nos ab omni delicto.* Rogo, quibus auribus, qua fronte audis sanguine nos Jesu filii Dei ab omni delicto purgari, cum tu nullum infantes delictum habentes, ut dicis, ab hoc sacrosancto sanguine arceas?

Quod redemtor est, audi: [a] *Gratias*, inquit Apostolus, *agentes Deo & patri, qui nos idoneos fecit in parte sortis sanctorum in lumine; qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii caritatis suæ, in quo habemus redemtionem, remissionem peccatorum.* Putas ne evigilabis tanto somno depressus, & audies quid dicat, & senties quo pudore dixisti de parvulis, *Christus qui* E *est operis sui redemtor*, cum hic tantus præco dicat redemtos & redimi qui sunt extracti vel extrahuntur de potestate tenebrarum, & transferuntur in regnum caritatis filii Dei, redemtionisque munus nisi cum peccatorum remissione non obtineri? Audi adhuc, vis non vis, & invitus: [b] *Qui dedit semet ipsum ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mun-*

*a* Coloss. I. 13. *b* Joan. VI. 54. *c* Ephes. II. 4. *d* Luc. II. 11. *e* Luc. XIX. 9. *f* Ibid. ℣. 10. *g* Luc. XV. 4-8. *h* I. Tim. I. 15. *i* Matth. IX. 13. *k* Act. II. 38. *l* Rom. V. 6. *m* Matth. XXVI. 28. *n* Isa. LIII. 5. *o* I. Pet. II. 24. *p* Isa. LIII. 7. *q* Coloss. II. 18. *r* I. Pet. III. 18. *s* I. Joan. I. 7. *t* Rom. V. 6. *u* Rom. VIII. 3. *x* Ibid. ℣. 10. *y* Gal. I. 4. *z* I. Joan. I. 7. *a* Coloss. I. 12-14. *b* Tit. II. 14.

1. *Constitus* ] Mendosum hunc locum præterit Baluzius. Leg. cum Gerberonio pag. 31. *constitutus*.

2. *Tantum verbis inludere* ] Edidit Gerberonius pag. 32. *tantum verbis includere*; Sed legendum monet, *tantum verbis includere*.

3. *Humanus* ] Gr. I. *Tim.* I. 15. πιστός, *fidelis*, seu verus & certus.

4. *Hinc*, ... *g.* ] Gerberon. pag. 32. *Hinc tu, egreg.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



*daret sibi populum æmulatorem bonorum operum*. Abige ergo hinc infantes, quia ab iniquitate quam non habent, non redimuntur nec mundantur; quia unde mundari, ut dicis, non habent, ut Dei populo æmulatori bonorum operum socientur. Et in isto quidem capitulo redemtionis, si omnia persequamur ut possimus ostendere barathrum vanissimæ impietatis tuæ, quando finiemus? Unde commodius
26 esse arbitror, vitandæ prolixitatis caussa, congerere quanta possumus beneficiorum nomina salvatoris, & de paucioribus eorum rara & pauca scripturæ testimonia subdere, a quibus tua impietas excludere conatur infantes, ut qualis quamque sis noxius, sanæ & rectæ fidei inimicus omnibus pateat.

Quod liberator est Christus, quod mediator, quod propitiatorium, velim dicas caussam mediationis pro parvulo, quem caussam habere negas offensæ. Diceres etiam propitiationis aditum, quem nullam culpam, pro qua remissæ propitietur Deus, habere decernis.

Quod medicus, [a] qui nonnisi male habentibus necessarius est.

Quod reconcilians, Paullum audi dicentem: [b] *Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius*. Item idem: [c] *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis peccata eorum*. Et post paullulum idem ipse: [d] *Non solum autem, sed & gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus*. Tu ad hanc reconciliationem qua fronte non vis parvulos pertinere?

Quod circumcisor, in consequentibus audies. Interim da huic infanti præputium, quod esse illi negas, ut circumcidatur.

Quod pastor, sed nullam ovem in ovile suum recipit quam non prius circumciderit; & hanc utique circumcidit [e] quæ mortua est in delictis & præputio carnis suæ, quia & [f] ad oves perditas venit.

Quod misericors & miserator est, audi Apostolum Paullum. [g] *Eramus*, inquit, *& nos filii iræ, sicut & ceteri. Deus autem, qui dives est in mise-*
27 *ricordia, propter multam caritatem qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo*.

Quod testator, quod consolator, quod advocatus, quod adoptans vel adoptator; qui quos vel quales adoptet, quia tu nimis obsurduisti, audiant catholici Christiani Petrum Apostolum dicentem: [h] *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in adoptionem, ut virtutes Dei adnuntietis ejus qui vos vocavit de tenebris in admirabile lumen suum*.

Quod regenerator; sed nullum regenerat nisi qui vitium in prima generatione contraxit: aliqui bene se habent, &, ut tibi placet, generatione, quæ justa causa regenerationis exsistat? aut quid est quod in illa debeat emendari vel corrigi, nisi quod forsitan pravum est?

Quod justificans vel justificator est, audi Apostolum Paullum: [i] *Sicut est veritas in Jesu; deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris: renovamini autem sensu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis*. Hi quos vetustate nulla indutos esse pronuntias; quid facient; si te audient? non accedent ad renovatorem; non eo induentur, deposita vetustate, ut renoventur spiritu mentis suæ.

Quod de tenebris transferuntur ad regnum qui fuerint baptizati, audi Apostolum Paullum: [k] *Gratias*, inquit, *agentes Deo & patri, qui idoneos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii caritatis suæ; in quo habemus redemtionem, re-*
*missionem peccatorum*. Rogo, quo ore, qua potius 28
impudentia ista tibi aliter visa sunt consideranda, ne tantæ lucis veritate & rationis Christianæ pondere premereris? Separabis igitur etiam ab hoc capitulo parvulos, ne insontes secundum te, & qui in luce sunt merito innocentiæ constituti, extrahi videantur de potestate tenebrarum. Sed, vecordissime mortalium, non aliter nec prius transferuntur in regnum filii caritatis Dei, nisi prius extracti fuerint de potestate tenebrarum, & nisi habuerint redemtionem, remissionis scilicet peccatorum. Et nota heic redemtionem, quam & tu dices & concedes, sed nescio quam confictam & alteram, quam Apostolus non dicit esse principe loco, nisi peccatorum remissionem.

Quod mundator seu expiator est, audi Baptistam Joannem: [l] *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Quid heic, quæso, agnus iste significat nisi victimam pro peccatis, qui pro suis certe, quos expiat, cum oblatus est, & quotidie in suis sacramentis offertur, remissionem præstat præteritorum & præsentium peccatorum?

Jubes ne igitur ut parvuli, obnoxii in nullo peccato, hanc sibi dicant hostiam minime profuisse, quæ tantum pro peccatis vel pro peccatoribus mactata cognoscitur? Quia audire debes quid præco hujus victimæ in consequentibus epistolæ prædicet: [m] *Et sanguis Jesu filii Dei mundavit nos ab omni delicto*. Item idem: [n] *Qui dedit semet ipsum pro nobis, ut nos ab omni iniquitate redimeret, & mundaret sibi populum æmulatorem bonorum operum*. Quo te vertes? Quo fugies ut hos laqueos evites? Vides ne, impudentissime, hostiæ hujus sanguinem mun-
datorium esse peccatorum, redemtionem quoque ab 29
omni iniquitate, per quam sibi praepararet populum æmulatorem bonorum operum? Et tu fronte ferrea & corde saxeo separas parvulos a populo Dei, qui expiatus & redemtus tot & talibus divinis præmiis gaudet.

Quod deletor chirographi est, audi Paullum Apostolum: [o] *Et vos, cum essetis mortui delictis & præputio carnis vestræ, vivificavit cum illo, delens quod adversum vos erat chirographum in sententiis decretis, quod erat contrarium vobis, tollens illud de medio, adfixit cruci, exuens se carnem, principatus & potestates traduxit fiducialiter triumphans eos in semet ipso*. Quid heic adstrues, doctor egregie? Delet in baptismo etiam chirographum parvolorum? An nullum habentes chirographum, nec proprium, nec paternum, ad hanc largitoris gratiam non curas admittere? Audiant heic quid sentias catholici Christiani; & quem te esse intelligere debeant, ipsorum permitto judicio.

Quod vita est Christus, audi Joannem Apostolum: [p] *Et hoc testimonium est, quia vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio ejus est. Qui habet filium, habet vitam; qui non habet*

a Marc. II. 17. b Rom. V. 10. c II. Cor. V. 19. d Rom. V. 11. e Coloss. II. 13. f Matth. xv. 24. g Ephes. II. 3. 4. h I. Pet. II. 9. i Ephes. IV. 21-24. k Coloss. I. 12-14. l Joan. I. 29. m I. Joan. I. 7. n Tit. II. 14. o Coloss. II. 13-15. p I. Joan. V. 11. 12.

*Filium, non habet vitam*; [1] *sed judicium Dei manet super eum*. Eja præceps admitte ut sine baptismo parvulus hanc habeat vitam. Hæsisti, ut credo, heic, & in eodem luto hærendo versuram solvis. Si igitur non habet sine hoc sacramento vitam, judicium Dei manet super eum. Unde hoc, non quæro; legentium prudentia intelligat.

Quod reficiens & relevans, Dominus in evangelio: [a] *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis; & ego vos reficiam: tollite jugum meum super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde, & invenietis] requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve est*. Numquid & heic erit ulla dubitatio, nullum ad illum concionatorem properare, nisi qui oneratus aliqua sarcina, labore conficitur; qua deposita, tollat lene jugum ejus super se mitis & humilis corde? Et quid est aliud nisi, ut diximus, sarcina peccatorum: quæ quia, ut te delectat, parvulis nulla est, non audiant hunc concionatorem, quem Græci ecclesiasten nuncupant,] & intelligere non curent de tollendo miti & levi jugo ejus: quia nullum, quod exponerent, onus habuere? Hæccine Christianos audire non nefas est, vosque adhuc pati garrire ex negligentia sacerdotum non ultima pœna est?

30

V. Habes, ut credo, quod te tangat & stimulet. Sed si te iterum commoveris, scio quod, donante Deo, ulterius, ut te non commoveas, artius colligaberis. Adhuc tamen necessaria consideratione ad superiora teneam, pressius explorans quid de pœna quam progenitorum prævaricatio divino judicio meruit, sentias; & ad hanc te quæstionem reducens, patefaciam iterum tuum barathrum: quæ enodata cum fauces tuas divinarum auctoritas presserit scripturarum, scies te gentilibus & Judæis ex omnibus libris tuis arma ministrasse, sed sane plumbea: non enim ad expugnandam in Christo fidem ullas vires habere potuerunt. Et quæ vel cujusmodi sint, iterum, iterumque videamus, in quibus quis iste, quæso, error est inexplicabilis labyrinthi, quæ inexsolubilia Thebani monstri problemata? In epistola tua, quæ, ut memoravimus, ad

31 sanctæ memoriæ papam Zosimum missa est, displicet tibi, eumque condemnas qui sentit: *Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, fuisset moriturus:* & ais, *nec hoc esse ratione subnixum. Credo enim esse*, inquis, *immortalem quidem factum, sed qui, si non peccasset, per gustum ligni vitæ posset virtutem immortalitatis adipisci*. Adjungis etiam, *jure improbandum qui prædicanti Apostolo contradicit dicenti:* [b] *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita omnes in Christo vivificabuntur*. Moxque hoc aliud testimonium subdis: [c] *Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum*. Quæ cum simplex Christianus audit, nihil doli, nihil credens adferri fallaciæ, more quo ab Apostolis doceri solita est Ecclesia, optimum & suum arbitratur magistrum, intentasque ad reliqua ejusdem Apostoli quæ in hac caussa prosequeris, audienda decernit. At tu aliud clausum in pectore, aliud promtum habens in lingua, novus atque egregius disputator, id nunc in isto opere tuo post tam longum tempus elaborato in Cilicia ingeris. Necessa-

A ria igitur capituli repetitione, quid mari exarato & oriente lustrato novum inauditumque inde adtuleris, denuo perscrutemur. [2] *Intravit igitur*, inquis, *secundum Apostolum per unum hominem peccatum in hunc mundum, & per peccatum mors; quoniam illum & reum & damnationis mortis perpetuæ destinatum mundus aspexit*. Et subjungis: *In omnes autem homines sola mors pertransiit, quia una forma judicii prævaricatores quosque etiam reliquæ comprehendit ætatis: quæ tamen mors nec in sanctos nec innocentes ullos sævire permittitur: sed in eos*, inquis, *tantum pervadit quos prævaricationem viderit æmulatos: quæ prævaricatio, licet non sit facta naturalis, fuit tamen forma peccati; atque ob hoc*, 32
B *licet non aggravet nascentes, tamen accusat imitantes. Mors autem judicialis transit in id quod peccaverunt omnes, sed libera voluntate*. Hæc inde sunt probabiliora & eliquatiora sensa doctrinæ; illorum vero superioris temporis definitorum facta jactura est? An est tibi aliquid latens profundum, quod nobis forte a Bragmanis, Gymnosophistis, vel Hyperboreis, aut si quæ sunt aliæ gentes nostri orbis sapientiores, sit exponendum?


VI. Veniamus ergo ad istud recentius definitum, per quod placuit intrasse per unum hominem peccatum, & per peccatum mortem; in omnes autem homines mortem solummodo pertransisse. Rogo,
C nolo abutaris tarditate vel tenuitate ingenii mei. Duo quædam dicis ingressa, peccatum & mortem; sed solam vis pertransisse in omnes, sed non omnino omnes homines, mortem, perstulte, quia si intravit peccatum, & non pertransiit, ubi remansit quod intravit? Credo exspectando sociam, donec exeat, & illud aliquo peracto negotio. Quod si serie agimus, & ridendum de tanta re non est, secundum te ipsum, si intrare potuit peccatum, pertransiit; si autem transire non potuit, nec intravit. An ad hoc intravit ut staret? Quod si absurdum est etiam dicere, pertransiit; & quo nisi in omnes homines potuit pertransisse? Deinde quomodo imitativum, ut tibi placet, peccatum transitum
D habeat, & originale non habeat, numquam poteris explicare. Hæc sine cachinno, immo sine fletibus legere non possum, quia potius Christianis deflendus es quam ridendus. Legentibus te igitur, sed Christianis & prudentibus, quid de vanitate tua sentire debeant permittamus. Quis enim te in superiore sententia tua vel suspicari posset aliud 33
sentire quam illi omnes, qui, sanctæ memoriæ Papa Zosimo præsidente, Dei sacerdotes Pelagium Cælestiumque teque damnarunt super his omnibus de Adam capitulis, quæ a te antea improbata sunt & condemnata, & nunc tamquam recollecta & recondita, in fidem tuam recipi meruerunt? Deinde super hac quæstione, mortis videlicet, vi-
E deamus quid Ecclesia universalis, quam Græco sermone catholicam dicimus, dicat & sentiat suosque filios doceat; quanam sciat morte Adam & Evam post prævaricationem fuisse multatos, illa ne quæ a corpore animam separat, quamque communem omni prorsus humano generi ex illo novimus & videmus, an illa quæ secundum animam dicitur, & est æterna, de qua scriptum est: [d] *Vidua quæ in deliciis agit, vivens mortua est*. Et iterum: [e] *Si-*

a Matth. XI. 28-30. b I. Cor. XV. 22. c Ibid. ℣. 21. d I. Tim. V. 6. e Matth. VIII. 22.

1. *Sed judicium Dei manet super eum*] Hæc verba non exstant in I. *Joan.* V. 11. 12. unde præcedentia descripta sunt: sed occurrunt *Joan.* III. 36. ubi sic legimus: *Qui credit in Filium habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non habet vitam;* SED IRA DEI MANET SUPER EUM. Græce: ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν. Quæ quidem postrema verba, ob utriusque loci affinitatem, heic adtexuit auctor.

2. *Intravit* cet.] Heic BB. l. c. pag. 116. lectorem remittunt ad S. Aug. lib. II. *Operis imperf.* cap. LXVI.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.



*nite mortuos sepelire mortuos suos*. & si qua alia ad hanc intelligentiam proferri possunt? Sed dubium non est utraque eos esse multatos, & utrique Christum remedium attulisse. Nam cum per lavacrum regenerationis & renovationis & peccata remittat & immortalitatem per resurrectionem carnis, quam nunc in spe per fidem tenemus, uno omnibus simul tempore conlaturus sit; non aliter prosatores generis humani prædictos condemnatos fuisse quam gemina morte credendum est, & in genus utrumque transire.

VII. Sed quia hanc corporalem mortem eruditissimus hic magister naturalem illis exstitisse nobisque esse pari modo naturalem sentit ac docere conatur, nec eam per peccatum aliquando trans-
34 isse, nec transire posse per semina; videamus, ut dixi, quid de ea interim Paullus Apostolus senserit atque prædicaverit. Ad Corinthios namque scribens, cum de resurrectione corporis ageret, cui a contrario mors ista est, id est, resolutio corporis vel separatio ab eo animæ est, ita latius loquitur: [a] *Notum autem vobis facio evangelium, fratres, quod prædico vobis, quod & accepistis, in quo salvamini: qua ratione prædicaverim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas*. Eja devie, pronuntia, si audes, Christi mortem qui pro peccatis mortuus est, ad parvulos quos esse sine peccatis defendis, non pertinere, aut eos in morte Christi non baptizari: [b] *Et quia sepultus est*, inquit, *& quia resurrexit tertia die secundum scripturas; & quia visus est Cephæ, & post hæc undecim. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem & dormierunt. Deinde visus est Jacobo, deinde Apostolis omnibus. Novissime autem omnium, tamquam abortivo, visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Gratia Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit; sed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Sive ego enim, sive illi, sic prædicavimus, & ita credidistis. Si autem Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quia resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est*
35 *ergo prædicatio nostra, inanis est & fides* [1] *nostra; invenimur autem & falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus adversus Deum quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit. Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, & adhuc estis in peccatis vestris. Ergo qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit, primitiæ dormientium. Quoniam enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum; & sicut in Adam omnes moriuntur, ita omnes in Christo vivificabuntur: unusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus: deinde hi qui sunt Christi, qui in adventum ejus crediderunt: deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus; novissima autem inimica destruetur mors*. Item idem post pauca: [c] *Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In novissima tuba, canet enim, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est:* [d] *Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, aculeus tuus? Ubi est, mors, contentio tua? Stimulus* [2] *autem carnis peccatum, virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum*.

VIII. Audisti ne, insanissime, sentis ne nunc saltem singulari impudentia & furore rabidissime? *Per hominem mors*, inquit. Quæ heic mors est, 36
dicito nobis, quæ per hominem percurrisse prædicatur? Tua ne illa, an quam novit Ecclesia jam Christi resurrectione devictam, in nobis etiam in finem devincendam? Sed admoneo, præbe aurem, & audi sequentia. *Sicut enim in Adam*, inquit, *omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur*. Quis umquam dubitavit heic vivificationem ullam aliam nisi carnis resurrectionem in omnibus hominibus futuram intellexisse Apostolum? Jubes ne igitur soli admodum pauci resurgant, & in ipsis tantum mors devicta atque in fine vincenda sit, qui prævaricantem Adam non sunt vel fuerint imitati, in quos tua ista, quia tua semper dicenda est, mors potuit pertransire, & non omnes omnino homines qui ex Adam & Eva primis transgressoribus mortalitatis, non illis ingenitæ, sed per peccatum quæsitæ, originem ducunt? Et quid sibi vult tanti hujus præconis tam prolixa, sana tamen & salutaris super hoc doctrina verborum, si tu novus, quem Deus avertat, erroris spiritus audiaris? Nec tibi calumniandi nobis aditus ullus patebit, tamquam dicamus & sentiamus æqualem resurrectionem, id est, unius meriti, omnibus esse præstandam: quia omnes, licet diverso exitu, una tamen morte moriamur, cum evidens Apostoli nos doceat sermo dicentis: *Unusquisque in suo ordine*. Et iterum: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*.

Repetat quoque proxime lector superiora contra te dicta nostra, ubi diximus prosatores nostros utraque morte esse multatos; & videat quid senserim super isto capitulo, tuasque lapide illo angulari, tibi sane in offensione & petra scandali posito, fau- 37
ces obtrudat.

IX. Audi tamen adhuc quod te in majorem rabiem contra nos & Dei Ecclesiam concitet. [e] *Sive enim mente excedimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis. Caritas enim Christi*, inquit, *urget nos judicantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ( ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus ) ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed illi qui pro ipsis mortuus est & resurrexit*, [f] *ut & vivorum & mortuorum dominetur*. Obmutesce: nullus nisi per Adam, sed pœnaliter, mortuus est neque moriturus est; nullus nisi per Christum resurget, sed alius ad regnandum, alius ad

*a* I. Cor. xv. 1-3. *b* Ibid. ✠✠. 4-26. *c* Ibid. ✠✠. 51-57. *d* Osee xiii. 14. *e* II. Cor. V. 13-15. *f* Rom. xiv. 9.

1. *Nostra* ] Vulgata cum textu, *vestra*, I. *Cor.* xv. 14. Neque dubito quin ita scripserit auctor, ut paullo post, *vana est fides* VESTRA.

2. *Stimulus carnis* ] An sic auctor, & non potius *stimulus* MORTIS, ut habet Vulgata, neque aliter textus?



pœnas æternas luendas. *Unusquisque*, ut ait scriptura, *in suo ordine*; dummodo, ut sæpe diximus, & tibi cum Apostolo reclamamus, ut nullus omnino hominum in omni prorsus ætate præter Adam mortuus, nullus redivivus in carne futurus sit præter Christum.

Illud quoque memineris, nos tenere & in fidem nostram habere cœptum de duabus mortibus, de quibus superiori loco ut potuimus diximus: unam quæ secundum animam est, Christum non habuisse; quod oramus ut ne quisquam dementissime dicat & sentiat; quia non ita natus est ut ceteri omnes homines de voluptate carnali, sed nova in eo generatio ex immaculata ante partum & post partum virgine sine libidine adfuit. Intende, lector. Illam autem alteram, id est, animæ a corpore separationem, voluntarie suscepit indebitam: qui si scelere Judæorum non fuisset occisus, potuit fieri ut senectute longævus, quia hoc illi semel
38 placuerat, sponte susciperet, pro nobis, id est, pro nostro quod contraximus in Adam fenore, & nostris propriis quæ addimus, indebite moreretur: quamquam magis omnium de illo præsagia prophetarum & inferenda ei cruce parricidali Judæorum furore complenda fuisse, Christianorum nullus omnino debeat dubitare.

Nunc in malam crucem cum ista verborum tuorum magnificentia, fugitive. Nemo te rabiosum audit latrantem, nemo ab Ecclesia sequitur devium, C nemo tam insano consentit. Nos super mortalitate, quæ ex progenitorum prævaricatione pœna humano generi data est, & in naturam per semina percurrit, & in finem usque cursura est, donec divinæ illius tubæ clangore dicatur: [a] *Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors, aculeus tuus? ubi est, mors, contentio tua?* cum universa Dei Ecclesia, cum patribus nostris inlustribus Ecclesiæ doctoribus, A in hunc divinarum scripturarum sensum, in hæc verba juravimus.

X. Salva sane reverentia & debita honorificentia sanctæ ac beatæ memoriæ episcopi Augustini, qui te pastorali clava ab Ecclesia deterruit, proturbavit atque confregit, etiam hæc a me, toto isto opere perlecto, sicut præfati sumus, sparsim & ubi commodum visum est, certis fragorum tuorum capitulis, in codicibus quos legi apposita vel admota, vel tu noveris, vel qui voluerit lector advertat.

Nec tibi de tanta hujus nostri opusculi erit brevitate ridendum, cum te de tam numerosis libris B horridæ magis loquacitatis quam ullarum rerum, saltem consideratione dignarum, tu jactare non debeas. Nolo in hanc partem ignorantiam fingas. 39
Scis namque in ista quæstione quæ inter nos vertitur, de mortalitate scilicet generis humani, quæ per primos transgressores divini mandati generaliter per semina percucurrit & currit & in finem usque cursura est, quæ totam prorsus caussam tuam consumit, tamquam ad validissimum stipitem alligandum: quam si inter nos caussam, immo in te extinctam esse Christianus prudensque lector advertet, nihil tibi, sed prorsus nihil ulterius vel unde mutire debueris vel modo debeas, remansisse cognoscet; tibique de toto sermone tuo, quem summam esse eloquentiam jactas, magis illud competere aptiusque, quam de quo dictum est judicabit: [1] *Satis eloquentiæ, sapientiæ parum. Vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat.* De sensibus autem tuis quibus vagus ac vanus attolleris, alterius prudens sæculi ore pronuntiabit, tibique coaptabit dictum hoc, [2] parturisse te montes, unde nasceretur ridiculus mus.

40 # MARIUS MERCATOR

*Christi servus lectori conservo suo salutem.*

GRæcus sermo Theodori est, quondam episcopi oppidi Mamsisteni, provinciæ Ciliciæ. Hunc ergo facultate qua valeo, in Latinum sermonem, verbum de verbo, transferre conatus sum; pravum ejus de dispensatione dominica & a fide catholica alienum ac satis extorrem sensum; quo Nestorium Constantinopolitanæ urbis quondam episcopum secum male decepit, Latinis volens auribus insinuare; cavendum modis omnibus, non sequendum: simul admonere volens, Julianum exepiscopum oppidi Eclanensis, hæreticum Pelagianum seu Cælestianum, hunc secutum esse Theodorum, ad quem peragratis terris & exarato mari atque oriente lustrato cum sociis & participibus & συνταλαιπώροις suis, magno nisu tamquam ad Christianorum dogmatum prædicatum magistrum tetendit, ut de hæresi Pelagiana seu Cælestiana, quam defendendam & sequendam suscepit, ab ipso confirmaretur, atque inde D velut instructior, octo contra fidem catholicam potius quam contra sanctæ memoriæ Augustinum volumina illa, ut putat, prudentissima conderet. Agnoscat igitur supradictus Julianus ex hac translatione, si legere non fastidierit, manente apud memoratum Theodorum illa qua eum diximus mala fide secum Nestorium decepisse, etiam sibi magis suoque dogmati, de quo male turgidus & male sanus libros confecit, esse contrarium; seque etiam,
post de Cilicia abscessum, ab eo, in episcoporum 41
provinciæ suæ conventu, anathemate esse damnatum. Non itaque irascatur vel succenseat nobis, si eum cum Theodoro, cujus in libris suis infinitas laudes exsequitur, cujusque se niti auctoritate sententiæ in suo errore gloriatur, alienum a fide catholica esse justeque damnatum detegimus, convincimus, atque deflemus: quia magis deflendus est, quam ullo odio persequendus.

[a] Osee XIII. 14.

1. *Satis eloquentiæ*, cet.] Sallustius *de bell. Catilin.* sub init.

2. *Parturisse* cet.] Horatius *de art. poet.* ✝. 139.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.

Nunc expositio pravæ fidei Theodori suprascripti.

### Symbolum Theodori Mopsuesteni.

*Qui autem nunc primum in ecclesiasticis erudiuntur dogmatibus liquido cognoscendis, aut ab hæretico errore converti decreverint ad veritatem, doceri eos oportet quoniam Credimus in unum Deum patrem sempiternum, non qui postmodum cœperit ut esset, sed qui ab æterno sit sempiternus Deus, nec qui postea factus sit pater, quoniam semper erat Deus, semper erat pater. Credimus & in unum filium Dei unigenitum, qui est de substantia vel essentia patris, tamquam vere filius, & ejusdem essentiæ in id quod est & creditur esse filius. Et in Spiritum sanctum, qui sit de Dei substantia vel essentia, non qui filius sit; Deus autem essentia, tamquam qui sit illius essentiæ cujus est Deus pater, ex quo secundum essentiam est.* [a] Nos enim, *inquit scriptura*, non spiritum mundi hujus accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: *ab omni eum creatura alienans, Deo vero conjungens & copulans, ex quo vel de quo est secundum essentiam, speciali videlicet ratione, supra omnem omni modo creaturam,*
42 *quæ non secundum essentiam Dei, sed secundum quod factura est, caussam habens, ex Deo esse putatur; quem neque filium neque per filium exsistentiam accepisse putamus. Confitemur autem patrem in persona perfectum, & filium similiter quoque, sanctum Spiritum pari modo; salva nobis ratione pietatis in qua patrem & filium & Spiritum sanctum non tres aliquas diversas putemus essentias, sed unam, quam in deitatis unitate & parilitate cognoscimus.*

*Oportet autem & de dispensatione, quam secundum Dominum Jesum Christum pro nostra salute consummavit Dominus Deus, nosse nos quoniam Dei Verbum hominem suscepit, perfectum ex semine Abraham & David secundum scripturarum divinarum eloquia, hoc exstantem secundum naturam quod erant & illi quorum erat ex semine, hominem natura perfectum, ex anima rationali & carne humana constitutum, quemque hominem secundum nos naturaliter virtute & potentia Spiritus sancti in virginis utero figuratum,* [b] factum ex muliere, factum sub lege, *ut omnes* [c] *nos ex maledicto legis & servitute redimeret, adoptione filiorum olim prædestinatam recipientes, inenarrabiliter copulavit sibi atque conjunxit; mortem quidem eum secundum hominum legem præparans experiri; suscitans vero a mortuis, & in cælum sublevans, sedere fecit ad dexteram Dei. Propter quod* [d] super omnem principatum & potestatem & dominationem & virtutem & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro, *ab omni creatura adorabilis suscepit venerationem, tamquam inseparabilem cum divina natura habens conjunctionem, & tamquam Deo supra omnem cogitationem & intellectum universa illi creatura reverentiam exhibente. Et neque duos*
43 *dicimus filios nec duos dominos, quoniam unus filius secundum essentiam Verbum Deus, unigenitus filius patris, cui iste conjunctus, particeps geniti, communem habet filii nuncupationem & honorem; nihilominus & qui Dominus secundum essentiam Deus Verbum est, cui conjunctus iste & sociatus est, communionem habet honoris cum illo. Et propterea neque duos dicimus filios neque dominos duos, quoniam in manifesto exsistente qui secundum essentiam dominus & filius est, inseparabilem habens ad eum con-*A *junctionem & societatem is qui pro nostra salute adsumtus est, converfertur tam nuncupatione quam honore & filii & domini, non sicut unusquisque nostrum, ex se exsistens, appellatur filius Dei, unde & plures filii Dei dicimur secundum beatum Apostolum Paullum* [e]; *sed is singulariter hoc habens in id quod Deo verbo conjunctus est, dignitatis filii & dominationis particeps, aufert quidem omnino duorum dominorum & filiorum intelligentiam, præstat autem nobis in conjunctione Dei Verbi omnem habere fidem omnemque intellectum & contemplationem, ob hæc & venerationem ex Dei societate ab omni percipit creatura.*

*Unum igitur Deum dicimus & Dominum Jesum*
B *Christum, per quem omnia facta sunt, principaliter quidem Deum Verbum intelligentes, qui secundum essentiam filius Dei est & Dominus; pariter etiam cogitantes eum qui susceptus est:* [f] Jesum a Nazareth, quem unxit Deus spiritu sancto & virtute, *tamquam ad Deum Verbum habentem conjunctionem, & participantem filii & Domini dignitati: qui & secundus Adam appellatur, sicut beatus Apostolus testis est Paullus* [g]; *qui tamquam ejusdem sit naturæ cujus est Adam, manifestavit nobis quidem futurum statum, & tantam ad illum Adam habens differen-* 44
*tiam, quantam esse oportuit inter eum qui largitor & minister erit tantorum bonorum status futuri, & eum qui præsentium tristium nobis initium intulit.*
C *Hinc simili modo & secundus Adam appellatur, tamquam qui secundum anuntiaverit statum. Et quoniam prioris illius mortalis & passibilis & pleni multorum malorum, in quo ad eum accepimus similitudinem, cujus status initium factus Adam est, secundum statum demonstravit futurum Dominus Christus de cælis apparens, qui omnes nos in suam adducet familiarem communitatem.* [h] Primus enim homo, *inquit*, de terra terrenus, secundus homo Dominus de cælo, *hoc est, inde visendus, ut nos ad sui imitationem adducat. Unde & adjungit:* Qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cælestis, tales & cælestes. Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. *In isto, inquit, qui*
D *paret & videtur ab omnibus, eorum vero qui judicandi sunt invisibilis faciet judicium divina natura, secundum Apostolum Paullum, qui ait:* [i] Et tempora quidem ignorantiæ nostræ despiciens Deus, nunc mandat ubique omnibus hominibus pœnitentiam agere, quia statuit diem in qua judicaturus est orbem terrarum in justitia, in viro in quo definivit, fidem præstans, suscitans eum a mortuis. *Hæc, inquit, ecclesiasticorum dogmatum doctrina; atque adeo omnis qui contra hæc sentit, anathema sit.*

### *Verba* Mercatoris.

Immo nos tibi catholici dicimus, qui talia ore
E impurissimo & lingua sceleftissima protulisti, incessabiliter anathema & omnibus consentaneis tuis. Vide enim, si evigilare volueris, quid mali coneris inducere; imperitia, an malitia, tu videris. Perjura quippe verba tua sunt ista cum sensu pravissimo & inimico catholicæ veritatis, *Dei verbum hominem suscepisse ex semine Abraham & David perfectum, ex anima rationali & corpore constitutum, quemque hominem*, inquis, *secundum nos naturaliter virtute & potentia spiritus sancti in virginis utero* 45


*a* I. Cor. II. 12. *b* Gal. IV. 4. *c* Gal. III. 13. *d* Ephes. I. *e* Gal. III. 4. *f* Act. X. 38. *g* I. Cor. XV. 45. *h* Ibid. ℣℣. 47-49. *i* Act. XVII. 30. 31.

*figuratum, factum ex muliere, factum sub lege, ut omnes nos ex maledicto legis & servitute redimeret, adoptionem filiorum olim prædestinatam recipientes, inenarrabiliter copulavit sibi atque conjunxit, mortem eum secundum legem hominum præparans experiri, suscitans vero a mortuis & in cælum levans, sedere fecit ad dexteram Dei.* Et post paullulum ibi: *Ab omni creatura nunc adorabilis suscepit venerationem, tamquam inseparabilem cum divina natura habens conjunctionem.* Vis igitur hoc ex isto sensu conficere, quod sane tuo adsuas capiti, natum jam Christum ex virgine per Spiritum sanctum adhæsisse vel conjunctum esse, ut sæpissime garris, Verbo Dei Deo, atque ex illius societate meritum & vocabulum conquisisse, vocabulo autem tantum, non natura, appellandum esse filium Dei, & cetera habere privilegia, non genuina, sed per gratiam præstita, dissimulans quod scriptum est: [a] *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Quod cum audis ab objicientibus tibi, calumniaris tamquam Deum in carnem versum esse sentientibus: quod absit ut vel quisquam hoc dementissimus dicat & sentiat. Factus est enim homo, quod non erat, filius Dei Deus Verbum, non deponens quod erat, sed manens Deus in divinitatis cum patre & Spiritu sancto sub-
46 stantia vel natura. Numquid enim anima, saltem hominis cujuslibet, & mixta & connexa corpori amittit vel immortalitem naturæ suæ, vel quod invisibilis quod incorporea est? Non utique.

II. Huic vanissimæ atque inani calumniæ opponenda etiam [b] trium angelorum in Sodomorum eversione descendentium illa fidelissima & sacratissima historia, quæ eos exceptos ab Abraham prius & manducasse & pedes lavisse designat. Num illi in adsumtione illa corporum ex angelica versi & commutati esse substantia in corporum naturam dicendi sunt? Avertat hanc dementiam Deus. Non utique, quia manentes in immortali & incorporea sua natura & substantia, in corporibus constituti ad tempus, divinitus imperatum sibi officium impleverunt. Quis ergo ferat ista garrientem & audiat duos Dei filios eum verbis tantummodo, ad decipiendos simplices, protestari non dicere; apertis vero sententiis duos palam ostendere diversi meriti, diversæ dignitatis, diversi status, diversæ naturæ? Fallit autem ac decipit, ut diximus, imperitos. Quomodo enim dicit duos se non dicere filios neque sentire, dividens unum ab altero, unum temporalem, alterum vero ab æterno secundum essentiam & naturam, & illum temporalem participatione & tantum vocabulo honorandum, non autem ex natura esse filium Dei & Deum? Nam singulorum status & merita dividit, alterum natura esse volens, alterum conjunctione & societate illius qui natura est Deus & filius Dei; cum utique recordari debuisset Paulli dictum Apostoli, quo ait: [c] *Optabam ego*
47 *ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum est adoptio filiorum, & testamenta, & legis constitutio, & obsequia, & gloria, & promissa; quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem natus est, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Utique *super omnia Deus* qui secundum carnem ex Israelitis, ex semine Abraham & David, per virginis uterum, originem habet. Verbum enim carnem factum esse evangelio teste [d] dicimus. Ex quo tempore neque quæ infirma sunt & fragilia huma-
A nitatis, neque quæ divina atque sublimia & æterna sunt, ab ulla sunt persona vel substantia separanda. Et audi per Esaiam prædicantem: [e] *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus. Hic vocabitur admirabilis, magni consilii nuntius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Multiplicabitur regnum ejus, & pacis non erit finis; super sedem David patris sui & super regnum ejus, ut confirmet illud & corroboret in judicio & justitia amodo & usque in æternum. Zelus Domini exercituum faciet hæc.* Hic Deus fortis, utique puer, sine dubio pannis in Bethleem involutus & in præsepio positus, adoratus a Magis, Ægyptum postea cum parentibus petiit, ut ex
B Ægypto secundum alium prophetam præcanentem vocaretur dicentem: [f] *Ex Ægypto vocavi filium meum.*

III. Objiciendus quoque ei in faciem Hieremias vociferans: [g] *Hic Deus noster, & non æstimabitur alius præter eum Deus, qui invenit omnem viam justitiæ, & dedit eam Iacob puero suo & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & inter homines conversatus est.* Dicatur, quæso, nobis quis iste est qui 48
postmodum in terris visus est, & inter homines conversatus est. Utique Verbum Dei, Deus homo, & homo Deus, Jesus Christus, filius unigenitus patris; qui cum in terris in carne constitutus esset,
C & in ipsa visibilis conversaretur inter homines, ab hominibus in ipsa passus, crucifixus in ipsa, mortuus in ipsa, resurrexit tertia die, cum ipsa judex venturus totus. Hic natura filius Dei est ex Deo Verbo & homine cum anima rationali & carne solida atque perfecta; & hæ tres substantiæ una jam substantia, una quoque persona. Substantialiter enim Deus hominem, indemutabiliter caro factus, suscepit & gessit, nec deposuit nec depositurus est umquam conregnantem & condominantem, venturus judicare vivos & mortuos. Quid dualitas naturarum, quid substantiarum diversitas in uno Domino Christo magna & impia loquacitate nobis adfertur? Nempe ut duos Christos & duos diversos
D esse Dei filios audiamus. Et certe homo communis ex anima & corpore constitutus, ex diversis sine dubio substantiis & naturis, corporali videlicet & spiritali, crassa & subtili, & visibili & invisibili, mortali & immortali, convenit in unum, non contra naturam, sed naturaliter & Dei institutione, qui ita ut esset semel & ab initio & in perpetuum sanxit atque disposuit. Homo ergo cum est & enuntiatur homo, una natura est & una substantia unaque persona. Nec Paullus Apostolus cum diceret: [h] *Primus homo de terra terrenus, secundus homo Dominus de celo*, & cetera quæ in eadem circumstantia latius exsequitur, duplicem eum vel duas naturas esse signavit; nec qui dixit: [i] *Homo cum in*
E *honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis*, duarum in eo fecit naturarum mentionem. Illud quoque prætermittendum non est, quod dictum est in Genesi: [k] *Descendit Jacob in Ægyptum cum filiis suis, omnes animæ septuaginta quinque.* Item propheta: [l] *Omnes animæ meæ sunt: sicut anima patris, ita anima filii mea est; & anima quæ peccat, ipsa sola morietur.* [m] *Et is qui uvam acerbam manducavit, ipsius obstupescent dentes.* Item alius propheta: [n] *Lauda anima mea Dominum:* & : [o] *Omnia ossa mea laudem dicent tibi.* Item a parte cor- 49

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



*a* Joan. I. 14. *b* Gen. X. *c* Rom. IX. 3-5. *d* Joan. I. 14. *e* Isa. IX. 6. 7. *f* Osee XI. 1. *g* Baruch. III. 36-38. *h* I. Cor. XV. 47. *i* Psalm. XLVIII. 13. 21. *k* Gen. XLVI. 27. sec. LXX. *l* Ezech. XVIII. 4. *m* Jer. XXXI. 30. *n* Psalm. CXLV. 2. *o* Psalm. XXXIV. 10.

Sæcul. V circa Ann. Chr. 418.



poris: [a] *Non permanebit*, inquit, *spiritus meus cum hominibus istis, quoniam sunt caro*. Item alius: [b] *Caro mea exsultavit in spe*. Et alibi: [c] *Videbit omnis caro salutare Dei*. Numquid eis sine animis ista contingent? Aut quia superius animæ tantum nominatæ sunt, corporis societate vel in bonis vel in malis meritis separatæ sunt? Quis hoc dementissimus dixerit? Non utique, sed naturaliter, quamdiu utrumque sibi connexum & cohærens est, non in dualitate sed in unitate enuntiatur & significatur natura, id est, hominis seu humana natura. Nemo igitur sanus mente, cum homo vivus vel adversa sustinet vel optatis exsultat, dicat non ex utraque constitutum vel dolore affligi vel lætitia exsultare, cum animam nullus dubitet & in sua natura & propria substantia dolore non adfici. Quod etiam scriptura divina nos super hoc evidentius docet dicens: [d] *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animæ autem quid faciant non habent*.

A IV. Quid opus est testimonia plura congerere? Aut qui finis erit in his exquirendis? Aut cui est 50 vel fuit vel erit aliquando possibile, perscrutari omnia & omnia commemorare quibus probetur non novella hunc, sed vetere, partim Paulli Samosateni, partim Ebionis, partim Marcelli Galatæ & Photini esse eum impietate distortum? Unum tamen pro innumerabilibus evangelicum sibi audiat trabalem: [e] *Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo filius hominis qui est in cælo*. Et certe adhuc crucifigendus Christus ista dicebat: *qui descendit de cælo*, inquit, & *qui est in cælo filius hominis*. Ita ergo Verbum Deus homo, & homo Deus Verbum; & sicut in gloria & majestate Dei unum, B ita & his quæ ima sunt, secundum hominem unum. Et unus Dominus Jesus Christus ex utero, qui substantialiter filius Dei unum cum patre & Spiritu sancto, Deus unus in trinitate, semper in sæcula. *Finit*.

## Item alia epistola.

*Item* Marius Mercator *servus Christi lectori conservo salutem*.

Samosateni Paulli atque Nestorii est ista non minus impia quam vana doctrina. Nestorius Verbum Dei, non ut Paullus sentit, qui non substantivum, sed [1] prolatitium, potentiæ Dei, efficax verbum esse definit. Confitetur tamen idem Nestorius in verbo substantivo ipsum filium raro, C licet argute, quia non expresse ab æternitate filium dicit verbum esse, sed verbum tantum; quod in
51 substantia patris manens, Deus sit consubstantivus, quem Græci ὁμοούσιον dicunt; filium vero illum esse & dici debere adserit, qui ex Maria sit natus. Atque ita dividit æternum a temporali; illi tamen Deo & Dei Verbo quæ majestatis sunt, huic vero alteri quæ humanæ infirmitatis sunt deputans; propter individuam autem atque inseparabilem connexionem dignum fuisse habitum nuncupatione filii Dei, qui hoc ipsum pro meritis ex adoptione habeat, non ex natura. Verum cum ei a catholicis objicitur, cur per hunc sensum duos Jesus Christos & duos filios sentiat, pro se ita respondet. Ego, D *inquit*, unum Christum definio, qui a chrismate unctus sit dicendus, unum hunc ipsum esse filium Dei, qui, ut superius dictum est, indivisibili societate Deo Verbo conjunctus est, nonnumquam sane propter hanc ipsam inseparabilem conjunctionem vel connexionem etiam verbum illud iisdem cognominibus connuncupari quæ ab ejus natura sunt penitus aliena, ex merito sane hujus Jesu Christi singularis nativitatis & incomparabilis vitæ dignum fuisse habitum, tamquam templum, tota plenitudine divinitatis ab hoc Deo & Dei Verbo inhabitari.

In eo igitur Paullo conjungitur in quo habitatorem & habitaculum pro meritis separat, dividens quod unicuique eorum sit proprium ex diversitate naturæ: quod quidem illis ambobus cum Ebione & Photino & Galata Marcello commune est. In id quod vero substantiale Verbum Dei confitetur & esse ab æterno cum patre Deum adserit, a memoratis recte dissentit, & fidei rectæ conjungitur. Sed quod iterum idem Verbum Deum naturaliter Dei patris non esse filium dicit, sed tantum Verbum, 52
ut superius exposuimus, & nihilominus dividit merita uniuscujusque substantiæ; impietatis magnum crimen incurrit, & hinc tamquam alienus & extorris ab ecclesiastica fide jure damnatus est. *Finit*.

## Item alia.

*Item* Marius Mercator *servus Christi lectori conservo suo & parens in Domino fidei salutem*.

Nestorii quondam episcopi Constantinopolitanæ urbis nonnulla ad plebem blasphemiarum dicta vel scripta ex Græco in Latinum sermonem, fervore catholicæ fidei incitatus, curavi transferre, a fidelibus linguæ meæ fratribus cognoscenda atque vitanda: in quibus verbum de verbo, in quantum E fieri potuit, conatus sum translator exprimere, ne prius falsarius magis quam verus postea probarer interpres. Da igitur veniam, pie lector, si aut minus oratio luculenta est aut verborum ubicumque præsumtorum novitas aurem forte perculerit. Elegi obtrectatorum linguis magis exponi quam a veritate sensuum exprimenda, ubi est omne de falsitate periculum, longius aberrare. Occupent igitur se ex hoc idem isti nostri disertuli ad singulas syllabas nostras scrutandas & verba rimanda. Non id curo, nec magni pendo, securus quod mihi de hoc opere nullus falsarii nomen imponat. Scio etiam ab istis exprobranda nobis esse aliqua dicta vitiosa, 53
quæ nobis vis servandæ Græcæ proprietatis extorsit. Dicat hinc de nobis quisque quod volet, sentiat quod placet. Ego sapientum judicio fretus sum, quibus absque lenocinio fucoque verborum & scholaribus nugis simplex veritatis semper grata est pulcritudo. Nunc hic ejus primus impietatis in Ecclesia ad populum sermo est, in quo de incarnatione dominica male lapsus infeliciter corruit.

*a* Gen. VI. 3. *b* Psalm. XV. 9. *c* Luc. III. 6. *d* Matth. X. 28. Luc. XII. 4. *e* Joan. III. 13.

1. *Prolatitium* cet.] Vide Cotelerii animadversionem in hunc locum, infra pag. 166. numeris videlicet Balusianæ ad marginem heic appositis: quod & in sequentibus advertendum.

*Sermo* I. Nestorii.

I. Doctrina pietatis est sensatorum in Ecclesia in-
tentio; pietatis autem doctrina providentiæ cogni-
tio est. Cognoscit namque Dei providentiam qui
Deum cognoverit corporum animorumque esse tuto-
rem. Quotquot igitur id nescientes adorant Deum,
ignorare eos manifestum est veritatem. Deum enim
confitentur se nosse, factis vero, ut scriptum est [a],
negant. Oportet autem creatorem horum curam ge-
rere quos creavit, oportet Dominum iis quibus
dominatur solicitudinem impertiri, oportet patrem-
familias domus suæ esse defensorem. Impar est vi-
ta nostra ad hujus tanti regiminis dignitatem. Fin-
git me denique in materno utero opifex Deus, &
in illis mihi viscerum secretis conservandi me pri-
ma & summa tutela est. Nascor, & fontes lactis
invenio. Incipio opus habere ciborum sectione, &
cultris quibusdam, dentibus videlicet, armatus in-
venior. Virum ago, & vectigalis mihi efficitur
creatura. Deorsum namque me pascit terra, & de
cælo mihi lucerna accenditur sol, flores mihi ver-
ni tempus attribuit, offert mihi æstas spicam, hiems
pluvias generat, autumnus tributum in vino depen-
54 dit. Quam inæqualem ex paupertate & divitiis con-
sistentem ducimus vitam! Non enim subsistere ali-
ter mortalia potuissent. Vide namque in his ipsis
quanta nostri tutela sit. Facilis frumenti putredo
cogit divitem timore corruptionis indigentibus ven-
dere; mutabilis vini natura possessorem mercatu-
ram inire damni terrore compellit. Imputribile ideo
est & repugnans tempori aurum, quia retentum
nihil pauperi nocet. Quid enim me lædunt divitiæ,
si aurum suum restringant, cum ea quæ me pascunt,
vendere divites compellantur? Decem millibus do-
nis humanum genus honoratum, ultimo & finitimo
dominicæ incarnationis munere decoratum est. Quo-
niam enim homo divinæ imago naturæ est, hanc
autem impulit ac dejecit diabolus in corruptionem,
doluit pro sua imagine Deus tamquam propria sta-
tua rex, & corruptum renovat simulacrum, sine se-
mine fingens de virgine naturam, sicut & Adam,
qui & ipse sine semine figuratus est, humani gene-
ris operatur suscitationem per hominem: [b] *Quoniam,*
inquit, *per hominem mors, & per hominem resurre-
ctio mortuorum.*

II. Audiant hæc qui in dispensationem domini-
cæ incarnationis cæcati [c] non intelligunt neque quæ
loquuntur neque de quibus adfirmant: qui, sicut
modo cognovimus, in nobis invicem frequenter sci-
A scitantur. Θεοτόκος, inquit, id est, puerpera Dei,
sive genitrix Dei Maria, an autem ἀνθρωποτόκος, id
est, hominis genitrix? Habet matrem Deus? Ergo
excusabilis gentilitas matres diis subintroducens. Paul-
lus ergo mendax de Christi deitate dicens [d], ἀπά-
τωρ, ἀμήτωρ, [1] ἄνδ γενεαλογίας, id est, *sine pa-
tre, sine matre, sine generationis narratione.* Non, vir
optime, Maria peperit Deum. [e] *Quod enim de car-* 55
*ne natum est, caro est.* Non peperit creatura eum
qui est increabilis, non recentem de virgine Deum
Verbum genuit pater: [f] *In principio erat* enim *Ver-
bum*, sicut Joannes ait. Non peperit creatura in-
creabilem, sed peperit hominem deitatis instrumen-
tum. Non creavit Deum Verbum Spiritus sanctus.
B [g] *Quod enim ex ea natum est, de spiritu sancto est.*
sed Deo Verbo templum fabricatus quod habitaret,
ex virgine. Est & non est mortuus incarnatus Deus,
sed illum in quo incarnatus est suscitavit; inclina-
tus est elevare quod ruerat, ipse vero non cecidit.
[h] *Dominus de cælo prospexit super filios hominum;*
ne me inclinans reum levare qui cecidit, tamquam
ille corruerit, vituperatur. Videt Deus naturam con-
lapsam, eamque deitatis potentia apprehendit eli-
sam; & illam tenens, & manens quod erat, in
altum sublevavit. Exempli caussa quod dicitur no-
sce. Si jacentem elevare volueris, nonne continges
corpus corpore, & te ipsum illi conjungendo eli-
sum eriges, atque ita illi conjunctus ipse manes
C quod eras? Sic & illud incarnationis æstima sacra-
mentum. Propter utentem illud indumentum [2] quod
utitur colo, propter absconditum adorans quod fo-
ris videtur; inseparabilis ab eo qui oculis paret,
est Deus. Quomodo igitur ejus qui non dividitur
honorem ego & dignitatem audeam separare? Di-
vido naturas, sed conjungo reverentiam. Intende in
hæc quæ dicuntur. Non per se ipsum Deus est qui
in utero figuratus est; (Nam si sic esset, essemus
hominis vere cultores) sed quoniam in adsumto
Deus, ex illo qui adsumsit qui adsumtus est appel- 56
latur Deus. Dominicam itaque incarnationem intre-
miscamus, [3] τὴν Θεοδόχον τῷ Θεῷ λόγῳ συνθεολο-
γῶμεν μορφὴν, id est, susceptricem Dei formam unam
D ac pari qua Deum Verbum deitatis, tamquam divi-
nitatis vere inseparabilis simulacrum, tamquam ima-
ginem absconditi judicis, duplicem confiteamur, &
adoremus ut unum: duplum enim naturarum unum est
propter unitatem. Audi Paullum utrumque claman-
tem, & deitatis unigenitæ æternitatem, & huma-
nitatis ortum recentem, & societatis vel conjun-
ctionis unam factam esse dignitatem: [i] *Jesus,* in-
quit, *heri & hodie, idem ipse & in sæcula sæcu-
lorum.* Finit.

*Item tractatus alius.*

*Sermo* II. Nestorii.

I. Contumelias quidem in me hæreticorum ar-
bitror tamquam [4] infantum apinas & ho-
E rum in mare comminatas submersiones, perturba-
tionum quoque desideria, & persecutionum nova
quæ intenduntur molimina, & indigentium negli-
gentiam, quam nobis objiciunt, & aliorum in nos

[a] Tit. I. 16. [b] I. Cor. xv. 21. [c] I. Tim. I. 7. [d] Heb. vii. 3. [e] Joan. III. 6. [f] Joan. I. 1.
[g] Matth. I. 20. [h] Psalm. xiii. 2. [i] Heb. xiii. 8.

1. Ἀνδ γενεαλογίας] Sacer textus *Heb.* vii. 3. ἀγενεαλόγητος. Quem in locum vide sis Wesselingium in *Epist. de Aquilæ in scriptis Philonis Jud. fragmentis*, pag. 30.

2. *Quod utitur*] Recte interpres pro *quo utitur*. Cicero ad Attic. epist. xxii. lib. xii. *Ne Silius quidem quidquam utitur*. Ceterum eamdem Nestorianam sententiam refert auctor infra pagg. 205. & 207.

3. Τὴν Θεοδ.] Vide infra pag. 107. ubi post Græca legimus: *id est, susceptricem Dei formam una ac pari qua Deum verbum deitatis ratione veneremur*. Quo ex loco hic reformandus videtur.

4. *Infantum apinas*] Legebam non ita pridem apud Marium Mercatorem hæc verba Nestorii: *Contumelias --- hæreticorum arbitror tamquam infantum apinas, & horum in mare comminatus submersiones:* nec intelligebam, quid *apinæ* commune haberent cum *submersionibus*. Consului Baluzii Notas: vidi librorum antiquorum scripturam, *rapinas:* intellexi, amplexus sum. Solent quippe matres puerulos suos terrere per minas *rapinæ* ac *submersionis*; quod rapientur a fera, & per similia μορμολυκεῖα. Nec dubium quia huc respexerit hæresiarcha. Coteler. ad *Monum. Eccl. Gr.* tom. III. pag. 600. c.



garrulitatis deliramenta tamquam ranarum ego strepitus rideo, aut certe quantum infantum jacula seu castra contemno, qualia propheta quondam deridebat dicens: [a] *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum*. Nihil autem illo est pastore miserius qui luporum laudibus gloriatur, quibus si placere voluerit atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna pernicies. Nullus igitur pastorum placere lupis & gregibus ovium potest. Illorum ergo, sicut
57 prædixi, despiciam voces, Domini contra eos proferens dicta: [b] *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?* His sane sensibus, quibus contra Deum armantur, obsistere & adversari necessarium est. Mortalem enim vivificatricem deitatem appellant, & in theatricas fabulas Deum Verbum audent deducere, tamquam idem sit pannis involutus & mortuus, proh nefas! Ut Dominus Christus in nos benignitatem suam extenderet, periclitatur apud eos de deitatis dignitate decidere.

II. Lauda miserrime, quamvis rabidus, & curam ad te sanitatis admitte. Non occidit Pilatus deitatem, sed deitatis vestimentum; non Deus Verbum sindone a Joseph involutus sepulturæ mandatur. Quomodo enim ille hoc poterat pati [c] qui tenet circulum terræ & omnes habitantes in ea tamquam locustas, sicut ait propheta? Sed quis ille est qui involvitur linteis sepulturæ? Audi evangelicis vocibus personari: [d] *Venit homo dives ab Arimathia, cui nomen erat Joseph, qui & ipse fuerat discipulus Jesu. Hic adiit Pilatum, & postulavit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus; & accipiens corpus illud Joseph involvit in sindone munda, & posuit illud in monumento.* Ter dixit *corpus*, & nec semel meminit deitatis: nec enim vulneraverant milites lancea deitatem. Sed quid est quod ab illis est vulneratum? A Joanne docere: [e] *Unus*, inquit, *militum lancea sua pupugit latus ejus*. Et audi adhuc argumentum quo constat deitatem minime vulneratam. [f] *Exiit*, inquit, *statim sanguis & aqua*. Nam si ipse mortuus est qui vivificat, qui subsisteret qui mortuum suscitaret? Ve-
58 nit homo mortuos suscitare, non ipse mortuus inveniri, auxilium ferre jacentibus, non ipse tamquam jacens auxilii inops. Non est mutatus conjunctione seu societate hominis Deus. Ipse enim est qui per prophetam clamat: [g] *Ego sum, ego sum, & non sum mutatus*. Et iterum: [h] *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient*. Sed unitus humanæ naturæ, & deitatis eam complexibus stringens, in altum levavit, manens id quod exsistebat. Ipse propterea Petrus de primitiis nostris prædicans, & illam altitudinem narrans quam huic naturæ visibili contulit Deus: [i] *Hunc*, inquit, *Jesum suscitavit Deus*. Non ergo mortuus est Deus, sed suscitavit. Audi Petrum dicentem, o Apollinaris.


III. Audi cum Apollinare tu quoque impietas Arriana. *Hunc*, inquit, *Jesum suscitavit Deus*, hunc qui paret, hunc quem oculi intuentur, qui adfixus est ligno, qui palpatus est manibus Thomæ, qui ad eum clamavit: [k] *Palpate, & videte quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habentem*. Et his certior vocibus factus, ipsius palpati & crucifixi corporis certior resurrectione, mira hæc facientem glorificabat Deum, [l] *Deus meus*, dicens, *& Dominus meus*; non illud
A quod palpaverat appellans Deum nec enim indagatur deitas isto palpatu. Si enim Deum Verbum cognoscere vel addiscere palpatu isto Thomas inciperet, dixisset & sine dubio ad eum Dominus: Contrecta, & vide quia spiritus sum & Deus. Nunc autem e diverso, palpa, inquit, & vide quia spiritus non sum: nam [m] *spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem*; me scilicet, quem secundum id quod videtur & paret, videtis esse compositum, & secundum corporis substantiam esse 59
contrectabilem cernitis. Non enim, Apollinaris, ossa & caro est deitas Verbi paterni. De isto palpabili clamat Petrus: [n] *Hunc Jesum suscitavit Deus. Dextera itaque exaltatus est Dei*; non tamen dex-
B tera adjuvante Verbum, o insania Arriana: [o] *Promissione quoque sancti Spiritus accepta a patre, effudit hunc quem vos videtis & auditis*. Et audi Paullum de Deo ratiocinantem & illam inconvertibilem Dei & hominis exponentem conjunctionem. [p] *In forma*, inquit, *Dei constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens*. Sic & in aliis quidem, inquit: [q] *Locutus est nobis in filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit & sæcula, qui est splendor gloriæ*; ponens filium, caute eum & splendorem gloriæ nuncupat & positivum heredem, heredem quidem positivum secundum carnem, splendorem autem gloriæ paternæ secundum
C deitatem; quia nec discessit incarnatus a similitudine quæ ei cum patre est. Propter quod & Paullus inquit: *qui est splendor gloriæ*; ne forte cum audisset quispiam, *erat in forma Dei*, tamquam transeuntis & commutatæ suspicaretur eum esse naturæ. Joannes quidem Verbi & patris ad invicem coæternitatem describendo, utebatur his dictis: [r] *In principio erat Verbum*; EST prætermittens. Non enim dixit: In principio est Verbum, & Verbum est apud Deum; sed: *In principio Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Quærebatur enim quæ prima esset exsistentia sive essentia ejus quæ hominem gessit. Paullus autem omne simul quod accidit narrat, & incarnatam essentiam, & incar- 60
D natæ deitatis, post unitionem, incommutabilem eam semper manentem. Propter quod & scribens clamabat: [s] *Hoc sentiatur in vobis quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens*. Non dixit: Hoc sentiatur in vobis quod & in Deo Verbo; qui cum in forma Dei esset constitutus, formam servi accepit. Sed accipiens Apostolus Christi nomen, tamquam duarum naturarum appellationem significativam, absque sui periculo eum & servi formam & Deum nuncupat irreprehensibiliter, his divisis quæ ad naturam duplicem significandam dicuntur; & non hoc solum Christianis prædicantibus quia incommutabilis est Deus Christus, sed & benignus,
E formam servi accipiens, & quod subsistebat exsistens; ut noveris non mutatum post unitionem, sed visum simul benignum & justum. Mors enim pro impiis sine peccato carnis est ejus; & quod eam pro inimicis non refugit, inæstimabilis benignitatis est gratia: [t] *Vix enim*, secundum Paullum, *pro justo quis moriatur*. Suscipere autem humanum genus per hominem & reconciliare Adam, multa justitiæ circumspectio est. Justum enim erat, naturam quæ offenderat, hanc denuo Deo placitam liberare; & justum est obnoxiam quondam, quæ debitum incurrit, absolvere: irreprehensibilem nam-

*a* Psalm. LXIII. 8. *b* Matth. XII. 34. *c* Isa. XL. 22. *d* Matth. XXVII. 57-60. *e* Joan. XIX. 34. *f* Ibid. *g* Malach. III. 6. *h* Psalm. CI. 28. *i* Act. X. 40. *k* Luc. XXIV. 39. *l* Joan. XX. 28. *m* Luc. XXIV. 39. *n* Act. II. 32. 33. *o* Ibid. 33. *p* Philipp. II. 6, 7. *q* Heb. I. 2, 3. *r* Joan. I. 1. *s* Philipp. II. 3-5. *t* Rom. V. 7.

que & sine querela hominum natura debebat Deo A conversationem, sed deficiebat in exsolutione. Negligentiæ enim passionis animam huc atque illuc trahentes, nudam eam a virtutibus impellebant, & rari erant pietatis ac justitiæ possessores; & tunc
61 illi, ad illius temporis paupertatem, qui viderentur vel putarentur esse possessores? Per universum autem terrarum orbem debitum erat: [a] *Omnes enim*, inquit, *peccaverunt*, *& egent gloria Dei*. Peccati fenus quoque crescebat. Quid ergo Dominus Christus? Peccatis obligatum videns genus humanum & indignum ad redhibitionem, non imperio exsolvit debitum, ne justitiam benignitas læderet; & hujus rei testis Paullus Apostolus clamans: [b] *Christus*, inquit, *quem proposuit Deus propitiatorium per fidem* B *in sanguine ipsius ad ostensionem justitiæ ejus*. Ut ostendatur, inquit, benignitas justa, non sine judicio passim & utcumque donata; propterea Christus debentis suscepit personam naturæ, & per eam debitum tamquam Adæ filius reddidit. Oportebat enim debitum luentem ex genere deduci ejus, qui id aliquando contraxerat. Ex muliere debitum, ex muliere absolutio. Sed disce debitum, ut discas retributionem. Escæ caussa Adam pœnæ debitor factus est. Solvit hanc Christus in deserto esuriens, diaboli super escæ refectione consilium spernens. Ille divinitatis contra Deum appetitæ reatum incidit, cum audisset a diabolo: [c] *Eritis tamquam dii*; & escam promtus invasit. Sed hanc Christus ex- C solvit quando dæmoni potentiam promittenti (hæc enim ad eum dicebat: [d] *Omnia tibi dabo*, *si procidens adoraveris me*) & ejus vocem ipse respuens respondebat: *Vade*, *satana*. *Dominum Deum tuum adorabis*, *& illi soli servies*. Ex inobedientia in ligno pœnæ Adam debitor fuit. Reddidit & hanc Christus in ligno obediens factus. Propterea & Paullus ait: [e] *Chirographum peccatorum nostrorum*, *quod erat nobis*
62 *contrarium*, *tulit de medio*, *adfigens illud cruci*. Et quidem qui reddebat pro nobis, Christus est; in ipso autem nostræ debitum naturæ solvebat. Personam enim ejusdem naturæ susceperat cujus passiones in sua passione solvebat; quia enim: [f] *Habemus redemtionem in sanguine ipsius*, ut dictum est a Paullo. D

IV. Vide nunc naturam nostram in Christo apud Deum caussam adversus diabolum perorantem & justis hisce utentem allegationibus: Injuria opprimor, justissime judex: diabolus me iniquus impugnat, evidenti adversus me utitur impotentiæ tyrannide. Esto, priorem Adam tradiderit morti, quia ejus peccati occasio fuerit. Secundum jam, quem ex virgine figurasti, ob quam, Rex, noxam crucifixit? Qua etiam caussa latrones cum ipso una suspendit? Cur [g] *qui peccatum non fecit*, *nec dolus inventus est in ore ejus*, [h] *cum iniquis est deputatus*? An forte exsecranda ejus intentio manifesta est? Aperte tamquam imagini tuæ, Domine, invidet. Si- E ne ulla occasione inruens in me, subvertere me nititur; sed tu mihi justum te judicem tribue. Iratus es mihi caussa prævaricationis Adæ; pro quo si habes Adam sine peccato tibi conjunctum, ut propitieris exoro. Esto, propter illum corruptioni tradideris, propter hunc de incorruptione participa. De mea uterque eorum natura est. Sicut prioris in morte particeps fui, & immortalis vitæ secundi particeps fiam. Indubitatis & inexpugnabilibus firmor allegationibus. Omnifariam adversarium supero. Si de corruptione quæ ex Adam mihi facta est, controversiam moverit; ex illius qui peccatum non fecit vita ego e diverso perscribam. Et si me ille ex illius accusat inobedientia, ex hujus eum obedientia reum ego constituam.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



V. Hunc de diaboli victoria Christus agens triumphum: [i] *Nunc judicium*, inquit, *est mundi hujus*,
*nunc princeps mundi mittetur foras*. Sicut enim pro- 63
toplasti tenuit diabolus culpam adversus omnem ejus potestatem, & originariam habuit actionem; sic inculpatas in Christo primitias massæ suæ natura cum possedisset, adversus diabolum nitens ipsis vincebat defensionibus de quibus adversarius præsumebat. In Christo enim justissime primitiarum suarum contra eum inculpatam originem profert, si priores ex Adam reatus caussas diabolus ingerit. Et hoc est quod Paullus ait: [k] *Christus mortuus est pro peccatis nostris*; *immo qui & resurrexit*, *qui est in dextera Dei*, *etiam interpellat pro nobis*. Interpellat namque a Christo induta massa nostra, libera prorsus ab omni peccato; & oritur injusta defensio contra pœnam nostram, quam ex initio ille qui prior figuratus est suo generi intulit. Hæc suscepti hominis occasio, ut homo per carnem dissolveret quæ per carnem orta est corruptio. Hujus hominis, non deitatis, tertii diei sepultura est. Hujus pedes tenti sunt clavis. Hunc Spiritus sanctus in utero figuravit. De hac carne Dominus ad Judæos: [l] *Solvite*, inquit, *hoc templum*; *& in triduo suscitabo illud*.

Numquid ego duplicem Christum solus appello? Nonne semet ipsum & templum solubile & Deum nuncupat suscitantem? Si autem Deus erat qui solvebatur, (quæ in caput Arrii blasphemia conver-
tatur) dixisset Dominus: Solvite Deum istum, & 64
in triduo suscitabitur. Si Deus mortificatus est in sepulcro, mentitur Christus, quid dixit: [m] *Quid me quæritis occidere hominem qui vera locutus sum vobis?*

VI. Sed non nudus homo Christus, o calumniator, sed homo simul & Deus. Si autem Deus tantummodo exsisteret, oportebat eum secundum Apollinarem dicere: Quid me quæritis occidere Deum, qui vobis veritatem locutus sum? Nunc autem dicit: Quid me quæritis occidere hominem istum qui spinis coronatus est, istum qui dixit: [n] *Deus*, *Deus meus*, *quare me dereliquisti*, istum qui triduanam sustinuit mortem. Adoro hunc autem cum deitate, tamquam divinæ cooperarium auctoritatis. [o] *Manifestum sit enim*, inquit scriptura, *viri fratres*, *quia nobis per Christum remissio peccatorum adnuntiatur*. Tamquam dominicæ bonitatis veneror instrumentum. [p] *Estote enim*, inquit, *invicem benigni & misericordes*, *sicut & Deus in Christo donavit nobis*. Honoro tamquam consiliorum Dei curiam: [q] *Volo enim vos scire cognitionem sacramenti Dei patris & Christi*, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi*. Suscipio tamquam formam pro Deo apud nos spondentem: [r] *Qui me misit*, inquit, *verax est*, *& ego quæ ab ipso audivi*, *hæc loquor*. Beatifico tamquam obsidem pacis æternæ: [s] *Ipse enim*, ait, *pax nostra*, *qui fecit utraque unum*, *& medium parietem maceriæ solvens inimicitias in carne sua*. Colo tamquam divinæ indignationis propitiatorium: [t] *Christum*, inquit, *proposuit Deus propitiatorium fidei per fidem in sanguine ipsius*. Amo & revereor tamquam mortalium immortalitatis initium: [u] *Ipse enim*, inquit, *caput corporis Ecclesiæ*,

*a* Rom. III. 23. *b* Ibid ℣. 25. *c* Gen. III. 5. *d* Matth. IV. 9. *e* Coloss. II. 14. *f* Ephes. I. 7. Coloss. I. 14. *g* I. Pet. II. 22. *h* Luc. XXII. 37. *i* Joan. XII. 31. *k* Rom. VIII. 34. *l* Joan. II. 19. *m* Joan. VII. 20. VIII. 40. *n* Matth. XXVII. 46. *o* Act. XIII. 38. *p* Ephes. IV. 32. *q* Coloss. II. 1-3. *r* Joan. VIII. 26. *s* Ephes. II. 14. *t* Rom. III. 25. *u* Coloss. I. 18.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.


*qui est initium, primogenitus ex mortuis*. Amplector tamquam speculum deitatis resplendentis: [a] *Deus enim*, inquit, *erat in Christo mundum reconcilians sibi*. Adoro tamquam animatam Regis purpuram: [b] *In forma enim*, ait, *constitutus Dei, semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, & habitu inventus ut homo*. Laudo tamquam manum deitatis in
65 vitam me eripientem de morte: [c] *Cum enim exaltatus*, inquit, *fuero de terra, tunc omnes ad me adtraham*. Et quis ille exaltatur, ostendens scriba fidelis, ita: [d] *Hoc enim dicebat significans qua morte esset moriturus*. Admiror tamquam januam ad divina introitus: [e] *Ego enim sum janua*, inquit, *per me qui ingressus fuerit, liberabitur, & intrabit, & exiet, & habitationem inveniet*. Adoro tamquam omnipotentis imaginem deitatis: [f] *Superexaltavit enim eum*, inquit, *Deus, & donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine ejus omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum* Propter occultum adoro quod oculis paret. Inseparabilis est Deus. Ejus qui paret dignitatem non separo: inseparabilis est enim. Separo naturas, sed conjungo reverentiam. Non per se ipsum Deus est quod in utero figuratum est; non per se Deus est quod creatum est ab Spiritu sancto; non per se Deus est quod in monumento sepultum est: sic enim essemus hominis & mortui manifesti cultores. Sed quoniam in adsumto Deus, ex adsumente qui adsumtus est, tamquam adsumenti conjunctus, appellatur Deus. Propterea & crucifixæ carnis dæmones vocabulum perhorrescunt, crucifixæ scilicet carni conjunctum, non
66 compassum, scientes Deum. Ideo & judex venturus est iste qui visui paruit, quoniam omnipotenti conjungitur deitati: [g] *Tunc enim*, inquit, *parebit signum filii hominis in cælo, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute & gloria multa*. Sicut enim Rex parta victoria cum his in civitatibus videtur armis cum quibus hostem in bello superavit, & se cum iisdem conspicuum vult esse; sic & omnium dominus Rex cum cruce & carne in suam veniet creaturam, cum his armis videndus quibus impietatem superavit, & judicabit orbem in hominis forma, omnipotenti virtute, secundum Paulli præconium, qui ait: [h] *Tempora enim ignorantiæ despiciens Deus, qui nunc sunt omnibus hominibus præcepit pœnitentiam agere: siquidem statuit diem in quo judicaturus est orbem in viro, in quo constituit fidem præstare omnibus, suscitans eum a mortuis*. Quod ideo dictum est ut nullus mortuam suspicetur esse deitatem. Nam etsi omnem omnino simul novam scripturam perscruteris, non apud eam usquam invenies mortem Dei esse, cum scriptum est, sed aut filio aut Christo aut Domino adsignari. Christus enim & filius & Dominus in unigenito in scripturis acceptus, duarum significatio est naturarum: & aliquando quidem deitatem vel humanitatem, aliquando simul utrumque designant. Verbi caussa, cum Paullus scribens prædicat: [i] *Qui cum essemus inimici, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus*, humanitatem ejus demonstrat. Quando iterum ipse dicit ad Hebræos: [k] *Deus locutus est nobis in filio, per quem fecit & sæcula*, indicat & filii deitatem. Nec enim caro opifex est sæculorum, post multa sæ-
67 cula fabricata. Ecce filii Dei & deitatis & humanitatis essentiæ appellationis conveniens documentum.

Interrogemus jam si nomen hoc, id est, Christus, etiam filius accipiatur, & hoc ipsum ad A utraque designanda pertineat: [l] *Jesus Christus*, inquit, *heri & hodie, ipse idem in sæcula*. Sicut enim Deus existens & homo idem ipse secundum Paullum, & novissimus & ante sæcula, sicut homo quidem recens, sicut Deus autem ante sæcula.

VII. Ostensum est igitur tibi quia Christi appellatio modo templum, modo inhabitantem Deum in illo demonstrat. Exige ubi etiam Dominus in filii persona ponatur, & nunc quidem hominem illum, nunc Deum ostendit: [m] *Venite*, inquit, *videte locum ubi positus erat Dominus*. Et iterum mulieres tamquam furto a Judæis deflentes ablatum corpus Domini: [n] *Tulerunt*, ait scriptura, *Dominum meum*. Et ad Galatas Paullus: [o] *Alium*, inquit, *Apostolorum vidi neminem nisi Jacobum fratrem Domini*. Et iterum ipse ad Corinthios: [p] *Quotiens hunc panem manducatis & hunc calicem bibitis, mortem Domini adnuntiatis donec veniat*. Et iterum: [q] *Domine, ut video, propheta es tu*. Hæc omnia dominicæ incarnationis sunt documenta, quia neque Deus Verbum erat in monumento projectus. Quomodo enim resurrexit [r] qui universitatem sustentat verbo potentiæ suæ, si jacebat secundum Arrium? Sed neque Dei essentiam flebant mulieres, tamquam quæ esset de sepulcro furto subducta. Quis enim suspicetur deitatem furacibus manibus capessibilem esse? Nec iterum Jacobum deitas habuit fratrem; nec Dei Verbi mortem nos adnuntiamus, cum Domini corpore & sanguine pa- 68
scimur. Deus enim natura sacrificium suscipit, non ipsa sacrificio immolatur; nec propheta Deus, sed dator prophetiæ, ut sit hoc loco, *Dominus*, sicut dixi, carnis expressio tamquam habentis dominicam dignitatem, quæ tamen temperamento vel admixtione minime in substantiam transierit deitatis. Alibi enim, *Dominus*, demonstrativum est deitatis, sicut est illud: [f] *Unus Deus pater, ex quo omnia; & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia*. Ex deitate enim opifex omnium Christus, non ex humanitate, quæ post creaturam condita invenitur. Alibi autem, sicut dixi, *Dominus*, utrumque rerum significativum est, sicut est: [t] *Domine Jesu, ne statuas eis hoc peccatum*. Et: [u] *Multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus?* Et Paullus: [x] *Quam mihi reddet Dominus justus judex in illa die, non solum mihi, sed & omnibus qui pie diligunt adventum ejus*. Vidisti quemadmodum Christus & filius & Dominus est. Quando de unigenito meminit scriptura, modo humanitatis, modo divinitatis, modo autem utriusque vult existere significativa vocabula. Quid ergo confundis quæ sunt inconfusa? Quid Dei nomen deputas morti, quod a divina scriptura nusquam in mortis commemoratione profertur? Quid Paullo clamante, cum audias: [y] *In viro definivit Deus, suscitans eum a mortuis*, tu natam & mortuam inani imaginatione judicas deitatem?

Bene autem & judicem esse venturum Paullus hunc virum qui visibilis fuit designat, quoniam ad imaginem suam ab eo figuratum & regno terræ honoratum hominem escam vermium diabolus præpa- 69
ravit. Venit secundum futurum Christus in hominis forma omnipotentis, ut experimento agnoscat ipse quoque diabolus, qui cum omnibus etiam ipse erat sub dominatione Dei, quia vere homo ad

*a* II. Cor. V. 19. *b* Philipp. II. 6. 7. *c* Joan. XII. 32. *d* Ibid. ℣. 33. *e* Joan. X. 19. *f* Philipp. II. 9. 10. *g* Matth. XXIV. 30. *h* Act. XVII. 30. 31. *i* Rom. V. 10. *k* Heb. I. 2. *l* Heb. XIII. 8. *m* Matth. XXVIII. 6. *n* Joan. XX. 2. *o* Gal. I. 19. *p* I. Cor. XI. 26. *q* Joan. IV. 19. *r* Heb. I. 3. *ſ* I. Cor. VIII. 6. *t* Act. VII. 59. *u* Matth. VII. 22. *x* II. Tim. IV. 8. *y* Act. XVII. 31.



imaginem & similitudinem Dei factus, & rex terræ ac dominus constitutus, auctor merito ad cælorum etiam regna est sublimatus.

VIII. Sed nostrum sermonem vestra audientia vincit; & me vinci confessus ad taciturnitatem confugio, optans semper hac cupiditate vestræ audientiæ separari. Dominicæ itaque humanitatis susceptionem colamus, incarnationis sacramentum hymnis incessabilibus extollamus, [1] susceptricem Dei virginem cum Deo ratiocinemur, cum Deo ad divina non elevemus. Θεοδόχον dico, non Θεοτόκον, δ literam, non κ exprimi volens. Unus est enim, ut ego secundum ipsos dicam, pater Deus Θεοτόκος, id est, genitor Dei, qui hoc nomen compositum habet. Visibilem igitur cum invisibili conjunctam formam cum Deo ad divina deputemus: τὴν φορουμένην τῷ φοροῦντι συντιμῶμεν φύσιν, id est, naturam quæ indumentum est Dei, cum eo qui ea utitur honoremus, tamquam radium deitatis, A ut ita dicam: incarnationem formidemus tamquam divinæ auctoritatis inseparabile simulacrum, tamquam occulti imaginem vel statuam judicis. Dividentes naturas, conjungamus honorem; confiteamur duplicem, & adoremus ut unum. Duplum enim naturarum, unum est secundum unitatem.

IX. Si hæreticus tibi ex persona ecclesiastica mortuum Deum tuum exprobraverit, iratus tu ad dictum reclama: Deus est qui suscitavit de mortuis 70 [a] *pastorem ovium magnum*; non ipse mortificatus est & sublevatus. Si te Judæus hominem colere dixerit, apostolicam responde traditionem: [b] *Deus erat in Christo mundum reconcilians*. Si gentilis B caussam susceptæ humanitatis adsertionem fit remissio peccatorum, responde ei quæ Paulli sunt: [c] *Quoniam per homines mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur*. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. *Finit*.

*Item tractatus alius* Nestorii.

*Sermo* III. Nestorii.

Plausus amatores Christi populos his conferre qui pro beata Maria impendunt sermonis officium, non est mirandum. Hoc ipsum enim quod templum facta est illius dominicæ carnis, excedit omne quod est laude dignissimum. Sed in illud vestra amabilitas debet intendere, ne cum plus quam oportet aut debet, circa illius beatæ honorem laudemque versamur, dignitatem Dei Verbi confundere videamur, bis eum faciendo generatum. Et ut simpliciore sermone fungamur, ne auditorum quod dicitur excedat auditum, utar eloquio omnibus ad capessendum facillimo.

Qui Deum simpliciter dicit de Maria natum, primo omnium [2] nobilitatem gentilibus prostituit dogmatis, atque exponens in medium, vituperandum id ridendumque proponit. Statim enim paganus cum reprehensione accipiens, quia de Maria
71 Deus natus est, infert adversus Christianum. Necessario enim qui dicit similiter de Maria natum Deum, & non illum conjunctione duarum naturarum, divinæ scilicet & humanæ, esse reputaverit, audiet: Ego natum & mortuum Deum & sepultum adorare non queo. Liquida autem divisio dogmatis ista est. Qui natus est, & per partes incrementorum temporibus eguit, & mensibus legitimis portatus in ventre est, hic humanam habet naturam, sed Deo sane conjunctam. Aliud est autem dicere quia nato de Maria conjunctus erat Deus ille qui est Verbum patris, quod est liquidissimum ac firmum atque inreprehensibile gentilibus; & aliud, quia ipsa deitas indiguit nativitate mensibus decurrente. Verbum enim Deus temporum est opifex, non in tempore fabricatus.

II. Divisionem igitur super hoc præcedentis magistri valde sum admiratus dicentis, quia neque Deum oportet dicere nude & utcumque generatum, (Nemo enim qui se est antiquior generat) nec iterum humanitatem nudam esse profitendum est, sed humanitatem conjunctam Deo esse generatam. In illud autem adtractos vos, qui estis intenti examinatores religionis, (hanc enim & de vobis quam de Antiochenis habeo opinionem) in illud ergo, ut dicebam, adtractos vos esse volo. Quia Deus pontifex factus est, ferre non possum. Si enim C Deus opifex & pontifex est, cujus a pontificibus legatio exhibenda est? Hæc ad vestram dilectionem sermocinatus sum, & dicerem plura nisi hoc subintrasset animum meum quod Ecclesiæ doctoribus videor contraria disputare. Volo igitur vos perspicaces esse in examinando dogmatibus, & neque susceptam humanitatem a Deo Verbo confun- 72 dere, neque hominem nudum eum qui natus est dicere, sed nec Deum Verbum contemperatum vel commixturam propriam amittit essentiam. Propterea enim discipulis in stupore constitutis tempore quo sublevatur in cælum, & apud se, quantum arbitrandum est, hoc reputantibus, putasne resoluta est humana natura, putasne in cælis in eadem D essentia permanet, & eis de hac visione stupentibus, advenientes angeli dicebant: [d] *Hic Jesus* qui videtur, hic qui mensium incrementis indiguit, hic qui mortuus est, hic qui crucem pertulit, *sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum*. Et iterum beatus Paullus in actibus Apostolorum: [e] *In viro*, inquit, *in quo decrevit Deus judicare orbem terræ, fidem præstans omnibus, suscitans eum a mortuis*. Numquid Verbum Deus a mortuis surrexit? Si autem vivificator mortificatus est, quis erit qui conferat vitam? Nam præter hoc & Arrianis hinc valde reprehensibiles sumus. Si enim utcumque Deum Verbum & simpliciter nominemus, vide ex hoc quid conficiatur. Dicis simpliciter: E Deus est qui natus est de Maria. Statim hæreticus infert reprehendens: Ergo quoniam apud vos etiam hoc in confessione est, inquiens Verbum Deum esse qui natus est de Maria.


Audi quæ idem Deus Verbum de se ipse testatur: [f] *Euntes renuntiate fratribus meis: Vado ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum*. Sed cum hoc dixerit, quia natus est de beata Maria, humanitate quidem nobis con-

a Heb. XIII. 20. b II. Cor. V. 19. c I. Cor. XV. 21. 22. d Act. I. 11. e Act. XVII. 31. f Joan. XX. 17.

1. *Susceptricem — volens*] Cotelerius *Monum. Eccl. Gr.* tom. III. p. 595. b. hunc locum ita corrigit & complet: *Susceptricem Dei virginem* NE *cum Deo ratiocinemur*. — *δ & χ litteras, non τ & κ exprimi volens*. Infra pag. 107. legimus: *τὴν Θεοδόχον τῷ Θεῷ μὴ συνθεολογῶμεν παρθένον: id est, susceptricem deitatis virginem cum Deo ad divina* NON *attollamus*.

2. *Nobil. gentilibus* cet.] Vid. supra Serm. I. num. II. p. 70.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.



substantialis erat; in eo autem quod conjunctus Deo, a nostra erat longe, quia Deus, substantia melior.

Tunc illorum blasphemia liberaberis, & facile ac breviter sacramentum religionis edices hoc modo: Alius quidem Deus Verbum est qui erat in templo quod operatus est Spiritus, & aliud templum præter habitantem Deum. Templi est morte
73 dissolvi; inhabitantis autem templum, id ut resuscitet proprium est. Non hic meus sermo, sed vocem dominicam lego: [a] *Solvite templum*, inquit, *hoc, & in triduo suscitabo illud*.

Conjunctionis igitur confiteamur dignitatem, naturas autem & substantias duplices: alioquin invenietur Verbum Deus esse sancti Spiritus creatura. B Quid enim ait evangelista de eo qui in ventre creatus est: [b] *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est*. Quod si Verbum Deus nudus ac solus erat qui natus est, creatus est? dicit evangelista quia Spiritus creavit illud templum in beata Maria, & invenietur Deus Verbum sancti Spiritus A opificium. Fugiamus itaque hujus confusionis errorem. Dominum nostrum Christum secundum naturam duplicem dicamus, secundum quod est filius, unum.

III. Ego autem quibusdam mihi & illud renuntiantibus, cum lætitia sæpius risi: quoniam, inquit, Episcopus quæ Photini sunt sapit: [c] *Nescientes neque quæ loquuntur, neque de quibus adfirmant*. Hoc enim quod a me dicitur, Photini dogmatis eversio invenitur. Photini enim sensus a partu Mariæ Verbo dat Deo principium; me autem dicente Deum Verbum semper exsistere ante sæcula. Ad illos mihi quidem proverbialis sermo sufficiat: [d] *Noli respondere imprudenti secundum imprudentiam ejus*. Vos autem volo perspicaces examina- 74
tores dogmatum, neque plausibus utcumque adtrahi sermonis illecebra, neque dogmatum aliquid examinatamque rationem novitatis præsumtionem putare, sed veritatis eam magis gloriam judicare. *Explicit*.

*Item ejusdem sermo in Ecclesia habitus, postquam litteras Cælestini Romani episcopi & Cyrilli Alexandrini denuntiationis accepit, VIII. Idus Decembris, coss. Theodosii XIII. & Valentiniani III. Aug. post sextum diem quam easdem litteras sumsit*.

### *Sermo* IV. Nestorii.

Dulcem nobis præcedens doctor mensam caritatis apposuit. Non enim habet fraterni amaritudinem odii, non habet venenum livoris, non habet simulatæ fraternitatis rubiginem. Sic sunt dulcia caritatis ut ea & omnium Dominus diligat. Amat caritatem Deus tamquam suæ benignitatis ingenitum bonum, & ex hac omnibus gentibus beneficas necessitates instruit. Quoniam enim multa erant quæ hominum amicitiam dividebant, inseruit Deus necessitates invitis, quæ eos in amicitiam mutuam copularent. Alia denique penes Dalmatas habentur terræ germina, alia penes Gothos rerum indigenarum ubertas; alia iterum Hispaniæ terræ fecunditas, altera locuples & opulenta Africæ latitudo terrarum; ad hoc ut quæ unicuique desunt, sumat a proximo, & horum quæ non habet inops, aliunde petens, necessitate in amicitia proximi fœ-
75 deretur. Propterea & omnium Dominus indutus est nostram naturam, numquam spoliabile videlicet deitatis vestimentum, inseparabile indumentum divinæ substantiæ, speculum domini omnium, quod cum [1] naturæ dignitatem propriam perdidisset, tametsi decies millies irascatur audiens [2] Manichæus, non ad usum naturalem accepit hoc vestimentum, sed in sempiternum, ut id etiam suæ divinitati faceret consedere. Nihil sine isto suo vestimento viventibus donat; non judicat mortuos sine isto: unum esse novit cum isto deitatis suæ regnum. In stupore remaneat dentium Paullus Samosatenus, qui nobis dominicam humanitatem nudam a deitate delirat; qui solam, præter divinitatem, fabulatur hanc quæ sempiterno conjuncta est atque connexa, quæ eadem ac pariter potest quæ Deus: [e] *Donavit* enim *illi Deus omne nomen*. Et ut nemo miretur carnis cum divinitate audiens regnum, præmonuit per scripturam Spiritus, quod videtur incredulum, in habitaculo habitantem demonstrans, ex quo & unde honor circa id quod videtur & paret adcrevit: [f] *Donavit illi*, inquit, *omne nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne* C *genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum; & omnis lingua confiteatur Deo, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris*. Non depretiavit, inquit, divinam substantiam circa illud quod invisibile est honor cuncta præcellens, quia demonstratur quemadmodum filius diligatur a patre. Unus enim filius, quod visibile est & invisibile, unus Christus; & iste qui utitur & id quo utitur, naturæ duplices, sed filius singularis.

II. Quid sermonem in calumniam vocas? Quid 76
me latenter sagittis aureis jacularis? Quid in me sagittas aureas absconditus mittis? Experiamur nostra certamina, caussas invicem vitæ nostræ religionisque præstemus. Pius est imperator; reginæ D Deum amant. Esto in disputando vir fortis. Quid prohibet in disputationem venire? Quid perturbationes ferinis rugitibus adferre conaris? Novi & ego cum propheta clamare: [g] *Paratus sum, & ne conturbatus*. Docuit me & Moyses non conturbari, siquidem experimentum acceperit prophetæ prædicti Ægyptiaca desperatio; nec beatum quondam Flavianum terruisti, cum tyrannico spiritu epistolas mitteres; nec eum qui ante hunc inter sanctos numeratur Meletium perturbasti. Tu quæ habes & donas, (*bonus* [h] *homo de bono thesauro profert bona*) & beato Nectario talium munerum tuorum gustum dedisti. Taceo de Joanne, cujus nunc cineres adorando veneraris invitus. Me episcopatus E cura nulla solicitat, nec mihi de eo nullus est sermo: donec spiro, sano dogmati adsum.

III. Sed elegantem & speciatam eorum auferam occasionem. *Non dicit*, inquiunt, Θεοτόκον, *id est, genitricem Dei*; & hoc est totum quod nostris sensibus ab illis opponitur. *Nemo enim*, ajunt, *rectam fidei gloriam sequens, vocem hanc aliquando declinavit*. Multa dogmatum ibi experimenta suppedi-

*a* Joan. II. 19. *b* Matth. I. 20. *c* I. Tim. I. 7. *d* Prov. XXVI. 4. *e* Philipp. II. 9. *f* Ibid. ℣℣. 9-11. *g* Psalm. CXVIII. 60. *h* Matth. XII. 35.

1. *Naturæ*] Cotelerius l. c. pag. 630. b. mallet *natura*.

2. *Manichæus*] Doctissimo editori visum est *Marcelli* nomen debere substitui; quum tamen celebris sit Manichæi error de carne Christi in sole deposita, ut videre est præcipue in Anastasii *Hodego* pagg. 94. & 232. Cotel. ibid.

tant ; maxime quidem quæ ſunt Apollinaris ſectæ A & Arrii vel Eunomii . Si inveſtiges ; unuſquiſque eorum Θεοτόκον, id eſt, Dei genitricem appellavit virginem ſanctam. Tu vero intende quæſo in hæc
77 quæ dicuntur, ut contra hæc ipſamque etiam quam eſcam hamo apponentes loquuntur, defenſionem paratiſſimam habeas. Scis hoc Apollinarem dicentem. Scis hanc vocem, id eſt, Θεοτόκον, apud Arrium plauſus maximos excitare ? Scis hanc quoque apud Eunomium frequentari ? Etiam, inquis, ſed non ſecundum filium hanc ait vocem enuntio. Laudo infitias tuas. Interim arguo te ipſum in id quod dicis, vocem hanc ſolam eſſe veritatis tenacem. Sunt enim & dicentes Θεοτόκον, & tamen ſecundum ſuam confeſſionem eos eſſe hæreticos conſtat . Sed quo- B niam illi dicentes Θεοτόκον, hinc naturæ utriuſque conficiunt permixtionem ſeu temperamentum , ut quæ ſunt humilia , non videantur de carnis dicta eſſe ſubſtantia , nec quæ alta ſunt, de Domino & Deo omnium intelligantur expreſſa; ideoque damna eos qui dicunt, ſecundum Apollinaris & Arrii ſenſum , genitricem Dei , & ego una tecum clamo Θεοτόκον . Sed & Θεοτόκον dico , & addo & hominis genitricem , hoc eſt , ἀνθρωποτόκον : hoc enim hæreticos non patitur dicere propter eam diviſionem, quæ ex diſtinctione facta eſt quoque verborum .

Igitur ut eorum conciones etiam elegantes & ſapidulas ſuperemus, dicamus Θεοτόκον. Sciebat nam- C que etiam Paullus talia facere , ne ſciſſuræ fierent per aliquam juſtitiam coloratam; ut puta tunc beatus Paullus Apoſtolus jam gratiam prædicabat , legiſque inutilitatem confidenter arguebat ; ſed Hieroſolyma veniens docetur ab Apoſtolis condeſcendere debere ibidem habitantibus , ut non fierent ſciſſuræ in Eccleſia , quæ habere videntur ſpeciem
78 pietatis. Quid igitur facit? Suſcipit legis obſervantiam , ita ut & purificaretur & raderet caput , omnia faciens propter ædificationem Eccleſiæ. Quod poſtea hoc ipſum in Eccleſiarum inſtitutione exponens atque doctrina dicebat : [a] *Factus ſum Judæis tamquam Judæus ut Judæos lucrifaciam ; his qui ſub lege ſunt , tamquam ſub lege eſſem , cum ipſe ſine* D *lege Dei non eſſem, ſed in lege ſim Chriſti, ut eos qui ſine lege ſunt lucrer ; omnia factus ſum omnibus, ut omnes lucrifaciam.*

Si igitur & tu non ſecundum Apollinaris morbum Θεοτόκον divulgas Mariam, abſcondens in perſona catholica rabiem Apollinaris, confitere mecum quæ apud omnes catholicos dicuntur. Hoc enim catholicorum eſt proprium eorum qui hanc vocem , id eſt , Θεοτόκον, emittunt , ut & ἀνθρωποτόκον , id eſt , hominis genitricem pronuntient virginem ſanctam. Genitrix Dei propter unitum Verbum templo. Genitrix Dei , non propter nudam humanitatis divinitatem , ſed propter unitum templo Deum Verbum. Hominis vero genitrix , id eſt , ἀνθρωποτόκος, propter templum quod ſubſtantiale eſt na- E turaliter virgini ſanctæ : quamquam & Χριστοτόκον, id eſt, Chriſti genitricem dicere nihil aliud ſit quam communem deitatis & humanitatis rem confiteri . Et hoc Paullus docet , qui de una eademque perſona clamans: [b] *Jeſus*, inquit, *heri & hodie, idem ipſe in ſæcula.*

IV. Soluta ſit interim hæc eis & ablata rationis ſpeciem habens occaſio . Confitere utrumque , appellans ſanctam virginem Θεοτόκον pariter & ἀνθρωποτόκον . Noli eam Θεοτόκον tantummodo appellare . Hoc enim Apollinaris vociferatur , hoc etiam Arrius prædicat ac veneratur : ſed adde vocem pariter catholicorum , quæ & genitricis Dei præmuniat intellectum . Θεοτόκος virgo ſancta ſecundum unitatem ; ἀνθρωποτόκος , id eſt , hominis genitrix, ſecundum parem naturam. Sic & quæ Apoſtolorum ſunt prædicabis, & quæ hæreticorum prudenter effugies , & maxime quæ ſunt Samoſateni Paulli atque Photini ; quæ te ſcire confin- 79
gens , prorſus ignoras . Nam Paullus atque Photinus neſciunt filii deitatem . Veſtram autem caritatem oportet hæc noſſe, ut ab his quæ a prædictis dicuntur , minime rapiamini. Paullus ac Photinus, o omnium imprudentiſſime, neſciunt filii duas naturas, neſciunt Deum & hominem ; diſſentiunt autem ſibi invicem ita . Paullus quidem in eo quod dicit Chriſtum hominem ſolum, & tunc ſolum initium habere ex quo de virgine natus eſt. Ego autem tibi ideo heic reſiſto ut deitatem quæ æterna eſt, carni contemporalem non audeas facere. Quid arguis eum tamquam Paulli doctrinam afferentem qui quæ ſunt Paulli ſubvertit ? Quis eſt hic qui Paulli afferit ſenſum ? Qui dicit deitatem contemporalem corpori , an qui dicit deitatis in filio eſſentiam ante ſæcula genitam eſſe de patre ? Et hæc quidem peſſima Samoſateni Paulli eſt ſecta . Photini vero ad hanc diſtantia , non quia deitatem filio dicit, ſed quia dicit Verbum aliud præterquam quod ultimis temporibus venit, quia dicit Verbum præter templum .

V. Oportet autem manifeſtius dicere , ut liquidius & apertius uniuſcujuſque morbum quid interſit inter Photinum & Paullum ſectæ poſſitis agnoſcere. Et Paullus & Photinus hanc inter ſe diffe- 80
rentiam habent . Unus eorum Chriſtum ſolum hominem dicit . Alter vero dicit quidem Verbum ; non autem hoc confitetur & Deum, ſed dicit Verbum iſtud aliquando quidem patris nomine vocitari, aliquando autem Verbi nomine nuncupari. Unde etiam hoc appellat λογοπάτορα , hoc eſt , Verbum & pater, ſive, ſi dici poſſit, Verbipater, accipiens ad hoc , pro ſui ſenſus nequitia , illud bene in evangelio dictum : [c] *In principio erat Verbum , & Verbum erat apud Deum , & Deus erat Verbum. Vides*, inquiens , *quia Deum Verbum aliquando Deum, aliquando Verbum appellat, tamquam extentum atque collectum* . Non autem introducit Deum Verbum hominem factum . Neſcit Chriſti divinitatem , neſcit divinam ſubſtantiam hominem ſuſcepiſſe, neſcit prorſus Verbi exſiſtentem ante ſæcula deitatem.

Hanc ergo Photinus adverſus Paullum diſtantiam habet; iſtam vero Sabellius ad Photinum : quia Sabellius υἱοπάτορα dicit ipſum filium quem patrem , & ipſum patrem quem & filium ; Photinus vero λογοπάτορα . Photinus vero, ſicut prædixi , deitatem Verbi non habet . Sabellius autem dicit quidem filium , non autem dicit ſubſtantiam filii in proprietate conſiſtere . Unde & υἱοπάτορα dicit , hoc eſt, ipſum patrem eſſe quem filium, propterea quod & unam ſubſtantiam ſomniat. Sed ideo divina ſcriptura contra eorum morbum præmuniens, exponit Verbi incarnationem : *In principio*, inquit , *erat Verbum* , & cetera quæ ſequuntur . Deinde ſcandens ait : [d] *Et Verbum caro factum eſt* ; ut oſtendat ſubſtantiam filii proprietate ſua exſiſten- 81
tem propter ſubſtantiam patris . Deinde cogitur Photinus artatus Verbum dicere , non autem Ver-

[a] I. Cor. IX. 20-23. [b] Heb. XIII. 8. [c] Joan. I. 1. [d] Ibid. ✝. 14.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

bum hoc filium confitetur. Hæc Spiritus prævidens cordi scriptoris hujus infudit ut catholicorum animas muniat. Et quid ait? *Et Verbum caro factum est.*

Ecce agnovisti interim Verbi substantiam propriam, quomodo etiam agnoscamus unigenitum, quia pater non est secundum Photinum, nec λογοπάτωρ, sed Deus Verbum & filius. *Et Verbum*, inquit, *caro factum est, & habitavit in nobis*; hoc est, in nostra habitavit natura. *Et Verbum caro factum est.* Bona etiam locutionis ipsius designatio, ut undique virorum inanium vanitas auferatur. *Et Verbum caro factum est.* Suscepit, inquit, nostram naturam. Deinde ut benignitas amplior est & admiratio, a viliore parte naturæ nominat humanitatis susceptionem, *Verbum*, dicens, *caro factum est*; non quod de sua essentia decesserit, propter h[illegible] ergo & adjecit: *& habitavit in nobis*; ut ostendat susceptæ humanitatis inhabitationem. *Et Verbum*, ait, *caro factum est.*

Quoniam autem non demutationem demonstrat dicendo *factum est*, & ex aliis verbis divinæ scripturæ evangelistæ vocem agnoscere possumus. Videatur Apostolus Paullus de Domino vociferans: [a] *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Certe si secundum mutabilitatem dictum esse intelligeretur quod factum est, non poterat benedictionem donare quod maledictum est, non poterat maledictum a maledictione liberare. Quid ergo est quod factum est? Nobis debitum maledictum in se
82 ipse suscepit. Nobis, inquit, peccatoribus crucis pœna debebatur, nos manebat judiciaria condemnatio, nobis omnis pœnæ genus debitum erat, nos omnis excessus supplicii exspectabat; sed venit ipse, & eam quæ nobis pœna debebatur innoxia carne suscepit, ut peccatum ipsum tamquam injuste inruens condemnaret, ad diabolum peccati patrem ista vociferans: Latrones tamquam peccati reos cruci tradidisti; me autem quam ob caussam cum latronibus patibulo adfixisti? Hoc & Paullus demonstrans, peccati scilicet per dominicum corpus condemnationem: [b] *Deus*, inquit, *filium mittens in similitudinem carnis peccati*: Bene quod *in similitudinem carnis*, quoniam corpus quod parebat, peccatricis similitudinem carnis circumferebat. *Deus filium suum misit*, nomen commune naturarum, hominis scilicet & Dei. Non dixit, Deus Deum Verbum mittens, ut accepta hac voce hæreticus insiliat & dicat: Vides quemadmodum alius mittit, alius autem mittitur? Filius, o Arriane, mittitur secundum humanitatis naturam, non autem mittitur secundum essentiam deitatis. Non enim est ullus locus a Dei potentia separatus.

III. Inter plausus interea Photinus, cum arguitur, non debet effugere. De hoc enim disputans, doctrinam Paulli Apostoli interposui, attendens quod Verbum sit filius: *Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati.* Non dixit: Deus Deum Verbum misit. Et certe Verbum Dei non erat a templi separatum natura. Statim ex imperitia in clamore insiliunt dicentes: *Quomodo alterum esse dixit*
83 *Deum Verbum & alterum filium qui missus est?* Non dixi alterum filium aut alterum Deum Verbum; sed dixi Deum Verbum naturaliter & templum naturaliter alium filium conjunctione unum. Sic & alibi dixi [1] subripio.

Prodito in medium, & voces has argue. Noli me sagittis aureis vulnerare; non sunt mihi sagittæ aureæ. Dico ego ad te beati Petri verbis: [c] *Aurum & argentum non est mihi; sed quod habeo, do tibi: in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni.* Disce hominem & Deum.

Sed id quod dicebam, missionem a patre nusquam divina scriptura divino Verbo consignat, sed filio, qui est Deus Verbum & homo. Sic & alibi: *Misit Deus filium suum.* Non dixit: Misit Deus Deum Verbum. Ambo enim, si ita diceret, invenirentur locales & in parte. Si divinitatis erat natura quæ mittebatur, & qui mittebat localis & in parte: & quia enim & qui mittitur, illuc mittitur ubi non est. [d] *Misit, Deus filium suum.* Quoniam inconveniens erat deitatis naturam inter missos videri, Paullus senex omnium Dominum possidens Chistum verius ac liquidius de se ipso noscentem, [e] *Misit*, inquit, *Deus filium suum factum ex muliere.* Filius Dei natus est, Deus Verbum & homo. Ergo quæ peperit, propter unitatem dicatur genitrix Dei, id est, Θεοτόκος; propter naturam vero hominis, hominis genitrix, hoc est, ἀνθρωποτόκος. Quoniam utrumque una locutione dicere refugis, & Deum & hominem, dico Χριστοτόκον ne dixeris; ecce voce distinguor a te tantum, ut cum Dei genitricem, hoc est, Θεοτόκον vocas, memineris & hominis genitricem, hoc est, ἀνθρωποτόκον, vocare,
ne dispensationem auferas, quæ est caput nostræ sa- 84
lutis. *Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* Qui erat factus sub lege? Deitatis natura? Quomodo? tamquam posset legis præcepta servare? Quomodo? tamquam posset ostendere sacerdotibus legis prævaricationem se non incurrisse: purificationes quoque legales suscipere habuit deitatis natura in templum ascendens hostias immolare? Et quis audebat deitatis naturam non fuisse in legem prævaricatam sacerdotibus persuadere? Sic filius sub lege factus est, & non est factus: factus quidem est, humanitate suscepta; non est factus, majestate deitatis. Deitas enim, quæ legem promulgavit, cui alteri tamquam legislatori habuit quæ sunt legis offerre? *Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.* [f] *Propter hoc eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Sicut illud: [g] *Factus est pro nobis maledictum*, non benedictionem illam quæ est deitatis naturæ in maledictum versam conscriptor nobis exposuit; sed quia suscepit in se naturæ nostræ peccatum, improbam in eum pœnam inruisse significavit; sic & quod pro nobis peccatum fecit, videri eum fecit conspectibus hominum reis æqualia sustinere & æqualiter cum latronibus crucifigi, sed non pro se. Sed pro quibus, o Paulle, *Eum qui non noverat peccatum, peccatum fecit?*

Sed id quæritur, unde Verbum filius. Ut Photinum maxime convincamus, Verbum quidem confitentem, non autem dicentem Deum Verbum filium: [h] *Verbum caro factum est & habitavit in no-*
*bis.* Vide quomodo & susceptionem hominis de- 85
monstrat, cum ait: *& habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus.* Cujus? Verbi sine dubio: *gloriam tamquam unigeniti a patre* δόξαν ὡς μονογενοῦς

*a* Gal. III. 13. *b* Rom. VIII. 3. *c* Act. III. 6. *d* Gal. IV. 4. *e* Ibid. *f* II. Cor. V. 21. *g* Gal. III. 13. *h* Joan. I. 14.

1. *Subripio*] Existimant viri doctissimi verbum *subripio* esse corruptum; quod tamen sola prava conjunctione laborat, & ita recte constituetur: *Sic & alibi dixi. Subripio: prodito in medium, & voces has argue.* COTEL. ibid. pag. 601. a.

παρὰ πατρός. Vides quod alius quidem unigenitus, A alius vero a patre. Ergo Dei Verbum filius. Quomodo igitur, Photine, subvertis substantiam deitatis?

IV. Sed si respicimus ad aviditatem studii vestri, hic nos sol ipse deficiet, & ad alteram doctrinam tendere forsitan non valebimus. Hæc igitur apud vos conservate. Scit enim diabolus hominibus & de bonis nociva moliri. Bonæ quidem de Deo disputationes, vitæ enim in se effundunt unguentum; sed disputationes generant contentiones, contentiones iracundiam movent, iracundia provocat manus, manus provocatæ moventur ad vulnera, vulnera vero, absit experientia ab ipso sermone quid faciant & quem habeant finem. Namque aliquoties ultimam B generant mortem. Quod, Ægyptiis quidem curantibus, in nullo continget. Nullus enim locus eis insolentiæ datur in civitate quæ regnat. Una namque illis cura est, totum ubique turbare. Sed nos aliis contra eos armis certemus, Paulli videlicet mandata sumentes. [a] *Oportet*, inquit, *Episcopum inreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, pudicum, decentem, ornatum, docibilem*, [b] *amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana & eos qui contradicunt arguere.* Non dixit *eos qui contradicunt potens sit vulnerare*; sed, *ut po-* C *tens sit eos qui contradicunt redarguere*, & sanam defendere atque amplecti doctrinam. Nam quid er-
86 go si ille irritaverit, inquiens? Oportet mansuetudine docere contradicentes: [c] *Ne quando det illis Deus recognoscere, & resipiscant de diaboli laqueis, a quo captivi tenentur secundum ejus voluntatem.* Nemo perturbationes perturbationibus sedat; nullus medicus vulnera vulneribus sanat. Propterea tyrannidis temeritatem tolero, contra calcitrantem non calcitro. Calcitrabatur Christus aliquando, sed ipse non calcitrabat. Sed quid ad calcitrantem dicebat: [d] *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.*

V. Hæc igitur apud nosmet ipsos memoriter, ut D dixi, servemus, omnem hæresim aversati odio habeamus. Cum Paullo Samosateno Photinum, Arium cum Apollinari detestemur; & ad omnem prorsus sectam pravæ fidei implacabiles, fidem Ecclesiæ amplectentes, ad membra propria non conturbemur. Et qui dicunt Θεοτόκος tantum, tametsi desit eis quod postea forte suscipient, circa rectam fidem claudicent, verumtamen membra sunt Ecclesiæ. Et qui dicunt tantum hominis genitrix, id est, ἀνθρωποτόκος; & isti sunt membra Ecclesiæ, sed spiritalis inopes medicinæ. Non ergo in fratres fraternitas inruat: [e] *Frater fratrem adjuvans exaltabitur sicut civitas firma.* Et iterum Paullus: [f] *Fratres*, inquit, *etsi præoccupatus fuerit quis in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite hujusmodi in spiritu mansuetudinis.* Puta qui dicit Θεοτόκος, si & Χριστοτόκος dicat, quod nomen sit duarum significatio naturarum. Et oportet ad ædificationem Ecclesiæ omnia facere. Est quidem, ut dixi, vox ista, id est, Χριστοτόκος, significativa duarum naturarum, & deitatis, & humanitatis. Quando autem cum simplicioribus agitur, opus est voce manifestiore. Quid 87
impedit intellectum Χριστοτόκον dici & Θεοτόκον & ἀνθρωποτόκον: sicut qui dicit, Christus, confitetur quia Deus & homo; sic & Θεοτόκος & ἀνθρωποτόκος si dicas, utrumque confessus es.

Deponamus igitur quæso utrimque adversus membra nostra aciem contentionis; & si quisquam impudentior fuerit, ignoscamus; & si quislibet subtilibus dicat, venia similiter dignus habeatur; unum tamen prospicientes, ne creaturam Verbum Deum quispiam dicat: ne humanitatem quæ suscepta est, imperfectam. Si quis dicat hæc, justa adversus hunc ista suscipiatur. Si vero in his quæ tu confiteris distantiam adfert, quid non ad eum dicis: Si locutio fratrem meum offendit, non eam proferam in æternum. Quod si ego alicui ad pacis consilium minus idoneus videor, audite ad vos Paullum clamantem: [g] *Quæ didicistis & audistis & accepistis & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum.* Finit.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

*Item incipit ejusdem die altera, id est, dominica.*

*Sermo* V. NESTORII.

I. Aliis in terra sit aliarum utilitas rerum; & quibusdam quidem in militia degere magna videtur utilitas, quibusdam vero in foro rerum venalium convenit mercatura. Item aliis optabile est arti maritimæ studium commodare, nonnullis alterius cujuslibet terrestri conversationis inire negotium. Pietatis autem scientia in commune omnibus homi-
88 nibus, Regibus scilicet & sacerdotibus, popularibus E potentibus, utilis ac necessaria est. Quæ est autem scientia pietatis? Si quis velit compendio discere, (parco [1] enim & mihi qui fessus sum, & vobis qui constipatione laboratis). Si quis ergo, ut dicebam, si quis velit compendio discere scientiam pietatis & de consubstantivæ trinitatis divinitate rectam inire rationem, divinam naturam corporatum hominem adsumsisse, de his quæ frequenter dicta sunt, tamquam dicta non sint, urgetis, & circa exactionem vehementer insistitis. Quoniam igitur necesse est violentiæ vestræ succumbere, quæ impiam in nobis possidet tyrannidem, iterum apud vos eadem verba repetemus.

II. Servate igitur compendio hanc scientiam pietatis. Quæ est autem ista, nisi consubstantivæ divinæ ratio trinitatis, & adsumentis hominem divinæ naturæ & in virgineo utero carnis susceptæ, perfecteque hinc hominis adsumtio deitatis, perfectæ deitatis & perfectæ humanitatis in unum filium excellentior contemplatio, duarum jus naturarum in unam auctoritatem ratione divina conveniens? Hinc vobis sæpe diximus, quomodo Christus nominis utriusque sit appellatio significativa, id est, humanitatis & divinæ naturæ. Hinc si quis dicat Christum tantummodo expressisse, sciat in isto nomine utramque significari & connuncupari naturam. Hinc beatus Matthæus evangeliorum conscriptor, cum ad generationis venisset arcanum, a neutra natura generationis facit narrationem, sed magis a Christi vocabulo. Oportet autem expresse dicere, ut omnibus ad perspiciendum fiat facilior intelle-

a I. Tim. II. 2. b Tit. I. 9. c II. Tim. II. 25. 26. d Act. IX. 5. e Prov. XVIII. 19. f Gal. VI. 1. g Philipp. IV. 9.

1. *Parco enim* cet.] Ad sacras conciones concursum, auditorum ὠθισμόν, θλῖψιν, στενοχωρίαν sæpe memorant Patres. Eoque de more cum Christiano Lupo accipio hæc verba Nestorii: *Parco enim, quoniam & ego valde sum fatigatus, & vos omnino constricti*, seu ex alia versione, *constipatione laboratis*. Græce procul dubio, σφιγγόμενοι. Coter. I, c. pag. 562. c.

ctus. [a] *Liber*, inquit, *generationis Jesu Christi*. A Non dixit: *Liber generationis Dei Verbi*, neque *Liber generationis hominis*. Si enim dixisset, *Liber generationis hominis*. Christum nobis solum hominem demonstraret. Item si diceret, *Liber generationis Dei Verbi*, solam nobis sine humanitate introduceret deitatem. In Christi ergo appellatione com-
89 plectitur utramque naturam, ut nihil sine altera possit intelligi. Hinc & sanctæ virgini, eo quod eam Christi genitricem dicimus, nomen geminæ appellationis convenienter aptamus, id est, Θεοτόκος, quod est genitrix Dei. Quoniam autem oportet, propter eos qui lucidiorem requirunt intellectum, maxime cum sint Ecclesiæ filii, uti manifestiore locutione, propterea & modo eadem definitione, quia prius breviter de illa beata Maria semper virgine prædicabam, etiam nunc evidentiore sermone summa voce proclamo, quoniam sancta virgo & Dei est & hominis genitrix, id est Θεοτόκος & ἀνθρωποτόκος; genitrix quidem Dei, propterea quod templum quod in ea creatum est a Spiritu sancto, unitum est deitati; hominis vero genitrix, propter susceptas a divinitatis natura nostræ naturæ primitias.

III. Hæc sunt in compendio dogmata pietatis. Hæc per omnia retinentes memoriter servate, ubique hæreticorum pravam gloriam declinantes; non quod apud illos Θεοτόκος detrita locutio est, ita putandum est etiam Ecclesiam dicere Θεοτόκος; quia neque cum illi filium dicunt, & Ecclesia filium confitetur, filii apud utrosque par & similis intellectus est; sed apud illos quidem filii nudum vocabulum est, non habens patri consubstantivum ali- 90
quid; apud nos vero filii appellatio cum caussa vel re vel opere est. Sic apud illos iterum omnium Dominus Christus Deus nominatur, nominatur apud nos quoque; sed apud illos creatus, apud nos vero cum eo qui genuit increatus. Non igitur ex una eademque appellatione in unum deducamur cum hæreticis intellectum; sed confiteamur simul humanitatem & deitatem in una generatione filii esse B conjunctam, neque deitate in carnem decidente, (immutabilis est enim divinitas; & hoc Deus Judæis manifestans dicebat: [b] *Ego sum, ego sum*, & *non sum mutatus*) neque incarnatione in carnem commutata. Non enim pudet Deum naturæ quam suscepit, non pudet possidere sibimet conregnantem. Nam si puderet, non eam susciperet. Susceptam autem propter humani generis dilectionem, habet naturam nostram deitatis inspoliabile vestimentum. Horum memoriam per omnia possidete in Christo, cui est gloria in sæcula sæculorum. *Finit*.

*Item ejusdem* NESTORII *epistola ad* CYRILLUM *Alexandrinum episcopum rescribentis, similiter ex Græco translata*.

I. INjurias quidem adversum nos admirabilium C litterarum, tamquam medicinali dignas patientia, ad has opportunam responsionem relinquam. Quod vero silentium non patitur, quia adfert periculum si taceatur, prout sum & mihi facultas adest, ad tui prolixitatem sermonis ex-
91 tentus tentabo breviter & compendio respondere, refugiens & declinans tenebrosum indigestumque longi sermonis horrorem. Incipiam namque sapientissimæ caritatis tuæ vocibus, ipsas interponens, vel potius ad verbum instruens. *Sanctum namque*, ais, & *magnum Concilium ipsum ex Deo patre genitum secundum naturam unicum filium, Deum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia creavit pater, descendisse, incarnatum esse, atque hominem fa- D ctum, passum, resurrexisse definivit*. Hæc tuæ religionis verba sunt, & recognoscis profecto tamquam tua. Audi nunc & nos fraternam pro pietate offerentes exhortationem, hanc videlicet quam senex ille Paullus carissimo suo Timotheo protestatus est dicens: [c] *Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Hoc enim faciens*, & *te salvabis* & *eos qui te audiunt*. Quid igitur mihi tu sanctorum illorum in superficie legens traditionem, venia dignam tibi inesse ignorantiam ignorasti, passibile eos dixisse arbitratus Verbum quod patri est coæternum?

II. Attentius ergo, si placet, hæc verba rimare, & invenies divinum illum patrum conventum non E illam consubstantivam deitatem dixisse esse passibilem, neque de recenti natam hanc quæ patri est consempiterna, neque istam resurrexisse quæ templum suscitavit solutum. Et si mihi medicinam fraternam offerenti aures admoveas, ipsas tibi voces illorum interponens patrum, a calumniæ te nexu, quam illis ingerere niteris, & per illos scripturis moliris, absolvam. *Credimus*, inquiunt illi, & *in Dominum nostrum Jesum Cristum filium ejus unigenitum*. Prævide quomodo Domini & Jesu Christi & unigeniti filii prius communia deitatis & hu- 92
manitatis nomina tamquam fundamenta ponentes, tunc suscepti hominis & resurrectionis & passionis superædificant traditionem, ut nominibus quibusdam utriusque naturæ communibus & significativis positis, neque quæ generationis filii & dominationis dissecentur, neque quæ naturarum sunt propria, in singularitate nativitatis filii ulla confusionis absolutione periclitentur nomine unionis. In hoc apud illos Paullus doctor est factus: qui cum divinæ incarnationis memoriam faceret, incipiens subjungere quæ sunt passionis, prius posuit *Christus*, commune, ut paullo ante dixi, nomen naturarum; tunc decentem infert sermonem sive rationem utriusque. Etenim ait: [d] *Hoc sentiatur in vobis quod* & *in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*: sed ne ad unumquodque loquar, *factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*. Quoniam igitur cœperat mortis facere mentionem, ut ne quis hinc Verbum Deum passibilem suspicetur, posuit *Christus*, tamquam impassibilis & passibilis essentiæ in singularitate personæ significativum vocabulum, ut impassibilis & passibilis Christus sine periculo nominetur, impassibilis quidem deitate, passibilis vero natura corporea. Multa super hoc cum possim dicere; & primo omnium, quod nec divinitatis, in dispensatione, sed susceptionis humanitatis tantum emisisse sanctos illos patres ostendere valeam: at recordor brevitatem orationis in præfatione promissam, & eam sentio frænare sermonem.

III. Venio nunc & ad secundum caritate tua capitulum motum, in quo naturarum quidem lauda- 93
bam factam discretionem secundum deitatis & humanitatis rationem & in una persona consortium, nec non & illud quod Deum Verbum secunda nativitate ex muliere minime diceret eguisse, quodque

*a* Matth. I. 1. *b* Malach. III. 6. *c* I. Tim. IV. 6. *d* Philipp. II. 5. 6. 8.

passionis incapacem profitetur deitatem. Catholica enim re vera sunt hæc & omnino sectis omnibus contra Domini naturas adversa. In reliquis vero si aliquam latentem & profundam atque incomprehensibilem rationem legentium auribus adferebas, tuæ sit examinatæ prudentiæ scire. Etenim mihi priora videbaris destruere. Eum enim qui in primis impassibilis & secundam non recipere nativitatem fuerat prædicatus, iterum passibilem & noviter creatum nescio quomodo inferebas, tamquam quæ Deo Verbo naturaliter inessent, consortio templi corrupta sint, aut forsitan paullo minus ab hominibus putari illud ipsum absque peccato templum & inseparabile divinæ naturæ nativitatem & mortem pro peccatoribus non pertulisse, tamquam voci dominicæ ad Judæos clamanti: [a] *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud*, non debeat credi. Non dixit: Solvite deitatem meam, & in triduo suscitabitur.

IV. Iterum me heic orationem dilatare cupientem ad professionem brevitatis promissæ recordatio revocat. Dicam tamen aliquid. Ubique per divinas scripturas, quoties meminerunt dominicæ dispensationis, non divinitatis Christi, sed humanitatis ejus passio & nativitas traditur, ut magis secundum liquidissimam rationem convenientius aptiusque sit sanctam virginem non genitricem Dei, id est, Θεοτόκον, sed Christi genitricem, id est Χριστοτόκον vocari, ad hæc evangelista quoque vociferante:
94 [b] *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*. Evidens est quia Deus Verbum David non erat filius. Accipe, si videtur, & aliud testimonium: [c] *Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus qui dicitur Christus*. Intende etiam in aliud dictum: [d] *Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata virgo Maria, inventa est in utero habens de Spiritu sancto*. Creaturam autem Spiritus sancti unigeniti deitatem quis vel debeat suspicari? Quid etiam his superfundi debeat, audi. [e] *Et erat mater Jesu ibi*. Et iterum: *Cum* [f] *Maria matre Jesu*. Illud quoque: [g] *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est*. Et iterum: [h] *Accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum*. Et illud: [i] *De filio ejus unigenito, qui factus est ei ex semine David secundum carnem*. Et iterum de passione ejus. [k] *Quia Deus suum filium misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne*. Et iterum: [l] *Christus mortuus est pro peccatis nostris*. Et denuo: [m] *Christo passo in carne*. Et illud: [n] *Hoc est corpus meum, & hic sanguis meus*. Non dixit: Hæc est deitas mea. Et decem millia alia sunt, aliis atque aliis vocibus protestantibus humanum genus in eo non filii deitatem recentem putare aut novellam aut corporalium passionum esse capacem, sed illam divinæ naturæ conjunctam carnem, ex qua filium se David nominat Christus. Quid enim ait? [o] *Quid vobis videtur de Christo? cujus est filius? Responderunt: David. Respondit Jesus & dixit: Quomodo ergo David in spiritu Dominum eum vocat dicens: Dixit*, inquit, *Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam*: tamquam filius profecto David secundum carnem, secundum divinitatem vero Dominus. Esse quidem templum divinitatis filii cor- 95
pus, & templum secundum excellentem quamdam & divinam unitum conjunctionem, certissimum est; ita ut ea quæ sunt Dei adsciscere sibi & ad se revocare divinam naturam profiteri sit bonum & dignum evangelica traditione. Hujus autem familiaritatis nomine confricare & conjunctæ carnis proprietates, generationem scilicet & passionem & mortalitatem Deo tribuere, aut errantis gentilitatis, frater, est sensus, aut mente capti Apollinaris & Arrii, aut reliquarum pestium hæreticarum, & his aliquid pejus. Necesse est enim hujusmodi homines adtractos familiaritatis nomine, & lactationis socium propter familiaritatem, & ætatis quæ paullatim accessit incrementorum participem Deum Verbum facere, & passionis in tempore ex timiditate auxilii angelici indigentem. Taceo circumcisionem & sacrificium & sudorem & famem, quæ quidem carni pro nobis evenerunt. Hæc tamen, cum illi conjunguntur, & adoranda sunt. In deitate autem ista etiam mendaciter accipiuntur, nobisque tamquam calumniatoribus justas damnationis caussas important.

V. Hæ sanctorum patrum traditiones, hæc scripturarum mandata sanctarum. Sic aliqui quæ sunt divinæ misericordiæ & auctoritatis secundum Deum ratiocinantur: [p] *Hæc meditare, in his esto, ut profectus manifestus sit*. Paullus ista omnibus dixit. Bene autem facis, eorum qui de nobis offenduntur curam gerens, & de his solicitudinem habere qui apud nos sunt. Unanimitati tuæ gratiam habeo. Scito autem seductum esse te ab his qui a sancto concilio depositi sunt propter quod morbo Mani- 96
chæorum essent repleti, aut quod potissimum est, a clericis magis affectionis tuæ. Nam quæ ad Ecclesiam nostram pertinent, quotidie augentur in melius; & quæ ad plebem pertinent, noveris in majorem extendi profectum per gratiam Christi, in tantum ut multitudo hæc vocibus Prophetæ clamet: [q] *Replebitur terra scientia Domini, sicut aqua multa cooperiens maria*, regiamque domum, dilucidato dogmate, in magno gaudio degere; & ut paginæ finem faciam, illam apud nos super omnibus hæresibus quæ adversus Deum litigant vocem vide impleri: [r] *Ibat domus Saul, & infirmabatur; ibat domus David, & confortabatur*. Hæc nostra tamquam fratris ad fratrem consilia. Quod [s] *si quis contentiosus esse* vult, clamabit per nos ei Paullus, *nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei*. Ipsi gloria in sæcula sæculorum.

*Nunc exemplum epistolæ* CYRILLI *Alexandrini ad eumdem* NESTORIUM *ex Græco in Latinum; cui impiissime contradicens idem* NESTORIUS *respondendum esse putavit, sicut superius continetur.*

I. GArriunt quidem, sicut audio, quidam de existimatione mea apud religionem tuam, & hoc frequenter, processionum videlicet conventuum opportuna tempora aucupantes, & eo magis forsitan arbitrantes delectare se aures tuas, adversum nos inconditas voces emittunt: qui læsi qui- 97
dem in nullo sunt, objurgati autem a nobis, & hoc leniter, unus eorum quod cæcos & pauperes vexabat injuria, alter quod contra matrem evaginaverat gladium, tertius vero quia cum ancilla aurum

[a] Joan. II. 19. [b] Matth. I. 1. [c] Ibid. ℣. 16. [d] Ibid. ℣. 18. [e] Joan. II. 1. [f] Matth. II. 11. [g] Matth. I. 20. [h] Matth. II. 13. [i] Rom. I. 3. [k] Rom. VIII. 3. [l] I. Cor. XV. 1. [m] I. Pet. IV. 1. [n] Matth. XXVI. 26. 28. [o] Matth. XXII. 42-44. [p] I. Tim. IV. 15. [q] Isa. XI. 9. [r] II. Reg. III. 1. [s] I. Cor. XI. 16.

A furatus est alienum, & qui talem semper habuerit existimationem, qualem nullus saltem provenire vel gravissimis inimicis optaverit. Verum non mihi de talibus sermo est, ut neque supra dominum & magistrum neque supra patres pusillitatis quæ mihi inest modus excrescat. Non enim facile est cuiquam, licet vitam suam habeat circumspectam, nequam hominum maledicta vitare; sed illi [a] *maledictione & amaritudine plenum os* habentes, reddent quandoque omnium judici rationem. Convertar autem nunc ego ad id quod me maxime decet, commonebo te etiam nunc tamquam fratrem in Christo de doctrinæ ratione & sensu fidei cum omni cautela plebibus prædicando: exhortabor quoque cogitare debere, quia [b] si offendatur unus de pusillis B qui credunt in Christum, quam sit intolerabilis indignatio Dei. Si vero sit multitudo læsorum, quomodo quæso non omni arte studendum est, ut prudenter auferatur offensio & sanæ fidei ratio insinuetur exposcentibus veritatem? Est autem hoc recte faciendum, si sanctorum patrum libros legentes, magni eos momenti esse fateamur, & probantes nosmet ipsos si sumus in fide secundum quod scriptum est [c], illorum dictis & inreprehensibilibus definitis nostros sensus bene atque optime roboremus.

II. Sanctum ergo illud & magnum patrum concilium ipsum de Deo patre genitum secundum na- C turam, unicum filium, Deum de Deo vero, lu-
98 men de lumine, per quem omnia creavit pater, descendisse, incarnatum esse, atque hominem factum, resurrexisse tertia die, & in cælum ascendisse definivit. Hæc etiam nos scita hac ratione sequentes, quid significat incarnatum esse illud Dei Verbum de Deo videamus. Neque hoc dicimus, quia Dei natura transformata facta sit caro, neque quia in totum hominem qui est ex anima & corpore, commutata est; sed illud potius sentiendum, quod carnem animatam, anima videlicet rationali, uniens sibimet substantialiter vel essentialiter Dei Verbum, inenarrabiliter atque inscrutabiliter factus homo, appellatus est filius hominis, non D tantum secundum voluntatem aut bonum placitum, nec sicut in personæ tantummodo susceptione, sed quia diversæ ad veram unitatem convenere naturæ; unus autem ex utraque Christus & filius, non quasi natura earum per unitatem diversitate consumta, sed magis hisdem naturis perficientibus nobis per ineffabilem & secretum ad unitatem concursum unum Dominum & Christum & filium deitatis & humanitatis. Sic quamvis ante sæcula habeat exsistentiam, quia est natus ex Deo patre, dicitur natus etiam ex muliere secundum carnem: non quod ejus divina natura, in qua consubstantivus vel coessentialis, id est homousius, est patri, in sancta virgine initium, ut esset, acceperit, E neque ex necessitate propter se ipsum secunda eguerit nativitate post patrem, (quod est æque impium imperitumque sentire, ante sæcula exsistentem & consempiternam patri divinatem, ut esset, secundo dicere initio eguisse) sed quod propter nos & pro-
99 pter nostram salutem substantialiter vel essentialiter, unito sibi homine, ex muliere processerit, hoc modo dicitur natus esse etiam carnaliter. Non enim de sancta virgine homo est natus aut etiam in illa conceptus, atque ita in eum supervenit Verbum patris; sed ex ipso atque in ipso utero unitum sustinuisse creditur & dicitur nativitatem carnalem, propriam ejusdem carnis nativitatem sibimet deputans. Sic eum dicimus. & passum esse & resurrexisse, non quod Verbum Dei in sua natura sit passum, aut plagas aut clavorum vim senserit aut cetera vulnerum tormenta pertulerit, (impassibilis est quippe divinitas, siquidem etiam incorporea) sed quoniam quod ei proprium factum est, corpus est passum, hæc ipse pro nobis dicitur passus. Erat enim ille, qui impassibilis est, in eo corpore quod patiebatur. Hoc modo & mortuum intelligimus, quamvis immortalis sit secundum naturam & incorruptibilis & vita & vivificator Deus Dei Verbum; sed quoniam iterum proprium ejus corpus gratia Dei, sicut dixit Apostolus Paullus [d], *pro omnibus gustavit mortem*, non quod ad ejus hæc pertinebant naturam, namque hoc sentire vel dicere summæ dementiæ est, sed quia, sicut paullo ante dixi, caro ejus gustavit mortem. Sic etiam resurgente carne, iterum ejus resurrectio dicitur; non quod inciderit in corruptionem, absit, sed quia quod resurrexit, corpus ejus. Sic unum Christum & Dominum confitemur, non tamquam coadorantes eum in Verbo Dei, ne unius syllabæ occasione, id est, con, sectionis intellectus vel cogitatio nobis obrepat, sed tamquam unum & eumdem in utroque adoramus, quia non est alienum 100
corpus a Verbo, cum quo sedet ad dexteram patris. Non iterum tamquam duobus consìdentibus filiis, sed tamquam uno secundum unitatem cum carne. Si enim illam substantialem unitatem tamquam ordinatam vel impossibilem vel indecentem declinemus, incipimus duos filios confiteri. Omnino enim necesse est separare & dicere hominem quidem speciali vocabulo filii honoratum, illud vero Dei Verbum proprie filii nomen re ipsa naturaliter possidere. Non igitur in duos filios dividendus est unus & idem Dominus noster Jesus Christus. Nullo enim modo rectam fidei rationem sic se habere & sic sentire adjuvat quemquam, etiamsi personarum diffamandam putaverit unitatem, quia non dixit scriptura [e] quod Dei Verbum hominis sibi personam univit, sed quia *factum est caro*. Factum autem esse Verbum carnem nihil est aliud nisi quia nobis comparatus, carne quoque & sanguine particeps factus est noster, suumque fecit corpus nostrum, & processit homo. Super hoc legatione fungitur ubique sanæ ac liquidissimæ fidei ratio. Sic invenimus sanctos sapuisse patres. Sic fidenter Dei puerperam, id est, Θεοτόκον, pronuntiaverunt virginem sanctam; non quod natura Dei Verbi vel divinitas ejus ex illa, ut esset, initium sumserit, sed tamquam ex ipsa sancto corpore cum ratione animato, cui secundum essentiam unitus Deus Verbum est, secundum carnem creditur natus. Hæc atque hujusmodi ex caritate Christi scribo, deprecans tamquam fratrem; & obtestans in conspectu Dei & electorum angelorum, hortor hæc te nobiscum & sapere & docere, ut ecclesiarum salva sit pax 101
& concordia, caritatisque vinculum indisolubile permaneat inter sacerdotes Dei.

a Psalm. X. sec. Heb. 7. b Matth. XVIII. 6. c II. Cor. XIII. 5. d Heb. II. 9. e Joan. I. 14.

*Item ejusdem ad eumdem* NESTORIUM *epistola secunda ex Græco sermone.*

VEnerabiles viri ac fide digni Alexandriam venientes retulerunt nobis, ægre ferre religionem tuam valde & ad lædendum me cuncta movere, & modis omnibus niti; meque doloris tui volente caussas addiscere, dixerunt quod epistolam meam ad sanctos monachos factam circumferant Alexandrini quidam, & odii adversum te excitati & ad fastidii tædia hæc fecerit caussam. Miratus sum igitur cur non magis tua apud se veneratio reputavit, quia non prius epistola scripta de fide, sed quædam dicta religionis tuæ occasionem perturbationis attulerint. Namque non solum chartulas, sed etiam expositiones tuas circumferunt multi, & laboramus corrigentes quicumque ex his sunt depravati. Prope enim fuerunt quidam ut jam confiteri minime patiantur quia Deus est Christus, sed potius ὄργανον ϗ ἐργαλεῖον τῆς Θεότητος ϗ ἄνθρωπος Θεοφόρος: quæ Latine instrumentum, magis autem armamentum vel ferramentum deitatis, & homo indutus seu utens Deo, vel portans Deum, possumus dicere. Quid autem non horum & ulterius? Nostrum ergo erat irasci super his, quia dixit sive non dixit religio tua. Chartulis enim quæ circumferuntur, valde non credo. Quomodo igitur, quæso, 102 nobis tacendum est cum recta vulneratur fides, & tanti quotidie depravantur? An non stabimus ante tribunal Christi, aut rationem non reddemus, tamquam præpositi ad loquendum, de silentio non opportuno? Quid postremo faciam? Tempus enim loquendi est vel conferendi cum veneratione tua indicante de chartulis quibusdam, quæ nescio quomodo Romam perlatæ sunt reverendo ac religiosissimo Romano Episcopo Cælestino, cum omnibus qui cum eo sunt Episcopis venerandis, quia utrum sint religionis tuæ, an non, habetur incertum. Scribunt

A enim nobis inde vehementer offensi. Quo pacto etiam de oriente ex omnibus Ecclesiis venientibus satisfaciemus, eosque curabimus qui contra easdem chartulas murmurant? Aut arbitraris parvam Ecclesiis esse ortam de hujusmodi tractatibus perturbationem? Omnes sumus in solicitudine & in procinctu laboris constituti ad hos corrigendos, ut eos ad rectum tramitem revocemus quibus nescio quomodo persuasum est aliter sapere. Cum igitur harum susurrationum necessitatem & caussam tua religio magis intulerit, quomodo nos jure existimas arguendos? vel quo jure adversum me vociferaris in vanum, & non potius sermonem tuum corrigis, ut totius orbis de te offensio conquiescat? B Si in plebe lapsus est sermo, in retractatibus corrigatur. Dignare unam locutionem donare offensis auribus, Dei puerperam, id est, Theotocon, pronuntians virginem sanctam; ut curatis his qui tristitia nubilati sunt, rectam apud omnes de religione gloriam tenentes, in pace & unanimitate cœtus plebium celebremus. Quod vero pro fide quæ in Christo est omnia sumus parati tolerare & 103 vincula & carceres experiri, & ipsam mortem libenter subire, non ambigat religio tua. In veritate autem dico, quod adhuc beato Attico constituto in rebus humanis, de sancta mihi & consubstantiali Trinitate liber est elaboratus, in quo etiam de incarnatione dominica tractatus uberior continetur, C & his quæ nunc scripsi consonus invenitur. Relegi hunc episcopis & clero necnon & studiosis auditoribus plebis. Edidi vero nulli. Forsitan, si edidero eum, esse me iterum arbitror accusandum, quia librum composui etiam ante ordinationem venerationis tuæ. Saluta fraternitatem quæ apud te est. Te in Domino qui nobiscum sunt salutant.

*Item ejusdem epistola* CYRILLI *ad clericos suos Constantinopoli constitutos ex Græco sermone.*


I. LEgi litteras missas a vobis, quibus didici quia invidi nostri conveniendo vos fingebant se pacem atque amicitiam quærere, & dicere quia sicut scripsi ad monachos, sic se fidem tenere; deinde ad proprium sensum respicientes, dicere eosdem quia & ipse dixerim sanctum concilium non meminisse illius locutionis, dico autem puerperæ Dei, id est, Θεοτόκος. Ego autem scripsisse memini, quod etiamsi non posuit illud concilium glossulam hanc, nihil horum tunc fuerat motum, nec in medium fuisse opus afferri quod illo in tempore mini- 104 me quærebatur. Verumtamen potentia & vi intellectus arbitror genitricem Dei, id est, Θεοτόκον, ab illis sanctam virginem dictam. Ipsum enim dicit qui natus est de Deo patre, per quem omnia facta sunt, incarnatum, hominem factum, passum, surrexisse a mortuis, in cælum ascendisse, judicem quoque esse venturum: non quod omnimodo Verbum quod secundum naturam de Deo genitum est, mortuum esse credendum sit, aut lancea in latere vulneratum; (quod enim habet latus incorporea natura, aut quo pacto mortua est vita vitarum?) sed [1] quoniam unitum carni hoc Verbum est, ideo ea carne patientiam quam proprio ejus videlicet corpore in se hanc revocat inire passionem. Argumentantur igitur & se ipsos seducunt, cum dicunt pacem se velle, & sensibus mentiuntur. Habere enim eos proprium virus in corde ex eo facile est intel-

ligere. Miserunt etenim etiam huic diacono qui rerum ecclesiasticarum curam gerit duas chartulas, D unam quidem compositam a Photino forsitan aut ab alio quolibet adversus librum meum quem ad monachos edidi; aliam veluti in speciem quaternionis inconvenientem habentem etiam titulum hoc modo. *Ad eos, inquit, qui propter conjunctionem, deitatem vel societatem filii mortificati aut humanitatem in Deum transferunt.* Præfatio autem ejus sic habet: *In contumelias quæ ab hæreticis durissime inrogantur.* Deinde conatur ostendere quod corpus passum sit, & non Deus Verbum, quasi vel nobis vel quibuslibet dicentibus Verbum illud quod est impassibile passibilitatis capax esse potuisse. Nemo est qui sic prorsus insaniat; sed, sicut sæpe diximus, sanctum concilium ipsum Verbum dixit carne sua esse passum E secundum scripturas; per quod facta sunt omnia. 105 Corpore ejus patiente, ipse dicitur passus: quia & anima hominis, cum nihil in sua substantia & natura patiatur, pati tamen ipsa dicitur suo corpore patiente.

II. Sed quoniam propositum illis est duos filios & duos Christos introducere, unum quidem specialiter hominem, alterum vero proprie Deum; in personis tantum faciunt vel sentiunt unitatem, Deum Dei Verbum nolentes proprie & substantialiter unitum homini, hominem factum, hominem suscepis-

1. Locus mendosus. Gr. ἀλλ' ὅτι ἑνωθεὶς τῇ σαρκί, εἶτα πασχούσης αὐτῆς, ὡς τοῦ ἰδίου πάσχοντος σώματος, αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν οἰκειοῦται τὸ πάθος. σοφιζόμενοι τοίνυν κ. τ. λ. *At quia Verbum carni se univit, factum est, ut ipsa carne patiente, tamquam proprio corpore cruciatum subeunte, ipsum quoque corporis perpessionem veluti propriam in se transferret. Falluntur proinde ac decipiunt semet ipsos* cet. Vid. opp. Cyrill. tom. V. part. II. pag. 33.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.



ſe. Propterea & tergiverſantur, & excuſationes, ſicut ſcriptum eſt [a], fingunt in peccatis. Vos igitur convenientes cum eis hæc dicite, facere eos male quod introducant quoſdam loquaces & garrulos adverſum nos, & hos fovendo ac defendendo, cauſsa fiunt malignitatis ſuæ. Sed non hæc proprie noſtræ læſionis eſt cauſsa. Sed nec huic dicite qui degens præeſt eſſe me inimicum. Lædit autem hoc tam orientales quam occidentales venerandos epiſcopos, quod rectus de Chriſto doctrinæ ſermo non fiat, ſed omnino perverſus. Sufficit autem hoc documentum ad confutandos eos, quod numquam a quoquam tale quid in eccleſiis dictum ſit quod in ejus expoſitionibus continetur, quod ſic habet: *Non clamoribus approbo erga me ſtudium veſtrum, ſed laudo circa dogmata deſiderium, in quo deitatis & humanitatis Domini meminiſtis*. Et poſt pauca: *Et aſpicio populos multam quidem reverentiam & pietatem prudentiſſimam poſſidere, ignorantia vero dogmatis cæcutire. Hoc autem non crimen eſt plebium, ſed ut verecunde aut decenter dicam, propterea quod doctores elimatius & liquidius vobis aliquid etiam de*
106 *dogmatibus tempus non habuerint apponendi*. Rogo, dicatur quomodo non habuerit tempus docendi præceſſores ejus? Eloquentior Joanne eſt, aut beato Attico comparandus, aut æqualis eis aut prudentior invenitur? Quod eſt hoc ſupercilium? Aut quomodo non evidenter confitetur, hæc dicens, novam ſe & inconſuetam afferre doctrinam & prorſus ignotam præceſſoribus ſuis, & hoc ipſum nefandam in eccleſiam hanc velle introducere? Mihi autem nullus adverſus eum ſermo de aliis cauſſis eſt. Sed contingat eum pœnitere & rectam aliquando confiteri fidem; & de his quæ adverſum me molitur, irritans inimicos & provocans, ſatisfaciet Deo.

III. Nihil autem mirum ſi male de nobis loquuntur ſterquilinia civitatis Chæremon & Victor & Sophronas, & decoctoris & Flaviani mancupium. Semper enim & circa ſe fuerunt & erga alios nequam. Noverit autem qui eos irritat, quod nos numquam formidavimus peregrinationem, nec illorum intentionibus reſpondere, etiamſi tempus hoc exigat. Poteſt enim venire, ſalvatoris Dei noſtri diſpenſatione faciente, ob leves forte etiam & viliſſimas cauſſas ad purgandam eccleſiam juberi concilium convocari. Non igitur ſperet, etiamſi adhuc nos plures & velut fide digniores accuſent, ſe noſtrum judicem fore: quia etiamſi jubeatur illuc nos venire debere, refutabimus audientiam vel judicium ejus, & Dei favore dilucidabimus res magis, quatenus de ſuis blaſphemiis debeat ſatisfacere. Neque igitur refugimus pacem, ſed & cupimus, ſi fides recta fuerit adnuntiata atque profeſſa; vel ſi talia
107 ceſſet tandem aliquando prædicare. Tantam enim perverſitatem ille ejus quaternio habet, ut merito de his qui eum ſcripſerunt dicatur, quia principa-

A tum in blaſpemiis tenet. Nam quia cauſſatur locutionem inconſuetam flagitari, Dei puerperam, id eſt, Theotocon, virginem ſanctam; dicat nobis ipſe interrogatus ubi genitricem Chriſti, id eſt, Χριστοτόκον, ſcriptura loquatur? Aut ullum epiſcopale concilium eſt quod Θεοδόχον, id eſt, ſuſceptricem vel capacem deitatis formam nominaverit Chriſtum? In illo enim quaternione quem huc miſit, noſque vehementer offendit, ita eſt. [1] τὴν Θεοδόχον τῷ Θεῷ λόγῳ συνθεολογῶμεν μορφὴν, id eſt, ſuſceptricem Dei formam una ac pari qua Deum Verbum deitatis ratione veneremur. Similiter de illa quoque venerabili ſemper virgine ita poſuit: τὴν Θεοδόχον τῷ Θεῷ μὴ συνθεολογῶμεν παρθένον, id eſt,
B ſuſceptricem deitatis virginem cum Deo ad divina non attollamus, neſciens quid loquatur. Si enim virgo, ut vult, non peperit Deum, ne ſit Θεοτόκος, neque ſuſcipere potuit Deum in utero, qui eſt Chriſtus; quomodo ſaltem Θεοδόχος eſt, ut ipſi iterum placet qui in dictis ſuis patrem Θεοτόκον dici mavult quam illam virginem ſanctam, qui rectius & competentius eſt Θεογεννήτωρ, ut & Latini Dei genitorem dicerent, enuntiare debuerit? Dicat ergo nobis ubi legerit hæc verba, vel a quibus audierit.

IV. Multa ſunt quidem crimina expoſitionum ejus; ſed ſervabuntur & proferentur in tempore
C opportuno, niſi forte pœnitudo aliqua ſubſequatur. Oportet autem & meum vobis propoſitum facere manifeſtum, & ideo iterum ſcribo. Nam ego ſum valde pacificus & litium ſatis ignarus, ſed opto eccleſias quietem habere & ſacerdotes Dei in pace 108
degentes noſtri memores eſſe, dicente omnium ſalvatore Domino Jeſu Chriſto: [b] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. Si quid ergo eſt quo ſtabilitas roboretur, (Vere enim dico quia ſic adopto mihi ſanitatem & me probum inveniri apud Deum, ſicut etiam omnes epiſcopos) in colloquiis ergo hoc dicite, quia multa ab eis quæ nos læderent præceſſerunt. Verumtamen erit pax, dicite illi, cum docere deſtiteris talia vel ſentire. Fides
D enim cum læditur, inimicitias quæ putantur excitant & exaggerant. Si rectam fidem profiteatur, fiet plenaria & firmiſſima pax: quam ſi in voto gerit, ſcribat catholicam fidem, & mittat Alexandriam. Si hæc ex affectu cordis intimi ſcribantur, paratus ſum & ego pro viribus meis ſimilia ſcribere & edere librum ac dicere, nullum debere gravari conſacerdotum noſtrorum, quia ejus voces, dicimus, habent intentionem & propoſitum manifeſtum. Sin vero in pravitate inanis gloriæ permanet & petit pacem, nihil reſtat niſi ut nos conſentire illi putemur & quæ ſunt nefanda ſentire. Nam mihi pro fide quæ in Chriſto eſt, & laborare & vivere & mori maximum votum eſt.
E *Explicit*.

*Item* Nestorii *de diverſis ejus libris vel tractatibus excerpta ab Epiſcopo* Cyrillo *capitula, ex Græco a nobis in Latinum verſa ita*. 109

I. De *codice confecto quaternione* XXVI. *inter cetera*. Oportet noſſe nos: *Et infra*: Modo enim venio in recordationem concilii Nicæni, quod nuſquam auſum eſt dicere quia Verbum Deus natus eſt ex virgine Maria. Ait enim: *Credimus in unum patrem omnipotentem, & in unum Dominum Jeſum Chriſtum*. Attendite quia prius, cum poſuiſſet Chriſtum, quod duarum nomen naturarum demonſtrat, non dixerunt *in unum Deum Verbum*, ſed acceperunt nomen quod ſignificaret utrumque, ut non ſubdeſcendendo, cum audis mortem, ulla novitate turberis, cum crucifixum & ſepultum, tamquam deitate iſta patiente, non vulnereris auditu. Deinde videamus quod illi ſubjungant, ait:

a Pſalm. CXL. 4. b Joan. XIV. 27.

1. Τὴν Θεοδ.] Vid. ſupra pag. 69.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.



*Credimus & in unum Dominum Jesum Christum unigenitum, qui de Deo patre natus est, consubstantivum patri, qui propter nos descendit, incarnatus est de Spiritu sancto.* Non dixerunt, inquit, quia natus est de Spiritu sancto. Vides quemadmodum interpretentur subdescendendo, quia dixerunt hominem factum. Hunc, inquiunt, dicimus incarnatum, non mutabilitatem in carne sustinente divina natura, sed inhabitationem quam gessit in homine demonstrantem.

II. *Et post aliquanta in eodem.* Hoc retinete
110 mihi, inquit, quoniam prætermittentes dicere, *Credimus in Deum Verbum filium ejus unigenitum,* dixerunt: *Credimus in unum Dominum Jesum Christum consubstantivum patri, Deum verum de Deo vero, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines & nostram salutem descendit, atque incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est.* Nusquam dixerunt, *natus est.* Cur, putamus? Ut non duas nativitates introducerent deitatis.

III. *Item in eodem post aliquanta volens liquido demonstrare, quoniam quando filii nomen ponitur, non omnimodo Verbum illud significet quod Deus est, sed tamquam commune nomen introducatur.* Sic enim, *inquit*, dicit scriptura: [a] *Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* Heic quidem duas demonstrat naturas; quod autem tantum circa hominem contigit narrat. Exige certe a contentioso quis sub lege sit factus. Verbum Deus? Nequaquam.

IV. *Item ex codice altero, in quaternione primo, cujus initium tale est:* Adhuc vobis multa habeo dicere. *Et post aliquanta.* Illic unigeniti glorificatio aliquando quidem patri deputatur, (sicut est illud; *inquit:* [b] *Pater est meus, qui me glorificat*) aliquando vero Spiritui deputatur, (ait enim: [c] *Spiritus veritatis qui me glorificabit*) nonnumquam vero Christi potentiæ adsignatur, sicut scriptum est: [d] *Exeuntes*, inquit, *prædicabant verbum ubique, Domino cooperante & verbum confirmante, consequentibus eos signis.*

V. *Item in quaternione octavo de dictis epistolæ Apostoli ad Hebræos.* Apostoli enim nomen in Christo audientes, Deum Verbum male intelligunt apo-
111 stolum esse. Item legentes pontificis vocabulum, Deum esse imaginantur pontificem, mira dementia. Quis enim apostoli officium audiens, non statim videat hominem demonstrari? Quis summi sacerdotis nomen audiens, divinitatis naturam ad sacerdotii ministerium vocet? Si enim Deus pontifex est, quis erit qui officio ejus debeat coli? Si Deus oblaturus est sacrificia tamquam pontifex, nullus erit cui offerantur Deus. Quid enim dignum jam divinitate est, si tamquam inferior offerat sacrificia superiori? *Et subjungit:* Unde igitur eis Deus appellandus pontifex visus est, quia sacrificio, secundum sacerdotii ritum, ad provectum suum omnino non indiget? perpetuæ quippe possessor est deitatis. [e] Ex hominibus nempe electus atque susceptus pontifex pro hominibus constituitur apud Deum.

VI. Et subjungit: [f] *Non angelos*, inquit, *apprehendit, sed semen Abrahæ.* Numquid Abrahæ semen est deitas? Audite consequentem etiam vocem: [g] *Unde debuit per omnia fratribus similis fieri.* Numquid deitati? Quos enim Deus Verbum habere potuit fratres similes sui? Respice etiam quod his dictis adjungitur: [h] *Ut*, inquit, *misericors fieret & fidelis pontifex ad Deum. In quo enim passus est ipse tentatus, potest & his qui tentantur auxilium ferre.* Qui igitur passus est? Pontifex misericors Deus. Passibile autem templum est, non hic qui ejus vivificator est, Deus. Semen Abrahæ [i] heri est & hodie secundum Paulli Apostoli vocem, non ille qui dixit: [k] *Antequam Abraham esset, ego sum.*
Similis hic [l] fratribus per omnia, qui humanæ a- 112
nimæ corporisque suscepit fraternitatem, non qui dixit: [m] *Qui me videt, videt & patrem.*


VII. *Item in quaternione decimonono, cum velut adversus Arrium diceret.* Et isti quidem, tametsi majoris paternæ deitatis Verbum Deum minorem delirent, non tamen novellum fatentur. Hi autem eum etiam beatæ Mariæ secundum & posteriorem esse pronuntiant, & temporalem matrem opifici temporum divinitati consignant. Quin immo nec matrem Christi esse concedunt. Si enim non est hominis natura, sed Deus Verbum erat quem illa pariebat quæ peperit, nequaquam ejus mater qui natus est invenitur. Quomodo enim fiet ejus aliqua mater, qui a natura genitricis est alienus? Quod si vera mater ab his appellatur, homo ergo qui editus, non [1] divinitatis nata est: siquidem proprium omnis est matris consubstantivum sibimet parere. Ergo non erit mater, quæ consubstantivum sibi minime peperit: quæ mater quia ab his dicitur, eum qui secundum substantiam sui esset similis genuit. Quis autem secundum substantiam ejus erit similis? Is sine dubio qui Spititus sancti opificio exstitit. [n] *Quod enim in ea natum est*, inquit scriptura, *de Spiritu sancto est*; cum quo erat indesinenter. Verbum Deus non est natus ex Maria, sed in illo qui ex ea natus manens, non ex virgine initium habens, sed illi qui crescendo per menses paullatim compositus in utero virginis est inseparabiliter omni tempore sociatus. Aliud est autem dicere illi qui natus est commanere, & aliud illum qui nato commanet hunc esse qui, ut nasceretur, mensium ei opus fuisse curriculo.

VIII. *Item ex alio tractatu, quaternione* xx. 113
Hunc, *inquit* [o], Jesum suscitavit Deus. Non est mortuus Deus, sed suscitavit. Apollinaris, audi Petri Apostoli dicta, audi & tu cum Apollinari impietas Arriana. Hunc Jesum suscitavit Deus qui visibilis oculis apparuit, hunc qui ligno confixus est, hunc qui Thomæ palpatus est manibus, qui ad eum clamavit: [p] *Palpa & vide quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere*; & his dictis discipulus credens, ipseque, palpato eo, de carnis quæ crucifixa est resurrectione certior factus, mirandorum glorificabat opificem Deum, dicens: [q] *Deus meus & Dominus meus*; non utique illud quod palpaverat appellans Deum.

IX. *Item in quaternione vigesimo nono:* [r] In principio, *inquit*, erat Verbum, & Verbum erat apud

*a* Gal. IV. 4. *b* Joan. VIII. 54. *c* Joan. XVI. 14. *d* Marc. XVI. 20. *e* Heb. V. 1. *f* Heb. II. 16. *g* Ibid. ℣. 17. *h* Ibid. & ℣. 18. *i* Heb. XIII. 8. *k* Joan. VIII. 58. *l* Heb. II. 17. *m* Joan. XIV. 9. *n* Matth. I. 20. *o* Act. X. 40. *p* Luc. XXIV. 39. *q* Joan. XX. 28. *r* Joan. I. 1.

1. *Divinitatis* ] An *divinitas*?



Deum, & Deus erat Verbum. Quærebatur enim quæ prima esset substantia exsistentiæ quæ hominem gessit. Paullus autem ex lege quod contigit narrat & incarnatam essentiam, & incarnatæ deitatis, post unitionem, incommutabilitatem manentem. Propter quod & scribens clamat: [a] *Hoc sentite in vobis quod & in Christo Jesu; qui cum in forma Dei esset constitutus, formam servi accepit.* Sed accipiens Apostolus nomen hoc quod est Christus, tamquam duarum naturarum significativum vocabulum, absque periculo eum & servi formam accepisse & Deum nuncupat inreprehensibiliter, his divisis quæ ad naturam duplicem significandam dicuntur.

X. *Et post plura in eodem libro.* Nostra enim natura pro nobis interpellat in Christi usu tamquam vestis constituta; inculpabilis originis suæ defensionibus nitens; & quia sicut ille ad peccatum qui prior figuratus est, totius generis exstitit

114 caussa, huic suscipiendi hominis, o homo, occasio fuit, ut per carnem destrueretur corruptio quæ per carnem contigerat. Hujus carnis est, non deitatis, diei tertiæ sepultura. Hujus pedes detenti sunt clavis. Hanc sanctus Spiritus in utero figuravit. De hac Dominus ad Judæos: [b] *Solvite*, dicebat, *templum hoc, & in triduo suscitabo illud.* Numquid ego duplicem quemdam Christum solus appello, & non semet ipsum & templum solubile & Deum se nuncupat suscitantem? Quod si Deus erat qui solvebatur, o Arriane, quod sane in ejus caput blasphemium convertatur, oportuerat dicere: Solvite Deum istum, & in triduo suscitabitur. Si mortuus est Deus sepulturæ mandatus, est inane illud in evangelio dictum: [c] *Quid me quæritis occidere hominem qui verum locutus sum vobis?* Nunc autem ait: *Quid me quæritis occidere hominem cujus capiti spinea corona superposita est.* Hic qui dicit: [d] *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* & qui triduanam sustinuit mortem. Adoro autem hunc cum deitate, tamquam divinæ cooperarium auctoritatis.

XI. *Item post aliquanta in eodem.* Colo, *inquit*, eum tamquam omnipotentis imaginem: [e] *Exaltavit eum enim*, ait, *Deus, & donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu Christi omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus in gloria est Dei patris.* Propter utentem id quod ille utitur colo; propter latentem adoro quod foris patet, & in eo qui inseparabilis est non

115 separo dignitatem, sed separo naturas, sed conjungo reverentiam. Non per se ipsum Deus est quod depositum est in sepulcro. Sic enim essemus hominis & mortui hominis manifesti cultores. Sed quoniam in adsumto Deus, ex assumente qui adsumtus est, tamquam adsumto conjunctus appellatur Deus. Propterea & crucifixæ carnis dæmones vocabulum perhorrescunt, crucifixæ carni conjunctum, non autem compassum scientes Deum. Ideo & judex venturus est iste qui visibilis paruit, quoniam omnipotenti conjungitur deitati.

XII. *Item post multa ibi.* Non deitas, *inquit*, Jacobum habuit fratrem, nec Dei Verbi mortem nos adnuntiamus, cum dominico corpore & sanguine pascimur. Dei namque natura sacrificium suscipit, non ipsa in sacrificio immolatur.

XIII. *Item ex tractatu alio adversus Arrianos, quaternione decimo.* Quis nunc benignitatis tam immensum aspiciat pelagus, naturam cum suo opifice dominantem, & conjunctam homini deitatem, nihil sine hac jubentem, nullum absque isto judicantem, cum eo vivorum curam in summa providentia gerere, & cum ipso mortuos suscitare? Spes omnes has quæ omnibus a fortissimo & benigno Domino gubernantur, hæretici debilitant atque convellunt.

XIV. *Item ejusdem in tractatu alio codicis quaternione quinto, de scripturæ sanctæ loco, ubi ait:* [f] *Si recordatus fueris quod habet frater tuus aliquid adversum te*, [g] *Qui manducat*, inquit, *meam carnem & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo.* Mementote de carne esse quod dictum est: [h] *Sicut me misit vivus pater*, qui visibilis sum. Sed forte prave interpretor dictum. Ergo de consequentibus audiamus. *Sicut me misit vivus pater, & ego vivo per patrem.* Ille heic deitatem intel- 116
ligit, ego hominem dico. Videamus quis est scævus interpres: *Sicut misit me*, inquit, *vivus pater.* Heic dicit hæreticus divinitatem missam, se profiteri Deum Verbum dicere: *Sicut misit me vivus pater.* Ergo & hoc secundum ipsos ita erit intelligendum: *Et ego Dei Verbum vivo per patrem.* Post hoc enim videtur dictum: *Et qui manducat me, & ille vivit.* [1] Quem ergo manducamus? divinitatem, an carnem?

XV. *Item in quaternione sexto ejusdem in Judam, adversus hæreticos.* Libenter heic de illis hæreticis interrogans requirebam, qui deitatis & humanitatis naturam in unam sententiam miscendo contemperant, quis ille hoc loco est qui proditur & traditur Judæis? Si enim temperatio vel admixtio utriusque facta est, utrum a Judæis est tentum & Deus Verbum, an humanitatis natura? Quis videtur occisus? Cogor enim inferioribus uti sermonibus, ut fiat omnibus quod dicitur manifestum. In quem dicas velim ea quæ gesta sunt cadant? Numquid in Dei naturam, quam utroque confundens, contemperare præsumis? Ergo Verbum Dei capessibilis, cui nihil commune in occisione cum carne est, a Judæis in occisionem ductus est? Ut quod etiam temperans jam utrisque naturis secundum te scripturam nuper audivimus de virtute sacramenti narrantem quam Dominus tradidit discipulis suis dicens: [i] *Quia in qua nocte tradebatur, accipiens panem, gratias agens, fregit discipulis suis dicens: Accipite & manducate ex eo omnes: hoc est enim corpus meum.* Quare non dixit: Hæc est deitas 117
mea, quæ pro vobis confringetur? Et iterum sumtum calicem porrigens, non dixit: Hæc deitas mea, quæ pro vobis effundetur in remissionem peccatorum; sed hoc magis: [k] *Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum?* Separa naturam, sed unitionem conjunge. Filium Dei Christum confitere, sed filium duplicem, hominem & Deum; ut passio quidem humanæ deputetur naturæ, passionis vero absolutio, quæ in homine qui passus est facta est, solius sit deitatis.

XVI. *Item alibi in quaternione nono adversus Ju-*

*a* Philipp. II. 5. 6. *b* Joan. II. 19. *c* Joan. VII. 20. VIII. 40. *d* Matth. XXVII. 46. *e* Philipp. II. 9-11. *f* Matth. V. 23. *g* Joan. VI. 57. *h* Ibid. ℣. 58. *i* I. Cor. XI. 23. 24. *k* Matth. XXVI. 28.

1. *Quem ergo mand.*] Infra pagg. 206. & 263. ubi hoc excerptum repetitur, legitur: *Quid ergo mand.* Exstat item Græce in *Apolog. Cyrill. adversus Orientales*, opp. Cyrill. tom. VI, pag. 193. ubi interpres, *Quid mand.*

*dæos*. Separantes, *inquit*, propriam naturarum dignitatem conjunctionis unius.

XVII. *Item ex alio tractatu in quaternione vigesimo quinto*. Propterea vos volo cautos favere vel plaudere. Divisio non est conjunctionis deitatisque neque potentiæ. Cum filius Christus est, in his divisio non est; in deitate vero & humanitate divisio est. Secundum quod est Christus, indivisus est filius; secundum quod est filius, indivisus est. Non enim habemus duos Christos & duos filios, neque est apud nos primus Christus & secundus, neque alter & alter, neque iterum alter filius & iterum alter filius, sed idem ipse, ipse filius est duplex, non dignitate, sed natura.

XVIII. *Item quaternione* XXVI. *quasi adversus Apollinarem*. Reverentia, *inquit*, duarum naturarum una propter dignitatem ejus qui utraque conjunxit.

XIX. *Item alibi ex alio tractatu in quaternione* XXXI. *idem de Christo inquit*: Tametsi dicamus templum, sed minime a deitate separabile & con-
118 junctum Deo, totam possidens operationem divinam, & nunc coopificem Dei, & quod cum eo omnium dominetur.

XX. *Item idem in tractatu alio in id quod scriptum est*, (*Si habere aliquid recordatus fueris adversus fratrem tuum*,) *veluti contra hæreticos*. Audite, *inquit*, dictis intenti: [a] *Qui manducat*, ait, *carnem meam*. Memento quoniam de carne est quod
A dicitur. Numquid a me carnis nomen appositum est, ut me male interpretari quærantur? *Qui manducat*, inquit, *carnem meam*, *& bibit sanguinem meum*. Numquid, *qui & bibit sanguinem meum*, *in me manet*, *& ego in eo*?

XXI. *Item ex alio tractatu quaternione* XXXI. Hoc autem dico ut noveritis quam superexcellens & summa quædam deitatis conjunctio exsistebat etiam in infante ipso, cum dominica caro conspicitur. Erat enim ipse & infans & infantis ipsius dominus. Laudastis vocem, sed indiscusse nolo faveatis. Dixi enim: Ipse erat infans & infantis habitator.

B XXII. *Item ex altero codice quaternione* II. *veluti contra Arrianos & Macedonianos*. Ampliorem, *inquit*, in Christum injuriam excogitantes, Spiritum sanctum a divina dissecant natura, qui ejus humanitatem figuravit in utero virginis. [b] *Quod enim*, inquit scriptura, *inde natum est*, *de Spiritu sancto est*; qui secundum justitiam quod figuratum est reformavit. [c] *Manifestum enim*, inquit, *in carne*, *justificatum est in spiritu*; qui eum terribilem & formidabilem dæmonibus faciebat. [d] *Ego enim*, inquit, *in Spiritu Dei ejicio dæmonia*; qui ejus carnem templum est fabricatus. [e] *Vidi enim Spiritum*,
inquit, *descendentem tamquam columbam & manentem super eum*; qui ei in cælum ascensionem do- 119
C navit: [f] *Præcipiens enim*, inquit scriptura, *Apostolis quos elegit per Spiritum sanctum*, *elevatus in cælum est*. Hic inquam Spiritus, qui tam magnam gloriam donavit, esse ab his asseritur servus.

*Præfatio* MARII MERCATORIS *in tractatus* NESTORII *adversus hæresim Pelagianam*.

ITem ejusdem contra hæresim Pelagii seu Cælestii; contra quorum pravam & impiam definitionem quamvis recte sentiret & doceret, Julianum tamen ex episcopo Eclanensi cum participibus suis hujus hæresis signiferum & antesignanum, olim ab apostolica sententia exauctoratum atque depositum, in amicitiam interim censuit suscipiendum. Spem enim absolutionis promittens, ipsum quoque Cælestium litteris suis quarum exemplaria subdidimus, consolatus est. Quod utrum malitia an vecordia fecerit, non facile nosci potest; ut contra quorum distortas sententias, præter propriam impietatem quæ illum ad damnationem usque perduxit, rectissime sentiebat & docebat, eos & amicos haberet, spe vanæ promissionis fovendos & lactandos putaret; quique cum patrono memorato in Ephesiensi concilio a ducentis septuaginta & quatuor Episcopis iterum iterumque damnati sunt. Nunc itaque hic contra eos, eodem Juliano cum complicibus suis in Constantinopolitana urbe constituto, & eum tractantem publice in Ecclesia audiente, primus
120 ejus habitus est sermo, de Græco in Latinum a nobis verbum de verbo translatus.


NESTORII *Sermo* I. *contra* PELAGIUM.

„ Multis, *inquit*, & de frequenter angorum imbribus inundatus, atque hoc apud memet ipsum „ revolvens, in vestram respiro amabilem audientiam. Abjecta enim mærorum solicitudine, illud „ quod mihi ex vobis est recipio gaudium, quo „ vos video in divinis rebus extentos hanc capere „ voluntatem, quæ in tot festivitatum circuitu non „ obtorpescat, quarum omnium origo dominicæ „ bonitatis adventus est. Ante hunc in mærore & „ gemitu universum erat constitutum genus humanum, sub sententiæ illius clamante contra originem maledicto: [g] *Multiplicans multiplicabo tristitias tuas & gemitus tuos*. Propter hoc dominici adventus & tantorum bonorum ille primus „ est gaudiique nuntius: [h] *Ave gratia plena*: quæ
D „ vox ad virginem facta est. *Dominus tecum*. *Propterea quod ex te nascetur sanctum*, *vocabitur filius Dei*. *Tecum*, inquit, & *ex te*; *tecum*, deitatis videlicet adventu: *ex te* autem, per formam susceptæ humanitatis ex illa.

„ Quando igitur infantem, o gentilis, in præsepio positum audieris pannis involutum, non in „ carnem quæ videtur offendere, sed illius infantis cogita dignitatem, matrem quæ se genuit deipare procreantem, humanitate vero in illa formatum, & eam formasse divinitus, involutum secundum carnem pannis, deitatis vero providentia omnia continentem, pro corporis natura lactari, divinitate autem omnibus qui nascuntur
E „ lactis nutrimenta uberrime largientem. Forsitan „ super tali munere Gabriel ad virginem ideo exclamabat: *Ave gratia Dei plena*. Mox enim
„ omnium Dominus Christus huic vitæ natus est, 121
„ omnium tristium capitulum dissolvebat, mutans „ naturæ fetus maledictos, absolvit nativitatem „ illam quondam in corporibus condemnatam; delevit quoque illius sententiæ edictum quod naturæ connascitur, id est: [i] *Multiplicans multiplicabo tristitias tuas & gemitus tuos*: *in mæroribus paries filios*. Sed illud quidem quod dictum est

[a] Joan. VI. 57. [b] Matth. I. 20. [c] I. Tim. III. 16. [d] Luc. XI. 20. [e] Joan. I. 32. [f] Act. I. 2. [g] Gen. III. 16. [h] Luc. I. 28. 35. [i] Gen. III. 16.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



„ paries filios, fecunditatis erat benedictio. Genitrix enim est incrementi providentia, [a] *Crescite & multiplicamini, & replete terram. In mœroribus* autem *paries filios*, peccati fructus ostenditur. Nam sicut edere vivificatorium donum est generi a creatore collatum, (Ante peccatum enim de cibo ad protoplastum Dei constitutio loquebatur: [b] *Ex omni ligno quod est in paradiso ad escam manducabis*) sic in mœroribus manducabis, ex maledicto introitum habuit. Non enim dixit Adam Deus: [c] *Quia audisti vocem mulieris tuæ, & quia manducasti, idcirco te damno:* sed; *Quoniam manducasti ex ligno de quo solo præceperam tibi ne manducares, propterea in sudore manducabis panem tuum.* Indoloræ enim primæ illæ protoplasti fuere deliciæ, & laborum agriculturæ penitus liberæ. Sic & de filiorum procreatione non absolute ad Evam Deus post peccatum dicebat *paries filios*, sed *in mœroribus paries filios*. Nuptiæ namque divinæ munus sunt bonitatis, ubertas naturæ, machina repugnans contra mortem omnia consumentem, castitatis contra libidinem freni, inculpabilis voluptatis potestas. Multiplices autem gemitus in parturitione feminarum, pœna peccati est. Et parere quidem non est maledictum. Non enim benedictio in maledictum daretur. In tristitia autem

122 parere, hoc ex maledicto illo onus trahitur post peccatum. Parere namque naturam doloribus partuum punctam, angoribus tabescere, acerbi partus metum sustinere, immaturos nonnumquam fetus excutere, excedere aliquoties prægnantes partubus tempora constituta, & onus uteri diutius circumferre, contabescere ipsis sæpe fetibus, interdum etiam post fetum solicitam esse, ne forte quod natum est lactis nutrimentorum ex aliqua inopia non perfruatur, curare ne adversi alicujus desiderium patiatur, ne doctrinam aliquam infructuosam concupiscat, ne dæmonum incursione vexetur, ne morbo hujusmodi maceretur qui sanitatem difficulter admittat, ne alicui amaro jugo paupertas aliquando rapiatur; horum tristium omnium naturæ sermo magister est brevis; *In tristitia paries filios*. Miserabilis est ista infelicitas. Quod votivum enim & optabile fuerat, fit postea fugiendum. Despondentur generandorum filiorum habentes cupiditatem, & hos in mœroribus pariunt. Desiderant fetus, & contra mensium quibus hi sustinentur, vociferantur decursum. Optant, gaudent fieri matres, & eorum qui geniti sunt simulatice sepulturam diem illam sui partus caussam fuisse præsentis queruntur mœroris, planctibus illud videlicet confirmantes: *In mœroribus paries filios*. Huic sententiæ socium est quod nascitur & quod parit; unum eorum in mœroribus pariens; alterum vero in mœroribus nascens. Sed miserator Dominus non despexit illos naturæ fetus condemnatos; sed feminæ in uterum adveniens, vertit in illa matre consuetudinem pariendi, & mutavit in illa partuum leges; (parturitiones enim sanctæ virginis 123

immunes a mœroribus præparaverat) & naturæ humanæ matrem donavit innuptam, non spernens fetus nuptiarum, neque despiciens. *Et post aliquanta ibi:* Hoc modo natus Christus vitam terrenam in cælestem conversationem transferre dignatus est. Acerbissimæ namque naturam sententiæ constringebant. Quid enim amarius ista sententia? [d] *Multiplicans multiplicabo tristitias tuas & gemitus tuos, in mœroribus paries filios.* Et denuo: [e] *Maledicta terra in operibus tuis: in mœroribus manducabis panem omnibus diebus vitæ tuæ.* Et iterum: [f] *Spinas & tribulos ejiciet tibi.* Quorum singula non aliter medicinam sunt consecuta quam unicuique vulneri, quod erat proximum & familiare, a contrario remedium afferretur. Et respice omnium harum tristium sententiarum a Christo præstatam resolutionem. *Multiplicans multiplicabo tristitias tuas & gemitus tuos* per hoc solvit, ubi dictum est: [g] *Ave gratia Dei plena. In tristitia paries filios* solvit per id quod scriptum: [h] *Benedictus fructus ventris tui. Maledicta terra in operibus tuis* solvit per illud: [i] *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax. Spinas & tribulos terra ejiciet tibi* solvit per spinarum coronam capiti superpositam. Eradicatione enim dignæ fuerant, quia tanto capiti propinquaverant. *In sudore vultus tui manducabis panem* solvit per id quod ait: [k] *Panem quem ego dabo vobis, caro mea est, quam ego dabo pro sæculi vita.* Solvit quod adversum nos serpenti dictum est: [l] *Tu observabis ejus calcaneum*, per hoc quod dictum est; [m] *Dedi vobis potestatem calcare super serpentes & scorpios.* Solvit illam, quæ post peccatum facta est, nuditatem per resurrectionis gloriæ incorruptibile 124

vestimentum. Horum omnium in nullo nulli pars est catechumino. Et quoniam appropinquat baptismi tempus, bonum est & hos breviter commonere ut non se talibus privent muneribus, morte præventi; quin immo, ne quibus malis obligatus Adam est, ipsis & tantis etiam isti mergantur. Auferet enim secum unusquisque pœnales sententias adversum naturam prolatas. Non enim est particeps corporis ejus & sanguinis qui per baptismum has sententias solvit; & figurarum socius non factus verorum exemplariorum, non replebitur perfruitione. *& reliqua ad rem præsentem minime pertinentia.*

*Item ejusdem in Adam tractatus, cujus initium istud est,*
In ecclesia publice habitus.

NESTORII *Sermo* II. *contra* PELAGIUM.

SOL quidem supra terras altior factus, & ad nos usque ex oriente discurrens, noctem mutat in diem, somnos excutit, & nos operibus reddit: lumen tradit autem scientiæ Dei, de somno desidiæ animum suscitat, cogitationes inluminat, & eas erigit ad virtutes. Hanc nobis lucem illucescere erit semper optabile. Et solem quidem istum visibilem si quis non videat, vivit; (siquidem vivit cæcus, auditu tantum solis notitiam habens) animæ vero si ignorent Deum, sine sole sunt prorsus mortuæ, tametsi quispiam eas vivere suspicetur, de quibus etiam Dominus ait: [n] *Sinite mortuos sepelire mortuos suos.*

*Et post aliquanta ibi.* Sed ille qui cum mortalitatis genitore luctatus est, & ex utraque vita mor- 125

talitatem redemit. Duplex enim in nos mortalitas grassabatur; una quidem accidens mortali ex peccato factæ naturæ, altera quæ scientiæ abjectione

*a* Gen. I. 28. *b* Gen. III. 16. *c* Gen. III. *d* Gen. III. 16. *e* Ib. v. 17. *f* Ibid. v. 18. *g* Luc. I. 28.
*h* Ibid. v. 42. *i* Luc. II. 14. *k* Joan. VI. 52. *l* Gen. III. 15. *m* Luc. X. 19. *n* Matth. VIII. 22.

contingit: ignorare enim Deum, insensibilitatis quæ ex morte evenit similitudinem gerit. Utriusque ergo mortis opifex diabolus factus est; quem Christus elidens, ex utraque vita nostram mortificationem levavit, animam videlicet præceptis vivificantibus erigens, resurrectione vero & quod mortale est recreans atque restituens: impulsore enim conlapso, quod ab eo impulsum fuerat sublevatur.

*Et post aliquanta ibi.* Hujus nobis luctaminis vitæ imago relicta est. Respice in deserto. Ibi hominem elevavit divina natura, tyrannicida imagine tyrannum per deserta terendo.

*Item post aliquanta ibi.* Dedit quidem hominibus victum per cibos, & corpori stabilitatem per escam. Docuit autem me scriptura divina Deum naturæ terminos superare. Memini enim vocis clamantis divinæ [a] famem & deserta homines non formidare, sed etiam ibi hoc respondere debere: Ferat opem Deus, & pereat panis; quia etiam sine cibo vivificator est Deus, absque esca quoque vivet caro, si eam vivere præcipiat Deus. Sic, inquiens, scriptum est, & sic credo, de divinis eloquiis fiduciam gerens, nec exspecto vitam quæ ex solo cibo contingit.

*Item post aliquanta ibi.* Per quæ offendit Adam, per hæc reconciliat Christus. Quoniam ex infidelitate & esca corruerat, non credens Deo, & cecidit cum manducasset; veniens Christus ad fidem & a continentia incipit, unde fuerat conlapsa natura, eam inde restaurans.

126 *Item ejusdem in eo quod scriptum est:* Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me, *cujus istud initium est.*

NESTORII *Sermo* III. *contra* PELAGIUM.

IN alium sermonem lingua perurgente, repromissionum mearum præcedens magister memor luctam me vobis dominicam debere submonuit, & ad hujus redhibitionem coarctat.

*Inter cetera & infra.* Habeo gratiam commonentibus, & in exsolutione debiti magnam fiduciam gero. Qui enim [b] chirographum peccatorum pro nobis exsolvit, reddet pro me quoque apud vos contractum de eodem luctamine debitum meum.

*Item post aliquanta ibi.* Cum calorem fidei diabolus in corde perspexit, tunc nocivus laudator aggreditur, & nocturna visa machinatur, accipiens dormientis sensum dormitatione lassatum, tamquam [c] angelus lucis alloquitur. Cum jam vigilantis oculis quadrigas objecerat, vocem quoque per aerem emiserat clariorem, rectum, inquiens, o homo, judicium Dei, thesauros accipere.

*Item post aliquanta ibidem.* Eadem arte suspicatus est quod potuisset etiam Dominum inretire. Erant autem illorum omnium præsentium quæ tunc gerebantur præfigurationes rerum omnium futurarum & Ecclesiæ ædificandæ munimina. Sicut enim in Adam hominum natura accipiens fundamentum, ejusdem fundamenti ruina conlapsa est, & facta est sub manum & potestatem diaboli, qui dejecit 127
Adam; sic Dominum Christum Ecclesiæ fides habens fundamentum, manet ejusdem fundamenti virtus immobilis & secura atque inconvulsa sui capitis firmitate, quæ divelli non possit.

*Item ejusdem ibi inter cetera & infra.* [d] *Hæc omnia*, inquit ad Dominum, *tibi dabo si procidens adoraveris me.* Ex dimidio invitus prædivinas, diabole. Reddes enim mundum Domino, quem inique tibi addixeras in servitutem, sed verberatus, non adoratus. Ne te arbitreris cum Adam habere sermonem. Promissione enim inlexit Adam, ac suasit deum illum esse futurum, & hac persuasione dejecit. Modo quoque Christo omnipotentiam promittebat, quod spe altitudinis eum dejiceret arbitrans. Sed dignam repulsa meruit responsionem: [e] *Vade retro satana. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.*

*Item ibi inter cetera & infra.* [f] *Et ecce*, inquit, *angeli accesserunt, & ministrabant ei.* Et nos igitur cum angelis Domino servitium dependamus. Exsiliamus in cælum, ministerium in terris implentes angelicum. Indefessis alis animam subjiciamus; qui conlapsam erexit nostram naturam tota virtute diligamus; adoremus eum qui nostrum inexorabilem inimicum dejecit atque prostravit.

128 *Item ejusdem tractatus alius ad populum in Adam.*

NESTORII *Sermo* IV. *contra* PELAGIUM.


I. ET auditorum me expetentium doctrinam desiderium movet, & imbecillitas ad silentium magis impellit; attamen vim ægritudinis sacerdotalis officii debitum vincit. Mox enim, mandato præcedente, tamquam ex eo ostendens naturæ humanæ in sapientia profectum, affert Adæ conspectibus animalia: qui [g] ad uniuscujusque naturam singulis ex tempore vocabula imponebat, & fontes nominum, scaturiens quodammodo, effundebat. Et erat quidem [h] Deus vocans quæ non erant tamquam quæ essent: Adam autem quæ non vocantur, tamquam jam vocarentur. O quantorum donorum gratiarum actionem, Adam, Deo non reddidisti! Fictus es ex pulvere, in paradiso habitabas, in abundantia deliciarum degebas, expers dolorum voluptate fruebaris, absque cura ulla tibi divitiæ influebant. Dei quoque discipulus eras. *Et post pauca ibi.* Conscriptor primus nominum factus es; adstitit tibi fera bestiarum natura rationabilibus obedientior. Legem tulisti in nominibus animalium imponendis. Sermone cum creatore mutuo utebaris.

*Et post aliquanta ibi.* Angeli ad peccatorum offensi corruptelam, pœnam nostram ut difficile sentientes, non mediocriter movebantur, & adeuntes Deum clamabant: [i] *Vis euntes colligamus zizania?* Dæmones nihilominus sperabant velut Sodomiticam 129
totius mundi conflagrationem, aut diluvium Noe temporum vehementius exspectabant. Diabolus autem proferebat, quod est adversus naturam, illud chirographum quod scriptum est: [k] *Terra es, & in terram ibis.* Et instabat ex hoc, generationes hominum morte consumens.

II. In tanta itaque rerum difficultate, cum essemus spebus melioribus destituti, fit naturæ reconciliationum maxima copia. Nascitur enim mediator orbis & Dei, non sicut Hieremias aut quilibet alius prophetarum, qui contemti sunt, sed qui habet horum quæ vult datricem conjunctam sibimet

*a* Matth. IV. 4. *b* Coloss. II. 14. *c* II. Cor. XI. 14. *d* Matth. IV. 9. *e* Ibid. ℣. 10. *f* Ibid. ℣. 11. *g* Gen. II. 19. *h* Rom. IV. 17. *i* Matth. XIII. 28. *k* Gen. III. 19.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.



deitatem; non unius gentis mediator, sicut Moyses Judæorum, sed, sicut Paullus inquit: [a] *Unus Deus & mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus*; homo persona, qua videtur & paret; Deus autem conjuncta deitatis natura mediatrix, pro natura nostra adversum diabolum suscipiens caussam. Ille peccatum ex Adam tamquam chirographum proferebat. Et e diverso Christus, ex carne sine peccato, debiti hujus evacuatione nitebatur. Ille condemnationem quæ per Evam adversus totam naturam processerat relegebat: Christus vero justificationem quæ per beatam Mariam generi obvenerat referebat. Intendebat in paradiso escam incontinentium: Christus a contrario aceto potatam in se humanam naturam nullum ob peccatum esse monstrabat. Solvit omnia quæcumque adversum nos diabolus allegabat, & caussæ hujus victoriam prædicabat dicens: [b] *Nunc judicium est mundi hujus*. In me, inquit, judicatur hic mundus, de mea incarnatione superatur. *Nunc*, inquit, *judicium est hujus mundi, & princeps hujus mundi mittetur foras*. Tamquam de judicio improbus calumniator, exsolutum chirographum proferens, & in non debentes infestus insiliens. Sed hoc beneficium omnibus confert lavacri salutaris necessarium sacramentum. Qui enim ablutus est

130

A baptismo, fit illius domesticus & concorporatus & familiaris qui illud chirographum solvit, & cum ipso cælorum efficitur incola. [c] *Ubi enim ego*, inquit, *illic & minister meus est*. Manet autem debitor catechumenus, tamquam ejus qui evacuavit chirographum alienus; cujus anima cum de carne migraverit, angelis perductoribus animarum se interponens diabolus: Hanc, inquit, meam exstantem cur eripitis animam? Meum jus, meam invaditis possessionem, meos invaditis debitores. Et sicut etiam videtur apud homines melior hæc de catechumenis oratio, obtinet hæc addente diabolo: Illi eis in terris ecclesiarum januas claudunt; vos autem ad eorum susceptionem de cælis occurritis:
B Juri meo, o angeli, vim inferre conamini. Quid enim vobis cum catechumenis videtur esse commune? Non sunt renati ex aqua & spiritu, ut perducantur a vobis ad regna cælorum. Hereditati quæ obnoxia mihi est, non renuntiaverunt. Evectionem regiam non habentes, cursu regali iter quo pacto conficient? Sed hæ tunc diaboli adversus naturam obmutuere allegationes, cui cum fiducia reclamat illa baptizata natura: [d] *Coexcitavit nos, & consedere fecit in cælestibus in Christo*, cui est gloria in sæcula.

131 *Nunc exemplum epistolæ ejusdem* Nestorii *ad* Cælestium *rescribentis, de Græco in Latinum translatæ*.

Honorabili & religiosissimo presbytero Cælestio Nestorius in Domino salutem. Noli ægre ferre, venerabilis, perferens ab his qui ea quæ inferuntur facere debent, & præsertim asserentibus veritatem & refugientibus pollutorum vel contaminatorum communionem; quia & sanctis qui ante nostram ætatem exstiterunt gratæ fuerunt ærumnæ; & ipsæ quidem temporales erant, veritas autem æterna est. Sic Joannes Baptista de peccato arguens Herodem, & quidem regem exsistentem, capite condemnatus est; sed non formidavit. Christum enim habebat caput, quod non posset abscidi. Sic
C Paullus, hoc modo quoque & Petrus sunt interfecti. Et quid amplius dici opus est? Ita actum est, per diversas tentationes semper pietate currente. Noli igitur a veritate deficiens eam prodere. Siquidem & epistolæ missæ concilii episcopis occidentis & Alexandrino & multis rescriptis manifestam nobis nostram fecere sententiam, prudentibus scilicet ejusdem orthodoxæ professionis. Forsitan enim utile aliquid ecclesis rectæ fidei proveniet, Domino cooperante. Omnem fraternitatem salutamus. *Et alia manu*. Incolumis & forti animo & plurimum orans pro nobis doneris nobis, religiosissime frater.

132 *Item exemplum* Commonitorii *quod super nomine* Cælestii *Græco sermone a* Mercatore *datum est, non solum ecclesiæ Constantinopolitanæ, sed etiam plurimis religiosissimis viris; oblatum quoque piissimo principi* Theodosio *semper augusto, id ipsum ex Græco in Latinum translatum per eumdem* Marium Mercatorem *Christi servum in consulatu* [1] Florentii *&* Dionysii *VV. CC. per quod Commonitorium cognito funestissimo errore, imperiali præcepto tam* Julianus *defensor &* [2] *sequax ejus cum ceteris sociis & participibus suis, quam postea idem* Cælestius *de Constantinopolitana urbe detrusi, in synodo quoque Ephesiensi ducentorum septuaginta quinque Episcoporum sententia postmodum in præsenti damnati sunt*.

I. Cælestius quidam eunuchus matris utero editus, [3] ante viginti plus minus annos discipulus & auditor Pelagii egressus ex urbe Romana, Carthaginem Africæ totius metropolim venit, ibique de infrascriptis capitulis apud Aurelium episcopum memoratæ urbis per libellum a quodam Paullino diacono sanctæ memoriæ Ambrosii Mediolanensis episcopi est accusatus, sicut gestorum confectio se habet, quibus idem libellus insertus est, (quorum gestorum exemplaria habemus in manibus;) tamquam hæc non solum ipse doceret, sed
133 & per provincias conspirantes sibi diversos, qui hæc per populos disseminarent, misisset: id est,
D *Adam mortalem factum; qui sive peccaret, sive non peccaret, moriturus fuisset*. Quoniam *peccatum Adæ ipsum solum læsit, & non genus humanum*. Quoniam *parvuli qui nascuntur, in eo statu sunt, in quo Adam fuit ante prævaricationem*. Quoniam *neque per mortem vel prævaricationem Adæ omne genus hominum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne hominum genus resurgat*. Quoniam *lex sic mittit ad regnum cælorum, quomodo & evangelium*. Quoniam *& ante adventum Domini fuerunt homines impeccabiles, id est, sine peccato*. De quibus omnibus capitulis supra scriptis [4] septem paribus
E synodalium gestorum patres & episcopi regionis il-

*a* I. Tim. II. 2. *b* Joan. XII. 31. *c* Ibid. ℣. 26. *d* Ephes. II. 6.

1. *Florentii* cet.] Id est anno Christi 429. — BB. in Append. ad tom. X. opp. S. Aug. pag. 69.

2. *Sequax ejus*] *Sequaces ejus* legit Norisius, qui hoc Marii Commonitorium ex Palatino codice descriptum evulgavit in *Hist. Pelag.* lib. II. cap VI. & omittit *VV.* CC.

3. *Ante viginti — annos*] Id est circiter annum Christi 410. quandoquidem datum prænotatur Commonitorium *in consulatu Florentii & Dionysii*, qui incidit in annum 429. — BB. l. c.

4. *Septem paribus*] Iste locus mendosus creditus est, atque a viris eruditis qui Mercatoris Commonitorium primi vulgarunt, varie editus. Veterum librorum lectionem, quia heic inter se consentiunt, reddidit cl. Baluzius. Nihil, opinamur, voluit aliud Mercator, nisi ut intelli-

lius reſtiterunt Cæleſtio, & juſſerunt ut eadem condemnaret, quia eſſent hæretici ſenſus. Sed Cæleſtius nullo modo adquieſcens, quin immo reſiſtens actis iiſdem quibus frequenter auditus eſt, eccleſiaſtica communione privatus eſt.

II. A qua ſententia ad Romani epiſcopi examen credidit appellandum. Qua mox idem ipſe appellatione neglecta, Epheſum Aſiæ urbem contendit, ibique auſus eſt per obreptionem locum [1] presbyterii petere. Inde poſt aliquantos annos, ſub ſanctæ memoriæ Attico epiſcopo, urbem Conſtantinopolitanam petiit; ubi in ſimilibus detectus magno ſtudio ſancti illius viri, ex prædicta alma urbe detruſus eſt, litteris ſuper ejus nomine & in Aſiam & Theſſalonicam & Carthaginem ad epiſcopos miſſis, quarum exemplaria habentes proferre ſumus parati.

134 III. Prædictus tamen Cæleſtius etiam hinc ejectus, ad urbem Romanam ſub ſanctæ memoriæ Zoſimo epiſcopo tota feſtinatione perrexit: ubi actis quorum exemplaria habemus, interrogatus, cum ab illo cognitore aliquatenus terreretur, crebris reſponſionibus & proſecutionibus ſuis ſpem [2] præſeminavit, condemnare ſe illa capitula de quibus apud Carthaginem fuerat accuſatus, promittens. Id enim & inſtantius jubebatur, ab eoque vehementius ut id faceret exſpectabatur, atque ob hoc ipſum nonnulla illius ſancti ſacerdotis humanitate dignus eſt habitus, & ſic epiſtolam quamdam benignitatis plenam ad Afros epiſcopos meruit, qua ille abuſus eſt vel adhuc abutitur ad multorum ignorantium deceptionem.

IV. Epiſcopis [3] vero ex Africa reſcribentibus omnemque cauſſam quæ apud eos facta fuerat exponentibus, miſſis etiam geſtis exinde quæ fuerant [4] tunc cum illo vel de illo confecta, vocatus ad audientiam pleniorem, ut quæ promiſerat, feſtinaret implere, id eſt, ut damnatis prædictis capitulis, ſententia Afrorum pontificum qua fuerat communione privatus, abſolveretur; non ſolum non adfuit, ſed etiam ex memorata Romana urbe profugit; atque ob hoc a beatæ memoriæ prædicto Zoſimo epiſcopo ſcriptis ampliſſimis vel longiſſimis [5] perdamnatus eſt: in quibus & ipſa capitula de quibus accuſatus fuerat continentur, & omnis cauſſa tam de Cæleſtio ſupra ſcripto quam de Pelagio magiſtro ejus praviore [6] videtur eſſe narrata: quorum ſcriptorum & nos heic habemus exemplaria, & ad orientales eccleſias, Ægypti diœceſim, & Conſtan-
135 tinopolim, & Theſſalonicam, & Hieroſolyma, ſimilia eademque ſcripta ad epiſcopos tranſmiſſa eſſe ſuggerimus.

A V. Ut autem & Pelagius cum iſto pariter damnaretur, iſtud in cauſſa eſt. Auſus eſt memoratus ante [7] vaſtationem urbis Romæ in Apoſtolum Paullum commentarios condere & his edere de quorum amicitia præſumebat. [8] Explanare autem ſe putavit ſingula Apoſtoli verba vel ſenſus. In epiſtola igitur quæ eſt ad Romanos, cum ad illa loca veniſſet ubi vas electionis ita loquitur: [a] *Propterea ſicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit*, hactenus credidit exponendum: quem librum ejus habemus, & proferimus ad convincendum inimicum ejus errorem. Ita ergo idem ait: PER UNUM HOMINEM PECCATUM B INTRAVIT IN MUNDUM, ET PER PECCATUM MORS. *Exemplo*, inquit, *ſeu imagine uſus eſt: quia ſicut cum non eſſet peccatum, per Adam ſubintravit, ſic & cum non remanſiſſet juſtitia apud aliquem, vita per Chriſtum reparata eſt.* ET IN OMNES HOMINES MORS PERTRANSIIT. *Cum ſic*, inquit, *qui peccant, ſimiliter & moriuntur. Neque enim aut in Abraham aut Iſaac aut Jacob mors pertranſiit, de quibus Dominus ait:* [b] Hi omnes vivunt. *Hic autem*, inquit, *propterea dicit omnes mortuos, quoniam multitudine peccatorum non excipiuntur pauci juſti; ſicut & ibi, inquit:* [c] Non eſt qui faciat bonitatem, non eſt uſque ad unum. *Et iterum illud*, inquit: [d] Omnis homo mendax. C *Aut certe in illos omnes pertranſiit*, inquit, *qui humano ritu, non cæleſti, ſunt converſati*. Et poſt
pauca: [e] SED REGNAVIT MORS AB ADAM US- 136
QUE AD MOYSEM, ETIAM IN EOS QUI NON PECCAVERUNT IN SIMILITUDINEM PRÆVARICATIONIS ADÆ. *Sive cum non eſſet*, inquit, *qui inter juſtum & injuſtum diſcerneret, putabat mors ſe omnium dominari, ſive in eos qui mandatum tamquam Adam prævaricati ſunt, hoc eſt, de filiis Noe, quibus præceptum eſt ut animam in ſanguine non manducarent, & de filiis Abraham, quibus circumciſio mandata eſt; ſed & in eos qui præter mandatum legem contemſerant naturalem:* [f] QUI EST FORMA FUTURI. *Quoniam*, inquit, *ſicut Adam* D *præter coitum a Deo formatus eſt, ſic & Chriſtus ex virgine, fabricante Spiritu ſancto, proceſſit; ſive, ſicut quidam dicunt, forma a contrario, hoc eſt, ut ſicut ille caput peccati, ſic iſte caput juſtitiæ eſt:* [g] SED NON SICUT DELICTUM, ITA ET DONUM. *Ne in forma*, inquit, *æqualitas putaretur:* [h] SI ENIM IN UNIUS PRÆVARICATIONE MULTI MORTUI SUNT, MULTO MAGIS DONO ET GRATIA DEI PER UNUM HOMINEM CHRISTUM IN MULTOS ABUNDAVIT. *Plus valuit, inquit Apoſtolus, gratia in vivificando quam peccatum in occidendo: quia Adam ſe ſolum & ſuos poſteros interfecit; Chriſtus vero & eos qui tunc erant in corpore, &* E *eos qui poſtea futuri erant, liberavit.*

*a* Rom. V. 12. *b* Luc. xx. 38. *c* Pſalm. XIII. 2. *d* Pſalm. cxv. 11. *e* Rom. V. 14. *f* Ibid. *g* Ibid. ℣. 15. *h* Ibid.

geremus, de ſeptem capitulis Cæleſtii alia fuiſſe contra ipſum pari numero condita. Certe capitula Cæleſtii ſeptem in altero Commonitorio Mercatoris referuntur ſupra pag. 3. Ex iis unum heic omiſſum a librariis, ſcilicet: *Quoniam infantes, etiam ſi non baptizentur, habent vitam æternam*. — BB. l. c. — In eamdem ſententiam præiverat Cotelerius *Mon. Eccl. Gr.* tom. III. pag. 601. a. qui locum, alia adhibita interpunctione, ſic refert: *De quibus omnibus capitulis ſupraſcriptis ſeptem, paribus* (ſubaudi *ſeptem capitulis*) *ſynodalium geſtorum, Patres & Epiſcopi regionis illius reſtiterunt Cæleſtio*.

1. *Presbyterii* ] Noriſius, *presbyterorum*.

2. *Præſeminavit* ] Ita BB. poſt Baluzium. At Noriſius, *proſeminavit*: quod fortaſſe rectius. Et mox *benignitate*.

3. *Epiſcopis vero cet.* ] Vid. lib. II. *contra duas Epiſtolas Pelag.* cap. III. — BB. l. c. pag. 70.

4. *Tunc cum illo vel de illo* ] Noriſius, *ante, cum illo videlicet de illo*.

5. *Perdamnatus* ] Noriſius, *prædamnatus*: qui paullo ante legit, *ex memorata Urbe*, omiſſo *Romana*.

6. *Videtur eſſe narrata* ] Magis placet Noriſii lectio, *videretur eſſe, narratur*.

7. *Vaſtationem urbis Romæ* ] Vaſtationem Urbis eam indicat, quæ ab Alarico Gothorum rege facta eſt anno Chriſti 410. — BB. l. c.

8. *Explanare cet.* ] Vid. lib. I. *de peccat. merit.* cap. 1. & ſeq. & lib. *de peccat. orig.* cap. XXI. — BB. l. c.

VI. Heic solicitus catholicus lector notet quid dicat. Adam non sibi soli sed & posteris suis nocuisse. Tene superiorem definitionem ejus. Posteros enim heic dicit, non omnes omnino & ubique totos homines læsos illius peccato, sed illos tantum qui per imitationem similiter suis peccatis & propriis facti sunt rei prævaricationis, sicut
137 Adam; [1] qui sine dubio ii ipsi pronepotes ejus & posteri esse inveniuntur.

VII. *Hi autem*, inquit, *qui contra traducem peccati sentiunt*, [2] *aliter eos qui defendunt traducem impugnare conantur. Si peccatum*, inquiunt, *Adæ etiam non peccantibus nocuit, ergo & Christi justitia non credentibus prodest; quoniam similiter, immo plus dicit Apostolus per unum liberari quam per unum ante perierunt. Deinde dicunt*, inquit: *Si baptismus mundat antiquum illud veternosumque peccatum, qui de duobus baptizatis nati fuerint, debent hoc carere peccato. Non enim potuerunt ad posteros transmittere quod ipsi minime habuerunt.* [3] *In hoc addunt*, inquit, *quoniam si anima non ex est traduce*, [4] *sicut nec est, sed sola caro habet traducem peccati, sola & pœnam meretur. Injustum est enim ut hodie nata anima non ex massa Adæ tam antiquum peccatum portet alienum: quia nec rationabile est ut Deus, qui propria peccata dimittit, unum imputet alienum.*

VIII. Et iterum in alio sermone suo idem Pelagius. *Si peccator genuit*, inquit, *peccatorem, ut parvulo ejus peccatum originale in baptismi acceptione solvatur, justus ergo justum gignere debuit. Si parentes*, inquit, *post conversionem propria peccata non lædunt, multo magis filiis eorum per eos nocere non potuerunt. Si priorem hominem contigit caussam mortis fecisse, ergo per Christi adventum mori jam non oportebat. Si per peccatum Adæ mors orta esset, numquam post remissionem peccatorum quam nobis liberator donavit, moreremur. Plus ergo valuit pecca-*
138 *tum Adæ omnes omnino homines occidendo, quam Christi gratia in salvando, quæ non omnibus, sed tantum credentibus profuit. Neque enim omnes qui nascuntur ex Adam, ii etiam renascuntur in Christo.* Reliqua.

IX. Quæ omnia supra scripta capitula, ut jam superius dictum est, continet illa beatæ memoriæ episcopi Zosimi epistola quæ tractoria dicitur, qua Cælestius Pelagiusque damnati sunt; quæ & Constantinopolim & per totum orbem missa, subscriptionibus sanctorum patrum est roborata: cui Julianus & reliqui complices ejus subscribere detrectantes, consentaneosque se nolentes iisdem patribus facere; non solum imperialibus legibus, sed & sacerdotalibus statutis depositi atque exauctorati, ex omni Italia deturbati sunt. Ex quibus plurimi resipiscentes, & a prædicto errore correcti, regressi sunt supplices ad sedem apostolicam, & suscepti suas ecclesias receperunt.

X. Prædicti sane Cælestius & Pelagius non tunc primo a sanctæ memoriæ Zosimo videntur esse damnati, sed ab ejus decessore sanctæ recordationis Innocentio, a quo & Julianus fuerat ordinatus, quique post illorum damnationem usque ad prædicti Innocentii episcopi excessum e vita in ejus communione permanens, & perseverans in sincera sententia, & communicans damnatori prædictorum, ipse quoque sine dubio Pelagium Cælestiumque damnavit; & quid nunc desiderat aut de quo queritur, [5] ignoramus.

XI. Ut autem a sanctæ recordationis Innocentio damnarentur, talis exstitit causa. Post Romanæ urbis vastationem in Palæstina degebat Pelagius. Inventi sunt a quibusdam studiosis episcopis [6] libri
ejus, in quibus multa & varia adversus fidem ca- 139
tholicam conscripta esse videntur. Hi cum litteris in Africam patribus & episcopis missi sunt; ubi [7] tribus conciliis congregatis, memorati lecti sunt libri. Exinde relationibus Romam missis, ipsis quoque libris pariter destinatis, apostolica sententia rescribentis ad prædicta concilia emanavit, quæ eosdem ipsos Cælestium Pelagiumque ecclesiastica communione privavit; quorum scriptorum exemplaria habemus in manibus. Adhuc etiam Hierosolymis constitutus Pelagius accusatus fuit [8] apud synodum. Et primo quidem tergiversando, ambiguis quibusdam se professionibus tegens, & prosequens dubia, vel respondens, illam tunc videtur episcoporum audientiam delusisse. Sed postmodum evidenter deprehensus, insistentibus accusatoribus a posteriore synodo, cui sanctæ memoriæ [9] Theodotus Antiochiæ præsedit episcopus, atque detectus, a sanctis quoque ac venerabilibus Hierosolymorum locis est deturbatus; ejusdemque sancti Theodoti ad reverentissimum urbis Romæ episcopum & sanctæ recordationis [10] Praylii Hierosolymitani episcopi missa scripta testantur; quorum exemplaria ad documentum habemus in manibus.

1. *Qui* ] Norisius, *quia*: recte, ut videtur.
2. *Aliter* ] Sic Norisius cum Baluzio. At Garnerius, *acriter*. Mox vero cum Norisio & BB. rescripsimus, *Si peccatum*, INQUIUNT: quam lectionem confirmant quæ paullo post sequuntur: *Deinde* DICUNT ... *in hoc* ADDUNT: At Baluzius habet, *inquit*.
3. *In hoc addunt --- Quoniam si an.* ] Norisius: *Ita hoc addunt --- quia si anima* cet. BB. excitant in hunc locum Augustini epistolam CXC. ad Optatum num. 22.
4. *Sicut nec est.* ] Norisius ejusmodi verba parenthesi concludens alioque charactere describens, hæc habet: „Hanc Pelagii argumentationem, inquit, *Si anima non est ex traduce*, (sicut nec est) *sed sola caro habet traducem peccati, sola & pœnam meretur*; ita descripsimus, ut assertio ibidem per parenthesim inserta, non Pelagium, sed ipsum Mercatorem auctorem habeat. Nam Augustinus lib. III. *de peccat. mer.* cap. III. ita Pelagii verba recitat: *Si anima non est ex traduce, sed sola caro, ipsa tantum habet traducem peccati*. Et cap. X. inde hisce Pelagium commendat: *Attende, obsecro te, quemadmodum circumspectus vir Pelagius (nam ex ejus libro hæc quæ modo posui, verba transscripsi) sensit quam in difficili de anima quæstione versetur. Non enim ait, quia anima non est ex traduce, sed si anima non est ex traduce*: additque, *cunctanter loqui potius quam fidenter*. Et quidem sine illa parenthesi in litteris encyclicis Zosimi eadem Pelagii sententia damnata fuit, teste eodem Augustino epist. 157. (nunc 190.) ad Optatum. *Nam Pelagii*, inquit, *de hac re argumentatio quæ inter alia ejus damnabilia etiam litteris apostolicæ sedis adjuncta est, ita habet: Si anima, inquit, ex traduce non est, sed sola caro tantum habet traducem* cet. Ex quibus patet, Mercatorem in ea de animæ origine quæstione, quæ ea ætate celeberrima erat, cum Hieronymo sensisse, nempe creari a Deo omnium hominum animas: nisi aliena manu ea verba Commonitorio infarta dicamus. Fuit enim Mercator Augustinianæ doctrinæ studiosissimus. Quare in ea difficultate assensum potius cum Augustino suspendisse crediderim, quam sententiæ de animarum creatione adhæsisse. „ Hactenus vir doctissimus: cujus sententiæ accessit Tillemontius tom. XV. pag. 857. not. II.
5. *Ignoramus* ] Norisius, *ignoratur*.
6. *Episcopis* ] Herote & Lazaro. --- BB. l. c. pag. 71.
7. *Tribus conc.* ] Tres inde ad Innocentium scriptæ synodicæ epistolæ, quæ inter Augustinianas sunt ordine 175. 176. & 177. quamquam hæc non proprie synodica, sed familiaris est epistola. --- BB. ibid.
8. *Apud synodum* ] Diospolitanam. --- BB. ibid.
9. *Theodotus* ] Antiochiæ post Alexandrum creatus episcopus forte anno Christi 411. & mortuus anno 427.
10. *Praylii* ] Joanni Praylius in Hierosolymitana sede successit sub initium anni 417. --- BB. ibid.

Sæcul. V, circa Ann. Chr. 418.

XII. In ipsa autem accusatione capitulorum quæ A eidem tunc Pelagio objecta sunt etiam hoc continebatur, cum aliis exsecrandis quæ Cælestius tamquam ejus discipulus sentiebat, id est, *infantes, etiamsi non baptizentur, habere vitam æternam.* Illud quoque quod superius positum est capitulum, sentiri a Cælestio & esse consentaneum magistri sui
140 doctrinæ memoravimus, id est, *legem sic mittere ad regnum cælorum sicut evangelium*, Pelagius quibusdam scriptis suis aperte confirmat atque pronuntiat. Denique libellus est ejus, quem habemus in manibus, ad quamdam [1] Livaniam viduam, sermonem continens exhortatorium, in quo ita habetur: *Simplicitatem*, inquit, *sequi Christi famulam decet, non hanc quæ stultitia magis est quam simplicitas, sed illam de qua scriptura dicit:* [a] Benedicta anima omnis simplex; *dicente alibi scriptura:* [b] Maledictus omnis homo qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. *Hinc*, inquit, *ostenditur hanc esse simplicitatem veram, quæ Dei mandata non insensata securitate contemnit, sed eam quæ legis præcepta sapienti timore custodit. Dicendo enim maledictum esse eum qui non permanet in his quæ scripta sunt, a contrario benedictum esse non vult qui non omnia præcepta servaverit: & si omnis simplex benedictus est, ergo simplex ille est* [2] *qui omnia præcepta legis impleverit.*

XIII. Afferere hunc illud quod totiens jam superius dictum est, *ad regnum cælorum libros Moysi sicut evangelium mittere*; nullus catholicorum qui hoc capitulum legerit, dubitat, nec intelligendo difficultatem aliquam poterit sustinere. Et quia indiscrete legem in eodem impiissimo capitulo nominavit, si Mosaicam cujus testimonium maledicti posuit, aperte nos in Judaismum adtrahere tentat. Quod si, [3] ad tegendum se per fallaciam, legis nomine evangelium se dixerit nominasse; in eo quidem quod legem evangelium appellat, non errat; sed in eo est impius in quo sub [4] simili ætate quali nos maledicto qui sub evangelio sumus con- D stituere non pertimescit, exæquans legi circumcisionem & omni Judaismo evangelicam gratiam. Unde etiam discipulus ejus Cælestius aperte ausus est pronuntiare, *legem sic mittere ad regna cælorum sicut evangelium*. Manifestum est enim secundum Pelagium, quia si sub eodem vel simili adhuc sumus vinculo, etiam sub evangelii tempore, [5] ut si
quid tamquam homines erraverimus, aut unum de 141
præceptis evangelii non impleverimus, esse nos maledictos. Quod si ita est, quod absit, tamen ut ille vult sit dictum, exæquatum est legi veteri evangelium. Et ubi erit dictum Paulli Apostoli: [c] *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est:* [d] *Maledi-* B *ctus omnis homo qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.* Quin etiam subdescendens hunc ipsum sensum latius in eodem sermone libelli hujus exsequitur, & latius eum commendat. Post multa enim ibi ait: *Odisse, maledicere, & invidere, mentiri, detrahere, & detrahentibus credere, leve aut nullum putatur esse peccatum; sed hi qui hoc putant, obliti sunt* [6] *quoniam & levis præcepti obnoxios gehennæ legimus esse mancipandos. Dixisse enim*, inquit, *Deum manifestum est:* [e] *Quicumque dixerit fratri suo, Fatue vel Racha, reus erit gehennæ.*

XIV. Hos igitur in ejusmodi impiissimis errori- C bus deprehensos, Pelagium scilicet & Cælestium, ad satisfactionem ecclesiæ Julianus & ceteri sui participes vel modo condemnent; & si quos confidunt adversus catholicam fidem non recte sentire, nominatim designare non dubitent: & ecclesiastico ordine a nobis accipient pro nostra possibilitate respon-
sum, aut ab eo certe quem [7] dicunt a sensu catholico deviare. 142
Sicut enim in supernis præfati sumus, jam multi qui Cælestium & Pelagium cum eo fuerant secuti, Juliani quoque participes & socii facti, derelicto eo, Pelagioque damnato, sedi apostolicæ se submittentes, & pœnitere super his quæ male senserant profitentes, a sanctis patribus digni habiti miseratione suscepti sunt.

*Item* NESTORII *blasphemiarum capitula, quibus litteris ad se missis a sancto* CÆLESTINO *Romanæ urbis episcopo, &* CYRILLO *Alexandrino contradicit, & disputationibus brevissimis respondendo, duodecim capitula fidei quæ ad se missa fuerant, refellit.*

NUnc episcopi Cyrilli priora posuimus, quæ Romana ecclesia approbavit vero judicio, & posteriora Nestorii, ex Greco in Latinum utraque versa.

CYRILLUS DIXIT: Si quis non confitetur Deum esse secundum veritatem qui est Emmanuel, & propter hoc ipsum Dei genitricem sanctam virginem, (peperit enim carnaliter Verbum quod ex Deo est, carnem factum, secundum quod scriptum est: [f] *Et Verbum caro factum est*) anathema sit.

CONTRA HÆC NESTORIUS DIXIT. Si quis eum qui est Emmanuel, Deum Verbum esse dixerit, & non potius nobiscum Deum, hoc est, inhabitasse eam quæ secundum nos est naturam per id quod unitus est massæ nostræ, quam de Maria virgine suscepit, matrem etiam Dei Verbi, & non potius

*a* Prov. XI. 25. sec. LXX. *b* Deut. XXVII. 26. Gal. III. 10. *c* Ibid. *d* Deut. XXVII. 26. *e* Matth. V, 22. *f* Joan. I. 14.

1. *Livaniam* ] Sunt qui loco *Julianæ* positum putent *Livaniæ* nomen, sive amanuensium errore, sive certo quodam auctoris consilio. — BB. ibid. pag. 72.

2. *Qui omnia præc.* ] Perperam edit. Baluz. *qui* NON *omnia præc.* quam quidem negationem probe omittunt exemplaria Noris. & BB.


3. *Ad tegendum se per fallaciam* ] Norisius, *ad agendam semper fallaciam, legis nomine evangelium appellat, non errat*, cet. Intermedia ob vocem *evangelium* repetitam, exscriptoris vel typothetæ vitio videntur omissa. Neque priorum verborum lectio nobis probatur. Ceterum heic BB. secuti rescripsimus, *in* EO *quidem quod legem* cet. ubi Baluzius habet *in* ID *quidem* cet.

4. *Simili ætate quali nos maled.* ] Sic Baluzius veteres codices secutus, ut videre est infra in ejus notis. At Nori- E sius cum BB. *simili & æquali nos maled.* Cotelerius vero *Monum. Eccl. Gr.* tom. III. pag. 581. a. sic legit: *Sed in eo est impius, in quo sub simili ætate* (hoc est, tempore) *æquali nos maledicto* cet. sub æquali maledicto nos qui, cet.

5. *Ut si quid tamq.* ] Sic Norisius cum BB. Sed Baluzius relativum *quid* omittit: minus recte.

6. *Quoniam & levis præcepti obnox.* ] Unus Norisius: *quia ob levis præcepti transgressores obnoxios gehennæ legimus esse mancipandos; cum, inquit Dominus, manifestum est: Quicumque* cet.

7. *Dicunt* ] Substitutum fuerat, *dicent*; proque hac lectione citabatur Bellovacensis codex: sed falso, teste V. C. Baluzio, qui in eo ipso codice reperit, *dicunt*. — BB. l. c. — Neque aliter legit Norisius ex codice Vaticano.



ejus qui Emmanuel est sanctam virginem nuncupaverit, ipsumque Deum Verbum in carnem versum esse quam accepit ad ostentationem deitatis suæ, ut [a] habitu inveniretur ut homo, anathema sit.

*Contradictio* MERCATORIS.

143 HIS PRAVIS DICTIS CATHOLICUS CONTRADICIT ITA. Sic dicit iste, tamquam Deus Verbum non habitaverit in nobis. quod a pio sensu satis alienum est etiam dicere. Singulari autem stultitia & impietate plenum est dicere, Verbum patris Emmanuel non esse, sed eum qui natus est ex Maria, quia inhabitaverit massæ nostræ naturam quam suscepit ex virgine; cum omne humanum genus in B confessione habeat Emmanuel, sicut non ipsi finximus, sed magistra & interpreta didicimus, significare nobiscum Deum. Rursum quid hoc intelligi debeat, id est, *nobiscum Deus*, quæ mens hominis ambigat? Deum namque nobiscum esse cum optamus & invocamus, quid aliud quam ejus potentiæ majestatem: quæ quamvis ubique tota sit, & nusquam divisa, tamen auxilio ejus juvari nos petimus, & volumus nobiscum sit, adjuvans scilicet nos. Igitur si secundum hunc egregium immo pravum magistrum istud Dei Verbo non competit, id est, ut sit quod invocatur, nobiscum, cum sua viderit ipse blasphemia. Sed si, ut vult, iterum iste est nobiscum, cui Emmanuel vocabulum com- C petat, id est, qui massæ nostræ primitias habuit; duo erunt sine dubio secundum prudentissimam immo vecordissimam & impiissimam definitionem ejus: unus qui non sit Emmanuel, id est, nobiscum Deus, & alter qui ab annis quadringentis & eo 144 quod excurrit recens quidam & novellus Deus cœperit esse nobiscum.

Addit quoque ut matrem Dei Verbi si quis dixerit sacram virginem, anathema sit. Multum, ut volunt fautores ejus, post admonitionem iste correxit sceleratam primam sententiam suam, qua universo mundo scandalum generavit, negans eam esse Θεοτόκον. Dicunt enim eum post admonitionem dixisse vel pronuntiasse Θεοτόκον. Claruit igitur & D ibi tunc quomodo dixerit, & nunc quantum in pejus profecerit. Non ergo, ut vult, Dei Verbi, sed Emmanuelis est mater Virgo. Ergo secundum sapientissimam disputationem ejus hunc ideo vult dictum *nobiscum*, quia massæ nostræ unitus est, quam suscepit. Quid faciet cum dicitur Deus? Neque enim *Emmanu* tantum dictus est, non etiam *hel*, id est, nobiscum & Deus. Ergo iste quem nos confiteri compellit magister erroneus, cujus auctoritatis, cujus erit potentiæ, temporarius & recens, scriptura clamante: [b] *Israel, non erit in te Deus recens & novellus?* Deinde antiquum illum suum, quem nobscium esse non vult, Deum dicit, an Verbum tantummodo patris? Forsitan non sub- E stantiale, ut Samosatenus olim Paullus, sed [1] prolativum atque imperativum intelligat. Quis ergo ex hoc intelligat, non advertat ejusdem Paulli eum hæresim evidendissime sapere, qui sub occasione unius prædicandi Dei, id est, monarchiæ, Deum patrem solum definit Deum verum; Verbum autem ejus, Verbum, quod operationibus ex imperio præsit, sicut hominis prolativum verbum, quod im- A plet opera quæ statuerit? Emmanuelem autem, non natura, sed Dei gratia, dicit Deum illius Verbi participatione seu societate, & ut expressius dicere 145 solet, conjunctione, vel etiam unitione, & interdum unitate. Quam unitatem perraro cum dicit, ad decipiendos imperitos auditores, salvo sibi sensu suo, ita intelligit sicut illud in evangelio dictum est: [c] *Pater sancte, fac ut & isti unum sint in nobis, sicut & nos unum sumus.* Quæ ejus arguta unitas cum sonuerit in auribus populi imperiti, acclamatur, nosque sycophantæ & invidi dicimur: Ecce, inquiunt, unum dixit: quid vultis amplius?

Accedit vanum ejus illud argumentum quo putat se excludere catholicam fidem, quæ secundum evangelistam Joannem dicit & sentit: [d] *Verbum caro factum est*; ut illam hinc putet confici, quia si hoc dicatur, versum esse pronuntietur in carnem Deum Verbum: quod & re vera fidei rectæ valde alienum est. Manens enim Dei Verbum semper in natura & essentia patris, in una eademque qua est & erat essentia & est incommutabiliter, pro nostra salute factus est homo, quod non erat; ut nos singulos, quod non eramus, faceret filios suos. Hoc etiam symboli ratio Nicænæ fidei, hoc veterum tractatorum omnium definitio tenuit & ad nos usque transmisit.

Addit autem iste, ad ostentationem sui, massam suscepisse Dei Verbum, id est, ut habitu, inquit, inveniretur ut homo, ostentatione Deus. Et hæc vana impia Græcus ejus sermo declarat. Αὐτόν τε τοῦ Θεοῦ λόγον εἰς σάρκα ἐάν τις εἴποι τετράφθαι, ἣν ἔλαβεν ἐν σχηματισμῷ τῆς Θεότητος ἑαυτοῦ, ἵνα σχήματι εὑρεθῇ ὡς ἄνθρωπος, ἀνάθεμα ἔστω: quod est; *Ipsumque Dei Verbum* [2] *versum esse in carnem, quam accepit ad ostentationem deitatis suæ, ut habitu inveniatur ut homo, anathema sit.* 146 σχηματισμὸν καὶ σχῆμα habere differentiam omnes Græci cognoscunt. σχηματισμὸν namque illum Græci iutelligunt ubi non veritas, sed [3] præstio ad fallendos sensus aliquos assumitur, simulatio est vel pigmentum; σχῆμα autem ipsam habitus significare veritatem: quæ nos ostentationem & habitum dicere possimus; ut ostentatio deceptoria sit, habitus vero naturæ omnis ostensio. Quid sibi ergo novus & vanus iste vult magister? Scire vellemus quo se σχηματισμῷ videri se fecerit iste novus Deus ejus? Ipsius enim dicendus est, non Christianorum. Quo vero schemate inventus est tamquam homo? Videtis ne hunc, seu voluntate nequissima, seu stulta ignorantia, in Manichæistam esse prolapsum, qui Deum non vult verum hominem, sed phantasticum id est putativum Christum Dei filium credere?

CYRILLUS DIXIT. Qui non confitetur carne substantialiter unum esse Verbum patris, unum quoque esse Christum cum propria carne, & eumdem ipsum sine dubio Deum simul & hominem, anathema sit.

NESTORIUS DIXIT. Si quis in Verbi Dei conjunctione, quæ ad carnem facta est, de loco in locum mutationem divinæ essentiæ dixerit factam, ejusque divinæ naturæ carnem capacem dixerit ac partiliter unitam carni, aut iterum in infinitum incircumscriptam divinæ naturæ coextenderit car-

*a* Philipp. II. 7. *b* Psalm. LXXX. 10. *c* Joan. XVII. 11. *d* Joan. I. 14.

1. *Prolativum atque imper.* ] Videas infra pag. 166. Cotelerii notam in hunc locum.

2. Supple ex Græc. *si quis dixerit.*

3. *Præstio* ] Cotelerius l. c. pag. 534. a. *præsentatio* legendum conjicit. Sæpe enim, inquit, breviatio animadversa errorem parit. — Ex contextu existimaverim equidem scripsisse Mercatorem *præstigiæ* aut *præstigia*, vel si mavis, *præstigium*, quod habet Cangius in Glossario, aut quid simile quod opponatur *veritati*. Σχηματισμὸς enim Hesychio est πλάσμα, *figmentum*: quam sane vocem heic interpretari eo sensu comperitur auctor.

nem ad capiendum Deum, eamdemque ipsam naturam & Deum dicat & hominem, anathema sit.

147 CONTRADICITUR A CATHOLICO. Quasi hæc consequatur & cogat intelligi ut si quis dixerit substantialiter esse unitum filium Dei massæ nostræ, statim eum illa absurditas premat, qua corporum more demutationem Dei & protensionem & inclusionem cogat fateri. Sed non ita est, cum nec hominis humana anima hoc in suo corpore patiatur. Quanto magis istud de divina natura minime sentiendum est? Deinde dicit eumdem Christum naturaliter Deum & hominem non esse, sed unum filium Christum. Quæ est ista novitas tam inaudita, quæ tantis labyrinthi quodammodo anfractibus obscuretur? Unum dici filium debere definit; & invito illo, immo suffocato, hac sapidula ejus disputatione duo procedunt. Nam si Christus, quem esse etiam Emmanuel vult, Dei filius naturaliter non est, sed Verbum patris secundum naturam est filius; duo sunt sine dubio, unus naturaliter, alter non natura, sed gratia; unus ex æterno, alter ex tempore. *Sed unus*, inquit, *ideo quia ab illo qui est natura, adscitus est in societatem seu conjunctionem, alter ab altero*. Quod totum quam vanum quamque impium sit, quicumque catholicus legit, advertat. Et tamen secundum rectam & veram fidem unus est filius Dei Deus Verbum cum homine suo, quem, quando voluit, ex anima rationali & corpore vero ac solido assumsit; nec divisus nec duplex est, ut hic somniat, sed unus, & ut ita dicam, totus atque idem Deus & homo, immo, ut signatius dicam, Deus homo, & homo Deus.

CYRILLUS DIXIT. Si quis in uno Christo dividit substantias post unitionem, sola eas societate connectens secundum dignitatem, auctoritatem, aut

148 potentiam, & non magis conventu ad unitatem naturalem, anathema sit.

NESTORIUS DIXIT. Si quis non secundum conjunctionem unum dixerit Christum qui est etiam Emmanuel, secundum naturam. (Ex utraque etiam substantia tam Dei Verbi quam etiam assumti ab eo hominis unam filii connexionem, quam etiam nunc inconfuse servant, minime confiteatur) anathema sit.

CONTRADICITUR. Sequitur se prorsus, & numquam a propria pessima intentione discedit, qua unum naturaliter filium introducere molitur, alterum societate conjunctum, qui non naturaliter, sed positive, vel filius vel Deus esse dicatur, nec tamen veritate sit Deus.

CYRILLUS DIXIT. Si quis duabus personis aut substantiis decernat eas voces quæ tam evangelicis quam apostolicis litteris continentur, aut etiam eas quæ de Christo a sanctis dicuntur, vel ab ipso Christo de se ipso; & aliquas quidem ex his tamquam homini præter Dei Verbum, qui quasi specialiter intelligi debent, applicandas crediderit, aliquas vero, tamquam Deo dignas, soli Verbo Dei patris deputaverit, anathema sit.

NESTORIUS DIXIT. Si quis eas voces quæ tam evangelicis quam epistolis apostolicis de Christo, qui est ex utraque, conscriptæ sunt, accipiat tamquam de una natura, ipsique Dei Verbo tribuere passiones tentaverit tam carne quam etiam deitate, anathema sit.

CONTRADICITUR. Consequens esse putat & tamquam coartetur confiteri divinam naturam esse passibilem. Si quis dixerit quia filius Dei Deus passus est pro nobis. Et nescit quia totus homo communis ex anima & corpore cum patitur, nihil in animæ natura ex dolore patiatur? Deinde non est is prudentior patribus in Nicæno concilio constitutis, qui fidem symboli ab Apostolis traditi nobis propter Arrii impietatem, quæ tunc emerserat, latius exponentes, ita pronuntiaverunt, *Credimus*, dicentes post Dei & patris confessionem, *& in unum Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, consubstantivum patri, quod Græci ὁμοούσιον dicunt, natum, non factum, per quem omnia fecit Deus pater; qui propter nos & propter nostram salutem ultimis temporibus descendit de cælis, incarnatus est, passus, crucifixus, mortuus, sepultus, resurrexit tertia die, venturus judicare vivos & mortuos*. Et reliqua. Numquid isti Jesum Christum, qui Emmanuel & passibilis esset, alterum vero patris Verbum impassibilem intellexerunt? Sed unum eumdemque Deum æternum cum assumto ultimis temporibus corpore suo impassibilem deitate, passibilem corpore, in quo pro nobis, & cum quo, tamquam proprio, nasceretur, videretur, pateretur, & resurgeret tertia die, iterum cum ipso venturus de cælis judicare vivos & mortuos.

149

CYRILLUS DIXIT. Si quis audet dicere ἄνθρωπον θεοφόρον, id est, hominem Deo utentem, seu portantem, Christum, & non potius Deum esse secundum veritatem, tamquam unicum filium, qui naturaliter, secundum quod Verbum caro factum est, participaverit nobis similiter carne & sanguine, anathema sit.

NESTORIUS DIXIT. Si quis post assumtionem hominis naturaliter Dei filium unum esse audet dicere, cum sit & Emmanuel, anathema sit. 150

CATHOLICUS CONTRADICIT. Ergo duo sunt, stultissime & impiissime, secundum te; unus qui sit naturaliter, & alius positione. Et quomodo hoc non impium est?

CYRILLUS DIXIT. Si quis dicit Deum vel Dominum esse Christi Verbum patris, & non magis eumdem ipsum confitetur Deum & hominem simul, tamquam Verbo carne facto secundum scripturas, anathema sit.

NESTORIUS DIXIT. Si quis post incarnationem Deum Verbum alterum quempiam præter Christum nominaverit, servi sane formam cum Deo Verbo initium non habere & hanc increatam, ut ipse est, esse dicere tentaverit, & non potius ab ipso creatam confiteatur, tamquam a naturali domino & creatore & Deo, quam suscitare propria virtute promisit: [a] *Solvite*, dicens ad Judæos, *templum hoc, & in triduo suscitabo illud*, anathema sit.

CATHOLICUS CONTRADICIT. Stultorum struthionum videtur hic sermo [1] recelare, qui collo tenus absconditos se putant, & reliquum periculis corpus exponunt. Unum dicit esse Christum, & suas superiores sententias impiissimas non videt, cito oblitus Emmanuelis sui. Denique a quo umquam audivit corpus Domini consempiternum ei esse; quamvis ex quo id dignatus assumere est per-

a Joan. II. 19.

1. *Recelare*] Conjectabat Cotelerius l. c. pag. 534. a. sic legendum atque interpungendum esse locum istum: *Struthionum videtur hic sermo; recelavere* (aut *se celavere*) *qui collo tenus absconditos se putant*. Cangio in Glossario RECELARE est *Occultare*: quam significationem ex variis mediæ & infimæ Latinitatis monumentis confirmat. Abit in alia omnia Baluzius.

petuum; tamquam quod sit ejus, coæternumque sit ei. Utinam sic saperet unum filium Dei Deum Verbum, secundum symbolum fidei, una cum assumto perfecto homine ex anima rationali & corpore, (qui, ut scriptum est [a]: *Ægritudines nostras ipse portavit, & pro nobis dolet*, eas videlicet [b] *suspendens in corpore suo super lignum*) & non
151 ad hanc vanam impietatem Paulli Samosateni descenderet, duarum naturarum & personarum merita dividendo.

CYRILLUS DIXIT. Si quis dicit in Jesu tamquam in homine Deum Verbum fuisse inoperatum, & unigeniti dignitatem tamquam alteri præter ipsum exsistenti tribuendam esse, anathema sit.

NESTORIUS DIXIT. Si quis hominem qui de virgine creatus est, hunc esse dixerit unigenitum qui [c] ex utero patris ante luciferum natus est, & non magis propter unitionem ad eum qui est unigenitus naturaliter patris, unigeniti eum appellatione confiteatur eumque participem magis factum, Jesum quoque alterum quempiam præter Emmanuel dicat, anathema sit.

A CATHOLICO CONTRADICITUR. Eadem & per eadem volens, in eodem luto versuram solvit. Prodit enim iterum de tortuosis cavernis sibilans patris sui more serpentis. Producit namque unigenitum, quem natura filium Dei vult intelligi; quem tamen nobiscum Deum esse non censet, quia ei nomen Emmanuelis naturale non tribuit, sed significativam solius vocabuli appellationem; sicut & temporali Emmanueli suo unigeniti nomen minime naturale largitur, sed propter copulationem seu conjunctionem illius naturalis unigeniti inanem nuncupationem relinquit.

CYRILLUS DIXIT. Si quis audet dicere assumtum hominem coadorari cum Deo Verbo oportere & connuncupari Deum tamquam alterum cum al-
152 tero, (adjectio enim hujus syllabæ hoc cogit intelligi) & non magis una reverentia veneratur Emmanuelem, unamque glorificationem dependit, secundum quod Verbum caro factum est, anathema sit.

NESTORIUS DIXIT. Si quis servi formam per se ipsam, hoc est, secundum propriæ naturæ rationem, colendam esse dixerit & omnium rerum dominam esse, & non potius per societatem qua beatæ & ex se naturaliter dominicæ unigeniti naturæ conjuncta & connexa est, veneratur, anathema sit.

CONTRADICIT CATHOLICUS. Nullus umquam Christianorum separavit & divisit per distantiam seu differentiam meritorum unum & eumdem Deum Dei filium Jesum Christum, ut eum sibi ipsum diversa dignitate duplicem, ac si disparem, demonstraret.

CYRILLUS DIXIT. Si quis eum qui unus est Dominus Jesus Christus, glorificatum esse ab Spiritu sancto tamquam aliena potentia, qua per eum uteretur, ab eoque meruisse operari posse adversus immundos spiritus, & per ipsum implesse divina signa, & non magis proprium ejus esse Spiritum sanctum dicat, sicut & patris per quem signa operatus est, anathema sit.

NESTORIUS DIXIT. Si quis formæ servi consubstantialem esse dixerit Spiritum sanctum, & non potius per illius mediationis quæ est ad Deum Verbum ab ipsa conceptione habuisse dixerit copulationem seu conjunctionem, per quam in homines communes simul nonnumquam miserandas curationes exercuit, & ex hoc fugandorum spirituum eveniebat esse potestatem, anathema sit.

CATHOLICUS CONTRADICIT. Quam mediatio- 153
nem inter Deum Verbum & Spiritum sanctum asfert, inauditam sæculis omnibus & omnibus hominibus, scire non possumus, cum unam esse mediationem scripturæ divinæ testentur, his Paulli Apostoli dictis: [d] *Unus enim mediator Dei & hominum homo Christus Jesus*. Et iterum: [e] *Ipse enim, qui fecit utraque unum, & medium parietem solvens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum in decretis evacuans, ut duos condat in semet ipso in uno novo homine, faciens pacem*: & cetera quæ inserere longum est. Quid ergo sibi vult ista novitas inaudita, nisi vult etiam ab Spiritu sancti substantia Christum separare, nec eum a se potuisse signa & virtutes sine hujus ea mediatione, vel etiam auxilio operari?

CYRILLUS DIXIT. [f] *Pontificem & Apostolum confessionis nostræ* Christum factum esse sancta scriptura designat. [g] Obtulit enim se ipsum pro nobis Deo patri in odorem suavitatis. Si quis ergo Pontificem nostrum & Apostolum alium dixerit esse factum præterquam ipsum Deum Dei Verbum, quando factum est caro & secundum nos homo, sed quasi alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere; & si quis dicit quia pro se obtulit semet ipsum oblationem, & non magis pro nobis solis, (non enim indiguit oblatione qui peccatum nescit) anathema sit.

NESTORIUS DIXIT. Si quis illud in principio Verbum Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse seque ipsum obtulisse pro nobis dicat, & non Emmanuelis esse apostolatum potius
dixerit, oblationemque secundum eamdem dividat 154
rationem, ei qui univit & illi qui unitus est ad unam societatem filii, hoc est, Deo quæ Dei sunt, & homini quæ sunt hominis non deputans, anathema sit.

CATHOLICUS CONTRADICIT. Ecce iterum cum suo, quia ipsius semper dicendus est, Emmanuel, quam manifestus est apparuit; cui propria merita separatim consignat, tamquam infimo & longe inferiori quam ille est alius, quem decernit non esse nobiscum Deum, naturaliter tamen Deum, qui illum dignatione conjunctionis, vocabulo seu nuncupatione, non autem natura, faciat Deum.

CYRILLUS DIXIT. Si quis non confitetur carnem Domini vivificatricem esse tamquam propriam ipsius Dei Verbi, sed quasi alterius cujuspiam præter ipsum, conjuncti quidem secundum dignitatem, aut secundum quod solam divinam inhabitationem habuerit, & non potius, ut diximus, vivificatricem esse, quia facta est propria Verbi Dei, cui omnia vivificare possibile est, anathema sit.

NESTORIUS DIXIT. Si quis unitam carnem Verbo Dei ex naturæ propriæ possibilitate vivificatricem esse dixerit, ipso Domino & Deo pronuntiante: [h] *Spiritus est qui vivificat, caro nihil prodest*, anathema sit. ET SUBJUNGIT: [i] *Spiritus est Deus*, a Domino pronuntiatum est. Si quis ergo Deum Verbum carnaliter secundum substantiam carnem factum esse dicat, hoc autem modo, *inquit*, & specialiter custodite, maxime Domino Christo post resurrectionem discipulis suis dicente: [k] *Palpate & videte quoniam Spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere*, anathema sit.

CATHOLICUS CONTRADICIT. Claudendæ Chri- 155
stianæ aures, ne tantam apertam blasphemiam au-

*a* Isa. LIII. 4. *b* I. Pet. II. 24. *c* Psalm. CIX. 3. *d* I. Tim. II. 5. *e* Ephes. II. 14. 15. *f* Heb. III. 1. *g* Ephes. V. 2. *h* Joan. VI. 64. *i* Joan. IV. 24. *k* Luc. XXIV. 39.

diant. Ait namque carnem Christi per suam naturam vivificatricem non esse, & adhibet evangelicum testimonium, & id impietati suæ existimat convenire: quod quam scelestè & violenter attraxerit, ipsa veritas evangelica feriat oculos ejus. Namque ibi tunc dictum est: [a] *Spiritus est qui vivificat, caro nihil prodest*, quando docebat Apostolos secundum interiorem hominem, id est, non carnaliter, sed spiritualiter vivere oportere, & secundum hoc intelligere quæ audiebant. Ubi recte convenit dictum: *Spiritus est qui vivificat, caro nihil prodest*. Et hic sanctissimus, ut inutilem & fragilem atque infirmam esse carnem Christi persuadeat, ad suum blasphemium sensum sententiam hanc Salvatoris violenter attraxit, tamquam de sua carne ille dixisset, *caro nihil prodest*. Et ubi est Domini item illud dictum: [b] *Nisi manducaveritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobismet ipsis*? Quam totam evangelicam circumstantiam ad confutandum eum vel sequaces ejus inserere necessarium & plus quam utile duximus. Dixit ergo Jesus: [c] *Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem verum de cælo. Panis enim Dei est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis hunc panem. Dixit ergo ad eos Jesus: Ego sum panis vitæ. Qui venit ad me, non esuriet; & qui credit in me, non sitiet umquam: sed dixi vobis quia & vidistis me & non credidistis. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit*
156 *ad me non ejiciam foras; quia descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui me misit: ut omnis qui viderit filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die. Murmurabant ergo de eo Judæi ad Jesum quia dicebat: Ego sum panis qui de cælo descendi; & dicebant: Nonne hic est Joseph filius fabri, cujus nos novimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit, quia de cælo descendi? Respondit ergo Jesus, & dixit: Nolite invicem murmurare. Non potest ad me venire quisquam, nisi eum pater qui me misit, attraxerit, & ego resuscitabo eum in novissimo die. Scriptum est enim in prophetis: Et erunt omnes docti Dei. Omnis ergo qui audit a patre, & didicit, venit ad me; non quia patrem vidit quisquam, nisi qui est a Deo, ipse vidit patrem. Amen amen dico vobis, omnis qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis qui de cælo descendit, ut qui manducaverit ex eo, non moriatur. Ego sum panis vitæ, qui de cælo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro sæculi vita. Litigabant ergo Judæi ad invicem dicentes: Quomodo potest iste dare nobis carnem suam manducare? Dixit ad eos Jesus: Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobismet ipsis. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die: caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in illo. Sicut enim misit me pa-*
157 *ter, & ego vivo per patrem; qui manducat me, & ille vivet per me. Hic est panis qui de cælo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri in deserto manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. Hæc dixit docens in synagoga in Capharnaum. Multi ergo audientes de discipulis dixerunt: Durus est hic sermo: quis potest audire eum? Sciens autem Jesus apud semet ipsum quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis: Hoc vos offendit? Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est qui vivificat, caro nihil prodest.*

Sed quid miramur eum hoc fecisse de evangelii testimonio, cum & illud aliud similiter violenter attraxerit & abusus sit ad impietatem sensus sui, quo putavit evangelica auctoritate ei robur afferre, ubi dictum est: [d] *Quod de carne natum est, caro est; quod de spiritu, spiritus est*. Namque hoc testimonium adhibuit in illo insipientissimo tractatu suo, in quo primo de virgineo partu disputavit. [1] Quo in loco sic dixit: *Non peperit Deum Maria, vir optime. Quod enim de carne nascitur, caro est, & quod de spiritu, spiritus est: sed peperit hominem deitatis instrumentum & hominem portantem Deum*. Cum illo tempore ad Nicodemum archisynagogum tunc non credentem dictis Salvatoris sermo esset, quia carnaliter saperet cum audiret: [e] *Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest salvus fieri*, retulit ille: *Quomodo potest istud fieri? Numquid senex iterum introibo in uterum matris meæ, ut renascar?* Tuncque, notata stultitia ejus, qua, ut dixi, non spiritaliter sed carnaliter saperet, aperte audivit: [f] *Nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum Dei*:
sive, ut alibi scriptum est: [g] *Nisi quis renatus fu-* 158
*erit denuo*: ubi subjunxit: *Quod de carne natum est, caro est*.

Hæc cum ita sint, ubi & quando adhibendum iste putavit dictum hoc: *Quod de carne natum est, caro est*? scilicet ut Deum Christum ex virgine natum negaret. Hæc cum ita sint, ubi & quando adhibendum iste putavit dictum hoc: *Quod de carne natum est, caro est*? Namque hoc testimonium quo ei proficit, nisi ut qui ex carne virginis caro natus est, sicut homo sit tantum, in quo Deus Verbum habitare dignatus est?

CYRILLUS DIXIT. Si quis non confitetur Deum Verbum carne passum esse, & carne crucifixum, & mortem carne gustasse factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod est & vita & vivificator, tamquam Deus, anathema sit.


NESTORIUS DIXIT. Si quis confitens passiones carnis, has quoque Verbo Dei & carni simul, in qua factus est, sine discretione dignitatis naturarum tribuerit, anathema sit.

CATHOLICUS CONTRADICIT. Quid furit incassum? Quid insanit inaniter? Nemo mente captus, dumtaxat Christianus, illi ineffabili divinæ naturæ secundum ipsam vivam essentiam vel naturam quaslibet passiones, vel quas caro nostra vel animus perturbationes & mobilitates vel ex lætis vel ex tristibus patitur tribuit, quia nec animæ humanæ corporeos dolores assignat. Est enim in his impassibilis, quia & immortalis; quamvis proprias suas, ut supra memoravimus, habeat ex mobilitate passiones. Tamen quamdiu in consortio carnis suæ degit, ut doloribus illius compatiatur ex tristitia necesse est, nihil ipsa, ut diximus, doloribus patiens
in sua essentia vel natura. Ita incomparabiliter & 159
inæstimabiliter atque inenarrabiliter illud Verbum,

a Joan. IV. 64. b Joan. VI. 54. c Ibid. ℣℣. 32-64. d Joan. III. 6. e Ibid. ℣℣. 3. 4. f Ibid. ℣. 5. g Ibid. ℣℣. 3. 6.

1. *Quo in loco cet.*] Vide supra pag. 55.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.



Dei filius, Deus gerens hominem, passus ex anima & corpore, rectissime dicitur passus quidquid illa suscepta humanitas pertulit. Ipsius enim propria tota illa humana substantia erat, quam sanandam susceperat sibi conjungens, unum se totum cum illa faciendo, & cum illa Deus manens quod erat, exsistens etiam homo. Homo quoque Deus ad judicandum venturus, secundum prophetæ dictum, quo visibilem dicit esse venturum: [a] *Videbunt*, inquiens, *in quem compupugerunt*. Et alius propheta: [b] *Et homo est, & quis agnoscit eum?* In actibus autem Apostolorum angeli ad eosdem Apostolos: [c] *Viri Galilæi, quid miramini hunc virum quem videtis Jesum aspicientes in cælum? qui assumtus est a vobis in cælum, sic veniet sicut vidistis eum euntem in cælum.*

Cum autem illud ejus in superiore sermone vel tractatu legitur qui est circa finem quaternionis, ad locum ubi signum [1] asteriscorum est, indiscussum remanere non debet, ubi magni ludibrii sensus inauditos inferre molitur. Vult enim quod Christus a Matthæo neutræ naturæ esse prædicatus est. Quod si ita est, quod absit, ergo nullius erit, nisi forte, quod ejus capitis periculo dictum sit, beluinæ. Hanc autem illi cum impietate vecordiam ultimam parit pravus sensus ejus quo duplicem Christum pronuntiat, velut hominem & Deum a se natura divisos, cautissimus quasi & rationis liquidæ disputator; & non videt alterum [2] orricum vaniore cautela occurrentem sibi, qui ei Christum apud se fabricatum triplicem ingerat, ex anima scilicet,
160 & corpore & Deo. Quid si ei Apollinaris quoque in faciem veniat, quemlibet communem hominem τρισυπόστατον ex anima & corpore & mente definit, aliud mentem esse volens seu rationem, aliud animam, diversæ scilicet naturæ, diversæ substantiæ? Qui quamvis in Christo mentem seu rationem non fuisse, sed animam sine mente, pro ea autem Domini Verbum, qui officium mentis impleret, cum impietate deliret, tamen si quid ille prævaluisset, quod absit, ut homo communis, ut diximus, triplex esse crederetur, nonne hic insanissimus magister quadruplicem nobis intulerat Christum, ex anima, corpore, mente, & Deo? His igitur deliramentis omissis, Christum nos Deum ab æterno Verbum apud patrem, carnem factum, id est, hominem factum, confitemur ex anima rationali & corpore, manente in eo incommutabili atque inconvertibili cum patre & Spiritu sancto divina natura, unum totum indivisum a sua carne & anima, ut diximus, rationali, non duplicem dicendum, non triplicem, quia nec homo communis unus ex anima rationali & corpore duplex aut triplex umquam dici potuit, sed in singularitate status sui unus & una substantia: ita & illa ineffabilis divina filii Dei majestas in sua persona & substantia una est cum assumta anima sua compote mentis suæ sive rationis & solido ac perfecto corpore suo, nihil horum ab istis vanissimis & impiissimis dupli vel tripli in se appellationis admittens propter unitatem vel singularitatem, in qua ei hominem suscipere & gerere placuit, seque Deo & illo facere unum Dominum Jesum Christum cum patre & Spiritu sancto
161 in Trinitate unum Deum manentem in sæcula; de quo Joannes Apostolus in epistola sua prima ita ait: [d] *Quod fuit ab initio, quod audivimus, & vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & ma-*
A *nus nostræ palpaverunt de Verbo vitæ: & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis: quod vidimus & audivimus, annuntiamus vobis, ut & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre & cum filio ejus Jesu Christo.*

Quid etiam in secundo folio quaternionis noni codicis hujus ab illo ubi hoc signum est dictum contineatur, cautus & prudens lector attendat. Cum enim miræ fatuitatis & dementiæ hic homo sit, impietatis autem abruptissimæ, mirandum est hunc ita vecordem sequaces vel auditores sensus alicujus homines habere potuisse. Ne igitur sanctam virginem
B Mariam Θεοτόκον confiteatur, quid vanus dicat solicite videamus. *Nusquam*, inquit, *Nicænum concilium ausum est dicere, quia Verbum Deus natus est ex Maria virgine.* Ait enim hoc concilium, inquit: *Credimus & in unum Dominum Jesum Christum*, cum utique Jesus Christus non sit huic ipsi aliud nisi Dominus, qui Dominus Dei Verbum Deique filius sine dubio est, quique cum assumto suo corpore & anima rationali integer homo factus, in illius sanctæ feminæ utero figuratus atque procreatus, procedensque jam totus Deus atque homo, totum & totus inseparabiliter unum atque unus est. Hic ipse autem magister insanus unde Jesum Christum saltem Dominum dicit, si ei & Verbum Dei
C non est? Neque enim ulli creaturæ dominatio competit nisi soli Deo. An hoc doctor hic egregius 162
novit? Si igitur Jesus etiam Deus non est apud illum ab ipso & in ipso & cum ipso conceptu & partu, ut recte genitrix Dei, id est, secundum rectissimam veterum patrum definitionem Θεοτόκος sit, unde illi saltem Dominus visus est esse? Deinde Christi nomen quis ei dixit, vel ubi somniavit duarum esse nomen significativum naturarum? Magis hominem hoc nomen apud homines exprimat intelligendum ἀπὸ τῆς χρίσεως, id est, ab unctione unctum, quod Dei naturæ non competebat.

Accedit illud ejus inæstimabilis fatuitatis, quo dicat dixisse illud sanctum concilium Jesum Christum
D unigenitum; qui de Deo patre natus est, consubstantivum, id est, ὁμοούσιον patri, qui propter nos descendit. Jesus certe, ut ipse vult, homo est. Dicatur, quæso, quomodo ei vel apud eum patri Deo consubstantivus est, nisi tamquam Deus ex patre genitus Deo? Aut iterum quomodo ei Deus non est qui de Maria est? Si natus ita est, quomodo sensit & pronuntiavit concilium Nicænum, & huic Verbo tantum tenus placuit consistere; quid ergo solidum, quid sanum, quid integrum apud istum est?

Accedit etiam alius impietatis deliramentum dicentis, prætermisisse illos patres pronuntiare credere se in Deum Verbum filium unigenitum; sed dixerunt,
E inquit, unum se credere Dominum Jesum Christum, consubstantivum patri, Deum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt; tamquam Deus Verbum apud istum filius non sit, sicut inferius ejus sermone apertius declaratur. Quæ hujus hæc vanitas, quæve dementia, 163
quodve ludibrium potius in tam inconstanti sermone non minus stulto quam impio, ut Verbum Dei filius ei non sit, ut Jesus ex medietate Deus, ex medietate homo, Verbum tamen idem Dei filius esse non possit, modo consubstantivus natus

a Zach. XII. 10. b Jer. XVII. 9. sec. LXX. c Act. I. 11. d I. Joan. I. 1-3.

1. *Asteriscorum*] De asteriscis singulare quiddam tradit Montfauconius V. C. in *Palæogr. Gr.* lib. V. cap. V. pag. 371.
2. *Orricum vaniore cautela*] Valde suspicor, immo tantum non affirmo, veram lectionem esse, *Arrii cum vaniore cautela*. Sed cujusvis esto judicium. Coteler. l. c. pag. 635. b.



ex Deo patre, Deus verus de Deo vero, lumen de lumine? poſtea vero horum nihil proprium naturaliter habens, ſed ſola nuncupatione alterius particeps divinæ dignitatis, tamquam homo natus ex tempore? Claudendæ ſane Chriſtianæ aures, cum dicitur filii nomen non ſignificare Verbum illud patris quod ex ipſo & in ipſo eſt. Et quod teſtimonium inferat, eſto lector attentus. [a] *Miſit*, inquit, *Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege*; videlicet ut quia natus ex muliere non eſt Deus, Verbum filius ei non ſit, ſed alius qui potuit naſci partu mulieris. Certe ſuperius placuerat illi patrum ſententia, Jeſum Chriſtum patri Deo conſubſtantivum eſſe, Deum de Deo vero, lumen de lumine: & rectiſſime placuerat. Quid illi de Verbo Dei, quod in principio apud Deum erat, & Deus erat, ſubito iterum viſum eſt ut Dei filius non ſit? Aut Jeſum Chriſtum, qui conſubſtantialis Deo patri eſt, & Deus verus de Deo vero, & lumen de lumine, ſicut ei optime placuerat patres Nicæni definiiſſe concilii, Deum non eſſe, ut totus & totum, unus & idem & unumquidquid eſt: & de illo dicitur, & quo pacto enuntiatur, intelligi debeat & ſentiri. Qui tamen ſi factus eſt homo, ut Joannes evangeliſta fideliſſimus & veraciſſimus teſtis eſt, quia [b] *Verbum caro factum eſt*, & id dubium non eſt;
164 non eſt negandum, (quod hic ficte erubeſcit) factum eſſe ſub lege & in ſe univerſa ſuſcepiſſe quæ tamquam homo factus gerere debuit; ſed ſic non eſt negandum, immo totis viribus confitendum, ut manente apud eum deitatis impaſſibili ex omni parte natura, ſuſcepta ab eo iſta eſſe credantur.

Quis autem etiam hoc ejus aliud deliramentum æquo animo ferat quo ait, Chriſtum Jeſum ſuum ipſius dominum eſſe, cujus verba ſunt iſta. *Hoc autem dico*, inquit, *ut noveritis quam ſuperexcellens & ſumma quædam conjunctio exſiſtebat, etiam in infante ipſo, cum dominica caro conſpicitur. Erat enim ipſe & infans & infantis ipſius dominus*. Quis umquam ſuus eſſe dominus dictus eſt? Sed hic cum vult & conatur quartam introducere in ſancta trinitate perſonam atque ſubſtantiam, miræ ſtoliditatis & impietatis maculis [1] inquinatus.

Quartum quoque tractatum ejus, qui in iſto codice continetur, diligentius & ſolicitius conſiderandum admonemus, cujus initium iſtud eſt: [2] *Dulcem nobis præcedens doctor menſam caritatis appoſuit &c.* Ad cujus loca pervidenda, quæ heic exponere curavimus, [3] ſigna labyrinthorum appoſita lector inveniet. Ibi namque inter Samoſatenum Paullum & Photinum magiſtros ſuos, purgare perſtudens, tamquam ab eorum doctrina alienus, differentiam quæ ſit molitus oſtendere eſt, atque ita ait: *Paullus quidem in eo quod dicit Chriſtum hominem ſolum & tunc initium habere ex quo de virgine natus eſt*. Quod totum impietatis malum Photini eſt magis ab Hebione Stoico philoſopho tractum, tempore adhuc Joannis Apoſtoli intra Aſiam exſtitit, &
165 Chriſtum hominem communem ex Joſeph & Ma-

A ria natum & eum vitæ merito omne humanum genus præiſſe, proque hoc in Dei filium adoptatum auſus eſt prædicare, aſſerens ſe Matthæi, Marci & Lucæ evangeliſtarum auctoritatem ſecutum. Quo tempore Joannes Apoſtolus contra hunc condidit evangelium, quo præfatus ait [c] in principio eſſe Verbum, & Verbum eſſe apud patrem, & Deum eſſe Verbum. Poſt quam præfationem ſubdeſcendens, ut oſtenderet quem illi tres evangeliſtæ hominem ſcripſerant, eſſe etiam Deum, ait: [d] *Quod factum eſt in illo, vita eſt*. Et poſt pauca: [e] *Et Verbum caro factum eſt*. Hunc itaque Hebionem philoſophum ſecutus Marcellus Galata eſt, Photinus quoque, & ultimis temporibus [4] Sardicenſis Bonoſus,
B qui a Damaſo urbis Romæ epiſcopo prædamnatus eſt.

Paullus autem Samoſatenus, qui fuit Antiochiæ epiſcopus temporibus Aureliani principis, verum eſt quidem quod Chriſtum communiter ut ceteri natum hominem ex utroque parente definit; Verbum autem Dei patris non ſubſtantivum ſed [5] prolativum vel imperativum ſenſit atque pronuntiavit, non, ut fides habet catholica, Verbum in ſubſtantia vel eſſentia conſubſtantivum, id eſt, ὁμοούσιον filium Dei patris.

Photinus autem huic inſaniſſimo Neſtorio parem ſententiam tenuit: Verbum Dei quidem non negans eſſe in ſubſtantia, ſed hoc extrinſecus in iſto
C qui ex Maria more communi conjugum natus eſt, Jeſum inhabitaſſe peculiariter, & omnia illa per hunc egiſſe in terris miracula quæ in evangeliis legimus. λογοπάτορα vero quod hic inſaniſſimus dicit neſciens quid loquatur υἱοπάτορα, Praxeas primus, inde poſt non multum Montanus cum ſua Priſca & Maximilla pronuntiat. 166

Poſt hæc autem Sabellius tempore quo impiiſſimus Arrius exſtitit, monarchiam ſe in divinitatis ſubſtantia retinere debere putantes, nefando errore decepti, auſi ſunt Deum patrem, ipſum ſibi filium, ipſum ſibi eſſe patrem, ipſum ſibi eſſe Spiritum ſanctum: ipſum incarnatum, paſſum, crucifixum, ipſum a Judæis omnia pertuliſſe, reſurrexiſ-
D ſe a mortuis, & omnia peregiſſe quæ nos per Chriſtum in perſona propria ejus pro humani generis ſalute geſta eſſe credimus & confitemur.

Differentia itaque inter Samoſatenum & Photinum iſta ſola eſt, qua Paullus Verbum Dei [6] προσφορικὸν ϗ πρακτικὸν λόγον ϗ ἐνεργητικόν· id eſt, *prolativum, & poteſtatis, & effectivum* Verbum ſenſit, non ſubſtantivum, quem Græci ἐνούσιον dicunt. Photinus autem Neſtorii magiſter Verbum quidem hoc Dei eſſe in ſubſtantia non negat, ſed eſſe id Dei filium non vult; habitaſſe ſane peculiariter vel adhæſiſſe Chriſto Jeſu de Joſeph & Maria nato, nec quidquam hunc plus fuiſſe quam hominem cum impietate delirat, qui omnes omnino homines vitæ
E merito antevenerit. Quem Photinum Romana Eccleſia & ejus priores hujuſmodi pravitatis Homuncionitas nominat; Sabellianos vero cum antiquiori-

*a* Gal. IV. 4. *b* Joan. I. 14. *c* Ibid. ✝. 1. *d* Ibid. ✝✝. 3. 4. *e* Ibid. ✝. 14.

1. *Inquinatus*] Forte, *inquinatur*.
2. *Dulcem cet.*] Supra pag. 74.
3. *Signa labyrinthorum*] Hunc locum pervidit Montfauconius in *Palæogr. Gr.* lib. V. cap. V. pag. 373. ubi hæc habet: „ Λαβύρινθος, Labyrinthus, in locis obſcuris apponi ſolebat. Cuius rei exemplum habes apud Marium Mercatorem edit. Baluz. „ (pag. 164.)
4. *Sardicenſis Bonoſus*] Hunc locum quem tranſſilit Baluzius, diligenter excutit Coutantius ad *Epiſtt. Romm. Pontiff.* pag. 677. §§. VII. & VIII. Nuperus autem Romanus editor operum S. Damaſi *de geſt. & opuſc. S. Dam.* cap. XXV. pag. 131. ſeq. hæc Mercatoris verba ita eſſe accipienda conjicit, ut *Bonoſus a Damaſo prædamnatus*, in Helvidio ſcilicet, intelligatur.
5. *Prolativum atque imper.*] Vide mox ſtatim Cotelerii adnotata.
6. Προσφ.] Cotelerius l. ſubinde c. pag. 658. b. hujuſmodi Græca ita caſtiganda jubet: προφορικὸν καὶ ἐξουσιαστικὸν λόγον καὶ ἐνεργητικόν, id eſt, *prolativum, poteſtatis, effectivum Verbum*. Supra pag. 50. legimus, *prolatitium, potentiæ Dei efficax*. Et pagg. 144. 165. *prolativum atque imperativum?*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

bus similioribus eorum Patripassianos appellat; quia, ut dictum est, ipsum patrem ipsum filium sentiunt nomine unionis, qui aliquando pater, aliquando filius, unus atque idem ipse sit sibi, etiam Spiritus sanctus sit.

167 Nestorius sane a Photino auctore suo in id tantum dissentit, quod ex virgine Maria Christum asserit natum: in reliquis vero omnibus totus ipsius sequax, signifer & antesignanus est: & in id maxime quod supra memoratum est, Dei Verbum Dei filium non esse nec dici debere nisi Jesum ex Maria natum filium Dei dicentem, qui templum habitantis in se & ex indivisa inter se & Verbi Dei societate & conjunctione hoc dici meruit, non tamen esse natura filium Dei, & ex hoc universa B divinitatis privilegia consecutus sit, non ea habens natura, sed gratia. Quod ejus impietatis genus non heic in isto capitulo, sed in aliis scriptis, in isto tamen codice insertis, & tractatibus continetur & legitur. Et inde est quod catholicus, qui legit, cautus, esse debet de varietate & [1] constantia, quam utrum astutia an vecordia ad alliciendum auditorem habeat non est facile nosse. Quovis tamen pacto constat eum varium esse sibique contrarium. Quis autem non agnoscat hujusmodi hominem aut tamquam astutum captatorem esse fugiendum, aut tamquam excordem, utpote sibi adversantem, & ex varietate confusum, nullo modo esse sequendum?

In illis sane duodecim capitulis quibus ad hunc C ipsum Nestorium sanctus episcopus Cyrillus scribens rectam & sanam exposuit fidem, & hic a contrario singulis eis respondendo contradicendum putavit, secundum ejus contradictionis capitulum retractandum est. Ibi namque ita ait: [2] *Si quis in Verbi Dei conjunctione, quæ ad carnem facta est, de loco in locum commutationem sive conversionem divinæ es-*
168 *sentiæ dixerit factam, ejusque divinæ naturæ carnem capacem dixerit, aut partiliter unitam carni, aut iterum in infinitum incircumscriptam cum divina natura coextenderit ad capiendum Deum, eumdemque ipsum natura & Deum dicas & hominem, anathema sit.* Quasi quisquam similis ejus insanus saltem angelos, qui, sicut scriptum est, igniti sunt spiritus. D Dictum est enim de eis: [a] *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam urentem.* Angelos ergo, quos frequenter & diversis temporibus ad sanctos quosque missos esse, sicut legimus, credimus quoque, qui ut his ad quos missi sunt potuissent esse visibiles, humanum habitum gessisse sumtis corporibus certum est. Sed utrum tantum corpora ab his suscepta sint, in quibus illi spiritus sancti pro tempore habitando, animarum rationalium ministerium impleverint, an animata corpora, vatum more, extrinsecus inspiraverint, A non est facile & temere horum aliquid affirmandum. Quæ præsumta incerta tamquam certa & scripturis minime expressa opinio Apollinarem Laodicenum & postea Arrianos, [3] non autem ipsum Arrium, & Eunomium quoque & ultimum Macedonium forte decepit ut hinc sentirent & pronuntiarent Christum Dei filium corpus tantum hominis, non etiam animam suscepisse, pro anima autem spiritum Deum Dei filium Verbum patris in illo suscepto corpore habitasse. Quod si ita est, stulto vere sensus sui errore decepti sunt. Illa enim salvatoris humana susceptio longe & ultra quam longe æstimari potest ab ista angelorum incomparabilis invenitur: quia hæc pro redemtione totius humani generis futura, oportebat ad totam ex integra quæ salvanda erat atque in cælum sublevanda 169
cum ipso, etiam inseparabilis vita æterna mansura, totam pro ea humanam gestare naturam. Hæc autem angelorum pro tempore corporalis assumtio ad exhibendum officium divinitus imperatum, quocumque modo de duobus, utrum animata an sine animis corpora habuisse dicantur, in nullo fides catholica læditur. Quamvis postea Apollinaris in pejus velut emendans, animam quidem fuisse in Christo confessus, rationem autem seu mentem in ea hominis non fuisse; sed pro ea Deum Dei filium exstitisse cum impietate deliraverit.

Tot ergo & totiens, ut diximus, variis temporibus angeli, sive corporibus tantum sumtis, sive etiam animatis eis susceptis, numquid commutati & versi ex illa spiritali & angelica sua natura, corporei vel etiam animales facti esse umquam a quoquam dici vel credi potuerunt? Non utique. Quid ergo ad offundendas nebulas imperitis hic insanus magister molitur ingerere, ita ut si quis dixerit filium Dei Verbum secundum evangelium carnem factum seu hominem factum, statim, tamquam impiissimus, divinitatem in carnem versam esse pronuntians arguatur?

Illud autem quod in isto ipso capitulo ultimum posuit, quam impium quamque vanum sit videamus. Ait igitur: *eumdemque ipsum si quis natura & Deum [4] hominem dixerit, anathema sit.* Volens duplicem Christum introducere vel incongrue sapere, quid dixerit ignoravit. Non enim vidit statim objici sibi posse neque Deum illum neque hominem natura esse dixisse; quia idem Christus ipse, cum 170
sit Deus & homo, immo, ut signatius dicatur & cautius, homo Deus, & Deus homo non sit nisi naturæ; & si ei, ut visum est, natura non est, (quod in ipsius caput tale dictum & tam impium convertatur) nec aliquid esse, quia quod natura non potest esse, prorsus esse nihil potest.

[a] Psalm. CIII. 4.

1. *Constantia* ] An *inconstantia*?

2. *Si quis* cet. ] Vide supra pag. 146.

3. *Non autem ipsum Arrium* ] Eadem supra pag. 159. de Arrio tradere Mercatorem, observat Cotelerius l. c. pag. 635. a. quum tamen aliter ex S. Athanasio aliisque erudimur. Timotheus enimvero presbyter CP. *de receptione hæreticorum* scribens, hæc inter alia de Arrio habet: Ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ Κυρίου οἰκονομίαν βλασφημεῖ, ἄψυχον λέγων τοῦ Κυρίου τὴν σάρκα καὶ τὸ πάθος καὶ τὴν ταραχὴν τὴν θεότητα ἀντὶ τῆς ψυχῆς ὑπομεῖναι. *Sed & incarnationem Domini pro nobis factam blasphemat, dum dicit carnem Domini anima carere, & divinitatem loco animæ pertulisse passionem ac perturbationem.* Apud Cotelerium l. c. pag. 594.

4. Forte ut supra *Deum & hominem*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.



171 SYNODUS

# EPHESIANA

## INCIPIT.

## ACTIO SEXTA

### Concilii Ephesini.


A *Post consulatum DD. NN. Fl. Theodosii XIII. & Fl. Valentiniani Imperatorum Augustorum* XI. *Kal. Augusti, qui dies est secundum Ægyptios Epiphii* XXVIII. *jussu augustissimorum piissimorumque Principum synodo congregata in Ephesiorum metropoli, & sedentibus in episcopio reverentissimi & religiosissimi episcopi Memnonis sanctissimis & Deo dilectissimis episcopis, Cyrillo Alexandriæ agente etiam vicem sanctissimi & religiosissimi episcopi Romanæ Ecclesiæ Cælestini, & Juvenale Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, & Flaviano Philipporum agente etiam vicem Rufi sanctissimi episcopi Thessalonicæ, & Firmo Cæsareæ Cappadociæ primæ, & Theodoto Ancyræ Galatiæ, & Acacio episcopo Melitines, & Perigene Corinthi Græciæ, & Cyro Aphrodisiados Cariæ, & Valerio Iconii, & Hesychio Parii, & Hellanico Rhodii, & Dinato Nicopoleos Epiri veteris, & Euthebario Dyrrachii Epiri novæ, & Perberbio Farmuli, & Eudoxio Comatus Lyciæ, & Silvano Cheretaponti Phrygiæ, & Vereniano Pergæ Pamphyliæ, & Amphilocio Sides, & Epiphanio Cratiæ Honoriados, & Gregorio Cessafunthis Ponti Polemoniaci, & Sinicione Co-*
172 *dron, & Iconio Gortinos Cretæ, & Dalmatio Cyzici, & Docimesio Maroneæ Thraciæ, & Joanne Proconesi, & Daniele Coloniæ secundæ Cappadociæ, & Romano Raphiæ, & Paulliniano Majumæ, & Paullo Anthedonis, & Fido Joppe, & Joanne Sycamazonis, & Theodoro Gadorum, & Letoio Lybiadis, & Apelle Justes, & Theodoro Ariddelon, & Petro Parembolæ, & Joanne Augustopoleos, & Saida Phœnus, & Rufino Gabon, & Anysio Thebarum, & Callicrate Naupacti, & Domnino Opuntis, & Nicia Megaron, & Agatocleo Coloniæ, & Felice Apolloniæ & Bellidis, & Theodoro Dodonæ, & Andario Cerronesi Cretæ, & Cyrillo Cydone Cherronesi, & Paullo Lappe, & Zenobio Cnosi, & Luciano Toperi Trachiæ, & Nepio Maximianopoleos, & Secundino Lamiæ, & Dione Thebarum Thessaliæ, & Theodoro Eschinei, & Martyrio Listron, & Thoma Derbes, & Athanasio Parosithi, & Themistio Jassi, & Aphetoneto Heracliæ, & Phileto Amyzonis, & Apella Cybiræ, & Spudasio Ceramon, & Archelao Myndi, & Fania Arpason, & Promachio Alydon, & Philippo Pergamorum Asiæ, & Maximo Cymæ, & Dorotheo Myrinæ, & Maximo Assi, & Euporo Pepon, & Alexandro Arcadiopoleos, & Euthico Theodosiopoleos, & Redone Palæaspoleos, & Eutropio Evason, & Aphobio Coloes, & Nestorio Sion, & Heracleonte Tralleon, & Theodoro Myses, & Theodoro Anineti, & Timotheo Briullon, & Theodosio Maustauron, & Tithico Citeron, & Eusebio Clazomenon, & Euthalio Colophonis, & Modesto Aneon, & Theosebio Prienes, & Eusebio Prienes, & Eusebio Magnesiæ Sifilæ, & Sapricio Paphi Cypri, & Zenone Curii Ceretii Constantiæ, & Evagrio Solon, & Cæsario*
173 *Chorepiscopo, & Triboniano Aspendi Pamphiliæ, & Nucetio Seleges, & Solone Paraliæ, & Acacio Cotenon, & Nesio Corybrassi, & Matidiano Coracensium, & Nectario Senon, & Eutropio Ettennon, & Tariano Lyrbes, & Eusebio Asponon Galatiæ, & Philumeno Cinnes, & Strategio & Eusebio Heraliæ Honori, & Paralio Andrapone Hellespontiadis, & Silbano Ceratapon, & Hermogene Rinocuroron, & Evoptio Ptolemaidos Pentapoleos, & Eusebio Pelusii, & Adesphio Onopheos, & Paullo Phravoneos, & Phœbammone Copti, & Machario Metelos, & Adelphio Saeos, & Macedonio Xeos, & Marino Heliopoleos, & Metrodoro Leonthon, & Machario Anteon, & Petro Oxyrinchi, & Strategio Athribidis, & Athanasio Parali, & Silvano Cophriteos, &* B *Joanne Hephestii, & Aristobulo Thmueos, & Theone Sethroitu, & Lampetio Casii, & Cyro Achæorum, & Publio Olbiæ, & Samuele Dysteos, & Zenobio Barchæ, & Tenone Theucyron, & Sopatro Septimiaces, & Eusebio Nilupoleos, & Heraclida Heracleos, & Chrisadrio Aphroditus, & Andrea Hermupoleos magni, & Sabino Panos, & Abraam Ostracines, & Hierace Aphnau, & Alypio Selæ, & Alexandro Cleopatridos, & Isaac Tuna, & Ambone Butu, & Heracleo Thyneos, & Isaac Elearchiensi, & Heraclio Thamiatidos, & Theona Psincus, & Ammonio Panephysi, & Bessula diacono Carthaginis, & Arcadio & Projecto sanctissimis episcopis & legatis, & sanctissimo presbytero Philip-* C *po apostolicæ sedis Romanorum & legato, Petrus presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit:* Sancta & ingens synodus vestra omnem adhibens providentiam rectæ & apostolicæ fidei & dogmatum veritatis, consulens autem paci & statui ecclesiarum, definitionem protulit, quam præ manibus 174
habentes, si videbitur sanctitati vestræ, recitabimus.

*Sancta synodus dixit.* Definitio prolata a sancta & mundana synodo percenseatur & actis præsentibus inseratur.

*Nicensis Synodus hanc fidem exposuit.*

D Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei, natum ex patre unigenitum, hoc est, ex patris substantia, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, ejusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cælo & quæ in terra; qui propter nostram salutem descendit, incarnatus & homo factus, passus, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, venturus judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui ajunt, Erat quando non fuerat, & antequam nasceretur non erat, & quod ex nihilo factus est vel ex alia substantia, perhibentes esse aut visibilem aut mutabilem filium, anathematizat apostolica Ecclesia.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



Huic quidem sanctæ fidei omnes convenit assentiri. Habet enim proprie & sufficienter ad utilitatem totius orbis terrarum. Quoniam vero quidam sunt qui cum hanc adsimulent confiteri & huic adsentiri, depravent tamen vim sententiarum & ad suum interpretentur arbitrium, & corrumpant etiam veritatem, pestilentiæ filii & erroris, opus fuit necessario etiam sanctorum patrum & ortho-
175 doxorum proferre sententias, quæ insinuare possent, quemadmodum & ipsi intellexerunt fidem & aliis prædicare confisi sunt: ut fieret manifestum omnes qui rectam & immaculatam habeant fidem, eo modo oportere eam intelligere & interpretari & prædicare.

*Petrus presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit.* Quoniam præ manibus habemus libros sanctorum & religiosissimorum patrum & episcoporum & diversorum martyrum, excerpsimus autem ex his pauca capitula, si videbitur, recitabimus.

*Flavianus episcopus Philipporum dixit.* Hæc quoque perlecta inferantur. *Et recitata sunt hoc modo.*

PETRI *sanctissimi episcopi & martyris ex libro* DE DEITATE.

QUoniam certe [a] *gratia & veritas per Jesum Christum facta est:* unde & [b] gratia sumus salvati juxta apostolicum dictum. *Et hoc*, inquit, *non ex vobis, neque ex operibus, ne quis glorietur.* Voluntate [c] Verbum caro factum est, & [d] habitu inventum ut homo. Non est tamen a deitate destitutum. Neque enim ut a sua gloria & virtute desisteret: [e] *Cum esset dives, pauper est factus*; sed & ut mortem pro nobis peccatoribus ipse sustineret: [f] *Justus pro injustis, & ut nos offerret Deo, mortuus quidem carne, vivificatus autem spiritu. Et post alia.* Unde & evangelista adserit veritatem dicens: [g] *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Scilicet ex quo angelus virginem salutavit dicens: [h] *Ave gratia plena, Dominus tecum. Dominus* autem *tecum* dixit Gabriel, pro eo quod est *Deus*
176 *Verbum tecum.* Demonstrat enim id nasci in vulva & carnem futurum, juxta quod scriptum est: [i] *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi; ideoque quod nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. Et porro post alia.* Deus autem Verbum, viro absente, voluntate Dei, qui omnia facile operatur, factum est in vulva virginis caro, non egens viri operatione aut præsentia. Viro enim efficacior fuit Dei virtus inumbrans virgini, superveniente etiam simul Spiritu sancto.

ATHANASII *sanctissimi episcopi Alexandriæ ex libro* adversus Arrianos.

MUlti igitur sancti fuerunt & puri ab omni peccato. Hieremias vero & ab utero sanctificatus est. Et Joannes cum adhuc esset in utero, [k] exsultavit in gaudio voce Mariæ [1] theotoco. Et tamen [l] *regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ.* Sic quoque nihilominus manebant homines corruptibiles & mortales & passionum naturæ suæ capaces. Nunc vero cum Deus Verbum factum est homo, & sua fecit ea quæ sunt propria carnis nostræ; jam non passiones corpus contingunt propter Verbum quod fuit in corpore, sed ab ipso quidem contritæ sunt; homines vero non juxta suas passiones peccatores sunt & mortales, sed juxta Verbi virtutem resurgunt immortales & incorruptibiles & æterni. Unde etiam carne nata ex Maria theotoco, ipse dicitur natus qui præstat ut alii nascerentur, ut nostram in se generationem transferret, & nos jam non ut terra tantum abeamus in terram, sed ut cælesti Verbo con- 177
juncti, ab eo ipso sublevemur in cælum. Recte igitur etiam alias corporis passiones in semet transtulit; ut non ut homines, sed ut Verbo adhærentes, fieremus æternæ vitæ participes. Non enim jam juxta priorem generationem morimur in Adam, sed nostra generatione & omni carnali fragilitate translata in Verbum resurgimus ex terra, soluta maledictione peccati propter eum qui pro nobis factus est maledictio.

*Ejusdem epistola ad* EPICTETUM.

Quomodo autem vel dubitare ausi sunt qui dicuntur esse Christiani, si Dominus qui processit ex Maria filius quidem sit Dei substantia & natura, carnaliter vero ex semine David & ex carne sanctæ Mariæ? Qui porro adeo audaces fuerunt ut dicerent Christum, qui carne sit passus, & crucifixus, non esse Dominum & salvatorem & Deum & filium patris? Vel quomodo volunt se nominare Christianos qui dicunt, in hominem sanctum quemadmodum etiam in unumquemque prophetarum supervenisse Verbum, ac non magis ipsum hominem factum cum corpus sumsisset ex Maria; & alium esse Christum & alium Dei Verbum quod ante Mariam & ante sæcula erat filius patris? Aut quomodo possunt esse Christiani qui dicunt, aliud esse filium & aliud Dei Verbum? *Item post alia.* Absit ut hæc putatione facta esse dicamus, ut nonnulli existimarunt. Nam vere homine facto salvatore, totius hominis facta est salus. Nam si putatione Verbum fuisset in corpore juxta quod illi dicunt, putatione autem quod dicitur tantum phantasia quæ- 178
dam est, invenietur salus nostra & resurrectio hominum facta per docesin, non veritate, juxta scelestissimum Manichæum. At vero si non per phantasiam salus nostra, nec corporis tantum, sed totius hominis animæ & corporis salus est facta; humanum ergo natura quod ex Maria factum est juxta scripturas & verum erat Salvatoris.


[2] JULII *sanctissimi episcopi Romæ epistola ad* Prosdocium.

Prædicatur autem ad consummationem fidei & incarnatus ex virgine Maria Dei filius, qui habitavit in hominibus, non in homine operatus. Hoc enim de prophetis est & Apostolis. Perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu. Non duo filii: unus quidem naturalis filius qui adsumsit ho-

*a* Joan. I. 17. *b* Ephes. II. 8. 9. *c* Joan. I. 14. *d* Philipp. II. 7. *e* II. Cor. VIII. 9. *f* I. Pet. III. 18. *g* Joan. I. 14. *h* Luc. I. 28. *i* Ibid. ℣. 35. *k* Ibid. ℣. 44. *l* Rom. V. 14.

1. *Theotoco* ] Forte, *theotocu*.

2. *Julii* cet. ] Istud excerptum ex epistola ad Prosdocium pro authentico Julii scripto habuere veteres, quos inter noster Marius Mercator. Sed Leontius lib. *de Sectis* act. VIII. ex plurium exemplarium fide asserere non dubitavit, non Julii, sed Timothei qui Apollinarium magistrum habuit, esse epistolam illam ex qua idem excerptum desumtum fuit. Qua de re plura eruditissimus Coutantius in Appendice ad *Epistolas Romanorum Pontificum* pag. 71. ubi & integram epistolam Julio perperam adscriptam, ex antiquo exemplari Anglicano erutam G. L. recitat, & hoc ipsum excerptum eidem epistolæ ex triplici versione subjicit. Ceterum idem fragmentum Julio falso tributum repetit Mercator infra pag. 239.



minem, alter vero homo mortalis adsumtus a Deo sed unus unigenitus in cælo, unigenitus in terra Deus.

FELICIS *episcopi sanctissimi Romæ & martyris ex epistola ad* [1] MAXIMINUM *episcopum & ad clerum Alexandriæ ecclesiæ.*

De incarnatione vero Verbi & de fide, credimus in Dominum nostrum Jesum Christum natum ex virgine Maria. Hic enim est filius Dei æternus & Verbum, & non ita homo a Deo adsumtus, ut esset alius præter ipsum. Neque enim hominem adsumsit Dei filius ut esset alius præter ipsum: sed cum esset Deus perfectus, factus est simul & homo perfectus, incarnatus ex virgine.

179 THEOPHILI *sanctissimi episcopi Alexandriæ* ex paschali epistola quinta.

Sunt enim nunc miraculorum veterum reliquiæ, ne parum credant quod Dei virtus potest facere ut virgo pariat, in qua fuit vivum Dei Verbum propter nostram similitudinem. Aliter enim nos adloqui proprius ipse non poterat; & nec ex voluptate & somno, quemadmodum & in aliis hominibus, corpus accipiat, accepit ejus consimile, natus ex virgine, homo quidem apparens juxta nos & in forma servili, rebus vero probatur esse omnium artifex & Dominus, opera faciens Dei.

*Ejusdem* ex epistola paschali sexta.

Quemadmodum summi artificum non in pretiosa tantum materia vim suæ artis ostendunt, sed & si in luto vel cera sollertiam suam demonstrent, multo magis videntur esse laudabiles; sic etiam Deus Verbum, optimus, omnium artifex, vivum, efficax, qui ordinatione congrua cuncta composuit, non cælesti quadam corporis adsumta materia ad nos venit, sed in luto magnitudinem suæ artis ostendit, corrigens hominem qui est fictus ex luto, ipse ex virgine homo novus procedens; generationis quidem ratione dissimilis, aliis vero omnibus [a] absque peccato similis nostri, natus, pannis involutus, lacte nutritus, infans in præsepio repositus, naturæ nostræ fragilitatem sustinens propter priores caussas; sed cum adhuc infans esset, satanam & ejus perterrefecit exercitum, magos provocans ad pœnitentiam, & eos armans ad contemtum ejus qui illos miserat Regis.

180

CYPRIANI *sanctissimi episcopi ex libro* de misericordia.

Multa & magna sunt, fratres carissimi, beneficia divina quibus in salutem nostram Dei patris & Christi larga & copiosa clementia & operata sit & semper operetur; quod conservandis ac vivificandis nobis pater filium misit ut reparare nos posset; quodque filius missus est, & hominis

A filius esse voluit ut Dei filios faceret. Humiliavit se, ut populum qui prius jacebat erigeret. Vulneratus est, ut vulnera nostra curaret. Servivit, ut ad libertatem servientes extraheret. Mori sustinuit, ut immortalitatem mortalitas exhiberet.

AMBROSII *sanctissimi episcopi Mediolanensis.*

Si mihi non credunt, credant Apostolo dicenti: [b] *Postquam vero venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Filium*, inquit, *suum*, non unum ex multis, non communem, sed suum. *Suum* cum dicit, generationis æternæ proprietatem significavit. Hunc postea B *factum ex muliere* adstruxit, ut factura non divinitatis sed adsumtionis corporis adscriberetur. *Factum ex muliere* per carnis susceptionem, *factum sub lege* per observantiam legis. Generatio autem illa cælestis ante legem, ista post legem.

*Ejusdem.* 181

Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quoniam regnum Dei, sicut scriptum est [c]; non in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis. Servemus locutionem divinitatis & carnis. Unus in utroque loquitur filius, quia in eodem utraque natura est, & non in uno semper loquitur modo. C Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones: quia quasi Deus loquitur quæ sunt divina, quia Verbum est; quasi homo quæ sunt humana, quia in mea substantia loquebatur: [d] *Hic est panis vivus qui de cælo descendit*. Panis hic caro est, sicut ipse dixit: [e] *Hic panis quem ego dabo, caro mea est*. Hic est qui descendit, hic est [f] *quem pater sanctificavit & misit in hunc mundum*. Et ipsa littera docet nos sanctificatione non divinitatem eguisse, sed carnem.


GREGORII *majoris episcopi Nazianzi.*

Non decipiant homines nec decipiantur, homi- D nem carentem sensu existimantes dominicum, ut ipsi ajunt, immo vero Dominum nostrum & Deum. Non enim hominem a deitate separamus; sed unum eumdemque adfirmamus; antea quidem non hominem sed Deum & filium dumtaxat & ante sæcula sine corpore & omnibus corporalibus, postea vero & hominem adsumtum pro salute nostra, passibilem carne, impassibilem deitate, comprehensibilem corpore, incomprehensibilem deitate, eumdem terrenum & cælestem, visibilem & intelligibilem, capabilem & qui capi non posset, ut perfectum 182 hominem, eumdem etiam Deum, ut homo totus repararetur, qui cecidit in peccatum. Si quis Mariam non existimet theotocon, procul est a divini- E tate. Si quis per virginem tamquam per fistulam transcurrisse ac non in ipsa formatum divina simul humanaque ratione, divina quidem quod absque viro, humana vero quod more partus; si quis formatum dicit hominem, postea Deum induisse, de-

*a* Heb. IV. 15. *b* Gal. IV. 4. *c* I. Cor. II. 4. *d* Joan. VI. 51. *e* Ibid. ℣. 52. *f* Joan. X. 36.

1. *Maximinum* ] Leg. *Maximum*: sic enim in fragmenti hujus inscriptione legitur inter Acta concilii Ephesini act. I. pag. 1055. tom. III. conc. edit. Ven-Labb. Exstat etiam apud Cyrillum *Apolog. adversus Orientales* ad Anathem. IV. l. c. pag. 1379. sive inter opp. ejusdem S. Patris tom. VI. pag. 174. sed absque episcopi nomine cui ea epistola inscribebatur. Observat autem laudatus Coutantius in *Epist. Roman. Pontiff.* pag. 294. non defuisse qui sancto Felici papæ & martyri hujusmodi fragmentum abjudicarunt. Quin & V. C. Lequienius in Differt. II. Damasc. num. VII. nihil jam superesse censet, cur idem fragmentum sancto huic pontifici non tantum abrogare, sed & hæreticis adscribere non dubitemus. Quam quidem sententiam excutit refellitque vir doctus, ac demum concludit: „ Istud certe fragmentum quum Cyrillus & Ephesina synodus sanctissimo papa & martyre Felice non indignum judicarint, atque ut ejusdem deinde Marius Mercator, Vincentius Lirinensis, Hypatius Ephesiorum episcopus aliique catholici admiserint, quam diu aliud non constabit, religioni nobis est hinc illud submovere. „

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



testandus est. Neque enim generatio Dei hæc est, sed generationis fuga. Si quis duos filios inducit, unum quidem ex Deo patre, alterum vero ex matre, ac non unum eumdemque, excidat adoptione quæ est recte credentibus promissa. Gemina enim natura Deus & homo, quia & anima & corpus. Filii vero non duo, nec Dei. Neque enim hic duo homines sunt, licet Paullus [a] ita quod est intra hominem & quod est extra appellarit. Et si est breviter dicendum, aliud quidem & aliud ex quibus salvator, (Neque enim idem est visibile & invisibile, nec temporarium simile est ei quod est ante tempora) non alius vero & alius, absit. Nam utraque in commixtione sunt, Deus incarnatus & homo deitate sacratus, vel quoquo modo quis voluerit nominare. Ajo autem aliud & aliud, contra quam est in trinitate. Ibi enim alius & alius est, ne substantias confundamus, non aliud vero & aliud. Unum enim idemque tria sunt & similia deitate. Si quis tamquam in propheta per gratiam operatum dicit, ac non per substantiam conjunctum & concretum; inanis sit divinæ operationis, immo plenus adversæ. Si quis non adorat crucifixum, anathema sit & inter theoctonos numeretur. Si quis ex operibus consummatum aut post baptisma aut
183 post resurrectionem ex mortuis adoptionem meruisse dicit juxta paganos, qui naperpapot inducunt, anathema sit. Quidquid enim oritur aut crescit aut consummatur, non est Deus, etsi propter incrementum quod paullatim fit ita dicatur.

BASILII *sanctissimi episcopi Cæsareæ Cappadociæ primæ*.

Neque tantum cælum & terra & æquorum latitudo, & quæ in aquis vivunt, nec terrestia animalia, nec stellæ, nec aer, nec horæ temporum, & elementorum varia diversaque ordinatio, virtutis ipsius eminentiam probare possunt quantum quod potuerit Deus, qui capi non potest, absque carnis passione conjungi cum morte, ut nobis passione sua impassibilitatem donaret.

GREGORII *sanctissimi episcopi Nysæ*.

[b] *Hoc* inquit, *sentite & de vobis, quod etiam in Christo filio Dei; qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis Deo, sed se exinanivit formam servi accipiens*. Quid in Deo servi forma pauperius? Quid in Rege humilius quam ad participatum nostræ naturæ pauperrimæ voluntarie devenisse? Rex regnantium & Dominus dominantium servilem formam induitur. Judex omnium dominantibus tributum penset, at Dominus creaturæ deducitur in speluncam. Qui omnia comprehendit, cœnaculi non invenit locum, sed in præ-
184 sepio mutorum animalium projicitur. Mundus & sincerus humanæ naturæ patitur sordem, & per omnem nostram gradiens paupertatem, usque ad experimentum pervenit mortis. Videtis modum voluntariæ paupertatis. Vita mortem gustare dignatur; judex adducitur in judicium, vitæ omnium Dominus subit suffragium judicantis, Rex cælestium principatuum manus carnificum non repellit. Ad hæc, inquit, exemplum humilitatis videat modum.

ATTICI *episcopi Constantinopoleos*.

Hodie Christus Dominus clementiæ generationem suscepit. Nam divinæ dignitatis jam antea habuerat, & adjecit porro clementiæ. Verbum exinanitur, quod natura [1] inexinanibile est. [c] Se enim exinanivit formam servi accipiens. Incarnabilis in carne fit. Nam [d] *Verbum caro factum est*. Qui tractari non potest propter incorporalem naturam, contrectatur. Qui initium non habet, fit sub initio corporali. Perfectus crescit, invertibilis proficit, dives in cœnaculo fit. Qui comprehendit nubibus cælum, pannis involvitur. Rex ponitur in præsepio.

[2] ICONII *episcopi*.

Nam quia idem est & Rex & Deus, & mortalitatem propter corporis dispensationem gustavit, dona sunt argumenta mysterii. Aurum offerunt: agnoscunt enim Regem. Offerunt tus: Deus est enim cui offerunt. Adjiciunt etiam myrrham, propter eam quæ est in mysterio mortalitatem passionis.

*Ejusdem*. 185

Nam nisi ille fuisset carnaliter procreatus, tu numquam fuisses spiritaliter recreatus; & nisi ille sustinuisset formam servilem, numquam tu adoptionis esses gloriam consecutus. Ideo in terram cælestis [3], ut tu terrenus recipiaris in cælum. Ideo Christus se evacuavit ut [e] nos omnes ex ipsius plenitudine accipiamus. Illius mors, tua immortalitas facta est. Domini passio, servi facta est altitudo. Tu vero beneficium in blasphemiam rapis.

ATTICI *episcopi Constantinopoleos*.

[4] Siquidem dubium facit unigeniti incarnatio & & virginis partus & communio passionum & patibulum & mors & passio, is doceatur & sciat hæc omnia caussas fuisse salutis mundanæ, sed ne hæc quidem indigna esse divina clementia. Nam si turpe est Deo in virgine habitare, turpius etiam virginem facere. Si vero virginem fingere contumeliam esse non duxit, nec habitare in ea turpitudinem judicavit. Et si pati malum est, passionibus liberare quantum est? Igitur & mortuus est immortalis morte, & mortem morte damnavit, & resurrexit, resurrectionem largiens nobis. Et hæc omnia sustinet non natura deitatis, sed adsumtione carnis; deitate quidem manens intactus juxta suam naturam, omnia vero perferens & patiens ut vitæ æternæ nobis dux & auctor exsisteret.

*a* II. Cor. IV. 16. *b* Philipp. II. 5-7. *c* Ibid. ✠. 7. *d* Joan. I. 14. *e* Ibid. ✠. 16.

1. *Inexinanibile* ] Sic emendavimus pravam editionis Baluzianæ lectionem, *exinanibile*. Vel si mavis, legas per me licet, *non exinanibile*. Alterutrum certe scripserit Mercator. Priorem tamen vocem crediderim ab interprete redditam, quemadmodum mox vertit *Incarnabilis*. Hujus fragmenti Græca exstant inter Acta concilii Ephesini act. I. pag. 1062. tom. cit. & apud Cyrillum in *Apolog. adversus Orientales* ad Anathem. IV. ibid. pag. 1378. Utrobique vero legimus, ἀχίνωτος — ἄσαρκος. His autem scripto jam traditis, animadverti reddidisse Mercatorem *inexinanibile* infra pag. 239. ubi rursus fragmentum istud recitatur.

2. *Iconii episcopi* ] Excidit fortasse librario nomen *Amphilochii*, quod legitur tom. cit. pag. 1063. ubi fragmentum hujusmodi occurrit.

3. *Cælestis* ] Interpres l. c. subdit, *descendit*: quæ vox deest in Græcis, a Mercatore propterea omissa. Sic enim ibi: *διὰ τοῦτο γὰρ ἐπὶ γῆς ὁ ἐπουράνιος, ἵνα κ. τ. λ.*

4. *Siquidem* ] Leg. *si quidem*. Græce namque l. c. pag. 1062. Εἴ τινα διακρίνει: ubi vetus interpres, *si quem secernit a nobis*. Mos rescripsimus *communio* pro mendoso *communia* Baluz. Græce, *καὶ παθῶν κοινωνία καὶ σταυρός*. Vet. interp. *& passionum communicatio & crux*.



186 # [1] ACTIO DE CONFESSIONE CHARISII PRESBYTERI.

JUxta [2] piiſſimorum auguſtiſſimorumque princi-A pum Theodoſii & Valentiniani congregata Epheſiorum metropoli ex omni prope orbe terrarum hac ſanctiſſima ſynodo religioſiſſimorum epiſcoporum omnium ſanctarum eccleſiarum, & agente concilium & decernente ut firma maneret fides expoſita per Spiritum ſanctum a ſanctis patribus qui tunc temporis Nicææ convenerant numero trecenti decem & octo, & diſponente quæ ad hanc rem pertinerent competentibus modis, Chariſius quidam nomine presbyter & diſpenſator ſanctæ Eccleſiæ Philadelphiæ civitatis adſeruit quoſdam ex Lydia oriundos hæreticos voluiſſe quidem ſuum errorem deponere, converti vero ad veritatis lumen & imbui catholicæ Eccleſiæ piis rectiſque voluiſſe dogmatibus; deinde eos qui ad veritatem deducendi erant in pejorem inductos errorem & tamquam ex fovea in profundiorem foveam cecidiſſe. Adſeruit namque Antonium & Jacobum habentes nomina presbyterorum de Conſtantinopoli deſcendiſſe cum epiſtolis commendatitiis Anaſtaſii cujuſdam & Photii, qui tunc temporis hæretico Neſtorio adhærebant, qui & ipſi nomina habebant presbyterorum; & cum deceat magis apoſtolicam & evangelicam fidei traditionem, quam etiam patres expoſuerunt qui Nicææ convenerunt, eis præponi qui ab errore convertuntur in veritatem & qui e tenebris in lucem cupiunt pervenire, obtuliſſe neſcio quam impiiſſimorum
187 dogmatum expoſitionem tamquam ordine ſymboli compoſitam, & ei ſubſcribere illos miſeros compuliſſe, & in hoc omnem impietatis exceſſiſſe menſuram. Et ut hæc quæ dicta ſunt poſſint evidentius apparere, infra ſcriptus eſt etiam libellus oblatus a memorato presbytero Chariſio, & impiæ illius & peſſimæ fidei expoſitio de incarnatione unigeniti filii Dei cum ſubſcriptione etiam illorum qui decepti ſunt.

## LIBELLUS CHARISII.

Sanctiſſimæ & Deo dilectæ ſynodo [3] mundanæ quæ in Epheſiorum metropolim congregata eſt a Chariſio Presbytero & diſpenſatore Eccleſiæ Philadelphiæ. Eſt quidem omnibus ſapientibus exoptandum honorem debitum & convenientem patribus & maxime ſpiritalibus & præceptoribus ſemper deferre. Si vero contigerit ut hi qui docere debeant, ea diſcentibus de fide garriant quæ aures omnium menteſque lædere poſſint, neceſſe eſt ordinem commutare, & eos qui perverſe docere contendant a diſcipulis magis redargui. Sed quoniam inter eos eſt Neſtorius numerandus, malæ ſuæ opinionis fructus decerpſit, & qui de fide Chriſti peſſime exiſtimans & docens ſæpe quæ eum docere non convenit, omnem orbem terræ conturbavit; adeo ut etiam pii principes cenſere cogantur hanc veſtram ſanctiſſimam ſynodum convenire, & rectæ fidei dogmata confirmare: quod etiam ſua clementia Dominus Deus indulſit ut ob ſupradictam cauſſam vos omnes huc, patres ſanctiſſimi, conveniatis. Hujus cauſſa ego ad veſtræ ſanctitatis genua provolutus adfirmo, quod 188
non ſolum ipſe Neſtorius, verum etiam impietatis ipſius particeps Anaſtaſius & Photius presbyteri eamdem etiam in aliis civitatibus fidem peſſimam diſſeminari cupientes, Jacobo cuidam ſui ſimili favorem præſtiterunt & præſtant, ad colloquii ſocietatem eum adhibentes & menſæ, quem etiam per B litteras tamquam orthodoxum glorioſiſſimis Lydiæ Epiſcopis commendarunt; qui talia admittit quæ ſanctitatem veſtram, ſi ea cognoverit, commovebunt juſtas in eum competenteſque pœnas hæc ferre, nec non etiam in eos qui ei patrocinantur & favent. Nam cum Philadelphiam civitatem Lydiæ adventaſſet, ſimpliciores quoſdam clericos decepit; & illa fide ſpreta quam patres Nicææ ediderunt, fidei alteræ immo vero perfidiæ ſubſcribere compulit: & hoc illi ſimplicitate ſua [4] facere & ſubſcribere hoc modo: *Huic rectæ fidei adſentimur*. Quæ expoſitio hæreticæ blaſphemiæ pleniſſima integra eſt cum ſubſcriptione eorum quibus ſubreptum eſt; & quæſo ut ea coram veſtra ſanctimonia recitentur, ut in- C telligatur quomodo illi rectam fidem vertere conati ſunt: nec non etiam litteras ſupra dictorum (recitari poſtulo,) per quas Jacobum quidem hæreticum, qui talia auſus eſt, orthodoxum eſſe teſtantur, me vero tamquam hæreticum communicatione & miniſterio ſubmoverunt pietatis dogmata retinentem, ſicut in ſubditis apparebit. His etenim recitatis, ſanctitas veſtra comperiet, qualia ſint ea quæ illi adverſum rectam fidem ſcelera commiſerunt, quæ per veſtram ſanctitatem penitus deſtruet Deus.

## CHARISII CONFESSIO. 189

Credo in unum Deum patrem omnipotentem, D creatorem omnium, viſibilium & inviſibilium factorem. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum filium ejus unigenitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, [5] ſimilis cum patre ſubſtantiæ: qui propter nos & noſtram ſalutem deſcendit de cælis, incarnatus eſt, natus eſt ex ſancta virgine, homo factus eſt, crucifixus eſt pro nobis, mortuus eſt, reſurrexit tertia die, aſcendit in cælos, venturus judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum veritatis paraclitum, [6] ſimilis ſubſtantiæ cum patre & filio. Et in ſanctam Eccleſiam catho-

1. *Actio* cet.] Hujuſmodi titulum addidit Baluzius, ut ipſe in notis profitetur: nullum enim in antiquis Mercatoris exemplaribus invenit. Verum in Actis concilii E Epheſini act. VI. pag. 1202. tom. cit. ubi hæc & ſequentia leguntur, iſta fertur inſcriptio: *Incipiunt acta pertinentia ad* Charisii *relationem, quando is acceſſit ad ſanctam ſynodum adverſus Quartodecimanos*.
Petrus *presbyter Alexandriæ, & notariorum primicerius dixit.* Sancta *cet.*

2. *Juxta* cet.] Locus hiatu laborat. Teſtatur Baluzius infra in notis, præ ſe ferre mss. codices *Jus*, mendoſe dubio procul. Sed proclivius erat reſcribere *Juſſu*, quam *Juxta* vel ſaltem addere *decretum*. Græce legitur *κατὰ ἐπιτροπὴν*.

3. *Mundanæ*] Sic in mss. Juſtelli: id eſt *œcumenicæ*, ut habent Græca, *συνόδῳ οἰκουμενικῇ*.

4. *Facere & ſubſcribere*] Legendum videtur, *fecere & ſubſcripſere*. Græce: *καὶ δὴ τοῦτο πεποιήκασιν, ὡς ἀπλούστεροι καθυπογράψαντες*. Vet. interpres: *Et quidem hoc illi, ut ſimpliciores fecerunt, ſubſcribentes in hunc modum.*

5. *Similis* — *ſubſtantiæ*] Legerit Mercator in ſuo exemplari *ὁμοιούσιον*. Sed in Actis concilii Epheſini tom. cit. pag. 1205. recte legitur *ὁμοούσιον πατρὶ*, *conſubſtantialem Patri*.

6. *Similis ſubſtantiæ cum Patre & Filio*] Et heic in iiſdem Actis legitur: *ὁμοούσιον πατρὶ καὶ υἱῷ*, *Patri & Filio conſubſtantialem*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

licam, & in resurrectionem mortuorum, & invitam æternam. Ego Charisius obtuli libellum, sicut supra dictum est, & subscripsi manu mea.

*Exemplum expositionis symboli transformati.*

SYMBOLUM NESTORIANUM.

QUisquis vel nunc primum instituitur ecclesiasticorum dogmatum scientia, vel ex quolibet hæretico errore in veritatem desiderat commigrare, eum discere convenit & confiteri quod: Credimus in unum Deum patrem æternum, qui neque postea cœpit esse, sed antea & semper erat Deus, neque postea factus est pater quod semper erat Deus & pater. Credimus autem & in unum filium Dei unigenitum ex substantia patris, ut certe filium, &
190 ex substantia ejus cujus est & esse creditur filius. Et in Spiritum sanctum, qui est ex Dei substantia: qui non est filius, sed Deus per substantiam, utpote ejusdem substantiæ cujus est Deus & pater, ex quo est per substantiam. [a] *Nos enim*, inquit, *non spiritum mundi accepimus*, *sed spiritum qui est ex Deo*; ab omni quidem creatura eum separans, Deo vero conjungens, ex quo est per substantiam præcipua quadam propriaque ratione præter omnem aliam creaturam; quam non ex substantia sed ex caussa operationis a Deo credimus factam. Et neque filium putamus, neque per filium [1] essentiam cepisse. Confitemur autem ipsum per se patrem perfectum sua persona, & filium simili modo, & item Spiritum sanctum, salva manente nobis ratione pietatis, ut patrem & filium & Spiritum sanctum non tres diversas substantias esse credamus, [2] sed unam eamdemque similitudinem deitatis. Scire autem convenit etiam de dispensatione quam pro nostra salute in Domino Christo Dominus Deus implevit, quod Deus Verbum hominem perfectum adsumsit ex semine Abraham & ex David juxta prædicationem sanctarum scripturarum, ejus naturæ cujus & illi fuerant ex quorum semine erat, hominem natura perfectum, ex anima rationali & humana carne compositum; quem hominem nostræ naturæ consimilem Spiritus sancti virtute in vulva virginis fictum [b] *factum ex muliere*, *factum sub lege*, ut omnes redimat a legis servitute, consecutos adoptionem quæ est olim repromissa, inæstimabiliter sibi conjunxit, & mortem quidem experiri more hominum fecit, suscitavit vero a mortuis, & evexit in cælos, &
191 sedere fecit ad dexteram Dei. Unde cum sit [c] *supra omnem principatum & potestatem & dominationem & supra omne nomen nominandum*, *non in hoc tantum sæculo*, *sed etiam in futuro*, ab omni creatura accepit venerationem ei tribuente. Et neque duos dicimus filios neque dominos, quorum unus filius per substantiam Deus Verbum unigenitus filius patris, cui iste conjunctus, & habens filietatis participatum, etiam filii appellatione communicat, & Dominus per substantiam est Deus Verbum, cui iste conjunctus honori communicat. Et propterea neque duos dicimus filios neque duos dominos: quia cum sit manifestus is qui est per substantiam dominus & filius, inseparabilem habens cum eo conjunctionem; hic quoque qui pro nostra salute adsumtus est, conrefertur, id est, συναναφέρεται, nuncupatione filii & domini, non quemadmodum unusquisque nostrum, qui per se ipsum filius est, (unde & multi filii [d] juxta beatum dicitur Paullum) sed solus is habens præcipuam conjunctionem ad Deum Verbum, filietatis dominationisque particeps, adimit quidem opinionem duorum filiorum & dominorum, præbet vero nobis conjunctionem ad Deum Verbum omnem habere de eo fidem & opinionem; pro quibus & venerationem, [3] utpote Dei relatio, ab omni accipit creatura.

Unum igitur dicimus filium & Dominum Jesum Christum, per quem omnia facta sunt; primitus quidem Deum Verbum intelligentes, qui est per substantiam filius Dei & Dominus; deinde inducentes etiam adsumtum filium [e] *de Nazareth*, *quem unxit Deus spiritu & virtute*, quasi conjunctione ad
Deum Verbum filietatis dominationisque participem; 192
qui etiam secundus Adam juxta beatum Paullum vocatur [f], quasi ejusdem quidem naturæ qua Adam, demonstrans autem nobis statum futurum, & qui tantam ab illo habet differentiam, quanta esse debeat inter eum qui futuri status arcana bona subministravit, & inter illum qui præsentium malorum dedit initium. Simili modo etiam secundus homo vocatur [g], quasi qui secundum statum nobis monstrarit, quoniam prioris status princeps fuit Adam, illius mortalis & passibilis & omnium dolorum plenissimi, in quo etiam similitudinem ipsius accepimus. Secundum vero monstravit nobis Dominus Jesus, qui de cælis in futurum apparens, omnes nos in communionem suam perducet: [h] *Primus enim homo*, inquit, *est ex terra terrenus*, *secundus homo de cælo cælestis*: id est, inde venturus ut nos omnes ad similitudinem sui perduceret. Unde infert: [i] *Qualis terrenus*, *tales etiam terreni: & qualis cælestis*, *tales etiam cælestes. Et sicut portavimus imaginem terreni*, *portemus & imaginem cælestis*. In eo apparens & in eo omnibus conspicienda qui judicandi sunt, occulta & invisibilis faciet judicium divina natura. [k] *Tempora enim ignorantiæ despiciens Deus*, *nunc adnuntiat hominibus*, *ut omnes pœnitentiam agant*, *eo quod statuit diem in qua judicaturus est orbem in viro quem statuit*, *fidem præbens omnibus*, *suscitans eum a mortuis*. Hæc est ecclesiasticorum dogmatum adsertio; & quisquis contra hæc credat, anathema sit. Quisquis non accipit salutarem pœnitentiam, anathema sit. Qui sanctum diem Paschæ non facit juxta morem catholicæ Ecclesiæ, anathema sit.

[4] Budius Vinici Philadelpheus Tessarescædecatites 193
agnovi veram fidem ortodoxiæ, & rogavi sanctissimum episcopum Theophanium, & accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, in qua ante errabam, & assentio supra scriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & per pie-

*a* I. Cor. II. 12. *b* Gal. IV. 4. *c* Ephes. I. 21. *d* Gal. III. 26. *e* Act. X. 38. *f* I. Cor. XV. 45. *g* Ibid. ℣. 47. *h* Ibid. *i* Ibid. ℣℣. 48. 49. *k* Act. XVII. 30. 31.

1. *Essentiam* ] Græce l. c. pag. 1208. legimus τὴν ὕπαρξιν, *subsistentiam* ex vet. interprete.

2. *Sed unam — similitudinem deitatis* ] Græca sunt: ἀλλὰ μίαν τῇ ταυτότητι τῆς θεότητος γνωριζομένην. Vet. interp. *sed unam idemtitate deitatis agnoscendam*.

3. *Utpote Dei relatio* ] Locus integer Græce ita effertur: ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ τὴν προσκύνησιν, καὶ (forte κατὰ) ἀναφορὰν Θεοῦ, παρὰ πάσης δέχεται τῆς κτίσεως. Vet. interp. *Quare etiam adorationem, ob eam quæ in Deum refertur habitudinem, ab universa creatura suscipit*.

4. *Budius Vinici* ] Græce, Ῥέδιος Ἰκονικοῦ, *Rudius Iconici*. Al. Βούδιος Ἰωνικοῦ, *Budius Junici*. Ceterum ante ista verba ponitur hæc epigraphe, l. c. pag. 1210. *Subscriptio eorum qui decepti fuerant*.

tatem, & victoriam DD. NN. Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Et si quid ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et recitatæ mihi expositioni subscripsi per [1] Esycum Philadelphium curialem, propterea quod litteras nescirem.

Esytius Cerdanepi Philadelpheus curialis Tessarescædecatites agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogans accessi ad sanctam catholicam Ecclesiam; & anathematizo omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & adsentio supra scriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta sanctam & catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et juro per sanctam & homousion trinitatem, & pietatem & victoriam Christi amantium principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et subscripsi manu mea.

Rufinus Philadelpheus Tessarescædecatites agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogans accessi ad sanctam & catholicam Ecclesiam, anathematizans o-
194 mnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & adsentio cum omni familia suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta sanctam & catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et juro per sanctam & homousion trinitatem, & per pietatem & victoriam Christi amantium principum Fl. Theodosii & Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem labefactavero, subjacebo cum omni familia legum severitati. Et recitata mihi expositione explicita, [2] subscripsi meo arbitrio & voluntate.

Eugenius [3] Disphiladelpheus Tessarescædecatites agnovi cum omni familia veram fidem orthodoxiæ, & rogavi sanctissimum episcopum Theophanium, & accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam; & anathematizo omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta sanctam & catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et assentio cum omni familia supra scriptæ expositioni rectæ fidei. Et juro per sanctam & homousion trinitatem, & pietatem & victoriam Christi amantium principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo cum omni familia legum severitati. Recitata mihi & placita expositione, subscripsi manu mea.

Faustinus laicus Disphiladelpheus Tessarescædecatita agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogavi sanctissimum episcopum Theophanium, & accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam; & anathematizo omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, in qua ante errabam. Et assentio su-
195 pra scriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans etiam eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem sanctæ catholicæ Ecclesiæ. Et juro per sanctam homousion trinitatem, & per pietatem & victoriam principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et recitata mihi expositione, accessi cum omni familia, & subscripsi manu mea.

[4] Damalius & Alexander per manum Euprepii filii Theodori reverentissimi diaconi agnovimus orthodoxiam, & rogavimus sanctissimum episcopum Theophanium, & accessimus ad catholicam Ecclesiam, anathematizantes omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, in qua ante errabamus, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et recitata nobis expositione, juravimus per venerabile jusjurandum sanctissimæ trinitatis, & per victoriam & salutem dominorum nostrorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum nihil ex supra scriptis labefactaturos. Et credentes cum familiis nostris subscripsimus.

Fl. Nymphidianus Disphiladelpheus scholasticus omnibus dogmatibus & moribus Tessarescædecatitarum, qui non admittunt dogmata orthodoxorum, renuntio, & profiteor communicare fidei orthodoxorum in omnibus & eam admittere.

Polychronius Tatiani & Philadelpheus per manum [5] Fl. Esyci Cerdaliheli Philadelphei curialis, propterea quod tarde scriberem, agnovi orthodoxiam, & rogans sanctissimum episcopum Theophanium accessi ad catholicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim & maxime Tessarescædecati-
tarum, in qua ante errabam, & eos qui non fa- 196
ciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et recitata mihi expositione, juravi per venerabile jusjurandum sanctissimæ trinitatis, & per victoriam & salutem dominorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, nihil me ex supra scriptis labefactaturum. Et credo cum omni familia, & placent mihi omnia supra scripta. Polychronius mutuatus sum manum (Esycii.)

Eustathius Marcelli Philadelpheus aurifex Tessarescædecatitarum, agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Theophanium episcopum, accessi meo arbitrio & voluntate ad sanctissimam Dei & catholicam & orthodoxorum Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem, & per pietatem Christi amantium principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid ex supra scriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et subscripsi manu mea.

[6] Eutytius Disphiladelpheus agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum episcopum Theophanium, accessi meo arbitrio & voluntate ad sanctissimam Dei & catholicam & orthodoxam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem, & per pietatem Christi amantium principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid ex his su-
pra scriptis labefactavero, subjacere me legum seve- 197
ritati. Et subscripsi manu mea.

Stratonicus Emonii Philadelpheus Tessarescædecatites agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathemati-

1. *Esycum* ] Gr. διὰ Ἡσυχίυ, *per Hesychium*. Sic item paullo post leg. prout in textu, *Hesychius Cerdanepii* pro *Esytius Cerdanepi*.

2. *Subscripsi* ] Additur in Actis pag. 1211. οἰκείᾳ μυ χειρί, *propria mea manu*: quæ quidem librarii potius quam interpretis incuria prætermissa crediderim. Rursus, ante verbum *subscripsi*, pro *explicita* legendum & *placita*, ut in sequenti subscriptione. Græce namque habetur utrobique, καὶ ἀρεσάσης μοι.

3. *Disphiladelpheus* ] Id est, *secundæ Philadelphiæ*, ut legimus in conc. Chalced. Vide notas Baluzii.

4. *Damalius — per manum Euprepii* ] In Actis Ephesinæ synodi l. c. pag. 1213. Δαλμάτιος — χειρὶ χρησάμενοι παρὰ Εὐτροπίυ. *Dalmatius — manu usi Eutropii*.

5. *Fl. Esyci Cerdalibeli* ] Gr. Φλαουίυ Ἡσυχίυ Κερδανεπίυ, *Flavii Hesychii Cerdanepii*.

6. *Eutytius* ] Gr. Εὐτύχιος, *Eutychius*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



zans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem, & per pietatem Christi amantium principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de supra scriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et subscripsi per nepotem meum Alexandrum, propterea quod litteras nescirem.

Theodoretus & Alexander & [1] Philadelpheus subscripsimus per unum ex nobis Alexandrum, & agnovimus orthodoxiam: & rogantes sanctissimum episcopum Theophanium, & accessimus ad sanctam Dei catholicam & apostolicam orthodoxam Ecclesiam. Et anathematizamus omnem hæresim, & maxime eorum qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravimus per sanctam trinitatem, & per pietatem & victoriam dominorum nostrorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de supra scriptis labefactaverimus, subjacere nos legum severitati. Et recitata nobis hac expositione, subscripsimus.

Marinus Evethi per manum [2] Neorii lectoris orthodoxorum agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem hæresim, & eos qui non fa-
198 ciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem, & per pietatem & victoriam dominorum nostrorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, & juravi per venerabile jusjurandum si quid de supra scriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et subscripsi.

Padicius Philadelpheus subscripsi manu mea, & agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam orthodoxorum Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per venerabile jusjurandum, si quid de supra scriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et recitata mihi expositione, subscripsi manu mea.

Cyriacus Philadelpheus, unus de hæresi Novatianorum, agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime [3] Catharon. Et juravi per venerabile jusjurandum, si quid de supra scriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et recitata mihi expositione, subscripsi per Eusebium [4] Galliopistri.

Eusenius Philadelpheus nauta agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam orthodoxorum Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim. Et juravi per venerabile jusjurandum nihil me de supra scriptis labefactare. Et subscripsi manu mea.

199 Diomedes habitans in vico Caccaba agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum episcopum Theophanium, accessi voluntate mea ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam orthodoxorum,

A anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, in qua antea errabam. Et juro per sanctam & homousion trinitatem, & per victoriam & per pietatem dominorum [5] perseveraturum me in supra scriptis & nihil labefactaturum & in omnibus servaturum orthodoxorum fidem. Et si fuero deprehensus labefactans aliquid de placitis, subjacebo legum severitati. Et audita expositione, subscripsi manu mea.

Julianus Disphiladelpheus agnovi orthodoxiam, & accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum. Et juravi venerabile jusjurandum, si quid de supra scriptis labe-
B factavero, subjacere me legum severitati. Et ægrotans subscripsi per Martyrium lectorem.

Eutychius de vico Aulacis, primus Tessarescædecatitarum hæreseos, agnovi veram fidem orthodoxiæ; & rogans sanctissimum episcopum Theophanium & reverentissimum episcopum Jacobum & reverentissimum presbyterum & dispensatorem Charisium, accessi ad sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, in qua ante errabam; & assentio suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem catholicæ & apostolicæ sanctæ Ecclesiæ. Et juravi per sanctam & homou-
C sion trinitatem, & per pietatem & victoriam domi- 200
norum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum augustorum: si quid vero de supra scriptis labefactavero, subjacebo legum severitati. Et subscripsi manu mea.

Patricius Presbyter de vico Parazioxili per manum Maximi compresbyteri, eo quod litteras nescirem, agnovi veram fidem orthodoxiæ; & rogavi religiosissimum episcopum Theophanium & reverentissimum presbyterum Charisium, & rogavi quam maturius communicare sanctæ Dei catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ orthodoxorum; & anathematizo omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, eos qui non faciunt sanctum diem Pascæ jux-
D ta morem Ecclesiæ. Et juravi per sanctam & vivificam trinitatem, & per pietatem & victoriam DD. NN. Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de his labefactavero, subjacere me legum severitati.

Zenon [6] de territorio Sagari poeta Tessarescædecatitarum hæreseos, agnovi veram fidem orthodoxiæ; & rogans sanctissimum episcopum Theophanium & reverentissimum chorepiscopum Jacobum & reverentissimum presbyterum & dispensatorem Charisium, accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, in qua ante errabam. Et assentio [7] superscriptæ expositioni ortho-
E doxorum, anathematizans eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem catholicæ Ecclesiæ. Et juro per sanctam & homousion trinitatem, & victoriam DD. NN. Fl. Theodosii & Fl. Va-
lentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem 201
de supra scriptis labefactavero, subjacebo legum severitati. Hanc manum ei commodavi Flavius Palladius, quod præsens litteras nesciret.

His igitur recitatis, decrevit sancta synodus aliam fidem nulli licere proferre vel conscribere vel com-

1. *Philadelpheus* ] Leg. *Philadelphus*, ut in Act. cit. pag. 1217. Φιλάδελφος.
2. *Neorii* ] Græca ferunt, Νεωταρίου. Et paullo ante, Μαρῖνος Σωθίου.
3. *Catharon* ] Gr. Καθαρῶν, *Catharorum*.
4. *Galliopistri* ] Græca sic se habeat: διὰ Εὐσεβίου τοῦ Καλλιοπίου Σύρου, *per Eusebium Calliopium Syrum*.
5. *Dominorum* ] Gr. additur τῆς οἰκουμένης, *orbis terræ*.
6. *De territorio Sagari poeta* ] In ms. Justelli, *de territorio Acaripotia*. Gr. χωρίου Σαγόρου πύθε. sic.
7. *Superscriptæ* ] Gr. προγεγραμμένῃ, *præscriptæ*.

ponere, præter illam quæ constituta est a sanctis patribus A qui Nicæa in sancto Spiritu convenerunt: illos vero qui audeant fidem alienam vel componere vel proferre volentibus convertere ad agnitionem veritatis ex paganismo, sive ex Judaismo, sive ex aliqualibet hæresi, eos, sive episcopi sint aut clerici, alienos esse episcopos episcopatu, clericos clericatu; si vero laici sint, anathema esse. Simili modo si qui deprehensi forent, sive episcopi, sive clerici, vel laici, vel credentes vel docentes ea quæ scripta sunt in expositione quæ a Charisio presbytero prolata est de incarnatione unigeniti filii Dei, aut certe scelerata & perversa Nestorii dogmata, quæ etiam infra scripta sunt, eos subjacere sententiæ sanctæ & mundanæ synodi; ut sit B perspicuum episcopum quidem alienum futurum episcopatu & fore depositum, clericum vero simili modo a clericatu summovendum; si vero laicus sit, & eum fore anathema, sicut supra dictum est.

*Ex libro ipsius Nestorii, ex quaternione* XVI. *dogmate.*

Quotiens igitur sancta scriptura dictura est vel generationem Christi ex beata virgine vel mor-
202 tem, nusquam Deum dicit, sed aut Christum aut Jesum aut Dominum; quoniam hæc tria naturas indicant duas, modo hanc, modo illam, modo utramque. Est autem tale quod dico. Quotiens C nobis generationem ex virgine scriptura commemorat, quid dicit? [a] *Misit Deus filium suum.* Non dicit: *Misit Deus Verbum.* Sed utitur eo nomine quod naturas indicat duas. Quia enim filius homo est & Deus, dicit, *Misit Deus filium suum factum ex muliere*; ut si audieris factum ex muliere, videas etiam nomen positum quod naturas indicat duas, ut generatione quidem ex beata virgine filium voces. Filium enim peperit Dei virgo Christotocos. Quoniam vero filius Dei duplex est in naturis, peperit quidem filium Dei, sed peperit hominem qui est filius propter conjunctum filium.

*Ejusdem ex quaternione* XXI.

Vide quid accidat, hæretice. Non invideo nomen virgini Christotoco. Fateor enim reverendam eam esse quæ conceperit Deum, per quam transierit Dominus omnium, per quam justitiæ sol inluxerit; sed porro suspicor plausum quomodo hoc quod dixi *transierit* acceperitis. Non dixi *transiit* pro eo quod est natus. Neque enim tam cito meorum egomet obliviscor. Transisse Deum per virginem Χριστοτόκον a scriptura perdoctus sum; natum (vero Deum ex ipsa numquam didici.) Nusquam divina scriptura Deum ex virgine Christotoco asserit natum, sed Jesum Christum, filium, Dominum. E Hæc omnes confiteamur. Quæ enim docuit divina
203 scriptura qui non statim accipit, miser est: [b] *Surge & accipe puerum & matrem ejus.* Hæc angelorum vox est, immo tua. Fortasse generationem ipsius noverant archangeli: *Surge & accipe puerum & matrem ejus.* Non dixit: *Surge, & accipe Deum & matrem ejus.*

*Ejusdem ex quaternione* XIX.

Quid igitur dicebamus? [c] *Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam. Quod enim in ea natum est.* Sive natum sive factum dixerimus, sensui nihil nocet. *Quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est.* Si dixerimus quod Deus Verbum natum est in utero. Est enim aliud simul esse cum nascente, aliud nasci. *Quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est;* hoc est, Spiritus sanctus creavit id quod est in ea. Viderunt igitur patres, utpote scientes sanctarum scripturarum, quod si eum qui incarnatus est natum dixerimus, invenietur Deus Verbum creatura Spiritus sancti, aut duos patres habens. Si vero factum dixerimus, invenietur Deus Verbum creatura Spiritus sancti. Fugientes igitur generationis dictionem, dixerunt ita: *Qui descendit propter nostram salutem & incarnatus est.* Quid est *incarnatus?* non conversus a deitate in carnem. Quod dixit *incarnatus ex Spiritu sancto*, secutus est evangelistam. Nam cum evangelista venisset in ἐνανθρώπησιν, fugit generationem de Verbo dicere, & dixit incarnationem. Audi ubi: [d] *Et Verbum caro factum est.* Non dixit Verbum per carnem factum. Ubi enim aut Apostolus aut evangelistæ filii faciunt mentionem, non dicunt natum ex muliere. Adverte quæso ubi dicunt nomen filii; & quod natum est ex muliere, dicunt natum; ubi vero 204
Verbi faciunt mentionem, nemo audet dicere generationem per humanitatem. Audi beatus Joannes evangelista cum venisset in Verbum (&) ἐνανθρώπησιν ejus, audi quid dicat: *Verbum caro factum est*, hoc (est,) adsumsit carnem; & *habitavit in nobis*, hoc est, nostram induit naturam; *& habitavit in nobis, & vidimus gloriam ipsius*, filii. Non dixit: *Vidimus generationem Verbi.*

*Ex quaternione* XV.

Ita etiam Christum secundum carnem propter D conjunctionem quam habet cum Deo Verbo, Deum nominamus, scientes esse hominem qui apparet. Audi utraque Paullum prædicantem: [e] *Ex Judæis*, inquit, *Christum secundum carnem, qui est supra omnes Deus.* Prius hominem confitetur, deinde conjunctione ad Deum dicit Deum eum qui appatet, (ne) quis Christianitatem hominis putet esse cultricem.

*Ejusdem ex quaternione* XXVII.

Sed quemadmodum dicebamus Deum omnium opificem & Deum Mosen: [f] *Deum enim*, inquit, *posui te Pharao*, & filium Dei, *Filius enim*, inquit, *primogenitus mihi Israel*, & quemadmodum dicimus Christum Saul: [g] *Non enim*, inquit, *imponam manum meam super ipsum, quod* [1] *christus Dominus est.* Similiter & Cyrum: [h] *Hæc dicit*, inquit, *Dominus christo meo Cyro:* & Babylonium sanctum: [i] *Ego enim*, inquit, *præcipio ipsis sanctificatis, & ego duco ipsos:* ita dicimus & Dominum Christum & Deum & filium & sanctum; sed communio quidem omnium similis est, dignitas 205
vero non eadem.

*a* Gal. IV. 4. *b* Matth. II. 13. *c* Matth. I. 20. *d* Joan. I. 14. *e* Rom. IX. 5. *f* Exod. VII. 1. *g* I. Reg. XXIV. 7. *h* Isa. XLV. 1. *i* Isa. XIII. 3.

1. *Christus Dominus* ] Leg. *christus Domini*, ut habent Vulg. & LXX. Neque aliter sane Acta concilii Ephesini act. I. pag. 1057. ubi hæc Nestoriana leguntur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

*Ejusdem ex quaternione* XV.

[a] *Hoc autem sentite in vobis quod & in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, se exinanivit formam servi accipiens*. Non dixit: *Hoc sentite in vobis quod & in Deo Verbo, quod cum in forma Dei esset, formam servi accepit*. Sed cum dicat Christum quasi duarum naturarum appellatione, sine periculo eum & formam servi quam accepit & Deum nominavit, cum ea sine peccato dicatur de naturarum duplici & separabili ratione.

*Ejusdem ex quaternione* XVI.

[b] *Ut in nomine*, inquit, *Jesu omne genu flectatur cælestium & terrenorum & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris*. Propter illum qui portavit, eum qui portatus est colo. Propter invisibilem veneror eum qui apparet. Numquam ab eo qui apparet Deus separatur. Ideo nec ego honorem separo. Separo naturas, sed unam facio venerationem.

*Ejusdem ex quaternione* XVII. *de dogmate*.

Erat quidem Deus Verbum & ante incarnationem filius & Deus cum patre. Sumsit vero novis- C simis temporibus servi formam. Sed cum sit & antea filius, & ita vocatur post adsumtionem; non
206 potest vocari divisus filius, ne duos filios constituamus. Sed quia illi conjunctus est qui erat a principio filius, non potest secundum dignitatem filietatis, ajo, non secundum naturas. Propterea & Christus Deus Verbum nominatur, quia habet conjunctionem cum Christo perpetuam.

*Ejusdem ex quaternione* XV.

Inconfusam igitur servemus naturarum conjunctionem, confiteamur [1] in homine Deum, colamus quadam divina conjunctione cum Deo omnipotenti D coadorandum hominem.

*Ejusdem ex quaternione* VI.

Considerate & quid his continuo inferatur: [c] *Ut misericors*, inquit, *fieret & fidelis Pontifex ad Deum, qui in eo quod passus est ipse tentatus, potens est illi qui tentatur auxiliari*. Ergo qui passus est, Pontifex misericors. [2] Passibile autem templum vivificus Deus templi ejus quod passum est.

*Ejusdem ex quaternione* XVII.

Ut sciatis, *inquit*, quanta erat conjunctio deita- E tis, cum etiam in infante caro dominica cerneretur. Erat enim idem infans & infantis dominus.

A Laudastis vocem; sed nolite eam parum curiose laudare. Dixit enim quod idem erat infans & habitator infantis.

*Ejusdem ex quaternione* I.

Communes enim sunt trinitatis operationes & tantum substantiis dividendæ. Unigeniti vero præ- 207
clara gloria aliquando patri adsignatur: [d] *Est enim*, inquit, *pater meus qui clarificat me*: aliquando Spiritui, [e] *Spiritus enim*, inquit, *veritatis clarificabit me*, aliquando Christi potestati.

*Ejusdem ex quaternione* XVI.

B

Hic est qui dicit: [f] *Deus Deus meus, ut quid me dereliquisti?* Hic est qui tridui gustavit mortem. Adoro vero eum cum deitate, quasi divinæ auctoritatis cooperationem. *Et post alia*. Propter illum qui portavit, eum qui portatus est colo, & propter occultum veneror apparentem. Numquam ab eo qui apparet Deus separatur. Ideo nec ego ab eo honorem separo. Separo naturas, sed unam facio venerationem. Non est Deus ipse per se, qui est fictus ex Spiritu: non Deus ipse per se, qui est sepultus in monumento. Nam si ita esset, essemus certe hominum mortuorumque cultores. Sed quia in adsumto Deus est, ex eo qui adsumsit is C qui adsumtus est, quasi assumenti conjunctus, nuncupatur Deus.

*Ejusdem ex quaternione tertio in hæreticis, cum de spiritu diceret.*

Quomodo enim sit servus, *inquit*, qui cum filio operatur & patre? Et si quis requirat opera Spiritus, inveniet ea non distantia operibus patris & filii; non quia una deitas dividatur; sed quia divina scriptura ea quæ sunt unius virtutis, [3] singulis substantiis dispertiat, ut trinitatis similitudo ex temporibus operum cœperit. Deus [g] *Verbum factum est caro & habitavit in nobis*: [h] confidere 208
D sibi fecit adsumtum hominem pater. [i] *Dixit enim Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam*. Ejus qui adsumtus est gloriam clarificavit Spiritus: [k] *Quando enim venerit Spiritus veritatis, ipse me clarificabit*.

*Ejusdem ex quaternione* VI.

Cum de Christo diceret quod [l] missus esset denuntiare captivis remissionem, quasi Apostolus addidit hoc etiam & dixit: [m] *Hic qui fidelis factus est Pontifex*. Factus est enim hic, non perpetuo antea fuerat. Hic qui paullatim in Pontificis profecit, hæretice, dignitatem. Audi vocem tibi hoc E evidentius declamantem: [n] *Qui in diebus*, inquit, *carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui posset illum salvum a morte facere, cum clamore valido*

*a* Philipp. II. 5-7. *b* Ibid. ṽṽ. 10. 11. *c* Heb. II. 17. 18. *d* Joan. VIII. 34. *e* Joan. XVI. 14. *f* Matth. XXVII. 46. *g* Joan. I. 14. *h* Ephes. II. 6. *i* Psalm. CIX. 1. *k* Joan. XVI. 14. *l* Luc. IV. 18. *m* Heb. II. 17. *n* Heb. V. 7-9.

1. *In homine* ] Sic emendavimus pravam Baluz. edit. lectionem, *in hominem*. Gr. l. c. τὸν ἐν ἀνθρώπῳ Θεόν.

2. *Passibile* cet.] Græca planius l. c. παθητὸς δὲ ὁ ναὸς, οὐχ ὁ ζωοποιὸς τοῦ πεπονθότος Θεός. Vet. interpres: *Passibile autem exstitit templum, non Deus, qui vivificat illum qui passus est*.

3. *Singulis substantiis* ] Gr. καθ' ἑκάστην ὑπόστασιν. *Singulis hypostasibus*. Sic paullo ante in iis quæ ex *quaternione* I. adferuntur, vertit Mercator, *& tantum substantiis*. Gr. καὶ μόναις ὑποστάσεσι, *& solis subsistentiis*. Repetitur hic locus a Cyrillo infra pag. 242. Græca vero exstant tom. III. conc. pag. 1381. Mox in textu pag. 1069. καί μοι σκόπει τὸ ὅμοιον (τῆς τριάδος) ἐκ τῶν ἐν ἔργοις καιρῶν ἀρξάμενον. Vet. interpr. *Hoc verum esse, ex iis operibus spectare licet, quæ in tempore sunt suscepta*. Ceterum vox ὑπόστασις ab auctore nostro passim redditur *substantia*, quæ Cyrilliano interpreti plerumque dicitur *subsistentia*, & nonnumquam *hypostasis*. Quod quidem semel heic monuisse sufficiat.

*& lacrymis offerens; & exauditus pro sua reverentia, quidem cum esset filius, didicit ex illis quæ passus est obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi caussa salutis æternæ.* A Consummatur autem id quod paullatim proficit, hæretice. [1] De quo etiam & Joannes in evangeliis clamat: [a] *Jesus proficiebat ætate & sapientia & gratia.* Quibus congrue etiam Paullus dicens: [b] *Consummatus*, inquit, *factus est obtemperantibus sibi caussa salutis æternæ, appellatus a Deo Pontifex secundum ordinem Melchisedech.* ET POST ALIA. Pontifex, *inquit*, vocatur. Quur igitur diversa sentis Paullo? Quur impassibilem Deum verbum corpore terreno commiscens, passibilem Pontificem facis?

209 *Ejusdem ex quaternione* VII.

[c] *Unde, fratres, sanctæ vocationis cælestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Jesum fidelem ei qui fecit ipsum.* ET POST ALIA. Cum sit igitur nobis hic solus Pontifex, condolens sive cognatus & firmus, de ejus fide numquam depellamini. Ipse enim nobis ex promissa benedictione ex semine Abrahæ missus est, utpote pro se & suo genere corporis sacrificium offerens. Notandum quod confiteatur omnem Pontificem sacrificio indigere; & cum excipiat Christum quasi non indigentem, in his inquit eum pro se C offerre [2] & gerere sacrificium.

*Ejusdem ex quaternione ....*

Audite igitur & dicta diligenter inspicite: [d] *Qui manducat*, inquit, *carnem meam.* Memento quod de carne dicamus, & quod non a me carnis nomen fingitur, ne videar illis falsus interpres. *Qui manducat*, inquit, *carnem meam & bibit sanguinem meum.* Numquid dixit: Qui manducat deitatem meam, & qui bibit deitatem meam? *Qui manducat carnem meam, & qui bibit sanguinem meum in me manet, & ego in ipso.* ET POST ALIA. Sed [3] ad procimenum veniamus. *Qui manducat carnem meam,* D *& bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in ipso.* Mementote quod de carne dicamus: [e] *Sicut misit me vivus pater*, me qui appareo. Sed fortasse ego non recte interpretor. Videamus ex his quæ sequuntur. *Sicut misit me vivus pater.* Ille dicit deitatem, ego humanitatem. Videamus qui sit pravus interpres. *Sicut misit me vivus pater.* [4] Hæreticus dicit quod deitatem hic misit me Deum Verbum. *Sicut misit me vivus pater*, juxta illos, *& ego vivo* Deus Verbum propter patrem. Quid postea? *Qui manducat me, & ille vivet.* Quid manducamus? Deitatem, an carnem?

210

*Ejusdem ex quaternione* XVI.

Et tamen, *inquit*, si totum novum scrutatus fueris testamentum, nusquam in eo invenias mortem Deo adsignatam, sed aut Christo, aut filio, aut Domino. Nam Christus & filius & Dominus, cum de unigenito a sancta scriptura dicitur, naturas duas ostendit; & aliquando significat deitatem, aliquando humanitatem, aliquando utrumque. Ut cum Paullus scribens prædicat: [f] *Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus*, humanitatem significat filii. Porro cum idem dicat ad Hebræos: [g] *Deus loquutus est nobis in filio,* B *per quem & sæcula fecit*, deitatem filii significat. Neque enim caro fecit sæcula, quæ post multa sæcula facta est. ET POST ALIA. Non deitas fratrem habuit Jacobum; nec Dei Verbi denuntiamus mortem, dominicum sanguinem & corpus manducantes.

*Ejusdem ex quaternione ....*

Video, *inquit*, populum nostrum habere ingentem reverentiam & ardentissimam pietatem, sed in dogmate theognosiæ ignorantia labi. Id autem non esse crimen populi, sed ut honeste dicamus, non habuisse retro doctores tempus accurate vobis dogmata demonstrandi. 211

Ecce hic plane confitetur neminem ante se talia populo prædicasse.

[5] Cyrillus Alexandriæ subscripsi.
Arcadius Episcopus & Legatus sedis apostolicæ subscripsi.
Juvenalis Episcopus Jerosolymorum subscripsi.
Projectus Episcopus Legatus sedis apostolicæ subscripsi.
Philippus Presbyter sedis apostolicæ & Legatus subscripsi.
Firmus Episcopus Cæsareæ subscripsi.
Theodotus Episcopus Ancyræ subscripsi.
Berenianus Episcopus Pergeorum metropoleos subscripsi per Timotheum Episcopum.
Severus Episcopus Synnandon subscripsi.
Perigenes Episcopus Corinthi subscripsi.
Iconius Episcopus Cortines Cretes subscripsi.
Mennon Episcopus Ephesi subscripsi.
Reginus Episcopus Constantiæ Cyprius subscripsi.
Acacius Episcopus Militensis subscripsi.
Palladius Episcopus Amasiæ subscripsi.
Herennianus Episcopus Myron subscripsi.
Valerianus Episcopus Iconii subscripsi.
Pius Episcopus Pissinontiorum metropoleos subscripsi.
Cyrus minimus Episcopus Aphrodisiados subscripsi.
Amphilocius Episcopus Sidenorum metropoleos subscripsi. E
Mæonius Episcopus Ecclesiæ quæ est Sardibus Lydiæ subscripsi.

*a* Luc. II. 52. *b* Heb. V. 9. 10. *c* Heb. III. 1. 2. *d* Joan. VI. 56. *e* Ibid. ℣. 58. *f* Rom. V. 10. *g* Heb. I. 2.

1. *De quo etiam & Joannes* ] Sic item Græca l. c. περὶ οὗ καὶ Ἰωάννης. Heic memoria lapsus Nestorius. Extat enim locus *Luc.* II. 52.

2. *Et genere* ] Librarii typothetæ mendum. Scripserit Mercator, *& genere*. Græca l.c. pag. 1071. ἐν τύποις ὑπὲρ ἑαυτοῦ φησιν προσφέρειν, καὶ τοῦ συγγενοῦς, θυσίαν. Vet. interp. *Heic tam pro se, quam pro cognato sibi genere sacrificium obtulisse affirmat.*

3. *Ad procimenum* ] Græcam vocem expressit Mercator, ἐπὶ τὸ προκείμενον (h.e. *Institutum, argumentum.*)

4. *Hæreticus cet.* ] Locus hiulcus, ad Græca exactus, ita restituendus. Sic enim legimus l. c. Λέγει καὶ ὁ αἱρετικὸς, ἐνταῦθα τὴν θεότητα λέγει· ἀπέστειλέ με, φησὶ, τὸν Θεὸν Λόγον κ.τ.λ. Id est, ex vet. interp. „Hæreticus etiam dicit: Divinitatem heic exprimit; sensus est enim: „Misit me Deum Verbum, secundum illos: Sicut misit „me vivens Pater, & ego Deus Verbum vivo propter „Patrem. Deinde quod mox sequitur: *Qui manducat me*, „*& ipse vivet*. Quid quæso manducamus? Divinitatemne, an humanitatem?„


5. *Cyrillus cet.* ] Ante has subscriptiones legitur in Actis concilii Ephesini act. I. pag. 1077. *Sententia depositionis a sancta synodo contra Nestorium lata.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

Hellanicus Episcopus Chrodisus subscripsi.
Dalmatius Episcopus Cizyci subscripsi.
Flavianus Episcopus Philipporum subscripsi.
Aristonicus Episcopus Laodociæ subscripsi.
Paralius misericordia Dei Episcopus Andrapon subscripsi.
212 Olympius Episcopus Claudiopoleos subscripsi per Episcopos Epiphanium & Thersebium.
Dinastus Episcopus Nicopoleos Epiricus subscripsi.
Domninus Episcopus civitatis Cutiæ subscripsi.
Eustasius Episcopus civitatis Docimi subscripsi.
Epiphanius Episcopus Gratiæ subscripsi.
Gregorius Episcopus Cæsarasunitis subscripsi.
Helladius Episcopus Cadramiti subscripsi.
Anisius Episcopus civitatis Thebarum Græciæ subscripsi.
Domninus Episcopus civitatis Opunti subscripsi.
Callicrates Episcopus civitatis Magnerensium subscripsi.
Nitius Episcopus civitatis Magnarensium subscripsi.
Callinicus Episcopus Apamiæ subscripsi.
Petrus minimus Episcopus civitatis Prutes subscripsi.
Euprepius Episcopus Byses subscripsi.
Dio Episcopus civitatis Thebarum subscripsi.
Perebius Episcopus saltuum Thessalonicensium subscripsi.
Paullus Episcopus civitatis Anthedonis subscripsi.
Theodorus Episcopus civitatis Aninesiorum subscripsi.
Eusebius Episcopus Heracliæ subscripsi.
Joannes Episcopus Lesbi Selenicatorum subscripsi.
Theonas Episcopus civitatis Hierbæ subscripsi.
213 Sinecion Episcopus Codrinæ civitatis subscripsi.
Tribonianus Episcopus Ecclesiæ quæ est in Primopoli subscripsi.
Martyrius Episcopus civitatis Illistron subscripsi.
Nesius Episcopus Corybrasi subscripsi.
Acacius Episcopus Cotennensis subscripsi.
Ablabius Episcopus civitatis Amorii subscripsi.
Heracleon, qui & Theopanius, Episcopus Traillon subscripsi.
Philippus Episcopus Pergami subscripsi.
Daphnus Episcopus civitatis Magnesiæ Mæandri subscripsi.
Eusebius Episcopus Magnesiæ civitatis Sipili subscripsi.
Anderius minimus Episcopus Cherronensis subscripsi.
Paullus minimus Episcopus civitatis Lampenes subscripsi.
Eutropius Episcopus minimus civitatis Evazon subscripsi.
Severus minimus Episcopus provinciæ Pisidiæ civitatis Sozopoleos subscripsi.
Silvanus Episcopus civitatis Chæretapon subscripsi.
Commodus minimus Episcopus Tripoleos subscripsi.
Constantius Episcopus civitatis Diocletianorum subscripsi.
Nestorius Episcopus Sponsus subscripsi.
Aphobius minimus Episcopus Coloe subscripsi.
Phoscus Episcopus civitatis quæ est in Thyatireno subscripsi.
Paullus Episcopus Daldianorum subscripsi.
Limenius Episcopus civitatis Ettenorum subscripsi.
214 Dorotheus Episcopus civitatis Myrenes subscripsi.
Theodorus Episcopus Attaliæ subscripsi.
Aphonetus minimus Episcopus Heracleotanorum Lamtupoleos subscripsi.
Spudasius minimus Episcopus Cerami subscripsi.
Philetus minimus Episcopus Amizonis subscripsi.
Docimasius Episcopus civitatis Maroniæ subscripsi.

A Ennepius Episcopus civitatis Maximianupoleos subscripsi.
Euthalius Episcopus civitatis Colophoniæ subscripsi.
Lucianus Episcopus civitatis Toperi subscripsi.
Rufinus Episcopus civitatis Gaborum subscripsi.
Romanus Episcopus civitatis Raphiæ subscripsi.
Phidus Episcopus Præ subscripsi.
Eficius Episcopus civitatis Parii subscripsi.
Timotheus Episcopus civitatis Termæ & Eudociados subscripsi.
Eucharius Episcopus civitatis Direci subscripsi.
Evagrius Episcopus civitatis Selorum Cypri subscripsi.
Nectarius Episcopus civitatis Nasorum subscripsi.
B Agathocles Episcopus civitatis Caroniæ subscripsi.
Janes Episcopus Cicazonis subscripsi.
Ædesius Episcopus Syndorum subscripsi.
Secundianus Episcopus civitatis Calamiæ subscripsi.
Nunechius Episcopus civitatis Elegen subscripsi.
Matidianus Episcopus Coracessii subscripsi.
Cyrillus Episcopus Cælorum subscripsi per manum Hellesponti Presbyteri.
Sapritius Episcopus Paphi Cypri subscripsi. 215
Themistius minimus Episcopus civitatis Hiasi subscripsi.
Promachius minimus Episcopus civitatis Liundorum subscripsi.
Eudoxius Episcopus civitatis Homati subscripsi.
C Libanius Episcopus civitatis Palæaspoleos subscripsi.
Trajanus Episcopus civitatis Lyrbæ subscripsi.
Alexander Episcopus Arcadiopoleos subscripsi.
Theodorus Episcopus Nisæ subscripsi.
Titius minimus Episcopus civitatis Erlidetorum subscripsi.
Eugenius Episcopus civitatis Apolliniados subscripsi.
Aetius Episcopus civitatis Pœoniorum Hellesponti subscripsi.
Timotheus Episcopus civitatis Germæ Hellesponti subscripsi.
Archelaus Episcopus Myndri subscripsi.
Apellas minimus Episcopus Cybræ subscripsi.
Philadelphius minimus Episcopus Gratianupoleos subscripsi.
D Euterius minimus Episcopus Strationiceorum Lydæ subscripsi.
Joannes minimus Episcopus Aureliopoleos subscripsi.
Maximus minimus Episcopus Cymæ subscripsi.
Modestus Episcopus civitatis Aneatorum subscripsi.
Theodosius minimus Episcopus civitatis Mastauron subscripsi.
Thomas Episcopus Valentinianopoleos subscripsi.
Eusebius Episcopus Aspanorum subscripsi.
Euporius Episcopus civitatis Pepon subscripsi. 216
Sadus Episcopus Phœnus subscripsi.
Rhodon Episcopus Palæaspoleos subscripsi.
Domnus Episcopus civitatis Orcistis subscripsi.
E Joannes Episcopus Augustopoleos subscripsi.
Petrus Episcopus Parembolarum subscripsi.
Necyras Episcopus Gazæ subscripsi.
Zeno Episcopus Cyri Cypris subscripsi.
Evoptius Episcopus Ptolomaidus Pentapoleos subscripsi.
Macarius Episcopus Metoliton subscripsi.
Eusebius Episcopus Pelusii subscripsi.
Hermogenes Episcopus Rinocororus subscripsi.
Marinus Episcopus Heliopoleos subscripsi.
Joannes Episcopus Ephestus subscripsi.
Heraclius Episcopus Thamuateos subscripsi.
Theon Episcopus Heracleus & Thoitus subscripsi.
Solo Episcopus civitatis Corallion subscripsi.
Alypius Episcopus civitatis Seuleus subscripsi.
Macedonius Episcopus Xoeos subscripsi.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.



Petrus Episcopus Oxyrinchi subscripsi.
Metrodorus Episcopus Leonton subscripsi.
Paullus Episcopus Fraboneoneos subscripsi.
Amnonius Episcopus Panephisi subscripsi.
Publius Episcopus Olbiorum subscripsi.
Jaracis Episcopus Aphau subscripsi.
Samuel Episcopus Distheos subscripsi.
Sopater Episcopus Libyæ Septimiacæ subscripsi.
Isaac Episcopus Tavæ subscripsi.
Heraclius Episcopus Tineo subscripsi.
Thonas Episcopus Psinchus subscripsi.
Cyrus Episcopus Achæorum subscripsi.
Eulogius Episcopus Achæorum subscripsi.
Alexander Episcopus Cleopatridos subscripsi.
217 Silvanus Episcopus Copritheos subscripsi. Ego autem Heraclius Episcopus pro eo subscripsi quod ægrotaret.
Adelphius Onupheus Episcopus subscripsi.
Abraham Episcopus civitatis Ostracines subscripsi.
Athanasius Episcopus Paraliæ subscripsi.
Adelphios Episcopus Cæos subscripsi.
Lamperius Episcopus Casii subscripsi.
Chrysaorius Episcopus Aphroditus subscripsi.
Amon Episcopus Burus subscripsi.
Euthitius Episcopus Theodosiopoleos subscripsi.
Venantius Episcopus Hierapoleos metropoleos subscripsi per Notarium meum Theodorum.
Zenobius civitatis Barchæ subscripsi.
Zeno Episcopus civitatis Theucyron subscripsi.
Eusebius Episcopus Nilupoleos subscripsi.
Heraclides Episcopus Heracleus ulterioris subscripsi.
Marius Episcopus Anteusus subscripsi.
Sabinus Episcopus Panosus subscripsi.
Athanasius Episcopus civitatis Cepheorum subscripsi.

A Philumenus Episcopus Cinnes subscripsi.
Felix Episcopus civitatis Apolloniensium subscripsi.
Timotheus Episcopus provinciæ Scythiæ civitatis Tomorum subscripsi.
Zenobius Episcopus civitatis Conosi subscripsi.
Paulinianus Episcopus Majumæ subscripsi.
Phœbammon Episcopus Coptu subscripsi.
Pabiscus Episcopus Apollonos subscripsi.
Andreas Episcopus Thermupoleos subscripsi.
Fanias minimus Episcopus civitatis Arpason subscripsi.
Theosebius Episcopus civitatis Prienes subscripsi. 218
Maximus Episcopus Casiæ subscripsi.
Theoctistus Episcopus Photiæ subscripsi.
B Hermolaus minimus Episcopus Attudeorum subscripsi.
Theodorus Episcopus Gadaron subscripsi manu Ætheri Archidiaconi.
Athanasius Episcopus Pari insulæ subscripsi.
Paullus Episcopus Orimnorum subscripsi.
Timotheus Episcopus Briulorum subscripsi.
Daniel Episcopus Coloniæ Cappadociæ subscripsi.
Asclepiades Episcopus Trapezolitarum subscripsi.
Theodorus Episcopus civitatis Escinei subscripsi.
Bessula Diaconus Ecclesiæ Carthaginensis subscripsi.
Stephanus Episcopus Cajupoleos Asiæ subscripsi.
Cæsarius Episcopus civitatis Arces subscripsi.
Theodolus Episcopus Ariddelon subscripsi.
C Letojus Episcopus Libyadis subscripsi.
Aristocritus Episcopus Olympi subscripsi.
Theodorus Episcopus Aridelon subscripsi.

*Expliciunt Episcoporum nomina qui interfuerunt synodo contra Nestorium numero* CXCIII.

219 CYRILLI *episcopi Alexandrini Apologeticus adversus orientales.*

QUI suam mentem Deo sancto devovere festinant, & veritatis cupiunt inhærere dogmatibus, aspernantur quidem sceleratorum hæreticorum profanos novosque sermones, intendentes autem intestinum arcanumque oculum mentis divinæ scripturæ, atque inde eam sententiis bonis armantes, illis qui recta depravant nimis constanter exsurgunt, prope exclamantes: [a] *Zelo zelati sumus pro Domino.* Nestorio igitur multas diversasque blasphemias profundente in Christo omnium salvatore, & quasi funditus evertente magnum & venerabile incarnationis mysterium, existimavimus ingens esse periculum de his tantis talibusque reticere. Itaque eum sæpenumero monuimus ab hujusmodi blasphemiis abstinere. Sed postquam nihil omnino profecimus, necessario studuimus defendere dogmata pietatis. Notavimus igitur quædam capitula ex ipsius blasphemiis, & ea utiliter anathematizavimus & eos qui eadem cum illo sentiunt, obtemperantes beato Paullo dicenti: [b] *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit. Sed etsi nos aut angelus de cælo evangelizet vobis præter id quod accepistis, anathema sit.* Sed nescio quomodo hoc quidam moleste tulerunt, vel ejusdem amentiæ socii & consimiles, vel dissimulantes quidem eadem cum ipso sentire, adjuvantes vero eum omnibus modis, & eos qui pro Christo loqui velint odio
220 dignos conantes efficere. Sed hoc illos consequens fuerat cogitare, quod si magis doctores pravos objurgassent, id ipsum illis Christi dilectionem benivolentiamque comparasset. Nunc vero id egerunt quod eos gerere minime oportebat. Eos enim infestos sibi esse dixerunt, quorum si fuissent imitatores, cum his ipsis capita sua corona sempiternæ gloriæ redimissent. Reprehenderunt igitur anathematismos quasi non recte factos. Deinde etiam singulis opposuerunt suæ mentis inventa & nescio quas
D ineptias, sperantes imperitis posse subripere & eis qui incuriose eorum verba accipiunt. Fuit igitur necesse etiam nosmet ipsos illis opponere veritatem, & criminationem inanissimam propulsare, & probare illos maledicos & reprehensores magis quam scrutatores esse totius veritatis. Præpositis igitur singulis anathematismis, subjectis etiam quæ sunt ab illis objecta, nostra subjunximus, peritos sanctæ scripturæ judices facientes, & eorum rectum suffragium expetentes qui habent scientiam veritatis.

*Anathematismus primus.*


E Si quis non confiteatur Deum vere esse Emmanuel, & propterea sanctam virginem esse Θεοτόκον, (peperit enim carnaliter carnem factum Dei Verbum) anathema sit.

*Reprehensio hæreticorum.*

Et quis carnem factum Dei Verbum, carnaliter natum esse confiteatur? Nam si carnaliter peperit, quomodo jam virgo est? Deinde ubi ponamus dictum illud: [c] *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi innumbrabit tibi*, siquidem carnaliter juxta ipsum, & non divino modo virgo 221

*a* III. Reg. XIX. 14. *b* Gal. I. 8. 9. *c* Luc. I. 35.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



sancta peperit ?..[a] Et quomodo [1] eam stella miris modis apparens indicabat, & magi ex Perside, stella duce, adventabant quærentes eum qui fuerat natus; quo invento offerebant dona & intelligibili & visibili convenientia: Angeli vero de cælo descendentes, generationem ipsius pastoribus mixti cantabant dicentes: [b] *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis ?* Carnalis ne an divinæ hæc sunt magis generationis indicia ? Alioquin, si incuriose & inconsiderate ipsas voces acceperimus, conversionem Verbi & mutationem in carnem factam esse consideramus, ac sic & [c] peccatum & [d] maledictionem ipsum factum esse existimabimus, nisi & ea quæ sequantur & ea quæ antecedant in libris & ipsam scripturæ consuetudinem inspiciamus, & natum esse Verbum carnaliter, inhabitationem in carne accipiamus juxta evangeliorum sensum,

*Responsio orthodoxi.*

Carnalis dispensationis unigeniti filii Dei mysterium sapientissimus Joannes evidenter ostendit dicens: [e] *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Hæc recte intelligentes beatissimi patres qui tunc temporis Nicæa congregati sunt, ipsum dixerunt ex Deo & patre natum Verbum, per quem & cum quo omnia fecit pater, lumen de lu-
222 mine, Deum verum de Deo vero, incarnatum, & hominem factum, id est, conjunctum esse carni habenti animam rationabilem, & hominem factum, Deum tamen remansisse. Quod vero inconvertibiliter & inconfuse adunatio illa facta sit, nulli esse dubium potest, cum Dei Verbum id quod ante fuerat remansisset, licet factum sit caro. Nam id quod dicitur incarnari, non in naturam convertitur carnis, sed aliud quiddam intelligitur præter carnem, carni tamen conjunctum. Id sentientes beati patres sanctam virginem Θεοτόκον nominaverunt. Crediderunt enim quod incarnatum & hominem factum peperit filium, per quem omnia fecit pater. At vero Nestorius novarum blasphemiarum nobis inventor huic opinioni repugnat, & vituperat quasi non vere dici debeat Θεοτόκος: qui ita dicit. *Interrogavi*, inquit, *ipsos sæpe: A sancta virgine deitatem dicitis natam? Fugiunt statim responsionem. Et quis, ajunt, adeo blasphemator est, ut in illa quæ peperit templum, dicat ab Spiritu Deum creatum? Deinde ubi ego adjecero, Quid ergo nos absurdum facimus, persuadentes hanc vocem vitare & venire potius ad communem significationem duarum naturarum? tunc illis blasphemia videtur esse quod dico... Aut ergo aperte confitere deitatem natam esse ex sancta virgine; aut si hanc vocem quasi blasphemam fugis, cur eadem mecum sentiens, simulas non sentire?*

Illo igitur violenter agente, immo potius scelerate solicitante eos qui sanctam virginem appellant Θεοτόκον, ut confiteantur carnis fuisse germen deitatis naturam & substantiæ initium ex muliere habuisse Deum Verbum; nos probare volentes quod
223 ab hujusmodi opinione prorsus abhorreamus, (neque enim adeo deliramus ut tam nefarie sentiamus) peperisse diximus virginem carnem factum Dei Verbum juxta scripturas, hoc est, hominem; peperisse autem carnaliter, hoc est, secundum carnem: etenim Deus & pater divino modo peperit ex se se Deum filium. Sed quoniam [f] id quod ex carne nascitur, caro est; peperit virgo, quasi caro, carnaliter. [2] Non interimo generationis miraculum, neque abnego sancti Spiritus operationem, per quam in vulva finxit id quod natum est; sed magis demonstro, quia quemadmodum Deus parit divine & ut decet Deum, juxta suam naturam; sic etiam homo humane & caro carnaliter. Cum sit igitur Deus natura Verbum, licet factum sit caro, prodivit divine & ut verum decuerat Deum. Solus enim habuit matrem innuptam, & eam virginem reservavit quæ eum carne pepererat. Atque illud admiror, quod cum pigeat ipsos sanctam virginem dicere Θεοτόκον, divino modo ipsam perhibent peperisse. Neque enim divine nascitur homo communis.

Deinde dona a Magis ajunt oblata & intelligibili & visibili convenientia. Dividunt porro in duos post conjunctionem unum Deum Jesum Christum. Intelligibilis enim factus est visibilis, non conversione naturæ, sed conjunctione corporis quod visibile est. Et certe spectatores ipsos & ministros Verbi fuisse sanctos Apostolos sacræ litteræ docuerunt [g]; cum sit omnibus planum, incorporale & intractabile esse Dei patris Verbum. Sed audio dicere sanctos discipulos: [h] *Quod erat ab initio, quod audivimus, quod vidimus, quod inspeximus oculis nostris, & manus nostræ contrectaverunt de Verbo vitæ*. 224 Convenientia igitur dona uni, id est, Christo. Est enim in uno Deus simul & homo. Denique nato ipso, chori angelorum & agmina spirituum salvatorem eum liberatoremque clamabant.

Sed quoniam evangelista dicente, *Verbum caro factum est*, vereri se ajunt ne cum suam significationem servet τὸ ἐγένετο, conversio quædam intelligatur facta in divina Verbi natura; laudo quidem timorem, illud autem admiror, quod excipientes dictionem & veram & necessariam significationem, ita ajunt *Verbum factum est caro*, ut dicitur [i] factum maledictio & [k] peccatum. Deinde quare non videantur sibi esse sagacissimi, cum beatus evangelista dicens ἐγένετο, omnem opinionem conversionis interimat adjiciens statim: *& habitavit in nobis*? Præterea absurdum est tantum audere & dicere sic factum esse carnem Verbum, ut dicitur factum maledictio & peccatum. Neque enim vere & proprie maledictio factum est & peccatum; sed justus [l] *inter iniquos reputatus est*, ut peccatum destrueret, & vocatus est maledictum qui benedicit creaturam, ut maledictionem solveret nostram, & liberaret pœna credentes in ipsum. Non fuit ergo vere maledictio & peccatum; sed utrumque vocatus est ut maledictionem destrueret & peccatum. Igitur si simili modo factus est caro, destruxit & carnem, sicut maledictionem videlicet & peccatum; & neque factus est homo, neque incarnatus est vere, sed in δοκήσει tantum mysterium & in nudis vocabulis incarnationis ratio invenietur & modus.

Tollitur autem penitus etiam resurrectionis spes. In [m] cujus igitur mortem baptizati sumus? Ubi [n] est verbum fidei quod prædicamus? Confitentes enim 225

*a* Matth. II. *b* Luc. II. 14. *c* II. Cor. V. 21. *d* Gal. III. 13. *e* Joan. 1. 14. *f* Joan. III. 6. *g* Luc. I. 2. *h* I. Joan. I. 1. *i* Gal. III. 13. *k* II. Cor. V. 21. *l* Marc. xv. 28. Isa. LIII. 12. *m* Rom. VI. 3. *n* Rom. X. 8.

1. *Et quomodo eam*] Sic sane in Act. Ephes. tom. cit. pag. 1357. καὶ τῶς ταύτην: Sed in margine vera lectio proposita, τοῦτον, *hunc*. Neque aliter dubio procul legendum.

2. *Non interimo* cet.] Deest heic aliquid, supplendum ex Græcis, quæ sic se habent: τὸ δὲ σαρκικῶς εἰπεῖν, οὐκ ἀναιροῦντός ἐστι κ. τ. λ. *Carnaliter autem dicere, non est interimentis* cet.

quod Dominus eſt Jeſus, & credentes quod Deus A eum a mortuis ſuſcitaverit, ſalvamur. An in unum ſimilem noſtri & communem hominem fides eſt noſtra, ac non magis in humana forma propter nos factum Verbum adoramus? [a] Non ergo accepit ſervi formam liber, id eſt, Deus? Non humiliavit ſe ſe qui deitatis faſtigiis eniteſcit, & qui eſt in æqualitate patris & forma? Non ſe immiſit in exinanitatem qui ex ſua plenitudine creaturæ omnia bona diſpertit?

Apage iſtam dementiam. Aliter nos erudivere beatiſſimi patres. Incarnatum enim & hominem factum vere dixere Dei patris Verbum inconvertibiliter & inconfuſe. Arcanus certe eſt ineffabiliſque diſpenſationis modus. Teſtes vero dictorum meorum B vocabo ſermones ipſorum.

PETRI *martyris & epiſcopi Alexandriæ.*

[1] *Unde evangeliſta aſſerit veritatem dicens:* [b] Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. *ex illo tempore ſcilicet quo angelus ſalutavit virginem dicens:* [c] Ave gratia plena, Dominus tecum. Dominus *enim* tecum *dixit Gabriel pro eo quod eſt Deus Verbum tecum. Significat enim, id eſt naſci in vulva & carnem futurum, juxta id quod ſcriptum eſt:* [d] Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi inumbrabit tibi; ideo quod naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei.

ATHANASII *epiſcopi Alexandriæ.*

*Unde etiam cum caro ipſius naſceretur ex Maria*
226 *Θεοτόκῳ, ipſe dicitur natus qui præſtat ut alii naſcerentur, ut noſtram in ſemet ipſum generationem transferret.*

*Ejuſdem de epiſtola ad* EPICTETUM.

*Quomodo autem vel dubitare auſi ſunt qui dicuntur eſſe Chriſtiani, niſi Dominus qui proceſſit ex Maria, filius quidem ſit Dei ſubſtantia & natura, ſecundum carnem vero ex ſemine David, ex carne ſanctæ Mariæ? Qui porro adeo audaces fuerunt ut dicerent, Chriſtum qui carne ſit paſſus & crucifixus, non eſſe Dominum ſalvatorem & Deum & filium* D *patris? Vel quomodo ſe volunt nominari Chriſtianos, qui dicunt in hominem ſanctum quemadmodum in unumquemque prophetarum ſuperveniſſe Verbum, ac non magis ipſum hominem factum, corpore ſumto ex Maria; vel alium eſſe Chriſtum, aliud Verbum, quod ante Mariam & ante ſæcula erat filius patris? Aut quomodo poſſunt eſſe Chriſtiani qui dicunt* [2] *alium eſſe filium & aliud Dei Verbum?*

Hanc nos ſanctorum patrum opinionem ſequimur & fidem. Sin vero eſt qui diverſa doceat & novas voces inducat, extra rectam conculcatamque ſemitam videtur errare. Quod vero non ſit inuſitatum nec inſolitum ſanctis patribus dicere, carnaliter eum natum, ſed magis hæc dictio ſit frequens & E ſæpius uſurpata nihilominus infra ſcripta dicta monſtrabunt, quæ ſe ita habent.

[3] *Iconii epiſcopi.*

*Nam niſi ille fuiſſet carnaliter procreatus, tu numquam fuiſſes ſpiritaliter recreatus; & niſi ille ſuſtinuiſſet formam ſervilem, tu numquam fuiſſes adoptionis gloriam conſecutus.*

Heic quoque *carnaliter* poſitum eſt pro eo quod eſt ſecundum carnem; quemadmodum etiam *divine*, id eſt, ſecundum divinitatem. 227

*Anathematiſmus tertius.*

Si quis in uno Chriſto dividat ſubſtantias poſt unitatem, & conjunctione ſola conjungat ſecundum vel dignitatem vel auctoritatem vel dominationem, ac non magis conventione quadam quæ eſt facta per ἕνωσιν naturalem, anathema ſit.

*Reprehenſio hæreticorum.*

Rurſus ipſum ſuorum admonebimus verborum, convincentes ipſum duas ſubſtantias in his quæ ſcripſit in primo tomo, hoc modo: [4] *Ergo quantum pertinuit ad propriam naturam, non ſolum ipſum per ſe ſanctificatum eſt Verbum Dei patris. Sin vero eſt qui credat eum qui eſt natus ex ſancta virgine, unctum eſſe & ſanctificatum ſolum ipſum per ſe, & propterea Chriſtum fuiſſe nominatum.* Quomodo igitur, oblitus ſuorum verborum, in unam ſubſtantiam contrahit, confundens naturas, divinam C ἕνωσιν naturalem vocans? Et quis umquam accipiat naturalem divinam ἕνωσιν in diſpenſationis myſterio? Nam ſi eſt ἕνωσις illa naturalis, ubi eſt gratia, ubi divinum myſterium? Naturæ enim, ſicut edocti ſumus, ſemel a Deo conſtitutæ neceſſariis legibus ſerviunt. An erit iterum per ἀνακύκλησιν & legem naturæ diſpenſationis ratio juxta fabuloſa illa χιλιονταετηρίδος, id eſt, mille annorum, Apollinaris inventa?

*Reſponſio orthodoxi.* 228

Divinus Paullus quemadmodum factum ſit homo unigenitum Dei Verbum, planum omnibus faciens, utpote diſpenſator myſteriorum Dei, & ipſum habens in ſe loquentem Chriſtum: [e] *Non enim angelos apprehendit*, inquit, *ſed ſemen Abraham apprehendit. Unde debuit in omnibus adſimilari fratribus, ut miſericors fieret & fidelis pontifex ad Dominum.* At nos id dictum rectis ſuffragiis coronantes, ſanctam ſcripturam ubique ſequentes, & divinorum magiſtrorum voces admirantes, immo vero leges eſſe eas ſanctiſſimas arbitrantes, non ſanctorum angelorum neque ſuam naturam apprehendere dicimus Dei Verbum & patris; ſed ut placitum eſt divinis litteris, credimus inumbraſſe ſanctæ virgini, quippe cum ſit virtus patris altiſſimi, & finxiſſe ſibi corpus ex ea, operatione tamen Spiritus ſancti, & factum eſſe hominem, & nuncupatum filium Abrahæ & David, cum non deſiiſſet eſſe vere filius Dei & patris, ſed manſiſſet in ſua natura & majeſtate & gloria deitatis, licet factum ſit caro. Inconvertibilis enim Deus eſt & omni converſione valentior. Eſt igitur

*a* Philipp. II. 7-9. *b* Joan. I. 14. *c* Luc. I. 28. *d* Ibid. ✝. 35. *e* Heb. II. 16. 17.

1. *Unde evang.* ] Hæc & quæ ſequuntur, habes ſupra pag. 175. ſeqq.
2. *Alium eſſe* cet. ] Supra pag. 177. vertit Mercator, *aliud eſſe filium & aliud Dei Verbum.* Græce tom. cit. pag. 1364. λέγοντες ἄλλον εἶναι τὸν υἱὸν, καὶ ἄλλον τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον.
3. *Iconii ep.* ] Supplendum ex Actis Epheſ. l. c. *Amphilochii*, ut ſupra monuimus ad pag. 184. Hæc vero habes ibid. pag. 185.
4. *Ergo* cet. ] Cap. I. antiquæ verſionis concil. Epheſ. pag. 394. BALUZ.

unus atque idem filius & Dominus & ante incarnationem & post incarnationem. Et dividere unum in duos & veram ἕνωσιν labefactare & separare in partes, & seorsum dicere hominem, seorsum Deum, impietatis est crimen ingentis.

Verum his omnibus contemtis, Nestorius ausus est ista verba proferre. [1] *Hoc* [a] *autem sentite in vobis quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, se exinanivit, formam servi accipiens. Non di-*
229 *xit: Hoc sentite in vobis quod & in Deo Verbo; quod cum in forma Dei esset; formam servi accepit. Sed ubi dixit Christum, quasi duarum naturarum appellationem, sine periculo eum & formam servi quam accepit, nominavit & Deum, cum ea absque peccato dicantur de naturarum duplici & separabili ratione.* Et rursus in alio tractatu [b]: [2] *Ut in nomine*, inquit, *Jesu omne genu flectatur cælestium & terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris.* [3] *Propter illum qui portavit, eum qui portatus est colo: propter invisibilem veneror apparentem. Numquam ab eo qui apparet Deus separatur. Ideo nec ego honorem separo. Separo naturas, sed unam facio venerationem.* Et rursus in alio tractatu: *Dic eum qui assumsit, quia Deus est; dic eum qui assumtus est, quia servus. Adde conjunctionis deinde dignitatem, quia duorum auctoritas communis est; quia duorum eadem dignitas, manentibus naturis, confitere dignitatis unitatem.*

Vides eum naturas ubique separare, unam vero facere, ut ipse ait, venerationem, & communem auctoritatem dicere & solam dignitatis ἑνότητα. Quidquid autem commune est, non uni potest esse commune, sed vel duobus certe vel pluribus separatim & seorsum intelligendis. Pro qua igitur caussa criminati sunt sermonem quia hæc anathematizamus? Quod tantum crimen admisimus, si profanis & novis Nestorii fabulis pietatis dogmata opponentes, ruitionis fratrum competentem habuimus rationem?

Sed quoniam ajunt me meis adversari sermonibus, & ad probationem hujusce rei recitant partem epistolæ meæ quæ est ad sanctos monachos scripta, decere existimavi ad hoc quoque verbis me compe-
230 tentibus respondere. Ajunt enim duas & me dixisse substantias, & hoc sibi ad probationem sufficere arbitrantur. Posita igitur parte epistolæ, inferam mox ea quibus mendaces ubique & vaniloqui convincantur. Habet epistola: [4] *Ergo quantum pertinuit ad propriam naturam, non sanctificatum est solum ipsum per se Dei Verbum. Sin vero est qui existimet eum qui est natus ex sancta virgine, unctum fuisse & sanctificatum solum ipsum per se, propterea que Christum esse nominatum, procedat in medium, & probet quod unctio sola sufficiat eum qui ungitur declarare gloriæ patris* [5] *consimilem ejusdemque sedis esse cum Deo, qui est omnibus eminentior.* Nam quia Dei Verbum seorsim nominatum Christum Nestorius novarum blasphemiarum novus inventor affirmat, seorsum autem & separatim Christum alium, qui est natus ex virgine; nos hujusmodi ipsius opinionem, tamquam minus aptam & incongruam & extra terminos positam veritatis, vituperamus; & neque Dei patris Verbum solum ipsum per se & seorsum unctum esse oleo lætitiæ affirmamus,

A neque porro seorsum & solum ipsum per se ut hominem, & alium esse filium Verbum Dei patris præter illum qui est natus ex virgine, sed unum magis Christum oportere affirmamus ab omnibus nominari incarnatum & hominem factum unigenitum Dei Verbum. [c] *Unus* enim *Dominus, una fides, unum baptisma.* Nulli igitur volenti recta sentire obscurum est, illos depravare eorum quæ a me sunt scripta sententiam, & heic quoque calumniam facere veritati. Id autem etiam ob aliam caussam rectum est & procul ab omni vituperatione summotum. Novimus enim videlicet quia alia quædam 231
est caro proprietate naturæ præter Verbum quod est natum ex patre, aliud porro ratione naturæ suæ B unigenitum Dei Verbum. Verum id ita esse scire, non est dividere naturas post unitatem.

Verum si quis velit vim mysterii perspicaci mentis oculo intueri, ex eo ipso facile intelligat quod & a principio diximus, quia non suam naturam apprehendit Deus Verbum, sed semen Abrahæ. Nec vero est Verbi Dei [6] in substantia simile sanctum corpus, quod est ex semine Abrahæ: quo sumto ex beata virgine, processit homo, [d] ut fratribus assimilaretur, & nuncuparetur primogenitus qui est unigenitus. Sed tametsi alterius naturæ sit corpus præter Verbum Dei patris, attamen unus & Christus & filius & Deus & Dominus, licet factus sit caro. Et veræ unitatis rationem labefactare periC culosum est, & secernere in duas partes substantias, & eas diversas quidem esse dicere inter se & separatas proprietate sua, solam autem habere conjunctionem extrinsecus & honorariam. Si vero dicamus naturalem ἕνωσιν, veram dicemus; & maxime cum divina scriptura hac dictione tam frequenter utatur. Scribit enim alicubi beatus Paullus: [e] *Et eramus natura filii iræ, sicut & ceteri.* Nemo est autem qui dicat iram divinam *natura* habere substantiam, ita ut etiam ipsius filii dicantur esse peccantes. Nam si ita dixerimus, erimus nempe Manichæorum furori consimiles, sed *natura* posuit pro eo quod est *veritate.* Ergo non confundentes naturas, nec, quemadmodum adversarii commemorant, inD ter se eas commiscentes, naturalem dicimus ἕνωσιν factam, sed ex duabus rebus dissimilibus, id est, 232
ex deitate & humanitate unum factum esse Christum, filium, & Dominum ubique affirmamus. Apollinaris vero dogmata nulli omnino caussæ sunt nobis. Eos etenim qui semel tamquam veritatis corruptores damnati sunt, convenit aversari.

*Anathematismus quartus.*

Si quis personis duabus sive substantiis voces quæ sunt in evangelicis vel apostolicis scriptis dispertiat, quæ vel de Christo a sanctis dicantur, vel ex ipso de se ipso; & has quidem ut homini qui E præter Dei Verbum seorsum intelligitur deputet; has vero, ut divinas, soli Deo Verbo, anathema sit.

*Reprehensio hæreticorum.*

Heic quoque ipsum suorum dogmatum convenit admonere, in quibus ait: *Et si audierit quod* [f] *pro-*

[a] Philipp. II. 5-7. [b] Ibid. ℣℣. 10. 11. [c] Ephes. IV. 5. [d] Heb. II. 17. [e] Ephes. II. 2. [f] Luc. II. 52.

1. *Hoc autem* cet. ] Vid. supra pag. 205.
2. *Ut in nomine* cet. ] Vid. supra pagg. 114. 205.
3. *Propter illum* cet. ] Vid. supra pag. 207.
4. *Ergo* cet. ] Cap. I. antiquæ versionis concil. Ephes. pag. 394. BALUZ. — Vid. paullo ante pag. 227.
5. *Consimilem ejusdemque sedis* ] Gr. ἰσοκλεᾶ καὶ ὁμόθρονον. Vet. interp. *æqualis gloriæ & majestatis.*
6. *In substantia simile* ] Gr. pag. 1369. οὐχ ὁμοούσιον δὲ τῷ ἐκ Θεοῦ φύντι λόγῳ. Vet. interp. *Non est autem consubstantiale* (corpus) *Verbo ex Deo nato.* Et heic, ut alibi superius monuimus, ὁμοούσιον legisse Mercator videtur.

*ficiebat ætate & sapientia & gratia, ne profectus* A *sapiens fuisse Dei Verbum putaveris: sed ne illud quidem ausus fueris dicere, quod profectum ætatis & sapientiæ & gratiæ homini assignemus.* Sed etsi negent scripturæ testimonium docentes, quod juxta visibilem carnem Domini profectus fiebat, non est tamen tempus modo nobis ipsum convincendi ad capitulum propositum festinantibus. Ut enim probemus ipsum duas substantias dicere & sibimet ipsi repugnare, posuimus ea quæ ante dixerit. Personis autem duabus vel substantiis duabus vel filiis sejungentes ἕνωσιν sive unum filium, voces aptare
233 non convenit. Individua enim & inseparabilis summa illa ἕνωσις, & unus est filius omni ratione & omnibus modis. Servata igitur unitate, & uno fi- B lio & Christo & Domino demonstrato, uni eidemque filio ea quæ dicuntur oportet aptare. Non dividere autem voces evangelicas, vel quæ ab ipso Domino de se ipso dicantur, vel quæ in litteris apostolicis positæ sunt, furoris ingentis est. Nam si voces non dividamus, quibus oculis inspiciamus Eunomianos vel Arrianos, qui omnia quæ dicuntur in unam solent conferre naturam, & humiles humanitatis voces ad divinitatis referre fastigium? Vel quomodo intelligamus Domini voces, qui propter carnis naturam visibilem dixit: [a] *Non veni meam voluntatem facere.* Et illud: [b] *Mandatum accepi quid dicam & quid loquar.* Et: [c] *Ego ex me nihil facio.* Et: [d] *Ascendo ad patrem meum & pa-* C *trem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum?* & cetera hujusmodi. Nam si individuæ sunt voces sicut & naturæ, erit ipsius per se unigeniti Dei Deus pater; minister vero & internuntius mandatorum patris filius juxta deitatem. Et si humiles voces in naturam deitatis referamus, cui adscribamus: [e] *Ego & pater unum sumus.* Et: [f] *Quod eadem faciat ipse quæ & pater.* Et: [g] *Quemadmodum enim pater suscitat mortuos, ita & filius quos vult vivificat?* [1] Sed est certe juxta ipsius Domini vocem pater Deus quidem carnis quæ novissimis temporibus ex semine David facta est, pater vero Verbi quod ex ipso caste impassibiliterque semper est natum, filietate uno modo servanda & manifesta. Quomodo D enim accepimus: [h] *Amen amen dico vobis, antequam Abraham esset, ego sum:* Et, [i] *Omnia per*
234 *ipsum facta sunt*, si voces sint individuæ? Adscribemus ne vocem naturalem illi quæ novissimis temporibus ex semine David facta est, antequam Abraham esset & David esset, ipsam fuisse, & omnia per ipsum facta? An magis pietatis intuitu, naturis inconfuse manentibus, & unitate indivisa, voces secundum vim conjunctarum naturarum, sicut supra dictum est, imputemus in unum filium & Dominum & Christum, non in unam naturam, omnia conferentes, sicut & ex uno nomine naturam utramque intelligimus propter ἕνωσιν summam, & nobis inintelligibilem; ut: [k] *Nemo ascendit in cælum nisi* E *qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo:* & porro; [l] *Si videritis hominis filium ascendentem ubi erat antea:* nonne ex appellatione filii hominis & illum qui inconfuse & inseparabiliter est ei conjunctus, accipimus? Nam si & [2] dominum hominis diceret propter assumtæ & visibilis carnis naturam, Deum se tamen factis ostenderet: & porro; [m] *Jesus Christus per quem omnia*; & porro [n] *Jesus Christus heri & hodie, idem ipse & in sæcula.* Si heri & hodie, quomodo per ipsum omnia? Et si per ipsum omnia, quomodo heri & hodie? Sed & quod *omnia per ipsum* verum est, & quod *heri & hodie* credendum est, & quod *idem & in sæcula* certissimum est, si secundum diversitatem naturarum inconfuse inseparabiliterque conjunctarum voces aptaverimus, intelligentes secundum quod visibile est *heri & hodie*; secundum intelligibile *in sæcula*, secundum vero filietatis conjunctionem unum eumdemque.

235 *Responsio orthodoxi.*

Videlicet hæc est intentio eis qui inconsiderate & temere objurgare contendunt, anathematismos quos tam utiliter, & necessario fecimus, nihil prorsum rectum nec sentire nec dicere, sed se tantum maledicos & obtrectatores ostendere. Nam si suæ mentis oculum scriptis diligenter voluissent intendere, certe cognoscerent se magis anathematismum suis suffragiis comprobare, & ex his quæ ipsi accusant evidenter ostendere, non eum imperite esse a nobis factum.

Vir bonus Nestorius cum in Ecclesia prædicaret, hoc dixit: [3] *Ut id evidentius clariusque omnibus faciam, & Arrianis & Eunomianis & Apollinaristis & omnibus qui sunt ejusdem gregis studium est dicere Θεοτόκον, quasi commixtionem quamdam factam & naturis minime dividendis voces humiles non de humanitate accipere, ut locum inveniant adversus deitatem, tamquam omnia quæ dicuntur, de uno eodemque dicantur.* His ita dictis, commodissime anathematismus a nobis est factus, non concedens in duas personas dividi vel in duas substantias unum Dominum Jesum Christum. Quod vero ipsi quoque dictis nostris assentiant, conspicuum est ex his quæ & sentire ipsi & scribere studuerunt, quæ se ita habent: *Personis autem duabus vel substantiis vel filiis duobus unitatem dividentes sive unum filium voces aptare non convenit. Individua enim & inseparabilis summa illa ἕνωσις, & unus est filius omni ratione & omnibus modis. Servata igitur summa unitate, & uno filio & Christo & Domi-* 236 *no demonstrato, uni eidemque filio ea quæ dicantur oportet aptare. Ceterum, juxta vim naturarum conjunctarum, uni filio aptare quæ dicuntur oportet.* Ergo si summa illa ἕνωσις servanda est, quæ jam divisionis ratio possit interrumpere? Et si quis dividere audeat, procul a recta semita videtur errare & a pietatis dogmatibus abhorrere.

Quid igitur ita anathematismus? *Quisquis dividat voces hoc modo, ut has quidem tamquam homini qui præter Dei Verbum seorsum intelligatur deputet, has vero tamquam divinas soli Deo Verbo, anathema sit.* Et si hi qui dividunt & separant in hominem seorsum & in Deum Verbum seorsum, non dividunt unum Christum, nec duos filios dicunt, merito mihi succenseant objurgatores. Sin vero ita

*a* Joan. VI. 38. *b* Joan. XII. 49. *c* Joan. VIII. 28. *d* Joan. XX. 17. *e* Joan. X. 30. *f* Joan. V. 19. *g* Ibid. ℣. 21. *h* Joan. VIII. 58. *i* Joan. I. 3. *k* Joan. III. 13. *l* Joan. VI. 63. *m* Heb. II. 10. *n* Heb. XIII. 8.

1. *Sed est certe* cet.] Ex Græcis comperitur mutilus esse hic locus. Sic enim l. c. ἀλλ' ἔστιν ὀρθῶς κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου φωνὴν πατὴρ καὶ Θεὸς ὁ πατήρ. Θεὸς μὲν κ. τ. λ. *Sed est recte secundum ipsius Domini vocem, Pater & Deus Pater. Deus quidem* cet. Ob voces repetitas *Pater & Deus* erraverit librarius.

2. *Dominum hominis*] Ex contextu legendum *filium hominis*. Atque ita Græca l. c. pag. 1373. εἰ γὰρ καὶ υἱὸν ἀνθρώπου ὠνόμαζε.

3. *Ut id evid.*] Cyrillus lib. I. adversus Nestorium. BALUZ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

sentire, plane divisio est; quamobrem meos objurgaverint sermones, cum præsertim ipsi quoque ex his quæ dicant, individuum & unum per unitatem summam confiteantur esse Emmanuel? Voces quidem singulas quæ sint dictæ de Christo, vel quæ ab ipso probatæ sunt, sapienter accipiendas esse & ipse laudans assentio, & omnes qui solent recta sentire. Aliæ enim divinæ sunt, aliæ carnis dispensationi magis convenientes. Sed quoniam unus idemque est Deus simul & homo; propterea nunc divine loquitur, nunc humane. Unius tamen Jesu Christi & hos & illos affirmamus esse sermones, neque divinitate nudantes templum quod est natum ex virgine, nec sine carne dicentes esse Verbum Dei & patris post arcanam & ineffabilem unitatem.

Illud autem admiror, quod cum videantur mea
237 curiose rimari, & quemadmodum ipsi existimant, subtiliter meas scrutentur epistolas; illa quidem quæ sunt in ipsis utilia & necessaria & ad probationem rectorum dogmatum pertinentia consulto prætereunt, invadunt vero satis agiliter & impigre si quid illis visum fuerit vel tenuissimam habere suspicionem, per quam possint calumniam nobis inferre. Meminero autem meorum dictorum. Scripsi enim in epistola ad Nestorium hoc modo; [1] *Voces autem salvatoris nostri quæ sunt in evangeliis neque duabus substantiis nec duabus personis dividimus. Neque enim* [2] *duplex & unus est & solus Christus, licet ex duabus rebus diversis intelligatur in unam inseparabilemque unitatem fuisse conlatus; sicut etiam homo, licet ex anima intelligatur & corpore, non ideo duplex est, sed unus ex utroque. Sed humanas voces, nec non etiam divinas, ab ipso prolatas esse rectissime confitemur. Ubi enim ut Deus de se dicit:* [a] Qui me videt, videt & patrem meum. *Et*: [b] Ego & pater unum sumus, *divinam ipsius intelligimus arcanamque naturam, per quam est ad patrem suum, propter substantiæ similitudinem*, [c] *imago & figura & lumen gloriæ ipsius. Ubi vero humanitatis mensuram non inhonorans Judæos alloquitur*: [d] Nunc me quæritis interficere hominem qui veritatem vobis locutus sum, *nihilominus ipsum qui est in similitudine & æqualitate patris Deum Verbum ex mensura humanitatis ipsius agnoscimus. Nam si necesse est credere quia cum sit Deus natura, factus sit caro, sive homo animata carne anima rationabili; quare quemquam pudeat vocum ipsius, si humano more sint dictæ? Si enim fugiat sermones qui videntur homini convenire, quis eum coegit fieri hominem similem nostri?*
238 *Qui vero se propter nos misit in voluntariam exinanitatem, quam ob causam fugiat competentes exinanitati sermones? Uni igitur personæ voces omnes evangelicas dedicandum est & uni substantiæ Verbi incarnati.* [e] Unus *enim* Dominus Jesus Christus, *juxta scripturas*. Igitur non ostendimur ignorare dispensationem quæ unicuique voci conveniat, sed magis non permittere ψυχικοῖς & Christum non habentibus duos filios nominare vel dicere, dividentibus a se substantias post inseparabilem unitatem.

Sed quoniam brevissimam partem nostræ epistolæ in principio suorum posuere dictorum, interminantes se quodam nos tempore convicturos quasi non mediocriter delinquentes in Verbum Dei & patris, &

A naturæ ipsius inconsultissime adscribentes id quod carni convenit incrementum; age, etiam super hoc quoque quæ sunt respondenda dicamus, illam omnem partem epistolæ apponentes. Timentes enim illi scilicet veritatem & subripere auditoribus festinantes, partem illam tantummodo posuerunt quæ ipsis utilis videbatur, per quam possent ratione coloratam calumniam nobis inferre. Ita autem se habet scriptum: *Et si audieris quod* [f] proficiebat Jesus ætate & gratia & sapientia, *ne sapiens ex profectu fuisse Dei Verbum existimaveris, meminero autem potius ita scribentis beatissimi Paulli:* [g] Christus Dei virtus & Dei sapientia. *Sed nec illud temere ausus fueris dicere quod profectum ætatis & sapientiæ & gra-*
B *tiæ homini assignemus: id enim nihil aliud est nisi dividere in duas partes unum Christum. Sed, ut dixi dudum, cum ante sæcula sit filius, novissimis temporibus filius fuisse dicitur Dei, carnis suæ generationem dispensatorie propriam faciens; ita etiam cum* 239
*sit sapientia genitoris, proficere sapientia dicitur qui est perfectissimus, utpote Deus, humanitatis propria propter summam* ἕνωσιν *in se familiariter accipiens*. Pro qua igitur caussa (Deo dicente: [h] *Judicium justum judicate*) veritatem ipsi corrumpunt? Neque enim divisionem substantiarum post ἕνωσιν asserimus, neque deitatis naturam incremento & profectu dicimus eguisse: illud autem magis, quod per dispensationem sua fecerit ea quæ sunt carnis pro-
C pria, utpote caro factus [i] juxta scripturam. Quod vero tali fidei & opinioni sanctorum etiam patrum chorus assentiat probabo, apposita parte tractatus habiti a beatæ memoriæ Attico, qui ita se habet. [3] *Hodie Dominus clementiæ generationem suscepit. Nam divinæ dignitatis jam ante habuerat. Et adjecit porro Clementiæ. Verbum exinanitur, quod natura inexinanibile est.* [k] *Se enim exinanivit formam servi accipiens. Incarnabilis in carne fit. Nam* [l] Verbum caro factum est. *Qui tractari non potest propter incorporalem naturam, contrectatur. Qui initium non habet, fit sub initio corporali. Perfectus crescit, invertibilis proficit, dives in cœnaculo fit. Qui comprehendit nubibus cælum, pannis involvitur Rex re-*
D *ponitur in præsepe.*

Quod vero dividere substantias post unitatem sit grande peccatum, immo magis evertat venerabile incarnationis mysterium, scibimus nihilominus si inspexerimus dicta subjecta Julii & Felicis, qui Romanæ Ecclesiæ præfuerunt.

[4] JULII *episcopi Romæ.*

*Prædicatur autem ad consummationem fidei & incarnatus ex virgine Maria Dei filius, qui habitavit in nobis, non in homine operatus. Hoc enim de* 240
*Prophetis est & Apostolis. Perfectus Deus in carne, perfectus homo in spiritu. Non duo filii: sed unus*
E *quidem naturalis filius, qui assumsit hominem; alter vero mortalis assumtus a Deo; sed unus unigenitus in cælo, unigenitus in terra Deus.*

[5] FELICIS *sanctissimi episcopi & martyris Romæ.*

*De incarnatione vero Verbi & fide, credimus in Dominum nostrum Jesum Christum natum ex virgine*

*a* Joan. XIV. 9. *b* Joan. X. 30. *c* Heb. I. 3. *d* Joan. VIII. 40. *e* I. Cor. VIII. 6. *f* Luc. II. 52. *g* I. Cor. I. 24. *h* Deut. I. 16. *i* Joan. I. 14. *k* Philipp. II. 7. *l* Joan. I. 14.


1. *Voces autem Salvat.*] Hæc infra exstant pag. 364. in epistola Cyrilli ad Nestorium.

2. *Duplex & unus est & solus Chr.*] Leg. *duplex est unus & solus Christus*. Et sic recte se habet versio infra pag. 364. Gr. pag. 1376. οὐ γάρ ἐστι διπλοῦς ὁ εἷς καὶ μόνος Χριστός.

3. *Hodie Christus* cet.] Vide supra pag. 184. ubi exstat fragmentum hujusmodi.

4. *Julii* cet.] De hoc fragmento, Julio papæ falso tributo, vide superius animadversa pag. 178.

5. *Felicis* cet.] Vide superius pag. 178. quæ observavimus de hoc excerpto.



*Mariæ. Hic enim est filius Dei æternus & Verbum,* A [1] *& non homo a Deo assumtus ut sit alius præter ipsum; sed cum esset Deus perfectus, factus est simul & homo perfectus, incarnatus ex virgine.*

*Anathematismus septimus.*

Si quis [2] ut hominem operatione Dei Verbi adjutum filium dicat, & gloriam unigeniti ut alii præter ipsum assignat, anathema sit.

*Reprehensio hæreticorum.*

Operatione adjutum ab spiritu Dominum nostrum Jesum Christum ut hominem simpliciter aut ut pro- B pheta aut ut Apostolum, nemo est qui confiteatur. Apostolicas vero voces de ipso dictas propter naturam carnis visibilem, nec negare possumus nec delere, modo dicentes: [a] *Secundum operationem principatus virtutis ipsius, quam operatus est in Christo, suscitans ipsum a mortuis.* Et rursus: [b] *Quem Deus suscitavit a mortuis, solvens dolores mortis.*
241 Et rursus: [c] *Virtute Dei exaltatus.* & quæ sunt horum similia. Sed licet hæc ita dicantur propter id quod apparet, nemo tamen existimet eum ut hominem simpliciter operatione adjuvari, aut ut sanctum, aut ut prophetam, aut ut Apostolum. Ergo divinas voces neque delemus neque negamus, aut imperite & per plasphemiam anathematizamus C voces dictas & positas propter visibilem carnis naturam; neque ut hominem simpliciter, aut ut sanctum, aut ut prophetam, aut ut Apostolum operatione adjutum dicimus. Neque enim diceret: *Hæc dicit Dominus*; sed ut filius legislator: [d] *Ego dixi vobis.*

*Responsio orthodoxi.*

Nunc quoque nobis nihilominus iisdem verbis eademque ratione respondendum est. Unus enim est certe Dominus noster Jesus Christus, qui quidem esse creditur & Verbum quod est ex Deo patre sempiternum & ante sæcula, & qui novissimis sæculi D temporibus homo est factus, quique præcipuam habuit inæstimabilemque generationem secundum carnem; sed unus filius & Deus & Dominus operatus signa virtutesque supra hominem demonstrans, licet factum caro, nihilominus sic quoque se esse Deum verum & patris virtutem. Neque enim homo factus desiit esse quod fuerat. Denique implebat mirabilia, modo objurgans dæmonia, modo contundens satanam, cæcis lumen immittens, mortuos suscitans, mare gurgitibus sæviens uno sopiens verbo; non ut hominem nescio quem & alium præter se Christum clarificans, quemadmodum unumquemque Prophe-
242 tarum & Apostolorum, sed sibi gloriam pariens, ut Deus natura esse ab omnibus crederetur, licet factus E sit homo.

Nonne igitur flagitiosissimum est pati Nestorium dicentem: [3] *Communes enim sunt trinitatis operationes, & tantummodo substantiis dividendæ. Unigeniti vero præclara gloria aliquando patri assignata est, aliquando spiritui, aliquando Christi virtuti.* A Aut probent igitur objurgatores alium esse Christum seorsum & separatim intelligendum, cui suam virtutem imposuit unigenitum Dei Verbum, quasi alius seorsum filius præter se ipsum: aut si non est alius, sed unus atque idem & ex patre unigenitus & ex muliere homo secundum carnem; quam ob caussam nos melius fuerat reticere, ac non magis deliramentis illius vim opponere veritatis & splendorem veritatis dogmatum declarare? Erat quidem & est Deus filius; sed quoniam humanitatis mensuram semel suscepit, nec inhonoravit dispensationem, sed omnia [e] propter exinanitatem voluntarius nostri caussa sustinuit; ideo cum juxta suam naturam ipse sit vita, ex patre dicitur vivificari; & cum sit gloriæ domi- B nus, gloriam dicitur accepisse. Ait enim Hebræus ex Hebræis, legislator vere, & ex tribu Benjamin: [f] *Paullus Apostolus, non ex hominibus, neque per homines, sed per Jesum Christum & Deum patrem, qui eum suscitavit a mortuis,* [g] *gloriam dans ei.* Sed etsi dicatur a patre gloriam accepisse, quia hoc ad incarnationis mensuram pertineat; scit tamen se, quod Deus est, habere dignitatem quæ modum totius creaturæ transscendit. Ait enim: [h] *Omnia mihi tradita sunt a pater meo; & nemo novit filium nisi pater, neque patrem quis novit nisi filius, & cui filius voluerit revelare.* 243

Dicat aliquis cupiens discere. Si omnia tibi a patre tradita sunt quasi gloriæ egenti & qui habere C debueras in omnes dominationem propter humanum modum; quare dicis impossibile esse hominum mentibus te posse noscere sicut & patrem? Non, inquit, visibilibus tantum cognitio de me continetur. Sum Deus enim in carne & sanguine, secundum carnem noscendus; secundum divintatis naturam & gloriam [4] par similisque Deo patri, & omnem cogitationem supervolans ac sermonem.

Ergo, ut ad propositum redeamus, neque apostolicas evacuamus voces, absit; nec secus quam oporteat sentientes, ἐνανθρωπήσεως rationi repugnamus: sed sacras magis litteras ubique sequentes, & divinorum doctorum dicta firmantes, illis exsurgimus qui Ecclesiæ recta dogmata pervertunt.

D Quod vero pater a mortuis dicatur suscitasse Dominum Jesum Christum; videlicet cum ea res erga carnem ipsius impleretur, nulli esse dubium potest Ipse vero, cum sit vivifica & efficax virtus patris, templum suum vivificabat, juxta illud: [i] *Solvite templum istud, & in triduo reædificabo illud.* Erat igitur corpus illud vivificandum non alienum, nec unius hominum nostri similium, sed ipsius proprium Verbi.

*Anathematismus octavus.*

Si quis dicere audeat assumtum hominem coadorari oportere cum Deo, & conglorificari & con- E nuncupari Deum, tamquam alterum cum altero, ac non magis una veneratione colit Emmanuel, & 244 unam ipsi glorificationem deputat, eo quod Verbum caro sit factum, anathema sit.

*a* Philipp. I. 19. 20. *b* Act. I. 24. *c* Ibid. ℣. 33. *d* Matth. V. 22. 28. seq. *e* Philipp. II. 7. *f* Gal. I. 1. *g* I. Pet. I. 21. *h* Matth. xi. 27. *i* Joan. II. 9.


1. *Et non homo* ] Supra pag. 178. versio sic se habet: *& non ita homo*. Sed heic pressius inhæret Græcis interpres, ϗ ὐκ ἄνθρωπος: ut legitur in Actis conc. Ephes. l.c. pag. 1379. & apud Coutantium de *Epistt. Rom. Pontiff.* pag. 297.

2. *Si quis ut hominem* ] Leg. *Si quis* JESUM *ut hom.* ut habent Græca. Inconsulto præterita ea vox, sive a librario sive a typographo in edit. Baluz.

3. *Communes* cet. ] Vide supra pag. 206. & ibi adnotata ad pag. 207.

4. *Par similisque* ] Gr. l. c. pag. 1381. ἰσομέτρως. Exactius ad litteram textus vetus interpres: *Æqualem cum Deo & Patre mensuram habeo.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



*Reprehensio hæretici.*

Coadorari & conglorificari ut de personis, aut de substantiis, aut duobus filiis non dicimus, tamquam si carnaliter veneratio fiat, & Deo Verbo aliter: sed magis unam venerationem & cetera ut uni filio offeramus, ita positum est sicut ipse etiam in primo tomo dicit: *Cum consederet enim ut Verbum suo patri, & ex ipso sit & in ipso per naturam, rursus audiebat dicentem & cum carne:* [a] Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. *Ita etiam adorari ipsum dicimus tam a nobis quam a sanctis angelis.*

Ad hæc igitur hoc dicimus, quod valde docte B periteque objurgavit eos qui cum carne adorari unum eumdemque filium volunt, tamquam si longe diversa sint inter σὺν καὶ μετὰ, quod ipse ita posuit ut supra memoratum est, dicens cum carne adorari oportere, abnegans vero coadorari carnem cum deitate.

*Responsio orthodoxi.*

Acutissimos nos divinus Paullus effecit dicens: [b] *Vosmet ipsos probate si estis in fide.* Humanus etenim sensus etsi quadam jactantia & amore sui extra rectam semitam feratur, & a veritatis dogmatibus abhorrentem habeat motum, suas novas ineptasque cogitationes ipse sentire formidat; se tamen facil- C lime emendabit, sanctorum patrum scrutatus labores
245 & scripta qui propter rectissimam dogmatum scientiam memorabiliter ab omnibus conlaudantur, tumque suam fidem bene probabit. Propositum est enim omnibus qui mente sunt sana, sequi opiniones illorum: quoniam quidem ipsi quoque suum sensum apostolicæ & evangelicæ traditionis implentes, & fidei rationem recte & irreprehensibiliter ex sacris litteris concipientes, [c] lumina erant in mundo, verbum vitæ habentes, sicut scriptum est.

Scribit igitur sempiternæ memoriæ pater noster episcopus Athanasius de omnium salvatore Christo: [1] *Confitemur & esse ipsum filium Dei & Deum secundum spiritum, & filium hominis secundum car-* D *nem, non duas naturas unum filium, unam adorandam, & alteram non adorandam, sed unam naturam Verbi incarnatam & adorandam cum carne ipsius una veneratione; neque duos filios, alium quidem filium Dei verum & adorandum, alium autem ex Maria hominem non adorandum, gratia filium Dei factum sicut & homines.* Porro post alia: *Qui igitur ex virgine Maria natus est, filius est Dei natura & Deus vere; non gratia nec participatu, secundum carnem natus est homo ex Maria, secundum spiritum vero ipse filius Dei & Deus.* Et rursus: *Si quis autem contra hæc ex sacra scriptura docet, dicens filium Dei & alium natum ex Maria gratia filium factum sicut nos, & sunt duo filii, unus natura fi-* E *lius Dei ex Deo, & unus gratia, homo ex Maria; aut si quis Domini nostri carnem desuper dicit, ac non ex virgine Maria, aut conversam deitatem in carnem, aut confusam aut commutatam aut passibilem Domini nostri deitatem, aut non adorandam Domini nostri carnem ut hominis, ac non ado-*
246 *randam ut Domini & Dei carnem, eum anathematizat sancta & catholica Ecclesia, obtemperans divino Apostolo dicenti:* [d] *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit.*

Hæc ita illo sentiente & scribente nobis, gloriæ A Christis hostis & rebellis Nestorius, effrenatam in eum linguam solvens, ita ait: [2] *Confiteamur eum & qui est in homine Deum. Colamus divina conjunctione cum Deo Verbo coadorandum hominem.* Nonne plane hominem θεοφόρον nominat Christum, & conjunctionem tantum hominis factam esse dicit ad Deum, secundum illud fortasse quod est Paulli voce memoratum: [e] *Qui adhæret Domino, unus est Spiritus?* Atqui illud est verum, ipsum eumdemque fuisse magis Deum simul & hominem, & non hominem nescio quem separatim & seorsum intelligendum & tantum conjunctione Deo adhærentem. Nam post illam ineffabilem adunationem, sive quis dixerit Deum Emmanuel, hominem factum & incarnatum B Dei Verbum oportet accipere; & si hominem nominaverit, scimus tamen cum hoc esse etiam Verbum patris. Est igitur aliud unum dicere filium Dei patris Verbum cum carne conjuncta, & aliud dicere ei in homine esse Deum quemadmodum etiam in prophetis fuit sive in nobis ipsis per Spiritum sanctum. Sine periculo autem & inreprehensibiliter, ut opinor, hoc dixeris, quod incarnatum Dei Verbum, cum sit unus filius, non sine propria carne sed cum ipsa est potius adorandum: quemadmodum etiam omnis anima in suo corpore honoratur, & appellatione una, quod ex duobus est, ut unum animal nominatur. Cum tu igitur de Christo omnium salvatore sermonem faciens dividas 247
C unum in duo, & hominem seorsum & separatim intelligendum pronunties, deinde eum coadorari oportere & connuncupari Deum audeas dicere, tamquam si alius sit præter ipsum filius Dei; quis est qui ferre possit & tantam linguæ petulantiam silentio præterire? Oportuerat enim magis dicere: Colamus Deum Verbum, quod factum est homo, & nuncupatur Deus, & in humanitate adoratur, quia & natura Deus est, & ex Deo patre natus.

Sed dixerint e diverso: Tu quoque reus eris scribens in epistola quod filius patri cum sua carne consederit. Deinde quare reprehendis dicentem quod oporteat coadorari hominem cum Deo Verbo & con- D nuncupari Deum: Tantumdem est enim & σὺν dicere & μετά. Redarguamus ipsos vim ignorantes dictorum & naturam rerum minime intuentes. Quotiens enim in una persona & natura una sive substantia sermo explanans ea ex quibus sit composita naturaliter ipsa persona, adiciat τὸ σὺν, sive τὸ μετὰ, servat significationem unitatis, & non in duas partes divisam esse definit. Quotiens autem substantiis in duas partes ante divisis, ad significandam utramque separatim & seorsum τὸ σὺν dicitur, sive τὸ μετά: tunc certe duorum aut plurium & non unius per compositionem significatio est. Ut si forte dixero coadorari cum suo corpore hominis animam, si quis fortasse honor delatus fuerit homini qui est ex E utroque compositus, aut si quis dixerit animam unum esse animal cum suo corpore; non certe in duos homines unum dividit, sed apparet illum non ignorasse magis ea ex quibus vel sit vel compositus 248
sit. Sin autem dixero, Petrus & Joannes connuncupantur homines; vel si dixero, Cum Petro Joannes ascendebat in templum, τὸ σὺν jam, sive τὸ μετὰ, non unius significationem habet. Neque enim compositus est Petrus cum Joanne; sed nec pro uno homine ambo æstimantur.

Cur igitur veritatem corrumpunt, unum Christum in duos per imperitiam dividentes? Aut si pu-

*a* Psalm. CIX. 1. *b* II. Cor. XIII. 5. *c* Philipp. II. 15. *d* Gal. I. 9. *e* I. Cor. VI. 17.

1. *Confitemur* ] Athan. lib. *de incarn. Verbi* tom. II.

2. *Confiteamur* cet. ] Vid. supra pag. 206.

tant quod nos confedere patri dicentes filium cum A suo corpore, duos intelligi dederimus filios: exquirant diligentius an non unum dicentes filium, uno etiam confessu eum dicimus honorandum, non duobus; ita ut unus quidem & seorsum corpori destinetur, alter vero iterum Verbo. Sed numquam hoc probare possunt. Unum enim cum sua carne filium, Deum simul & hominem, eumdem uno confessu cum patre asserimus honorandum. Cohonorari autem dicere & connuncupari Deum plane est confiteri duos esse cohonorandos & connuncupandos. Verum id dementiæ plenum est, & a rectis veritatis dogmatibus alienum.

Factus est igitur anathematismus in eos, qui usquequaque & omnibus modis dividunt Emmanuel, seorsus in hominem, & seorsus in Deum Verbum. Unum etenim ipsum nobis divinarum rerum prædicavere doctores & sincera & incorrupta sacrarum scientia litterarum.

*Anathematismus nonus.*

Si quis dicat unum Dominum Jesum Christum glorificatum a spiritu, virtute ipsius quasi aliena uti,
249 & ab ipso accipere ut posset operari adversus immundos spiritus & implere hominibus signa divina, ac non magis ipsius esse proprium spiritum, per quem operatus est signa divina, anathema sit.

*Reprehensio hæreticorum.*

Rursus ea quæ ipse ante dixit in medio proferamus, & ipsum suorum forsan oblitum admoneamus. Neque enim tantummodo Dominum signa in spiritu dixit implere, verum etiam ipsum mortuum vivificatum esse per spiritum. Ait enim in primo tomo: [1] *Si igitur non est passus, eo quod mortuus est carne juxta scripturas, neque vivificatus est spiritu.* Considerare autem oportet quam sibi ipse contraria loquatur in anathematismis suis, negans Dominum in spiritu Dei dæmonia ejicere & alia signa facere, & illam vocem Domini quæ in evangeliis posita est, falsam faciens dicentis: [a] *Sin autem in* D *spiritu Dei ego dæmonia ejicio*; cum nos Dominum nostrum Jesum Christum & propria virtute & operatione spiritus implere mirabilia confiteamur; nec quia non habet ipse propriam virtutem, ut virtute etiam Spiritus sancti indigeat.

Qui vero non accipit spiritum, negat sanctas scripturas. Nam & sicubi dicat scriptura divina mirabilium opera patrem implere, (sicut ait: [b] *Pater manens in me & ipse facit opera quæ ego facio*) & filius est qui facit, omnia enim quæ sunt patris, filii sunt; & si spiritum dicat facere, (sicut ait: [c] *Sin autem ego in spiritu Dei ejicio dæmonia*) Domi-
250 nus est qui facit in spiritu: neque enim alienus est filius a patre vel spiritu: nec divisæ nec seorsum E positæ sunt trinitatis operationes, sed propria trinitatis est uniuscujusque substantiæ operatio quæ in scriptura memorata est: sicut & omnem creaturam modo filii opus fuisse scriptura commemorat dicens: [d] *Verbo Domini cæli firmati sunt*, modo Spiritus sancti, adjicit enim, *& spiritu oris ejus omnis virtus eorum*; sed non quia non possit pater omnia facere, operatur & filius: verum est enim quod [e] *omnia per ipsum facta sunt*; sed ut trinitatis eamdem substantiam, eumdem honorem, eamdemque virtutem scriptura nobis exprimeret, modo ait a patre, modo a filio, modo a sancto Spiritu esse facta: hoc enim modo etiam sub una substantia pendere omnia intelligimus. Nam sicut Verbum ἐνούσιον καὶ ἐνυπόστατον unigenitum [2] ex ipsa impassibiliter natum est, sic Spiritus ex ipsa exiit, qui est & ipse in sua substantia, ita ut una οὐσία in tribus substantiis designetur, & nulla a sese juxta rationem substantiæ aliena esse noscatur, sed tantummodo proprietatibus demonstrantibus sive di- B scretionibus singulæ substantiæ declarentur. Quo igitur modo propria est operatio quorum substantia & virtus & voluntas communis est? Quibus enim ista communia sunt, eorum certe una est operatio.

*Responsio orthodoxi.*

Opus ne mihi erit testium vocibus ad probandum adversarios frivolas ineptasque velle fabulas exercere & inconsiderate nos maledictionibus lacerare? At id opinor & ipsorum sola verba posse monstrare.

In proposito anathematismo affirmavimus plane 251
proprium esse filii Spiritum sanctum, & per ipsum implere eum signa divina. Adversarii vero, qui tam C frequenter meorum [3] memet ipsum oblivisci commemorant, in tantum ipsi stoliditatis ac dementiæ ceciderunt, ut existimarent me dicere non per spiritum ejicere dæmonia filium. Nonne igitur hæc aperta calumnia est? Nam si non dignantur confiteri ejectionem dæmoniorum ad signa referri divina, dicant sane quæcumque ipsi voluerint, & me modis omnibus criminentur quod non dixerim hæc non esse signa divina. Sin vero inter cetera mirabilia ejectio etiam dæmoniorum annumeranda est; cur, tamquam grande aliquid damnum, veritatem vitantes, loquacitatis suæ morbum in honorem maxime ponunt, nec aspernantur potius rem & apud Deum & apud homines odiosam? Obliti autem mihi videntur Christi dicentis: [f] *Quomodo dicis fratri tuo, Frater, sine ejiciam festucam ex oculo tuo, & ecce trabem non vides in oculo tuo? ὑποκριτά, ejice primum trabem ex oculo tuo, & tunc vides ejicere festiculam de oculo fatris tui.*

Quod quidem divinitas una substantia sit, pari virtute & operatione, non ex vestra oratione comperimus, sed id ita esse ex divina magis scriptura credimus. Quod vero fidei rectæ rationi nihil obsit sed prosit magis anathematismus propositus, videre nullus est labor. Eis enim qui dividunt unum Dominum Jesum Christum & separant, ut sæpe diximus, seorsus in hominem & seorsus in Deum Verbum, ut duæ scilicet intelligantur esse personæ & duæ substantiæ, id facere non permittit, nec concedit dicere ut unum hominem communem, spiri- 252
tus operatione adjutum fuisse [4] filium ut mirabilia posset implere. Nam si ita est, nihil differt a sanctis Apostolis vel Prophetis, qui Dei mansuetudine donationibus divinis oppleti dixerunt videlicet: [g] *Gratia sumus id quod sumus.* Sed sanctis quidem viris,

*a* Matth. XII. 28. *b* Joan. XIV. 10. *c* Matth. XII. 28. *d* Psalm. XXXII. 6. *e* Joan. I. 3. *f* Matth. VII. 4. 5. *g* I. Cor. XV. 10.

1. *Si igitur* cet. ] Cyrill. in cap. I. antiq. vers. conc. Ephes. pag. 399. BALUZ.
2. *Ex ipsa — ex ipsa* ] Gr. contextus utrobique ἐξ αὐτοῦ, *ex ipso*, lectione αὐτῆς ad marginem amandata.
3. *Meorum* ] Supple *verborum*, juxta Gr. τῶν ἑαυτοῦ λόγων.
4. *Filium* ] Leg. *Jesum* ex Gr. ubi sic: *ὡς ἵνα κοινὸν ἄνθρωπον ἐνηργῆσθαι παρὰ τοῦ πνεύματος τὸν Ἰησοῦν*. Sic enim ipsemet noster interpres paullo post: *Si non videtur horridum menti ipsorum — ut communem hominem dici* JESUM *adjuvari per Spiritum*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

in quibus divinarum donationum distributio enitescit, vox ista recte conveniat; Christo autem minime. Proprius etenim ipsius est Spiritus sanctus, sicut & Dei patris; & sicut pater per spiritum, ita etiam ipse per spiritum operatur. Denique dicens Judæis: [a] *Multa opera bona vobis ostendi a patre meo*. Et: [b] *Non ex me loquor, pater autem qui manet in me, facit opera*, ipse dicebat rursus: [c] *Sin autem ego in spiritu Dei ejicio dæmonia*, operationem per spiritum sibi adscribens & patri [1] propter eamdem similemque substantiam. Et ingens quidem longissimusque tractatus super his fieri possit, sed aptioris est temporis hæc latius propagare. Igitur non ut aliena virtute dicimus Emmanuel adjutum esse per spiritum, sed usum esse magis ut sua divine & [2] propriam habere virtutem substantiæ spiritus. Beati enim discipuli signa facientes dicebant: [d] *Viri fratres, quid nos intuemini, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus ambulare ad speciosam portam sedentem claudum?* Christi vero proprius est spiritus suus.

Verum illis qui nostra vituperare festinant, hoc dicam: si non videtur horridum menti ipsorum dividi individuum filium, & ut communem hominem dici Jesum adjuvari per spiritum, nos ab ita credentibus abhorrere. Sin vero Christum unum & filium & Dominum confitentur eumdem esse Deum
253 simul & hominem, credant nobiscum quod non adjuvetur quasi aliena præter se ipsum & meliore virtute spiritus; sed ipse magis operetur signa divina per suum spiritum, in quo etiam omnium [3] nascentium virtus est. Hoc enim modo desinent aliquando nobis sine caussa detrahere, & dentibus contra nos livoris infrendere.

### Anathematismus decimus.

[e] *Pontificem & Apostolum confessionis nostræ* factum esse Christum divina scriptura commemorat. [f] *Obtulit* autem *ipsum se pro nobis in odorem suavitatis Deo* & patri. Si quis igitur Pontificem & Apostolum nostrum factum esse dicat non ipsum Verbum Dei, tunc scilicet cum est caro factum & homo juxta nos, sed ut alium præter ipsum seorsum hominem ex muliere; aut si quis dicat pro se obtulisse ipsum oblationes, ac non magis pro nobis tantummodo, neque enim eguit sacrificio [g] *qui peccatum non noverat*, anathema sit.

### Reprehensio hæreticorum.

Si Pontifex est Deus Verbum, cui Deo suo vel quale sacrificium offert? Sed oblitus est beati Paulli dicentis: [h] *Neque enim habemus Pontificem qui non possit condolere infirmitatibus nostris, tentatum in omnibus absque peccato*. Quis igitur tentatus est? Deus Verbum, an natura magis humana, semen David? Et rursus: [i] *Non sibi quisque sumit honorem, sed qui vocatus est a Deo*. Quemadmodum ergo Aaron, sic etiam Christus se pontificatu voluit clarificare. Quis est ergo qui cum Aaron comparatur in sacerdotii dignitate, & cum eo qui non sibi honorem sumit, sed vocatus a Deo, & cum eo 254
qui in sacerdotii gradum ascendit? Num divina natura, quæ est coæterna cum patre, quæ omnia quæ sunt patris, propria habet? Et in quam dignitatem, quæ se ipsa esset altior, ascendebat? Sacerdotium ne dicamus divina natura esse gloriosius, in quod, non per se, sed vocatus a Deo, ut ille ait, ascendebat, & per id glorificabatur? An magis illa natura quæ ex semine David facta & præfinita est, cui etiam juravit Deus, secundum psalmistam, daturum se in æternum sacerdotium: [k] *Juravit* enim, inquit, *Dominus, & non pænitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech?* Divinitas ne unigeniti pollicitationes cum jurejurando accipiebat a Deo se in æternum sacerdotium accepturam, & per id se gloriosam futuram? Et quis nos ferat vel sentientes ista vel dicentes, ac non magis culpet memorantes Deum ordinari Pontificem & promissiones cum jurejurando accipere & vocari in sacerdotii dignitatem, ac non per se honorem accipere, sed in eum vocari, & comparari cum eo qui sacerdotium primus acceperit? Et porro, [l] *sicut & alibi*, inquit, *dictum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Quis porro est qui Melchisedech sacerdotio assimilatus est? Id ne postulat ratio pietatis ut Deum Verbum existimemus, an magis carnem quæ ex nobis assumta est, quæ ipsi inseparabiliter & inconfuse conjuncta est? Et porro inquit: [m] *Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui potens est eum suscitare a morte, cum clamore valido & lacrymis*. Deus Verbum preces suplicationesque cum clamore ad alium quemdam, qui potens est ipsum servare, offerens exaudi- 255
tus est [n] pro pietate, & didicit ex quibus ipse passus est & consummatus?

Sed ne mens vestra terreatur, [4] audiens de eo qui passus est, & eum qui impassibilis mansit. Neque enim separatim & seorsus ille qui est ex semine David, filius nominatus est; sicut nec divinitas post unitatem sine carne visibili filius appellata est. Filietas enim post ἕνωσιν communis est utrisque naturis non separandis a se. Neque enim post ἕνωσιν ulla est insecuta sejunctio; manet autem illa ἕνωσις sempiterna. Similiter in passionibus etiam carnis, deitas inseparata, sed impassibilis remanebat, & rursus per carnem implebantur signa divina. Unde unum eumdemque filium confitemur, inconfusis manentibus naturis, non alium & alium, absit, sed unum eumdemque dicentes. [5] Pontificem quidem nostrum & Apostolum factum esse Dominum nostrum Jesum Christum secundum divinas scripturas [o], nemo est qui non confiteatur; non sejunctum tamen seorsus ex muliere hominem a Dei patris Verbo ut esset id quod ex semine David factum est, conjunctum in-

*a* Joan. X. 32. *b* Joan. XIV. 10. *c* Matth. XII. 28. *d* Act. III. 12. *e* Heb. III. 1. *f* Ephes. V. 2. *g* II. Cor. V. 21. *h* Heb. IV. 15. *i* Heb. V. 4. *k* Psalm. CIX. 4. *l* Heb. V. 6. *m* Ibid. ℣. 7. *n* Ibid. ℣℣. 8. 9. *o* Heb. III. 1.

1. *Propter eamdem similemque substantiam* ] Gr. διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας. Vet. interp. *propter identitatem substantiæ*.

2. *Propriam habere virtutem substantiæ Spiritus* ] Gr. ἰδίαν ἔχειν τὴν τοῦ ὁμοουσίου πνεύματος δύναμιν. Vet. interpr. *propriam habuisse consubstantialis Spiritus virtutem*.

3. *Nascentium* ] In textu γεννητῶν, *rerum factarum* ex vet. interp. altera lectione γενητῶν i marginem rejecta.

4. *Audiens* cet. ] Locus mutilus, geminatione vocularum, *Neque enim*. Est autem is antiquariorum lapsus solemnis, ut advertit Cotelerius *Mon. Eccl. Gr.* tom. III. pag. 658. c. Græce legimus l. c. pag. 1395. Ἀλλὰ μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ διάνοια περὶ τοῦ παθόντος ἀκούσασα· καίπερ ὢν υἱός· οὐ γὰρ δύο υἱούς φαμεν, τόν τε παθόντα, καὶ τὸν ἀπαθῆ μείναντα· οὐ γὰρ κεχωρισμένως καὶ ἰδιαζόντως τῆς θεότητος ὁ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ υἱὸς ὠνόμασται, κ. τ. λ. Vet. interp. *Verum ne turbetur mens vestra, audiens de eo qui passus est*, Et quidem quum esset Filius. *Non enim duos Filios ponimus; eum qui passus est, & qui mansit impassibilis. Neque enim a deitate seorsim sequestratus, is qui est ex semine David, Filius nominatus est*, cet. Idem locus mutilus infra occurrit pag. 258.

5. *Pontif.* ] Vid. infra pag. 258.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



confuse inseparabiliterque cum Deo Verbo, Pontificem tentatum in omnibus absque peccato, edoctus ex quibus passus est obaudientiam, offerentem autem non pro se, sed tantummodo pro nobis propriam carnem Deo & patri. [1] Neque enim unigeniti deitatis Deus est pater, sed pater.

*Responsio orthodoxi.*

Rursus adversariis opportune dicatur a nobis: [a] *Quousque claudicabitis utroque pede?* Oportet enim illos sanum & rectum sensum habere ad scripturæ scientiam, & non tamquam duplici anima clau-
256 dicantem & nimis invalidum & rectis uti vestigiis recusantem. [b] *Omnes enim bilingues inconstantesque viis suis omnibus inquietantur, nec quidquam a Domino impetrabunt.* Hæc autem dico, adversarios nimium admiratus hunc etiam anathematismum tam impudenter petulanterque increpare; quippe id faciunt, nolentes Verbum Dei & patris nominari a nobis Apostolum & Pontificem confessionis nostræ tunc cum homo sit factum. Qui enim generationis ipsius secundum carnem calumniari connantur & audent quasi novam rem repudiare, fugientes sanctam virginem dicere Θεοτόκον, [2] ut facile negent dispensationis videlicet rationem, audient igitur per vocem Esaiæ: [c] *Nisi credideritis, non intelligetis.* Divinus quidem Joannes evangelista magnum aliquid & præcipuum exclamavit in orbem terrarum, [d] Verbum dicens carnem esse factum. Hi autem vim veritatis furantur; & ita eum dicunt carnem factum, ut si dicatur & [e] maledictio & [f] peccatum. Et de his quidem satis jam ante diximus; ea quæ probare possent, hunc eorum de his infirmissimum esse sermonem.

Ad objurgatores vero hoc in præsentia dicimus: Discite audire contribulati: percipite secundum Christum mysterii fundamenta, dispensationis principes caussas, & ipsum, ut ita dicam, ejus superventum: credite nobiscum; immo potius sacris litteris: date suffragium veritatis, confitentes quod unigenitum Dei Verbum, [g] *quod est in sinu patris*, per quem sunt & in quo omnia, factum sit caro; non conversionem aut confusionem passum, sed magis manens per naturam semper id quod erat & est &
257 erit. Factum est autem caro, generationem passum a sancta virgine, secundum carnem dico, & nuncupatus est filius hominis, & similiter ac nos communicavit carni & sanguini. Id ita credentibus & venerabilem verissimamque fidem tenentibus omnia quæ insequuntur erunt planissima, & nihil ex his videbitur arduum nec obscurum. Scriptum est enim: [h] *Plana omnia sunt intelligentibus, & recta invenientibus cognitionem.*

Oportere autem existimo caussas ob quas anathematismus sit factus exponere. Qui enim ima summis [3] miscuit, qui & omnia confudit ille Nestorius, tale quiddam alicubi dixit de Christo omnium salvatore: *Missus est denuntiare captivis remissionem is qui fidelis Deo factus est pontifex: factus est enim hic, non ante semper hic qui paullatim & gratia, o hæretice, proficiebat in pontificis dignitatem.* His & alia eamdem ejus impietatem & germanam audaciam indicantia intulit multa. Quis igitur esset qui cum ejusmodi verba audiret, non omnia melius perpeti se duceret quam in his rebus invisum Deo tenere silentium? Mortuus est pro nobis Christus; [i] injuria omni contemta, patibulum & secundum carnem mortem sustinuit. At nos salvatori nostro vicem ne verborum quidem remuneratione solvemus, sed alto silentio dormiemus, tam nefandas blasphemias audientes? An non magis hujusmodi criminum erimus nos quoque participes?

Quid ais: *In pontificem paullatim proficiebat?* Atqui cum Deus sit, exinanivit se; servi formam qui est natura liber accepit; humiliavit se [4] qui omnem natum transscendit & deitatis fastigiis gloriatur. Et si proficiebat quoniam exinanitus est, modo se ipsum humiliavit, honoris ne ei & gloriæ 258
exinanitatem caussam fuisse dicamus? Deinde quomodo jam exinanitas esse possit? Ipsum, inquit, Dei patris Verbum factum est Pontifex. Quisnam est major ipso, & obsequio sacerdotii honorandus? Ergo (dicam enim porro) crede quod cum sit Deus natura & [k] in forma patris filius, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis Deo, sed exinanivit, formam servi accipiens. Si factus est homo, & si servi formam accepit, non arbitratus vile esse & dispensationi incongruum & [l] Apostolum se & Pontificem nuncupari, hic qui non desprevit humanitatis nostræ mensuram, quonam modo humana despernat?

Est quidem non arduum nec nobis difficile verbis pluribus progredi & hujus rei argumenta ponere prolixiore tractatu. Verum, hoc interim omisso, proponam verba quæ ipsi fecerunt. Scripserunt enim hoc modo: [5] *Sed nec mens vestra terreatur de eo audiens qui passus est, & eum qui impassibilis mansit. Non enim separatim & seorsus illud quod est ex semine David, filius nominatus est, sicut nec divinitas post* ἕνωσιν *sine carne visibili filius appellata est. Porro autem unde unum eumdemque filium confitemur inconfusis manentibus naturis, non alium & alium dicentes, absit, sed unum eumdemque. Pontificem quidem & Apostolum nostrum factum esse Dominum nostrum Jesum Christum secundum divinas scripturas, nemo est qui non confiteatur; non sejunctum tamen seorsum hominem ex muliere a Dei patris Verbo.*

Si igitur unum dicunt filium, non dividentes in duo id quod est ex semine David & Dei patris Verbum, [6] lædunt mysterium, dividentes dispensa- 259
tionem inter Deum & hominem, ac non magis unum eumdemque & Deum esse dicentes & hominem, ut omnia essent ipsius & divina pariter & humana? Nam si quid divinum de divininate ipsius dicatur, id verissimum esse omnino credimus. Novimus enim eum Deum esse, etsi humanum aliquid huic item assentiemus. Confitemur enim Deum esse in carne & sanguine, & humanitatis mensuram per humana cognoscimus. Mille enim millia san-

*a* III. Reg. XVIII. 21. *b* Jac. I. 8. *c* Isa. VII. 9. sec. LXX. *d* Joan. I. 14. *e* Gal. III. 13. *f* II. Cor. V. 21. *g* Joan. I. 18. *h* Prov. VIII. 9. *i* Heb. XII. 2. *k* Philipp. II. 6. 7. *l* Heb. III. 1.

1. *Neque enim* cet.] Gr. pag. 1396. *οὐ γὰρ τῆς τοῦ μονογενοῦς θεότητος Θεὸς ὁ πατὴρ, ἀλλὰ πατήρ.*

2. *Ut facile* cet.] Gr. planius: *πῶς οὐ παραιτήσονται τῆς οἰκονομίας τοὺς τρόπους; ἀκουέτωσαν τοίνυν κ. τ. λ.* Vet. interp. *Quomodo non & dispensationis modos rejicient? Audiant igitur* cet.

3. *Miscuit*] Gr. pag. 1397. *διακινήσας*, *perturbavit*. At legerit Mercator *διακυκήσας*, ut observat Cotelerius l. c. pag. 536. c.

4. *Qui omnem natum transscendit*] Gr. *ὁ παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ*. Vet. interp. *Qui ultra omnem creaturam est*. Mox ex Græcis legendum: *Et si proficiebat, quonam modo exinanitus est? vel quo pacto se ipsum humiliavit? κατὰ τίνα κεκένωται τρόπον; ἢ πῶς ἑαυτὸν καθῆκεν εἰς ταπείνωσιν;*

5. *Sed nec* cet.] Vide supra pag. 255. ubi locus hic mutilus restitutus est.

6. *Lædunt mysterium*] Gr. pag. 1400. *πῶς οὐκ ἀδικεῖται τὸ μυστήριον*, *Quomodo non lædunt mysterium*, cet.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.



ctorum ministrant ipsi & divinam ipsius sedem cir- A cumstant Seraphim. Sed quoniam factus est homo, etiam Pontifex nuncupatus est; non ut sacrificium majori Deo offerat, sed sibi & patri fidei nostræ confessionem, magis & patri. Si dixeris non esse Deo dignum sacerdotio ministrare, ajo ego quoque id: Si solum & absque carne esse Verbum diceres, recte; sed quoniam homo factus est, adtende ipsum & ministrantem propter humanitatem. Consedet enim ut Deus. Quid enim ait beatus Paullus: [a] *Talem habemus Pontificem qui sedit ad dexteram sedis magnitudinis in excelsis*. Scientes igitur quia cum sit Deus, factus est caro, & est unus atque idem; ipsi, ut uni, omnia tribuemus, & dispensationis non ignorabimus modos, vim sententiarum sapien- B ter & artificiose ad ipsius semper obedientiam referentes.

### *Anathematismus undecimus.*

Si quis non confitetur carnem Domini vivificam esse ipsius Dei Verbi propriam, sed alterius cujuspiam, conjunctam quidem ipsi per dignitatem sive per solam divinam habitationem, ac non magis vivificam, ut ante dixi, eo quod fuerit propria Verbi, quod omnia (vivificare potest, anathema sit.)

260

### *Reprehensio hæreticorum.*

C Propriam fuisse Verbi carnem dominicam per ἕνωσιν confitendum est; sciendum tamen ex nobis eam fuisse adsumtam. Supervacuum est autem inferre *& non alterius cujuspiam præter ipsum*, nisi forte neget eam ex nobis fuisse adsumtam. Tam enim frequenter propriam dicere, negantis est dominicam carnem esse nostræ naturæ. Et ubi gloriatio nostra? Per quem dicit Paullus: [b] *Conresuscitavit nos simul & consedere fecit*? Cujus enim hominis sua caro alterius est? Nonne unusquisque nostrum communem quidem habet carnem simili substantiæ ratione, propriam vero eo quod uniuscujusque caro non sit alterius, sed illius cujus est? [1] Quid igitur vult propriam quasi non unum aliquid dicens? D Nam si intelligit dominicam carnem extra nostram carnem fuisse adsumtam, ita ut uniuscujusque caro ejus est propria cujus est, non alterius; quid, quasi novum dicens, propriam fuisse commemorat? An scilicet per obtentum negat eam ex nostra natura fuisse adsumtam, sicut in primo suo tomo evidentius dicit? [2] *Et puer*, inquit, *erat, non juxta nos, id est, non in nuda, nec in sola nostri similitudine, sed in humanitate quidem propter carnem, divinus vero quasi supra nos & de cælo*. Et item in secundo tomo ait: *Corpus enim erat, non alterius juxta nos, sed proprium magis ipsius Dei patris Verbi*, [3] *quod erat natum ex ipso*.

261 Quis enim dixit umquam, cujuspiam priorum E hominum carnem fuisse dominicam, aut Abel, aut Noe, aut Eliæ, vel alterius nescio cujus superiorum? Neque solum dominicam carnem dicimus non fuisse cujuspiam alterius superiorum hominum, sed ipsius magis Domini propriam & inconfuse & inseparabiliter cum Deo Verbo conjunctam. Verum nec uniuscujusque nostrum caro facta est umquam, ut supra diximus, cujuspiam alterius, nisi ejus cujus sit caro. Cum hoc igitur traditione Ecclesiæ comprobetur, quare tam crebro propriam dicit; nisi forte neget esse eam nostræ naturæ.

Quare autem negat, dici oportere *conjunctam ipsi secundum dignitatem & auctoritatem*, cum ipse in primo tomo dicat: [4] *Ita enim paupertate ipsius divites facti sumus, cum natura humana in ipso sublevata sit in divinam dignitatem*? At nos etiam contraria sibi ponenti dicamus. Si naturæ manent inconfusæ, manet autem ἕνωσις, & dicimus venerationem & dignitatem uni filio offerri debere, naturis in unitate manentibus inconfusis; ostende quid aliud deest quod possit ἕνωσιν comprobare, & adsentiemus & dabimus, sine tamen confusione naturarum. Sed scilicet ad probationem summæ ἑνώσεως nihil ei satis est quod non confundat naturas. At nos naturas quidem inconfusas servamus, & summam divinamque unitatem [5] & nobis intelligibilem confitemur, omnia ad ipsius glorificationem ut Deo & filio offerentes, dicentes ad eum beati Petri voce: [c] *Tu es Christus filius Dei vivi*.

### *Responsio orthodoxi.* 262

Instigabantur aliquando in furores impios miserrimi Judæi, telis invidiæ animum saucientes. Sed cum ad hoc manus etiam sceleratas inferrent Christo omnium salvatori, tantæ eorum audaciæ & facinorum caussas ipsos reddere jubebat dicens: [d] *Multa & bona opera facio vobis a patre meo: ob quod eorum factum me lapidatis?* (At ii ad tantam temeritatem & impietatem cogitationum venerunt) ut ei etiam blasphemiarum crimina objicere conarentur dicentes: [e] *De bono facto non lapidamus te, sed de blasphemia, quod tu, cum sis homo, facis te Deum*. Ait autem ad ipsos salvator. *Non est scriptum in lege vestra:* [f] *Ego dixi: Dii estis? Si illos dixit deos ad quos Verbum Dei factum est, & non potest solvi scriptura: quem pater sanctificavit & misit in hunc mundum, vos dicitis quod blasphemat, quia dixi: Filius Dei sum?*

Nos vero inquirentes [6] apostolatus modum, per quem ad nos venisse dicitur, ex sacris litteris cognitionem captamus. Dixit enim ipse per vocem Isaiæ: [g] *Spiritus Domini super me; propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, denuntiare captivis remissionem & cæcis receptionem oculorum*. Missum autem dicimus filium a Deo & patre factum hominem. Conveniat enim rectissime exinanitatis mensuræ ratio apostolatus & nomen. Missum vero est, ut ante dixi, non nudum & sine carne Dei patris Verbum, sed generationem passum secundum carnem, sive ex sancta Maria corpus accipiens, idque ineffabiliter & inconfuse sibi adjungens, ut 263 sæpissime dictum est, [h] inluxit nobis Deus Dominus juxta scripturas.

Proprium ergo Verbi fuisse corpus dicimus, non hominis nescio cujus specialiter & seorsum alterius præter ipsum, qui intelligitur Christus & filius. Quemadmodum autem uniuscujusque nostrum corpus, ejus specialiter esse dicitur cujus est, sic etiam

*a* Heb. VIII. 1. *b* Ephes. II. 6. *c* Matth. XVI. 16. *d* Joan. X. 32. *e* Ibid. ℣℣. 33-36. *f* Psal. LXXXI. 6. *g* Isa. LXI. 1. *h* Psal. CXVII. 27.

1. *Quid igitur* cet.] Gr. τί ἂν αὐτῷ βούλεται τὸ ἰδίαν, ὡς ἕτερόν τι λέγοντι; *Quid ergo vult, quum dicit propriam, tamquam aliud quid dicens?*

2. *Et puer* cet.] *Cyrillus Alex. hom.* XVII. *paschali*, Cap. I. antiquæ versionis concilii Ephes. pag. 397. Baluz.

3. *Quod erat natum ex ipso*] Gr. τὸ γεννητὸν ἐξ αὐτῆς, *natum ex ipsa*.

4. *Ita enim* cet.] *Cyrillus hom.* XVII. Baluz.

5. *Et nobis intelligibilem*] Scripserit certe Mercator *inintelligibilem*. Gr. pag. 1404. καὶ ἡμῖν ἀκατάληπτον, *& nobis incomprehensibilem*.

6. *Apostolatus*] Vocem Græcam ἀποστολῆς presse reddidit Mercator, quam vetus interpres vertit, *missionis*.

de uno Christo intelligendum est. Nam licet sit nostris corporibus consimile & cognatum, quippe factum ex muliere; attamen ipsius proprium, ut ante diximus, & intelligitur & vocatur. Sed quoniam vita est naturaliter Dei patris Verbum, vivificam suam carnem effecit, hocque modo facta est nobis vivifica benedictio. Denique dicebat Christus: [a] *Amen amen dico vobis. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi, & vitam dans mundo*. Et porro: [b] *Si quis manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in ipso*. Adtende quomodo ubique corpus ex muliere suum nominat propter summam ἕνωσιν.

Cum ita se habeat mysterii ratio, rursus in suo tractatu Nestorius, [1] *Audite*, inquit, *& scripta diligenter attendite*: [c] Qui manducat carnem meam. *Memento quod de carne est quod dicatur, & non a me fingatur nomen carnis, ne videar illis aliud pro alio interpretari*. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum. *Numquid dicit: Qui manducat deitatem meam, & bibit deitatem meam? Sed*: Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in ipso. *Mementote quod de carne est quod dicatur*: [d] Sicut misit me vivus pater, *me qui appareo. Sed forte aliud pro alio*
264 *interpretor. Audiamus quid sequitur*: Sicut misit me vivus pater. *Ille dicit deitatem, ego dico humanitatem. Videamus quis sit pravus interpres*: Sicut misit me vivus pater. *Dicit hæreticus quod deitatem heic dicat, id est: Misit me Deum Verbum vivus pater, juxta illos; & ego vivo Deus Verbum propter patrem. Deinde infert*: Qui manducat me, & ille vivet. *Quid manducamus? Deitatem, an carnem?*

At de his quidem quæ tam flagitiose petulanterque dixerit, longiorem habuimus certe sermonem. Quid vero est quod velit intelligere, non Deum Verbum missum esse dicens, sed incarnatum & hominem factum, seponens in parte & seorsus, ut ipse ait, eum qui apparet; videre non possum: immo perspicuum est magis præsensque commentum. Rationem enim labefactat ἑνώσεως, ut Christi corpus commune videatur, non vere proprium ejus qui omnia vivificare potens est.

Parvula quidem & perexigua Deo Verbo omnia videntur humana. Quatenus vero dictum est nostra caussa exinanitatem mundo saluberrimam sustinere, etsi dicatur missum esse denuntiare captivis remissionem, cæcis receptionem oculorum, hoc magis glorificatur quasi perpessum carnalis dispensationis humilitatem: nec quisquam sapientum reprehendat sustinuisse ipsum nostra propter nos. Nonne igitur ut alium quemdam filium & Christum præter Deum Verbum eum esse qui apparet adfirmans, cui etiam soli apostolatus officium & nomen attribuit, hominis manducationem [2] nostrorum dicit esse mysterium, in perditas cogitationes scelerate convertens
265 animos auditorum, & humanis ratiocinationibus ea subjiciens quæ & inexquisita fide creduntur? Neque enim quod deitas non manducatur, ideo sanctum Christi corpus dixeris esse commune.

A Scire autem necesse est, ut sæpe diximus, proprium esse corpus Verbi omnia vivificantis; sed quoniam corpus est vitæ, vivificum est: per id etenim mortalibus nostris corporibus immittit filius vitam, & destruit mortis imperium: vivificat autem nos simili modo etiam sanctus Spiritus Christi: [e] *Spiritus* enim *est qui vivificat*, juxta ipsius Salvatoris vocem. Nihil autem impedit, ne solus videar corpus Verbi proprium dicere, etiam sanctorum patrum in medium exempla proferre; ut cognoscant adversarii se sine causa in nos inclamasse, qui ubique sequamur voces illorum. Ait igitur memoratissimus pater noster & episcopus Athanasius in libro de sancta Trinitate: [3] *Et ostende-*
B *batur quod non per phantasiam, sed vere habeat corpus. Decuerat autem Dominum induentem carnem humanam, totam cum passionibus suis induere; ut quemadmodum ipsius proprium fuisse dicimus corpus, sic etiam corporis passiones propriæ ipsius esse dicantur, & propter deitatem ipsum non tangerent passiones*. Et rursus: *Hæc necessario ante tractavimus, ut si videamus ipsum per suum corpus tamquam per instrumentum divine facientem vel dicentem, cognoscamus quod ut Deus hæc operetur*. Et hæc quidem beatus pater noster Athanasius.

Ceterum etsi proprium corpus Verbi dicatur, attamen est ex muliere, eo quod esse intelligitur caro. Beatus quidem Paullus: [f] *Primus homo*, in-
C quit, *de terra, de limo; secundus de cælo*. Ipse autem Christus: [g] *Nemo ascendit in cælum*, inquit, 266
*nisi qui de cælo descendit filius hominis*. Dicimus autem quod non de cælo corpus conjunctum sibi deferens Verbum hæc dicit, [4] corpus sibi adjunctum ineffabiliter, inæstimabiliter, inconvertibiliter, inconfuse, ideo quia de cælo ait se esse etiam tunc cum factum est filius hominis.

Cum recte igitur & procul omni culpa habita sit nostra oratio, quæ objurgatoribus maledicendi fuit occasio, si quidem anathematismus quorumdam blasphemiis adversatur, opponens mendacio veritatem? Opinor autem me nullo modo cernere deliquisse si Christum esse dixerim supra nos [5] na-
D tum. Etsi Deus Verbum factus sit homo, est tamen sic quoque non tantummodo supra nos, sed & supra omnem scilicet creaturam. Neque enim homo tantum intelligitur esse juxta nos, sed idem etiam de cælo.

*Anathematismus duodecimus.*

Si quis non confiteatur quod Dei Verbum passum sit carne, & crucifixum carne, & mortem gustaverit in carne, & factum primogenitum ex mortuis, eo quod sit & vita & vivificans, anathema sit.

*Reprehensio hæreticorum.*

E Rursus ipsum suorum nunc quoque admonuimus, quod impassibilem omnino dixerit divinam naturam in primo tomo. Ait enim ita: [6] *Unus ergo*,

a Joan. VI. 41. 33. b Ibid. ℣. 57. c Ibid. d Ibid. ℣. 58. e Ibid. ℣. 63. f I. Cor. XV. 47. g Joan. III. 13.

1. *Audite* cet. ] Vide supra pagg. 115. 209.
2. *Nostrorum — mysterium* ] Leg. *nostrum — mysterium*. Gr. ἡμῶν — τὸ μυστήριον.
3. *Et ostendebatur* cet. ] Vide infra pag. 272.
4. *Corpus sibi adjunct.* ] Heic hiatum agnoscimus. Locus integer Græce ita se habet pag. 1408. φαμὲν δὲ ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸ σῶμα τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ κατενηνοχὼς ὁ λόγος, τοιάδε φησίν· ἑνωθεὶς δὲ ἄνωθεν ὢν αὐτὸς καὶ ἐξ οὐρανοῦ, ἴδιον ἐποιήσατο τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ σῶμα ἀρρήτως τε καὶ ἀπεριγνώστως κ. τ. λ. *Dicimus autem, quod non ex cælo corpus sibi unitum deferens Verbum, hoc dicat: verum quum desursum exsistens ipsum & ex cælo, corpus fecerit ita sibi unitum, ut nec dici nec intelligi valeat*. Vox *corpus* repetita hiatum induxit.
5. *Natum* ] Deest hæc vox in Græcis, ubi sic tantum, ὁ Χριστὸν ἔφην ὑπὲρ ἡμᾶς. Concinunt sequentia. Paullo ante voculam *modo*, supplevimus ex Græcis, κατ' οὐδένα τρόπον.
6. *Unus ergo* cet. ] Cap. I. antiquæ versionis concilii Ephes. pag. 398. BALUZ.

*qui est omnibus dignior præstantiorque, suam pro omnibus animam posuit, & dispensatorie parumper carnem deprimi morte concessit, & mortem, utpote vita, destruxit, non sustinens contra naturam suam aliquid pati.* Dicamus igitur ipsi dicenti sibi contraria: Quomodo is qui carnem parumper deprimi morte concedit, & qui mortem destruit, utpote

267 vita, non sustinens contra naturam suam aliquid pati, nunc, ut ipse ais, patitur carne? At vero non passus est Deus carni conjunctus, sed caro magis quæ erat Deo Verbo conjuncta, concessu ipsius patiebatur ea quæ sua sunt. Nequaquam enim, ipso non concedente, aut mors aut passio accidisset. Nam si, præsente anima, mors intervenire non possit, quomodo Deo præsente, nec præsente tantum simpliciter, sed conjuncto summa quadam & ipsi soli nota conjunctione, inquietare ipsius templum poterat aut mors aut passio, nisi ipsius sane concessu? Sed non deitas passa est carni conjuncta, sed, deitatis concessu, caro patiebatur quæ sua sunt.

Quod vero malitiose posuerit carne passum & ad simpliciorum deceptionem, hinc potest intelligi. Neque enim servabit impassibilitatem divinæ naturæ qui dixerit carne passum. Qui enim ait carne passum, id scilicet dicit ipsum passum fuisse cum carne. Licet ergo cum carne sit passus, passibilis demonstratur. Aut enim cum pati posset, præ natura sua passus sit aut contra naturam; & si præ natura passus est, erit & pater passibilis, qui est [1] similis filii. Necesse est namque omnia inesse genitori quæ insunt ei qui natus est. Confitemur ipsum quidem passum esse habentem patiendi naturam, patrem vero pati non posse. At si ita dixerimus, eadem cum hæreticis sentiemus di-

268 centibus unigeniti deitatem esse passibilem, patrem vero pati non posse. Unde etiam ἑτερούσιον ajunt; id est, alterius esse substantiæ. Si vero contra naturam passum esse dicent, dicemus: Et quæ passio divina natura possit esse validior, ut in se deprimeret eum qui est impassibilis per naturam? Dicet ille: Hoc ipsius voluntatis est. Dicemus: Ipsius voluntas impassibilis est. Quærimus autem passionem quæ impassibilem naturam in suam passibilitatem transtulit. Alioquin & voluntas divina vult quæ ipsam deceant. Et quid decentius, inquit, quam servare hominum genus? Quomodo servari hominum genus posset, ipsam impassibilitatem transiens, quæ divinam etiam impassibilemque naturam in passionem transtulerit? Certe enim, ut validior, in suum passibile transtulit id quod est impassibile. [2] Et quod erit emolumentum passibili, si id quod impassibile est, fuerit commune passibile? Hæc enim adjectio magis est mali quam interemtio. [3] Res enim nulli tollitur cum est simili addita, sed augetur.

Quæ igitur salus est passionis, ut diximus? Non impassibilis cum passibili communio; sed passibilis ad passibilem magis migratio. Quod fecit etiam Dominus Christus, qui non ipse secundum deitatem in passionem deductus est, sed & humanitatem omnem per carnem sanctam in altitudinem sublevavit, & humi jacentem erexit ad cælum, & obnoxiam ante in adoptionem conferre dignatus. Quis vero propter inobedientiam mortem debet? [4] Humana sane natura, non divina, quam reddere oportebat inobedientiæ mortem.

*Responsio orthodoxi.* 269

O magnam certe vim mirabilemque veritatis, quam negotia ipsa testantur! Neque enim mihi opus erit longiore sermone qui satisfacere possit eis qui decepti sunt & opinati nos dixisse divinam naturam Verbi esse passibilem, cum ipsi adversarii sponte concesserint & planissime confessi sint, nos ab hujusmodi criminibus longissime esse submotos. Sed quoniam rem sine ullo argumento per dementiam, ut ipsis libuerit, proponentes, & acribus sensuum utentes inventis, sagacitatem suam acrimoniamque probare contendunt, agunt autem satis argute, impassibile secundum suam naturam Dei Verbum esse dicentes; audiant a nobis quod sine caussa depugnent & auras verberent, cum nemo contra e diversa parte nitatur, nec sentiat contraria nec diversa. Quid ergo frustra desudant? Quid sine caussa contendunt? Quis adeo stupidus est, quis ita attonitus, ut excellentissimam omnium naturam dicat esse passibilem, & eam audeat ponere inter infirmitates creaturæ quæ incorporalis est & omni superior creatura?

Sed quoniam mysterii ratio hominem factum esse cognoscit dispensatorie unigenitum Dei filium, & proprium ipsius esse affirmamus ex beata Maria sanctum corpus adsumtum; ideo perrecte, propter proprietatem dispensatoriam, carnis ipsius esse dicimus passiones, servantes ubique naturæ ipsius impassibilitatem. Deus est enim qui de Deo natus est.

Quotiens igitur passus esse dicitur carne, non ipse natura intelligitur passus, sed suas magis fa- 270
ciens passiones ipsius. Ipsius enim factum est corpus quod est ipsi conjunctum, ut dudum dixi. Ideoque divinus Paullus ipsum per quem & in quo omnia fecit pater, primogenitum ex mortuis dicit fuisse, qui ita scripsit: [a] *Gratias agimus patri, qui dignos (nos) fecit in partem sortis sanctorum in lumine; qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis suæ: in quo habemus redemtionem, remissionem peccatorum: qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quia in ipso condita sunt universa in cælis & in terra, visibilia & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt; & ipse ante omnes, & omnia in ipso constant; & ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse principatum tenens; quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per ipsum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus sive quæ in terris sive quæ in cælo sunt.* Attende quemadmodum per eum omnia

[a] Coloss. I. 12 - 20.

1. *Pater —— similis filii* ] Gr. ὁ πατὴρ —— ὁμοούσιος ὢν τῷ υἱῷ, *Pater —— consubstantialis exsistens Filio.*

2. *Et quod —— passibile? Hæc enim* cet. ] Defectum hujus loci, ob vocum scilicet repetitionem, sensit Cotelerius *Mon. Eccl. Gr.* tom. III. pag. 659. a. Ut autem restituatur, Græca in medium proferimus quæ exstant pag. 1409. καὶ τίς ὄνησις τῷ παθητῷ, εἰ καὶ τὸ ἀπαθὲς παθητὸν γένοιτο; σωτηρία δὲ τοῦ παθητοῦ οὐχ ἡ τοῦ ἀπαθοῦς πρὸς αὐτὸ διὰ τοῦ πάθους κοινωνία· τοῦτο γὰρ μᾶλλον κ. τ. λ. *Et quæ utilitas passibili, si & impassibile passibile fiat? Salus autem passibilis naturæ non est ipsa societas impassibilis in passione: hoc namque magis erit augmentum mali, non oblatio.*

3. *Res enim* cet. ] Gr. τῷ γὰρ ὁμοίῳ τὸ ἕτερον οὐκ ἀναιρεῖται, ἀλλὰ αὐξάνεται. *Alterum enim a simili non aufertur, sed augetur.*

4. *Humana —— mortem* ] Mutila hæc. Gr. ἡ φύσις πάντως ἡ ἀνθρωπεία, οὐχ ἡ θεία. τίνα ἂν ἀκόλουθον ἦν ἀποδοῦναι τὸν ἐκ τῆς παρακοῆς θάνατον; Vet. interp. *Omnino humana natura, non divina. Quam igitur consentaneum erat persolvere mortem ex inobedientia exsistentem?*

facta esse commemoret, visibilia & invisibilia, A thronos & principatus; ipsum datum esse dicat caput Ecclesiæ, & primogenitum ex mortuis fuisse adfirmet; conciliata esse omnia per ipsum, pacificasse per sanguinem crucis ipsius sive quæ in terris sive quæ in cælis. Quis ergo est qui possit ulterius dubitare, aut quis vereatur ne forte passibilem filii naturam mysterii ratio ostendat, si carne passus esse dicatur? Passiones enim corporis sui, ut ante dixi, suas existimat passiones.

Hoc ita sentire & beato Petro placebat dicenti: [a] *Christo ergo passo pro nobis carne.* [1] Aliud
271 autem nobis est dici carnem passam, & aliud dici, passus est deitatis natura. Quoniam enim idem est & homo simul & Deus, impassibilis quidem B quantum est ad deitatis naturam, passibilis vero humanitate; quid mali vel novi est, si ea parte passus dicatur quæ & pati posset, cum ea quæ pati non posset impassibilis permansisset? Quod vero hujusmodi fide beatorum patrum enituerit chorus, ex his iterum cognoscemus quæ ipsi scripserunt, salvatoris secuti mandatum. Meminerant enim eum dixisse: [b] *Gratis accepistis, gratis date.*

GREGORII *beatissimi episcopi Nyssæ.*

[c] *Hoc*, inquit, *sentite in vobis quod etiam in* [2] *Christo filio, qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo, sed exinanivit se ipsum, formam servi accipiens. Quid in Deo servi forma pauperius? Quid in Rege humilius quam ad participatum nostræ naturæ pauperrimæ voluntarie devenisse? Rex regnantium & dominus dominantium tributum pensitat; Dominus creaturæ deducitur in speluncam. Qui omnia comprehendit, cænaculi non invenit locum, sed in præsepe mutorum animalium projicitur. Mundus & sincerus, humanæ naturæ patitur sordem; & per omnem nostram gradiens paupertatem, usque ad experimentum pervenit mortis. Videtis modum voluntariæ paupertatis. Vita mortem gustare dignatur, judex adducitur in judicium vitæ, omnium dominus subit suffragium judicantis, Rex cælestium principatuum manus carnificum non repellit.*

BASILII *sanctissimi episcopi Cæsareæ.*

*Neque tantum cælum & terra & æquorum altitudo, & quæ in aquis vivunt, nec terrestria animalia, nec stellæ, nec arbores, nec aer, nec horæ temporum, & elementorum varia diversaque ordinatio,* 272
[3] *virtutis ipsius majestati improbare possunt quantum quod potuerit Deus, qui capi non potest, absque carnis passione conjungi cum morte, ut nobis passione sua impassibilitatem donaret.*

ATHANASII *beatissimi episcopi Alexandriæ.*

*Et* [4] *ostendebatur quod non per phantasiam, sed vere habebat corpus. Consentaneum autem erat Dominum induentem carnem humanam, eam totam cum passionibus suis induere; ut quemadmodum ipsius proprium dicimus corpus, sic etiam corporis passiones propriæ ipsius esse dicantur, etsi propter divinitatem eum non tangerent passiones. Quod si corpus alterius est, alterius dicatur & passio. Sin autem Verbi est caro. (Verbum enim caro factum est) necesse est ut carnis passiones ejus esse dicantur, cujus sit etiam caro. Cujus namque passiones sunt, damnatio, flagellatio, sitis, patibulum, mors & ceteræ corporis passiones; ejus etiam victoria & gratia. Est igitur recte & decenter ut non alterius, sed ipsius Do-* C *mini tales passiones esse dicantur, ut ipsius sit etiam gratia, & ne alium colere pro alio videamur, sed vera religione cultores: quippe cum non communem hominem, sed vere naturaque Dei filium, & hunc factum hominem, nihilominus tamen & Deum salvatorem precemur.*

Satis igitur ad satisfactionem dicta addita opinor esse prudentibus, cum præsertim lex divina aperte commemoret: [d] *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.* Si quis igitur est qui velit ultra contendere, audiat a nobis ipse: Perge tuum 273
iter. At nos qui sumus dediti veritati, sanctas litteras & sanctorum patrum fidem sequimur. Ita enim supernæ vocationis palmam consequimur in D Christo, per quem & cum quo Deo & patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

CYRILLI *episcopi Alexandrini (responsio ad ea) quæ* THEODORETUS *contra anathematismos dixit.*

CYrillus reverentissimo & dilectissimo fratri & consacerdoti Evoptio in Domino salutem. Legi quæ a tua sanctimonia dudum mihi transmissa sunt, & affectum miratus sum & sinceritatem caritatis in Christo. Oportere autem arbitror nunc quoque adtemperatissime exclamare quod in libro proverbiorum scriptum est: [e] *Frater a fratre adjutus, ut civitas bene munita.* Et mihi videtur caritas divinæ scripturæ maxime fuisse laudibus ho- E norata; & recte quidem, quippe cum [f] habeat in se plenitudinem legis, & virtutibus sit aliis præferenda, & sanctorum animis videatur esse mirabilis; quam non nudis nec solis impleri verborum vocabulis, sed rebus ipsis dico posse firmari. Quemadmodum enim pretiosissimi lapides quos Indicos ajunt esse, non si quis de ipsorum pulcritudine commemoraret, sed ipsi pulcri si fuerint, spectantium oculis admirandi sunt; ita ex ipsis exemplis præclarum caritatis decus apparet bonis omnibus comparatum. Hanc reverentia tua plurimi facit, sanctorum solita semper observare vestigia & pro-
batissimæ vitæ illorum laudes sectari. Accepi igi- 274
tur, ut tuæ sanctitatis affectum nunc quoque cognoscerem, tomum transmissum quem composuisse dicitur contra anathematismos Theodoretus a Cyro oriundus. Ita enim oppidum illud audio nominari. Quo perlecto, egi gratias maximas Deo, & illud dicere non cessavi: [g] *Domine, libera animam meam a labiis injustis & a lingua dolosa.* Comperi enim ubique & in singulis capitulis mihi ca-

*a* I. Pet. IV. 1. *b* Matth. X. 8. *c* Philipp. II. 5-7. *d* Matth. XVIII. 16. *e* Prov. XVIII. 19. *f* Rom. XIII. 10. *g* Psalm. CXIX. 2.


1. *Aliud* cet. ] Græca planius: *ἕτερον δὲ τὸ σαρκὶ παθεῖν λέγεσθαι, καὶ ἕτερον ὁμοίως τὸ παθεῖν λέγεσθαι τῇ τῆς θεότητος φύσει. Aliud enim est dicere, pati in carne; & aliud similiter dicere, pati in divinitatis natura.*

2. *Christo filio* ] Supra pag. 183. ubi exstat hoc idem excerptum, legimus *Christo filio Dei*. At in Actis conc. Ephes. tom. III. cit. pag. 1413. *Christo Jesu*, ut in textu Paullino. Mox ibid. *ut esset æqualis Deo*.

3. *Virtutis ipsius majestati improbare* ] Mendosa lectio: quod & advertit Baluzius. Gr. *τὸ ὑπερέχον τῆς ἰσχύος συνιστῶσιν*. Vet. interp. *tantum potentiæ excellentiam ostendit, quantum* cet.

4. *Ostendebatur* ] Ita rescripsimus pro *ostendatur* edit. Baluz. Sic enim supra pag. 265. Gr. *ἐδείκνυτο*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.



lumnias importari. Miratus igitur sum virum non A alienum a litteris, ut quidam de eo retulerunt, & sacrarum forte litterarum non mediocri scientia præditum, [1] in tantum ignorasse vim capitulorum ut esset suspicio, eam alienis desideriis suam ignorantiam fuisse gratificatum: scilicet ne videatur temere nobis & sine aliquo colore detrahere; cum præsertim [2] nos nihil prorsus arduum nec obscurum in nostris dictis, nisi fallit opinio, nec quod sit intellectu difficile. Verum quoniam necesse fuit, quamvis jam super his antea scripserimus, paucis ad eum quoque respondere, ne quis nos credat reticuisse convictos, adgrediar ad responsionem, quantum res patitur, brevitate servata. Decuerat quidem ipsum, maxime cum scripturarum habeat scien- B tiam divinarum, volentem nobiscum de sanctis mysteriis disputare, sacrarum tantummodo litterarum fecisse mentionem, ac non cariosas fabulas sordidasque proferre. Meos etenim sermones malo discordiæ adsimulare dignatur, & hanc fortasse probationem suæ putat esse doctrinæ. Unde & nos hanc ipsius nimiam sumus admirati scientiam. Apparet enim illum, propter profundam scilicet in-
275 gentemque doctrinam, malum non ignorasse discordiæ, nec Paridem filium Priami. Verum nos, his interim missis, proposito instamus.

### *Anathematismus primus.*

Si quis non confiteatur Deum esse vere Emmanuel, & propterea sanctam virginem Θεοτόκον, (peperit enim carnaliter carnem factum Dei Verbum,) anathema sit.

### *Reprehensio hæretici.*

Post alia præterea non solum ipse hæc ita asseruit, verum etiam nolentes ejus obtemperare blasphemiis, anathematizare ausus est; si tamen ipsius sunt ista inventa, ac non magis quidam inimicus veritati tamquam ex illo conscripta projecit in medium, sicut illud quod in fabulis est, malum discordiæ, quod flammam accendat. At nos, qui D evangelicam traditionem sequimur, non carnem natura factum & in carnem conversum Deum dicimus Verbum. Invertibilis etenim & incommutabilis est Deus; de quo etiam David propheta dicit: [a] *Tu autem idem es, & anni tui non deficient.* Quod Paullus veritatis prædicator maximus de filio dictum esse in epistola ad Hebræos asserit [b]; & alibi per prophetam Deus dicit: [c] *Ego sum, & non commutatus sum.* Ergo si inconvertibilis & incommutabilis est Deus, conversionem & commutationem pati non potest; & si impossibile est ut invertibilis convertatur, non est factum caro Deus Verbum conversus, sed adsumsit carnem, &
276 habitavit in nobis, juxta evangeliorum voces. Et E ipse id explanans Paullus divinus in epistola ad Philippenses ait: [d] *Hoc sentite in vobis quod & in Christo filio; qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis Deo, sed se exinanivit, formam servi accipiens.*

Apparet igitur ex dictis quod Dei forma non sit in servi formam conversa, sed quod manens id quod erat, servi formam accepit. Ergo si non est factum caro Dei Verbum, sed carnem vivam & rationabilem adsumsit; non ipse natura ex virgine natum est, conceptum, & fictum, & formatum, & inde initium ut esset accipiens quod ante sæcula est & Deus & ad Deum semper, & patri adhærens; ut cum patre cognoscendus adorandusque secum sibi templum finxisset in utero virginali, adhærebat B ficto & concepto & formato & nato. Qua de caussa etiam virginem sanctam Θεοτόκον vocamus, non quod Deum pepererit per naturam, sed quod hominem conjunctum Deo, qui ipsum formaverat. At si non est homo qui in utero virginis fictus est, sed Deus Verbum quod est ante sæcula, factura ergo sancti Spiritus est Deus Verbum. Nam [e] *quod in ea natum est*, inquit Gabriel, *ex sancto Spiritu est*. Et si increatum est unigenitum Dei Verbum, sed ejusdem cum patre substantiæ & coæternum cum patre, non est Spiritus sancti factura. Et si non Deum Verbum in utero virginis Spiritus formavit, superest ut servi formam intelligamus & fictam & formatam & conceptam & na- C tam esse natura. [3] Sed quoniam non tantum erat servi formæ, sed templum habitatorem habens juxta Paulli vocem: [f] *Quoniam in ipso*, inquit, *complacuit omnem plenitudinem deitatis habitare corporaliter*, [4] ἀνθρωποτόκον, sed & Θεοτόκον sanctam virginem vocamus; ἀνθρωποτόκον propter fictionem & formationem & ἕνωσιν; Θεοτόκον propter ἕνωσιν appellantes; [5] ideoque puer qui natus est, Emmanuel est vocatus, nec Deus humana natura separatus, nec homo deitate nudus. Emmanuel enim significat nobiscum esse Deum juxta evangeliorum voces [g]; nobiscum autem Deus & eum significat qui ex nobis pro nobis adsumtus est, & Deum Verbum, quod adsumsit, ostendit. Ergo puer Emmanuel propter Deum qui adsumsit; & virgo Θεοτόκος propter conjunctionem Dei & formæ servi. Neque in carnem Deus Verbum conversus est, sed Dei forma servi formam accepit. 277

### *Responsio orthodoxi.*

Plurimum & sæpe incusavimus eos qui recusant confiteri Deum esse vere Emmanuel & sanctam virginem esse Θεοτόκον ideo quod peperit secundum carnem Dei Verbum, tunc cum est factum caro, id est, homo. At vero is qui tam recte dicta a nobis accusat, si Deum vere esse nescit Emmanuel, si non est natum carnaliter ex sancta virgine caro factum Dei Verbum juxta scripturas, cur non magis palam clamaret: Quid agis, [6] vir bo-

a Psalm. CI. 28. b Heb. I. 12. c Malach. III. 6. d Philipp. II. 5-7. e Matth. I. 20. f Coloss. I. 19. g Matth. I. 23.

1. *In tantum ignor.*] Vide infra pag. 283.

2. *Nos nihil*] Ex Gr. & ex contextu legendum, *nihil sit.*

3. *Sed quoniam* cet.] Gr. pag. 1421. ἐπειδὴ δὲ οὐ γυμνὴ ἦν τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς, ἀλλὰ ναὸς ἦν, ἔνοικον τὸν Θεὸν λόγον ἔχων κ. τ. λ. *Quoniam vero* (ea servi forma) *non erat nuda a Dei forma, sed templum erat inhabitantis Dei Verbi*, cet. Vid. opp. Cyrilli tom. VI. pag. 205.

4. Ἀνθρωπ.] Gr. οὐκ ἀνθρωποτόκον, ἀλλὰ Θεοτόκον τὴν παρθένον προσαγορεύομεν· τὴν μὲν τῇ διαπλάσει, καὶ μορφώσει καὶ ἑνώσει· (forte κυήσει aut γεννήσει) τὴν δὲ τῇ ἑνώσει τιθέντες προσηγορίαν. *Non hominis genitricem, sed Dei genitricem virginem appellamus: illam quidem figmento & formationi & conceptui; hanc autem unitioni imponentes appellationem.* Quæ quidem priora Theodoriti verba, ex sensu & per Marium Mercatorem ita emaculanda, ponendo, ἀνθρωποτόκον, ἀλλὰ καὶ θεοτόκον τὴν παρθένον προσαγορεύομεν, judice Cotelerio *Monum. Eccl. Gr.* tom. III. pag 595. a. b.

5. *Ideoque* cet.] Vide infra pag. 280.

6. *Vir bone ambrosi*] Laborem mihi initio, risum postea non mediocrem peperit hic locus. Obscurum, quamquam certo certius est, scriptum primitus fuisse, *Quid agis vir bone? Amaros eructas* cet. COTELER. *Mon. Eccl. Gr.* tom. III. pag. 617. c. — Gr. ὦ δρᾷς, ὦ γενναῖε; δυσώς τε καὶ παλιμφήμους ἐρεύγῃ φωνάς. Vet. interp. *Quid agis, vir egregie? absurdas & contrarias evomis voces.*

ne ambrosi? Eructas infandosque sermones, dogmata obteris veritatis. Non est Deus vere Emmanuel, nec virgo sancta Θεοτόκος, ut etiam nos hæc ita clamitanti dicentique, ea quæ a divina scriptura dicta sunt sapienter opponentes, & apostolicæ atque evangelicæ fidei traditionem & sanctorum patrum confessionem qui tunc temporis Ni-
278 cææ congregati sunt, persuaderemus quod neque recte nec honeste dicta nostra conetur arguere, immo magis divinæ scripturæ reluctari festinet.

Sed prudens argutusque tractator, illis quæ eum oportuerat & necesse fuerat dicere prætermissis, & cum nihil horum tetigisset, omnino in aliam se contulit viam. Dicere enim aggressus est statim quod Dei Verbum sit conversione validius, & quod non in naturam carnis transformatum sit, tamquam si hoc verum esse anathematismus vel sentiat vel adfirmet. Audiat igitur hic qui orationi nullius nescit prorsus occurrere: Sermones, homo, sine caussa vanos exerces, & reluctaris opinioni vel nobis invisæ. Novimus enim nos quoque quod nec umbram quidem conversionis divina illa excellensque natura perpetiatur, & quod Dei Verbum in naturam non commigraverit carnis, deitate deposita.

Verum quoniam a Dei forma servi formam adsumtam esse commemorat, doceat nos si sine substantiis solæ & per se ipsæ inter se formæ convenerint. At id, opinor, ipse quoque non ita esse confitebitur. Neque enim species tantum sine substantiis & formæ inter se per ἕνωσιν dispensatorie convenerunt; sed rerum ipsarum sive substantiarum conventus est factus, ut humanitatis ratio vere facta esse credatur. Ergo si Dei Verbum carnem factum esse dicamus, non confusionem nec commixtionem nec rursus conversionem aut commutationem ei dicimus contigisse, sed conjunctum esse arcana ineffabilique ratione corpori sancto habenti animam rationabilem. Quidquid enim adu-
279 nari dicitur, non confunditur, sed aliud sibi magis adsumit.

Affirmamus igitur Dei patris Verbum adsumsisse sibi sanctam & animatam carnem, & esse vere inconfuseque ex ipsa vulva conjunctum; exisse quidem hominem, Deum tamen verum sic quoque remansisse. Ideo & virgo sancta Θεοτόκος est. Supervacuum autem esse opinor eam etiam ἀνθρωποτόκον vocari. Nam si essent quidam adeo mente capti ut dicerent naturam Verbi ex carne tamquam fontem suæ originis habuisse, & suæ substantiæ inde initium fuisse fortitum; fortasse non absque aliqua ratione facere viderentur qui eam ἀνθρωποτόκον vocari debere ostenderent. Sed quoniam hujusmodi opinio omnibus odiosa est, nec aliter potest intelligi Θεοτόκος esse virgo sancta, nisi quis prius crediderit quod factum sit caro, id est, factum sit homo Dei patris Verbum, (neque enim divinitatem nudam virgo peperit) quod nobis ex hac contentione emolumenti parient hi qui certant etiam ἀνθρωποτόκον eam vocari debere?

Verum, quantum apparet, locum sibi adversus Christum dicendi excogitaverunt. Non enim patiuntur vel sentire vel dicere ipsum Dei patris Verbum, quod erat ante sæcula filius, novissimis temporibus inconfuse inconvertibiliterque adunatum esse ex vulva carni habenti animam rationabilem, ac sic fuisse hominem similem nostri, sed sicut unum sanctorum inhabitantem Deum habuisse commemorant, alios etiam ita sentire solicitant, non considerantes quod in nobis quoque per sanctum

A Spiritum ut in sanctis templis habitet omnium Deus. Scriptum est enim: [a] *Nescitis quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis ergo templum Dei corrumpit, corrumpet eum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Sed etsi nominati sumus templa Deum habentes inhabitantem per spiritum; sed tamen secun-
dum Christum mysterii alium novimus modum. 280
Vere enim adunatam esse Deo Verbo dicimus carnem, habentem scilicet animam rationabilem.

Sed libenter eum consulerem, utrum unitatem Dei Verbi & humanitatis sive sancti corporis rationabiliter animati factam esse vere confiteatur, an ipse quoque nonnullorum exemplo per conjun-
B ctionem solam servilis & ἀνυποστάτου formæ ἐνυποστάτῳ forma divina sive alio modo & sola filietatis ὁμωνυμίᾳ & æqualitate dignitatis, si tamen iste conjunctionis esse ullus legitur modus? Sed forte sine causa molestus sum, & percunctor non necessario. Habeo enim voces ipsius & apertissimam confessionem. In primo namque capitulo dixit hoc modo: *Ideo natus puer vocatur Emmanuel, nec Deus a natura separatus humana, nec homo divinitate nudus.* Oportuerat quidem ipsum subtilem ex his expositionem elimatamque curare. Ceterum id certe notandum est. Ecce enim ipse unitatem explanans, humana natura Deum non separatum esse commemorat, ad hoc unum es-
C se Christum unitate se scire non negat, eumdemque videlicet Deum simul & hominem. Deinde cur non erubescit dicta increpans nostra, & criminatur immerito secundum anathematismum, qui se ita habet?

*Anathematismus secundus.* 281


Si quis non confiteatur carni per substantiam adunatum esse Dei patris Verbum, & unum esse Christum cum propria carne, eumdem scilicet Deum simul & hominem, anathema sit.

*Reprehensio hæretici.*

D Unum quidem Christum confitemur, divinis Apostolorum traditionibus obtemperantes, & eumdem propter ἕνωσιν Deum & hominem nominamus. Verum ἕνωσιν per substantiam penitus ignoramus, ut novam & alienam a divinis scripturis & patribus qui eas interpretati sunt. Et si is qui hæc reperit hoc vult dicere ἕνωσιν per substantiam, quod commixtio sit facta divinitatis & carnis, contradicemus omni alacritate, & blasphemiam convincemus. Necesse est enim commixtionem confusio sequatur; secuta autem confusio adimit naturæ proprietatem: quæ enim miscentur, id quod erant ante, non servant: id autem de Deo Verbo & de
E semine David dicere, flagitiosissimum sit. Oportet autem obtemperare Domino demonstranti duas naturas & dicenti Judæis: [b] *Solvite templum istud, & in triduo reædificabo ipsum.* At si commixtio fuisset facta, nec Deus remansisset Deus, nec templum cognosceretur templum; sed & Deus templum esset, & templum Deus, (id enim commixtionis ratio postulat) & non recte Dominus Judæis dixerit: *Solvite templum istud, & in triduo reædificabo ipsum.* Oportuerat enim ita dicere:
Solvite me, & in triduo resurgam, siquidem vere 282
commixtio confusioque fuisset facta. Nunc autem ostendit & templum solvendum & resuscitaturum Deum. Superflua igitur per substantiam ἕνωσις,

a I. Cor. III. 16. 17. b Joan. II. 19.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



qua pro commixtione, ut opinor, utuntur. Sufficit autem ἕνωσιν dicere, quæ & naturarum proprietates ostendit, & unum adorandum præcipit Christum.

*Responsio orthodoxi.*

Ecce iterum iste [1] barbarus ex minimis fortuitisque caussis occasionem maledicendi nobis invenire festinans, reprehendit dictionem, quod per substantiam dixerimus, & eamdem insolitam esse definit, & novo more eam factam esse a nobis adfirmat; nec considerat quod impiorum hæreticorum argutiis veritatem opponens, convellit id quod videtur obsistere. Nestorio igitur ubique evacuante Dei Verbi secundum carnem generationem & solarum dignitatum unitatem nobis instituente, & dicente hominem Deo conjunctum filietatis ὁμωνυμίᾳ fuisse honoratum, necesse fuit ut nos adversus illius dicta agentes, per substantiam ἕνωσιν factam fuisse dicamus. Hic autem sermo nihil aliud significat nisi quod tantum Verbi natura sive substantia, id est, ipsum Verbum humanæ naturæ vere adunatum, absque omni conversione & confusione, ut sæpe diximus, unus intelligitur & est Christus, ipse Deus & homo. Id autem, ut opinor, Θεοδωρήτῳ ipsi videtur dicenti humana natura Deum non fuisse separatum, nec absque deitate humanitatem intelligi. Igitur nec absque substantiis servi
283 & Dei formas conjunctas dicimus, nec communem hominem æqualitate sola dignitatis honoratum σχετικῶς conjunctum esse Verbo definimus; sed ipsum, ut supra dixi, filium Dei unigenitum, qui vere carnem adsumsit habentem animam rationabilem, hominem factum, ita tamen ut remaneret & Deus. Sed vehemens oratione & cogitatione acerrimus commixtionem significare hujusmodi dictionem definit & dicere audet, & ea quæ ex naturarum commixtione contingant proponit in medium, quasi nos ignoremus. An forte quadam insolentia gloriatur, & existimat neminem alium orationem posse quantum voluerit propagare, si quod a nullo sit dictum, tamquam verum sibi proposuerit, ut aliquid videatur esse apud eos qui discernere nesciunt qui sint vaniloqui mendacesque, & qui rectam viam teneant veritatis, & prudentes exerceant necessariosque sermones? Opinabar quidem, confiteor, a principio [2] capitulorum vim ipsum minime ignorasse, sed simulare ignorantiam & hoc quibusdam gratificari. Verum eum ignorasse vere comperi.

*Habet autem se ita anathematismus tertius.*

Si quis in uno Christo dividat substantias post unitatem, & conjunctione sola conjungat secundum dignitatem vel auctoritatem vel dominationem, ac non magis conventione quadam quæ sit facta per ἕνωσιν naturalem, anathema sit.

*Reprehensio hæretici.*

Obscura quidem dictorum caliginosaque senten-
284 tia, plana vero apud pios ipsorum dementia. Cui


A enim non sit perspicuum quod conjunctio & conventio nihil differant? Nam & conventio eorum est quæ erant ante separata, & conjunctio eorum quæ erant ante divisa. Sed hujusmodi verborum prudentissimus generator tamquam contraria posuit verba sibi convenientia. Non enim oportet, *inquit*, conjungere conjunctione substantias, sed complexione & conventione naturali, aut forte quid sit quod dicat ignorans, aut sciendo blasphemans. Natura enim res est quædam imperiosa & cogens quædam agere, non voluntate. Est autem tale quod dico. Natura esurimus, non voluntate, [3] sitientes, sed necessitate; ac, ni ita esset, pauperes a mendicitate liberarentur sua, ut non esuriant possidentes. B Naturaliter [4] sentimus, naturaliter dormimus, naturaliter spiritum ducimus. Verum hæc omnia, sicut dixi, non voluntate. Nam quisquis horum aliquid non admittat, necessario vitæ sentiet finem. Ergo [5] si naturalis conjunctio facta est formæ Dei & formæ servilis, compellente quadam necessitate, non sua clementia Deus Verbum conjunctum est formæ servili, & invenietur legislator necessariis legibus serviens. Verum non ita nos beatus Paullus edocuit, sed contra magis quod [a] *se exinanivit formam servi accipiens*, dicendo *se exinanivit*, significat voluntatem. Si igitur suo arbitrio & voluntate naturæ ex nobis adsumtæ conjunctus est, superflua est dictio *naturalis conjunctionis*. C Confiteri enim sufficit ἕνωσιν. ἕνωσις porro de divisis accipitur. Nam nisi sit ulla divisio, numquam ἕνωσις fiat; & qui admittit ἕνωσιν, admittit 285
& divisionem. Quare ergo dicit substantias sive naturas dividi non oportere, sciens maxime quod perfecta quidem erat Dei Verbi substantia, perfecta autem ab ea adsumta est forma servilis, ideoque substantias dixerit, non substantiam? Ergo si utraque natura perfecta est, & ambæ in unum convenerunt, Dei forma scilicet & formam adsumentis servilem, unam quidem personam & unum filium Christum similiter confiteri pietatis ratio poscit; duas vero substantias adunatas sive naturas dicere non ineptum, sed ex caussa magis consequens D est. Nam si in uno homine naturas dividimus, & mortalem quidem corpus vocamus, immortalem vero animam, utrumque vero hominem; multo magis adsumentis Dei & adsumti hominis naturarum proprietates convenit scire. Invenimus etiam beatum Paullum unum eumdemque hominem in duos homines dividentem, & modo dicentem: [b] *Quanto exterior homo corrumpitur, tanto interior renovatur*: modo, [c] *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem*; [6] & statim: [d] *In homine inhabitare Christum*. Si igitur naturalem conjunctionem ejusdem temporis naturarum Apostolus dividit, quare impietatis arguit eos qui dividunt propria naturarum Dei sempiterni & ejus hominis qui E in novissimis temporibus adsumtus est, ille qui commixtionem nos aliis nominibus docet?

*Responsio orthodoxi.*

Animadverte [7] quamvis sapiens, primum quidem quod obscura dicta nostra esse mentiatur; & cum ipse caliginosam offusamque habeat mentem, 286

*a* Philipp. II. 7. *b* II. Cor. IV. 16. *c* Rom. VII. 2. *d* Ephes. III. 16. 17.

1. *Barbarus* ] Gr. ὁ γεννάδας. Vet. interp. *egregius*.
2. *Capitulor.* ] Vid. supra pag. 274.
3. *Sitientes* ] Scripserit Mercator *patientes*, ex Græcis quæ sic se habent pag 1429. φυσικῶς πεινῶμεν, οὐ γνώμῃ τοῦτο πάσχοντες, ἀλλ' ἀνάγκῃ.
4. *Sentimus* ] Leg. *sitimus*. Gr. διψῶμεν.
5. *Si naturaliter* cet. ] Vide infra pag. 287.
6. *Et statim*, *In homine* ] Gr. καὶ αὖθις· τὸν ἔσω ἄνθρωπον. *Et rursus*, *In interiore homine*. Librario seu typothetæ exciderit vox *interiore*, quam habet textus Paullinus.
7. *Quamvis sap.* ] Gr. ὅπως ὁ πάνσοφος, QUOMODO *sapientissimus*.



obscurum esse ait tam planum sapientibus evidentissimumque sermonem. Arbitratus est autem quod conventionem ac non magis conjunctionem nominari debere nostra adfirmet oratio. Deinde calliditatem suam cupiens ostentare, unum ait nobis idemque significari, sive conventionem sive conjunctionem factam esse dicamus. Ego vero hoc quoque loco mentis ipsius acumen admiror. Solus enim fortasse didicit quod a nullo est umquam ignoratum, & quod sit adeo inculcatum ut eis etiam qui sunt omnino a doctrina & litteris sæcularibus alienissimi notissimum videatur, eis etiam qui auditu tantummodo fabularum ad levem incertamque scientiam pervenerunt.

Admirans igitur ipsius doctrinam, hoc ad eum dico: Minimum evigila, velut ex ebrietate aut somno, qui tam magnum in nos os aperire contendis; animadverte subtiliter acuteque mysterium unitatis quod de Christo dicitur. Faciunt quidam calumniam in fœditate & in id quod ipsis libuerit sacrarum litterarum sententias transferentes. Ajunt enim divisas quidem esse a se se naturas & a se se sejunctas, & seorsus & in parte sua esse utramque, hominem vero conjunctum esse σχετικῶς Deo contendunt secundum solam dignitatem sive auctoritatem & secundum filietatis ὁμωνυμίαν. Huic anathematismus opinionis repugnat, & tam profanis vocum novitatibus reluctatur. Adfirmat etenim adunatum fuisse Verbum natura, id est, non σχετικῶς, sed veritate, carni habenti animam rationabilem, & nullo modo dividi oportere, ne duos 287 filios intelligamus individuum dividentes. At ille non intelligens quid sit umquam adunatio naturalis, quod est, vera, quæ neque naturas confundat, nec commixtionem faciat, ita ut utraque aliud esse quam quod erat incipiat, infantile aliquid frivolumque adsumit ad probationem eorum quæ bene se habere arbitratus est.

Denique ait: [1] *Si naturalis facta est adunatio, ergo non voluntaria est exinanitas Verbi, sed tamquam ex necessitate & violentia: imperiosa enim natura.* Ad hoc quilibet ad eum dixerit, quod esuritio & sitis & cetera, quemadmodum dixisti, carnis sint infirmitates naturales & in nobismet ipsis habeant morum, quod scilicet naturam passionibus habeamus obnoxiam. Divina vero arcanaque Verbi natura non necessitatis nec passionis capax, omnino a nullo coacta est, ne a se quidem, ut contra voluntatem fieret caro sive adsumeret humanitatis mensuram & [a] Abrahæ adprehenderet semen.

Quod vero inconsulta vehementer sit ipsius oratio, non est difficile volentibus invenire. Ait enim omnino & procul dubio omnia naturalia necessitatis legibus subjacere; & ad hujus rei probationem protulit, nos contra voluntatem esurire atque sitire, ad hoc nos provocante natura, etsi quis forte noluerit. Sed erat hominis docti & in his rebus exercitati alias etiam caussas videre quæ oratione majore requirendæ sunt: nisi forte sit falsum, hominem rationabilem esse natura. Ergo contra voluntatem coactus est rationabilis esse. Deinde, dic mihi: Deus ne omnipotens non natura est Deus, non natura sanctus, justus, bonus, vita, lumen, 288 sapientia, & virtus? Utrum ipse quoque contra A voluntatem & coactus id est quod est? Sed ita opinari vesanæ stoliditatis est certissimum argumentum.

Quid igitur nobis prætendit mendacium tamquam inexpugnabile & invincibile munimentum, & tam imbecillis utitur argumentis, ut audiens naturalem factam esse adunationem, id est, veram & conversionis liberam & inconfusam omnino substantiarum conventionem, torquere conatus vim sententiarum, ut parum recte positæ esse credantur? Nec horrescit vir strenuus exemplo nostro, naturam Verbi inevitabili necessitati subjacere commemorans. *Exinanivit se*, non contra voluntatem; sed voluntarius unigenitus factus est homo; ac non, B ut tu ais, adsumsit hominem, σχετικῶς ei præbens conjunctionem, & filietatis beneficio honorans eum juxta nos. Ergo etsi intelligamus adunatas esse substantias & hominem factum & incarnatum Dei Verbum, propterea que videamur aliquo modo dicere adunationem naturarum, quæ illam quæ non est vere, sed σχετικήν, magis excludat, quam nos etiam habuimus per fidem & sanctificationem, quod & [b] *divinæ naturæ participes* fuerimus, & sic, ut ait Paullus: [c] *Qui adhæret Domino, unus spiritus est*, non tamen necessitati & violentiæ naturali impassibile & liberum Dei Verbum subjicimus.

Quod vero post adunationem divinam nolumus C ea quæ adunata sunt a se se esse sejuncta, nisi fallor, nec criminosum omnino nec culpabile videtur; cum præsertim ipse vir egregius Theodoretus unum hominem ex nobis exempli caussa proponens, in duo dividi non sinat: [2] quamvis quantum ad hominis theoriam pertinet, divisionis patiens esse possit, eo videlicet quod intelligamus 289 aliud animam esse natura, aliud natura propria carnem. Ergo simili ratione curiosius inquirentes adunationem quæ in Christo facta esse intelligitur, secundum theoriam quidem divinitatis & humanitatis conventionem veram per ἕνωσιν factam esse dicimus, non ignorantes aliud quidem esse præter carnem Dei Verbum, aliam vero juxta suam naturam D carnem præter Verbum. Adunatum vero semel dividere criminosum est, nec in duos filios separare unum Christum & filium & Dominum rectæ rationis permittit intuitus: in hanc enim scientiam nos sancta & divina scriptura deducit. Verum ille dogmatum veritatis nullam habet penitus curam, nec laborat discere aliquid necessarium & quod vel mediocriter ipsi prodesse possit, sed id tamquam aliquid quod nocere possit evitat. Verumtamen quod mendacio glorietur, & calumniandi jactet se habere calliditatem, audiat a nobis: [d] *Quid gloriaris in malitia qui potens es iniquitate? Tota die injustitiam cogitavit lingua tua.*

E

### *Anathematismus quartus.*

Si quis personis duabus sive substantiis voces quæ sunt in evangelicis vel apostolicis scripturis dispertiat, quæ vel de Christo a sanctis dicuntur, vel ex se ipso, & has quidem homini qui præter Verbum seorsus intelligitur deputet, has vero, ut divinas, soli Deo Verbo, anathema sit.

*a* Heb. II, 16. *b* II. Pet. I. 4. *c* I. Cor. VI. 17. *d* Psalm. LI. 3. 4.

1. *Si naturalis* ] Vid. supra pag. 284.

2. *Quamvis quantum ad hominis theor.* ] Gr. καίτοι τῆς ἐπ' αὐτῷ θεωρίας κ. τ. λ. *quamvis ipsa ejus consideratio* cet. Quem in locum hæc adnotat Cotelerius *Monum. Eccl. Gr.* tom. III. pag. 533. a. Miras, inquit, atque incredibiles metamorphoses faciunt compendia scripturæ, mutatas rerum nominumque formas, ut heic observare est, ubi Marius Mercator pro αὐτῷ legit ἀνθρώπῳ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

*Reprehenſio hæretici.*

Cognata hæc quoque ſupra dictis. Vult enim, tamquam commixtione facta, nullam eſſe verborum differentiam quæ in ſacris evangeliis ſive apo-
290 ſtolicis libris dicta ſunt, cum præſertim Arrio & Eunomio & ceteris hæreſeon auctoribus hoſtem ſe eſſe glorietur. Dicat igitur divinorum dogmatum peritiſſimus magiſter quomodo hæreticorum blaſphemiam poſſit arguere, humilia & ſervi formæ verba convenientia Deo deputans Verbo. Illi enim hoc facientes, minorem, & creaturam & facturam & ſervum, & ex nihilo factum filium aſſerunt Dei. Cui igitur nos, qui ab illis diverſa ſentimus, & qui ejuſdem ſubſtantiæ & coæternum cum Deo & patre filium confitemur, opificem omnium & factorem & ordinatorem & gubernatorem & arbitrum ſapientiſſimum & omnipotentem, immo vero ipſum per ſe virtutem, ipſum vitam, ipſum ſapientiam deputemus: [a] *Deus, Deus meus, ob quid me dereliquiſti?* & illud: [b] *Pater, ſi poteſt fieri, tranſeat a me calix iſte*, &: [c] *Pater ſalva me ab hora iſta*. &: [d] *Horam illam nemo ſcit, nec filius hominis*, & cetera quæ humiliter ab ipſo dicta ſunt & a ſanctis Apoſtolis de ipſo conſcripta ſunt? Cui eſuritionem adſcribamus, cui fatigationem & ſomnum, cui ignorantiam & timiditatem? Quis eſt qui adjutorio eguit angelorum? Si hæc Dei Verbi ſunt, quomodo ſapientia ignoravit? Vel quomodo ſapientia nominatur quæ ignorantiæ habeat vitium? Vel quomodo verum dixiſſe videbitur omnia patris ſe habere commemorans, cum non habeat patris
291 ſcientiam? [e] *Solus enim*, inquit, *pater ſcit diem illam*. Vel quomodo imago ſit ſimillima genitoris, qui non omnia habeat genitoris? Et ſi non mentitur dicens ſe ignorare hæc, quæ de ipſo exiſtimentur? Sin vero novit diem, occultare volens ignorare ſe dicit, vides qualis ex hoc blaſphemia contrahatur. Veritas enim mentitur? An ſcilicet veritas non vocetur quæ contraria habeat veritati? Et ſi non mentitur veritas, neque Dei Verbum ignorat diem quam ipſe diſpoſuit, in qua judicaturus eſt orbem terrarum, ſed habet patris ſcientiam imago ſimillima; [1] ergo non Dei Verbi eſt ignorantia, ſed ſervilis formæ, quæ illo tempore tanta ſciebat quanta inhabitans deitas revelabat. Hæc de aliis ſimilibus poteſt dici. Quid enim habet rationis Dei Verbum dicere ad patrem: *Pater, ſi poteſt fieri, tranſeat a me calix iſte. Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu?* Ex hoc rurſus irrationabilia multa eveniunt; & primum, diſcordare patrem & filium, & alia velle patrem, alia filium. Ait enim: *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Deinde ingentem rurſum ignorantiam in filio eſſe videbimus. Invenietur enim ignorans dicere: *Si poteſt fieri, tranſeat calix.* Hoc autem de Deo Verbo dicere impium eſt & blaſphemiæ plenum. Sciebat enim certiſſime, qui hujus cauſſa advenit, qui ſponte noſtram naturam adſumſit, qui ſe exinanivit, diſpenſationis myſterii exitum, propter quem & ſanctis prædicabat Apoſtolis: [f] *Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur in manus gentium, & flagellabitur, & crucifigetur, & tertia die reſurget.* Quei igitur pronuntiavit, & quei
A Petrum objurgavit, qui deprecatus eſſet ne fieret, qui plane ſcit omne futurum? Quomodo autem non
ſit abſurdum, Abraham quidem ante multa ſæcula vidiſſe diem ipſius & gratulatum eſſe, & Iſaiam item præcantaſſe ſalutares paſſiones, & Hieremiam, & Danielum, & Zachariam, & omnem prophetarum chorum; ipſum vero & ignorare & liberationem poſcere & deprecari id quod ſaluti mundi fuerat profuturum? Ergo non Dei Verbi iſta ſunt verba, ſed ſervi formæ, quæ pavebat mortem, quia nondum fuerat reſoluta. Sed Deus Verbum hæc dicere conceſſit locum timiditati, ut appareret dicti natura, & ne doceſim aut phantaſiam id quod ex Abraham & David factum eſt exiſtime-
B mus ob profanos hæreticos, quorum factio talem blaſphemiam peperit. Ergo ea quæ divine dicta vel facta ſunt Deo Verbo adſcribamus; quæ vero humiliter dicta ſunt, ſervi formæ aptemus, ne Arrii & Eunomii blaſphemias æmulemur.

*Reſponſio orthodoxi.*


Nonne multo melius, quæſo, fuerat vim perſcrutari dictorum, ab odio & præjudicio liberum animum retinentem? Verum id minime agere dignatur. Omnia enim ad ſuum convertit arbitrium, & ait: [2] *Cognata & hæc ſupra dictis. Vult enim, tamquam commixtione facta, nullam eſſe verborum differentiam quæ in ſanctis evangeliis vel apoſtoli-*
C *cis dictis conſcripta ſunt, cum præſertim Arrio & Eunomio & ceteris hæreſeon auctoribus hoſtem ſe eſſe glorietur.* Et hæc quidem ille. Verum tantum abeſt ut ego dicerem naturas inter ſe fuiſſe confuſas [3] & confuſionem & commixtionem, quantum abeſt ut ille recta ſentiret. Sed ne verborum qui-
dem differentiam ſuſtulimus. Scimus enim quidem 293
hæc divine facta eſſe, hæc humane; & quod hæc excellentiſſimæ conveniant gloriæ, hæc ſint exinanitatis aptiora menſuræ. Oportere autem aſſerimus ea non perſonis duabus a ſe penitus diviſis deputare. Nam ſi eſt [g] *unus Dominus* noſter Jeſus Chriſtus, *una fides* in ipſum, & *unum baptiſma*; una erit & unius ipſius certe perſona. Et ſi erit ipſe
D Deus ſimul & homo, deceat ipſum certe & divine ſimul facere & humane ſermones; cum neque divina ipſius arcanaque natura nec ex aliqua particula fiat majeſtate patris inferior; & illa diſpenſatio cum carne credenda ſit, cum ſit Deus, homo etiam juxta nos factus eſſe prædicetur. Omnia igitur unius Chriſti ſunt, divina atque humana. Nam ſi non factus eſt homo Dei patris Verbum, nec juxta nos loquatur humane. Sin autem verum eſt ipſum ſimiliter ac nos communicaſſe ſanguini & carni, [h] aſſimilans ſe per omnia fratribus, nobis ſcilicet; quare diſpenſationis reprehendunt rectiſſimam rationem qui vocem non patiuntur humanam, & qui ſermonem propter diſpenſationem
E factam, humiliter tamquam alii ſeorſum filio, ſervi formæ, ut ipſi ajunt, deputare feſtinant?

Ineptum eſt autem eos hæreticorum quidem malignitatem horrere ſe dicere, rectæ autem fidei traditionem nolle ſectari. Præſtabilius autem ſit & multo doctius voces humanas aptare, non aliæ perſonæ, quæ intelligatur ſeorſus filius, & ſervi formæ, ſicut ipſi dicere conſuerunt, ſed magis humanitatis ipſius deputare menſuræ. [4] Decuerat enim,

a Matth. XXVII. 46. b Matth. XXVI. 39. c Joan. XII. 27. d Marc. XIII. 32. e Matth. XXIV. 36. f Matth. XX. 18. g Epheſ. IV. 5. h Heb. II. 17.

1. *Ergo non Dei* cet.] Vide infra pag. 294.
2. *Cognata* cet.] Vide ſupra pag. 290.
3. *Et confuſionem & commixtionem*] Mutilus locus, ſic reſtituendus ex Græcis, *& commixtionem & confuſionem verſionemque ſuſcepiſſe*: φυρμόν τε καὶ σύγχυσιν ὑπομεῖναι καὶ τροπήν.
4. *Decuerat* cet.] Græce: ἔδει γὰρ ὄντα Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον, δι' ἀμφοῖν εἶναι τοῖν λόγοιν. Interpres Cyrill. tom. VI. pag. 217. *Num eum qui ſimul Deus eſt & homo, utrumque ſermonem admittere oportet.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



cum esset Deus simul & homo, per utrosque eum A sermones.

Admiror autem quod simulet quidem ipse quo-
294 que confiteri quod sit unus Christus, idem scilicet Deus simul & homo; deinde, tamquam in oblivionem delapsus eorum quæ recte habere arbitratus est, unum dividat rursus in duo. Ponit enim salvatoris vocem dicentis: [a] *De die autem aut hora illa nemo scit, nec angeli cælorum, nec filius, nisi pater.* Deinde sapientiam esse adfirmans Dei patris Verbum & omnia futura præscire, adjicit & ait: [1] *Non ergo Dei Verbi ignorantia, sed servi formæ, quæ tanta eo tempore sciebat quanta ei inhabitans divinitas revelabat. Hæc & de aliis similibus dici possunt.* Ergo si non mendose dicis B unum Christum & Deum filium, eumdem Deum simul & hominem; quare dividis, & duos dicere filios non erubescis, nisi forte non videantur duo esse omnino: siquidem non idem est; is qui habet scientiam præfinitam & is qui omnia sciat, & qui particularem accipiat revelationem, & qui sit perfectus sapientia, & tanta cognoscat quanta etiam pater. Siquidem est unus & idem propter adunationis verissimæ rationem, & non alius & alius divise & separatim, ipsius est omnino scire & videri nescire. Ergo scit quidem divine, utpote sapientia patris. Sed quoniam inscientia humanitatis mensuram subit dispensatorie, & hoc quoque cum aliis familiare facit, quamvis, sicut nuper dixi- C mus, nihil prorsus ignoret, sed sciat cuncta cum patre. Proinde quam ob caussam esurisse [b] dicitur & [c] fatigatus esse ex itinere, cum sit vita & vivificus, utpote Deus, & cum sit ipse [d] panis vivus qui de cælo descendit, & vitam dans mundo, & ipse sit idem [e] virtutum dominus? Sed ut fa-
295 ctus fuisse homo vere credatur, familiaria putat humana, numquam naturæ suæ bonis excedens, sed ea immota retinens in quibus erat semper & est & erit. Qui vero revelationem datam esse commemorat servi formæ a Deo inhabitante, & eam præfinitam, prophetam nobis ostendit Emmanuel & hominem Θεοφόρον, & aliud nihil.

Verum callidum aliquid se dicere & inexpugna- D bile arbitratur: [2] *Nam si Dei Verbum*, inquit, *est quod exclamavit, Pater, si potest fieri, transeat a me calix iste; primum quidem a patre discordat, nec recte recusat bibere calicem, cum sciat*, inquit, *quod mundo salutaris futura fuerat passio. Igitur non sint*, inquit, *Dei Verbi tales voces.* Audiat igitur contra super hoc quoque a nobis, qui tam infirmis rationibus nutat & titubat. Ergo quoniam tibi videntur tales voces a Deo Verbo removeri debere & soli eas deputari formæ servili, nonne in duos filios unum dividas? Et cui hoc sapientium videtur obscurum? Dixerit enim fortasse aliquis tuas sequens rationes, quod nec verisimile nec rationabile sit omnino recusare passionem servi for- E mam, & discordare a patre & ab eo quod inhabitaverat Verbum, cum sciret passionem salutarem mundo futuram & vitæ caussam illis qui fuerant morte devicti. Oportuerat ergo, inquit, ipsum videri timiditate superiorem & divinis imperiis obtemperantem. Nonne igitur te sentis frustra garrire? Unde hæc sententiarum vulgaris inventio?

Ergo quod omnia quidem humana Deo Verbo parvula & exigua videantur, sane confiteor; sed
296 requiro exinanitas cujus facta esse intelligatur, & qui eam sustinuerit? Nam si, ut ipsi ajunt, servi forma, sive id quod erat ex semine David; quomodo & qua ratione exinanitum sit, cum a Deo adsumtus sit? Si vero ipsum Verbum, quod erat in forma & æqualitate Dei & patris, exinanisse se dicitur; quomodo rursus vel qua ratione exinanitum sit, si recuset exinanitatem? Exinanitas autem Dei Verbi est, ejus quod nescit pati conversionem, agere aliquid vel dicere humanorum propter conventionem dispensatoriam carnis.

Sed etsi factus sit homo, nullo tamen modo naturam ejus mysterii violet ratio. Mansit enim ad quod erat, etsi ad humanitatem propter mundi salutem vitamque descenderit. Igitur non personis duabus, sed uni Christo & filio & Deo, & evangelicas & sanctorum Apostolorum deputabimus voces; neque divinam ipsius naturam & gloriam minorem facientes propter humanam, nec dispensationem abnuentes, sed ipsius Verbi ἐνανθρώπησιν propter nos factam esse credentes.

*Anathematismus quintus.*

Si quis dicere audeat Christum esse hominem Θεοφόρον, ac non magis Deum vere esse, ut unum filium per naturam, eo quod Verbum factum sit caro & communicarit similiter ac nos carni & sanguini, anathema sit.

*Reprehensio hæretici.*

Communicasse quidem similiter ac nos sanguini & carni & animæ immortali Deum Verbum, eo quod ei sit adunata, confitemur. Carnem vero 297
Deum Verbum conversione factum esse non dicimus; sed illos etiam qui id dicunt impietatis arguimus. Quam autem contrarium id sit jam ante dictis videre licet. Nam si Verbum in carnem conversum est, non communicavit carni & sanguini. Sin autem carni & sanguini communicavit, quasi alius præter hæc communicavit. Si vero caro aliud est præter ipsum, non ipsum in carnem conversum est. Ergo nomine communicationis utentes, ut unum quidem filium adoramus, & eum qui adsumsit, & eum qui adsumtus est; differentiam tamen cognoscimus naturarum. Et Θεοφόρον autem hominem, ut a multis sanctis patribus dictus est, non recusamus: quorum unus magnus ille Basilius in oratione ad Amphilochium de sancto Spiritu hoc est usus nomine, & interpretatione psalmi quinquagesimi noni. Vocamus autem Θεοφόρον, non ut particularem nescio quam divinam gratiam accipientem, sed ut omnem habentem adunatam filii deitatem. Hoc enim explanans beatus Paullus dicebat: [f] *Videte ne quis vos seducat propter philosophiam & inanem gloriam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.*

*Responsio orthodoxi.*

Heic quoque vanas eum fabulas exercere nullus est labor ostendere. Afferimus enim a nullo oportere Θεοφόρον hominem nominari Christum, ne juxta unum nescio quem intelligatur fuisse san-

*a* Marc. XIII. 32. *b* Matth. IV. 2. *c* Joan. IV. 6. *d* Joan. VI. 33. *e* Psal. XXIII. 10. *f* Coloss. II. 8. 9.

1. *Non ergo* cet.] Vide supra pag. 291.  2. *Nam si Dei* cet.] Vide supra pag. 291.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

ctorum; Deum autem magis verum hominem fa- A
ctum & incarnatum Dei Verbum.

Increpat autem iterum quæ recte sunt dicta, & fallit modis variis & mentitur. Ait enim dicere nos in naturam carnis Dei Verbum fuisse conversum; & eruit rationes ex alto, per quas probare
298 contendit Dei Verbum non esse vertibile. Quod vero sæpius dixi, dicam nunc quoque necessario: Cum nemo sit qui carnem terrenam in divinam immortalemque Verbi naturam conversam fuisse dicat, sed inconvertibilem eam omnes confiteantur; parcite jam inanes labores impendere, ut eis qui in nullo decepti sunt possitis ostendere, quod & invertibile sit per naturam & incommutabile Deum Verbum. Quis enim adeo stupidus vel mente ca- B ptus est, qui tam dedecorosa & ipsis forte etiam insipientibus abominanda sentire velit & dicere?

Ego vero vehementer admiror quod cum ubique adfirmet Deum esse Emmanuel, prophetæ ei mensuram in his tribuisse convincatur. Hominem enim esse ait ipsum Θεοφόρον, ut videatur esse juxta nos, qui habeamus inhabitantem Deum in nobis per sanctum Spiritum. Inhabitat enim in cordibus nostris, & sumus templa Dei. Minime vero tantumdem est dicere Verbum factum esse hominem, & Deum in homine habitare. Nam licet vera sit beati Paulli vox: [a] *Quoniam in ipso complacuit inhabitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter;* attamen unum ait [b] esse patrem & unum Dominum Jesum Chri- C stum, per quem omnia.

Dicat aliquis & in hominem inhabitare spiritum ejusdem. Denique scriptum est de quibusdam:
299 [c] *Inhabitantes autem domos luteas;* de quibus & nos ex eodem luto sumus. Attamen unus intelligitur & est per compositionem a carne & ex anima rationabili. Cur ergo rectam & stabilem fidei rationem turbare non cessat? Modo enim unum ait Christum & filium & Dominum, eumdemque Deum simul & hominem; modo inter prophetas eum ponit, hominem ipsum nominans Θεοφόρον; nescisse autem fortasse ipsum æquare vel nobis, si quidem non sit Deus vere, sed magis templum inhabitante Verbo, sicut & in nobis. Verum hæc non ita D se habere divina scriptura perdocuit: [d] *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis:* ne quis arbitretur per conversionem & commutationem in carnis naturam ipsum fuisse conversum. Qui autem factus est caro sive homo, non est homo Θεοφόρος, sed Deus magis, qui se in voluntariam exinanitatem immisit, & propriam carnem fecit ex muliere; carnem autem non inanimem & absque sensu, sed animatam & rationabilem. Meminimus autem & templum eum nominasse [e] suum corpus. Ceterum non σχετικὴν fecit inhabitationem, sicut & in nobis per spiritum; sed unus per adunationem intelligitur Christus & filius & Dominus.

*Anathematismus sextus.*

Si quis dicat Deum vel Dominum esse Christi vel Dei patris Verbum, ac non magis confitetur eum Deum simul & hominem, quod Verbum caro sit factum secundum scripturas, anathema sit.

*Reprehensio hæretici.* 300

Beatus quidem Paullus [f] id quod a Deo Verbo adsumtum est, formam nominat servi. Sed quoniam ante adunationem adsumtio est, de adsumtione autem beatus Paullus disputans servi formam vocavit adsumtam naturam; ideo nullum jam locum habet, adunatione facta, servitutis nomen. Nam si eis qui in ipsum crediderunt beatus Paullus scribens dicebat: [g] *Ergo jam non est servus, sed filius;* & Dominus porro discipulis: [h] *Non jam dicam vos servos, sed amicos;* multo magis primordium nostræ naturæ, per quod etiam nos adoptionis meruimus gratiam, servili appellatione liberatum est.

Deum igitur confitemur servi etiam formam propter adunatam ei formam Dei, & adsentimus prophetæ [i] vocanti puerum Emmanuel & magni consilii nuntium [1] & miraculum & consiliarium & Deum fortem & dominantem & principem pacis & patrem futuri sæculi. Idem propheta & post adunationem prædicans adsumti naturam, servum appellat id quod est ex semine Abraham, ita dicens: [k] *Servus meus es tu Israel, & in te gloriabor.* Et rursus: *Ita dicit Dominus, qui me finxit ex utero servum sibi.* Et paullo post: *Ecce dedi te in testamentum generi in lumen gentium, ut esses in salutem usque ad extremum terræ.* Quod autem in utero fictum est, non est Deus Verbum, sed servi forma. Neque enim Deus Verbum conversum factum est caro, sed adsumsit carnem habentem animam rationabilem.

*Responsio orthodoxi.* 301

Mysterium dispensationis unigeniti, quæ cum carne facta est, nostris sermonibus nihilo minus nunc quoque conveniet, & eos non inrationabiliter habitos facillime demonstrabit. Qui enim in forma est Dei & patris unigenitus filius, qui per omnia par est æqualisque genitori, ejusdem gloriæ, & liber, servi formam accipiens, nuncupatus est frater eorum qui jugum sufferunt servitutis, id est, nobis. Denique tamquam unus ex nobis didragmum tributorum exactoribus pensitabat, & factus est sub lege ut homo, qui est legislator ut Deus. Edocebat autem suos discipulos quod filius sit vere & in forma servi propter carnem, cum per suam naturam sit liber, utpote ex Deo, & Deus; verumtamen propriam habens servi formam, propter exinanitatis mensuram tributum exactoribus pensitabat. Ergo etsi quis dixerit servum eum fuisse nominatum prophetarum voce sanctorum, nullo modo debet scandalum pati. Sciebant enim illi, revelante eis Spiritu sancto, quod E factum homo ex Deo & patre Verbum, erat quidem sic quoque liber filius, non tamen sapientissimæ exinanitatis projiciebat mensuram, nobis qui sumus sub servitutis jugo, similem capiens formam. Sic & Deum ipsum patrem dicit, cum ipse natura sit Deus & ex patre & nulla parte majestatis patris inferior.

Nestorio igitur scribente ita de Christo: *Ergo qui passus est pontifex misericors, non vivificus Deus ejus, qui passus est,* & Deum Christi nominante Verbum, & his hæc etiam adjiciente: [2] *Erat au-*

a Coloss. II. 9. b I. Cor. VIII. 6. c Job IV. 19. d Joan. I. 14. e Joan. II. 19. f Philipp. II. 7. g Gal. IV. 7. h Joan. XV. 15. i Isa. VII. 14. IX. 6. k Isa. XLIX. 3. 5. 6.

1. *Et miraculum & consiliarium*] Gr. 1445. καὶ θαυμαστὸν σύμβουλον, *& admirabilem consiliarium.*

2. *Erat autem* cet.] Vide supra pag. 206.

302 *tem ipse & puer & pueri dominus*, non recte nec competenti modo, sed impietate vehementer hos sermones habitos adfirmamus. Nam si Christus Dei est Verbum Dei & patris, duo omnino & procul dubio esse necesse est. Quo autem modo intelligatur idem & puer & pueri dominus? Non ergo dicendus est & Deus suus & Dominus Emmanuel; siquidem est idem Deus simul & homo, quasi homo factum & incarnatum Dei Verbum. Quod vero deitas quidem aliud quiddam sit natura sua, aliud humanitas, nemo possit ambigere. Ceterum ex utraque est Christus, ex deitate & humanitate, secundum dispensatoriam adunationem.

*Anathematismus septimus.*

Si quis ut hominem operatione Dei Verbi adjutum filium dicat, & gloriam unigeniti ut alii præter ipsum adsignat, anathema sit.

*Reprehensio hæretici.*

Si mortalis est hominis natura; vita enim Dei Verbum, & vivificum; suscitavit enim templum quod a Judæis solutum est & elevavit in cælos; quomodo non glorificata est servi forma per Dei formam? Nam si id quod natura mortale est, factum est immortale propter adunationem Verbi & Dei, id quod non habebat accepit; accipiens autem quod non habuerit, & glorificatum ex eo qui dedit glorificatum est; proptereaque Apostolus clamat: [a] *Secundum operationem potestatis virtutis ipsius, quam operatus est in Christo, suscitans eum a mortuis.*

303 *Responsio orthodoxi.*

Qui Christum nominant, non unum similem nostri communem hominem, sed hominem factum & incarnatum Dei Verbum audientibus designant. Ergo etsi aliquid mirabilium & divinorum operum dicatur per suum corpus implesse, quod ei instrumenti præbeat officium; nihilominus ipse est qui operatur Dominus [1] principatuum, non alii præstans ut operari possit, sicut & beatis discipulis potestatem præbebat adversus spiritus immundos eos ejicere, & curare omnem morbum & omnem infirmitatem in populo. Denique beatus Paullus dicebat: [b] *Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus verbo & factis in virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti.* Gaudentes etiam beati discipuli accedebant aliquando ad Christum dicentes: [c] *Domine, etiam dæmonia nobis subdita sunt in nomine tuo.*

Adjutos quidem per Christum in Spiritu dicimus sanctos, quasi alios præter ipsum. [2] An non eodem modo eademque ratione & ipsum adjutum Jesum Verbo in Spiritu intelligimus quasi alium filium præter filium Dei unigenitum? Unum enim ipsum adunatio nobis ostendit, & in duo dividere recusamus. Nam etsi caro factum sit Verbum juxta scripturas, attamen est sic quoque filius unigenitus secundum adunationem veram, quam nemo cogitatione capiat mentis. Ipse igitur unus est solus Christus Jesus, qui per suum corpus, tamquam per instrumentum, operatus est signa divina; ac non

A ipsum Christum dicimus operatione adjutum, exemplo sanctorum. Hoc enim impium est & vehementer culpabile. Sed & si suscitavit a mortuis proprium corpus, utpote vita ipse & vivificus, [3] & glorificavit, vivificam suam naturam esse demonstrans, & non alii cuidam præter se in hoc glo-
riam condonavit. Denique ad cælestem patrem di- 304
cebat & Deum: [d] *Pater, glorifica me gloria quam habui penes te prius quam mundus fieret.* Atqui & Deus est, & ex Deo per naturam est gloriæ dominus. Quo igitur modo, quasi gloriæ egenus, quam habebat ante mundum, suam gloriam reposcit? Nam quoniam factus est homo, & per suam carnem gratia Dei pro omnibus mortem gustavit,
B ut ait beatus Paullus [e], terrenæ injuriæ non recusans opprobrium, prænuntiat resurrectionem, per quam cognoscitur quod sit & vita & vivificus, utpote Deus, & eo quoque modo a nobis creditur. Glorificavit igitur, non alium quemdam, sed semet ipsum, templum sibi vere conjunctum designans morte validius. Corpus enim quod est ipsi adunatum, non inanimum nec absque sensu esse credimus.

*Anathematismus octavus.*

Si quis dicere audeat adsumtum hominem coadorari oportere cum Deo Verbo & conglorificari &
C connuncupari Deum, tamquam alterum cum altero, ac non magis una veneratione colit Emmanuel, & unam ei glorificationem deputat, eo quod Verbum caro factum est, anathema sit.


*Reprehensio hæretici.* 305

Unam quidem, ut sæpe dixi, glorificationem offerimus Domino Christo, & eumdem Deum simul & hominem confitemur. Hoc enim nos adunationis ratio docuit. Naturarum vero proprietates dicere non recusabimus. Neque enim Deus Verbum in carnem conversum est, nec rursus homo id quod fuerat perdidit & in Dei naturam transmutatus est.
D Ergo utriusque naturæ proprietatem dicentes, Christum Dominum adoramus.

*Responsio orthodoxi.*

At nos meliora & magis vera sentire soliti, & subtiliores sensus tractantes ad certiorem explanationem rectioremque mysterii, juxta litterarum præcepta sacrarum, & juxta morem patrum sanctorum, non hominem adsumtum dicimus a Deo Verbo & ei conjunctum per σχέσιν extrinsecus intelligendam, sed hominem magis ipsum factum esse definimus. Hujus caussa eos qui dicere audent adsumtum fuisse hominem, ducimus esse extra terminos dog-
E matum pietatis, qui adfirmant oportere ipsum, ut alterum cum altero, coadorari debere cum filio Dei. Nam si est idem Deus simul & homo, adoratur magis ut unus, adoratione una, ac non coadoratur & connuncupatur Deus, ne homo simpliciter communis & similis nostri Emmanuel esse credatur, per beneficium divinæ gloriæ particeps factus. Creditur enim magis Deus in carne propter nos vere homo factus, non conversione naturæ, aut commutatione, sed adunatione dispensatoria. 306

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.




a Ephes. I. 19. 20. b Rom. XV. 18. 19. c Luc. X. 17. d Joan. XVII. 5. e Heb. II. 9.

1. *Principatuum* ] Ita rescripsimus pro *principatum* edit. Baluz. Ceterum textus habet, *ὁ τῶν δυνάμεων κύριος*, *Dominus virtutum* ex vet. interpr.

2. *An non* ] Leg. *At non*, absque interrogatione, ex contextu, *ὁ μὴ ὤν*.

3. *Et glorificavit* ] Plenius & clarius Græca pag. 1449. *αὐτὸς ἑαυτὸν δοξάζων ὁρᾶται*. *Ipse semet ipsum clarificare perspicitur.*

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
418.



*Anathematismus nonus.*

Si quis dicat unum Dominum Jesum Christum, glorificatum ab Spiritu virtute ipsius, quasi aliena vi, & ab ipso accipere ut posset operari adversus immundos spiritus & implere signa divina, ac non magis ipsius esse proprium spiritum per quem operatus est signa divina, anathema sit.

*Reprehensio hæretici,*

Heic plane non eos tantum qui in hoc sæculo pietatem servant, sed illos etiam qui ante fuerunt prædicatores veritatis, & ipsos divinorum evangeliorum scriptores, & sanctorum Apostolorum chorum, præterea etiam Gabriel archangelum anathematizare ausus est. Secundum carnem enim Christum ex Spiritu sancto factum esse primus ille & ante conceptionem prædixit, & post conceptionem Joseph edocuit; ad Mariam quidem interrogantem: [a] *Quomodo erit mihi istud, quoniam virum non cognosco?* dicens, *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi inumbrabit tibi, propterea quod nascetur sanctum, vocabitur filius Dei.* Ad Joseph vero: [b] *Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est.* Et evangelista: [c] *Desponsata autem*, inquit, *matre ejus Maria Joseph, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.* Et ipse autem Dominus ingressus in synagogam Judæorum, cum accepisset Esaiam prophetam, & legisset illum locum in quo ait: [d] *Spiritus Domini super me, cujus caussa unxit me*, & quæ
307 sequuntur, adjecit: *Hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris.* Id autem & beatus Petrus, cum ad Judæos loqueretur, dixit: [e] *Jesum de Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto.* Et Esaias ante multa sæcula præcantavit: [f] *Exiet virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescet supra ipsum spiritus Dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & virtutis, spiritus scientiæ & pietatis; spiritus timoris Dei replebit eum.* Et rursus: [g] *Ecce filius meus quem dilexi; dilectus meus, in quo complacuit anima mea. Ponam spiritum meum super eum, & judicium gentibus adnuntiabit.* Id autem testimonium etiam evangelista [h] in suis scriptis posuit. Ipse autem Dominus in evangeliis ad Judæos dixit: [i] *Sin autem in spiritu Dei ego ejicio dæmonia*, [1] *an pervenit in vos regnum Dei.* Et Joannes: [k] *Qui misit me*, inquit, *baptizare in aqua: ipse mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem & manentem super ipsum, ipse est qui baptizat in Spiritu sancto.* Igitur non prophetas solos & Apostolos, nec solum Gabriel archangelum anathematizavit ille divinorum dogmatum diligentissimus examinator, verum etiam in ipsum salvatorem omnium protendit blasphemiam. Ostendimus enim & ipsum Christum, modo quidem Judæis, postquam recitasse, *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me*, dixisse, *Hodie scriptura hæc impleta est in auribus vestris*; modo ad eos qui dixerant ipsum per Beelzebuth ejicere dæmonia, dixisse, in spiritu Dei se ejicere dæmonia. Formatum vero a sancto Spiritu unctumque non Deum Verbum dicimus, quod est cum Spiritu ejusdem substantiæ & coæternum, sed naturam humanam, quæ ab ipso
308 novissimis est adsumta temporibus. Proprium vero A spiritum filii si quia ejusdem naturæ sit & ex patre exeat, dixit; consentiemus, & ut piam vocem accipiemus. Sin autem quia ex filio vel per filium habeat substantiam, id ut blasphemiam & impietatem projiciemus. Credimus enim Domino dicenti [l] *Spiritus qui ex patre exit*: divino Paullo item dicenti: [m] *Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex patre est.*

*Reprehensio orthodoxi.*

Jam ante dixi quod Nestorii vanitatibus, immo blasphemiis & dictis ipsius vehementer incultis capitulorum vis repugnat. Illo enim dicente de Spiritu B sancto, *Hic qui tantam Christo gloriam condonavit, qui eum dæmoniis fecit horribilem, qui adsumtionem ipsi in cælos donavit*; & cum tamquam de aliquo homine communi simili nostri hæc ita garriret, factus est necessario anathematismus, non in eos qui dicunt glorificatum esse a sancto Spiritu Jesum, id est, hominem factum Dei Verbum; sed in illos magis qui impudenter ipsum virtute Spiritus sancti tamquam aliena usum fuisse commemorant. Meminimus enim evidenter dicentis de sancto Spiritu: [n] *Ille me glorificabit.* Novimus præterea sancti Spiritus operatione immundos malignosque spiritus ipsum contundere. Sed non dicimus tamquam unum quempiam prophetarum ut aliena usum fuisse C ipsum virtute Spiritus sancti. Erat namque ipsius & est Spiritus sanctus sicut & patris. Hoc autem nobis evidentissime designavit divinus Paullus ita scribens: [o] *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu; si quidem spiritus Dei inhabitat in vobis. Si* 309
*quis autem spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Exit namque ex Deo & patre Spiritus sanctus secundum salvatoris vocem, sed non est a filio alienus: omnia enim habet cum patre. Et id ipse ostendit de Spiritu sancto: [p] *Omnia quæ habet pater, mea sunt: ideo dixi vobis quod ex me accipiet & adnuntiabit vobis.* Glorificavit igitur Jesum Spiritus sanctus mirabilia operantem; verumtamen ut D spiritus ipsius, nec aliena virtute, nec ipso melior, eo quod intelligitur Deus. Non blasphemavimus ergo in angelos sanctos, nec in prophetas, ut ausus est dicere qui maledicere didicit tantum. Verum quoniam adhuc propositum est ei & similibus ipsius unum Christum in duos dividere, & eum qui glorificatur, & operatione adjuvatur, & eum qui glorificat & operationem adjuvat dicere; reprehendunt insipienter omnem rationem pietatis quæ possit a tam prava opinione seducere. Denique de beato Gabriel mentionem faciens objurgator, *Secundum carnem*, inquit, *Christum ex Spiritu sancto factum fuisse primus ille & ante conceptionem prædixit.* Alius ne igitur Christus secundum carnem, & alius speE cialiter Christus ex Deo patre Verbum? Ubi ergo adunatio? Et quod erit inde emolumentum, si duo sunt Christi, & seorsum uterque intelligitur & vocatur? Licet ergo vultum personamque pietatis sibi fingentes, unum Christum dicant, duos vero credentes, audiant a nobis: [q] *Quousque claudicabitis utroque pede?* Melius est enim rectis uti vestigiis, 310
rectam fidem servantes & stabilem ac non ineptis cogitationibus vacillantem.

a Luc. I. 34. 35. b Matth. I. 20. c Ibid. ṽ. 18. d Luc. IV. 18. 21. e Act. X. 38. f Isa. XI. 1-3. g Isa. XLII. 1. h Matth. XII. 16. i Luc. XI. 20. k Joan. I. 33. l Joan. XV. 26. m I. Cor. II. 14. n Joan. XVI. 14. o Rom. VIII. 8. 9. p Joan. XVI. 15. q III. Reg. XVIII. 21.

1. *An pervenit*] Gr. ἄρα ἔφθασε, *Profecto pervenit.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



A *omnibus ad similitudinem absque peccato*. Experta est autem passiones nostras absque peccato natura illa quæ ex nobis pro nobis adsumta est, non qui eam pro salute nostra adsumsit. Et in principio autem hujus capituli iterum docet: [r] *Considerate*, inquit, *apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum, fidelem ei qui fecit ipsum, sicut & Moyses in omni domo sua*. Facturam autem esse quis umquam dixerit recta sentiens increatum & cum patre coæternum Deum Verbum? sed eum [4] qui est ex semine David, qui liber ab omni peccato, pontifex noster fuit, victimam ipse se pro nobis offerens Deo, habens in se certe Dei Verbum adunatum sibi & inseparabiliter conjunctum. 312

*Anathematismus decimus.*

[a] Pontificem & apostolum confessionis nostræ factum esse Christum divina scriptura commemorat. [b] Obtulit autem se ipse pro nobis in odorem suavitatis Deo & patri. Si quis igitur pontificem & apostolum nostrum factum esse dicat non ipsum Verbum Dei, tum scilicet cum est caro factum & homo juxta nos, sed ut alium præter ipsum seorsum hominem ex muliere: aut si quis dicat pro se obtulisse ipsum oblationem, ac non magis pro nobis tantum modo, neque enim eguit sacrificio [c] qui peccatum non noverat, anathema sit.

B

*Reprehensio hæretici.*

Non in carnis naturam inconvertibilis natura conversa est; sed [1] humanam naturam adsumsit, eamque super communes pontifices constituit, sicut beatus Paullus docet nos dicens: [d] *Omnis namque pontifex ex hominibus adsumtus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit his qui ignorant & errant; quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semet ipso offerre pro peccatis*. Et mox id ipsum explanans: [e] *Sicut Aaron, ita etiam Christus*. Deinde ostendens adsumtæ naturæ C infirmitatem dicit: [f] *Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui potens est ipsum servare a morte cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pietate. Et quidem cum esset filius, didicit ex quibus passus est & obedientiam: & consummatus factus est omnibus obaudientibus sibi caussa salutis æternæ, appellatus a Deo pontifex secundum ordinem Melchisedech*. [2] Quis igitur virtutis laboribus consummatus est, cum non est natura perfectus? Quis est qui experimentis didicit obaudientiam, quam ante experimentum nesciebat? Quis est qui cum reverentia vixit, & cum clamore valido & lacrymis supplicationes offerens, & servare se ipsum non valens, sed eum qui servare possit obsecrans, & liberationem mortis expetens? D Non Deus Verbum, immortale, impassibile, incorporale: *Cujus commemoratio*, secundum prophetam [g], *lætificatio est & levatio lacrymarum ab omni vultu*. Et rursus propheta: [h] *Memor fui*, inquit, *Dei, & lætatus sum*; quod [i] *coronat pietate præclaros*; [3] quod [k] *cognoscit universa ante quam fiant*; quod [l] *omnia patris possidet*; quod [m] *est imago simillima genitoris*; quod [n] *in se patrem ostendit*; sed magis, quod ex semine David a Deo fuerat adsumtum, mortale & passibile; quod pavit ad mortem, licet ipsum postea imperium mortis destruxerit, propter adsumentis Dei unitatem; quod per omnem justitiam ambulavit, quod ad Joannem E dixit: [o] *Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem justitiam*; quod [p] pontificatus appellationem accepit secundum ordinem Melchisedech: ipsum enim portabat naturæ infirmitatem, ac non omnipotens Deus Verbum. Ideo & dudum beatus dixerit Paullus: [q] *Non enim habemus pontificem qui non possit condolere infirmitatibus nostris, tentatum autem in*

311

*Responsio orthodoxi.*

Hieremias propheta, cum offendisset Deum Israel & eum in iracundiam provocaret, contristatus dicebat: [f] *Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lacrymarum ut possim deflere populum hunc dies & noctes?* At ego opinor voces hujusmodi non illi magis convenire, sed eis qui patulum semper & petulcum os habent in Christum, qui etiam ineffabili detrahunt gloriæ, audaces petulantesque, juxta quod scriptum est [t]. Fletu autem sunt & lamentatione dignissimi, qui infinita dementia rectam & inculpabilem pietatis in Christum semitam negligentes, distortam orbitam ambagesque sectantur, & cogitationum pravis inventis decus inquinant veritatis. Ergo audiant qui invisa omnibus sentiunt, errantes in scientia scripturarum, nescientes magnum & venerabile incarnationis mysterium. Divinæ enim scripturæ hominem similem nobis factum fuisse prædicant Emmanuel, & [u] participasse carni & sanguini similiter ac nos Verbum Dei & patris. Adfirmant & carnem factum, id est, hominem, non per conversionem aut per commutationem, sed virtute adunationis arcanæ; proptereaque [x] unum dicimus Jesum Christum Dominum, & unam fidem, unum item sanctum baptisma. 313

Hi vero a rectis dogmatibus abhorrentes, & adversus sacras litteras durum sensum insolentemque opponentes, ad id tantummodo quod ipsis bene habere videtur inspiciunt, & hominem adsumtum a Deo Verbo commemorant, juxta illud fortasse quod ab uno prophetarum dictum est: [y] *Propheta non eram, nec filius prophetæ; sed pastor eram vellicans sycomora, & adsumsit me Deus ex ovibus*: aut forte, sicut ait beatus David, [z] *adsumens mansuetos Dominus*; secundum σχέσιν & familiaritatem scilicet spiritalem, quam voluntate & gratia & sanctificatione nos etiam habemus ipsi adhærentes Domino in spiritu, juxta quod scriptum est [a]. Id autem nequaquam significat Deum hominem fuisse factum, neque cum similiter ac nos participasse carni & sanguini; sed magis adsumere hominem, non alio pacto quam dicatur & apostolos & prophetas & omnes alios sanctos.

Decipit ne divinus Paullus sanctificatos per fidem evidentissime de unigenito dicens quod [b] cum dives esset, pauper est factus? Absit. Numquam enim mentietur veritatis maximus prædicator. Sed quisnam est dives, & quomodo pauper est factus,

*a* Heb. *b* Ephes. V. 2. *c* II. Cor. V. 21. *d* Heb. V. 1-3. *e* Ibid. ✠✠. 4. 5. *f* Ibid. ✠✠. 7-10. *g* Isa. xxv. 8. *h* Psal. LXVI. 4. *i* Psal. V. 13. *k* Dan. XIII. 42. *l* Joan. XVI 15. *m* Coloss. I. 15. *n* Joan. XIV. 9. *o* Matth. III. 15. *p* Heb. V. 10. *q* Heb. IV. 15. *r* Heb. III. 1. 2. *s* Jer. IX. 1. *t* II. Pet. II. 10. *u* Heb. II. 14. *x* Ephes. IV. 5. *y* Amos VII. 14. *z* Psal. CXLVI. 6. *a* I. Cor. VI. 17. *b* II. Cor. VIII. 9.

1. *Humanam natur.*] Vide infra pag. 316.
2. *Quis igitur cet.*] Vide infra pag. 317.
3. *Quod cognoscit — fiant*] Hæc exciderunt ab edito Baluziano ob repetitionem voculæ *quod*: ut videre est apud Cyrillum, opp. tom. VI. pag. 231.
4. *Qui est cet.*] Vide infra pag. 318.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

nunc quoque diligentius perscrutemur. Etenim si, ut illi & dicere & sentire confidunt, homo est adsumtus a Deo, quomodo is qui adsumtus est a Deo, factus est pauper, qui sublimioribus natura sua dignitatibus illustratus est? Glorificatus est enim.



At si id verum non est, reprehendetur ab ipsis adsumtio, quod in inferius & gloriosius humanitatis
314 dejecerit modum. Verum ita sentire ineptum est. Ergo non is qui adsumtus est, pauper est factus. Superest igitur ut dicamus Deum Verbum, cum esset dives, ad nostram pauperiem devenisse. Deinde quomodo pauper est factus? Age, necessario attendamus. Inconvertibilis quidem est procul dubio per naturam, nec sua derelicta, in naturam transiit carnis: permansit id quod erat, id est, Deus. Ubi B igitur humilitatem videbimus paupertatis? In eo ne quod unum similem nostri Deus adsumserit, sicut dicere ausi sunt impietatis Nestorii parasiti? Et qui fuit ipsi paupertatis & exinanitatis modus? In eo tantum ut si forte voluerit quemquam nostri similem hominem honorare? Nullo enim pacto beneficia præstando Deus omnipotens violatur. Quomodo ergo pauper est factus? Quia cum esset Deus natura & filius Dei & patris, factus est homo ex semine David, natus est secundum carnem, & servilem subiit mensuram, id est, humanam, qui est opifex omnium. Homo enim factus, humanitatis non erubescit subire mensuram. Qui enim non recusavit ut esset similis nostri, quomodo ea recusa- C ret per quæ hominem se nostri similem vere factum esse posset ostendere? Si igitur eum ab humanis & rebus & sermonibus submoveamus, nullo pacto differimus ab his qui eum, si fieri posset, sua carne etiam spoliarent; qui scripturæ divinæ non cre-
315 dunt, evertentes omnino incarnationis mysterium, salutem orbis terrarum, spem, fidem, resurrectionem.

Dicat aliquis Deo Verbo parum decorum esse & nullo modo conveniens lacrymari, pavere mortem, calicem recusare, subire officium sacerdotis. Valde ego quoque libens adsentiam, hæc divinæ naturæ & gloriæ minime convenire. Verumtamen in his video paupertatem quam propter nos volens D ipse sustinuit. Si tibi gravis videatur exinanitatis injuria; eo plus mirare erga nos filii caritatem. Quod enim tam indecorum dicis & parvum, hoc Deus tui caussa sibi fecit amabile. More hominum lacrymavit, ut tuas lacrymas ipse conspiceret. Expavit dispensantorie, permittens carni interdum pati quæ sua sunt, ut nos confidentissimi redderemur. Calicem recusavit, ut crux impietatem argueret Judæorum. Infirmatus esse dicitur secundum humanitatem, ut te infirmitatibus liberaret. Preces supplicationesque obtulit ut tuis etiam supplicationibus aurem facilem redderet; ut tu disceres in tentationibus minime dormitare, sed animum ad orationes magis arrigere. Denique dormitantes sanctos apo- E stolos incusabat dicens: [a] *Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate & orate ne intretis in tentationem*. Sed enim tamquam reformationem præbens vitæ beatæ, profuit mundo. Ideo [1] humanitatis infirmitates familiares fecit ut etiam vere homo factus esse crederetur, cum permansisset nihilominus id quod erat, id est, Deus.

Sed nescio quomodo hi qui Christum unum dicere simulant & filium & Dominum, eumdemque Deum simul & hominem, non Dei Verbum nuncu-

A patum dicunt fuisse [b] pontificem & apostolum con- 316
fessionis nostræ tunc cum factus est homo; sed aut alium nescio quem seorsus hominem ipsum per se qui erat ex semine David, in id vocatum esse adfirmant, forsitan metuentes ne si recta sentiant, ab impietate videantur Nestorii defecisse. Ait enim hoc modo ille: *Hic qui fidelis ad Deum pontifex factus est: factus est enim hic, non semper fuerat, hic qui paullatim in pontificis profecit, hæretice, dignitatem.* Deinde, ut ipse existimat, suas voces veritatem cupiens confirmare dicit: *de quo Lucas in evangeliis clamabat:* [c] *Jesus autem proficiebat ætate & sapientia & gratia.* Et rursus: *Sed cum sit vobis hic solus pontifex condolens & cognatus & certus, ab ipsius B natura non seducamini. Ipse enim nobis ex promissa benedictione & semine Abrahæ missus est, pro se ipso & genere corporis victimam secum adducens.*

At dementiæ illius optimus æmulator, vir bonus iste Theodoretus non erubescit dicens: [2] *Humanam naturam adsumsit, & eam super communes pontifices ordinavit, sicut & Paullus dicit:* [d] *Omnis enim pontifex ex hominibus adsumtus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, qui condolere possit his qui ignorant & errant; quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semet ipso offerre pro peccatis.* Nonne hominem nobis communem Emmanuel, quantum ad ipsum pertineat, effecit? C Nonne supra memoratis hæc quoque sunt germanæ sententiæ, eamdem blasphemiam parturientes? Quid ais? Metuis sacerdotii modum in Christo omnium salvatore, nec conveniens videtur esse Deo Verbo humano more ministrare propter dispensationem? Detege tuum vultum, persona deposita, & 317
palam denega Dei Verbi incarnationem, propter quam & pontifex nominatus est. Immolantem ne eum conspicis, tamquam alii & majori Deo & patri sacrificia offerentem, exemplo eorum qui ab hominibus adsumti sunt, qui condolere possint ignorantibus & errantibus, ideo quod & ipsi sint in infirmitatibus nostris; nec consideras quod fidem omnium sive fidei confessionem sibi & sancto dedi- D cet patri. Hic ne humani ministerii modus est, fidem poscere ab his qui in odorem suavitatis oblati sint in spiritu? Animadverte quam & alio modo Deus sit, licet humano more propter dispensationem ministrare dicatur. Considet enim Deo & patri, & in sedibus excelsis conspicitur.

Terret te humanitas, nec divinitas liberat metu; nec pateris rebus ipsis inspicere Deum esse simul & hominem Emmanuel; sed tam petulanter & inconsiderate, immo ultra terminos impietatis totius excurrens, ais ipsum consummatum esse laboribus & virtute & profecisse paullatim in pontificis dignitatem. Si profecit, ubi exinanitas, & ubi pauper est factus? Quidquid autem non est in virtute perfe- E ctum, culpa & vitio continetur; & quod vitio continetur, in peccato est. Quomodo igitur de ipso scriptum est quod [e] peccatum non fecit?

Ausus es dicere infra scripta: [3] *Quis igitur sacerdos est factus? Quis virtute consummatus est, cum non esset natura perfectus? Quis tentationibus didicit obaudientiam, quam ante tentationes nesciebat? Quis cum reverentia vixit, & cum clamore valido lacrymans & supplicationes offerrens, cum se servare non posset, sed eum qui servare posset obsecrans?* 318
O audacissimam & sceleratissimam vocem! Quæ la-


[a] Matth. xxvi. 40. 41. [b] Heb. III. 1. [c] Luc. II. 5. [d] Heb. V. 1-3. [e] I. Pet. II. 22.

1. *Humanit. infirm.*] Cyrill. opp. tom. vi. pag. 234. τὰς τῆς ἀνθρωπότητος ἀσθενείας ᾠκειώσατο· διὰ ποίαν αἰτίαν; ἵνα κ. τ. λ. *Humanitatis infirmitates proprias fecit: ob quam caussam? ut* cet.

2. *Humanam nat.*] Vide supra pag. 310.

3. *Quis igitur* cet.] Vide supra pag. 311.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.



crymæ tam impie credentium poterunt abolere peccata? Si adquiescis adunationi, quomodo ignorasti quod de Deo dicamus qui factus sit homo? Humiliavit se tua caussa, & tam impie exclamas: [a] *Propitius esto, Domine: numquam tibi erit istud*. Ergo audies ipsum dicentem: *Vade retro a me, satanas: scandalum mihi es*.

At enim in clausula suorum dictorum dixit: [1] *Ergo is qui est ex semine David, pontifex est, habens in se scilicet Deum Verbum sibi adunatum & inseparabiliter conjunctum*. Et quomodo adunatum dicis Deo Verbo id quod est ex semine David, si soli ei qui est ex semine David sacerdotium deputasti? Nam si vera est adunatio, non sunt duo omnino, sed unus & solus ex utrisque intelligitur Christus.

Certum est ergo illos simulate adunationem confiteri, simpliciorum animos inlectantes. Conjunctionem namque credunt σχετικὴν extrinsecus factam, quam nos etiam habuimus participes divinæ ipsius naturæ facti per spiritum. Accedendum igitur, non illorum vanitatibus, sed rectæ & inculpabili fidei & evangelicis & apostolicis sanctionibus.

*Anathematismus undecimus*.

Si quis non confiteatur carnem Domini vivificam esse & ipsius Dei Verbi propriam, sed alterius cujuspiam, conjuncti quidem ipsi per dignitatem sive per solam habitationem, ac non magis vivificam, ut ante dixi, eo quod fuerat propria
319 Verbi, quod omnia potens est vivificare, anathema sit.

*Reprehensio hæretici*.

Quantum apparet, obscuritati studet, ut impietatem suam occultet, qui eadem cum hæreticis sentit. Sed nihil veritate validius, quæ radiis suis mendacii potest caliginem revelare. Ea illuminati, manifestam ejus fidem ἑτερόδοξον faciamus. Primum quidem nusquam carnis rationabilis meminit, nec hominem perfectum qui est adsumtus, confessus est; sed ubique carnem dicit, Apollinaris sequens dogmata. Deinde commixtionis opinionem, omnibus eam sententiis inserens, aspergit sermonibus. Hic enim aperte inanimam dicit Domini carnem, cum ait: *Si quis confiteatur Domini carnem non esse propriam ipsius Dei Verbi, sed ut alterius præter ipsum, anathema sit*. Unde apparet eum non confiteri Deum Verbum animam adsumsisse, sed carnem tantummodo, ipsum autem esse carni pro anima. Nos vero vivificam dicimus animatam & rationabilem Domini carnem propter adunatam vivificam deitatem. Confitetur autem ipse quoque invitus differentiam naturarum, carnem nominans & Deum Verbum, & propriam ipsius dicens fuisse carnem. Igitur non Deus Verbum in carnis naturam conversum est; sed propriam habet carnem, adsumtam scilicet naturam, & vivificam eam adunatione effecit.

320 *Responsio orthodoxi*.

Qui rectis & veris cogitationibus per imperitiam delapsi sunt, pæne etiam dicunt: [b] *Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio operiemur*. A In quemcumque enim ipsis libitum fuerit, proferunt inconsiderate sententiam; nec meminerunt divinæ scripturæ dicentis: [c] *Judicium justum judicate*. Et rursus: [d] *Testis falsus non erit impunitus*. Nos etenim vivificum esse dicimus sanctum corpus salvatoris omnium Christi. Est namque non unius simpliciter similis nostri hominis & communis; proprium autem magis vere Verbi quod omnia vivificat; proprium autem hoc modo ut si forte etiam dicatur uniuscujusque nostrum corpus proprium esse dicatur. Hic autem vir bellus verbositatis suæ in nos nullum modum præteriit intentatum, quamvis nostris dictis consentiat. Nominat rursus nobis Apollinaris impietatis infamiam, nec erubescit B commemorans me verbis aliis ac dictionibus rem commixtionis sive confusionis occultare, & unanimam dicere carnem Verbo conjunctam. Sed dixerit ad eum forte aliquis: O vir optime, iisdem etiam beatum Joannem criminibus accusabis! Ait enim: [e] *Verbum caro factum est*. Et age cum ipso etiam insolenter, ut dicas animæ eum non meminisse rationabilis, sed inanimam dicere eum Domini carnem. Quid si etiam ipsum dicere audieris Christum omnium salvatorem: [f] *Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ipsius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*? Et rursus: *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in* 321
C *ipso*? Et rursus: [g] *Panis autem quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*? Insulta, si videbitur, etiam ipsi Verbo. Carnem enim nominat tantum, nec animæ rationabilis in his facit usquam mentionem. At tu, si sagax esses & sapiens, non ignorares quod plerumque etiam sola carnis mentione animal quod est ex anima & corpore designetur, id est, homo. Scriptum est enim quod [h] *videbit omnis caro salutare Domini*. Ergo qui carnem dicit fuisse factum Verbum, non ignorat omnino se etiam animæ rationabilis facere mentionem. Sed, quod a principio dixi, in probationibus deficiens, invenit sibi mendacium tegumento, & calumniari conatur ut aliquid dicere videatur. At vero non D hominem adsumtum fuisse a Deo sanctis patribus videtur. Neque enim ita umquam crediderunt; sed ipsum magis Deum Verbum hominem factum esse dixerunt, adunatum carni habenti animam rationabilem. Inconfusa autem & absque conversione omnino est adunatio. Inconvertibile est enim Dei Verbum, & ita credimus.

*Anathematismus duodecimus*.

Si quis non confiteatur quod Dei Verbum passum sit carne & crucifixum carne & mortem gustavit carne, & factum primogenitum ex mortuis, eo quod det vitam, & sit vivificum, anathema sit. E 322

*Reprehensio hæretici*.

Passiones passibilis propriæ sunt; impassibilis passionibus superior est. Passa est igitur servi forma, adhærente ipsi scilicet etiam Dei forma; & permittente quidem pati propter salutem quæ ex passionibus fuerat eventura, suas vero passiones propter adunationem ducente. Ergo non Deus passus est, sed is homo qui ex nobis a Deo adsum-

a Matth. XVI. 22, 23. b Isa. XXVIII. 15. c Zach. VII. 9. d Prov. XIX. 5. 9. e Joan. I. 14. f Joan. VI. 54. g Ibid. ℣. 51. h Isa. LII. 10. Luc. III. 6.

1. *Ergo* cet. ] Vide supra pag. 312.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



tus est. Propterea & beatus Isaias ante prænuntians clamat: [a] *Homo in plaga & sciens ferre infirmitatem*. Et ipse autem Dominus Christus ad Judæos dicebat: [b] *Quid me quæritis occidere, hominem qui veritatem vobis locutus sum?* Occiditur vero non ipsa vita, sed qui mortalem habet naturam. Et id alibi docens Dominus, ad Judæos dixit: [c] *Solvite templum istud, & in triduo reædificabo ipsum*. Ergo solutus quidem est qui est ex David; resuscitavit vero solutum unigenitum Deus Verbum, quod ex patre impassibiliter ante sæcula natum est.

*Responsio orthodoxi.*

Est quidem impassibilis procul dubio Verbi natura; & id nulli est hominum, ut opinor, incertum. Neque enim ad tam insanam dementiam quisquam delabetur, ut illam arcanam & passionibus superiorem naturam dicat nostris infirmitatibus contineri. Sed quoniam passio mundo futura erat salutaris; porro autem impossibile erat ut in sua natura Verbum Dei aliquid pateretur, dispensationem subiit sapienter. Proprium enim corpus fecit quod poterat pati, ut corpore patiente, ipse passus fuisse dicatur, licet ipse per suam naturam impassibilis permansisset. Verum quoniam carne passus est volens, propterea omnium salvator & est
323 & nominatur. Ut enim Paullus ait: [d] *Gratia Dei pro omnibus gustavit mortem*. Testatur vero etiam divinus Petrus sapientissime dicens: [e] *Christo ergo passo pro nobis*, non deitatis magis natura, sed *carne*. Denique quonam modo Dominus gloriæ crucifixus esse dicitur [f]? quo item modo is [g] *per quem omnia & in quo omnia* ordinata sunt, ut ait beatus Paullus, datus est a Deo & patre [h] *caput corporis Ecclesiæ*, factus est autem & *primogenitus a mortuis*, carnis passiones familiariter passus, Dominus autem gloriæ nequaquam fuit homo nostri similis & communis? Sed forte dices sufficere unitatem ad probandum unum esse Christum & Dominum crucifixum. Ergo omnia dicantur ipsius, & credatur Dei Verbum esse salvator, permanens quidem impassibile secundum deitatis naturam, carne autem passum, juxta quod dixit Petrus: ipsius enim erat proprium per veram adunationem corpus quod mortem gustavit. Denique quomodo [i] *ex Judæis secundum carnem Christus & Deus super omnes & benedictus in sæcula, amen?* In cujus morte baptizati sumus? Cujus resurrectionem confitentes justificamur? Atqui juxta suam naturam Deum Verbum mortem superius passum, immo potius ipsa vita est. In mortem ne igitur hominis communis baptizati sumus? In Jesum credentes justificamur; an magis, quod verius est, Dei hominis facti & passi pro nobis carne mortem denuntiamus, & confitentes resurrectionem, onus abjicimus peccatorum? [k] Redemti enim sumus pretio, [l] non corruptibili argento vel auro, sed pretioso sanguine sicut agni puri & immaculati Christi.

Plura quidem & alia super his commemorare 324
nihil difficile est, & sanctorum patrum exempla proponere. Verum hæc satis fore opinor docilioribus. Scriptum est enim: [m] *Da sapienti occasionem, & sapientior erit; adnuntia justo, & adjiciet ad percipiendum*. EXPLICIT.

*Ejusdem* THEODORETI *ex præfatione librorum quinque quos adversum beatum* CYRILLUM *Alexandrinæ civitatis antistitem sanctumque concilium Ephesinum, a quo Nestorius damnatus est, diabolo instigante conscripsit, inter cetera.*

PRius quam conventus apud Ephesum celebraretur, duodecim capitulis strictim aperteque restitimus, ut præscius horum fieret intellectus etiam studiorum & rationis expertibus. Quia vero se manifestum qui ista protulit in concilio declaravit, & plures ex his qui convenerant imperitia potius nec ulla dogmatis imbuti notitia, pia hæc arbitrati sunt; operæ pretium visum est iterum contra niti sermonemque distendere & successam blasphemiam multipliciter confutare, ut ignorantibus evidentius approbemus, quemadmodum evangelicis dogmatibus declamarentur adversa quæ nunc ab istis maxime proferuntur.

*Item ejusdem ex libro ipsius operis primo.*

Idcirco Emmanuel jam pridem & ante multa
325 nativitatis tempora virginis appellatus est parvulus. Emmanuel autem & ejus qui sumsit & ejus qui adsumtus est naturas insinuat: *nobiscum* enim *Deus* interpretatur, hoc est, in nostra natura Deus, in homine Deus, Deus & homo, Deus homo factus, Deus natura hominis incircumscripte se vestiens, Deus in templo humano, Deus nobiscum, Deus propter unitatem ejus quem ex nobis accepit. Ergo non solum Deus, sed etiam homo est Emmanuel. Hic ipse vero & Christus appellatus est, & Jesus nominatus est, & salvator vocatus est.

*Item in eodem libro primo.*

Si permixtio aut confusio fieret, & una ex utraque substantia redderetur, neque Deus mansisset Deus, nec templum exsisteret templum, sed & Deus templum, & templum natura Deus esset. Id enim operatur admixtio. Et si hoc ita est, non convenienter Dominus ait: [n] *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud*. Oportebat enim ut diceret, Solvite me, & in tribus diebus resurgam; siquidem duæ naturæ unam permixtionis temperamento fecissent.

*Item ejusdem ex libro secundo.*

Sed & Gabriel evangelizans virgini, sicut Lucas beatus exponit: [o] *Ecce*, inquit, *in utero concipies, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur, & dabit ei Deus sedem David patris sui, & regnabit super domum Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quia virum non cognosco? Et respon-* 326
*dens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascitur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Considerate quod heic etiam cuncta dicantur humanitus. *Erit*, inquit, *magnus*, (non dixit, *est*) *& filius altissimi vocabitur*, (non dixit, *vocatur* aut *est*) *& dabit ei Dominus sedem David patris*

*a* Isa. LIII. 3. *b* Joan. VII. 20. VIII. 40. *c* Joan. II. 19. *d* Heb. II. 9. *e* I. Pet. IV. 1. *f* I. Cor. II. 8. *g* Heb. II. 10. *h* Coloss. I. 18. *i* Rom. IX. 5. *k* I. Cor. VI. 20. *l* I. Pet. I. 18. *m* Prov. IX. 9. *n* Joan. II. 19. *o* Luc. I. 31-35.

*sui*, ( non dixit, *habet sedem David patris sui*, sed *dabit ei Deus sedem David patris sui* ) *& regnabit*, ( non dixit, *regnat*. Et super quos? *super domum Jacob*, ) non dixit, *super angelos & archangelos*. Et iterum, *sanctum*, inquit, *vocabitur filius Dei*. Non dixit, *vocatur* & *est*, sed *vocabitur*. Quid ad hæc dicitis qui veritati passiones proprias præponentes, propter humana certamina Deo prœlium passi estis inferre? Cui ista conveniunt? Deo, qui semper est, & Domino & Regi, & sancto, & filio Dei: aut ei templo quod ex semine David, sanctum est, & propter unitatem Dei Verbi hæc ipsa promeruit?

*Itemque ibi post paullulum.*

Non itaque Deum Verbum post nativitatem virginis magnum futurum esse prædixit, sed templum quod ex virgine sanctum est adsumenti unitum, & connuncupatum etiam ipsum filium; non ut duos filios adoremus, sed ut in templo visibili Deum invisibilem contuentes, unam illi venerationis gloriam deferamus.

327 *Ejusdem ex eodem libro secundo.*

Cum inveneris: [a] *Jesus autem plenus Spiritu sancto regressus a Jordane*; & iterum, *Egressus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam*; non Dei Verbum cooperatione vel auxilio eguisse Spiritus arbitreris; sed visibile templum variis Spiritus sancti donationibus fruebatur.

*Itemque ibidem post aliquanta.*

Ut autem duarum naturarum divisionem manifeste pervideas, ad doctrinam ipsius Domini veniamus. Accesserunt enim ad eum Judæi dicentes: [b] *Quod signum ostendis nobis quia hæc facis?* Respondit Jesus & dixit: *Solvite templum hoc*, demonstrativa voce eos ad visibile pertrahens, *& in tribus diebus suscitabo illud*, deitatis potentiam audientibus manifestans.

*Item ejusdem in libro tertio.*

[c] *Hunc Deus auctorem & salvatorem exaltavit dextera sua dare pœnitentiam in Israel & remissionem peccatorum: & nos testes sumus horum verborum*. Quis igitur exaltatus? Non excelsus, sed ea natura quam deitas excitavit, quam Judæi interemerunt suspendentes in ligno. Hæc enim exaltata est, conjunctione ejus qui sumsit eam, & habitavit in ea.

*Itemque ex eodem in libro tertio.*

Manifestum est, *inquit*, quis die tertia resurrexit, & quis hoc resuscitavit, secundum salvatoris promissionem dicentis: [d] *Solvite templum hoc, & in triduo reædificabo illud*. Ergo qui tertia die resurrexit, [1] hoc suspenderunt in ligno Judæi, hoc [e] *unxit Deus Spiritu sancto & virtute*. Non enim Deus Verbum unctione vel operatione sancti Spiritus eguit, sed templum quod ex semine David adsumens sibimet copulavit, credentibusque tribuit omnibus sanitatem. Et hoc evidenter ostendit Apostolus commemorans [2] nazardit & unctionem quæ a Deo facta est, & sanctum Spiritum a quo unctus est, & virtutem qua fruebatur, & quemadmodum sanitatem operatus est: [f] *Quoniam*, inquit, *Deus erat in eo*. 328

*Item circa finem libelli tertii capitulum beati* PAULLI *corrumpens ita ponit & dicit.*

[g] *Paullo minus*, inquit, *ab angelis minoratum videmus Jesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, ut* [3] *sine Deo pro omnibus gustaret mortem*. Dividit a passione, *ut sine Deo*, inquit, *pro omnibus gustaret mortem*. Hunc etiam & paullo minus ab angelis afferit minoratum. Verbum autem Deus non minor angelis, sed creator est angelorum & archangelorum & virtutum & dominationum & omnis visibilis & invisibilis creaturæ.

*Ibique post paullulum.*

Unum, *inquit*, his omnibus adjiciens testimonium, sermoni terminum dabo: *Jesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula*. Quomodo igitur hoc, o sapientissimi, debemus advertere? Quomodo idem ipse heri & hodie & in sæcula, & temporalis & æternus, & in tempore & super tempora? Nam si æternus est, temporalis non est; & si in tempore est, super tempus non est. 329

*Verba* MERCATORIS.

Item ejusdem ex libro quarto, post testimonia sanctorum patrum quæ scelestus & impius ad suum nefarium sensum retorquere contendit, [4] post assertionem ei in nonnullorum hæreticorum ( nam dico & Theodori ) non timuit facere mentionem, quos


*a* Luc. IV. 1. 14. *b* Joan. II. 18. 19. *c* Act. V. 31. 32. *d* Joan. II. 19. *e* Act. X. 38. *f* Ibid. *g* Heb. II. 9.

1. *Hoc susp. — hoc unx.* ] Sic edit. Baluz. Leg. *hunc*. Sed interpres forte respexerit *templum*, quod mox sequitur.

2. *Nazardit* ] Vid. infra not. Baluz.

3. *Sine Deo* ] *Heb.* II. 9. Textus cum Vulg. χάριτι Θεοῦ, *gratia Dei*. Legebat Theodoritus χωρὶς Θεοῦ, *sine Deo*. Hinc Mercator in inscriptione huic excerpto præfixa illum carpit, quod textum Paullinum corruperit. Sed immerito. Sanctus enim Hieronymus sub initium libri II. *Comment. in Epist. ad Gal.* III. 10. de utraque hujusmodi lectione sic scribit: „ Scriptura testis est: quia Christus „ *gratia Dei*, sive ut in quibusdam exemplaribus legitur, „ ABSQUE DEO, *pro omnibus mortuus est*. „ Hæc sane posterior lectio non latuit Origenem in Exeget. ad *Joan.* I. 1. & XI. 49. Quin & Latinis Patribus haud fuit incomperta. Ut alios omittamus, sanctus Ambrosius lib. II. *de fide* cap. VIII. opp. tom. II. pag. 482. nov. edit. hæc habet: „ Quam bene autem posuit Apostolus: *Ut* SINE DEO „ *pro omnibus gustaret mortem*; ne divinitatis illam passio- „ nem putaremus fuisse, non carnis. „ Et iterum ibid. lib. V. cap. VIII. pag. 570. „ Incarnationis Dei mysterium „ universæ salus est creaturæ, secundum quod scriptum „ est: *Ut* SINE DEO *pro omnibus gustaret mortem*; id est, „ quod creatura omnis, sine passione aliqua divinitatis, „ dominici sanguinis redimenda sit pretio. „ Attamen retinendam esse vulgatam lectionem χάριτι Θεοῦ, *gratia Dei*, ex consensu omnium mss codd. Gr. & Lat. pluribus contendit Millius ad Nov. Testam. Gr. *Heb.* II. 9. De hoc item loco post Millium fuse Wetstenius in suo *Testam. Gr.* tom. II. pag. 392. Quod quidem spissum opus improboque labore confectum, ut plura continet utilia, erudita & scitu digna, sic absona fidei plura & absurda complectitur, quæ immodica licentia usus partiumque studio abreptus auctor sibi permisit, aliquando Deo auspice castiganda.

4. *Post assertionem ei in* ] In mendo hæc verba cubare noscuntur, non nisi mss. ope sananda.



summis quoque laudibus efferre molitus est, hæc A in injuriam sanctorum patrum qui apud Ephesum Nestorium damnaverunt sub exclamatione protulit dicens.

*Verba* THEODORETI.

[a] *Audite surdi, & cæci respicite.* Et quis est cæcus & surdus nisi qui mente captus est, nec vult intendere veritati, oculos suos claudens, & radiis se luminibus privans? Magistrum ergo veritatis audite jure præcipientem voces evangelicas apostolicasque dividere, & deitati quidem sublimes adscribere, humiles autem humanitati deputare; tandemque desinite huic piæ divisioni resistere, nec metu B anathematis pavorem simplicioribus inferatis. Nos enim tamquam purgamenta quæ a vobis formidolosa proferuntur adtendimus, sanctorumque patrum magisteria custodimus.

*Verba* MERCATORIS.

His verbis profanus iste tam in Nestorium quam in ejus similes recte latam sub anathematis interpositione sententiam, ut æstimat, adtenuare contendit, ne sectatores & complices metu præsentis & futuræ pœnæ dogmata pravitatis abjiciant, & ad unitatis tramitem venire nitantur. Denique ut nequitia cordis ejus evidenter appareat, in ultima C parte quarti libri Theodorum Mamsuestinæ civitatis
330 episcopum; quem omnes fere catholici hæreticum esse cognoscunt, suis præconiis ita concelebrat.

*Verba* THEODORETI.

Idcirco, *inquit*, magnum Theodorum propugnatorem pietatis, & evangelicorum defensorem præconiorum, in medium non deduxi, quia & ipse, propter nescio quam, nobiscum impugnatur a vobis, & post sudores quam plurimos & labores loco requisitos, post clara certamina & studia numerosa, non externorum sed suorum sociorumque fidei calumniis appetitur. Oportebat enim eum cum D Paullo post gentilium & latronum, etiam falsorum fratrum ejusdemque generis enumerare pericula. Hujus rei gratia tantum virum sponte præterire voluimus.

*Item in quinto libro, qui est totius operis ejus extremus.*

*Verba* MERCATORIS.

Hanc calumniam sanctæ synodo, quæ Nestorium jure perculit, exsecrandus iste struere nititur, ut audeat dicere beatos patres qui apud Ephesum convenerunt, non recti dogmatis intentione, sed livo- E re potius, illam protulisse sententiam, quatenus Apollinaris olim sepulta perfidia per eos renovata esse videatur: hanc autem contumeliam in sanctos Dei pontifices his perfidus verbis exaggerat.

*Verba* THEODORETI.

Tantum valuit invidia cui vos mancipastis ut quæ olim per unum aut duos, & hos latentes, Apollinaris loquebatur; hæc nunc per multos Ecclesiæ præsules congregationibus Ecclesiarum sacris exhibeat, & letales herbæ per pastores offerantur gregibus, luporumque morsus rectorum ministerio rationabilibus ovibus infligantur; & qui in duabus 331
aut tribus civitatibus extra murorum septa paucos alloquebatur, quos etiam variis canticis seducebat, nunc iste per vos in mediis tripudiat urbibus. Ejus enim prædicatis errores, & vocum novitatibus decoramini, reparantes ejus blasphemiam, quæ jam fuerat consumta temporibus.

*Verba* MERCATORIS.

Qualem unitatem deitatis & humanitatis idem Theodoretus fateatur, per hæc quæ scripsit necessario declaratur his verbis.

*Verba* THEODORETI.

Quod, *inquit*, Dominus de viro & uxore ait, ut [b] jam non sint duo, sed una caro, naturis procul dubio constant sub discretione manentibus; & sicut ibi nihil obest duorum numerus, quomodo una caro dicatur, (certum est enim qualiter una dicatur) ita & heic personæ unitas nihil obest differentiæ naturarum. Denique cum naturas discernimus, Dei Verbi naturam integram dicimus & personam sine dubitatione perfectam: (neq enim sine persona fas est asseverare substantiam) perfectam quoque naturam humanam cum sua persona similiter confitemur. Cum vero ad conjunctionem respicimus, tunc demum unam personam merito nuncupamus.

*Item ejusdem ex capitulo quinto decimo.*

*Verba* THEODORETI.

Hæc, *inquit*, Apollinaris arguunt vanitatem, qui pro ratione vel mente Deum Verbum in adsumta carne asserit habitasse. Nam si non habuit humanam mentem adsumta natura, Deus quidem erit qui contra diabolum decertavit, Deus etiam qui victoriam operatus est. Deo autem operante victoriam, ego quidem de hac victoria nihil utilitatis 332
accepi, velut qui nihil huic inferre potuerim; sed & lætitia quæ ex hac re contigit privor, super triumphis alienis exsultans. Tripudiat autem diabolus & extollitur & superbit atque gloriatur, quasi cum Deo luctatus sit. Magnum namque est illi etiam a Deo superari.

*Item ejusdem ex capitulo sexto decimo.*

Convenienter, *inquit*, diabolus Deo dicere poterat: Ego, Domine creator universorum, non contra te certamen adsumsi. Scio namque dignitatem tuam, intelligo potestatem, cognosco dominationem, fateor servitutem, quamvis refuga esse cognoscar; victoriam vero cedo & angelis & omni cælesti multitudini, ex quibus aliquando & ego infelix exstiteram; contra hunc autem suscepi certamen quem de limo formasti, & ad imaginem tuam fecisti & ratione honorasti & paradisi civem constituisti & terræ marisque dominum demonstrasti. Hunc seductione, non necessitate, decepi; hunc usque in hodiernum diem superare, dejicere ac morti tradere non cesso; persevero hunc ad stadium perducens; & mecum luctari percipiens, ipse spectator adsiste, & si vis etiam arte qua athletæ instituuntur, ostende luctari, demonstra & instituta certaminis, ungue ut voles; tantum ne luctanti auxilium præbeas. Non enim sic audax ego & mente privatus, ut adver-

*a* Isa. XLII. 18. *b* Matth. XIX. 6.

sum te factorem certare pertentem. Hæc ad salvatorem Christum juste diabolus diceret, si non esset homo, sed Deus qui pro homine decertaret.

333 *Ejusdem ex capitulo tricesimo.*

Dei filius homini inseparabiliter adjunctus eum disciplinam summæ virtutis edocuit, & a peccatorum jaculis inlæsum custodivit, & integrum & superiorem diabolica fraude monstravit; mortemque ad breve tempus gustare permittens, protinus ab ejus tyrannide liberavit, & participatum ei propriæ vitæ contribuit, ad cælos evexit, & ad dexteram sedere magnitudinis fecit: [a] *Et donavit illi nomen quod est super omne nomen*, dignitatem suam eidem conferens, & appellationem naturæ ejus adsumens.

*Item epistola ejusdem sceleratissimi* THEODORETI *directa* NESTORIO *jam in exsilio pro sua perfidia constituto, qua satisfacit, non honoris amore, sed ipsa veritate compulsus, probasse se dogma beati* CYRILLI, *quem vocat Ægyptium, in damnationem vero ejusdem* NESTORII *nullo modo præbere consensum.*

DOmino meo vere Dei amantissimo & venerando sancto patri Nestorio Episcopo Theodoritus in Domino salutem. Quod urbana me conversatio & obsequium gloriaque non superet, nec excelsis indigeam sedibus, arbitror, tuam cognoscere sanctitatem. Nam etsi nihil aliud, saltem solitudo civitatis, cujus dispensationem videor esse sortitus, hanc me philosophiam sufficienter edocuit, quam
334 constat ad solitudinis cumulum etiam turbas habere caussarum, quæ retardare plurimos valeant, etiam qui rebus talibus nimis exsultant. Nullus igitur tuæ persuadeat sanctitati, quod ego præsul esse desiderans, clausis oculis, velut recta dogmata, Ægyptia scripta susceperim. Nam per ipsam fateor veritatem, sæpius ea revolvens & diligenter examinans, ab hæretica pravitate libera deprehendi, [1] & alio quam illis imponere maculam formidabilis approbetur velut qui toto mundo causa perturbationis exstiterit; & spero me nullis delictis pro hac re in die judicii subjacere, quia judex justus explorat propositum singulorum. His autem quæ contra tuam venerationem injuste atque inique patrata sunt, nec si mihi utramque manum quis abscideritt, potero præbere consensum, divina procul dubio mihi cooperante gratia & infirmitatem animæ sublevante. Hoc autem etiam his qui hæc exigunt, certum litteris feci, & tuæ sanctitati quid eis a me rescriptum sit exempla transmisi, quatenus agnoscat quod nullum tempus nos per divinam gratiam [2] commutavit, nec polypodas aut chamæleontas ostendit: quod illi quidem petras, ii vero folia juxta colores proprios imitentur. Omnem quæ cum tua veneratione est in Domino fraternitatem, ego & qui mecum sunt plurimum salutamus.

*Ejusdem* THEODORETI *ex epistola quam pro consolatione Nestorianorum Constantinopolim destinavit, in qua dicit quod duas quidem naturas & cetera pietatis dogmata confiteantur Ægyptii, de iniquitate vero quæ in* NESTORIUM *commissa est, nulla sit correctio subsecuta, post alia.* 335

[b] *Fidelis*, inquit, *Deus, qui non patietur neque nos neque vos tentari super id quod possumus, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut tolerare possimus*, & mendacium quidem redarguet: quamvis & nunc assertio probetur mendacii confutata, & veritatis ostensa potentia. Ecce enim qui salvatoris Christi naturas impia ratiocinatione confuderant, & unam naturam ausi fuerant prædicare ac deitati passiones adjungere, propterea etiam sanctissimo & venerando summo Dei pontifici Nestorio [3] resultarunt, velut [c] quodam chamo & freno, secundum prophetam, maxillis omnino confractis, & a pravis ad recta perductis, veritatem iterum addidicerunt, utentes ejus assertione qui pro veritate bella sustinuit. Pro una namque natura, duas in præsentiarum confitentur, anathematizantes eos qui permixtionem aut confusionem prædicant, & deitatem Christi [4] in passibilitate venerantur, & carnis esse differunt passiones, & evangelicas dividunt voces, & deitati quidem sublimes & Deo dignas adscribunt, humiles autem adsignant humanitati. Talia namque nunc ab Ægypto scripta delata sunt.

*Item epistola ejusdem* THEODORETI *quam misit* ANDREÆ *Samosateno episcopo, lectis sancti* CYRILLI *pontificis Alexandrini litteris a Berœa directis.* 336

Magnificus vir Aristolaus ab Ægypto Magisterianum cum litteris Cyrilli destinavit, quibus anathematizat Arrium, Eunomium & Apollinarem, eosque qui deitatem Christi passibilem dicunt, & qui confusionem atque permixtionem duarum afferunt naturarum. Et super hoc quidem gavisi sumus, quamvis propositionem nostram ille diffugerit. Exigit autem subscriptionem factæ dudum damnationis & ut anathematizetur sancti episcopi dogma Nestorii. Scit autem vestra sanctitas, quod si quis indiscrete doctrinam anathematizet ejusdem sanctissimi & venerabilis episcopi, idem est ac si pietatem anathematizare videatur. Oportet ergo, si omnino compellimur, eos anathematizare qui purum dicunt hominem Christum, aut qui in duos filios unum Dominum nostrum Jesum Christum dividunt, & qui ejus abnegant deitatem. & cetera.

*a* Philipp. II. 9. *b* I. Cor. X. 13. *c* Psalm. xxxI. 9.

1. Et *alio quam illis imponere* cet. ] Nemo infitiabitur hæc monstrosa esse, corruptissima, mutila, decurtata. Quid igitur? Donec lux ex quodam ms. appareat, vestigiis insistens divinarim ad hunc fere modum: *Et aliquam illis imponere maculam formidavi: & certe non minus aliis a me pater eorum odio habetur, velut qui* reliqua. Ceterum Theodoriticæ hujus epistolæ ad Nestorium bene habent, tum Collatione VI. Synodi V. tum in Synodico contra Irenæum cap. cxx Editum est in Synodo: *Sæpius* litteras Cyrilli *perlegi, & subtiliter discussi; & hæretica illas amaritudine* (Mercator, *ab hæretica pravitate*: legebat proinde πονηρίας, non πικρίας, ut alii) *liberatas esse inveni: & timui quamdam maculam eis imponere: & certe in odio habens quam alius quidam, patrem illarum, tamquam auctorem tumultuum exsistentem orbis terrarum*. In Synodico: *Frequenter eis perlectis, subtiliterque discussis, inveni ab illa eas hæretica amaritudine liberas, easque timui ullo modo maculare; dum certe oderim non minus aliis illorum patrem, sicut totius mundi perturbationis auctorem*. COTELER. Mon. Eccl. Gr. tom. III. pag. 601. b. c. — Garnerius in Auctar. opp. Theodoriti pag. 95. recitat hanc epistolam Nestorio inscriptam, ubi locus a Cotelerio heic restitutus, emendatior sic legitur: *& aliquam illis imponere maculam formidavi; non tamen velut is approbetur, qui toti mundo caussa perturbationis exstiterit*, cet.

2. *Commutavit — ostendit* ] Garnerius l. c. pag. 96. *commutabit — ostendet*.

3. *Resultarunt* ] *Insultarant* edidit Garnerius l. c. pag. 96. ubi hanc epistolam refert.

4. *In passibilitate* ] Garnerius ibid. *impassibilem*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

*Item ejusdem.* THEODORETI *ad* ALEXANDRUM *Hierapolitanum Syriæ præsulem, adseverantis numquam se in damnatione* NESTORII *præbere consensum*.

[1] Existimo præ omnibus maxime satisfactum esse domino meo sanctissimo & venerando Joanni Episcopo quod nullatenus adquiescam in damnationem
337 domini mei & venerandi Nestorii episcopi præbere consensum quæ in Tarso & Chalcedone & Epheso facta est. Meminit enim & eorum quæ nuper apud Antiochiam post nostrum regressum a nobis sæpe depromta sunt. Nullus igitur tuam decipiat sanctitatem quod ego adquiescam hoc aliquando facere, Deo procul dubio mihi cooperante & confortante.

*Ejusdem* THEODORETI *ex epistola quam direxit* HIMERIO *episcopo Nicomediæ, inter alia.*

Intentionem nostram certam tuæ facimus sanctitati, quod lectis ex Ægypto litteris destinatis & apud nos sæpe discussis, invenimus eas doctrinæ quidem congruentes Ecclesiæ: duodecim vero capitulis contrarias esse probavimus quæ usque in præsentiarum impugnare perstitimus. Placuit igitur nobis ut si sanctitas vestra receperit ecclesias divinitus sibi commissas, Ægyptiis quidem & Constantinopolitanis communicemus, aliisque qui contra nos cum eis militasse monstrantur; quia nostram fidem, magis autem Apostolorum, se habere professi sunt; damnationi vero venerandi & sanctissimi Nestorii quæ facta dicitur, non præbere consensum. Iniquum namque vere & impium comprobamus, si iisdem criminibus quibus & socius ejus reus exstiterat, illi quidem veniam largiri, huic autem ostium pœnitentiæ claudere. Multo igitur magis iniquum & magis impium est innocentem morti tradere. Sciat sanctitas vestra quod non prius eis communicandum esse censemus, quam vestras recipiatis ec-
338 clesias. Hæc autem non solus ego, sed omnes sanctissimi nostræ regionis episcopi habito consilio decreverunt.

*Ejusdem* THEODORETI *ad* ALEXANDRUN *Hierapolitanum.*

[2] Et ante jam tuæ sanctitati prædixi, quia si domini mei venerabilis & sanctissimi episcopi Nestorii fuerit dogma damnatum, nec ego his qui hoc faciunt communicabo. Quod si tuæ sanctitati placuerit id ipsum litteris inserere quæ Antiochiam diriguntur, hoc fiat. Ne ergo differatur obsecro tuis hærendo vestigiis.

*Ejusdem* THEODORETI *ad eumdem* ALEXANDRUM, *postquam rescivit* JOANNEM *Antiochenum episcopum anathematizasse dogma Nestorii, post alia.*

[3] Non, *inquit*, tuam lateat sanctitatem quod postea quam legi epistolam quæ Imperatori directa est, nimis animo dolui; quia manifeste cognosco quod is qui hanc scripsit, id ipsum sentiens, indiscrete atque inique damnavit eum qui nihil præter doctrinam sanam [4] novi aliquid docuit. Sed anathematismus insertus, licet idoneus sit amplius quam consensus damnationis ejus turbare lectorem; tamen quia non indiscrete, sed sub quadam consideratione positus est, solatium præstitit. Nec enim dixit: *Anathematizamus doctrinam ejus*, sed *quæcumque aliter dixit aut sensit quam doctrina apostolica continet*.

*Item ex gestis quæ contra* DOMNUM *Antiochenum episcopum conscripta sunt, in quibus accusatur idem* DOMNUS *quod eo præsente palam in Ecclesia ausus sit idem nefandissimus* THEODORETUS *post obitum sanctæ recordationis* CYRILLI *Alexandrini pontificis, insultans beatæ dormitioni ejus, ita proferre.* 339

[5] Nemo jam neminem blasphemare compellit. Ubi sunt qui dicunt, quia Deus est qui crucifixus est? Non est crucifixus Deus. Homo crucifixus est Christus Jesus. Deus autem templum suum ex David suscitavit, sicut idem David ante prædixit. Homo generat hominem. Natura vero Dei filius Deus Verbum. Christus autem filius est David, sed Dei filii templum est. Contentio ultra jam non est, sub uno jugo Ægyptus & Oriens convenerunt: mortua est invidia, & consepulta illi est hæresis. Jam quiescant qui passum prædicant Deum.

*Verba* MERCATORIS.

Constat hunc Theodoretum per hæc scripta sua cum Nestorio ac Theodoro jure damnari. Cujus autem perfidiæ sit etiam præfatus Theodorus, ex scriptis ejus quæ de Græcis transtulimus approbemus.

THEODORI *Mansuesteni episcopi de secundo codice libri quarti, folio decimo, contra sanctum* AUGUSTINUM *defendentem originale peccatum & Adam per transgressionem mortalem factum catholice differentem.*

Tantis exstantibus quæ demonstrent Adam sic ex
340 terra formatum ut mortalis prorsus exsisteret, erga cibum proprium voluit occupare sermonem, nec exinde valens advertere veritatem, pro dogmate vero, seductorio ex mendacio, advocationem jungens. Non ait, [a] *Mortales eritis*, sed *Morte moriemini*, prorsus exsistentibus natura mortalibus inferre mortis experientiam comminatus, quam etiam juxta morem propriæ benignitatis ad effectum perducere distulit. Sicut enim cum dicit: [b] *Qui effuderit hominis sanguinem, sanguis ejus pro eo fundetur*, non hoc dicit quia qui occiderit hominem, erit mortalis; sed quia dignus est hujusmodi morte damnari: sic & in præsentiarum dixit:

*a* Gen. II. 17. *b* Gen. IX. 6.

1. *Existimo* cet.] Hæc apud Garnerium l. c. pag. 97. superioribus adnectuntur, ac si pertineant ad unam eamdemque epistolam Andreæ Samosateno episcopo inscriptam.

2. *Et ante* cet.] Hæc item in Garneriano Auctario l. c. iis statim subjiciuntur quæ modo recitata sunt ex epistola ad Himerium Nicomediensem episcopum, tamquam pars ejusdem epistolæ.

3. *Non, inquit*, cet.] Hoc excerptum, si Garnerium audias l. c. spectat ad alteram epistolam modo laudato Himerio Nicomediensi episcopo data.

4. *Novi aliquid docuit*] Garnerius l. c. *novit aliquid & docuit*.

5. *Nemo* cet.] Concil. V. collat. V. BALUZ.

*Morte moriemini*; non quod tunc mortales fierent, sed quod digni essent qui mortis sententiam pro transgressione referrent. Sed & divinam sententiam quam post peccatum Deus Adæ inferre videtur, adverte. Sic enim dicit: [a] *Quia audisti vocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno de quo præceperam tibi de hoc solo non comedere, ex eo comedisti, maledicta terra in operibus tuis: in tristitia comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ: spinas & tribulos proferet tibi, & comedes fœnum agri, & in sudore vultus tui comedes panem tuum, donec revertaris in terram*. Hoc autem per hæc omnia comminatus est, quod ærumnosam vitam habiturus esset, cum labore deinceps fructus de terra sumturus quibus aleretur atque subsisteret; nequaquam habens, ut pridem, tantam propositam largitatem quanta ex paradisi copia fruebatur. Non enim operari terram pro supplicio dedit Deus, quasi ex immortali natura in immortalitatem homines transferens; quandoquidem & [b] paradisum ei, ut operaretur & custo-
341 diret, indixit: pro tanta vero pristina largitate & voluptate paradisi, ærumnosam ejus fore sustentationem de terræ fructibus comminatur. Nam prorsus ut mortalis factus, & tunc paradisi fructibus indigebat, sicut nunc terræ fructus inquirit; & pro supplicio pristinis fraudatus deliciis, hac ærumnosissima laboriosissimaque conversatione multatur. Unde ad postremum consequenter adjecit: [c] *Quia terra es, & reverteris in terram*; hinc etiam mortalitatem naturæ significans. Non enim immortali & nunc primum incipienti sententiam mortis excipere, sicut sapientissimi defensores peccati originalis; immo potius patres peccati mirabiles, adseverant, vocabulum huic terræ composuit; sed ut ab exordio naturaliter effecto mortali appellationem hanc congruere judicavit divina scriptura, hoc de hominibus vocabulum ad ostensionem corruptibilis & resolubilis eorum naturæ sæpius adsumens. Nam [d] *recordatus est*, inquit, *quia pulvis sumus: homo, sicut fœnum, dies ejus; & sicut flos agri, ita florebit: quia spiritus pertransivit in eo, & non erit amplius locus ejus*. Vult autem dicere quod corruptibiles & resolubiles omnes sumus in modum fœni parumper florentis pereuntisque post paullulum. Nam ad breve quidem tempus vitam ducimus; ad non exsistendum vero deinceps omnimodo pervenimus. Sic & Abraham: [e] *Ego sum*, inquit, *terra & cinis*, pro eo ac si diceret: Non sum dignus cum tanto Deo conloqui, homo factus e terra, & omnimodis hoc futurus. Magis ergo dicere debuit, *quia terra eris, & in terram reverteris*: siquidem nunc primum fieret natura mortalis


342 *Ejusdem* THEODORI *ex secundo codice, libro tertio, ante quatuor folia finis libri.*

Sed nihil horum prospicere potuit mirabilis peccati originalis assertor, quippe qui in divinis scripturis nequaquam fuerit exercitatus, nec ab infantia, juxta beati Paulli vocem [f], sacras didicerit litteras. Sed sive de scripturæ sensibus, sive de dogmate sæpe declamans, multa frequenter inepta proprie communiterve de ipsis scripturis dogmatibusque plurimis impudenter expromsit. Nam potentiæ metus nullum contra finebat effari, sed tantummodo taciti, qui divinarum scripturarum habebant notitiam, detrahebant. Novissime vero in hanc dogmatis recidit novitatem, qua diceret quod in ira atque furore Deus Adam mortalem esse præceperit, & propter ejus unum delictum cunctos etiam necdum natos homines morte multaverit. Sic autem disputans non veretur nec confunditur ea sentire de Deo, quæ nec de hominibus sanum sapientibus & aliquam justitiæ curam gerentibus umquam quis æstimare tentavit. Sed nec illius divinæ vocis recordatus est, quod [g] *non diceretur ulterius ista parabola in Israel: Patres manducaverunt uvam acerbam, & filiorum dentes obstupuerunt, quia hæc dicit Adonai Dominus: Dentes eorum qui manducaverunt uvam acerbam obstupescent*: ostendens per hæc quod alterum pro altero, juxta quorumdam errorem, Deus omnino non puniat, sed unusquisque pro delictis suis redditurus est rationem. His consona beatus quoque Paullus adnectit: [h] *Deus*, inquit, *qui reddet unicuique secundum opera sua*. Et: [i] *Unusquisque nostrum onus suum portabit*. 343
Et: [k] *Tu quid judicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? omnes enim adstabimus ante tribunal Christi*. Sed vir mirabilis propter unum peccatum de tanto furore commotum arbitratus est Deum, ut illum atrocissimæ pœnæ subderet & ad universos omnes posteros ejus parem sententiam promulgaret, & inter quos quanti justi fuerint non facile numerare quis poterit. Ex quibus eum maxime considerare convenerat quod valde videretur incongruum Noe, Abraham, David, Moysen & reliquos innumerabiles justos obnoxios pœnæ redditos ob ejus delictum, & unum atque ex gustu arboris adprobatum, & quod sic ultra modum justitiæ iram suam Deus extenderit, ita ut tot justorum virtutes cunctas abjiceret, eosque propter unius peccatum Adæ tanto supplicio manciparet.

Nam etsi nihil aliud, saltem de Abel mente perpendens convenienter æstimare debuerat; qui primus justus exsistens, primus mortuus est. Et siquidem mortem Deus ad pœnam statuerat hominum, quomodo non impietatis erat extremæ vivere quidem eum qui fuit caussa peccati, vivere etiam cum illo & Evam malitiæ repertricem, (prætermitto autem diabolum in immortalitate hactenus perdurantem) primum vero justum repertoremque virtutis primumque divini cultus curam gerentem ante omnes pæne peccantium fuisse perculsum? Oportebat autem sapientissimum virum & de Enoch, qui non est mortuus, diligenter expendere. Non enim tanta virtute vel pietate præditus fuit ut melior omni- 344
bus exsisteret, Moyse dico & Prophetis Apostolisque vel reliquis omnibus de quibus ait beatissimus Paullus, [l] *Quibus dignus non erat mundus*; ita ut, illis mortuis, ipse solus sine mortis experientia perduraret. Sed jam ab initio Deus hoc habuit apud se definitum, ut primum quidem mortales fierent, postmodum vero immortalitate gauderent; sic ad utilitatem nostram fieri ipse disponens. ET POST PAULLULUM. Manifestius, *inquit*, hæc eadem Deus ostendit, cum transfert Enoch & immortalem facit. Nam si per peccatum caussa supplicii Deus intulit mortem, nec olim definitum hoc habuit apud se, ineffabiliter pro nobis juxta propriam sapientiam cuncta dispensans: nequaquam Enoch quidem immortalis exsisteret, Dominus autem Christus ad mortis experientiam perveniret. ET POST PAULLULUM. Idcirco, *inquit*, Dominus auctor omnium bonorum hominibus factus est, ut sicut Adam primi & mortalis status exstitit inchoator, ita & ipse secundi & immortalis status initiator exsistens, primitus Adæ prioris naturalia custodiret, dum nascitur ex muliere, dum pannis involvitur, & paullatim æta-

a Gen. III. 17-19. b Gen. II. c Gen. III. 19. d Psalm. CII. 14-16. e Gen. XVIII. 27. f II. Tim. III. 15. g Ezech. XVIII. 2-3. h Rom. II. 6. i Gal. VI. 5. k Rom. XIV. 10. l Heb. XI. 38.

SÆCUL. V. CIRCA ANN.CHR. 418.



tis incrementa fortitur, (*Jesus enim*, inquit [a], *proficiebat ætate & sapientia & gratia coram Deo & hominibus*) dum circumcisionem suscipit, dum juxta legalem consuetudinem Deo adstitit in templo, parentibusque subjicitur, & conversationi legitimæ mancipatur. Sic etiam, ad expletionem reliquorum, & mortem, utpote naturæ tributam, postremo suscipit; ut secundum legem humanæ naturæ moriens, & a mortuis divina virtute resurgens, initium cunctis hominibus qui mortem secundum propriam naturam suscipiunt, fieret ut a mortuis surgant & ad immortalem substantiam commutentur. Sicut enim conformes Adæ secundum statum præsentem sumus omnes effecti, sic Christo Domino juxta carnem conformes efficiemur in posterum. [b] *Transfiguravit enim corpus humilitatis nostræ conformes fieri corporis gloriæ suæ*; & [c] *qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes; & sicut portavimus imaginem terreni, portemus etiam imaginem cælestis*; ostendens quod primi status Adæ participes facti, necessario etiam secundi Adæ Christi Domini secundum carnem futuri status participium consequimur; utpote qui ex hac eadem natura constet exortus, & cuncta quæ fuerant naturæ susceperit, & ideo sustinuerit mortem, ut mortem naturæ suscipiens, & a mortuis resurgens, naturam liberam morte perficeret. Et mortem quidem propterea suscepit, peccatum vero nequaquam, sed ab hoc immunis omnino permansit. Quod enim erat naturæ, id est, mortem indubitanter assumsit: peccatum vero, quod non erat naturæ, sed voluntatis, nullo pacto suscepit. Quod si fuisset in natura peccatum juxta sapientissimi hujus eloquium, peccatum in natura prorsus exsistens necessario suscepisset.

345

*Ejusdem* THEODORI *de codice secundo, ex libro tertio, folio decimo octavo.*

Si, *inquit*, peccaturum Deus nesciebat Adam, sit horum sapientia sapientissimorum & ista responsio: quod hoc insanissimum est vel in cogitatione percipere. Manifestum est quod & peccaturum eum noverat, & propter hoc procul dubio moriturum. Quomodo ergo non est extremæ dementiæ credere, quod primitus eum mortalem in sex horis fecerit, (nam tantæ fuerunt a conditione ejus usque ad commissionem, quandoquidem sexto die factus e terra, & comedens contra divinum mandatum, de paradiso pulsus est) mortalem vero post peccatum monstraverit? Certum est enim quia si eum immortalem esse voluisset, nec intercedens peccatum Dei sententiam commutasset: quia nec diabolum fecit ex immortali mortalem, & quidem cunctorum malorum exsistentem principium.

346

*Ejusdem* THEODORI, *secundo codice ex libro tertio, folio vigesimo quinto.*

Non enim, *inquit*, his qui ab Adam usque ad adventum Christi Domini in tantis fuerunt impietatibus & iniquitatibus, quantas beatus Paullus propriis verbis expressit, ut in superioribus ex ejus declaratum vocibus, tamquam magnum quiddam resurrectionis collaturus est præmium, si eos suppliciis quibusdam sine fine & sine correctione tradiderit. Nam ubi jam loco muneris resurrectio computabitur, si pœna sine correctione resurgentibus inferatur? ET POST PAULLULUM. Quis, *inquit*, ita A demens ut tantum bonum credat materiam fieri resurgentibus infiniti supplicii, quibus utilius erat omnino non surgere, quam tantorum & talium malorum post resurrectionem sub infinitis pœnis experientiam sustinere?

*Ejusdem* THEODORI *ex octavo sermone catacismi, folio septimo.* 347

Nec enim, *inquit*, si duas dicimus in Christo naturas, necessario fiet ut duos filios aut duos dominos afferamus; quia hoc arbitrari extremæ probatur amentiæ. Omnia enim quæcumque secundum aliquid duo sunt, secundum aliquid unum, non interimunt per unitatem utriusque divisionem. B [d] *Ego enim & pater unum sumus*. Sed non quia unum, neganda est utriusque proprietas. Et alibi de viro & uxore pronuntians ait: [e] *Jam non sunt duo, sed una caro*. Sed non quia una caro vir & uxor, jam non sunt duo, sed una caro: manent enim duo juxta quod duo sunt, & unum juxta quod unum. Secundum hunc modum & heic duo sunt natura, sed unum conjunctione: duo natura, quia multa naturarum diversitas; sed unum conjunctione, quia indivisam venerationem quod susceptum est cum suscipiente sortitur, velut templum ejus individuum perseverans. Omnia enim quæcumque duo dicuntur, tunc duorum continent usum quando alterum C alteri indifferens creditur, juxta quod duorum vocabulum connumerationemque sortitur. Verbi gratia: [f] Quatuor bestias divina scriptura commemorat, ursum, pardum, leonem, & aliam quæ has immanitate præcellat; & ideo sunt quatuor, quod unaquæque bestia nihil minus juxta substantiam reliquis bestiis exsistere comprobatur. [g] *Duorum*, inquit, *hominum testimonium verum est*; quia hoc uterque natura quod alter est. Sic & illud: [h] *Nemo potest duobus dominis servire*, quia præbenti servitium tamquam domino nihil minus uterque est 348
dominus; ita & heic, si uterque secundum substantiam esset filius & dominus, possent aliquo modo duo filii & domini nuncupari secundum numerum D personarum. Quoniam vero hic quidem secundum substantiam filius exsistit & dominus, hic autem secundum essentiam nec filius nec dominus approbatur; conjunctione vero quæ ei facta cum illo est, hisdem participasse cognoscitur: idcirco unum filium & dominum dicimus, principaliter quidem intelligentes eum filium & dominum qui secundum substantiam utrumque vere esse creditur & vocatur; complectentes autem cogitatione & illum qui inseparabiliter ei conjungitur & per ineffabilem cum eo copulam filii & domini particeps æstimatur. Itaque sicubi filium hunc qui sumtus est divina scriptura commemorat, relatione suscipientis juxta unitatem dicimus eum filium nuncupari. Cum enim dicit [i] *de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem*, E nondum Verbum dicat, sed formam servi susceptam: non enim Deus est secundum carnem, nec Deus ex semine David factus est, quem filium beatus Paullus evidenter appellat. Intelligimus autem eum filium, non quod per se dicatur filius; sed quod illa conjunctione quam habet cum eo qui vere est filius, taliter nuncupetur. Misertus est creator perditæ creaturæ, & sine commixtione format infantem, perducit ad ætatem virilem, incrementorum quidem processu naturæ similitudinem pro modo credulitatis insinuans, occulte vero eidem copulatus exsistens, non aberat

a Luc. II. 52. b Philipp. III. 21. c I. Cor. XV. 48, 49. d Joan. X. 30. e Matth. XIX, 6. f Dan. VII. 3. g Joan. VIII. 17. h Matth. VI. 24. i Rom. I. 3.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

349 cum formaretur, non dividebatur cum nasceretur, loquenti conjunctus & præsens, in ejus actibus per- A severans, atque ibi suam connexionem sine peccato custodiens.

DIODORI *Tarsensis episcopi dividentis deitatem Christi ab ejusdem humanitate.*

[a] *Jesus*, inquit, *proficiebat & ætate & sapientia*. Hoc autem de Verbo Dei non potest dici, quia Deus perfectus natus est de perfecto, sapientia de sapientia, virtus de virtute. Ipse igitur non proficit: nec enim imperfectus est, ut ad perfectionem incrementis indigeat. Non enim ei mox formato vel edito omnem propriam sapientiam deitas contulit, sed hanc particulatim corpori tribuebat.

*Ejusdem* DIODORI.

[b] *Dicite*, inquit, *eis*: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris tamquam me*. Ex fratribus non est Deus Verbum. Propheta namque est qui gratiam spiritus accipit & futura prædicit, ministrans spiritui ad pronuntianda ea quæ ventura sunt. Deus igitur Verbum cui ministerium præbuit, aut cujus propheta monstratus est? Vides ergo quia divina scriptura caute pronuntiat, homo hinc est. Maria non peperit Verbum, (nec enim erat Maria) sed hominem nobis similem genuit, meliorem vero per omnia, quia de Spiritu sancto.

*Item ejusdem* DIODORI.

Precor, *inquit*, adtendite. Dicunt ad nos: Ut quid separatis ergo vos? Respondete, qui non separatis. Numquid Deus Verbum in novissimis est temporibus? Qui ajunt putas ne hoc dicunt? Ne-
350 quaquam, sed ante sæcula est. Et si ante sæcula est ex semine David, multo magis ipse David, ex quo est semen. Sed non est David ante sæcula. Nam multis hominibus probatur esse posterior, & post viginti octo generationes a David, id quod est ex semine David. Si autem ante sæcula est quod in vulva formatum est, non est ex semine David; & divina scriptura mentitur.

*Item ejusdem* DIODORI.

Homo ungitur Jesus Dominus noster; Verbum non ungitur. Verbum namque majus est Christo, quia Christus per sapientiam magnus effectus est. Verbum enim de sursum est, Jesus autem Christus

*Item ejusdem* DIODORI.

Ad diligens cautumque dogmatum vos examen evehimus. Laboramus propter vos, ne rationem B Domino reddamus pro nostro silentio. Perfectus ante sæcula filius perfectum eum qui ex David probatur adsumsit, filius Dei filium David. Dices ergo mihi: Duos filios prædicas. Non dico duos filios David. Numquid Deum Verbum filium David asserui? Sed nec duos filios Dei secundum substantiam dico. Numquid enim duos filios assero de Dei substantia genitos ante sæcula? Dei autem Verbum habitasse dico in eo quod ex David semine comprobatur.

*Item ejusdem* DIODORI. 351

Non sic, *inquit*, in eo qui est ex semine Da- C vid sicut in prophetis habitavit Deus Verbum. Illi enim particulari quadam & modicata quantitate sancti Spiritus gratia fruebantur; hic autem in his quibus interdum erant illi, jugiter permanebat: & gloria Verbi ac sapientia replebatur, alter intelligendus procul dubio præter eum, & sustinens proprie filius ac seorsum. Non enim Verbum semet ipsum sapientia replebat & gloria, sed alteri potius hæc quæ sunt insignia conferebat. Adoramus purpuram propter indutum, & templum propter habitatorem, formam servi propter formam Dei, agnum propter pontificem, assumtum propter assumentem, formatum in utero virginali propter omnium conditorem. His confessis rebus, unam offer venerationem. D Non nocebit adoratio una, si res fueris ante confessus. Unam dicis venerationem, sed per unam venerationem introducis blasphemiam, ut si una est adoratio, sit & una substantia.

*Blasphemiæ* IBÆ *Edessenorum episcopi.*

Non, *inquit*, invideo Christo, cum factus est Deus: quod enim ipse factus est, ego factus sum, quia meæ naturæ est.

*Item ejusdem* IBÆ, *cum populum alloqueretur in Pascha.*


Hodie Jesus factus est immortalis. ET ITERUM. E Quando, *inquit*, accessit ad eum Maria post resurrectionem, dicit ei: [c] *Noli me tangere*. Æsti- 352
mabat enim illa ipsum Dominum esse qui fuerat; & nesciebat quia post resurrectionem perfectus fuerat factus.

EUTHERII HÆRETICI *reprehendentis sanctorum patrum doctrinam, & maxime beati* CYRILLI *Alexandrini pontificis, quam de Christo protulit dicens*: Passus est impassibiliter. *Quæ sententia catholicæ veritatis auctoritate munita hoc asserere nititur, ut unus idemque Dei filius secundum carnem passibilis esse credatur; sicut & sanctus* AMBROSIUS *Mediolanensis episcopus in libro de incarnatione Christi bis edisserit verbis*: Idem enim patiebatur & non patiebatur, moriebatur & non moriebatur, sepeliebatur & non sepeliebatur, resurgebat & non resurgebat, quia corpus proprium suscitabat. *Sed* NESTORII *sectatores unum in duos filios dividentes, alterius passiones & alterius voluntates separantes, nec credunt natum Deum de virgine secundum carnem, nec dicunt Deum secundum carnem crucis injuriam pertulisse; sed hominis has contumelias asserentes, arcanum salutiferè dispensationis a Verbo Dei secernunt; ac sic ingrati tantis ejus beneficiis approbantur. Sed jam supradicti* EUTHERII *versuta pravitas & nihil apud fideles ulterius valitura pandatur.*

O, *inquit*, inconsiderata sapientia! o lusoria disciplina ædificans simul & destruens! sicut infantes ludere in arena conspicimus. *Passus est impassibiliter*. Prius quam audiam quod passus est, intelli-

a Luc. II. 52. b Deut. XVIII. 15. c Joan. XX. 17.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



gentiam quod passus est fugit. Inlatum namque im- A passibiliter non sinit manere quod passus est impassibiliter. Si passus est, quomodo impassibiliter? Si impassibiliter, quomodo passus est? Fabulemur ineffabiliter, ut sentiatur insensibiliter. Quis umquam vidit ruentem sine ruina, resurgentem sine resurrectione, dolentem sine dolore, sapientem sine sapientia, ju-
353 vantem sine adjutorio, solventem insolubiliter, ut admittam passum impassibiliter? ET POST PUSILLUM. Paullus, *inquit*, in tertium cælum conscendens, & ineffabiles in paradiso sermones audiens, nihil tale protulit, forsitan istis expositionem sublimissimam derelinquens. Hic enim non dixit: *Passus est impassibiliter*, sed, [a] *Didicit*, inquit, *ex his quæ passus est subjectionem*. &: [b] *tentatus* B *per omnia juxta similitudinem absque peccato*: atque ita procul abstulit talium deliramenta verborum. Qui enim per omnia tentatus est juxta similitudinem, si passus est, impassibiliter passus est, ut per omnia similitudo servetur; aut certe alii monstrentur impassibiliter passi, ut custodiatur eorum similitudo quam gessit. Itaque aut salvatorem passum veraciter confitendum est, aut alios quoque credendum impassibiliter passos, ad quorum tentatus similitudinem Dominus prædicatur. Quæ autem patientiæ erit ostensio, si passus est impassibiliter? Quomodo prædicabitur patientia Christi, si dolorem patiendo non sensit? Quomodo etiam monstrabitur ineffabilis & incomparabilis erga homines di- C lectio Christi, si passio ejus sine dolore peracta est? Quis non eligat pati, non solum pro amicis, sed etiam pro inimicis, si pati impassibiliter liceat? Cur autem & Dominus ajebat: [c] *Spiritus promtus, caro autem infirma*, si passionem incipiebat sine dolore perferre? Quare & ad patrem clamabat:
354 [d] *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste*. Propter quid etiam [e] *preces ad eum supplicationesque cum clamore valido & lacrymis offerebat, qui eum de morte posset eripere*?

*Verba* MERCATORIS.

Hæc interim cursim, ne modum libri supergredi videamur, expressimus, plurimorum virulenta contagia simplicitatem fidelium simplici teste fallentium congruo tempore, favente Deo, diffusius prodituri. Sed nunc hanc ipsam Nestoriam perfidiam licet in hujus operis fine nonnullis exemplis arguere. Dic, hæresis ingrata, crudelis & impia, cui Christi Dei nostri voluntaria pro nobis exinanitio probrosa est, & humilitas divinæ dignationis indigna; quæ cum Judæis & gentilibus [f] crucem Christi scandalum & stultitiam reputas, nec Deum factum hominem tulisse passiones impassibiliter confiteris. Si [g] Nilus Ægypti in sua natura persistens fuit Ægyptiis sanguis, Hebræis autem aqua potabilis: si [h] dies lumen Israelitis exhibuit, tenebras hostibus quas merebantur, effudit: si [i] fornax Babylonia tres pueros rore fovit, Babylonios incendio concremavit; cur tibi aut indignum aut impossibile videatur, ut eum eumdemque filium propter utramque naturam pro nobis impassibiliter fuisse perpessum credas? Si hanc vim creaturæ potentiamque concessit, id ipsum creator implere non potuit, [k] *qui omnia quæcumque voluit fecit in cælo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis*?

Sed ne solita calumnia Nestorii sectatores & Euticianos criminentur, qui suo dogmati nefario reluctantur. Est enim hoc hæresibus utriusque concretum, ut contra quamlibet earum catholicus di- 355
sputator adsurgat, neutri crimen suspicionis effugiat, dum nos Euticianam refellentes insaniam Nestorianos appellare non desinant, & e contra Nestorii complices catholica veritate convicti refutatores suos Euticianos exsistere mentiantur; necessarium profecto credidimus utramque pravitatem sua per plurimos ignorantia serpentem beatissimi patris Joannis Tomitanæ urbis episcopi provinciæ Scythiæ sermonibus prodere.

## *Ad* CÆLESTINUM *papam* NESTORIUS *episcopus Constantinopolitanus*.

Didici honestissimum Cyrillum Alexandrinæ urbis episcopum propter libellos contra eum nobis oblatos exterritum, ac sibi venantem latebras, ad evitandam sacram synodum propter hos ipsos libellos futuram, quasdam alias interea cogitationes excogitare verborum, & amplecti verbum quod est Θεοτόκος & Χριστοτόκος; quorum alterum admittit, alterum vero modo quidem de evangeliis eximit, modo vero rursus admittit, hoc est, Χριστοτόκος, secundum quamdam, credo, prudentiæ nimietatem. Ego autem ad hanc quidem vocem, quæ est Θεοτόκος, nisi secundum Apollinaris & Arrii furorem ad confusionem naturarum proferatur, volentibus dicere non resisto; nec tamen ambigo quin hæc vox Θεοτόκος illi voci cedat quæ est Χριστοτόκος, tamquam prolatæ ab angelis & evangeliis. Et nisi hæc ad venerationem tuam scientem
356 dicerem, opus mihi foret longo multoque de hac ipsa caussa sermone. Sed & sine hoc illud quoque omni modo beatitudini tuæ notum est, quia si æstimemus duas sectas contrarias sibi stare, & harum altera hanc vocem proferat solam Θεοτόκος, altera vero illam solam ἀνθρωποτόκος, & utraque secta ad suam confessionem trahat, aut si hoc non impetraverit, periclitetur de Ecclesia cadere; necesse erit jactatæ huic rei deputatum, habentem pro utraque secta curam, mederi periculo utriusque partis ex voce ab evangeliis tradita, quæ utriusque naturæ significatrix sit. Horum enim, sicut dixi, assertionem vox illa quæ est Χριστοτόκος, quia & blasphemium Samosateni removet, quod est dictum de omnium domino Christo tamquam puro homine, sed & Arrii & Apollinaris malitiam fugat. Hæc autem ipsa etiam honestissimo Alexandrinorum episcopo scripsi, sicut potest beatitudo tua cognoscere exemplaribus quæ his meis litteris adjunxi, vel E quæ ad nos ab eo scripta sunt. Placuit vero Deo adjuvante etiam synodum inexcusabiliter totius orbis terrarum indicere propter inquisitionem aliarum rerum ecclesiasticarum. Nam dubitatione verborum non æstimo habituram inquisitionem difficultatum, nec impedimentum esse ad tractatum divinitatis Domini Christi.

a Heb. V. 8. b Heb. IV. 15. c Matth. XXVI. 41. d Ibid. ℣. 39. e Heb. V. 7. f I. Cor. I. 23. g Exod. VII. 20. h Exod. X. 22. Sap. XVIII. 3. 4. i Dan. III. 22. k Psalm. CXXXIV. 6.

357 *Epistola synodica sancti* CYRILLI *Alexandrini episcopi directa* NESTORIO *quondam Constantinopolitanæ urbis episcopo, duodecim continens anathematismi capitula.*


RELigioso & Deo amabili sacerdoti Nestorio Cyrillus, & quæ convenit apud Alexandriam synodus ex Ægyptia diœcesi in Domino salutem. Cum salvator noster aperte pronuntiet: [a] *Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus, & qui diligit filium aut filiam super me, non est me dignus:* quid nos patiemur, qui deposcimur a tua religione ut te super Christum salvatorem omnium diligamus? Quis enim nobis in die judicii proderit? aut quam satisfactionem reperire poterimus, ita diuturnum silentium de prolatis a te contra eum blasphemiis continentes? Et si quidem te tantummodo læderes docens ista vel sentiens, solicitudo nobis minor exsisteret. Cum vero totam scandalizaveris Ecclesiam, & fermentum insolitæ pravitatis & novæ hæresis miscueris in populis, nec tantum ibidem positis, sed ubique consistentibus, (nam tuarum expositionum libri per cuncta vulgati sunt) quæ super nostro silentio ratio ultra vel excusationis sermo sufficiat? aut quomodo non necesse sit meminisse Christi Domini sic dicentis: [b] *Non putetis quod venerim pacem mittere in terram, sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum & filiam adversus matrem suam.* Nam cum læditur fides, parentum reverentia ve-
358 lut inutilis & periculosa despicitur, & amor erga filios fratresque vitatur. Ad postremum etiam super ipsam vitam mors potius a piis viris eligitur, ut [c] meliorem resurrectionem, sicut scriptum est, consequantur. Ecce itaque te simul cum sancta synodo quæ apud amplam urbem Romam congregata est præsidente sanctissimo & venerandissimo fratre & consacerdote nostro Cælestino episcopo his scriptis jam tertio convenimus, consilium dantes ut a pravis abstineas distortisque dogmatibus, quæ & sentire cognosceris & docere; recipias vero fidem rectam ecclesiis per beatissimos Apostolos & evangelistas ab initio traditam, qui [d] & oculis inspexerunt, & ministri Verbi fuisse monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit, juxta dilationem litteris præfinitam sanctissimi & venerandissimi consacerdotis nostri Romanæ præsulis Ecclesiæ Cælestini, scias te nullam sortem habere nobiscum nec locum aut conloquium cum Dei sacerdotibus & episcopis obtinere. Non enim est fas contemnere nos ecclesias ita turbatas & scandalizatos populos, fidemque rectissimam violatam, dissipatum quin etiam gregem, quem custodire debueras, si quidem juxta nos amator recti dogmatis exstitisses, sanctorum patrum vestigia pia consectans. Omnes itaque quos propter fidem tua religio a communione removit aut ab ordine suo deposuit, laicos & clericos, in nostra communione recipimus. Non enim justum est eos tuis decretis opprimi qui noverunt recta sentire, quin etiam benefacientes tibi prudentissime restiterunt. Hoc idem namque in epistolam quam misisti ad præsulem amplæ Romæ san-
359 ctum & coepiscopum nostrum Cælestinum significare curasti. Non autem sufficit tuæ religioni solummodo fidei symbolum confiteri quod expositum est per idem tempus sancti Spiritus largitate a venerando & magno concilio apud Nicæam congregato, (Hoc enim nec intellexisti, nec recte interpretatus es, perversæ licet sono vocis eadem verba protuleris) sed nec consequens est & jurejuran- A do fateri te quod anathematizes quidem tua polluta & profana dogmata, sentias autem & doceas quæ nos universi sive per orientem seu per occidentem episcopi & magistri præsulesque populorum credimus & docemus. Epistolis autem ab Alexandrina tuæ religioni directis ecclesia consensum præbuit tam ea quæ apud urbem Romam convenit sancta synodus, quam etiam nos omnes, velut recte irreprehensibiliterque conscriptis. Subdidimus autem his nostris litteris quæ te sentire oporteat & docere, & a quibus abstinere conveniat. Hæc est enim fides catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ, cui cuncti consentiunt orthodoxi per orientem occidentemque pontifices.

B CREDIMUS *in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium conditorem, & in unum Dominum Jesum Christum, filium Dei, natum de patre unigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; natum, non factum, homousion patri, hoc est, unius cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt in cælo & in terra: qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus est, & resurgens tertia die ascendit in cælos, unde ven-*
*turus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiri-* 360
*tum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat tempus quando non erat, & ante quam nasceretur non erat,* C *& quia ex nullis exstantibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia, dicentes esse aut convertibilem & commutabilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.*

Sequentes itaque per omnia sanctorum patrum confessiones, quas loquente in eis sancto Spiritu protulerunt, & intentioni quæ est in eorum intellectibus æquis vestigiis inhærentes, atque iter ambulantes regium, profitemur quod ipsum unigenitum Dei Verbum, Deus natus ex ipsa patris essentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt sive in cælis sive in terra, salutis nostræ caussa descendens, ad exinanitionem se se dignatus est inclinare, incarnatus au- D tem & homo factus, id est, carnem de virgine sancta suscipiens, eamque propriam faciens, nativitatem nostram ex vulva sustinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abjiciens: nam licet factus sit in assumtione carnis & sanguinis, tamen etiam sic quod erat, Deus natura scilicet & veritate persistens. Nec carnem itaque dicimus in naturam deitatis esse conversam, nec in substantiam carnis ineffabilem Dei Verbi essentiam commutatam. Inconvertibilis etenim est & incommutabilis, idemque ipse juxta scripturas jugiter permanens. Visus est autem & parvulus; sed positus adhuc in cunabulis, & in finibus genitricis virginis constitutus, universam creaturam replebat ut Deus, geni- E tori suo indivisus exsistens. Quod divinum est enim, sine quantitate & sine mole cognoscitur, nec ullis terminis continetur. Unitum ergo carni Verbum
secundum subsistentiam confitentes, unum adoramus 361
filium Dominum Jesum Christum, non seorsum ponentes & determinantes hominem & Deum velut invicem sibi dignitatis & auctoritatis unitate conjunctos, (hoc enim novitas vocis est, & aliud nihil) nec item Christum specialiter nominantes

*a* Matth. X. 37. *b* Ibid. ✝✝. 34. 35. *c* Heb. XI. 35. *d* Luc. I. 2.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.




Deum Verbum, quod ex Deo est, nec alterum similiter Christum specialiter qui de muliere natus est; sed unum solummodo Christum Dei patris Verbum cum propria carne cognoscimus. Tunc enim etiam juxta nos unctus est, quamvis spiritum dignis ipse contulerit, & [a] *non ad mensuram*, sicut beatus evangelista Joannes asseruit. Sed nec illud dicimus, quod Dei Verbum velut in homine communi qui de sancta virgine natus est habitarit, ne Deum homo Christus habitatorem possidere credatur. Quamvis enim Verbum habitaverit in nobis, & dictum sit [b] *in Christo habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter*; attamen intelligimus quod caro factus non sicut in sanctis habitare dicitur, nec talem in ipso habitationem factam definire tentavimus; sed unitus juxta naturam, nec in carnem penitus commutatus, talem sibi fecit habitationem, qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus. Unus igitur est Christus filius & Dominus, non velut conjunctionem quamlibet & in unitate dignitatis & auctoritatis hominis habentis ad Deum; non enim potest unire naturas sola dignitatis æqualitas. Denique Petrus & Joannes æqualis sunt alterutrum dignitatis, propter quod & Apostoli & sancti discipuli esse monstrantur: verumtamen uterque non unus est, nec juxta collationem vel connexionem modum conjunctionis
362 advertimus; hoc enim ad unitatem non sufficit naturalem: nec secundum participationis effectum, sicut nos etiam [c] adhærentes Domino unus cum eo spiritus sumus. Immo potius conjunctionis nomen evitamus, tamquam non exsistens idoneum quod significet unitatis arcanum. Sed neque Deum aut Dominum Christi Verbum Dei patris adserimus, ne iterum manifestius in duo dividamus unum Christum filium & Dominum, & in crimen sacrilegii recidamus, Deum illi se ipsum facientes & dominum. Unitus quippe, sicut superius diximus, Deus Verbum carni secundum substantiam, Deus quidem est omnium & dominator universitatis; verumtamen nec servus est sibi ipse nec dominus, quia ineptum est vel potius impium hoc sentire vel dicere. Quamvis enim Deum suum patrem dixerit [d], cum Deus sit etiam ipse natura & de illius essentia; tamen nullatenus ignoramus quod manens Deus, homo quoque factus sit, qui sub Deo juxta debitam legem naturæ humanitatis exsisteret, ipse vero sibi quo modo vel Deus poterit esse vel Dominus? Ergo sicut homo, quantum decenter exinanitionis mensuræ congruit, sub Deo se nobiscum esse differuit, hoc etiam modo [e] sub lege factus est, quamvis ipse promulgaverit legem & legislator ut Deus exstiterit. Cavemus autem de Christo dicere: *Propter adsumentem veneror adsumtum, & propter invisibilem adoro visibilem*. Horrendum vero super etiam illud adjicere: *Is qui susceptus est, cum eo qui suscepit nuncupatur Deus*. Qui enim hæc dicit, dividit iterum in duos Christos eum qui unus est, hominem seorsum in patre & Deum similiter in parte constituens. Evidenter enim denegat uni-
363 tatem secundum quam non alter cum altero coadoratur aut connuncupatur Deus, sed unus intelligitur Christus Jesus filius Dei unigenitus, una servitute cum propria carne venerandus. Confitemur etiam quod idem ipse qui ex Deo patre filius natus est unigenitus Deus, licet juxta naturam suam expers passionis exstiterit, pro nobis tamen secundum scripturas carne perpessus sit, & erat in crucifixo corpore propriæ carnis impassibiliter ad se referens passiones. [f] *Gratia* vero *Dei pro omnibus gustavit mortem*, tradens ei proprium corpus, quamvis naturaliter ipse vita sit & resurrectio mortuorum. Nam ut mortem ineffabili potentia proculcaret, ac primus in sua carne [g] *primogenitus ex mortuis fieret* & [h] *primitiæ dormientium*, viamque faceret humanæ naturæ ad incorruptionis recursum, *gratia Dei*, sicut supra dictum est, *pro omnibus gustavit mortem*, & in tertio die resurgens spoliavit infernum. Idcirco quamvis dicatur quod [i] *per hominem* facta sit *resurrectio mortuorum*; tamen intelligimus hominem factum Verbum, quod ex Deo est, & per ipsum mortis imperium fuisse destructum. Veniet autem temporibus præfinitis sicut est unus filius & Dominus in gloria patris, ut judicet orbem terrarum in æquitate, sicut scriptura testatur [k]. Necessario igitur & hoc adjicimus. Adnuntiantes enim secundum carnem mortem unigeniti filii Dei, id est, Jesu Christi, & resurrectionem ejus & in cælis ascensionem pariter confitentes; incruentam celebramus in Ecclesiis sacrificii servitutem. Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes sancti corporis & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redemtoris effecti; 364
non ut communem carnem percipientes, quod absit, nec ut viri sanctificati & Verbo conjuncti secundum dignitatis unitatem, aut sicut divinam possidentis habitationem, sed ut vere vivificatricem & ipsius Verbi propriam factam. Vita enim naturaliter ut Deus exsistens, quia propriæ carni unitus est, vivificatricem eam esse professus est. Et ideo quamvis dicat ad nos veniens: [l] *Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis ejus sanguinem*, non tamen eam ut hominis unius ex nobis æstimare debemus, (Quomodo enim juxta naturam suam vivificatrix esse caro hominis poterit?) sed ut vere propriam ejus factam qui propter nos filius hominis & factus est & vocatus. Eas autem voces quas salvator noster in evangeliis protulit non in duabus subsistentiis aut personis omnino partimur. Non enim duplex est unus Christus & solus, quamvis ex duabus diversisque rebus ad unitatem cognoscatur individuam convenisse; sicut homo quoque ex anima constans & corpore, non duplex potius, sed unus est ex utroque. Humanas ergo & divinas insuper voces ab uno Christo dictas animadvertentes recte sentimus. Cum enim Deo dignissime loquitur de se ipso: [m] *Qui me videt, videt & patrem*, &: [n] *Ego & pater unum sumus*; divinam ejus intelligimus ineffabilemque naturam, secundum quam unum est cum patre suo propter unam eamdemque substantiam, imago [o] & character splendorque gloriæ ejus exsistens. Cum vero humanæ naturæ mensuram nullatenus inhonorans Judæos alloquitur: [p] *Nunc me quæritis occidere hominem, qui veritatem vobis locutus sum*; item non minus eum qui in similitudine & æqualitate patris est Deum 365
Verbum etiam in mensuris humanitatis ejus agnoscimus. Si autem necessario creditur quod natura Deus exsistens factus sit caro, immo potius homo animatus anima rationali, quæ caussa est ut in eis quilibet vocibus erubescat, si eas homine dignas effatus est? Quod si sermones homini congruentes abjicit, juxta nos hominem fieri quis coegit? Cum vero se propter nos ad exinanitionem spontaneam misericorditer inclinaret, quam ob caussam dignos exinanitione sermones effugerit? Uni igitur personæ

*a* Joan. III. 34. *b* Coloss. II. 9. *c* I. Cor. VI. 17. *d* Joan. XX. 17. *e* Gal. IV. 4. *f* Heb. II. 9. *g* Coloss. II. 18. *h* I. Cor. XV. 20. *i* Ibid. V. 21. *k* Matth. XVI. 27. Act. XVII. 31. *l* Joan. VI. 54. *m* Joan. XIV. 9. *n* Joan. X. 30. *o* Heb. I. 3. *p* Joan. VIII. 40.

cunctas ejus in evangelio voces adscribimus, uni subsistentiæ Verbi scilicet incarnati, quia [a] *unus est Dominus Jesus Christus*, ut scriptum est. Appellatum vero [b] *Apostolum & Pontificem confessionis nostræ*, tamquam sacrificantem Deo & patri fidei nostræ confessionem, quæ a nobis ipsi & per ipsum Deo & patri incessanter offertur, iterum eum dicimus qui ex Deo est secundum naturam filius unigenitus, nec homini præter eum alteri sacerdotii nomen & officium deputamus. Factus est enim [c] *mediator Dei & hominum* & reconciliator ad pacem, [d] semet ipsum Deo & patri pro nobis offerens in odorem suavitatis. Ideoque dicebat: [e] *Sacrificium & oblationem noluisti, holocausta & pro peccato non tibi placuerunt; corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri scriptum est de me ut faciam, Deus, voluntatem tuam.* Obtulit enim proprium corpus, non pro se, sed pro nobis, in odorem suavitatis. Nam pro se oblatione vel sacrificiis non indiget, ab omni peccato liber, ut Deus, exsistens. Quod si [f] *omnes peccaverunt & egent gloria Dei*, secundum hoc quod sumus ad mutabilitatis excessum proniores ef-
366 fecti, & peccatis ægrotavit humana natura; ipse vero non ita, ideoque nos gloria ejus egemus: cur erit ultra jam dubium quod agnus verus propter nos & pro nobis sit immolatus? Qui dicit autem quia semet ipsum tam pro se quam pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet, cum nihil prorsus iste deliquerit, [g] nec ullum fecerit omnino peccatum. Qua igitur egeret oblatione, nullo suo exstante facinore pro quo, si esset, satis admodum convenienter offerret? De spiritu quoque cum dicit: [h] *Ille me glorificabit*, hoc rectissime sentientes unum Christum & filium, non velut alterius egentem gloriæ, confitemur ab Spiritu sancto gloriam consecutum; quia Spiritus ejus nec melior nec superior ipso est; sed quia mira opera faciens ad demonstrationem suæ deitatis, virtute proprii Spiritus utebatur, ab ipso glorificari dicitur, quemadmodum si quis de hominibus adseveret quod virtus sua vel disciplina quælibet unumquemque clarificet. Quamvis enim in sua sit subsistentia Spiritus, & ejus intelligatur in persona proprietas, juxta id quod Spiritus est & non filius; attamen alienus non est ab illo. Nam [i] *Spiritus* appellatus est *veritatis*, & [k] *veritas Christus est*. Unde & ab isto similiter sicut ex Deo patre procedit. Denique hic ipse Spiritus etiam per sanctorum manus Apostolorum miracula gloriosa perficiens, Dominum glorificat Jesum Christum postquam ascendit in cælum. Nam creditus est Christus, natura Deus exsistens, per suum spiritum virtutes efficiens. Ideoque dicebat: [l] *De meo accipiet & adnuntiabit vobis*. Nequaquam vero participatione alterius idem Spiritus sapiens aut potens di-
367 citur, quia per omnia perfectus est, & nullo prorsus indigens bono. Nam paternæ virtutis & sapientiæ, id est, filii spiritus creditur; & ideo ipsa re & subsistentia virtus & sapientia comprobatur. Igitur quia Deum carni unitum juxta subsistentiam sancta virgo corporaliter peperit, idcirco eam Dei genitricem esse profitemur; non quod Verbi natura exsistendi principium de carne sortita sit, (*Erat* [m] enim *in principio Verbum, & Deus erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*, & ipse est conditor sæculorum, patri coæternus, & universitatis creator) sed quod, ut superius diximus, juxta subsi-

A stentiam sibimet uniens humanam naturam, nativitatem sustinuerit ex ipsa vulva corpoream; non quod eguerit necessario propter suam naturam nativitate ista, quæ est in extremis sæculi facta temporibus; sed ut ipsas benediceret substantiæ nostræ primitias, & dum eum carni unitum mulier edidisset, illa quæ adversus omne genus humanum maledictio fuerat prolata desineret, nec jam morti nostra corpora destinaret: illud quoque quod dictum est: [n] *In tristitia paries filios*, ipse dissolvens, verum esse monstraret quod Prophetæ voce prædixerat: [o] *Absorpta est mors in victoria*. & iterum: [p] *Abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie*. Propter hanc etenim caussam dicimus eum
B dispensatorie & ipsas benedixisse tunc nuptias, [q] cum in Cana Galilææ cum sanctis vocatus Apostolis adesse dignatus est. Hæc sapere sumus edocti a sanctis Apostolis & evangelistis & ab [r] *omni scriptura divinitus inspirata*, nec non & a beatis patrum confessionibus veritate subnixis. His omnibus etiam tuam religionem concordare & præter aliquem dolum consentire jam convenit. Quæ vero 368 religionem tuam anathematizare necesse est, huic epistolæ nostræ subjecta sunt.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



I. Si quis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuel, & propterea Dei genitricem sanctam virginem; peperit enim secundum carnem, carnem factum Dei Verbum, anathema sit.

C II. Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam unitum Dei patris Verbum, unumque esse Christum cum propria carne, eumdem scilicet Deum simul & hominem, anathema sit.

III. Si quis in uno Christo dividit substantias post unitatem, sola eas connexione conjungens ea quæ secundum dignitatem est vel etiam auctoritatem aut potestatem, ac non potius conventu qui per unitatem factus est naturalem, anathema sit.

IV. Si quis personis duabus vel subsistentiis eas voces quæ in apostolicis scriptis continentur & evangelicis dividit, vel quæ de Christo a sanctis dicuntur vel ab ipso etiam de se ipso; & has quidem velut homini qui præter Dei Verbum specialiter
D intelligatur aptaverit, illas autem tamquam dignas Deo soli Dei patris Verbo deputaverit, anathema sit.

V. Si quis audet dicere Christum hominem theophoron, id est, Deum ferentem, ac non potius Deum esse veraciter dixerit, tamquam unum filium per naturam, secundum quod Verbum caro factum est & communicavit similiter ut nos carni & sanguini, anathema sit.

VI. Si quis dicit Deum esse vel Dominum Christi Dei patris Verbum, & non magis eumdem ipsum 369 confitetur Deum simul & hominem, propterea quod Verbum caro factum est secundum scripturas, anathema sit.


VII. Si quis velut hominem Jesum operatione
E Dei Verbi dicit adjutum, & ei unigeniti gloriam tamquam alteri præter ipsum exsistenti tribuit, anathema sit.

VIII. Si quis audet dicere adsumtum hominem coadorandum Deo Verbo & conglorificandum & connuncupandum Deum, tamquam alterum cum altero, (nam *cum* syllaba semper adjecta hoc cogit intelligi) ac non potius una supplicatione veneratur Emmanuel, unamque ei glorificationem dependit, juxta quod Verbum caro factum est, anathema sit.

IX. Si quis unum Dominum nostrum Jesum Christum glorificatum dicit ab Spiritu sancto, tamquam

*a* I. Cor. VIII. 6. *b* Heb. III. 1. *c* I. Tim. II. 5. *d* Ephes. V. 2. *e* Psal. XXXIX. 7. Heb. X. 5-7. *f* Rom. III. 23. *g* I. Pet. II. 22. *h* Joan. XVI. 14. *i* Joan. XIV. 17. XV. 26. *k* I. Joan. V. 6. *l* Joan. XVI. 14. *m* Joan. I. 1. 2. *n* Gen. III. 16. *o* Osee XIII. 14. I. Cor. XV. 54. *p* Isa. XXV. 8. *q* Joan. II. 2. *r* II. Tim. III. 16.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



qui aliena virtute per eum usus fuerit & ab eo accepit efficaciam contra immundos spiritus & posse in hominibus divina signa facere, ac non potius proprium ejus spiritum dicit per quem divina signa complevit, anathema sit.

X. Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum divina scriptura commemorat [a]. Obtulit autem semet ipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo & patri. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum non ipsum Dei Verbum, quando caro factum est & juxta nos homo, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere; aut si quis dicit & pro se obtulisse semet ipsum oblationem, & non potius B pro nobis solis; non enim eguit oblatione [b] qui peccatum omnino nescivit, anathema sit.

XI. Si quis non confitetur carnem Domini vivificatricem esse & propriam ipsius Verbi Dei patris, sed velut alterius præter ipsum conjuncti eidem per dignitatem, aut quasi divinam habentis habitationem; ac non potius, ut diximus, vivificatricem esse, quia facta est propria Verbi cuncta vivificare prævalentis, anathema sit. 370

XII. Si quis non confitetur Dei Verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis secundum quod vita est & vivificator ut Deus, anathema sit.

CYRILLI *episcopi Alexandrini scholia de incarnatione unigeniti.*

## CAPUT I.

### *Quid est Christus?*

CHristi nomen nec definitionis vim obtinet, nec cujuspiam substantiam, qualis sit, significat, sicut forte homo, aut equus, aut bos, sed rei magis quæ in aliquo agatur habet significationem. Oleo namque unguebantur quidam superiorum, juxta quod Deo tunc temporis placebat, & signum regni illis erat unctio. Unguebantur autem C & prophetæ insensibiliter Spiritu sancto, ut inde quoque nominarentur Christi. Denique beatus David psallit ex persona Dei, & ait: [c] *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari*. Ait autem & propheta Habacuc: [d] *Existi ad salutem populi tui, ut salvares Christos tuos*. In Christo autem omnium salvatore unctionem quidem
371 factam esse dicimus; ceterum neque symbolicam, quasi oleo factam, nec quasi in gratia prophetica, sed nec illam quæ intelligitur fieri ad perfectionem alicujus hujusmodi negotii qualem factam esse dicimus & sub Cyro Persarum & Medorum rege. Contra Babylonios enim ille duxit exercitum, instigante ipsum in id Deo omnipotente. Dictum est D enim: [e] *Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus prehendi dexteram*. Atqui ille vir, cum esset idolorum cultor, nominatus est christus, ideo quod quasi unctus est in regnum cælesti suffragio & ordinatus est a Deo ut Babylonem vehementer expugnaret. Illud autem magis de Christo. Quoniam enim propter Adæ prævaricationem [f] regnaverat supra omnes peccatum, & [g] spiritus ab humanitate discesserat, ob eamque caussam in malis omnibus illa versabatur; opus autem erat ut rursum Dei misericordia in pristinum revocata spiritum mereretur: homo factum est unigenitum Dei Verbum, & cum terreno corpore terrenis apparuit. Fuit etiam liber a peccato, ut & ipso & in eo solo innocentiæ lau- E dibus natura hominis coronata, Spiritu sancto ditaretur, ac sic reformaretur ad Deum per sanctificationem. Transit enim ad nos quoque gratia cœpta a Christo, qui est in nobis primogenitus; idque nos docens beatus David psallit ad filium: [h] *Dilexisti justitiam & odisti iniquitatem. Ideo unxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ*. Unctus est igitur [1] exemplo filius innocentiæ laudibus, ut ante dixi; in ipso natura hominis illustrata & digna jam sortiri Spiritum sanctum, non discessurum jam, sicut antea, sed mansurum magis in ipsa. Ideoque scriptum est [i] quod descendit quidem in eum spiritus, mansit autem super ipsum. Dicitur ergo Christus Dei Verbum, quodpropter nostri similis homo est & factum est in servi forma; & unguitur quidem humane secundum carnem; unguit autem divine suo spiritu eos qui in ipsum credunt. 372

## CAPUT II.

### *Qualiter intelligi debeat Emmanuel.*

EMmanuel nominatur Deus Verbum, quod [k] Abrahæ semen adreprehendit, & similiter ac nos [l] participavit carni & sanguini. Interpretatur [m] autem Emmanuel, *Nobiscum Deus*. Confitemur autem fuisse Dei Verbum, non localiter; (in quo enim loco non est Deus, qui implet omnia?) nec quod adesse nobis conspicitur auxilii ratione (dictum est enim hoc modo ad Jesum: [n] *Et sicut eram cum Moyse, ita ero & tecum*) sed quod factum est in nostris, id est, in humanitate, non derelicta sua natura: inconvertibile est enim natura Dei Verbum. Ceterum quam ob caussam cum plane dicatur ad Jesum quod *sicut eram cum Moyse, sic ero tecum*, non est tamen nominatus Emmanuel, ipsa autem ratio sit, etsi cum alio nescio quo sanctorum fuisse dicatur, ergo nobiscum factum esse dicimus Deum Verbum eo tempore quo, juxta quod dicit Baruch: [o] *In terra visus est, & inter homines conversatus est, & omnem viam inveniens disciplinæ, & dans eam Jacob puero suo, & Israel dilecto a sese. Ipse est enim Deus noster, & non comparabitur alius ad eum*. Et quantum quidem ad Dei naturam pertinet, non erat nobiscum. Multum enim interest inter deitatem & humanitatem; & ingens est nimis differentia naturarum. Denique etiam divinus David ad proximitatem mysticam, [2] scilicet 373
Deum Verbum, quod nondum ad nos venerat, vocabat dicens in spiritu: [p] *Ob quid, Domine, discessisti longe?* Discessit, sed nobiscum fuit; qui cum mansisset id quod erat, adprehendit Abrahæ semen, ut dixi; accepit autem etiam servi formam, & conspectus est homo in terra. Christus vero & Emmanuel eumdem nobis filium designant, partim quia unctus est more nostro, humanæ hominis naturæ spiritum accipiens, ut in se ipso & primo, (Positus est enim primordium generis) secundum ipse ungens, ut Deus, Spiritu sancto eos qui in se cre-

[a] Heb. III. 1. [b] I. Cor. V. 2. [c] Psal. CIV. 15. [d] Heb. III. 13. juxta LXX. [e] Isa. XLV. 1. [f] Rom. V. 21. [g] Gen. VI. 3. [h] Psal. XLIV. 8. [i] Joan. I. 32. [k] Heb. II. 16. [l] Ibid. ỳ. 14. [m] Matth. I. 23. [n] Jos. I. 5. [o] Baruch. III. 36-38. [p] Psal. X. 1. sec. Hebr.

1. *Exemplo* ] Tom. III. conc. 1471. legimus *exemplo nostro*.

2. *Scilicet* ] Vox ista sensum turbare videtur, deestque l. c. pag. 472.

dunt; partim quia fuit nobiscum secundum quas modo reddidi rationes, & in eo nos facit certos Esaias propheta dicens: [a] *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Cum enim sancta virgo ex spiritu quidem sancto prægnans est facta, peperit autem secundum carnem filium; tunc etiam Emmanuel dictus est. Fuit enim nobiscum per carnalem generationem incorporalis, & id erat quod per vocem David significabatur: [b] *Deus manifeste veniet, Deus noster, & non resilebit.* & illud opinor: [c] *Ipse qui locutus sum, præsto sum.* Locutus enim per Prophetas ut incorporale adhuc Verbum, advenit etiam corporaliter.

## CAPUT III.

*Quid est Jesus?*

VI quidem intentionum, qua oporteat a nobis unum dici filium Dei, tantumdem est & Christus & Emmanuel & Jesus. Itidem vero quasi ex re nomen est factum: [d] *Ipse enim*, inquit, *salva-*
374 *bit populum suum a peccatis suis.* Quemadmodum enim τὸ Emmanuel significabat per generationem ex muliere nobiscum factum fuisse Dei Verbum; & Christus porro, quia factus homo, unctus dicitur juxta nos humane: ita etiam Jesus, quod salvavit nos suum populum; quod maxime eum [1] demonstrat vere & natura omnium dominum. Neque enim hominis communis creatura esse dicatur; decebat autem magis omnia dicere esse unigeniti, etsi factus sit homo.

Dicet forte aliquis: [2] Atqui [e] Moysis dictus est populus Israel. Ad hoc dicemus quod Dei quidem populus nominatus sit, & id erat verum. Verum quoniam ad defectionem deductus est, & vitulum fecit per desertum, inhonoratus est a Deo. Non enim jam suum nominare populum dignabatur, sed eum jam homini destinavit. At nos non ita. Proprii enim sumus filii, eo quod & Deus fit & per ipsum creata sint omnia. Ita enim ait David: [f] *Quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos; nos autem populus pascuæ ejus; & oves manus ejus.* Denique etiam ipse de nobis dixit: [g] *Oves meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me.* Et rursus: [h] *Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me congregare, & fiet unus grex & unus pastor.* Mandabat autem etiam beato Petro: [i] *Simon Joannis, amas me? Pasce agnos meos, pasce oves meas.*

## CAPUT IV.

*Quam ob caussam homo dictum sit Dei Verbum.*

HOmo [3] nominatus est, cum sit natura Deus, Dei patris Verbum, quoniam similiter ac nos
375 [k] sanguini communicavit & carni. Sic enim terrenis apparuit, non amittens humanitatis naturam in sua ratione perfectam. Verumtamen & in humanitate Deus mansit & omnium dominus, utpote qui natura & veritate ex Deo natus & patre. Et id nobis evidentissime sapientissimus Paullus ostendit: [l] *Primus enim*, inquit, *homo ex terra de limo, secundus e cælo.* Atqui virgo sancta peperit templum Verbo unitum; sed e cælo dicitur, & recte quidem, Emmanuel: desuper enim & ex substantia Dei & patris natum est Verbum ipsius; descendit vero ad nos tunc cum factum est homo; tamen sic quoque desuper est. Testatus est autem Joannes de eo dicens: [m] *Qui de sursum venit, supra omnes est.* Et ipse autem Christus ait ad populum Judæorum: [n] *Vos deorsum estis, ego desuper sum.* Et rursus: [o] *Ego non sum ex mundo*, licet pars mundi sicut homo nuncupatus sit; sed erat cum hoc quoque supra mundum ut Deus. Meminimus enim plane dicentis: [p] *Et nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo filius hominis.* Descendisse autem dicimus de cælo filium hominis per unitatem dispensatoriam, Verbo tribuente propriæ carni gloriæ suæ & divinæ majestatis claritudinem.

## CAPUT V.

*Quam ob caussam exinanitum dicitur Dei Verbum?*

PLenum secundum naturam & ex omni parte perfectum Deum Verbum, & distribuens ex sua plenitudine bona sua creaturæ, exinanitum dicimus, nihil in natura propria violatum, nec, ut aliter se haberet, commutatum, nec inferius ex ulla parte factum: inconvertibile enim & immutabile est ipsum 376
quoque, sicut & generator ipsius, & numquam passionis fiet umquam capax. Quod vero factum sit caro, id est, homo, ex eo quod ait: [q] *Effundam de spiritu meo super omnem carnem*, humanitatis paupertatem propriam facit: primum quia semel homo sit factus, etsi remanserit Deus; deinde, quod servi formam accepit qui secundum suam naturam liber est, utpote filius; & cum sit ipse gloriæ dominus, gloriam dicitur accipere; cum sit ipse vita, vivificari videtur: & in omnes accipit potestatem, cum sit ipse Rex omnium: cum Deo simul & patre, obediens fuit, crucem est passus, & cetera. Verum hæc quidem humanitatis mensuræ conveniant; tamen ea familiaria ducit esse cum carne, & implet dispensationem manens quod erat.

## CAPUT VI.

*Quomodo unus Christus?*

DIvinus Paullus scribit: [r] *Etsi sunt dii multi & domini multi in cælo & in terra; sed nobis unus Deus pater, ex quo omnia, & nos ex eo: & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per eum.* At vero sapientissimus Joannes de Deo Verbo dixit quod [s] *omnia per ipsum facta sunt, & absque eo factum est nihil.* Evangelizabat autem beatus Gabriel sanctæ virgini dicens: [t] *Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum.* Cum igitur per Christum Je-

*a* Isa. VII. 6. *b* Psal. XLIX. 4. *c* Isa. LII. 6. *d* Matth. I. 21. *e* Exod. XXXII. 7. *f* Psal. XCIX. 3. *g* Joan. X. 27. *h* Ibid. ℣. 16. *i* Joan. XXI. 16. 17. *k* Heb. II. 16. *l* I. Cor. XV. *m* Joan. III. 31. *n* Joan. VIII. 23. *o* Ibid. *p* Joan. III. 13. *q* Joel. II. 28. Isa. XLIV. 3. *r* I. Cor. VIII. 5. 6. *s* Joan. I. 3. *t* Luc. I. 31.

1. *Demonstrat vere*] L. citato c. *demonstrat Deum vere*.
2. *Atqui*] ibid. d. *Ad quid*, cum interrogatione. Et sic legendum suadent quæ mox sequuntur, *Ad hoc dicemus* cet. Paullo post ibid. *& id erat vere*.
3. *Homo nominatus est* cet.] Citatur hic locus a S. Leone papa in epist. XCVII. ad Leonem imper. & lectus fuit in conc. Chalced. act. II. in fine. Labb. tom. cit. p. 1473.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

sum omnia divinus Paullus facta esse commemoret; confirmet autem vim sententiæ & opificem omnium fuisse Deum evangelizet, rem veram dicens, evangelista divinus; designet autem etiam angeli vox vere ex sancta virgine natum esse Jesum Christum: nec absque humanitate intelligimus Deum Verbum,
377
sed unum dicimus ex ambobus effectum, ut Deum hominem factum; eumdem ex patre & Verbum, natum divine, & ex muliere humane ut hominem; non tamquam in secundum substantiæ initium vocatum tunc, cum secundum carnem dicitur natus; sed natum quidem ante omnia sæcula, instante tamen tempore quo debuerat implere dispensationem, natum etiam ex muliere secundum carnem. Ergo, etsi alii simili appellatione vocati sunt Christi; unus tamen est, per quem omnia, Jesus Christus; non quod homo sit factus opifex omnium, sed quod Deus Verbum, per quem omnia facta sunt, similiter ac nos [a] participarit carni & sanguini, & nuncupatus sit homo, non tamen perdiderit esse quod erat. Ita enim & in carne factus intelligitur merito opifex omnium.

## CAPUT VII.

*Quomodo unus est Emmanuel?*

Semel novissimis sæculis Dei Verbum homo esse dicitur factum, & sicut ait divinus Paullus, per sacrificium suum manifestatus est. Et quodnam est sacrificium? [b] *Suum enim corpus obtulit pro nobis in odorem suavitatis Deo & patri*, [c] *& intravit in sancta semel, non per sanguinem hircorum aut taurorum, sed per suum sanguinem. Sic enim credentibus in se remissionem in æternum comparavit*. Ergo plurimi quidem ante ipsum sancti fue-
378
re; sed nemo eorum Emmanuel nominatus est. Quam ob caussam? Nondum enim venerat tempus quo deberet esse nobiscum, id est, in nostram venire naturam per carnem, is qui est omni superior creatura. Unus igitur Emmanuel. Semel enim factus est homo unigenitus tunc, cum per sanctam virginem generationem carnalem perpessus est. Dictum est enim & ad Jesum [d] *quod ero tecum*. At non erat ille Emmanuel. Fuit etiam cum Moyse; sed nec ille Emmanuel nominatus est. Igitur quotiens audimus nomen filio datum esse *Nobiscum Deus*, sapienter intelligamus non ita ipsum fuisse nobiscum novissimis temporibus, sicut dicitur aliquando fuisse cum sanctis. Illis enim erat tantum adjutor, nobiscum autem fuit, id est, factum est similis nostri, cum suam non amisisset naturam. Est enim inconvertibilis, ut Deus.

## CAPUT VIII.

*Quam esse* [1] *ducimus adunationem?*

Adunatio multis modis impletur. Sejuncti enim nonnulli affectu forte vel voluntate, & discordantes inter se, adunari dicuntur per reconciliationem socialem, deposita simultate. Adunari autem dicimus & quæ sibi conglutinantur, sive modis aliis conferuntur, aut per compositionem, aut mixtionem, aut temperationem. Quotiens igitur adunatum esse nostræ naturæ Dei Verbum dicimus, omni humana cogitatione adunationis ejus modus

A videtur esse superior. Neque enim per supra scriptos modos facta est arcana illa & nulli penitus nota, nisi ei cui omnia nota sunt. Et nihil mirum si in hujusmodi cogitatione vincamur, cum 379
res nostras, quomodo se habeant inquirentes, ultra modum nostræ mentis inventionem esse confiteamur. Quo namque modo animam hominis suo corpori adunatam esse [2] putavimus? Quis est qui id possit exprimere? Sed si oportet eos qui parva ea vix intelligere soleant, immo & eos qui valeant intelligere, tam subtiles res & omnem rationem transscendentes conjectare; dicimus quod deceat cogitare (quamvis minor sit oratio ad veritatem) talem esse adunationem Emmanuel qualem quis intelligat
B animam hominis ad suum corpus habere. Anima enim omnia quæ sunt corporis esse reputat sua, licet per naturam propriam expers sit passionibus corporis & naturalibus & quæ extrinsecus accedant. Movetur enim corpus in concupiscentias naturales, & consentit anima; nullo tamen modo participans, concupiscentiæ tamen exitum delectationem propriam ducit. Et si forte a suo corpore deprimatur aut torqueatur, condolet quidem quod suum corpus patiatur; ipsa vero in suam naturam nullum patitur omnino tormentum. Tamen super hæc quoque dicimus esse adunationem quæ est in Emmanuel facta. Erat enim necesse cum suo corpore adunatam ei animam dolere; ut dum timebat passio-
C nes, subditam cervicem Deo submitteret. De Deo autem Verbo, condolere passionibus nefas est dicere. Impassibilis enim Deus est & nostrarum rerum longe dissimilis. Sed adunatus quidem erat carni habenti animam rationabilem; qua patiente, ipse impassibilis ea quæ animæ contingerent, cognoscebat; & contundebat quidem ut Deus carnis infirmitates, suas tamen eas tamquam sui corporis esse ducebat. Itaque esuriisse dicitur, fatigatus esse, 380
passus fuisse pro nobis. Ergo verbi adunatio, quæ est cum humanitate facta, non inrationabiliter rebus nostris comparetur. Nam sicut corpus alterius est naturæ præter animam; unus tamen ex utroque homo efficitur & vocatur: ita etiam ex per-
D fecta Dei Verbi substantia & ex humanitate perfecta unus est Christus, idem in eodem Deus simul & homo. Et sua quidem ducit Deus Verbum, ut ante dixi, ea quæ sunt carnis propria, quia ipsius est corpus, non alterius. Communes autem facit tamquam cum sua carne divinæ suæ majestatis operationes, ut posset etiam vivificare mortuos & sanare infirmos.

## CAPUT IX.

*De carbone.*

E At si convenit exemplis etiam divinæ scripturæ quasi per figuram adunationem demonstrare, age, dicamus ut possumus. Beatus Esaias: [e] *Missus est*, inquit, *ad me unus ex Seraphim, & in manu habebat carbonem, quem forcipe accepit ab altari, & dicit ad me: Ecce tetigit hoc labia tua, & adimet iniquitates tuas, & peccata tua depurgabit*. Carbonem autem dicimus figuram & imaginem nobis exhibere Verbi hominis facti: quod si labia nostra tetigerit, id est, si fidem in id confessi fuerimus, tunc nos ab omni peccato puros efficit & pristinis criminibus liberat. Ceterum tam-

a Heb. II. 16. b Ephes. V. 2. c Heb. IX. 12. d Josue I. 5. e Isa. VI. 6. 7.

1. *Ducimus*] Legendum *dicimus*. Gr. Τίνα, φησὶ, λέγομεν ἕνωσιν εἶναι, tom. III. cit. pag. 1473. e.

2. *Putavimus*] Gr. νοοῦμεν, *intelligimus*. Ibid. p. 1476. a.

quam in imaginem licet in carbone conspicere adu- natum quidem humanitati Dei Verbum; non ta-
381 men projecisse quod fuerat; transformasse autem magis adsumtam naturam in suam gloriam & operationem. Quemadmodum enim ignis ligno adfixus & id penetrans comprehendit quidem ipsum; & quamvis lignum esse non desinat, in vim tamen suam speciemque transmutat, & omnem se confert in lignum, & cum ipso jam quasi unum aliquid æstimatur: [1] intellige de Christo. Adunatus enim inæstimabiliter humanitati Deus, servavit quidem ipsam in eo quod fuerat, & ipse permansit quod erat: semel tamen adunatus, quasi unus jam cum ipsa putatur, ea quæ sunt illius sua faciens, conferens autem ei etiam ipse naturæ suæ B operationem.

## CAPUT X.

*Quod incorporalis divinitatis corpus fuerit caro habens animam rationabilem: & quod si ea a se se dividere voluerimus, procul dubio labefactabimus dispensationem quæ in Christo intelligitur.*

IN cantico canticorum ipse nobis [2] introductus dicens Dominus noster Jesus Christus: [a] *Ego flos campi & lilium convallium*. Quemadmodum ergo odor res quidem est incorporea, habet autem quasi proprium id in quo inest; tamen unum ex C utroque intelligitur lilium; [3] corrumpetur autem ipsius, unius rei discessu; in subjecto enim corpore odor est: ita etiam de Christo intelligimus divinitatis naturam, quæ suam excellentissimam majestatem, ut odorem suavissimum mundo dispergat tamquam in subjecto [4] esse corpore humanitatis; & id quod incorporale est per naturam, per adunationem dis-
382 pensatoriam pæne dicam factum fuisse corporale, propterea quod voluit se se cognosci per corpus: in eo enim divina signa operatus est. Igitur id quod incorporale est, tamquam in suo corpore intelligatur; quemadmodum etiam odor in flore subjecto, lilium tamen jam & odor & flos nominatur.

## CAPUT XI.

*Quod & adunato Verbo vere humanitati, inconfusæ tamen substantiæ permanserunt.*

EREctum est secundum Dei voluntatem sanctum tabernaculum per desertum, & in eo multis modis formabatur Emmanuel. Dixit Deus omnipotens ad divinum Moysen: [b] *Et facies mihi arcam testimonii ex lignis imputribilibus, duorum cubitorum & dimidii longitudine; & inaurabis eam auro puro, extra & intra inaurabis eam.* Sed lignum quidem imputribile sit figura corporis incorrupti: E imputribilis enim cedrus: aurum vero, quasi materies aliis pretiosior, divinæ nobis indicat substantiæ majestatem. Adtendite igitur quoniam arca tota inaurata sit auro puro extra & intra. Adunatum quidem fuerat sanctæ carni Deum Verbum,

A ut & id est, ut opinor, arcam fuisse extra inauratam. Quod vero & animam rationabilem quæ corpori inerat, propriam fecerit ex hoc apparet quod & intra arcam præceperit inaurari. Quod autem naturæ suæ substantiæ manserunt, hinc scimus. Aurum enim superpositum ligno mansit id quod erat; & ornabatur quidem lignum auri decore, tamen lignum esse non desiit. Quod vero arca in Christi accipiatur imaginem, pluribus possit pro- 383 bationibus declarari. Præambulabat enim his qui sunt ex Israel, quærens ipsis requiem. Ait enim alicubi & Christus: [c] *Ibo, & parabo vobis locum.*

## CAPUT XII.


*Quod cum esset Deus Verbum, [5] factus sit homo simpliciter, nuda conjunctione honoratus, vocatus sit ad parem dignitatem Dei Verbi sive auctoritatem, sicut quibusdam videtur.*

DIvinus Paullus [d] *magnum* quidem ait esse *mysterium pietatis*. Et vere ita se res habet. *Manifestatus est* enim *in carne*, cum sit Deus Verbum; *justificatus est* autem *in spiritu*. Nullo enim modo nostris videtur infirmitatibus contineri, licet juxta nos homo sit factus: [e] non enim fecit peccatum. *Apparuit* autem & *angelis*: neque enim generationem ipsius secundum carnem ignoraverunt. *Prædicatus* autem & *gentibus*, quasi Deus homo factus; ita autem *creditus est in mundo*. Probavit autem divinus Paullus ita scribens: [f] *Propter quod memores estote quod aliquando vos gentes in carne, qui dicimini præputium, ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manu facta: qui eratis illo tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in mundo.* Erant ergo gentes in mundo sine Deo, cum absque Christo essent. Verum quoniam agnoverunt eum & vere naturaque Deum esse cognoverunt; ipsæ quoque ab eo agnitæ sunt, fidem confitentes. Et ipse [g] *adsumtus est in gloriam*, certe divinam. Psallit enim beatus Da- 384
D vid: [h] *Ascendit Deus in jubilo*. Ascendit enim certe cum corpore, nec in nuda deitate. Deus enim erat incarnatus. Credimus igitur, non in unum nostri similem deitate per gratiam honoratum, ne cultores esse hominis detegamur; sed in Dominum magis, qui in servili forma comparuit, & qui fuit vere nostri similis, & in humanitate tamen Deus mansit. Deus enim Verbum, carne adsumta, non deposuit quod erat: intelligitur tamen idem Deus & homo. Et fidei quidem ratio ita se habet, & recte quidem.

Sed si forte aliquis dicat, Quid mali est si intelligatur homo similis nostri adprehendere deitatem, ac non magis Deus homo fieri? respondebimus mille esse quæ e contrario possunt opponi & pæne etiam nutu significantia, nos oportere reniti constanter, nec credere ita esse. Age enim ante alia. Dispensationis quæ cum carne facta est modum cernamus, & nostrarum rerum naturam subtilius perscrutemur. Periclitata est hominis natura,

a Cant. II. 1. b Exod. XXV. 10. 11. c Joan. XIV. 3. d I. Tim. III. 16. e I. Pet. II. 22. f Ephes. II. 11. 12. g I. Tim. III. 16. h Psalm. XLVI. 6.

1. *Intellige*] Ex Græcis supple *sic* aut *idem*: legitur enim l. c. pag. 1477. b. ἄπο νοήσῃς καὶ ἐπὶ Χριστοῦ.
2. *Introductus*] Clarius Gr. εἰσκεκόμισται, *introductus est*.
3. *Corrumpetur autem ipsius*] Locus mutilus. Gr. καταφθείρει δὲ παντως τὸν ἐπ' αὐτῷ λόγον ἡ ἑνὸς ἀπόστασις. Interpres Cyrillianus: *Corrumpitur autem omnino ratio ipsius, unius rei discessu*.
4. *Esse corpore humanitatis*] Malim cum interprete Cyrilliano, *in ipsa humanitate tamquam in subjecto sitam*. Gr. καθάπερ ἐν ὑποκειμένῳ τῇ ἀνθρωπότητι.
5. *Factus sit homo simpliciter*] Mendo laborat hic locus. Tom. III. subinde citato sic legimus: *factus sit homo, nec homo simpliciter*. Vocis *homo* repetitio hiatum induxit.



& depressa est malis extremis, maledictione & morte damnata, & peccati laqueis inretita errabat & erat in tenebris; Deum nesciebat eum qui est natura & veritate; præter creatorem coluit creaturam. Quomodo igitur hujusmodi malis poterat liberari? An illud dicemus, quod fas erat humanitati divinam naturam adprehendere, quæ nesciret omnino qualis esset dignitas naturæ cælestis, cum esset ignorantia & tenebris occupata & peccati sordibus inquinata? Quomodo poterat fieri ut adprehenderet sanctam naturam & acciperet gloriam, quam nemo inveniat nisi acceperit? Concedamus enim quod cognoverit fortasse & scierit adprehen-
385 dere dumtaxat. Quis est qui docuerit? [a] Quomodo enim credent, nisi audierint? Ceterum non id est adprehendere deitatem & convenientem ei gloriam capere. Ergo decentius fit, & recte quidem, ita sentire, quod servare volens id quod perierat, descendens ad nos Deus, per quod omnia, & in id se quod non erat immisit, ut & hominis natura id quod non erat fieret, & divinæ majestatis dignitatibus per adunationem patescens, quæ sublevata est magis ultra naturam quam dejicit infra naturam invertibilem Deum: conveniens erat ut incorruptibilis natura adprehenderet corruptibilem, ut eam a corruptione liberaret. Conveniens erat [b] qui peccare non noverat, cum peccatoribus conformari, ut peccata compesceret. Quemadmodum enim ubicumque lux fuerit, caligo interit tenebrarum; ita etiam immortalitate præsente, omnis certe pestis fugitiva discedit; & præsente eo qui peccatum non novit, qui etiam proprium corpus effecit [1] quod est in peccato, cedet omne peccatum.

Quod vero Verbum, cum esset Deus, factum sit homo, & non magis homo τεθεοποιημένος (deificatus) intelligatur Christus, etiam ex sacris litteris enitor ostendere. Ait igitur beatus Paullus de unigenito: [c] *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis Deo; sed exinanivit se, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit se se factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea & Deus ipsum superexaltavit, & donavit ei nomen quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu Christi omne genu flectatur, cælestium & terrenorum & infernorum, & omnis lingua confiteatur quod Dominus Jesus Christus*
386 *in gloria est Dei patris*. Quem igitur dicemus in forma esse & in æqualitate patris, se hæc non rapina arbitratum, sed descendisse magis in exinanitatem & in formam servi, & se humiliantem, & in similitudinem nostram fuisse factum? Si hominem factum ex muliere nudum & solum, quomodo habebat plenitudinem ut intelligatur exinanitus? Vel in qua antea positus celsitudine, semet humiliasse dicitur? Vel quomodo in similitudinem hominum factus est qui id erat & antea per naturam, etsi non factum esse forte dicatur? Ubi autem magis exinanitus est adsumens plenitudinem deitatis? Vel quomodo non sit factus altissimus, qui in gloriam supernam ascenderit?

A Igitur non hominem Deum factum dicimus; factum autem esse magis in exinanitate propter humanitatem Dei Verbum, quod erat in æqualitate patris & forma. Exinanitum est enim hoc modo propter similitudinem nostram, cum esset plenus ut Deus. Humiliatus est propter carnem, ut a divinæ majestatis fastigio non descendat: sedem enim habet altissimam. Factus est in similitudine hominum, cum sit ejusdem formæ cum patre, & [d] cujus est figura substantiæ. Verum quoniam semel factus est juxta nos, ascendisse dicitur & cum carne in gloriam deitatis; quam patentem quidem habet quasi propriam, alio tamen pacto in ea fuit propter humanitatem. Dominus enim omnium esse B creditur & cum carne. Flectitur autem ipsi omne genu, & id non ad dolorem vel contumeliam patris, sed magis ad gloriam. Gaudet enim & glorificatur, dum ab hominibus filius adoratur, licet factus sit similis nostri. Scriptum est autem rursus:
[e] *Non enim angelos adprehendit, sed semen Abrahæ* 387
*adprehendit, ut debuit per omnia fratribus adsimilari*. Ecce semen Abrahæ adprehendit Verbum quod Deus est, & non homo nescio quis nostri similis deitatem adprehendit, & ipse nobis adsimilatur, & nuncupatur frater ut homo, non quantum est ad deitatis naturam. Et rursus: [f] *Quoniam pueri communicaverunt sanguini & carni, & ipse similiter participavit eis, ut per mortem destrueret eum qui* C *imperium obtinet mortis, id est, diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per omnem vitam* [2] *natura continebantur servitute*. Ecce iterum ipse similiter ac nos participavit sanguini & carni, & ea res caussam habet conjunctam statim ac proximam. Scriptum est enim: [g] *Nam quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur in carne, Deus filium suum misit in similitudine carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne*. Adtende iterum quod non homo affectans divinam naturam ostenditur, & ad ejus dignitatem ascendens; sed mittens magis suum filium Deus & pater in similitudine carnis peccati, ut destrueret peccatum. Ergo Verbum, cum Deus sit, se in exinanitatem homo factus im- D misit, & non homo simpliciter divinam gloriam adfectans Christus videtur.

## CAPUT XIII.

*Quod Christus Jesus vocetur homo factum Dei Verbum.*

Dispensationis incarnati unigeniti mysterium subtilius considerantes, id adserimus, fidem rectam servantes & veram, quod ipsum patris Dei Verbum, qui est Deus verus ex Deo vero & lu-
men de lumine, incarnatum sit & homo factum & 388
descenderit, passum sit, surrexerit autem etiam ex E mortuis. Ita enim definivit fidei symbolum synodus ingens & sancta. Perquirentes autem & nos & discernere cupientes; [3] quid sit, umquam, incarnatum esse & hominem factum Dei Verbum, cernimus quod non hoc est hominem adsumere tamquam

*a* Rom. X. 14. *b* II. Cor. V. 21. *c* Philipp. II. 6-11. *d* Heb. I. 3. *e* Heb. II. 16. 17. *f* Ibid. ℣℣. 14. 15. *g* Rom. VIII. 3.

1. *Quod est in peccato*] Tom. cit. pag. 1480. c. legitur *quod est in peccatum*. Ubi Labbeus hæc adnotat: „ Al. *impeccatum*, id est, absque macula. „ Sed forte sanctus Pater ad illud II. Cor. V. 21. respexerit: *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit*: Id est, hostiam pro peccatis nostris. Hoc sensu vox *peccatum* sumere consuevit Apostolus. Sic *Rom.* VIII. 3. *Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati*, & DE PECCATO *damnavit peccatum in carne*. Ubi sane illud *de peccato*, in textu περὶ ἁμαρτίας, de sacrificio quod *pro peccato* dicebatur, accipiendum esse constat. Item *Heb.* IX. 28. *Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: secundo* SINE PECCATO, χωρὶς ἁμαρτίας, *apparebit exspectantibus se, in salutem*. Videlicet, in secundo adventu non apparebit, ut in suo corpore sacrificium offerat *pro peccato*.

2. *Natura*] Illud *natura* non agnoscit textus neque Vulgata, deestque tom. cit pag. 1481. c.

3. *Quid sit, umquam*] Loc. cit. c. *quid sit, inquam*. Rectius, ut videtur.

in conjunctione quæ fiat per æqualitatem dignitatis sive auctoritatis vel per solam filietatis ὁμωνυμίαν, magis autem fieri juxta nos hominem; ita tamen ut nulla conversio vel commutatio subsequatur, & sublevare pariter cum sua natura eum qui in adsumtione fuit carnis & sanguinis dispensatorie. Unus igitur est qui ante incarnationem quidem a divina scriptura nominatur unigenitus & Verbum & Deus, imago & lumen & figura substantiæ patris, vita, gloria, splendor, sapientia, virtus, magnificentia, Dominus sabaoth, & aliis talibus nominibus quæ vere conveniunt deitati. Post incarnationem vero Christus, Jesus, propitiator, mediator, primitiæ dormientium, primogenitus a mortuis, secundus Adam, caput corporis Ecclesiæ, cum eum etiam nomina prisca sequantur, omnia novissimis facta temporibus.

Unus igitur est & ante incarnationem Deus verus, & qui in humanitate mansit id quod erat & est & erit. Non discernendum igitur unum Dominum Jesum Christum in hominem seorsus, & seorsus in Deum, sed unum eumdemque Jesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentiam naturarum, sed eas inconfusas inter se se servantes. Quotiens igitur littera sacra commemorat, quod [a]
389 *in Christo inhabitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter*; non ideo dicimus tamquam in alio Christo, in homine seorsus inhabitasse Deum Verbum, nec porro dividentes ea quæ unita sunt, duos in- C telligimus filios: illud autem magis, quod Christum nominat littera sacra & ex parte nonnumquam humanitatem Dei Verbi, quam propriam [1] habens in locum posuit templi. Scriptum est autem & de animabus humanis: [2] *Inhabitantes [b] autem domos luteas.* Humana corpora nominat, adfirmat autem in his animas habitare, in duos homines unum hominem dividemus? Atqui non inrationabile omnino fit in homine spiritus suus inhabitare dicatur. Ergo si per hujusmodi modos orationis figura procedat, quæ aliter fieri non possit, non tamen ideo rerum corrumpi naturas oporteat, sed magis eas recto veritatis tenore servari. Quotiens igitur quæpiam, quæ dissimilem sunt inter se sortita naturam, collecta in adunationem per compositionem videantur; deinde alterutrum ex his in altero habitare dicatur, non dividendum in duo, adunationis conventione minime violanda, licet suis nominibus per se se ea quæ adunata sunt, nominentur a nobis. Dicitur namque, ut ante dixi, & in homine habitare spiritus suus: verumtamen homo dicitur & seorsus spiritus suus, seorsus & corpus. Quid igitur a nobis hujusmodi nobis divinus Paullus obliqua significatione commemorat? [c] *Nam etsi exterior noster homo corrumpitur, sed interior renovatur de die [3] & dies.* Si quis igitur dicat interiorem nostrum hominem in exteriore homine inhabitare, verum quidem memoravit; in duo tamen unum dividere non videbi-
390 tur. Ait autem alicubi etiam propheta Esaias: [d] *De nocte vigilat spiritus meus ad te, Domine.* Utrum ne tamquam alias præter ipsum spiritus ipsius ad Deum dicitur vigilare? Nonne id ineptissimum vi-

A deatur? Ergo scire quidem necesse est orationis figuras, non tamen ab intellectu discedere competenti, sed referre magis sententiarum vim ad sensum qui unicuique rei conveniat.

Et si dicatur [e] *proficere Jesus ætate & sapientia & gratia*, dispensationis id ratio est. Deus etenim Verbum humanitatem more suo proficere permittebat, & quasi paullatim divinitatis suæ volebat gloriam declarare, & cum corporis ætate etiam suam extendere. Neque novum videatur, idque nonnullos nimia novitate perterreat, cum præsertim sic quoque dicerent: [f] *Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?* Ergo corporale quidem est augmentum, & profectus gratiæ & sapientiæ humanitatis
B magis mensuræ conveniat; ipsum vero Deum Verbum per suam naturam perfectissimum confitemur, non egenum profectus, non sapientiæ, non gratiæ. Ipsum enim creaturæ & sapientiam & gratiam & bona omnia impertit. Et si Jesus passus esse dicatur, passio quidem erit dispensationis; ipsius tamen dicitur, & recte quidem, quia corpus passum est, & quod erat in corpore patiente ipse qui pati non poterat: impassibilis est enim ut Deus: quantum tamen ad conviciatorum petulantiam pertinuit, passus esset si pati posset. Ergo quoniam nostri similis factus sit unigenitus, quotienscumque homo nominatur a divina scriptura, intuentes dispensationem; Deum ipsum natura sic quoque confiteamur.

## CAPUT XIV.

*Exempla Divinæ scripturæ, quod Dei Verbum & homo factum manserit Deus.* 391

AIT alicubi, Deus ad pontificem Moysen: [g] *Et facies propitiatorium impositioni auri puri duorum cubitorum & dimidium longitudinem, & cubitum unum & dimidium latitudinem. Et facies duos Cherubin aureos ornatos, & impones illos ex utroque latere, ( [4] Cherub unus de latere ) hoc est & Cherubin unus de latere isto propitiatorii. Et facies duos Cherubin super duo latera. Erunt Cheru-*
D *bin extendentes pinnas sursum, superobumbrantes pinnis suis super propitiatorium; & vultus eorum ad invicem respicientes propitiatorio erunt vultus Cherubin.* Ænigma certissimum id fit, Deum Verbum etiam in humanitate Domini mansisse & in sua gloria ac majestate, etsi propter dispensationem factus sit similis nostri. Propititiatorium namque per fidem factus est nobis Emmanuel. Id autem nobis comprobabit sapientissimus Joannes dicens: [h] *Filioli, hæc scribo vobis, ut non peccetis; sed si quis peccaverit, consolatorem habemus apud patrem Jesum Christum justum; & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Necnon etiam Paullus: [i] *Quem proposuit*, inquit, *Deus propitiatorem per fidem in suo*
E *sanguine.* Ceterum cerne Cherubin circumstantia propitiatorium, & superobumbrantia quidem pinnis, conversa autem ad propitiatorium, & pæne nutui dominico oculum intendentia. Ad Dei enim voluntatem tantum respicit sancta cælestium spiri-

*a* Coloss. II. 9. *b* Job IV. 19. *c* II. Cor. IV. 16. *d* Isa. XXVI. 9. *e* Luc. II. 52. *f* Joan. VII. 15. *g* Exod. XXV. 17-20. *h* I. Joan. I. 1. 2. *i* Rom. III. 25.

1. *Habens*] *Faciens.*
2. *Inhabitantes* cet.] Loco citato pag. 1482. c. hæc plenius ita efferuntur: „ *Inhabitantes autem domos luteas; de „ quibus & nos ex eodem luto sumus.* (Job IV. 19. sec. LXX.) „ Ergo quoniam domos luteas humana corpora nominat. „ cet. Mox legendum, *non inrationabile omnino fit*, si *in hom.* Exciderit vocula *si* propter præcedens *fit*. Et paullo post leg. *Ergo etsi*, non *si*, ut suadent quæ sequuntur, *non tamen*.
3. *Et dies*] Videtur cum Vulg. legendum *in diem*.
4. *Cherub unus de latere*] Tom. cit. pag. 1483. c. legimus absque parenthesi, *Cherub unus de latere hoc, & cherub unus de latere isto propitiatorii. Et facies*, cet. Mox ibid. *pennas* — *pennis*. Et paullo post, *respicientes propitiatorium erunt*, omissis *vultus cherubin*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



tuum multitudo, & numquam Dei satiatur aspectu. A Ita filium propheta Isaias vidisse se dicit [a] in sede altissima & eminentissima, circumstantibus Seraphin & obsequentibus ei ut Deo.

## C A P U T XV.

392 [1] *Aliud.*

DEstinabatur aliquando divinus Moyses, ut Israel ab Ægyptiorum violentia liberaret. Verum quoniam necesse erat eos qui sub jugo essent servitutis insolitæ, prius docere quod eis Deus jam esset reconciliatus, prodigia eum facere imperabat: plerumque enim miraculum nos adducit in fidem. B Ait igitur Moyses ad Deum omnipotentem: [b] *Sin autem non crediderint mihi, neque obaudierint vocem meam, dicentes, Non apparuit tibi Deus, quid dicam illis? Dixit deinde Dominus: Quid hoc est quod est in manu tua? Respondit: Virga. Et ait illi: Projice illam in terram; & facta est serpens, & fugit Moyses ab ea. Et dixit Dominus ad Moysen: Extende manum tuam, & adprehende caudam ejus. Et extendens manum adprehendit caudam, & facta est virga in manu ejus. Et dixit illi: Ut credant tibi quia apparuit tibi Dominus Deus patrum ipsorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob.* Animadverte in his natura & veritate filium Dei, quam quasi quædam virga sit patris. C Virga autem insigne est regni: [c] *In filio enim habet omnium potestatem.* Denique etiam divinus David: [d] *Thronus tuus*, inquit, *Deus in sæculum sæculi; & virga æquitatis, virga regni tui.* Sed eam projecit in terram, id est, corpore terreno circumdedit; sive per humanitatem misit in terram. Tunc enim tunc & in similitudine factus est mali-
393 gnorum, hominum scilicet. Malignitatis autem signum est serpens. Quod autem verum sit, hinc [2] scibis. Ipse enim Dominus noster Jesus Christus, imagine & figura dispensationis sancta cum carne, pro serpente accipitur æreo [e] quem erexit Moyses ut serpentum morsus arceret. Ait enim: [f] *Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exal-* D *tari oportet filium hominis, ut omnes qui credunt in ipsum, non pereant, sed habeant vitam æternam.* Quemadmodum enim serpens factus ex ære salutis erat periclitantibus caussa, (sanabantur enim in eum respicientes;) eodem modo etiam Dominus Jesus Christus eis qui eum vident quidem in similitudine malignorum, eo quod factus sit homo, non ignorant tamen quod Deus sit vivificus, caussa erit vitæ, & dat posse animalia venenosa vitare, id est, contrarias potestates. Id quoque hujus rei figura sit, quod [g] Moyseos virga virgas alias devoraverit, quas in terra magi projecerant. Igitur virga quidem in terra projecta est, non tamen serpens remansit. Resumta autem, iterum fuit quod E erat. Nam licet facta sit, ut ante dixi, in similitudine nostra patris virga, id est, filius, per quem habet omnium potestatem; attamen impleta dispensatione revolavit in cælum, & fuit iterum tamquam in manu patris [h] virga æquitatis ac regni. Sedet enim ad dexteram genitoris sui in propria majestate, sedes altissimas obtinens & cum carne.

## C A P U T XVI.

[3] *Aliud.* 394

[i] DIxit autem ad eum Deus Dominus iterum: *Infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum in sinum suum, & protulit manum de sinu suo, & facta est manus ejus tamquam nix. Et dixit iterum: Infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum suam in sinum suum, & protulit eam de sinu suo, & iterum restituta est in colorem carnis ejus.* Manum & dexteram Dei & patris verum filium ejus divina scriptura nominat. Induxit enim ipsum dicentem: [k] *Ego manu mea firmavi cælum.* Nec non etiam David divinus cantat: [l] *Verbo Domini cæli firmati sunt.* Cerne igitur in sinum quidem Moysei adhuc manum ejus occultari & nondum factam leprosam, prolatam vero, statim leprosam factam; deinde mox inlatam, & rursus prolatam, & de cetero non leprosam: *Restituta est enim*, inquit, *in colorem carnis ejus.* Ergo quamdiu quidem erat in sinu patris Deus Verbum, divinitatis nitore fulgebat. Verum quoniam aliquo modo extra fuerat per incarnationem sive ἐνανθρώπησιν, factus est [m] *in similitudine carnis peccati*, & [n] *inter iniquos reputatus est.* Ait enim divinus Paullus: [o] *Eum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos fieremus justitia in ipso.* Hoc existimo lepram significare. Immundus enim secundum legem leprosus. Sed quoniam iterum in sinum fuerit patris, (adsumtus est enim in resurrectionem a mortuis) prolata iterum manus videbatur munda. Adveniet enim, adveniet per tempora Dominus noster Jesus Christus in sinceritatem divinitatis & gloriam, quamvis similitudinem nostram
non projecerit. Ait enim & beatus Paullus de Chri- 395
sto: [p] *Quia semel mortuus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit exspectantibus se in salutem.* Ergo quotiens nobis sacra littera nominat Christum Jesum, ne hominem seorsum putaveris, non vere adunato ipsi Deo Verbo; sed existimaveris magis ipsum esse ex Deo & patre Verbum Jesum Christum, cum factus sit homo.

## C A P U T XVII.

*Quod non erat homo theophorus Christus, nec simpliciter in homine inhabitavit Dei Verbum, sed magis caro sit factum, sive homo perfectus secundum scripturas.*

QUI fidem habent in Christo immaculatam & rectis omnibus suffragiis comprobatam, dicant videlicet quod ipsum ex Deo patre Verbum in exinanitatem descenderit, formam servi accipiens, corpus quod est natum ex virgine, quod factum sit nostri similis & nuncupatus sit filius hominis. Est autem Deus quidem secundum spiritum, homo autem idem secundum carnem. Denique divinus Paullus Judæorum populum alloquebatur dicens: [q] *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissimis diebus istis locutus est nobis in filio.* Et quonam modo intelligatur locutus fuisse Deus & pater novissimis diebus in filio? Locutus est enim antiquioribus per se se legem. Idcirco

*a* Isa. VI. 1. 2. *b* Exod. IV. 1-5. *c* Joan. XVII. 2. *d* Psal. XLIV. 7. *e* Num. XXI. 9. *f* Joan. III. 14. 15. *g* Exod. VII. 12. *h* Psal. XLIV. 7. *i* Exod. IV. 6. 7. *k* Isa. XLVIII. 13. *l* Psal. XXXII. 6. *m* Rom. VIII. 3. *n* Isa. LIII. 12. *o* II. Cor. V. 21. *p* Heb. IX. 28. *q* Heb. I. 1. 2.

1. *Aliud*] Additur l. c. *de virga Moysis.*
2. *Scibis*] L. cit. *describitur.*
3. *Aliud*] Additur l. c. pag. 1484. hujusmodi inscriptio, *de manu Moysis leprosa & integre sanata.*

etiam ipse filius suos dicit esse sermones, per sa- A
396 pientissimum Moysen. Ait enim [a] *Nolite putare, quia veni solvere legem aut prophetas. Non veni solvere, sed implere. Dico enim vobis, jota unum aut unus apex non transibit legem donec omnia fiant.* [b] *Cælum & terra transibit, Verba autem mea non transibunt.* Ad hoc etiam prophetæ vocem: [c] *Ipse qui loquor, præsto sum.* Ergo cum factus est in carne, tunc locutus est nobis pater in ipso, sicut ait beatus Paullus: [d] *novissimis diebus.* Sed ne parum credamus quod ipse sit ille, & ante sæcula filius, intulit statim, [e] *Per quem fecit & sæcula.* [f] Splendorem etiam gloriæ & figuram substantiæ patris esse commemorat. Homo igitur factus est vere is per quem fecit & sæcula Deus & pater; & non, B
ut nonnulli existimant, in homine fuit, ut tamquam homo intelligatur a nobis Deum habens inhabitantem. Nam si hæc recte se habere vere confidunt, supervacaneus videbitur esse beatus evangelista Joannes dicens: [g] *Et Verbum caro factum est.* Ubi enim opus est ἐνανθρωπήσεως? Aut quare incarnatum dicitur Deus Verbum, si non factus est caro? Similem nostri eum factum esse significat, & vis ἐνανθρωπήσεως similem nostri factum esse declarat; mansisse tamen sic quoque ipsum supra nos, immo supra universam etiam creaturam. Oportere autem existimo ea quæ dixi, exemplis etiam comprobare, & persuadere quod factus sit homo unigenitus, & sit Deus etiam cum carne, ac non magis inhabita- C
rit in homine, theophorum ipsum & faciens tamquam alios qui divinitatis ipsius fuere participes.

## CAPUT XVIII.

397 [1] *Intellectus sive cogitationes.*

AIT alicubi Deus de nobis: [h] *Inhabitabo in ipsis, etiam inambulabo, & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Nec non etiam ipse Dominus noster Jesus Christus: [i] *Ecce ego venio; & si quis mihi aperuerit, intrabo ego & pater,* [k] *& mansionem apud eum faciemus, & apud eum cœnabimus.* Nominati sumus etiam templa Dei. [l] D
*Vos enim*, inquit, *templa Dei estis vivi.* Et rursus: [m] *Nescitis quod corpora vestra templum est spiritus Sancti, qui est in vobis, quem habetis a Deo?* Verum si ita ajunt & ipsum esse Emmanuel tamquam unumquemque nostrum, inhabitantem in se se Deum habuisse aperte confiteantur; & cum ipsum adorari conspiciunt tam a nobis quam ab angelis, in cælo pariter & in terra, erubescant tamquam diversa sentientes & litterarum sacrarum propositum nescientes, nec habentes in se fidem quam [n] *nobis tradiderunt qui in principio & viderunt & ministraverunt Verbo.* Sin autem dicant quod propterea Deus sit ut Deus glorificetur, quia in eo tantum inhabitavit Dei patris Verbum, ac non E
propterea quia factus sit homo, audient rursus a nobis: [2] Qui inhabitantem in se Deum habuerint, satis est ut idcirco vere dii esse possint, & ab hominibus adorentur, omnes sint dei & adorandi. Inhabitat enim in sanctis angelis. Habuimus autem & nos & ipsum in nobis per spiritum. Sed non sufficiat hoc natura deos ostendere & adorandos eos qui habent spiritum. Igitur non propterea Deus est

A & adorandus Emmanuel, quod inhabitarit in eo tamquam in homine communi, & seorsus intelligendo & in parte Deum Verbum, sed quod factum sit caro, id est, homo. Mansit enim idem & Deus & adorandus.

## CAPUT XIX. 398

*Dicta Apostolica in quibus Deus nominatus sit Christus.*

DE mysterio dicens secundum Christum: [o] *Quod aliis*, inquit, *generationibus non est agnitum filiis hominum, sicut nunc revelatum est sanctis ejus;*
B [p] *quibus voluit revelare divitias gloriæ mysterii hujus in gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ, quem nos annuntiamus.* Si igitur est theophorus, ac non Deus vere, quomodo ipse est divitiæ gloriæ mysterii quod adnuntiatur gentibus? Vel quomodo omnino Deus adnuntiatur?

## CAPUT XX.

*Aliud.*

[q] *VOlo enim vos scire qualem solicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui sunt Laodiciæ, & quicumque non viderunt faciem meam in*
C *carne, ut consolentur corda ipsorum, instructi in caritate, & in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Christi.* Ecce mysterium Dei mysterium nominat Christi, & plene intelligere quosdam vult in agnitionem ipsius. Quo igitur intellectu opus erat volentibus Christi mysterium discere, si fuerant audituri quod inhabitaret in homine Deus? Opus est enim nimio intellectu ut scias contra, quod Verbum, cum sit Deus, factus est homo.

## CAPUT XXI. 399

*Aliud.*

[r] *A Vobis enim sonuit sermo Domini, non solum in Macedonia & Achaja, sed in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, exivit.* Ecce iterum in Deum fidem factam esse commemorat, cum etiam Christus dicat: [s] *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Sermonem autem prædicationem dicit de se ipso.

## CAPUT XXII.

*Aliud.*

[t] *IPsi enim scitis introitum nostrum apud vos;*
E *quoniam non inanis fuit; sed ante multa passi, & contumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis, confisi fuimus in Deo colloqui ad vos evangelium Dei.* Ecce loquens in Deo, Dei evangelium memoravit qui prædicat gentibus Christum.

*a* Matth. V. 17. 18. *b* Matth. xxiv. 25. *c* Isa. LII. 6. *d* Heb. I. 1. 2. *e* Ibid. *f* Ibid. ℣. 3. *g* Joan. I. 14. *h* II. Cor. vi. 16. ex Levic. xxvi. 12. *i* Apoc. III. 20. *k* Joan. xiv. 23. *l* I. Cor. III. 16. *m* I. Cor. vi. 19. *n* Luc. I. 2. *o* Ephes. III. 5. *p* Coloss. I. 27. *q* Coloss. II. 1. 2. *r* I. Thess. I. 8. *s* Joan. vi. 47. *t* I. Thess. II. 1. 2.

1. *Intellect.*] Tom. cit. pag. 1486. a. caput istud sic inscribitur: *Quod Emmanuel Christum Deum in se habitantem habuerit aliter quam nos.*

2. *Qui inhabit.*] Ibid. b. legimus: *Si in eis, qui inhabit.*

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.

## CAPUT XXIII.

*Aliud.*

[a] *Recordamini, fratres, laborem nostrum & ærumnam; nocte & die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus evangelium Dei inter vos.* Et iterum: [b] *Propterea & nos gratias agimus Deo sine intermissione; quoniam cum percepissetis a nobis verbum auditus Dei, excepistis, non ut verbum hominum, sed sicut vere, verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis.* Nonne evidenter evangelium Dei & Dei verbum prædicationem de Christo commemorat? Quippe id omnibus manifestissimum est. [c] *Apparuit* enim *gratia Dei salvato-*
400 *ris omnibus (hominibus), erudiens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobrie & juste & pie vivamus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi.* Ecce Deus & magnus plenissime nominatus est Dominus noster Jesus Christus. Ipse est enim cujus adventum gloriæ exspectantes, sobrie vivere, & inreprehensibiliter festinamus. Sed si est homo theophorus, quomodo sit & magnus Deus? Vel quomodo beata spes in eum? Siquidem verus est profecto Hieremias dicens: [d] *Maledictus qui spem suam ponit in homine.* Neque enim Deum ipsum possit efficere, ut ante dixi, Deum portare. Denique doceant nos quid impediat, alios etiam omnes deos esse & adorandos qui in se habuerint Deum? Deum autem & magnum & beatum, habentem inluminationem, Christum nominat beatus Paullus, qui invenitur dicens de Judæis & Emmanuel: [e] *Quorum patres & testamentum & promissiones, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est* [1] *super omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen.* Quod vere secundum divinam revelationem faciebat prædicationem, perspicuum fit, ipso dicente: [f] *Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, adsumto etiam Tito. Ascendi autem secundum revelationem, & exposui eis evangelium quod prædico in gentibus, seorsum autem his qui videbantur* [2] *aliquid esse, ne forte in vacuum currerem aut cucurrissem.* Christum prædicans gentibus ut Deum, divinum nominat ipsius ubique mysterium. Ascendit per revelationem Hierosolymam, & exposuit his qui videbantur aliquid esse, id est, sanctis Apostolis, sive discipulis, ne forte in vacuum currat. At cum vero
401 ab Hierosolymis descendisset, & rursus gentium gregibus interfuisset, emendavit ne aliquid ex prioribus? Nonne perseveravit Deum confitens Christum? Atque scribit quibusdam: [g] *Miror quod sic cito transferimini ab eo qui vos vocavit in aliud evangelium: quod non est aliud, nisi aliqui sunt conturbantes vos & volentes convertere evangelium Christi.* Ait autem iterum: *Sed etsi nos aut angelus de cælo evangelizaverit vobis præter id quod accepistis, anathema sit.* Pro qua igitur caussa alios omnes omittens, licet Deum inhabitantem habuerint, solum prædicabat Jesum sicut Deum?

## CAPUT XXIV.

*Aliud.*

Scriptum est de Christo: [h] *Cum autem esset in Hierosolymis in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes singa quæ faciebat. Ipse autem Jesus non credebat se illis, quod ipse sciebat omnes, & quod non necesse habebat ut aliquis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid erat in homine.* Si homo esset theophorus, quomodo non decepti sunt multi qui Hierosolymis in nomen ejus crediderunt? Vel quare solum cognoscit quæ sunt in homine, cum præsertim nemo alius sciat? [i] Finxisse enim dicitur Deus corda nostra singillatim. Vel quare solus remittit peccata? Ait [k] *quia potestatem habet filius in terra remittere peccata.* Quare solus præter alios [l] adsessor est Dei & patris? Quare soli [m] obsequuntur angeli? Et nos quidem docuit [n] communem putare patrem qui est in cælis, sibi autem eum specialiter scribebat.

Sed forte dices quod hujusmodi voces inhabitan- 402
ti Verbo deputandæ sint. Nonne igitur eum oportebat juxta [3] prophetis convenientem mensuram ipsum quoque dicere: *Hæc dicit Dominus.* Verum ea quæ supra legem sancire vellet, adsumens sibi convenientem legislator auctoritatem ajebat: [o] *Ego dico vobis.*

Quomodo liberum se ait & non obnoxium Deo? Ideo quia est filius in veritate. Et si esset homo theophorus, esset ne etiam liber secundum naturam? [4] Solus enim Deus liber atque solutus est. Solus enim quasi tributa omnium exigit, & tamquam loco debitorum ab omnibus recipit religionem. Et si [p] exitus legis & prophetarum Christus est, est autem homo theophorus, nonne dicere liceat quod propheticarum prædicationum exitus ἀνθρωπολατρείας nobis crimen induxerit? Deinde lex quidem prædicabat: [q] *Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli servies:* qua nos eruditione perduxit ad Christum quasi [5] ad agnitionem illis qui in umbris fuerant potiorem? Spernentes ne igitur Deum adorare, adorabimus hominem habentem Deum inhabitantem? Ubi enim præstabilius erat Deum intelligi, [6] in cælo magis an in homine, in Seraphim an in terreno corpore? Si erat homo theophorus, quomodo propemodum ac nos [r] participavit carni & sanguini? Nam si, quia inhabitarit, hoc ei sufficit [7] ut nostri similiter ac nos participaret, & ita his participare id est hominem factum esse, inhabitavit & in multis sanctis, homo igitur

*a* I. Thess. II. 9. *b* Ibid. ṽ. 13. *c* Tit. II. 11-13. *d* Jer. XVII. 5. *e* Rom. IX. 4. 5. *f* Gal. II. 1. 2. *g* Gal. I. 6-8. *h* Joan. II. 23-25. *i* Psalm. XXXII. 15. *k* Matth. IX. 6. *l* Marc. XVI. 19. *m* Matth. IV. 11. *n* Joan. XX. 17. *o* Matth. V. 22, 28. 32. 34. 39. 44. *p* Rom. X. 4. *q* Deut. VI. 13. *r* Heb. II. 14.

1. *Super omnia Deus ben.*] Ita l. c. pag. 1487. d. In edito Baluziano improvide excidit vox *Deus*. Et mox verba, *faciebat prædicationem*, restituenda tom. III. concil. l. cit.

2. *Aliquid esse*] Ista deerant in edit. Baluz. Addidimus tum ex textu Paullino, tum ex loco citato e. Item ex eodem loco rescripsimus iterum, *qui videbantur aliquid esse*: ubi edit. Baluz. habet tantum, *his qui videntur*, *id est*, cet.

3. *Prophetis conv.*] Ex l. c. pag. 1488. c. emendavimus erratum edit. Baluz. ubi legitur, *prophetas conv.* Vicissim vero ex eadem editione restituenda lectio paullo ante, posita, *inhabitanti verbo dep.* tom. citato concil. ubi perperam, *inhabitandi dep.*

4. *Solus*] Perperam in exemplari Baluz. *Hujus*. Emendavimus ex loco sæpius citato, c.

5. *Ad agnitionem*, cet.] Loc. cit. sic legimus: *ad agnitionem illius qui in umbris fuerat posteriorum*. Utra melior lectio?

6. *In cælo magis an in homine*] Ita l. c. At Baluz. *in cælo an magis homine*.

7. *Ut nostri* cet.] Loc. cit. *ut nostra similiter ac nos participaret (id est, hominem factum esse) inhabitavit & in multis sanctis; homo igitur* cet.

non semel, sed sæpissime factus est. Quare ergo [a] *semel in consummatione sæculorum, in destitutionem*
403 *peccati, per hostiam suam* dicitur *apparuisse?* Quomodo autem unum nobis Verbi adventum prædicant divinæ scripturæ, si theophorus erat homo? Templum scilicet & ipse factus est Dei: quomodo in nobis etiam Christus est? Sicut templum ne in templis, an ut Deus magis in templis per spiritum? Si theophorus erat homo, cur est solius ipsius corpus vivificum? Oportuerat enim aliorum etiam corpora esse talia, in quibus habitavit Deus omnipotens.

Scripsit autem alicubi etiam divinus Paullus: [b] *Irritam faciens quis legem Moysi, sine ulla miseratione duobus testibus moritur: quanto magis putatis* B *deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit.* Atquin divina erat lex, & mandata dicta per angelos. Quomodo igitur dignus erit deteriore supplicio, qui pollutum duxerit sanguinem Christi? Vel quomodo potior est religione quæ est secundum legem, fides in Christum? Sed, ut jam ante diximus, est non similis aliorum sanctorum homo theophorus, sed Deus magis vere, & omni mundo celsiorem possidet gloriam, quod cum Deus sit natura Dei Verbum, factum est caro sive homo perfectus. Animatum enim & rationabile esse quod adunatum est ei credimus corpus, & vere omnino est adunatio.

## CAPUT XXV.

404 *Quomodo oportet intelligere* Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, *& quomodo mittitur Verbum quod Deus est, & quomodo proprium ipsius dicitur corpus.*

[c] SEmen Abrahæ adprehendere Verbum Dei unigenitum beatus Paullus commemorat; nec non etiam quod propemodum ac nos [d] participavit carni & sanguini. Memores autem sumus etiam Joannis. Ait enim: [e] *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Id ne igitur fuit propositum D viris spiritalibus docere quod Dei Verbum conversionis sit patiens? aut quod eum fas sit commutationem quæ magis creaturæ conveniat sustinere, [1] adeo ut & id quod non erat, forsitan aut id sua sponte deveniat, aut, ut alius, contra ipsius voluntatem ad aliam naturam impellatur? Absit. Manet namque idem, a sua natura commutationem omnem excludens, conversionis umbram nesciens pati. Fixa est enim semper in suis superna illa cælestisque natura. Quomodo igitur Verbum caro factum sit, videre est. Primum quidem divina scriptura carnem plerumque nominat, & quasi ex parte animalis totius significationem facit, nec non etiam a sola anima interdum tantumdem agit. E Scriptum est enim quod [f] *videbit omnis caro salutare Dei.* Et ipse divinus Paullus: [g] *Non consensi*, inquit, *carni & sanguini.* Allocutus est autem eos qui sunt ex Israel pontifex Moyses: [h] *In septuaginta & quinque animabus descenderunt patres tui in Ægyptum.* Sed non idcirco dixe-
405 ris quod nudæ & sine carnibus animæ in Ægyptum descenderint, nec porro quod inanimis cor-

A poribus & solis carnibus salutare suum Deus indulserit. Quotiens igitur audimus carnem factum esse Verbum, hominem intelligamus ex anima & corpore. Factum est autem Verbum, cum sit Deus, homo perfectus, corpus accipiens animatum & rationabile, idque sibi vere adunavit, (quomodo, ipse sciat: nostris enim sensibus hujusmodi cogitationes omnino cerni non possunt) & nuncupatus est filius hominis. Sed si oportet tamquam in speculum intuentes dicere, conjectat aliquo modo sensus humanus adunatum fuisse Verbum corpori habenti animam rationabilem, qualiter etiam hominis animam suo corpori; ipsam quidem diversæ naturæ, sortitam tamen communionem adunationemque cum B corpore, ut pæne videatur non esse alia præter corpus, eo quod per compositionem ex utroque animal unum efficiamur, manente tamen ipsa, ut ante memoravi, in sua natura. Ergo non per commutationem aut conversionem hominem factum Dei dicimus Verbum, nec prorsus quod Deus esse desierit, sed quod carnem accipiens ex muliere, & ei ex utero adunatus, exiit homo idem simul & Deus; neque Dei & patris generationem projiciens, sustinuit arcanam ex muliere, inde initium ut esset accipiens. Permittebat autem carni propriæ suæ naturæ legibus nasci, nativitatis ratione dumtaxat. Ceterum habet in se aliquid ab humana natura dissimile: Natus est enim ex virgine, & solus habet C matrem innuptam. Factum autem ipsum etiam carnem & in nobis inhabitasse commemorat, ut utro-
que comprobaret & factum fuisse hominem & suum 406
non perdidisse: mansit enim quod erat. [2] Intelligitur namque certe tamquam aliud in alio inhabitare, id est, divina natura in humanitate, non perpessa commixtionem aut confusionem aut commutationem, ut esset quod non erat. Quidquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fit tale quale est id in quo habitat, sed aliud in alio magis intelligitur. At vero in Verbi natura & humanitatis, solam nobis differentiam designat diversitas naturarum. Unus enim [3] ex utroque intelligitur Christus. Ergo inconfusione, ut ante dixi, servata, D inhabitasse Verbum ait in nobis. Scit enim unum esse filium unigenitum carnem factum & hominem.

Cerne [4] autem mihi divinum evangelistam totam sapienter naturam hominum coronare. Ait enim Verbum habitasse in nobis, non alterius, ut ego opinor, gratia incarnationem Verbi factam esse commemorans, nisi ut etiam nos participatu ipsius per Spiritum sanctum locupletati adoptionis beneficium lucraremur. Igitur in Christo unitatem summam veramque credimus factam. Sin autem in nobis inhabitare dicatur, σχετικὴν ipse faciet inhabitationem. [i] *Inhabitavit* namque *in eo omnis plenitudo divinitatis corporaliter*, non per participatum, vel σχέσιν simpliciter, quasi sole inlucente, E aut igni insitum sibi calorem aliis immittente; sed, ut ita dicamus, ipsam divinam sinceramque naturam intelligendam id quod est, inhabitationem sibi faciente per veram, ut ante diximus, unitatem in templo quod est natum ex virgine. Ita enim unus & est & intelligitur Christus Jesus. Quod vero in expressionum summa noster sermo vincatur, non negabo; sed non idcirco Christi myste-
rium non credatur, sed magis sit merito mirabi- 407


[a] Heb. IX. 26. [b] Heb. X. 28. 29. [c] Heb. II. 16. [d] Ibid. ℣. 14. [e] Joan. I. 14. [f] Luc. III. 6. [g] Gal. I. 16. [h] Deut. X. 22. [i] Coloss. II. 9.

1. *Adeo ut* cet.] Loc. c. pag. 1489. c. *adeo ut in id quod non erat, forsitan aut sua sponte deveniat, aut* cet.

2. *Intelligitur* cet.] Citatur hic locus a S. Leone epist. 97. & in concilio Chalc. act. II. in fin. *Labb.* l. c. pag. 1490. a.

3. *Ex utroque*] Labbeus l. c. in margine rescribit *ex utraque*.

4. *Cerne autem mihi* cet.] Hæc & sequentia usque ad caput XXXII. desunt apud Labbeum tom. cit. pag. 1490. c. ex hac Mercatoris versione supplenda.



lius. Quanto enim omni est mente superius & sermone, tanto magis ultra omnem admirationem ponendum est. Carnem vero factum Verbum, id est, hominem perfectum, non dicimus mensura corporis comprehendi, (id enim ineptissimum est) sed implere sic quoque credimus, sicut solet, cælum & terram & quæ inferius posita sunt. Omnia etenim plena sunt Deo, & omnia ipsi parvula sunt. At quomodo & singulis & in omnibus totus sit, [1] intellectumque dictumque difficile est, immo vero etiam impossibile. Id autem, ut opinor, eo possidet quod incorporeus sit & indispertibilis. Proprium autem Verbi corpus dicitur a nobis, non quemadmodum proprius est homini risus, vel equo hinnitus; sed quod factum per adunationem veram instrumenti ei præbens officium ad exsequendum ea quæ more solito operatur [a] absque solo peccato.

Sin vero Deus Verbum etiam missum fuisse forte dicatur, ne quis vestrum terreatur, illud cogitans: Quo perget incorporeum, vel quo cedet is quo plena sunt omnia? Sciat autem magis quod sit & alius missionis modus, non ut locum de loco qui mittitur mutet, sed ut ministerium magis sacrum suscipiat: quod etiam discipulis injunctum esse [b] discimus a Christo omnium salvatore. Denique etiam divinus Paullus ait de Christo: [c] *Ergo, fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum.* Animadverte autem quantum eum ministrantem hominum more ostendit: licet natura sit Deus, tunc ei etiam officium apostolatus attribuit. Nihil au-
408 tem, ut ante diximus, absurdum est si Deus Verbum mitti etiam dicatur a patre. Implet namque certissime omnia, & nulli loco penitus deest. Nos vero humanis vocibus divina interpretantes, figurationibus corporis immortalis naturæ dispensationem solemus intelligere. Denique cum sanctus Spiritus omnia impleat, scribit beatus Paullus & dicit: [d] *Quod autem estis filii, misit Deus spiritum filii sui in corda nostra, in quo clamamus: Abba pater.* Ait autem & ipse salvator: [e] *Expedit vobis ut ego eam: nam si non abiero, paraclitus non veniet ad vos.* Oportet igitur ad rationem pietatis omnia referentes, certa cogitatione sectari. Id enim facientes, nobismet ipsis maxime profuerimus.

## CAPUT XXVI.

*Quomodo inteligitur Theotocos virgo sancta.*

Natum est quidem inæstimabiliter Verbum Dei & patris; & hæc generatio omnem sensum cogitationemque transscendit, & est incorporali naturæ conveniens. Verumtamen id quod natum est, proprius partus intelligitur genitoris & ejusdem cum eo substantiæ; ideoque etiam filius nominatus est, nomine scilicet indicante quasi veram sinceramque progeniem. Sed cum sit vivus in æternum pater, necesse est eum quoque vivere in æternum propter quem est pater. [f] Erat igitur in principio Verbum & Deus, & erat etiam Verbum apud Deum, ut sapientissimus evangelista commemorat. In consummatione autem temporum propter nos homines & propter nostram salutem incarnatum est & ho-
409 mo est factum, non amittens quod erat, sed retinens inconvertibilem suam naturam & semper divinitatis fastigiis conlocatam; subiens autem propter A nos dispensatorie exinanitatem, nec inhonorans pauperiem quæ humanæ mensuræ conveniat. Nam [g] *cum esset dives, pauper est factus*, sicut scriptum est, *ut nos paupertate ejus divites essemus.* Factum est igitur homo, & generationem ex muliere passum dicitur. Igitur quod ex sancta virgine vere sibi adunatum corpus acceperit, unde etiam Θεοτόκον esse dicimus virginem sanctam, quia id humane sive secundum carnem peperit, licet haberet ante sæcula generationem ex patre. Opinari autem nonnullos Verbum tunc initium fuisse sortitum cum homo sit factum, impietatis furorisque plenissimum est. Eos etenim insipientissimos esse monstravit ipse salvator de se dicens: [h] *Amen dico vobis, ante quam Abraham esset, ego sum.* B Quomodo enim ante Abraham erat, qui multis post temporibus secundum carnem natus est? Satis autem ipsos, ut opinor, redarguet divinus Joannes dicens: [i] *Hic erat de quo ego dixi: Post me venit vir qui ante me factus est, quia prior me erat.*

Prætermittentes igitur in re tam frivola sine caussa certare, ad illud magis veniamus quod etiam emolumenti aliquid possit adferre, ne moleste ferant nonnulli audientes esse sanctam virginem Θεοτόκον, nec incredulitatis Judaicæ suas oppleant mentes, immo vero etiam paganicæ impietatis. Judæi etenim aggrediebantur Christum dicentes: [k] *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quod* C *cum sis homo, facis te Deum.* At vero filii paganorum Ecclesiæ dogmata derident, audientes ex muliere Deum esse progenitum. Sed illi quidem 410
suæ dementiæ exedent fructus, & audient a nobis: *Stultus stulta loquitur, & cor ipsius vana intelliget.* Nostri enim mysterii oratio, licet: [l] *Judæis sit scandalum, gentibus autem stultitia*, nobis tamen qui id scimus, vere est admirabile & salutare & dignissimum credi; & si esset omnino quisquam qui dicere auderet hanc carnem terrenam nudæ divinitatis fuisse genitricem & ex ea creatura omni superiorem natam fuisse naturam, insania id esset & furor. Neque enim ex terra divina est facta natura, nec corruptibile incorruptionis radix umquam D fiet, nec mortalitas pariet vitam, nec corporis tractabilis incorporale fit germen, nec increatum a creato nascitur, nec quod absque initio est, ab eo quod habet initium.

Verum quoniam Dei Verbum juxta nos factum esse adfirmamus & nostris corporibus corpus sumsisse consimile, idque sibi verissime adunasse arcana inenarrabilique ratione, & sic hominem factum carnaliter natum; quid absurdum est vel quod credi non debeat, cum præsertim hominis anima, ut sæpissime diximus, cum sit naturæ alterius præter corpus, nascatur tamen cum ipso, cum sit ei adunata, nec quisquam arbitretur naturam corporis animæ initium præbere substantiæ: sed immittit quidem E ipsam inæstimabiliter Deus in corpus, & cum ipso etiam nascitur; unum tamen ex utroque animal definimus, hominem scilicet. Igitur Verbum quidem Deus erat; factum est autem & homo: & quia natum est secundum carnem, propter humanitatem necessarium est ut quæ ipsum peperit, sit Θεοτόκος.
Nam si non peperit Deum, certe nec dicetur Deus 411
qui est ab ipsa progenitus. Sin vero Deum ipsum divinæ scripturæ nominant, peperit ipsa Deum hominem factum: siquidem homo aliter fieri non posset nisi per generationem ex muliere. Quomodo

*a* Heb. IV. 15. *b* Joan. XX. 21. *c* Heb. III. 1. *d* Gal. IV. 6. *e* Joan. XVI. 7. *f* Joan. I. 1. *g* II. Cor. VIII. 9. *h* Joan. VIII. 58. *i* Joan. I. 30. *k* Joan. X. 33. *l* I. Cor. I. 23.

1. *Intell.*] Forte, *intellectuque dictuque*.

igitur non sit, quæ ipsum peperit, Θεοτόκος? Quod A autem Deus sit verus qui natus inde est, ex divina scriptura discimus.

### CAPUT XXVII.

*Dicta de Christo.*

[a] E*Cce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel.* Quomodo ergo id quod natum est ex sancta virgine, Emmanuel nominatur? cum Emmanuel, ut ante dixi, significet in nostra natura propter carnem fuisse Verbum, quod est Deus verus de Deo, sed & Emmanuel. Exinanivit enim se, generationem nostram B & similem passus, ac sic nobiscum conversatus est. Ergo Deus in carne, & Θεοτόκος vere, quæ eum carnaliter sive secundum carnem generavit.

### CAPUT XXVIII.

*Aliud.*

[b] Q*Uoniam* [1] *omnem stolam dolo congregatam & vestimentum cum commutatione deponent, & volent, si fuissent igni combusti; quoniam puer natus est nobis & datus est nobis, cujus principatus factus est in humero ejus, & vocatur nomen ejus magni consilii nuntius.* Audis quod puer nominatus sit, C quod generationem sit nostræ similem passus. At eum puerum cælum per stellam clarissimam indi-
412 cavit, magi adoraverunt ex ultimis terræ limitibus adventantes, angeli pastoribus evangelizabant salvatorem natum esse dicentes, & pacem nec non etiam patris bonam voluntatem. Est autem magni consilii nuntius. Manifestavit etenim nobis patris voluntatem, qui in eo complacuit orbem salvare terrarum, & per ipsum & [c] *in ipso mundum sibi conciliare.* Christo enim reconciliati, Deo sumus reconciliati. Deus est enim & vere filius Dei & patris. Quod igitur sit patris consilium, cujus nobis fuerit nuntius, ipse docebit dicens: [d] *Ita enim dilexit Deus mundum, ut filium suum unigenitum* D *daret: ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Filius autem unigenitus ille sit qui ex sancta virgine procreatus. Ipsum enim est Verbum homo factum, quod fuit Deus in carne, ac sic terrenis apparuit. Denique dicebat: [e] *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Quod vero per ipsum & in ipso credamus patri, explanavit dicens: [f] *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me: & qui vidit me, vidit eum qui misit me.*

### CAPUT XXIX.

*Aliud.*

[g] A*Udite me insulæ, & intendite gentes. Post multum temporis stabit dicens Dominus. Ex utero matris vocabunt nomen meum.* Cum Deus sit Verbum, non ignoravit quod generationem patietur ex muliere incarnatus propter nos. Sciebat autem quod vocabitur Christus Jesus Deo & patri, omnibus novum filii nomen prædicans, quod est benedictum in terra. Observa autem quam propriam nominet matrem, quæ suum peperit corpus. Ergo si Deum verum se esse cognoscit, illa quæ eum carnaliter peperit, Θεοτόκος dicitur, & recte quidem. Sin vero non est Deus, idque audacter immo potius scelerate nonnulli sentiunt, privent ipsam virginem sanctam hoc nomine, ne Θεοτόκος esse dicatur. 413

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

### CAPUT XXX.

*Quod Deus nominatur & homo, apparens unigenitus.*

SAlomon ait orans: [h] *Et nunc, Domine Deus Israel, credibile fiat verbum tuum, quod locutus es puero tuo David. Quod si vere habitavit Deus cum hominibus in terra?* Animadverte quam miretur Verbi incarnationem. Res enim incredibilis videbatur. Habitavit namque cum hominibus in terra tunc, cum homo est factum. Ceterum quomodo id præcipuum quiddam sit, vel quomodo id miratione dignum; si Deus ab his quæ ipse creaverit non discedat, fovens ea scilicet, & continens quidem ea quæ jam facta sunt, ea vero quæ nondum facta sunt, creans? Miraculum autem vere præcipuum, quod in terra cum hominibus habitarit homo factus Deus juxta promissiones jam antea datas divino David. Scriptum est enim: [i] *Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum.* Quid autem juravit? *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Et vero ille, quamvis credidisset quod numquam abneget promissionem Deus omnipotens, & ipsum generationis locum curiosius inquirebat. Denique dicebat: [k] *Si ascendero super lectum stratus mei, si dedero somnum oculis aut palpebris meis dormitationem aut requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.* 414 Deinde cum id quoque per Spiritum comperisset, & carnalis generationis unigeniti locum cognovisset, evangelizabat & dicebat: [l] *Audivimus eam in Eufrata*, id est, in Bethleem, *invenimus eam in campis silvæ.* Quod vero dicens Eufrata significet Bethleem propheta comprobavit: [m] *Et tu Bethleem domus Eufrata.* Observa autem quoniam eum quem crediderat creatum juxta nos in Eufrata, Deum Jacob nominet, cujus inhabitatio fuit in tabernaculo. Ibi enim peperit Jesum sancta virgo. Nominat autem eum & alibi Deum Abraham dicens: [n] *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.* Pæne enim mentis suæ oculis illuminatione Spiritus sancti futurorum scientia eruditus, principes populorum, id est, sanctos Apostolos in Domini nostri Jesu Christi E cernebat obsequio. Cum igitur Deus Abraham & Deus Jacob, qui est natus ex muliere nominatus sit, quare non sit virgo sancta Θεοτόκος?

a Isa. VII. 14. b Isa. IX. 5. 6. sec. LXX. c II. Cor. V. 19. d Joan. III. 16. e Joan. VI. 47. f Joan. XII. 44. 45. g Isa. XLIX. 1. sec. LXX. h II. Paralipp. VI. 17. 18. i Psal. CXXXI. 11. k Ibid. vv. 3-5. l Ibid. v. 6. m Mich. V. 2. n Psal. XLVI. 10.

1. *Omnem stolam* ] Edit. Baluz. mendose *omnes stolam*. Mox item mendose, *quoniam vere* pro *quoniam puer*. Utrumque locum restituimus ex versione LXXvirali, qua heic usus est sanctus Pater: sic enim ibi, *Isa. IX. 5. 6.* ὅτι πᾶσαν στολὴν ἐπισυνηγμένην δόλῳ — ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν ....

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

## CAPUT XXXI.

*Aliud.*

PRopheta Habacuc: [a] *Domine* inquit, *inaudivi auditum tuum, & timui. Consideravi opera tua, & expavi. In medio duorum animalium cognosceris. In adventum temporis, ostenderis in eo. Dum conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiæ memor eris. Deus de Theman veniet, & sanctus de monte Pharan.* Quomodo in medio duorum animalium cognoscetur? Nam cum natus esset ex muliere, & vixisset usque ad tempus pretiosæ crucis, *gratia Dei*, sicut ait beatus Paullus [b], per suum corpus
415 *pro omnibus gustavit mortem.* Sed quoniam natura erat Deus, resurrexit denuo in sempiternam vitam. Cognitus est igitur hic qui pro nobis pretiosam sustinuit crucem, in medio duorum animalium. Nam ipse alicubi ait ad Judæos: [c] *Cum exaltaveritis filium hominis, tum cognoscetis quia ego sum.* Quomodo autem & Deum ipsum nominans, ex Theman venturum & ex Pharan monte pronuntiat? Interpretatur autem Theman, auster. Apparuit enim Christus, non a regionibus aquilonis, sed ab australi Judæa, in qua etiam Bethleem est. Cum igitur is qui Dominus & Deus nominatus est, ex Judæa venerit australi, natus est enim Bethleem, quomodo non sit sancta virgo Θεοτόκος?

## CAPUT XXXII.

*Aliud.*

IN Genesi scriptum est: [d] *Subremansit autem Jacob solus, & luctabatur homo cum ipso usque ad mane. Vidit autem quod non prævaleret ad ipsum, & tetigit latitudinem femoris ejus cum luctaretur cum eo, & dixit ei: Dimitte me, ascendit enim ortus. Ille autem dixit: Non te dimitto, nisi benedixeris mihi.* ET POST ALIA: [e] *Benedixit autem eum ibi, & vocavit nomen loci illius Faciem Dei. Vidi enim*, inquit, *Deum facie ad faciem, & salva est* D *anima mea.* [1] *Ascendit autem locum, & transiit Facies Dei. Ipse autem titubabat femore suo.* Mysticus quidem est scripturarum sensus. Subindicare enim videtur Judæorum obluctationem, [2] qua utebantur pæne cum ipso luctantes: qui tamen superati sunt, & ipsi autem impetraturi benedictionem ipsius, si per fidem ad eum novissimis temporibus convertissent. Attamen illud cerne. Homo erat qui lucta-
416 batur, & eum tamen Jacob Dei faciem nominabat. Neque id solum. Nam sciebat eum Deum esse veritate. *Vidi enim*, inquit, *Deum facie ad faciem, & salvata est anima mea.* Deus namque est natura Emmanuel. Dicitur autem etiam facies Dei: nam [f] est figura substantiæ patris; & ita se vocabat apud Judæos cum diceret de Deo & patre: [g] *Neque faciem ejus vidistis, & verbum ejus non habetis in vobis manens; quod quem misit ille, huic vos non creditis.* Quod vero Deus sit verus homo ille qui luctabatur cum Jacob, sacra iterum littera faciet fidem. Dixit enim: [h] *Inquit Dominus ad Ja-* A *cob: Surge, ascende in locum* [3] *Bethleem, habita ibi, & fac ibi altare Deo qui apparuit tibi, cum fugeres a facie fratris tui Esau.* Revertens enim ex Mesopotamia, deinde timens Esau, trajecit Jacob pueros & omnia vasa sua. Subremansit autem solus, & luctabatur homo cum eo.

## CAPUT XXXIII.

*Aliud.*

BEatus Daniel terribilem visionem nobis exponens: [i] *Videbam*, inquit, *in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis ve-* B *niens, & usque ad vetustum dierum pervenit; & in conspectum ejus adduxerunt eum. Et ipsi datus est honor & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi servient: potestas ejus potestas in æternum, quæ non transgredietur, & regnum ejus non corrumpetur.* Audis quemadmodum non hominem simpliciter se vidisse commemoret, ne unus ex nobis & juxta nos Emmanuel esse credatur, sed quasi filium hominis. Cum enim Verbum natura sit Deus, [k] in similitudine tamen hominum factum 417 fuit, & inventum est habitu ut homo; ut in eodem utrumque intelligatur, & neque homo nudus nec Verbum absque humanitate & carne: tamen ei principatum & honorem, [4] quæ semper habeat, C data esse commemorat. Ait enim, quod *omnes populi, tribus & linguæ ipsi servient.* Cum igitur etiam in humanitatem positum unigenitum Dei Verbum servientem habeat creaturam & patris principatum & suum, peperit autem secundum carnem ipsum sancta virgo, quomodo non intelligitur sancta virgo Θεοτόκος.

## CAPUT XXXIV.

*De Christi passione; & quod utile sit quod secundum aliud & aliud de uno eodem dicitur, nec dividimus in duo.*

SAnctus Paullus salutarem passionem nobis exponit. Ait namque: [l] *Nunc gratia Dei pro omnibus gustavit mortem*; nec non etiam: [m] *Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die.* Ad hoc etiam sapientissimus Petrus, [n] *Christo*, inquit, *passo pro nobis carne.* Cum unum igitur credamus Dominum nostrum Jesum Christum, id est, in humana forma conspectum sive hominem factum juxta nos Deum Verbum; quonam modo & passionem ipsi deputemus & impassibilem ut Deum? Ergo passio dispensationis erat, sua quidem ducente Deo Verbo ea quæ sunt propria car- E nis propter inenarrabilem unitatem; manente vero 418 extra passionem, quantum ad ipsius naturam pertinet: impassibilis enim Deus est. Neque id mirum, cum & ipsam hominis animam videamus, si quid corpus passum fuerit, extra passionem quidem manentem, quantum pertineat ad naturam; attamen non extra passionem esse intelligi, eo quod pro-

*a* Habac. III. 2. 3. sec. LXX. *b* Heb. II. 9. *c* Joan. VIII. 28. *d* Gen. XXXII. 24-26. sec. LXX. *e* Ibid. ꝟꝟ. 29-31. sec. LXX. *f* Heb. I. 3. *g* Joan. V. 37. 38. *h* Gen. XXXV. 1. *i* Dan. VII. 13. 14. *k* Philipp. II. 7. *l* Heb. II. 9. *m* I. Cor. XV. 3. 4. *n* I. Pet. IV. 1.


1. *Ascendit autem* cet.] Leg. *Ascendit autem sol, & transiit Faciem Dei*, ut habent LXX Neque aliter legimus tom. III. supra citato pag. 1490. c. ubi post lacunam modo memoratam, resumitur hujusmodi operis Cyrilliani lectio.

2. *Qua utebantur*] Tom. cit. d. *qua utebantur in Christo, pæne* cet.

3. *Bethleem*] Leg. *Bethel*, ut habet sacer textus: & sic recte legitur tom. cit. e.

4. *Quæ semper habeat*] Loc. cit. pag. 1491. a. *quem semper habebat, datum esse comm.* Mox ibid. *in humanitate*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



prium sit corpus ipsius quod patitur, [1] licet incontigua A sit omnium salvatori. Utar autem exemplis quæ quasi per ænigma nobis possint ostendere quod communicarit quidem passioni unigenitus, quantum pertineat ad [2] familiaritatem corporis sui, manserit autem passionis expers ut Deus. Itaque Deus omnipotens prodigia sapientissimo Moysi jubebat efficere, ut credat ei Israel [3] quod esset missus a Deo, & ut violentia liberentur. Ait autem: [a] *Et accipies aquam de flumine, & effundes super terram, & erit aqua quam accipis a flumine, sanguis super terram.* Inquimus, quod aqua quidem figura sit vitæ, & quod sit per naturam vita filius, ex patre tamquam ex flumine exiens, ejusdem substantiæ ratione. Itaque omnia vivificat. *Sed cum* B *aquam*, inquit, *effuderis super terram, erit sanguis.* Ergo cum factus est caro de terra, id est, quando a terra carnem sibi circumdedit, tunc in ea mortem nostræ similem dicitur passum, licet per naturam sit vita.

In Levitico [b] pollutum quidem & immundum leprosum esse significat. Itaque eum de castris ejici præcipit oportere; & si sanatus fuerit morbus, hoc cum pacto purgari. [c] *Et accipient purgati duos pullos mundos & lignum cedrinum & netum coccinum & hyssopum; & præcipiet sacerdos: & occidat pullum unum in vas fictile in aqua viva, &*
419 *pullum qui vivit accipiet illum, & lavabit in sanguine* C *pulli occisi in aqua viva, & asperget super eum qui purgatus est a lepra septies, & mundus erit.* Reddit quidem nos mundos & pollutionum sordes abluit & carnalis concupiscentiæ mortalitatem repellit sanguis pretiosissimus Christi & purgatio baptismatis sacrosancti. Ceterum illud aspice. Omittentes enim scriptorum vim subtiliter examinare, [4] quum mysterio expediat, in præsentia memorabimus. Pullis duobus comparatur Christus; non quod duo sint filii, sed quod unus potius ex duobus, ex divinitate & humanitate in unitatem conlatus. Mundi autem pulli: [d] *neque* enim *fecit peccatum* Dominus noster Jesus Christus, sed erat Verbum sanctum & divinitatis & humanitatis. Volucribus vero comparatur, quod quasi in sublimi sit D supra terram, & e cælo desuper. E cælo enim homo est Christus, licet carnem sancta virgo peperit. Quomodo igitur desuper & de cælo? Deus enim Verbum, quod est desuper & ex patre, carnem ex virgine sancta accipiens; & eam suam propriamque existimans, tamquam si eam desuper & de cælo detulisset, dicebat: [e] *Nemo ascendit in cælum nisi qui de cælo descendit filius hominis.* Ea enim quæ sua sunt, propriæ carni semper adtribuit; adunatum vero semel, jam cum ipsa unum scilicet æstimatur. Ceterum vide, occiso uno pullo, lavari quidem alterum in ejus sanguine, tamen non emori. Et quid hoc sit? Vivebat enim Verbum, licet sua caro fuisset emortua, & communem passionem esse [5] dice- E bat propter adunationem & familiaritatem quam habebat cum carne. Igitur quidem ipse vivit, ut Deus; corpus vero tamquam proprium faciebat, & sic in se familiariter accipiebat corporis passiones, cum ipse nihil in natura propria pateretur. Prodest igitur & necessarium est, si in uno Christo id accipiamus quod secundum aliud & aliud de uno eodemque constituatur, & quod in duo dividi non [6] permittat, licet diversa inter se & minime convenientia actu esse dicantur.

Est autem tale quod dico. Natum esse secundum 420
carnem ex muliere Deum dicimus Verbum, quamvis omnibus ipse præbeat nasci, & ad nativitatem quæ nondum nata sunt [7] vocet. Secundum aliud natum est, eo quod homo nostri similis intelligatur. Vocat autem ad nativitatem omnia, eo quod natura sit Deus.

Scriptum est autem de ipso: [f] *Puer proficiebat, & confortabatur, & implebatur sapientia & gratia.* Cum natura sit perfectus, ut Deus, & ex sua plenitudine spiritalia sanctis impertiat, & ipse sit sapientiæ dator & gratiæ; quomodo proficit puer & sapientia impletur & gratia? Secundum aliud & aliud. Cum sit enim ipse idem homo simul & Deus, propter unitatem quidem propria ducit humana: est autem perfectus, & sapientiæ & gratiæ dator, ut Deus.

[8] Nuncupatus est enim & primogenitus & unigenitus. Sed si quis vim ipsam scrutari voluerit dictionum, primogenitus est qui est inter fratres plurimos primo genitus; unigenitus vero, ut unigenitus, non jam primogenitus, nec inter plurimos fratres. At est ipse & hoc & illud. Quomodo ergo? Secundum aliud & aliud. Primogenitus enim, ut inter plurimos fratres, propter humanitatem; unigenitus porro idem, ut solus ex solo patre natus & Deus.

Sanctificatus fuisse dicitur per spiritum, cum ipse 421
sanctificare soleat accedentes, baptizatus secundum carnem qui in sancto spiritu baptizabat. Quomodo igitur idem & sanctificat & sanctificatur, baptizat & baptizatur? Secundum aliud porro & aliud. Sanctificatur enim humane, sicut etiam baptizatur; sanctificat autem divine, & baptizat in Spiritu sancto.

Cum ipse suscitet mortuos, resurrexit; & cum sit per naturam vita, vivificari dicitur. Hoc quoque quonam modo? Secundum aliud nempe & aliud. Ipse enim resurrexit quidem a mortuis, & vivificari dicitur secundum carnem; vivificat autem & suscitat a mortuis, utpote Deus. Patitur & non patitur, secundum aliud & aliud. Patitur quidem humane carne, eo quod homo sit; impassibilis autem divine manet, ut Deus.

Adoravit ipse nobiscum: [g] *Vos enim*, inquit, *adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus:* & est etiam adorandus. [h] Flectitur enim ipsi omne genu. Hoc quoque secundum aliud & aliud. Adorat enim, quia naturam adsumserit quæ debeat adorare; adoratur autem porro idem quasi major adorante natura, eo quod intelligitur Deus. Adoratione vero non est dividendum in hominem seorsus & seorsus in Deum. Nec vero tamquam Deo con-

*a* Exod. IV. 9. *b* Levit. XIII. & seq. *c* Levit. XIV. 4-7. *d* I. Pet. II. 22. *e* Joan. III. 13. *f* Luc. II. 40. *g* Joan. IV. 22. *h* Philipp. II. 10.

1. *Licet incontigua sit omnium salvatori*] Locus mutilus, ex loco cit. d. sic restituendus: *& licet incontigua sit & simplex, tamen id quod patitur, non alienum est. Sic intelliges etiam de Christo omnium salvatore.*

2. *Familiaritatem*] οἰκειότητα.

3. *Quod esset missus*] Edit. Baluz. perperam, *quod* NON *esset missus*. Delevimus negationem, quæ recte deest etiam loc. cit. d.

4. *Quum mysterio*] Loc. cit. pag. 1492, a. *Quod mysterio*. Recte mox ex eodem loco rescripsimus *conlatus* pro *conlatis* edit. Baluz. Paullo post malim, *sanctum & divinitate & humanitate*, ut legitur loc. cit.

5. *Dicebat*] Ibid. c. *ducebat*. Rectius, ut videtur.

6. *Permittat*] Ibid. *permittatur*.

7. *Vocet. Secundum aliud natum est, eo quod*] Ibid. d. *vocet, secundum aliud & aliud. Natus est enim, eo quod* cet.

8. *Nuncup. est enim*] Ibid. e. *nuncup. est* ETIAM.

junctum æqualitate dignitatis, divisis substantiis, cum ipso adorari dicimus hominem; (id enim extremæ impietatis plenissimum est) sed unum adorandum hominem factum & incarnatum Dei Verbum: ita tamen ut credamus corpus ei adunatum animam juxta nos habuisse rationabilem. Neque enim Deus omnipotens duos primogenitos [1] præcepit oportere tam a nobis quam a sanctis angelis

422 adorari. Unus est enim qui [a] [2] est introductus in orbem terrarum. Et si introductionis modum curiosius perscrutemur, carnalis dispensationis mysterium invenimus. Introductus est autem in orbem terrarum tunc cum factus est homo, licet natura sua distare ab orbe longissime videatur & in divinitatis eminentia vere esse credatur. Alius est enim præter elementa creator ipsorum. Ergo supra ea quæ ipse condidit secundum naturam est, quod natura sit Deus. Unus tamen, ut ante dixi, adorandus est; & tunc cum [b] *in multis* fuerit *fratribus*; tunc enim propterea dictus est *primogenitus*.

Unum filium adoravit cæcus a nativitate sua, cum præcipuo mirabilique modo sanatus est. Nam [c] *cum invenisset eum in templo Jesus, dixit: Tu credis in filium Dei? Ille autem dixit: Quis est, domine, ut credam in eum?* Christus vero ei se ipsum cum corpore demonstrabat: *Et vidisti quidem eum, & qui loquitur tecum, ipse est*. Vides quod singulari numero utatur, non permittens Deum & hominem seorsus intelligi. Immo vero & si quis hominem nominaverit Emmanuel, minime quidem communem hominem significaverit, sed Dei Verbum adunatum nostræ naturæ: sicut unum hominem adoravere beati discipuli, cum eum videntes miris modis inter aquas ambulare, adoravere dicentes; [d] *Vere Dei filius es*.

Si vero hominem cum Deo coadorari dixerimus, divisionem spatiosissimam inducemus. σὺν enim semper, (quod Latine est *cum*) [2] nisi in significatione unitatis quæ est per compositionem ponatur, duo omnino coget intelligi. Quemadmodum enim

423 nemo sibi convivere dicatur, neque concœnare, aut coadorare, aut coambulare; (duarum enim personarum significationem, inducit præpositio verbo præposita) ita etiam si quis coadorari hominem cum Deo dixerit, duos plane filios dicit & a se se disjunctos. Unitatis enim ratio, si in sola dignitatis æqualitate sive auctoritatis intelligatur, non esse vera convincitur; idque a nobis jam pluribus ante probatum est.

## CAPUT XXXV.

*Ad illos qui ajunt, quod sola relatione Deum Verbum deceant humana.*

Garriunt nonnulli de carnali dispensatione unigeniti; & venerabile & magnum ac supernis spiritibus amabilissimum mysterium, per quod etiam salvati sumus, ad sensus fragiles deferentes, decus contaminant pulcritudinemque veritatis; cum eos oporteat, non si quid ipsis recte habere videatur, roborare conari, sed inspicere magis subtili acutoque mentis oculo sacrarum propositum litterarum, atque rectum ita iter ingredi, sectantes ea quæ patres sanctissimi examinaverunt, qui sancti Spiritus illuminationibus eruditi, sanxere nobis symbolum fidei ipsum [3] dicentes quod ex patris substantia inæstimabiliter natum est Deum Verbum, per quod omnia facta sunt quæ in cælo & quæ in terra, propter nos homines & nostræ salutis caussa descendisse, carnem factum, hominem factum, passum, ascendisse in cælum, venturum per tempora judicare vivos & mortuos.

Verum nonnulli sunt, doctos se esse [4] scientes atque opinantes, & supercilio & tumore sufflati, 424 qui si hæc verba audierint, deridenr, & ea quæ tam recte sunt dicta, deliramenta magis existimant; cum præsertim credamus inluminatione Spiritus sancti patuisse sanctis patribus scientiam veritatis. At illi, tamquam si soli possint meliora sentire, non ipsum existimant unigenitum Dei filium, quod est ex substantia ejus, Deum Verbum passum esse sua carne pro nobis humane; licet eo quod Deus intelligatur, in sua natura habeat ut pati non possit; hominem autem seorsus & separatim eum ponentes qui est ex sancta virgine procreatus. Deinde ei, quantum ipsis videtur, modum gloriæ tribuentes, adunatum fuisse dicunt Verbo Dei patris; & rationem adunationis exponentes, donatam esse ipsi dicunt a Deo æqualitatem dignitatis sive auctoritatis, & ut simili appellatione & Christus & filius dicatur & Dominus. Sin vero etiam passus esse aliquid dicatur homo qui ab ipsis excogitatur, oportere ajunt in ipsum Deum Verbum referri, eo quod conjunctum sit ipsi æqualitate dignitatis, cum, naturis divisis, unusquisque id sit quod est.

Explanabo autem vim sententiarum, quantum ipse valuero, sacrarum litterarum exempla proponens. Esuriit Christus, itinere fatigatus est, dormivit, ingressus est in naviculam, pulsatus est a ministris verberibus, a Pilato flagellatus est, sputamina militum excepit, qui lancea latus pungentes, acetum mixtum felle ori ejus obtulerunt; gustavit autem & mortem, crucem passus: & alia convicia Judæorum. Hæc omnia homini quidem contigisse commemorant; referri vero in filii veri personam. At nos credimus, sicut in unum Deum pa- 425 trem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem; ita etiam in unum Dominum Jesum Christum filium ejus. Dividere vero seorsus in hominem Emmanuel recusamus & seorsus in Verbum. Scientes autem quod factum sit juxta nos Verbum & homo, vere ipsum eumdemque dicimus Deum de Deo, humane vero hominem juxta nos ex muliere. Adfirmamus autem porro propter familiaritatem, carnis quidem eum infirmitates fuisse perpessum, servasse vero naturæ suæ impassibilitatem, eo quod non homo erat solum, sed idem cum hoc etiam Deus natura; & quemadmodum proprium erat corpus ipsius, ita etiam naturales corporis & inculpabiles passiones, nec non etiam ea quæ ei inlata sunt petulantia nonnullorum. Patiebatur autem impassibiliter, quia non idcirco se humiliavit ut esset tantum similis nostri, sed quia, ut ante dixi, id naturæ suæ, [5] uti sit omnibus superior, reservarat. At si diceremus quod per conversionem vel commutationem naturæ suæ in naturam transierit carnis, necesse erat omnibus modis nos, invitos etiam, confiteri arcanam divinamque naturam fuisse passibilem. Sin autem manserit incommutatus, licet juxta nos homo sit factus, & est proprium cælesti naturæ ut pati non possit: deinde per adunationem

*a* Heb. I. 6. *b* Rom. VIII. 29. *c* Joan. IX. 35-37. *d* Matth. XIV. 33.

1. *Præcepit* ] Ibid. pag. 1493. c. *præcipit*.
2. *Nisi in signif.* ] Ibid. e. SI *in signif.* & sic legendum videtur.
3. *Dicentes* ] Ibid. pag. 1494. b. periodus heic ita inchoatur: *Dicunt autem, ipsum quod ex Patris subst.*
4. *Scientes atque opinantes* ] Ibid. c. *scientesque opinantes*, Optime. Mox, *inflati* pro *sufflati*.
5. *Ut sit omnibus* ] Ibid. pag. 1495. a. *ut istis omnibus*.



ipsius factum fuerit corpus passibile, patiatur corpore patiente, eo quod ipsius fuisse dicitur proprium; manet vero ipse impassibilis, eo quod ipsius porro proprium ut pati non possit. Et si glorificatus est Emmanuel per passionem, ut ipse dixit,
426 cum pro nobis pretiosam crucem esset passurus: [a] *Nunc glorificatus est filius hominis*; cur passionis gloriam homini tribuentes solam habenti conjunctionem cum eo in æqualitate dignitatis non erubescunt? Nam, sicut ipsi existimant, conjunxit sibi secundum voluntatem patris & complacitum, hominem simpliciter, & eum suæ gloriæ parem effecit, & concessit ut simili appellatione Christus & filius & Deus nominatus sit & Dominus.

Ergo neque incarnatum est vere Verbum, nec prorsus homo est factum. Et forte etiam falsos mendacesque dicere doctores sanctos mundi totius, nullum pariat detrimentum. Aut enim dicant, immo magis procedant in medium probaturi, quod conjunctionis qui ab ipsis inducitur modus, incarnationis habeat vim; & id est Verbum hominem factum: aut si ea non ita habere existimant; quare conjunctionis nobis inconjunctæ modum excogitant, veritate neglecta; cum deceat eos dicere humanitati nostræ adunatum fuisse Dei Verbum & patris? Ita enim carne quidem propria intelligatur passus humana: quantum vero pertinet ad divinitatis naturam, molestiæ omnis expers, ut Deus.

Quod vero relationem nominantes, quæ nescio quomodo ab ipsis reperta est, gloriæ detrahant Emmanuelis, quodque eum vix unum sanctorum efficiant prophetarum, & quod inter mensuras constituant plurimorum; [1] in eo quod procul dubio capiantur probabo porro, divinæ scripturæ ponens exempla.

Murmurabat aliquando in deserto adversus Moysen & Aaron populus Israel dicens: [b] *Utinam mor-*
427 *tui essemus percussi a Domino in Ægypto, cum sedebamus ad ollas carnium, & edebamus panes usque ad satietatem*. Dicit deinde sapientissimus Moyses: (erat enim consequens tam temere impatientes confutare) [c] *Nos autem quid sumus? Neque enim adversus nos est murmuratio vestra, sed adversus Deum.* Regnabat enim per illa tempora etiam Deus omnipotens per sanctos prophetas in populo Israel. Illi autem in hoc etiam pusillanimes accedebant ad divinum Samuel dicentes: [d] *Ecce tu senuisti, & filii tui non ambulant in viis tuis; & nunc constitue super nos regem qui judicet nos, sicut ceteræ gentes.* Moleste quidem nimis ferebat propheta. Ait autem Deus omnipotens; [e] *Audi vocem populi, sicut locutus est ad te; quia non te spreverunt, sed me spreverunt, ut non regnem super eos.* Dixit autem alicubi etiam Christus sanctis Apostolis; [f] *Qui recipit vos, me recipit.* Nec non etiam misericordes pro tribunali suo adlocuturum se pollicetur; [g] *Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi.* Probitatis vero ipsorum mores familiariter agnoscens de his, quibus bene consultum fuerat ab ipsis, [h] *Quamdiu feceritis*, inquit, *uni horum minimorum, mihi fecistis.*

Ecce in his relationis modus qualis sit cognosci-
A tur evidenter, Murmurabat adversus Moysen & Aaron populus Israel. Et res quidem habebat relationem in Deum. Erant tamen homines Moyses & Aaron similes nostri. Eodem pacto etiam in aliis intelliges quorum nuper fecimus mentionem. Sed erant quidem, ut ante dixi, sancti & admirabiles homines, homines tamen similes nostri. Eo ne igitur modo etiam homo Deo Verbo conjunctus, sicut 428
illi ajunt, relationem in id suarum habeat passionum? Et quomodo jam non sit homo communis & seorsus, & aliud nihil? Ergo non est vere Deus Emmanuel, non unigenitus filius, non Deus secundum naturam.

Deinde quam ob caussam nemo aliorum a Deo
B Verbo honoratus est æqualitate dignitatis sive auctoritatis; solum autem hunc paria omnia sortitum fuisse contendunt, maxime cum Deus salvator omnium non judicat ad personam, sed justum judicium, sicut ipse commemorat [i]? Quare ergo considet solus? Quomodo veniet judex, [k] obsequentibus angelis? Quare autem solus tam a nobis quam a supernis spiritibus adoratur? Sed valde, inquit: te enim quoque id agere invenimus: passum enim ipsum confiteris, quatenus ei carnis adtribuas passiones, licet impassibilem serves ut Deum. At nos, vir optime, cum prius adunaverimus Verbum & hominem, carni quidem passiones tribuimus, impassibilem vero ut Deum servavimus. Nam licet fa-
C ctus sit similis nostri, attamen scire debemus cælestium dignitatum & divinæ ejus eminentiæ majestatem.

Præmissa igitur unitate, eaque quasi aliquo fundamento fidei præjacto, carne passum esse confitemur, mansisse vero extra passiones; quippe cum in se habeat ut pati non possit. Sin vero in parte ponamus Deum & hominem, naturas a se se dividentes; & secundum solam relationem dicamus Verbum sua duxisse ea quæ corpori contigerunt, Moysis nempe & Aaron modum habebit is qui est ex sacra virgine procreatus [l] *Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus.* 429

Ergo etsi per prophetas sanctos dicat: [m] *Dorsum
D meum posui in flagella, maxillas autem meas in palmas, faciem meam autem non averti a confusione sputorum:* porro, [n] *Infoderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea;* & porro, [o] *Dedere in cibum meum hyssopum, & in sitim meam obtulerunt mihi acetum:* ipsi omnia hæc unigenito adtribuimus quæ pro nobis dispensatorie carne passus est secundum scripturas: [p] *Vibice enim ejus nos sanati sumus, & infirmatus est propter peccata nostra ipse.* Impassibilem vero eum natura esse cognoscimus. Nam si, ut dudum dixi, idem homo est simul & Deus; sunt quidem certe humanitatis ejus passiones; porro Dei proprium, ut impassibilis intelligatur.

E Hæc ita sentientes servabimus pietatem, & per rectas cogitationes euntes & sensus, ad cælestis vocationis palmam perveniemus in Christo, per quem & cum quo Deo & patri gloria cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

EXPLICIT.

*a* Joan. XIII. 31. *b* Exod. XVI. 3. *c* Ibid. ℣. 8. *d* I. Reg. VIII. 5. *e* Ibid. ℣. 7. *f* Luc. IX. 48. *g* Matth. XXV. 34. *h* Ibid. ℣. 40. *i* Joan. VIII. 15. 16. *k* Matth. XXV. 31. *l* Matth. I. 23. *m* Isa. L. 6. sec. LXX. *n* Psalm. XXI. 17. *o* Psalm. LXVIII. 22. *p* Isa. LIII. 5.

1. *In eo quod* ] Ibid. d. *in eoque*.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
418.

# SANCTI AUGUSTINI

## HIPPONENSIS EPISCOPI

[1] *Epistola ad* Mercatorem, *excusans cur ad ipsius priores litteras nondum responderit, ostendensque*
430 *Pelagianos in quæstione de baptismo parvulorum hoc ipso esse prope convictos quod fatentur parvulos quodam modo credere per eos a quibus baptizandi offeruntur. Deinde eosdem ex Enochi & Eliæ ante obitum translatione, sive ex fidelium vivorum ad Christi adventum raptu, frustra contendere mortem non esse pœnam peccati.*

I. Domino dilectissimo & in Christi membris sincerissima caritate prædicando filio Mercatori Augustinus in Domino salutem. Litteræ dilectionis tuæ, quas prius abs te missas apud Carthaginem accepi, tanto me affecerunt gaudio, ut etiam in posterioribus te succensentem quod tibi non rescripserim, gratissime acceperim. Ipsa quippe indignatio tua non erat simultatis initium, sed indicium caritatis. Ut autem a Carthagine non rescriberem, non occasio defuit perlatorum, sed alia magis urgentia, donec inde proficisceremur, nos oc-
431 cupatissimos & intentissimos continebant Cum vero inde digressi sumus, perreximus [2] usque ad Mauritaniam Cæsariensem, quo nos ecclesiastica necessitas traxit; per quas totas terras cum intentionem nostram huc atque illuc quæ ingerebantur sensibus diversa raptarent, nullius ut tibi rescriberem adfuit admonitoris instantia, nulla occurrit opportunitas perlatoris. Deinde remeans alias apud nostros jam querela exasperata litteras tuæ sinceritatis inveni, & alium adversus novos hæreticos librum refertum sanctarum testimoniis scripturarum; quibus lectis excursisque, etiam illis quæ primum miseras, quia & carissimi fratris nostri [3] Albini ecclesiæ Romanæ Acolythi opportunissima se offerebat occasio, rescribendum fuit.

II. Ego itaque te, fili dilectissime, scribentem mihi vel ad me consideranda tua scripta mittentem, absit ut negligenter accipiam, vel superba vanitate contemnam: præsertim cum mihi de te gaudium tanto majus sit, quanto magis inopinatum improvisumque provenit. Fateor enim, tantum te proficisse nesciebam. Et quid nobis esse debet optatius quam ut abundent qui errores infestantes catholicam fidem & insidiantes infirmis ineruditisque fratribus usquequaque redarguant, & Ecclesiam Christi adversus [a] *profanas vocum novitates* acriter fideliterque defendant; quandoquidem, sicut scriptum est: [b] *Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum*. Inspexi ergo cor tuum in scriptis tuis, quantum potui, & inveni amplectendum & hortandum ut perseverantissima diligentia in anteriora te extendas, ad-
432 juvante Domino vires tuas, qui tibi eas quas nutriret dedit.

III. Non autem parum veritati propinquarunt in quæstione de baptismo parvulorum, quos devios in viam revocare conamur, cum infantem quamlibet recenti partu matris effusum, tamen per eos a quibus baptizandus offertur, credere confitentur. Cum enim dicunt, sicut scribis, non infantes ita credere in remissionem peccatorum, tamquam & illis remittantur quos nullum putant habere peccatum, sed (quia ipsi quoque idem lavacrum percipiunt, quo fit, in quibuscumque fit, remissio peccatorum) hanc fieri credere in aliis quæ non fit in eis. Cum ergo dicunt, *Non ita credunt, sed ita credunt*, profecto eos non ambigunt credere. Audiant itaque Dominum: [c] *Qui credit in filium, habet vitam æternam; qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum*. Quapropter infantes, quia per alios fiunt credentes, a quibus baptizandi offeruntur; per illos utique sunt increduli, si apud tales sunt qui eos, dum nihil prodesse credunt, offerendos esse non credunt: ac per hoc si per credentes credunt & habent vitam æternam, profecto per incredulos increduli sunt & non videbunt vitam, sed ira Dei manet super eos. Non enim dictum est, venit super eos, sed *manet super eos*; quia ex origine erat jam in eis, nec omnino nisi gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum aufertur ab eis. De hac ira legitur etiam in libro Job: [d] *Homo natus ex muliere, brevis vitæ & plenus iracundiæ*. Unde igitur ira Dei super innocentiam parvuli, nisi originalis forte ac sorde peccati, de qua in eodem libro itidem scriptum est [e], *non esse ab hac mundum nec infantem*, 433
*cujus est unius diei vita super terram?*

IV. Non ergo in istis nihil egit quod adversus eos instantissime disputatur, & eorum auribus catholicæ voces hinc atque inde circumsonant: quandoquidem volentes argumentari contra sacramenta Ecclesiæ, confessi sunt tamen parvulos credere. Non eis ergo promittant vitam, etiamsi non fuerint baptizati. De qua enim alia vita dicitur: *Qui incredulus est filio, non videbit vitam?* Nec eos a regno cælorum sic fateantur alienos, ut tamen a damnatione defendant. Nam quid nisi damnatio significatur per iram quam Dominus super non credentem manere testatur? Multum prorsus accessum est, & sine scrupulosa conflictatione caussa finita est. Si enim concedunt parvulos credere, procul dubio sicut

*a* I. Tim. vi. 20. *b* Sap. vi. 26. *c* Joan. III. 36. *d* Job xiv. 2. sec. lxx. *e* Ibid. v. 5.

1. *Epistola*] Est num. cxciii. in edit. BB. tom. II. pag. 711. seqq. — Epistolam hanc recensuit Possidius in *Indiculo* cap. iv. Ejusdemque tertiam partem transtulit Augustinus in librum *de octo Dulcitii quæstionibus*, proxime ad hæc verba q. 3. *De illis autem qui rapientur in nubibus, in quadam epistola quam scripsi ad filium meum nomine* Mercatorem, *procul dubio notissimum nobis* (sic porro legitur in omnibus mss. non autem sicuti hactenus excusi habuerunt, *quæ incipit: Procul dubio notissimum nobis* cet.) *quum me consuluisset de quibusdam quæstionibus Pelagianorum, qui negant mortem esse peccato retributam, quatenus disputaverim, in subditis lege. Illi autem inquam, de quibus*, & cetera quæ heic repræsentantur a cap. iv. usque ad finem epistolæ. — BB. loc. cit.

2. *Usque ad Maurit.*] Suscepti a se in Mauritaniam Cæsariensem itineris meminit Augustinus epist. cxc. & in lib. II. *Retract.* cap. li. nec non Possidius cap. xiv. quibus ex locis constare potest, hanc epistolam datam fuisse sub finem anni 418. — BB. ibid.

3. *Albini eccl. Rom. Acol.*] Hic ipse perlator fuit epistolarum ad Sixtum & Cælestinum: unde conjecturam capere licet, Mercatorem id temporis apud Romam cum illis egisse. — BB. ibid.

eos tenet illa sententia: [a] *Qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cælorum*, sic etiam ista, quæ ejusdem Domini est: [b] *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur*. Quia ergo cum parvuli baptizantur, fatentur isti eos esse credentes, damnari non dubitent non credentes: & audeant jam dicere, si possunt, a justo Deo damnari nihil mali ex origine trahentes, & peccati contagium non habentes.

V. Illud vero quod in litteris tuis commemorasti, objicere nobis Enoch & Eliam, quod mortui non fuerint, sed cum suis corporibus ex ista hominum conversatione translati; quid eos ad B hoc unde agitur adjuvet, non intelligo. Ut enim omittam quod ipsi quoque morituri postea perhibentur, sicut plerique exponunt Apocalypsim Joannis de duobus illis prophetis de quibus, tacitis eorum nominibus, loquitur, quod isti duo sancti
434 cum suis tunc corporibus apparebunt [c] in quibus nunc vivunt, ut etiam ipsi quemadmodum ceteri martyres, pro Christi veritate moriantur; ut ergo hoc omittam, ista quæstione dilata, quomodolibet se se habeat, quid istos adjuvat quæso te? Neque enim hinc ostendunt non propter peccatum homines secundum corpus mori. Nam si Deus qui tam multis fidelibus suis donat ipsa peccata, voluit quibusdam etiam istam pœnam donare peccati; qui nos sumus C qui respondeamus Deo cur alius sic, alius autem sic?

VI. Dicimus ergo quod apertissime Apostolus ait: [d] *Corpus quidem mortuum est propter peccatum, Spiritus autem vita est propter justitiam. Si autem Spiritus ejus qui suscitavit Christum a mortuis, habitat in vobis; qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum ejus in vobis*. Nec tamen ista sic dicimus, ut negemus, Deum posse in quibus voluerit, nunc facere sine morte quod sine dubitatione credimus in tam multis facturum esse post mortem. Nec ideo tamen illud falsum erit, quod [e] *per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per* D *peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit*. Hoc enim dictum est, quia nisi per peccatum mors intrasset, nulla mors esset. Nam & cum dicimus, Omnes propter peccata mittuntur in gehennam, numquid ideo falsum dicimus quia non omnes homines mittuntur in gehennam? Illud quippe ideo verum est, non quia omnis homo mittatur, sed quia nullus nisi peccatorum meritis mittitur. Talis est e contrario etiam illa sententia: [f] *Per unius justificationem in omnes homines ad justificationem vitæ*: non enim omnes homines pertinent ad justifica-
435 tionem Christi. Sed hoc dictum est; quia nemo justificatur nisi per Christum.

VII. Magis ergo illa quæstio non immerito movet, cur pœna peccati peccato non remanente remanet; id est, si mors etiam corporis pœna peccati est, ista potius aliqua quæstio est, cur moriatur infans cum fuerit baptizatus, quam cur mortuus non sit Elias cum fuerit justificatus. Illius enim finito peccato movet cur secuta sit pœna peccati; hujus etiam finito peccato movere non debet si non sequatur pœna peccati? Si ergo illam quæ- A stionem de morte baptizatorum cur facta abolitione peccati, sequatur tamen quædam pœna peccati, in libris de baptismo parvulorum, quos tibi scio esse notissimos, quantum potuimus, Domino adjuvante dissolvimus [1]: quanto minus ista movere nos debet ubi dicitur, Quare justus Elias mortuus non est, si mors pœna peccati est? Quasi diceretur: Quare peccator Elias mortuus non est, si mors pœna peccati est?

VIII. Nisi forte aliud ex alio movent & dicunt: Si Enoch & Elias usque adeo non habebant peccatum ut nec mortem quæ peccati est pœna, paterentur; quomodo nemo heic vivit sine peccato? Quasi non eis probabilius respondeatur: Ideo quos finitis peccatis voluit Dominus vivere, non heic permissi sunt vivere, quoniam heic quisquam sine peccato non potest vivere. Sed hæc atque hujusmodi adversus istos dici potuerunt, si pro certo aliunde convincerent illos numquam esse morituros. Cum vero id docere non possint, meliusque illos venturos esse credatur ad mortem; nihil est cur eos velint nobis objicere, causæ suæ nulla ex parte aliquid profuturos [2].

IX. Illi autem de quibus dixit Apostolus, cum loqueretur de resurrectione mortuorum: [g] *Et nos viventes, qui reliqui sumus, simul cum illis rapie-* 436
*mur in nubibus obviam Christo in aera; & ita semper cum Domino erimus*, adferunt quidem aliquid quæstionis, sed per se ipsos, non propter istos. Nam etsi non sunt etiam ipsi morituri, quid istos adjuvent omnino non video; cum talia de his dici possint, qualia de illis dicta sunt duobus. Sed re vera, quantum ad verba beati Apostoli pertinet, videtur adserere quosdam in fine sæculi adveniente Domino, cum futura est resurrectio mortuorum, non esse morituros, sed vivos repertos in illam immortalitatem quæ sanctis etiam ceteris datur, repente mutandos, & *simul cum illis rapiendos*, sicut dicit, *in nubibus*: nec aliquid aliud mihi visum est, quotiens de his verbis volui cogitare.

X. Sed vellem hinc potius audire doctiores, ne illis etiam qui putant aliquos morte non præcedente vivificatos ad vitam perpetuam transituros dicere inveniatur Apostolus: [h] *Stulte, tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur*. Nam & illud quod in plerisque codicibus legitur, [i] *omnes resurgemus*, unde fieri poterit, nisi omnes moriamur? Resurrectio quippe, nisi mors præcesserit, nulla est. Et quod nonnulli codices habent, *omnes dormiemus*, multo facilius & apertius id cogit intelligi: & si quid aliud tale in sanctis litteris invenitur, ad id videtur impellere ut nullus hominum existimetur immortalitatem, nisi mors præcesserit, adepturus. Proinde ubi dixit Apostolus: [k] *Et nos viventes, E qui reliqui sumus, in adventum Domini, non præveniemus eos qui ante dormierunt. Ipse enim Dominus in jussu & in voce archangeli & in tuba Dei descendet de cœlo; & mortui in Christo resurgent primi; deinde nos viventes, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obviam Christo in aera: & ita semper cum Domino erimus*. Vellem, 437
sicut dixi, de his audire doctiores, & si modo potuerint hæc ita exponi, ut in eis possit intelligi omnes homines qui vivunt, vel post nos victuri

*a* Joan. III. 5. *b* Marc. XVI. 16. *c* Apoc. XI. 7. *d* Rom. VIII. 10. 11. *e* Rom. V. 12. *f* Ibid. ✝. 18.
*g* I. Thessal. IV. 17. *h* I. Cor. XV. 36. *i* Ibid. ✝. 51. *k* I. Thessal. IV. 14-16.

1. *Dissolvimus*] Lib. II. cap. XXX. — IDEM.

2. *Profuturos*] Reliqua exstabant in libro *de octo Dulcitii quæstionibus* q. 3. — IDEM.

sunt, esse morituros, corrigere quod hinc aliquando aliter sensi. Neque enim debemus indociles esse doctores: & certe melius homo corrigitur parvus quam frangitur durus; cum iis quæ scripsimus, ita nostra vel aliorum exerceatur & erudiatur infirmitas, ut tamen in eis nulla velut canonica constituatur auctoritas.

XI. Si enim in his verbis Apostoli nullus alius sensus potuerit reperiri, & hoc eum intelligi voluisse claruerit quod videntur verba ipsa clamare; id est, quod futuri sint in fine sæculi & in adventu Domini qui [a] non exspolientur corpore, sed superinduantur immortalitate, ut absorbeatur mortale a vita: huic sententiæ procul dubio conveniet quod in regula fidei confitemur, venturum Dominum, judicaturum vivos & mortuos; ut non heic intelligamus vivos justos; mortuos autem injustos, quamvis judicandi sint justi & injusti; sed vivos quos nondum exisse, mortuos autem quos jam exisse de corporibus adventus ejus inveniet. Quæ si ita esse constiterit, illa verba excutienda erunt, quomodo sic accipiamus: [b] *Tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur*; & [c] *omnes resurgemus*, sive *omnes dormiemus*, ut non adversentur huic sententiæ, qua quidam creduntur etiam cum suis corporibus in æternum, non degustata morte, victuri.

XII. Sed utrumlibet horum veracior & perspicacior intellectus inveniatur, quid ad caussam pertinet istorum, sive omnes debita morte plectantur, sive aliquibus ab hac conditione parcatur; cum ta-
438 men constet mortem non solum animæ, verum A etiam corporis secuturam non fuisse, si peccatum non præcessisset, & gratiæ mirabiliore virtute justos a morte ad æternam beatitudinem reviviscere, quam in mortis experientiam non venire? Hæc propter illos de quibus mihi scripsisti, satis dicta sint; quamvis eos jam non existimem dicere, etiamsi non peccasset Adam, fuisse vel corpore moriturum.

XIII. Ceterum quod adtinet ad quæstionem resurrectionis, propter illos qui creduntur non esse morituri, sed ex hac mortalitate ad immortalitatem sine media morte transituri, inquisitio diligentior adhibenda est; & si quid hinc absolutum ac definitum disputatione rationabili atque perfecta vel au- B disti vel legisti, vel etiam ipse cogitare potuisti, sive adhuc audire aut legere aut cogitare potueris, peto mihi mittere non graveris. Ego enim (quod confitendum est caritati tuæ) plus amo discere quam docere. Nam hoc admonemur etiam dicente apostolo Jacobo: [d] *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum*. Ut ergo discamus invitare nos debet suavitas veritatis; ut autem doceamus, cogere necessitas caritatis: ubi potius optandum est ut transeat ista necessitas qua hominem docet aliquid homo, ut simus [e] *omnes docibiles Dei*; quamvis hoc simus, cum ea quæ ad veram pietatem pertinent discimus, etiam quando illa docere videtur homo: quia [f] *neque qui plantat est aliquid*, C *neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*. Cum itaque, si Deus incrementum non daret, nihil essent Apostoli plantatores & rigatores; quanto magis ego vel tu, vel quilibet hujus temporis homines, quando nobis videmur esse doctores?

*a* II. Cor. V. 4. *b* I. Cor. XV. 36. *c* Ibid. ℣. 51. *d* Jac. I. 19. *e* Joan. VI. 45. *f* I. Cor. III. 7.

# STEPHANI BALUZII TUTELENSIS V. C.

# NOTÆ AD MARIUM MERCATOREM.

*Numeri paginarum heic indicati respondent numeris in nostro edito ad marginem appositis.*

Pag. 1. M*Amsisteni* ] Infra pag. 339. *Mansuesteni*. Ita veteres libri & editio Gerberonii. Atque ita, aut *Mompsuesteni* vulgo scribitur istius oppidi nomen in antiquis codicibus manu scriptis, non solum apud Marium Mercatorem, sed etiam alibi. Verior est tamen lectio quam in hunc locum intulit Garnerius, qui edidit *Mopsuesteni*.

Ibid. *Fornicantur* ] Garner. *cornicantur*, optimo sensu, sed contra fidem veterum exemplarium.

Pag. 2. *Rufinus natura Syrus* ] De Rufino Aquilejensi hunc locum interpretatur Gerberonius, Garnerius de Rufino Palæstino Hieronymi discipulo.

Ibid. *Brittanus* ] Secuti sumus scripturam librorum manu scriptorum. Sciunt autem eruditi ita ferme scribi hoc nomen in antiquis codicibus.

Ibid. *Nobilis natu* ] Si constaret Hieronymum loqui de Cælestio in præfationibus libri primi & libri tertii commentariorum in Hieremiam, facile assentirer Baronio & Usserio censentibus Gælestium fuisse natione Scotum, præsertim cum constet magistrum ejus Pelagium fuisse ex Britannia oriundum. Garnerius suspicatur aut Romanum aut Campanum fuisse, certe oriundum ex provincia Latini nominis.

Ibid. *Eunuchus* ] Infra pag. 132. *Cælestius quidam eunuchus matris utero editus*.

Pag. 3. *Ad Valerium* ] Comitem. Meminit autem istius rei Augustinus lib. 2. retract. cap. 53.

Ibid. *Turbantium* ] Incertæ sedis Episcopum, ut recte monet Garnerius, *virum magno virtutum fulgore conspicuum*, ut ait Julianus apud Augustinum in initio librorum quos ipse adversus eum scripsit. Is Turbantius postea reliquit partes Juliani, ut sanctus Augustinus testatur his verbis: *Utinam imiteris Turbantium post illa tua scripta & post has tuas laudes, quibus eum dicis magno virtutum fulgore conspicuum, a vestro errore liberatum*. Et lib. 5. cap. 4. *ut vos ad fidem catholicam sicut Turbantium paullo ante vestrum, nunc vero ecce jam nostrum, simili sua operatione atque miseratione convertat*.

Ibid. *Florum* ] Occidentalium partium Episcopum Pelagiani dogmatis defensorem, propterea cum sociis quibusdam suis depositum a Cælestino Papa. Vide epistolas Nestorii & Concilii Ephesini ad eumdem Cælestinum in antiqua versione Concilii Ephesini pagg. 429. 570. Ei Julianus dedicavit libros quibus respondit Augustinus, ut etiam adnotatum est a Mercatore.

Pag. 5. *Subnotationibus* ] Id est, responsionibus quæ subjectæ sunt verbis Juliani, sicut fecerat Augustinus.

Ibid. *Extra* ] Contra.

Pag. 6. *Cap.* CXII. ] Ita veteres libri & editio Gerberonii. Verum quia in editione librorum sancti Augustini adversus Julianum legitur CXI. Garnerius isthic ita quoque emendavit. Sic etiam paullo post pag. 8. reposuit XVI. pro XVII. & alibi.

Pag. 8. *Extra natum* ] Ita iidem libri & editio Gerberonii. Garnerius reposuit *extra naturam*. Verum hæc emendatio non erat necessaria, cum sensus absque ea sit planus.

Pag. 9. *Ost. est ergo* ] Garnerius posuit: *Ostensum est igitur*. Fatendum est hoc discrimen esse parvi admodum momenti. Adnoto tamen, quia cum lectio nostra reperiatur in antiquis exemplaribus Mercatoris & apud sanctum Augustinum, nulla ratio erat mutandi vocem *ergo* in *igitur*.

Pag. 10. *Philistion* ] Hic locus videtur imitatus ex Hieronymo in apologia secunda adversus Rufinum: *& quasi mimum Philistionis vel Lentuli ac Marulli stropham eleganti sermone confictam*. Philistiones duos fuisse observat Jos. Scaliger ad Eusebium, utrumque mimographum, priorem patria Busensem vel Nicænum, qui vixit Isocratis vel Socratis tempore, alium natione Magnesianum, quem Romæ sub Augustino claruisse testatur Eusebius in chronico. Verum Garnerius censet unum tantum Philistionem fuisse, non duos, idque dubium non esse ait.

Ibid. *Amsactinæ* ] Respicit ad locum istius nominis situm in Hirpinis, aquas habentem sulphureas, ita graves, teste Servio grammatico, ut gravi odore juxta accedentes necent: quod etiam testatur Plinius lib. 2. cap. 93. Vide quæ isthic adnotavit doctissime Garnerius.

Ibid. *Averni lacus* ] in Campagnia prope Bajas, ex quo, ut heic ait idem Garnerius, exhalationes sulphureæ feruntur sursum adeo vel pestilentes vel tenues, ut prætervolantes aves aut enecent aut sustinere nequeant.

Ibid. *Atabulus* ] ventus Apuliæ peculiaris, frigidissimus, & ob hoc ipsum pestifer. Vide Plinium lib. 17. cap. 24. & Gellium lib. 2. cap. 2. heic a Garnerio citatos.

Ibid. *Flatus* ] Quæ paullo ante dicta sunt de Atabulo, ea confirmant lectionem nostram, quam accepimus ex codice Bellovacensi. Aliæ editiones habent *halitus*.

Ibid. *Turpio* ] qui turpia loquitur, ut recte explicat hunc locum vir doctissimus Carolus Dufresnius Cangius in suo glossario.

Ibid. *Durio* ] qui dura est & perfricta fronte, impudens, ut legitur in eodem glossario.

Ibid. *Sannio* ] Mimorum genus, qui & gestu & motu & voce populum excitant ad risum. Vide Ciceronem in libro secundo de oratore.

Ibid. *Memoris Episcopi* ] Vulgo putant illum fuisse Episcopum Capuarum. Sed hanc opinionem falsam esse contendit Garnerius, & Eclanensem Episcopum fuisse suspicatur. Ad eum exstat epistola sancti Augustini, in cujus titulo vocatur Memorius.

Ibid. *Juliana* ] Illam Garnerius suspicabatur eam ipsam esse viduam ad quam Pelagius scripsit librum consolatorium. Sed postea, re melius perpensa, hanc opinionem deseruit ut eam amplecteretur quæ docet viduam ad quam Pelagius scripsit esse Julianam Olybrii conjugem. Qua de re nos pluribus agemus infra ad paginam 140.

Ibid. *Suppositum* ] Garnerius & heic & infra putat subindicari a Mercatore rumorem aliquando sparsum fuisse in vulgus Julianum fuisse suppositum parentibus suis. Verum alius, ut ego quidem arbitror, est sensus verborum Mercatoris. Illud enim tantum ait rhetoricando, ita diversos esse Juliani mores a moribus parentum ut suspicari liceat suppositum illis fuisse, ut sæpe dicitur factum, aut si id non erit, degenerasse illos in filio.

Pag. 11. *Theatrum* ] Garnerius heic ait non meminisse se legere aut Petronium aut Martialem comœdias edidisse, itaque hæc verba spectare ad istorum hominum libros, & præsertim ad primum Martialis, qui ab amphitheatro nomen accepit. Rhetoricatur autem heic Mercator, & nomen generale huc transtulit, quo usus est etiam Martialis in præfatione libri primi: *Intret Cato theatrum nostrum*.

Ibid. *Prosatoribus* ] Sic etiam infra pag. 12. 33. 36.

Pag. 13. *Lapsum* ] Ita veteres libri & editio Garberonii. Sed Garnerius reposuit *ipsorum*.

Pag. 14. *Loxias* ] Hunc locum, qui valde corruptus est in antiquis exemplaribus Marii Mercatoris, sic recte emendavit idem Garnerius. Vide Hieronymum epist. 65. ad Pammachium & Oceanum.

Pag. 17. *Non Adæ* ] Ita nos restituimus auctoritatem veterum exemplarium secuti. Nam in editione Garnerii scriptum est *non animæ*: quam lectionem esse falsam ostendunt verba Mercatoris.

Ibid. *Destinatum* ] Garner. *obnoxium*. Nos revocavimus lectionem veterum librorum.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



Pag. 27. *Aliqui bene* ] Melius in editione Gerberonii, *alioqui bene ſi habente, ut tibi &c.*

Pag. 28. *Sed vecordiſs.* ] Integrum hoc ſegmentum uſque ad vocem tenebrarum exciderat in editione Garnerii.

Ibid. *Item idem* ] Certum eſt hæc eſſe mendoſa. Locus enim ſtatim deſcriptus non eſt Joannis, ſed Paulli. Itaque Garnerius iſthic repoſuit: *Item Paullus.*

Pag. 29. *Per quem* ] Bellovac. *per quam.*

Ibid. *Quia vitam* ] Et iſta quoque uſque ad *ejus eſt* exciderant in editione Garnerii.

Ibid. *Verſuram ſolvis* ] id eſt, fœnus auges, malum malo addis.

Pag. 30. *Tollat lene* ] Ita & heic & paullo poſt habet codex Bellovacenſis.

Ibid. *Teneam* ] Hæc eſt lectio ejuſdem libri Bellovacenſis. Garnerius edidit *veniam*, Gerberon. *te ducam*. Quid ſi legamus *tendam?*

Ibid. *Arma plumbea* ] Supra pag. 4. *pugiones plumbeos.*

Pag. 32. *Noſtri orbis* ] Garner. *noti orbis.*

Ibid. *Exſpectando Sociam* ] In codice Bellovacenſi primo ſcriptum fuit *exſpectandum ſociam*, ſed poſtea emendatum eſt uti nos repoſuimus. Gerberonius edidit, *exſpectandum ſocium*; eoque modo lectionem noſtram confirmavit. Garnerius edidit *exſpectandum ſociæ*, nullo ſenſu.

Ibid. *Legere non poſſum* ] Ita codex Bellovacenſis. Alii ediderunt, *legi non poſſunt.*

Pag. 33. *Prorſus* ] Codex Bellovac. & heic & pag. 39. 79. 278. *proſſus.*

Pag. 38. *Fragorum* ] Hanc lectionum conſtanter proferunt codices Mercatoris. Garnerius repoſuit *fragmentorum.*

Pag. 41. *Nunc expoſitio* ] Exſtat rurſum infra pag. 189. ex diverſa verſione. Exſtat etiam in antiqua verſione Concilii Epheſini cap. 52. pag. 532. ubi vocatur ſymbolum transformatum, in Concilio V. ſceleratum ſymbolum impii Theodori.

Ibid. *In id quod eſt* ] Deſcripſimus in hoc loco lectionem codicis Bellovacenſis. Gerberonius edidit, *cum eo cujus eſt.* Garner. *cum illo cujus eſt.*

Ibid. *Dei Verbum* ] Ita veteres libri. Sed Garnerius maluit *Deus Verbum*, cum quia ita eſt in Græco, tum quia ſic legitur in vulgatis editionibus iſtius ſymboli. Verum iſthic legendum eſſe *Dei* oſtendit etiam refutatio Mercatoris pag. 45. ubi Theodori verba deſcribens legit *Dei Verbum*, ut etiam editum eſt a Garnerio. Infra tamen pag. 190. ſcriptum eſt *Deus Verbum.*

Pag. 45. *Quod ſa. t. adſ. capiti* ] Gerberon. *quod ſano adverſatur capiti.*

Pag. 50. *Audiat trabalem* ] Garnerius addit *locum*. Gerberon. *audiat clamare.*

Pag. 53. *Eſſe tutorem* ] Hanc lectionem, quam accepimus ex codice Bellovacenſi, confirmant ſequentia: *confirmandi me prima & ſumma tutela eſt.* Item pag. 54. *quanta noſtri tutela ſit.* Et tamen Garnerius hinc ſuſtulit vocem *tutorem* ut *creatorem* poneret, Gerberon. *auctorem.*

Ibid. *Verni tempus* ] Garnerius quum iſthic ederet *vernum*, Gerberonius vero *veris*, non meminerant vernum quoque dici ſubſtantive. Plinius lib. 19. cap. 3. ait tubera *tenerrima verno eſſe.* Vide gloſſarium Dufreſnii.

Pag. 55. *Non, vir opt.* ] Vide infra pag. 157.

Ibid. *Increabilem* ] Ita veteres libri. Garnerius vero repoſuit *creatorem*, ſecutus haud dubie auctoritatem Caſſiani, qui ſic ſcribit lib. 7. de incarnatione Domini cap. 24. *Et ubi illud tuum: Non potuit creatura parere creatorem, &: Quod natum ex carne, caro eſt.*

Ibid. *Ne me inclinans* ] Apparet hunc locum eſſe mendoſum. Garnerius ſcripſit, *nempe inclinans eum.* Gerberonius, *nec me indignans reum levare qui cecidi.* Ego putarem legendum, *nec me inclinans reum levare qui cecidit*, ita ut ſic conſtructa videatur oratio: nec inclinans reum levare qui cecidit, id eſt, me, vituperatur ille tam quam corruerit.

Ibid. *Propter utentem* ] Vide infra pag. 205. 207. & antiquam verſionem Concilii Epheſini pag. 474. 475.

Pag. 56. *Dominicam itaq.* ] Hunc locum, qui valde corruptus eſt in aliis editionibus, ſic reſtituimus ex fide codicis Bellovacenſis, noſtramque emendationem confirmant verba Cyrilli relata infra pag. 107. Corruptum autem fuiſſe etiam ævo Caſſiani hinc colligitur quod ipſe quoque eum retulit valde mendoſum lib. 7. de incarnatione Domini cap. 8. *Formavit Deus dominicam incarnationem. Theotoci formam honoremus cum Deo, ſicut unam formam deitatis &c.* Ubi illud monendum, vocem *formavit* videri pertinere ad antecedens membrum orationis, tamquam diceret Neſtorius: *Sed quoniam in adſumto, is qui adſumtus eſt appellatur Deus ex illo qui eum adſumpſit ſive formavit. Dominicam incarnationem, theotoci formam honoremus.* Illud præterea monendum, in codice regio ſcriptum eſſe *theotocon* pro eo quod editiones Caſſiani habent *theotoci*, hincque confirmari eorum ſententiam qui heic apud Caſſia-
A num legi volunt Θεοδόχον. Vide verba Mercatoris infra pag. 69.

Ibid. Τὴν Θεοδόχον ] Ex his verbis, quæ exſtant etiam in epiſtola Cyrilli ad clericos ſuos Conſtantinopoli conſtitutos, quæ vero iſthic omiſit Garnerius, quia locus iſte valde turbulentus eſt in codice Bellovacenſi, ex verbis inquam Cyrilli collegit Garnerius ſermonem iſtum Neſtorii aliqua ex parte deficere apud Mercatorem ac plurima in illo deeſſe. Quod verum non eſt poſtquam nos hunc locum reſtituimus.

Ibid. *Unam* ] Ita veteres libri & Caſſianus. Garnerius maluit *una*, ut legitur infra pag. 107.

Ibid. *Abſconditi judicis* ] Sive occulti, ut legitur infra pag. 69. pro quo Caſſianus vertit *Latentis Dei.*

Ibid. *Contumelias* ] Mentionem hujus ſermonis facit Cyrillus in epiſtola ad clericos ſuos infra pag. 104. ubi refert titulum qui iſthic deeſt.

Ibid. *Infantum apinas* ] In veteribus libris ſcriptum eſt
B *infantum rapinas.* quod quum Garnerius intelligeret eſſe admodum mendoſum, repoſuit *delirantium machinas.* Nobis veram lectionem indicavit R. P. Joannes Commirius e ſocietate Jeſu. Apinas & tricas antiqui dicebant res futiles ac nugatorias, metaphora ducta ab Apina & Trica duabus urbeculis Apuliæ, quas Diomedes delevit. Plinius lib. 3. cap. 11. *Diomedes ibi delevit gentes Moradorum Dardorumque & urbes duas quæ in proverbii ludicrum vertere, Apinam & Tricam.* Martialis lib. 1. epigr. 114.

*Quæcumque luſi juvenis & puer quondam,*
*Apinaſque noſtras.*

Idem lib. 14. epigr. 1.

*Sunt apinæ tricæque & ſi quid vilius iſtis.*

Vide adagia Eraſmi.

Pag 57. *Lauda* ] Ita codex Bellovacenſis. Gerberonius edidit *Accedas*, Garner. *Audi*, qui putat orationem tacito nomine converti ad Proclum.

Pag. 60. *Duarum naturar.* ] Vide infra pag. 66. 68. & quæ
C nos diximus ad caput 13. antiquæ verſionis Concilii Epheſini pag. 431.

Ibid. *Neglig. e. paſſionis* ] Gerberonius edidit *paſſiones.* Garnerius putat legendum eſſe: *Neglectæ enim paſſiones.* Quid ſi legamus *penſionis*, ut continuetur metaphora de debito & exſolutione?

Ibid. *Poſſeſſores* ] Hanc lectionem & heic & paullo poſt præferunt veteres libri, quam confirmare videntur hæc verba pag. 63. *primitias maſſæ ſuæ natura cum poſſediſſet.* Garnerius utrobique repoſuit *profeſſores.*

Pag. 63. *Poteſtatem* ] Garnerius emendavit *poſteritatem*, eamque emendationem ego puto eſſe bonam. Non auſus ſum tamen diſcedere a ſcriptura veterum librorum.

Pag. 65. *Separo naturas* ] Vide infra pag. 205. 207.

Pag. 69. *Secundum futur.* ] Hunc locum eſſe perplexum ac corruptum cenſet Garnerius, & pro *futurum* reponi debere *ſcripturam.* Hæc tamen emendatio videtur non eſſe neceſſaria, quia Mercator reſpicere videtur ad id quod
D paullo ante dixerat, Paullum hunc virum qui viſibilis fuit deſignaſſe judicem eſſe venturum.

Pag. 70. *Si gentilis* ] Quamquam dubium non ſit quin hic locus ſit depravatus, nos tamen maluimus ſic edere quam quidquam mutare abſque certa auctoritate.

Ibid. *Tractatus alius* ] Extemporalem fuiſſe putat Garnerius.

Pag. 71. *Nemo enim qui ſe* ] Caſſianus lib. 7. cap. 2. hunc locum referens ita vertit: *Nemo anteriorem ſe parit.*

Pag. 73. *Epiſcopus* ] Id eſt, Neſtorius. De ſe ipſo enim loqui etiam ſequentia docent.

Ibid. *Exſiſtere* ] Codex Vatic. *præexſiſtere.*

Pag. 74. VIII. *Id Nov.* ] Sic nos emendavimus auctoritatem veterum librorum ſecuti, cum antea legeretur. VII. *Idus.* Quanti autem momenti ſit hæc emendatio dictum eſt in primo tomo novæ collectionis Conciliorum pag. 422. neque ea repeti nunc eſt opus.

Ibid. *Dulce nobis* ] Initium iſtius ſermonis refert infra
E Mercator pag. 164.

Ibid. *Præcedens Doctor* ] Id eſt, is qui ante Neſtorium fecerat ſermonem ad populum.

Pag. 75. *Manichæus* ] Admonet Garnerius locum hunc eſſe corruptum, & Manichæum pro Marcello ſuppoſitum eſſe hinc conſtare quod Manichæus nullibi legatur ita ſenſiſſe de Chriſto atque heic dicitur, ſed carnem Chriſti phantaſticam dixit, & non verum veſtimentum, Marcellus autem Galata, ut eſt a veteribus proditum, deliravit aſſumtam fuiſſe ad tempus a Deo Verbo humanam naturam, quam depoſiturus ſit poſt factum de hominibus judicium. Sane infra pag. 146. Marius noſter diſputans adverſus Neſtorium ait Manichæum non credidiſſe Chriſtum Dei filium fuiſſe verum hominem, ſed phantaſticum: quod etiam colligitur ex iis quæ pag. 178. referuntur ex epiſtola ſancti Athanaſii ad Epictetum.

Ibid. *In ſtupore* ] Garnerius annotatione ſua illuſtrans hunc locum, affert fragmentum quoddam ex annalibus

Baronii in quo ista Nestorius legitur jactasse in Paullum Samosatenum: *Sic pereat Paullus Samosatenus, qui nudam nobis dominicam deliravit humanitatem*. Hinc ergo collegit Garnerius visum esse Baronio codicem Mercatoris Heidelberga allatum in bibliothecam Vaticanam. Sed præterquam quod valde diversa sunt verba relata a Baronio ab illis quæ referuntur a Mercatore, codex ille Palatinus nondum allatus fuerat Romam vivente Baronio.

Pag. 76. *Sagittis aureis* ] Dictum istud putat Garnerius adversus sanctum Cyrillum, quem orientales graviter accusarunt corrupisse muneribus domum imperatoriam, uti pluribus probat idem Garnerius. Qua de re exstat etiam insigne testimonium in synodico adversus tragœdiam Irenæi cap. 41.

Ibid. *Quid in me* ] Hoc membrum videtur esse delendum, cum sit tantum alia versio superioris.

Ibid. *Imperator* ] Theodosius junior.

Ibid. *Reginæ* ] Eudocia uxor Theodosii, & Pulcheria ejusdem soror.

Ibid. *Flavianum* ] Episcopum Antiochenum.

Ibid. *Meletium* ] Episcopum item Antiochenum.

Ibid. *Nectario* ] Episcopo Constantinopolitano.

Ibid. *Joannes* ] Cognomento Chrysostomo Episcopo item Constantinopolitano.

Ibid. *Cineres ador. veneraris* ] Vide num is locus utilis esse possit adversus eos qui negant honorem habendum esse reliquiis sanctorum.

Ibid. *Me episcop. cura* ] Idem Nestorius in epistola ad scholasticum eunuchum Theodosii Imper. testatur se parum curare de episcopali honore, adeoque se illum facillime depositurum, si ea ratione consuli possit confirmationi fidei orthodoxæ. Exstat in synodico adversus tragœdiam Irenæi cap. 16.

Pag. 83. *Subripio* ] Dubium non est quin hæc vox sit corrupta. Verum eam retinuimus, quia habetur in antiquis codicibus. Garnerius reposuit *sub principio*.

Ibid. *Misit Deus filium* ] Vide antiquam versionem Concilii Ephesini pag. 472.

Pag. 85. *Ægyptiis* ] Id est, Alexandrinis. Dictum ergo istud adversus Cyrillum & sequaces ejus.

Pag. 87. *Die dominica* ] Quæ incidit illo anno in diem septimam mensis Decembris, non vero in decimam quartam, ut putavit Garnerius. Vide novam collectionem Conciliorum pag. 422. 689.

Ibid. *Aliis in terra* ] Hic sermo exstat ex alia versione in synodico adversus tragœdiam Irenæi cap. 3. ubi adnotatum est illum dictum esse a Nestorio dum tardius intrasset ad mensas, id est, ad Missas, ad celebranda mysteria, uti dictum est in tomo primo novæ collectionis Conciliorum pag. 689. & 1323.

Ibid. *Constipatione laboratis* ] In synodico, *constricti*. Refertur autem ad impatientiam auditorum.

Ibid. *De his quæ freq.* ] Hæc usque ad hæc verba, *Quæ est autem ista*, non habentur in synodico.

Pag. 89. *sine humanitate* ] Hinc emenda synodicon, ubi legitur *ex parte humanitatis* pro *expertem*.

Ibid. *Quod est gen. De* ] Deesse heic aliquid & sensus ostendit & synodicon. Garnerius recte supplevit. Sed nos ausi non sumus discedere a scriptura veterum exemplarium.

Pag. 90. *Cum eo qui genuit* ] Id est, cum genitore, ut vertit auctor synodici.

Ibid. *Epistola ad Cyrillum* ] Exstat ex alia interpretatione in antiqua versione Concilii Ephesini pag. 408. ubi vide notas nostras. Cur enim isthic eas repeterem?

Ibid. *Prout sum* ] Legendum *prout possum*, ut patet ex eadem antiqua versione Concilii Ephesini, & ex ea quæ exstat in collatione sexta Concilii V.

Pag. 91. *Senex Paullus* ] In Concilio Ephesino, *magnus ille Paullus*.

Ibid. *Absolvam* ] Hinc colligo rescribendum esse in Concilio Ephesino *liberabo* pro *liberato*.

Pag. 95. *Ab his qui* ] Id est, a Philippo Presbytero Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quem depositum esse a Nestorio propter accusationem Manichæismi docet commonitorium sancti Cyrilli datum Possidonio eunti Romam ad Cælestinum Papam editum in nova collectione Conciliorum pag. 379.

Pag. 96. *Garriunt* ] Hanc epistolam ex alia interpretatione reperies in antiqua versione Concilii Ephesini pag. 404.

Pag. 98. *Et humanitatis* ] Hæc, quæ non exstant in codice Bellovacensi, addita sunt ex Vaticano. In Græco textu legitur, *ἑνώσεώς τε καὶ ἀδιαιρετότητος*.

Pag. 101. *Venerabiles* ] Et hæc quoque habetur in antiqua versione Concilii Ephesini pag. 400.

Ibid. *Ad sanctos Monachos* ] Ea Cyrilli epistola exstat in antiqua versione Concilii Ephesini pag. 387. Ejus porro varia fragmenta referuntur infra pag. 227. 230. 249. 260. 266.

A Pag. 104. *Photino* ] Sic veteres libri. Sed procul dubio reponendum est *Photio*.

Ibid. *In contumelias* ] Initium est sermonis qui supra editus est pag. 56.

Pag. 105. *Qui degens præest* ] Nemo est qui non videat heic designari Nestorium.

Ibid. *Aspicio populos* ] Hoc fragmentum, desumtum videlicet ex quaternione tertio Nestorii, reperitur in antiqua versione Concilii Ephesini pag. 477.

Ibid. *Refutabimus* ] Id est, recusabimus. Sic in Concilio Chalcedonensi, pro eo quod vetus interpres loquens de caussa Flaviani Episcopi Constantinopolitani posuit *Appello a te*, Rusticus Diaconus vertit *Refuto te*, uti adnotatum est in nova collectione Conciliorum pag. 1154. Alexander Episcopus Hierapolitanus in synodico adversus tragœdiam Irenæi cap. 156. *Rogo igitur sanctitatem tuam ne refutes sæpius nos ad præsens instigare certamen*.

Pag. 109. *Item Nestorii* ] Garnerius excerpta ista in alium B locum transtulerat, nimirum post sermones Nestorii & post excerpta synodi Ephesinæ. Nos cum videremus ea in antiquis libris subjecta esse litteris sancti Cyrilli ad clericos suos, & ex illis elici possit missa ad eosdem fuisse, ea quoque subjeci iisdem litteris. Vide synodicon adversus tragœdiam Irenæi cap. 6. pag. 694. Exstant porro alia excerpta Nestorii in Concilio Lateranensi Martini Papæ & in actis Concilii sexti.

Pag. 112. *Divinitatis nata* ] Ita omnino veteres libri; pro quo reponendum est *divinitas nata*.

Pag. 114. *Blasphemium* ] Id est, blasphemia. Epistola Episcoporum synodi Sardicensis ad Julium Papam in vetustissimo codice Saxonico bibliothecæ Colbertinæ: *aut certe serpens diabolus blasphemiorum venenum effunderet*. Hilarius Pictaviensis in libro contra Constantium Aug. jam vita functum: *Orientalium in Seleucia synodum reperi, ubi tantum blasphemiorum est quantum Constantio placebat*. Epistola Cælestini Papæ ad Nestorium in antiqua versione Concili C Ephesini pag. 425. *Unde tibi in has quæstiones verba dirigere quas sit blasphemium cogitasse?* Concilium Chalcedonense in decima actione: *pro mole blasphemiorum*. Sic enim legi in codice Parinensi nuper monuimus pro eo quod editiones habent *blasphemiarum*. Concilium Lateranense Martini Papæ actione 4. *non utique pertimescentes blasphemium quo dicitur*. Ita vetus codex Ecclesiæ Bellovacensis, cum editiones habeant, *blasphemiam dum dicitur*. Vide virum eruditissimum Carolum Dufresnium Cangium in annotationibus ad Annam Comnenam pag. 335. & in glossario.

Pag. 115. Cap. XIII. *Spes omnes* ] Totam hanc postremam partem Garnerius rejecerat ad marginem. Nos revocavimus, auctoritatem veterum exemplarium secuti.

Ibid. *Mementote* ] Eadem ferme repetuntur infra p. 118.

Ibid. *Sententiam* ] Vide num bona sit conjectura Garnerii monentis in margine legendum esse *substantiam*.

Pag. 119. *Præfatio Marii* ] Heic necessario monendus est D lector hunc titulum a nobis additum esse, quia inscriptio sequentis operis deerat in antiquis exemplaribus.


Ibid. *Item ejusdem* ] id est, Nestorii, ut verba ipsa clamant.

Ibid. *Depositum* ] Julianum Episcopum Eclanensem.

Ibid. CCLXXIV. *Episcopis* ] Nuper in Notis ad Vincentium Lirinensem pag. 451. observatum est varias esse veterum opiniones de numero Episcoporum qui priori synodo Ephesinæ adversus Nestorium habitæ interfuerunt, illam autem videri veriorem quæ ducentos aut circiter fuisse docet. Contra Marius Mercator & isthic & infra pag. 132. eorum numerum profert multo longius, Episcopos istius synodi scribens fuisse ducentos septuaginta quatuor aut quinque. Hanc sententiam ut veram amplexus est Garnerius: & ut eam confirmet, utitur lectione veteris codicis Græci relata a Labbeo in tomo tertio Conciliorum pag. 573. *ὑπὲρ τοὺς διακοσίους, ὡσεὶ τριακοσίους ἥττω ἢ πλείω.* quem locum sic vertit idem Garnerius: *Sumus hic congre-* E *gati Episcopi ultra ducentos, fere plus minus trecenti*. Sumtus est autem ex epistola Cyrilli Alexandrini ad clerum populumque Alexandrinum, in qua sic reposuerunt editores Romani: *ἡμεῖς δὲ οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι ὡσεὶ διακόσιοι ἥττους ἢ πλείους.* id est. *Episcopi autem qui convenimus, ducenti circiter eramus, plus minus*. Quia vero dissimulare neque poterant neque volebant viri doctissimi editum a Commelino fuisse *ὑπὲρ τοὺς διακοσίους*, omissis vocibus *ἥττους ἢ πλείους*, eam lectionem posuerunt in margine, bonam fidem suam in hoc testati. Destinatum porro fuit Labbeo retinere varias lectiones marginales superiorum editionum; ex eoque factum est incuria typographorum ut lectio marginalis Romanorum, quæ est Commelini, conjuncta sit cum ea quam Labbeus protulit ex codice veteri bibliothecæ Seguierianæ; sicque formatum est illud monstrum lectionis. Hinc ergo deceptus Garnerius, tum in remotam a vulgari opinione sententiam adductus auctoritate Mercatoris, insuperhabitis ac dissimulatis testimoniis Cyrilli

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



& Episcoporum synodi Ephesinæ, *quibus*, ut ait Baronius de hac ipsa re agens, *magis standum esse nemo non dixerit*, testimoniis inquam Episcoporum synodi Ephesinæ, quæ manifeste docent Episcopos qui ei interfuerunt non fuisse ultra ducentos octodecim, insuperhabitis ac dissimulatis, contendit Episcopos ejusdem synodi fuisse fere trecentos contra fidem omnium sæculorum. Scio lectionem illam cui innititur Garnerius reperiri ex parte in duobus codicibus Græcis bibliothecæ regiæ, in quibus pro *ὑπὲρ τοὺς διακοσίους*, quæ est editio Commelini, aut *ὡσεὶ διακόσιοι ἥττους ἢ πλείους*, quo modo edidere Romani, scriptum est *ὡσεὶ διακόσιοι ἥττους ἢ πλείους*. Nihilo tamen minus arbitror illam lectionem esse falsam, quia repugnat omni retro antiquitati, ut Garnerius ipse fatetur, & quia adversatur etiam codicibus Græcis quibus usi sunt Commelinus & editores Romani. Inducta autem est ab iis qui ea exemplaria Concilii Ephesini viderant, in quibus Episcoporum numerus excreverat usque ad trecentos aut circiter, iis nimirum similia quæ in manus Mercatoris venere. Ridicula porro est lectio marginalis quam in editionem Labbeanam intulit incuria typographorum conjungentium lectionem Commelinianam cum nova a Labbeo prolata. Quid enim magis ridiculum censeri potest quam inducere Cyrillum scribentem Episcopos in hac synodo fuisse supra ducentos, id est, fere trecentos plus minus? Nam qui dicit supra ducentos, dicit omnino fere ducentos, ita ut numerus ille non possit multum supergredi numerum ducentorum; sicut Plinius lib. 14. cap. 4. dicens vina quæ facta fuerant L. Opimio Consule natali urbis DCXXXIV. durare adhuc ducentis fere annis, noluit dicere ea durare trecentis fere cum ab anno DCXXXIV. conditæ urbis Romæ usque ad mortem Vespasiani, sub quo scribebat Plinius, intercedant tantum anni CXCIX. ut cuivis notum est. Eodem modo qui dicit *fere trecenti plus minus*, longe post se relinquit numerum ducentesimum, quem certum est comprehendi in trecentesimo. Itaque ut ad id revertamur unde necessario digressi sumus ad inquirendam veritatem, Episcopos synodi Ephesinæ fuisse ducentos tantum aut circiter hinc etiam probari potest quod, ut testatur Baronius, in collectione Cresconiana bibliothecæ Vaticanæ *nominantur & numerantur Episcopi qui Ephesinæ synodo interfuerunt centum nonaginta*, & quod idem numerus reperitur in Græco codice bibliothecæ regiæ a nobis laudato in pagina 508. tomi primi novæ collectionis Conciliorum. Adde quod Marius Mercator cum descripsisset nomina Episcoporum qui sententiam damnationis tulerunt adversus Nestorium, ea colligens in pagina 218. ait CXCIII. fuisse Episcopos qui interfuerunt synodo contra Nestorium, qui tamen CXC. tantum illic reperiuntur. Ex quibus omnibus colligas, ut initio dicebamus, illam sententiam esse veriorem quæ putat Episcopos Ephesini Concilii fuisse ducentos aut circiter.

Pag. 121. *Indoloræ* ] Veteres libri habent *in dolore*. Sane in Bellovacensi scriptum est *indolorie*, sed littera *i* expuncta est antiquitus. Indoloriam reperimus apud Sidonium in præfatione epithalamii Polemio & Araneolæ dicti, qui verbum Ciceronis esse ait. Vide ibi Sirmondum & Savaronem.

Pag. 122. *Votivum* ] Id est, optabile, ut mox dicitur.

Ibid. *Simulatice* ] Vatic. *simulate*.

Pag. 124. *Ejusdem in Adam* ] Hic sermo tributus olim fuit Chrysostomo, dubiumque postea fuit cujus esset. Tandem Mercator docuit nos verum illius auctorem. Putat autem Garnerius eum in Ecclesia adfuisse cum diceretur a Nestorio. Quod ubi invenerit nondum potui divinare. Græca porro exstant in editione Savilii to. 7. pag. 301.

Pag. 126. *Inretire* ] Garnerius ediderat *irritare*, quia in libro Bellovacensi scriptum est *inritare*. Nos reposuimus *inretire*, quia in Vaticano legitur *inritire*. Nemo autem non videt editionem nostram esse meliorem.

Pag. 129. *Temporum* ] Ita codex Vaticanus. In Bellovacensi scriptum est *tempore*.

Pag. 132. *Exemplum Commonitorii* ] Editum est primo a clarissimo viro Philippo Labbeo in tomo secundo Conciliorum pag. 1512. dein ab eruditissimo viro Henrico de Noris lib. 2. historiæ Pelagianæ cap. 6. postea vero cum reliquis operibus Marii Mercatoris a R. P. Garnerio.

Ibid. *Ante viginti* ] Ita nos reposuimus, secuti auctoritatem veterum librorum & exemplum duorum priorum editorum. Garnerius existimavit mutandum esse ordinem horum verborum, & ita edidit: *discipulus & auditor Pelagii ante viginti plus minus annos egressus*.

Ibid. *Paullino Diac.* ] qui vitam sancti Ambrosii scripsit, ut isthic notat Garnerius.

Ibid. *Habemus in manib.* ] Infra pag. 139. *quorum scriptorum exemplaria habemus in manibus*.

Pag. 133. *Septem paribus* ] Labbeus edidit *exemplaribus*. Ita etiam Garnerius, qui præterea sic locum interpolavit ut ederet: *De quibus omnibus capitulis, ut constat ex suprascriptis exemplaribus*. Norisius retinuit lectionem libri Vaticani, nisi quod pro *septem paribus* scripsit *insertis partibus*. Nos secuti sumus consensum veterum librorum. Fieri autem potest ut septem paria gesta dixerit Mercator eo modo quo veteres dixerunt Nilum septemgeminum & septemplicem, statuam septempedalem, clypeum septemplicem, & Istrum item septemplicem.

Pag. 135. *Vastat. ur. Ro.* ] Infra pag. 138. *Post Romanæ urbis vastationem in Palæstina degebat Pelagius*. Agitur de vastatione urbis quæ contigit sub Alarico Rege Gothorum anno Christi CCCCX.

Pag. 136. *Non peccaverunt* ] Ita codex Bellovacensis. At Vaticanus & superiores editiones habent *prævaricaverunt*. Sed nos prætulimus lectionem libri Bellovacensis, quia ei convenit cum vulgata versione loci istius Paullini.

Pag. 137. *Aliter* ] Garnerius edidit *acriter*. Sed apud Augustinum lib. 3. de peccator. merit. & remiss. cap. 2. & in Prædestinato, qui hauddubie accepit ex Augustino, legitur: *Hi qui contra traducem veniunt, ita illam impugnare conantur*. Quod evincit meliorem esse lectionem quam nos protulimus ex codicibus Mercatoris.

Ibid. *Unum imputet* ] Sic edidit Henricus de Noris, ut est etiam in libris antiquis. Labbeus & Garnerius reposuerunt, *non imputet*. Veterum librorum lectionem confirmat Augustinus epist. 157. ad Optatum, ubi referens hæc verba Pelagii sic scribit: *quia nulla ratione conceditur ut Deus, qui propria peccata dimittit, unum imputet alienum*.

Ibid. *Peccatum orig.* ] Augustinus lib. 2. de peccat. merit. & remiss. cap. 9. referens hunc locum, pro his verbis ponit *reatus originalis*.

Pag. 138. *Tractoria* ] Cujus fragmentum exstat in epistola illa Augustini ad Optatum, ut illic recte monuerunt qui nuper epistolas ejus meliore luce donarunt.

Ibid. *Imperialib. legib.* ] Honorii nimirum, ut docet Possidius in vita sancti Augustini cap. 18.

Ibid. *Studiosis episcopis* ] Erote & Lazaro Episcopis secundæ Narbonensis. Vide illustrissimum virum Petrum de Marca in dissertatione de veteribus collectionibus canonum cap. 14. pag. 329.

Pag. 140. *Livaniam* ] Id est, Julianam, ut recte interpretatur Labbeus. Vide quæ de hoc argumento dicta sunt nuper in tomo primo novæ collectionis Conciliorum pag. 361.

Ibid. *Simili ætate* ] Ita omnino veteres libri. Sed omnes editiones habent *simili & æquali*, ex conjectura tantum. Viderunt enim viri doctissimi locum esse mendosum, uti vere mendosus est. Nos arbitrati sumus retinendam esse veterem lectionem, cum fieri possit ut vocabulum *similietas* ita olim effictum sit sicut efficta sunt ista, *filietas*, *esurietas*, *nimietas*, & similia. *Similietate* tamen heic videretur scribendum, licet repugnantibus antiquis exemplaribus, quo modo scribendum est *filietas*, licet alicubi in codice Vaticano scriptum sit *filiætatis*.

Pag. 142. *Dicunt* ] Ita veteres libri & editio Labbeana. Garnerius tamen legisse se credidit *dicent* in codice Bellovacensi, & Labbeum reprehendens, qui putaverat his verbis intelligi sanctum Augustinum hostem Pelagianorum acerrimum, hac falsa lectione codicis Bellovacensis utitur ut ostendat hæc verba Mercatoris nullum spectare determinate, sed indeterminate quem Pelagiani dicent a sensu catholico deviare.

Ibid. *In supernis* ] Id est, *superius*, ut ediderunt Labbeus & Garnerius. Sic Franciscus Turrianus vocem *ἄνωθεν* vertit *de supernis* in fragmento Paulli Samosatensis seu potius Diodori Tarsensis, quod exstat apud Leontium Byzantium in libro tertio adversus Nestorianos.

Pag. 146. *Pigmentum* ] Ita veteres libri. Sed Garnerius edidit *figmentum*, quod verius videtur. Ferri tamen potest lectio quam vetera exemplaria exhibent.

Pag. 150. *Recelare* ] Id est, imitari, ni fallor. Eam enim struthionum stoliditatem esse ait Plinius lib. 10. cap. 1. ut *in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice occultaverint, latere se existiment*. Omisit autem hanc vocem in sua editione Garnerius.

Pag. 152. *Miserandas* ] Ita veteres libri. Sed profecto legendum est *mirandas*.

Pag. 154. *Et subjungit* ] Ista & quæ sequuntur usque ad contradictionem Mercatoris delevit Garnerius, tamen etsi in antiquis libris exstent & in vulgatis editionibus sancti Cyrilli, quia non pertinent, ut ille ait, ad contradictionem anathematismi catholici, nec eodem modo concepta sunt quo priora, nec subjectam habent solennem formulam *anathema sit*, nec tandem eorum ullam facit mentionem catholicus contradictor.

Pag. 159. *Sign. Asteriscor* ] Solebant veteres, quod & hodie quoque fit, quibusdam notis signare loca singularia in libris suis; ut plurimum vero astericis utebantur, ut iis planum est qui libros manu exaratos tractant. Vidi etiam labyrinthos notarum istiusmodi locum tenentes. Unde infra pag. 164. *signa labyrinthorum apposita lector inveniet*.

Ibid. *Orricum* ] Garnerius reposuit *hæreticum*. Quid si legamus *horridum*, ut infra pag. 252. *si non videtur horridum menti ipsorum*.

Pag. 164. *Quartam in Trinit.* ] Vide Cassianum lib. 6. de Incarnat. cap. 16. & præfationem nostram ad Concilium Chalcedonense cap. 25.

Pag. 166. Πρακτικὸν ] Incuria correctorum factum est ut editio Garnerii retineretur, cum in antiquis exemplaribus habeatur ζωαστικόν. Fortassis legendum ζωτικόν, ut Verbum Dei dicatur prolativum, vivificum, & potestatis effectivum.

Ibid. *Ejus priores* ] Id est, antecessores: Garnerius reposuit *participes*.

Pag. 171. *Synodus Ephesiana* ] Hanc partem lucubrationum Marii Mercatoris omiserat Garnerius, quamvis inter eas exstet in utroque exemplari.

Pag. 174. *Mundana* ] Id est, universali, ex universo mundo congregata, uti dictum est in nova collectione Conciliorum pag. 621.

Pag. 176. *Athanasii* ] Præter codices Vaticanum & Bellovacensem, quibus usi sumus in emendandis Marii Mercatoris operibus, aliud horum testimoniorum exemplar vetus reperi in codice 1868. bibliothecæ Colbertinæ.

Ibid. *Arrianos* ] Colbert. *Arrium*.

Pag. 177. *In semet* ] Idem codex, *in semet ipsum*.

Ibid. *Fieremus* ] Idem codex, *fieremur*.

Ibid. *Sed nostra* ] Secuti heic sumus auctoritatem libri Bellovacensis. Vaticanus habet, *sed nostram generationem*. Colbertinus, *sed juxta nostram generationem*.

Ibid. *Ex terra* ] Ita codices Vatic. & Colbertinus. Bellovacensis habet *præterita*.

Ibid. *Ac nos magis* ] Certum est heic legi debere *non*. Retinuimus tamen falsam lectionem, quia eam constanter præferunt omnia vetera exemplaria.

Ibid. *Et alium* ] Colbert. *non alium*. Sed hæc lectio bona non est.

Pag. 178. *Docesin* ] Servavit Mercator vocem Græcam. Δόκησις opinionem significat. Male in codice Colbertino *diocesim*.

Ibid. *Aliter vero* ] Colbert. *& unus homo naturalis adsumtus a Deo*. Vide infra pag. 240.

Ibid. *Maximinum* ] Ita codices Vaticanus & Bellovacensis. Colbertinus habet *Maximum*. Quo etiam modo scriptum est in textu Græco & in veteri versione Concilii Ephesini.

Pag. 179. *Somno* ] Translative istud dictum est pro concubitu. Sic Salomon *Sapient.* 7. ait se coagulatum esse *in sanguine ex semine hominis & delectamento somni conveniente*.

Pag. 180. *Quodque* ] Ita vetera exemplaria Vaticanum & Colbertinum, nisi quod *quoque* legunt pro *quodque*. Bellovacense habet, *Dei quoque filius &c.* Quæ lectio bona non est.

Pag. 181. *In mea* ] Colbert. *in ejus*.

Pag. 182. THEOCTONOS ] Id est, Dei interfectores, ut explicat vetus interpres Concilii Ephesini.

Pag. 183. NAPERPAPOT ] Ita codex Bellovacensis. Vaticanus habet ΠΑΡΕΓΡΑΠΡΟΣ. Vetus versio Concilii Ephesini, *parengraphtos*, *id est*, *inscriptos*. Textus Græcus, παρεγράφτας: quod Peltanus vertit *adscriptitios*, vetus interpres synodi Chalcedonensis *fictos*.

Ibid. *Latitudo* ] Infra pag. 271. *altitudo*.

Ibid. *Penset, at* ] Legendum videtur, *pensat &*.

Pag. 184. *Hodie Christus* ] Vide infra pag 239.

Pag. 186. *Actio* ] Hunc titulum nos addidimus. Nullus enim extat in antiquis exemplaribus.

Ibid. *Juxta* ] In iisdem libris legitur *Jus*, mendose. Hinc nos effecimus *Juxta*.

Pag. 189. *Et in vitam* ] Ita codex Vaticanus Bellovac. *& vitam*. Vide antiquam versionem Concilii Ephesini pag. 531.

Ibid. *Symbolum Nestor.* ] A Theodoro Mopsuesteno compositum, ut legitur supra pag. 41. & in collactione 4. & 5. Concilii quinti. Vide Facundum lib. 3. cap. 2. & 5.

Pag. 194 *Disphiladelpheus* ] Ita vetera exemplaria Marii Mercatoris & heic & paullo post. Editiones Græcæ & Latinæ habent simpliciter *Philadelphius*: quibus consentiunt manuscripti codices bibliothecæ regiæ & vetera exemplaria antiquæ versionis Concilii Ephesini. At in antiqua Concilii Chalcedonensis interpretatione Latina & heic & paullo post legitur *secundæ Philadelphiæ*: quod ostendit istam lectionem Marii Mercatoris esse antiquam. Vide tomo primo novæ collectionis Conciliorum pag. 1137. & sequentibus. Hæc Philadelphia fuit in Lydia. Alterius, quæ fuit in Arabia, meminit Ammianus Marcellinus lib. 14.

Pag. 195. *Euprepii* ] Hanc lectionem confirmant codices manuscripti antiquæ versionis Concilii Ephesini. Verum in Græcis exemplaribus & in Concilio Chalcedonensi legitur *Eutropii*.

Ibid. *Cerdalibeli* ] Hæc est lectio veterum exemplarium Marii Mercatoris. Vetus versio Concilii Ephesini *Cerdali* simpliciter. In Chalcedonensi, *& Danibeli*. Editiones habent *Cerdanepii*.

Pag. 196. *Disphiladelph.* ] In Græco est διὰ φιλαδέλφου. quod editores Romani verterunt, *per Philadelphum*: male Concilium Chalcedonense heic quoque habet *secundæ Philadelphiæ*, itemque in subscriptione Juliani infra pag. 199.

Pag. 198 *Galliopistri* ] Sic habent vetera exemplaria Marii Mercatoris. In Concilio Chalcedonensi legitur *Syrum Caliopium*. Sic etiam in Græco pag. 652. novæ collectionis Conciliorum.

Ibid. *Nauta* ] Hæc est lectio codicum Mercatoris & veteris interpretis Concilii Ephesini. At in Concilio Chalced. *Navatianus*, in Græco Ναυατιανός.

Ibid. *Omnem hæresim* ] In Concilio Chalcedonensi additur, *præcipue autem Novatianorum. Et consentio cum omni domo mea præscriptæ expositioni catholicæ fidei. Et jurans venerabili sacramento sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam Dominorum Imperatorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum augustorum, si autem aliquid horum prævaricatus fuero, subjacere me cum omni domo mea legum severitati. Et perlecta mihi expositione, & complacens, subscripsi manu mea*. Quo loco Rusticus Diacon. p. 1140. adnotat hanc additionem non haberi in codicibus Græcis, in quibus etiamnum hæc tantum habentur quæ versa sunt a Mercatore. Vide novam collectionem Conciliorum pag. 652.

Pag. 199. *Ægrotans* ] In Greco legitur ἀρεσθεὶς in Concilio Chalcedonensi *complacens*, quod videtur melius.

Ibid. *Eutychius* ] In eodem Concilio. *Eutychius Chorepiscopus Aulacæ, princeps Quartodecimanorum hæreseos*.

Ibid. *Episc. Jacobum* ] Ibid. *Chorepiscopum*.

Pag. 200. *Poeta* ] Ita codices Marii Mercatoris, nisi quod Vaticanus habet *poetha*. In Græco est ποθε, nullo sensu. Ex ea tamen aut simili lectione orta est vox quam exhibent exemplaria Mercatoris. In antiqua versione Concilii Ephesini pag. 535. *Pithatæ*. Codex Justelli a Labbeo citatus in margine pag. 688. tomi tertii Conciliorum, *potia*. Auctor antiquæ versionis Concilii Chalcedonensis utebatur codice in quo nihil istiusmodi exstabat. Forte legendum est περιοδεύτης. De qua voce vide Marcam lib. 2. de concordia cap. 13. extremo.

Pag. 202. *Conceperit* ] Secuti heic sumus exemplar Bellovacense. Nam in Vaticano legitur *peperit*. In Concilio Chalcedonensi & in versione Peltani *suscepit*.

Ibid. *Creatura* ] Ita etiam paullo post. Sed in hoc loco codex Vaticanus habet *aut filius*.

Pag. 204. *Audi utraque* ] Ita nos emendavimus ope Græci textus & antiquæ versionis Concilii Ephesini. Nam in exemplaribus Marii Mercatoris legitur *Auditumque*. In Concilio Chalcedonensi: *Audi itaque*. Vide novam collectionem Conciliorum pag. 1143.

Pag. 205. *Omnium* ] Quamvis legendum heic esse *nominum* moneant textus Græcus & antiqua versio Concilii Ephesini, nihil mutare voluimus, quia hæc lectio constans est in duobus exemplaribus Marii Mercatoris & in codice Juliano versionis antiquæ Concilii Chalcedonensis.

Ibid. *Filietatis* ] Hic locus est mutilus. Vide antiquam versionem Concilii Ephesini pag. 474.

Pag. 206. *Inconfusam* ] Alius Nestorii locus huic similis exstat in actione quinta Concilii Lateranensis sub Martino Papa, ubi dicitur sumtus *ex libro secundo quem scripsit Epiphanius Myeseos*, & in actione item quarta Concilii sexti œcumenici, ubi veteres editiones ante Romanam habent *Epiphanius Myseus*. Hæc lectio initium sumsit in editione Merlini, qui cum in veteri libro Bellovacensis Ecclesiæ, quo is, ut reor, utebatur, legisset *epifans mq; es eos*, careretque Græco textu, lectionem consarcinavit quam veteres editiones exhibent. Romani pro *quem scripsit Epiphanius Myseus* reposuerunt *quem inscripsit præclaram initiationem*. Ex textu porro Græco Concilii sexti emendari potest Græcus textus Concilii Lateranensis.

Pag. 209. *Ex quaternione* ] Ita tantum in antiquis exemplaribus Marii Mercatoris. Recte tamen heic quartum numerum addidit Garnerius, cum & in Græco textu reperiatur & in antiquis versionibus Conciliorum Ephesini & Chalcedonensis.

Ibid. *Sed ad procimenum* ] Id est, ad propositum, ut est in iisdem antiquis versionibus. Infra pag. 234. *ut ad propositum redeamus*. Vide to. 1. novæ collectionis Conciliorum pag. 1146.

Pag. 210. *Ex quaternione* ] Deest in codicibus Mercatoris numerus istius quaternionis. Garnerius addidit numerum XXIII. quia secutus est textum Græcum. Vide quæ dicta a nobis sunt ad antiquam versionem Concilii Ephesini pag. 477.

Ibid. *Theognosia* ] Θεογνωσίας. quod vetus interpres synodi Ephesinæ vertit *pietatis dogma*, vetus interpres Concilii Chalcedon. *divinæ scientiæ*.

Pag. 211. *Ecce hic* ] Hæc verba sunt Petri presbyteri

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

Alexandrini, ideoque divellenda fuerunt a ſuperioribus. Vide antiquam verſionem Concilii Epheſini pag. 477.

Pag. 217. *Per notarium* ] Hæc non exſtant in hoc loco in codice Bellovacenſi Mercatoris, ſed in ſubſcriptione Euthitii. Itaque codicem Vaticanum ſecuti ſumus, cui convenit cum antiquis verſionibus Conciliorum Epheſini & Chalcedonenſis.

Pag. 218. *Theodolus* ] Heic nonnulla exciderunt veteribus librariis, quæ ſic reponenda ſunt.

Theodolus Epiſcopus Eluſæ ſubſcripſi.

Theodorus Epiſcopus Ariddelon ſubſcripſi.

Ibid. *Theodorus* ] Superflue heic repetitur ſubſcriptio iſtius Epiſcopi, cum jam paullo ante commemorata ſit: quod eveniſſe arbitror illius cura qui animadvertebat illius nomen deeſſe in hoc loco.

Pag. 219. *Quidam* ] Id eſt, Andreas Epiſcopus Samoſatenus & Theodoretus Cyrenſis, ut docet Cyrilli commonitorium datum Eulogio Presbytero. Iſte Cyrilli apologeticus eſt adverſus reprehenſiones Andreæ. Alio dein libro reſpondit Theodoreto infra pag. 273. De his porro reprehenſionibus Andreæ vide quæ nos nuper diximus in tomo primo novæ collectionis Conciliorum pag. 748.

Pag. 226. *Ad Epictetum* ] Vide ibid. pag. 466. 596. 599. 606. 757. 922.

Ibid. *Iconii epiſcopi* ] Id eſt, Amphilochii Epiſcopi Iconienſis. Vide ibid. pag. 471.

Pag. 236. *Quid igitur ita anat.* ] Ita veteres libri. Sed in Bellovacenſi præterea additum eſt quaſi pro titulo: *Anathematiſmus quintus*. Verum nullus titulus apponendus eſt, cum non ſequatur reprehenſio hæretici.

Pag. 240. *Anath. ſeptim.* ] Prætermiſſus ergo eſt ſextus.

Pag. 244. *Primo tomo* ] Id eſt, in homilia paſchali 17. quæ primus tomus Cyrilli nuncupatur etiam infra pag. 260. & 261. Sed tamen infra pag. 249. & 266. primus tomus refertur ad epiſtolam quam idem Cyrillus ſcripſit ad monachos Ægypti adverſus Neſtorium. Fatendum nihilominus eſt eam vocari ſecundum tomum in pag. 260.

Pag. 259. *Sanctorum* ] Si ſequi liceret lectionem quam Græcus textus habet, legendum eſſet iſthic *ſanctorum angelorum*. Et ſane probabile eſt vocem *angelorum* excidiſſe veteri librario.

Pag. 265. *Quæ & inexquiſita* ] Vaticanus codex mutilus eſt in hoc loco. Bellovacenſis habet *quæro & inexquiſita* Garnerius edidit *quæ unice & inexquiſita* propter Græca ex quibus iſta Latina emanarunt. μόνῳ καὶ ἀζητήτῳ.

Pag. 272. *Majeſtati improbare* ] Dubium non eſt quin legendum ſit *majeſtatis vim probare*. Supra pag. 183. *virtutis ipſius eminentiam probare*.

Pag. 273. ENOPTIO ] Epiſcopo Ptolemaidis, cujus mentio ſupra pag. 173. & 216. Porro iſtud opuſculum Cyrilli ex alia verſione editum eſt anno MDCXXVIII. in libro cui titulus *Antidotum adverſus hæreſes*.

Pag. 274. *Carioſas* ] Ita Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum dixit *pene jam carioſis artubus*. Porro iſthic legi debere *carioſas*, non *curioſas*, ut eſt apud Garnerium, patet etiam ex alia verſione, ubi legitur *veteres fabulas*.

Ibid. *Poſt alia* ] Garnerius putans hæc verba eſſe Cyrilli, ea ab hoc loco tranſtulit ante anathematiſmum primum, & initium verborum Theodoreti ita poſuit: *At nos, qui evangelicam traditionem ſequimur*. Nos illa reduximus in locum quem occupant in antiquis exemplaribus. Certum eſt enim eſſe Theodoreti, non ſolum quia in codicibus Mercatoris dicuntur ejus eſſe, ſed etiam quia eodem loco ponuntur in antiqua illa verſione cujus ſupra fecimus mentionem, & quia Græce etiam eodem ordine reperiuntur tomo quarto operum Theodoreti pag. 706. Quod autem Garnerium impulit ad hanc mutationem, iſtud eſt, ut opinor, quod cum videret verba priora Theodoreti pendere ex aliis, & in procemio Cyrilli mentionem fieri verborum Theodoreti de malo diſcordiæ, putavit verba illa conjungenda eſſe cum verbis Cyrilli. Verum ſi animadvertiſſet nonnulla heic deeſſe ex præfatione Theodoreti, quæ exſtant in Græco textu & in antiqua illa verſione, feciſſet Garnerius quod nos fecimus, id eſt, verba ejus non moviſſet ab eo loco quem occupant in codicibus Mercatoris.

Pag. 276. *Apparet igitur* ] Hoc fragmentum refertur ex alia verſione in collatione quinta Concilii V.

Ibid. *Virginem ſanctam* ] Hanc partem ex iſta verſione deſcripſit Pelagius II. in epiſtola tertia ad Epiſcopos Iſtriæ.

Ibid. *Qui ipſum formav.* ] In epiſtola Pelagii, *quem ipſe formavit*. In veteri verſione ſupra laudata, *qui finxit eum*.

Pag. 281. *Unum quidem* ] Iſta habentur ex alia verſione in collatione quinta Concilii V.

Pag. 282. *Barbarus* ] Hæc vox non reſpondet voci Græcæ γεννάδας, qua heic uſus eſt Cyrillus; eamque ob cauſſam Garnerius addidit vocem *generoſus* & ita legit: *Ecce iterum generoſus iſte barbarus*. Verum aut *generoſus* ſimpliciter legendum eſt aut *barbarus*. Videtur autem Marius Mer-

A cator accepiſſe hæc verba Cyrilli tamquam ironica, & ideo vertiſſe vocem γεννάδας per vocem *barbarus*, ſicut infra pag. 288. pro eo quod apud Cyrillum ſcriptum eſt ὁ θρασὺς, quod iſthic vertere debuerat *audax* aut *temerarius*, poſuit *ſtrenuus* quod eſt laudis potius quam vituperii. Iſthic pro *barbarus* vetus illa verſio cujus ante meminimus habet *fortis*.

Pag. 284. *Si naturalis* ] Segmentum iſtud refertur in epiſtola Pelagii II. ſupra laudata.

Ibid. *Dei & formæ* ] Et hæc quoque exſtant in eadem epiſtola. Ex quo colligas recte illa revocata eſſe ex codicibus Mercatoris. Exciderant enim in editione Garnerii.

Pag. 289. *Evitat* ] Hæc eſt lectio codicis Vaticani. Bellovacenſis habet *cudat*. Vetus verſio Antidoti, *feſtinat*.

Pag. 290. *Deus Deus meus* ] Iſta quoque exſtant ex alia verſione in collatione quinta Concilii V.

Ibid. *Cui eſuritionem* ] In Concilio V. legitur: *Cui eſuritionem & ſitim applicemus*. Vetus verſio Antidoti: *Cui*
B *eſuriem & ſitim adplicabimus*: quod eſſe melius oſtendunt verba Græca.

Pag. 291. *Ergo non Dei Verbi* ] Et iſtud quoque habetur in eodem Concilio.

Pag. 297. *Nomine communicat.* ] Iſta habentur in eadem epiſtola Pelagii II.

Ibid. Et θεοφόρον ] Videntur deeſſe hoc loco nonnulla quæ exſtant in epiſtola illa Pelagii, ubi ſic legitur: *Theophoron autem dicere portans vel Deum indutus hominem Chriſtum, ut a multis ſanctis patribus dictum eſt, non recuſamus*. Verum in antiqua verſione Antidoti eodem fere modo legitur quo apud Mercatorem.

Pag. 308. *Ipſius veh. incultis* ] In codice Bellovacenſi legitur, *ipſius eſt prædixit aliis ne igitur eſt Chriſtus ſecundum carnem vehementer incultis*. Quæ neſcio unde huc translata ſint ſi non huc migrarunt ex iis quæ leguntur in pagina ſequenti.

C Pag. 311. *Quis igitur virtutis* ] Hæc pars habetur ex alia verſione in collatione quinta Concilii V.

Pag. 312. *Conſiderate, inquit* ] In epiſtola Pelagii II. *Conſiderate, inquit Apoſtolus, pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum fidelem ei qui fecit illum &c.*

Ibid. *Deum Verbum* ] In epiſtola Pelagii, *& Deum verum*. Sic enim legitur in codice Colbertino, ex quo edita eſt, pro eo quod editiones habent *& addam verum*. Verum in verſione Antidoti legitur *Deum Verbum*. Sic etiam textus Græcus.

Ibid. *Offerens* ] In epiſtola Pelagii, *obtulit*.

Ibid. *Petulcum* ] Codex Vatic. *petulans*.

Pag. 314. *Et qui fuit* ] Codex Bellovac. *Et qui fiat*.

Pag. 315. *Conſpiceret* ] Ita veteres libri. pro quo Garnerius repoſuit *cohiberet*: quod fortaſſis eſt melius. In Græco enim legitur περιστείλῃ. Antiqua verſio Antidoti, *ut ſuam conſtringeret lacrymam*.

Ibid. *Arrigere* ] Sic Vaticanus. At in Bellovacenſi ſcri-
D ptum eſt *intendere*, in antiqua verſione Antidoti *adſurgere*.

Pag. 324. *Alexan. civ. antiſtitem* ] Hæc addita ſunt ex codicibus manuſcriptis & ex epiſtola tertia Pelagii II. ad Epiſcopos Iſtriæ.

Ibid. *Declamarentur* ] Ego non dubito quin vera ſit emendatio Garnerii, qui *declarentur* heic ſcripſit. Sed cum omnes libri conſentiant in editionem noſtram, ab eorum auctoritate noluimus diſcedere.

Peg. 325. *Sed & Gabriel* ] Græcum textum hujus loci edidit Garnerius in auctario operum Theodoreti pag. 41. ubi adnotat hunc locum pertinere ad librum ſecundum pentalogii.

Pag. 326. *Spiritus ſanc.* ] Hunc quoque locum reperies in epiſtola tertia Pelagii II. ad Epiſcopos Iſtriæ.

Ibid. *Non itaque Deum* ] Garnerius in auctario Theodoreti pag. 42. iſta edidit conſequenter, cum tamen Mercator doceat aliqua interjecta fuiſſe inter hoc fragmentum & illud quod præceſſit.

E Pag. 327. *Cum inveneris* ] Et iſtius quoque ſegmenti Græcum textum dedit Garnerius in auctario Theodoreti pag. 49.

Ibid. *Jeſus autem* ] Sic repoſuimus ex veteribus libris, cum Garnerius edidiſſet *Dominus autem*. Hanc emendationem confirmat etiam epiſtola Pelagii II.

Ibid. *Apoſtolus* ] Petrus in capite decimo Actorum.

Pag. 328. *Nazardit et* ] Hæc addita ſunt ex codicibus antiquis. Legendum autem videtur, *commemorans Nazaræi unctionem &c.* Reſpicit enim omnino ad caput decimum actorum apoſtolicorum.

Ibid. *Jeſus Chr. heri* ] Hunc locum refert integrum Pelagius II. in epiſtola mox laudata.

Pag. 329. *Item ejuſdem* ] Integrum hunc locum, qui eſt magni momenti, deſcripſimus ex codice Vaticano. Non exſtat enim in Bellovac. neque in editione Garnerii.

Pag. 330. *Loco requiſitos* ] Ita codex Vaticanus. Bellovac. *loconquiſitos*.

Ibid. *Livore* ] Garnerius ediderat *timore*. Nos repoſuimus

lectionem veterum librorum, quam confirmant verba Theodoreti quæ ſequuntur paullo poſt : *Tantum valuit invidia.* Item idem infra pag. 339. *mortua eſt invidia, & conſepulta illi eſt hæreſis.*

Pag. 331. *Naturas diſcern.* ] Hunc locum deſcripſit Pelagius II. in epiſtola toties laudata.

Ibid. *Hæc Apollinaris* ] Græcum textum hujus loci edidit Garnerius in auctario Theodoreti pag. 47.

Pag. 332. *Convenienter* ] Hujus quoque loci Græcum textum dedit Garnerius ibidem.

Pag. 333. *Neſtorio in exſilio* ] Putat Garnerius iſtud eſſe intelligendum de ſeceſſu ejus in monaſterium ſancti Euprepii juxta Antiochiam. Verum iſte ſeceſſus nullibi vocatur exſilium, & proclivius eſt exiſtimare hanc epiſtolam a Theodoreto ſcriptam eſſe quum Neſtorius deportatus fuiſſet in Oaſim. Vide quæ a nobis dicta de eo argumento ſunt ad caput 24. ſynodici adverſus tragœdiam Irenæi.

Ibid. *Domino meo* ] Hæc epiſtola exſtat ex alia verſione in eodem ſynodico cap. 120. & ex alia rurſum in collatione quinta Concilii V. ubi dicitur ſcripta poſt unitatem inter orientales & ſanctiſſimum Cyrillum factam.

Pag. 334. *His autem quæ* ] Pelagius II. in epiſtola toties laudata ad Epiſcopos Iſtriæ refert hoc fragmentum.

Ibid. *Chamæleontas* ] In Concilio V. *verſipelliones.*

Pag. 335. *Ejuſdem Theodoreti* ] Garnerius heic ex conjectura cenſuit hanc epiſtolam ſcriptam eſſe ad Andream monachum Conſtantinopolitanum, in auctario vero operum Theodoreti pag. *96.* iſtud poſuit tamquam rem certam. Illud certum eſt, ſcriptam eſſe ad Conſtantinopolitanos pro conſolatione Neſtorianorum, ſicut pro eorumdem conſolatione illas ad ipſos ſcripſit quæ exſtant in ſynodico adverſus tragœdiam Irenæi cap. 40. 47.

Pag. 336. *Andreæ Samoſat.* ] Hæc epiſtola habetur integra in ſynodico cap. 16. pag. *766.*

Ibid. *Magiſterianum* ] Maximum, de quo vide cap. 55. 76. & 106. ejuſdem ſynodici.

Ibid. *Item ejuſdem* ] Hunc titulum addidimus ex codice Vaticano, cum deeſſet in editione Garnerii. Exſtat quidem in Bellovacenſi, ſed mutilus, ideoque omiſſus a Garnerio. Pelagius II. in epiſtola cujus paullo ante fecimus mentionem : *Ad Alexandrum vero Syriæ Palæſtinarum præſulem ſcribens ait : Exiſtimo &c.* Epiſtola autem iſta Theodoreti ad Alexandrum exſtat integra in ſynodico ſupra laudato cap. *66.* pag. 769.

Ibid. *Exiſtimo* ] Hoc fragmentum non eſt ex epiſtola ad Andream Samoſatenum, ut putavit Garnerius, ſed ex epiſtola ad Alexandrum Hierapolitanum, uti jam oſtenſum eſt. Quare in auctario Theodoreti pag. 97. disjungendum eſt ab epiſtola ad Andream.

Pag. 337. *Præbere conſenſ.* ] Garnerius videns hunc locum eſſe mutilum, ſic illum interpolavit : *præbere conſenſum, nec violare communem promiſſionem quæ in Tarſo &c.* Verum ex citata Pelagii epiſtola apparet nihil aliud illic olim fuiſſe in libris Marii Mercatoris quam quæ etiamnum a nobis leguntur. Certum ſane eſt nonnulla deeſſe in hoc loco, quæ ſupplenda & emendanda ſunt ex ſynodico ita : *præbere conſenſum, quia memor eſt eorum quæ in Tarſo & Calcedone & Epheſo facta ſunt.*

Ibid. *Intentionem* ] Epiſtola ex qua ſumtum eſt hoc fragmentum exſtat in ſynodico cap. 71. pag. 773.

Ibid. *Sanctitas veſtra* ] In ſynodico, *ſanctitas tua.* Probat hic locus veram eſſe lectionem veterum codicum Mercatoris.

Ibid. *Damnationi* ] Citat hunc locum Pelagius II. in eadem epiſtola ad Epiſcopos Iſtriæ.

Ibid. *Morti tradere* ] Id eſt, deponere. Vide in nova collectione Conciliorum pag. 886. 899. 1081. 1307.

Pag. 338. *Habito conſilio* ] In ſynodico editum eſt *concilio.*

Ibid. *Ejuſd. Theodoreti* ] Heic locus vacuus relictus eſt in codice Bellovacenſi, ſervatus videlicet ad ſcribendum titulum. Hinc factum ut Garnerius fragmentum iſtud exiſtimaverit eſſe ex epiſtola ad Himerium : quod judicium ſecutum eſſe miror Chriſtianum Lupum, qui ex capite 99. ſynodici & ex epiſtola tertia Pelagii II. ad Epiſcopos Iſtriæ facile colligere poterat hallucinationem Garnerii. Quare emendandus eſt locus iſte in auctario Theodoreti pag. 97. & ſecernendus ab epiſtola ad Himerium.

Ibid. *Et ante* ] Vide integram epiſtolam ex qua ſegmentum hoc ſumtum eſt in ſynodico cap. 99. pag. 806.

Ibid. *Nec ego his qui* ] Sic etiam legendum in epiſtola Pelagii docet vetus codex Colbertinus ex quo illa edita eſt.

Ibid. *Non, inquit* ] Epiſtola iſta ad Alexandrum Hierapolitanum habetur integra in ſynodico ſupra laudato cap. 148. pag. 849.

Ibid. *Epiſtolam* ] Joannis Antiocheni, ut patet ex ſynodico.

Ibid. *Item ex geſtis* ] Iſtud fragmentum deſcriptum eſt in collatione quinta Concilii V. cum hoc titulo : *Et iterum poſt mortem beati Cyrilli idem Theodoritus in allocutione dicta Antiochiæ præſente Domino, inſultans morti ejus, hæc dicit.* Vide præfationem noſtram ad Concilium Chalcedonenſe cap. 37.

Ibid. *Chriſtus Jeſus* ] Poſtea in Concilio V. additur, *qui ex ſemine eſt David, filius Abrahæ. Homo eſt qui mortuus eſt Jeſus Chriſtus. Deus autem Verbum &c.*

Ibid. *David ante præd.* ] Male in Concilio V. *ſicut David eſt.*

Ibid. *Qui paſ. pr. Deum* ] In Concilio V. *theopathitæ.*

Ibid. *Theodori mams.* ] Iſta bis edidit Garnerius, quia pertinent partim ad negotium Pelagii, partim ad cauſſam Neſtorii. Eadem edita quoque ſunt a doctiſſimo viro Henrico de Noris in libro ſecundo hiſtoriæ Pelagianæ pag. 59.

Pag. 340. *Valens* ] Henricus de Noris edidit *volens*, ut eſt in codice Vaticano, quo is uſus eſt.

Ibid. *Advocationem* ] Idem habet *adminationem*, nimirum, opinor, propter illa quæ ſequuntur, *inferre mortis experientiam comminatus.*

Ibid. *Pro tranſgreſſ.* ] Noris, *per tranſgreſſionem*, ut in codice Vaticano.

Ibid. *Hoc autem* ] In codice Vaticano legitur : *Hoc autem per hæc omnia natus eſt quod verumnoſam vitam habiturus eſſet.* Ex quibus idem vir doctus hunc ſenſum elicuit : *Homo autem per hæc omnia natus eſt, quod verum mox ambitum habiturus eſſet.* Nos veram lectionem repoſuimus ex Bellovacenſi : quod ſequentia quoque probant.

Pag. 341. *Ut mortalis* ] Ita veteres libri. Garnerius omiſit vocem *ut*, Noris eam mutavit in *ita.*

Ibid. *Hinc etiam* ] Noris, *Hæc etiam*, & paullo poſt *ſignificant* pro *ſignificans.* Sed hanc poſtremam lectionem accepit ex codice Vaticano.

Ibid. *Compoſuit* ] Noris *impoſuit.*

Ibid. *Et reſolubilis* ] Hæc exciderunt in editione ejuſdem viri clariſſimi.

Ibid. *Vitam ducimus* ] Idem pro his habet, *ut jam diximus.*

Ibid. *Tanto* ] Et hæc quoque vox excidit in editione Italica.

Pag. 342. *Proprie communit.* ] Noris, *propoſuit, contraria videlicet ipſis ſcripturæ dogmatibus, quæ pluribus impudenter expromiſit.*

Ibid. *Æſtimare tent.* ] Idem *æſtimaret.*

Ibid. *Obſtupuerunt* ] Ita codex Bellovacenſis. Vatic. *obſtipuerunt.* Noris, *obſtupeſcunt.*

Ibid. *Obſtupeſcent* ] Vatic. *obſtipeſcent.*

Pag. 343. *Peccatum de* ] Veteres libri ſic habent ut nos edidimus. Henricus de Noris repoſuit : *peccatum Adæ Deum tanto furore commotum arbitratus eſt ut vellet illum atroc. pœnæ ſubdere.* Garnerius vero, *peccatum tanto furore commotum arbitratus eſt ut & illum atrociſſimæ.*

Ibid. *Ob ejus* ] Id eſt, Adæ, ejus hominis quem Deus formaverat. Hanc lectionem habent omnes libri. Garnerius & Noris repoſuerunt *ob unius.*

Ibid. *Tot juſtorum* ] Hæc eſt lectio exemplaris Bellovacenſis. In Vaticano ſcriptum eſt *totius quorum.* Ex quo Noris effecit *poſterorum.*

Ibid. *Pene* ] Ita vetera exemplaria. At iidem viri clariſſimi repoſuerunt *pœna* : quæ emendatio bona fortaſſis eſt.

Pag. 344. *Jeſus enim* ] Male in editione Italica : *Lucas enim.*

Ibid. *Et gratia* ] Hæc exciderunt in eadem editione.


Pag. 345. *Deus neſciebat* ] Hæc eſt lectio codicum Marii Mercatoris. Garnerius tamen, qui in prima parte edidit *vere ſciebat*, in ſecunda *neſciebat*, iſthic monet in codice Bellovacenſi ſcriptum eſſe *vere ſciebat.*

Pag. 346. *Eum mortalem* ] Ego non dubito quin emendatio virorum doctiſſimorum, qui heic ediderunt *eum immortalem*, bona ſit. Verum omnes libri repugnant.

Ibid. *Commiſſionem* ] Ita codex Vaticanus. At Bellovacenſis habet *commixtionem.* Henricus de Noris putans aliquid deeſſe in hoc loco, addidit vocem *peccati.* Ego facile crediderim legendum eſſe *comeſtionem.*

Pag. 347. *Ejuſdem Theodori* ] Sequentia non exſtant in editione Italica. Additus eſt autem titulus iſte ex codice Vaticano, cum non habeatur in Bellovacenſi. Et tamen Garnerius hunc titulum poſuit tamquam exſtaret in anti-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



quis exemplaribus : *Ejusdem Theodori ex alio quopiam libro adversus Dominum Jesum Christum & ejus incarnationem* . Et mox adnotat libros istos postremos inscripsisse Theodorum περὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς , sed quia in his veræ incarnationis ratio non exponitur , sed evertitur , maluisse Mercatorem *adversus Dominum &c. ejus incarnationem* scribere . Istud vero verum non esse evincit verus titulus sequentis fragmenti erutus ex codice Vaticano .

Ibid. *Catacismi* ] Sive catechismi , ut patet ex Facundo , qui lib. 9. cap. 3. primas lineas hujus fragmenti refert ex alia versione , & sumtas ait ex *libro ad baptizatos* . At in collatione quarta Concilii V. constanter scribitur *ad baptizandos* , non solum in editionibus , sed etiam in antiquis exemplaribus calamo exaratis : quod melius videtur .

Ibid. *Nec enim* ] Apud Facundum : *Neque enim , si duas naturas dicamus , necessitas nos ulla constringit aut duos dicere filios aut duos homines aut duos Christos , quoniam hoc putare extremæ est amentiæ* . Ubi nemo non videt delendam esse vocem *homines* & reponendum *Dominos* .

Ibid. *Una caro vir* ] Simile Theodori fragmentum ex libro octavo de incarnatione legitur in collatione quarta Concilii V. & in epistola tertia Pelagii II. ad Episcopos Istriæ .

Pag. 348. *Cum enim dicit* ] Fragmentum istud refertur ex alia interpretatione in primo constituto Vigilii Papæ & in eadem collatione Concilii V. & quidem integrius .

Ibid. *Nondum* ] Legendum esse *non Deum* patet ex eodem constituto Papæ Vigilii & ex Concilio V.

Ibid. *Misertus est* ] Recte conjecit Garnerius istud quoque fragmentum pertinere ad librum qui inscribitur *Ad baptizatos* , & post ultima verba istius fragmenti sequi debere putat ista , quæ exstant in Concilio supra laudato , *ut multam quidem ejus faceret diligentiam , omnia autem illius propria faceret &c.* Habentur etiam in constituto Vigilii .

Pag. 349. *Diodori Tarsensis* ] Titulus iste , ut & sequentes , additus est ex codice Vaticano : Nam cum deessent in Bellovacensi , hinc factum est ut Garnerius sequentia ediderit tamquam essent Theodori Mopsuesteni , cum sint Diodori Tarsensis . Quo factum est etiam ut cum idem Garnerius sequentia duo priora fragmenta putaret esse Theodori Mopsuesteni , conjecerit desumta esse ex libro illius decimo de incarnatione . Sed hæc conjectura nunc evanescit .

Ibid. *Dicite , inquit* ] Istud fragmentum & sequens idem vir doctus suspicatur sumtum esse ex libro xv. ejusdem Theodori de incarnatione .

Pag. 350. *Homo ungitur* ] Hunc locum refert Leontius Byzantinus in libro tertio adversus Eutychianos ; sed Paullo Samosateno tribuit , non vero Diodoro .

Ibid. *Verbum non ungitur* ] Postea apud Leontium additur : *Nazaræus ungitur , Dominus non ungitur* .

Ibid. *Nec enim erat Maria* ] Garnerius videns sensum esse imperfectum , ita supplevit : *nec enim Maria erat Deus* . Melius Leontius : *nec enim erat ante secula Maria* .

Ibid. *Ad diligens* ] Hoc fragmentum , ut etiam agnoscit Garnerius , Diodoro Tarsensi , cujus esse testatur Marius noster , tribuitur a Leontio , diciturque excerptum ex libro primo contra Synusiastas .

Ibid. *Laboramus* ] Hoc membrum deest in excerpto Leontii .

Ibid. *Numquid enim* ] Pro his ista habet Leontius : *Nec enim dico duos ex substantia Dei cum dico Deum Verbum ante sæcula habitasse in genito ex semine David* .

Pag. 351. *Propter pontificem* ] Garnerius putat heic legendum esse *propter pastorem* , ut comparatio subsistat quæ est inter agnum & pastorem .

Ibid. *Blasphemiæ Ibæ* ] Et hunc quoque titulum debemus codici Vaticano , cum deesset in Bellovacensi . Quo factum est ut Garnerius , cum videret Ibam negasse se ea dixisse quæ mox referuntur , & putaret a Mario Mercatore tribui Theodoro Mopsuesteno , ei credendum putaverit , huc tamen valde inclinans ut facilius sentiret esse Paulli Samosateni . Re autem vera sunt Ibæ Episcopi Edesseni , ut testatur Marius Mercator . Vide ultimum constitutum Papæ Vigilii a nobis editum in nova Conciliorum editione .

Ibid. *In Pascha* ] Hinc patet hoc fragmentum conjungi posse cum superiore . Ex libello enim Presbyterorum Edessenorum contra Ibam apparet , eum superiora de Christo protulisse cum in Ecclesia secundum consuetudinem in die sancto Paschæ faceret sermonem . Dicta autem ab eo esse & alia testantur iidem Presbyteri .

Pag. 352. *Eutherii* ] Quoniam in codice Bellovacensi nonnulla desunt ex initio istius tituli , Garnerius ea quæ in manuscriptis codicibus desiderantur , ut ipse ait , conjectura ex antecedentibus & consequentibus facta restituit . Nos , cum hiatum codicis Bellovacensis supplevissemus ex Vaticano , delevimus supplementum Garnerii .

Ibid. *Eutherii* ] Episcopi Tyanensis in secunda Cappadocia . Vide tom. I. novæ collectionis Conciliorum pag. 749. 775. 778. 817. 886. 898.

Ibid. *Lusoria disciplina* ] Sic restituimus ex codice Vaticano pro eo quod ex Bellovacensi ediderat Garnerius , *luxuria & disciplina* . Sic alibi *lusoria* aliquando scriptum fuisse pro *luxuria* ostendimus in Notis ad caput XXI. Lactantii de mortibus peccatorum . Porro istam emendationem probant verba Græca istius fragmenti , quæ exstant in tomo secundo operum sancti Athanasii pag. 305. & inde in auctario operum Theodoreti pag. 701.

Pag. 353. *Fabulemur* ] Id est , loquamur .

Pag. 354. *Simpli teste* ] Ita codex Bellovacensis . At Vaticanus habet *simpliceste* .

Ibid. *Sed ne solita* ] Ista & quæ deinceps sequuntur usque ad epistolam Nestorii ad Cælestinum exciderunt in editione Garnerii . Exciderunt inquam . Nam ipse in præfatione generali pag. VI. eorum partem refert , & his claudi librum scribit . Sunt autem omnia ista magni momenti .

Ibid. *Euticianos* ] Hinc colligi potest ista scripta esse a Mercatore aliquanto post tempora Concilii Chalcedonensis .

Ibid. *Sermonis prodere* ] Sequebantur ergo postea excerpta ex operibus Joannis Tomitani , quæ interciderunt .

Pag. 356. *Hæc autem ipsa* ] Garnerius existimat heic agi de epistola Nestorii ad Cyrillum , quæ edita est supra pag. 90. & incipit , *Injurias quidem* .

Pag. 357. *Epist. Synodica* ] Exstat in antiqua versione Concilii Ephesini pag. 412. & in synodico adversus tragœdiam Irenæi pag. 679.

Pag. 374. *Ergo etsi* ] Citat hunc locum ex ista versione Facundus lib. 6. cap. 3.

Pag. 379. *Anima enim* ] Hoc fragmentum iisdem ferme verbis refert Facundus lib. 11. cap. 7.

Ibid. *Passionibus* ] Facundus , *passionum corporis & naturalium & quæ extrinsecus accidunt* : quod melius est .

Ibid. *Ut dum timebat* ] Facundus , *ut timendo* .

Pag. 382. *Erectum* ] Et hunc quoque locum ex ista versione citat Facundus in eodem loco .

Ibid. *Quod autem naturæ* ] Hunc quoque locum ex eadem versione citat Facundus ibidem . Citat etiam Leontius Byzantius in fine libri primi adversus Eutychianos .


Pag. 384. *Depressa* ] Ita vetus editio scholiorum Cyrilli & codex Vaticanus . Bellovacensis *deprehensa* . Lectionem Vaticanam confirmant ista ex reprehensionibus orientalium adversus anathematismos Cyrilli supra pag. 267. *Quomodo is qui carnem parumper deprimi morte concedit &c.* & pag. 268. *ut in se deprimeret eum qui est impassibilis per naturam* . Item in scholio octavo Cyrilli pag. 379. *Et si forte a suo corpore deprimatur aut torqueatur* .

Pag. 405. *Matrem innuptam* ] Id est , quæ viri amplexibus inquinata non fuisset . Nubendi enim vocabulum sæpe reperitur in obscœnis . Hinc illud ex evangelio D. Marci : *Neque nubent , neque nubentur* . Et lib. 6. Capitularium cap. 209. *si ipse tamen innuptus vel innupta permanserit* .

Pag. 406. *Cerne autem* ] Quæ sequuntur usque ad luctam Jacobi cum angelo , ut recte isthic observavit Garnerius , desunt in editionibus vulgatis horum scholiorum .

Pag. 416. *Cum enim verbum* ] Hic locus habetur descriptus in libro primo Leontii Byzantini adversus Eutychianos sub finem .

Pag. 430. *Epist. ad Mercatorem* ] Recte censent viri doctissimi quorum curæ debemus meliorem qua nunc utimur operum sancti Augustini editionem , recte inquam censent hunc Mercatorem non esse diversum a Mario nostro . Hujus autem epistolæ meminit etiam Possidius in indiculo operum ejusdem Augustini , ubi scriptum est : *Ad Mercatorem Episcopum contra eosdem* , id est , Pelagianos . Ita editiones & vetustissimus codex ms. bibliothecæ Colbertinæ , itemque alter monasterii Jurensis a viro doctissimo Petro Francisco Chiffletio conlatus cum editionibus . Garnerius tamen putat mendum heic esse apud Possidium & pro voce *Episcopum* reponendam esse vocem *epistola* . Ceterum non fuisse Episcopum quum epistola ista ad eum scripta est recte observat idem vir doctus .



Pag. 431. *Eccles. necessitas* ] Augustinus in epistola 157. ad Optatum : *quo nos ecclesiastica necessitas traxerat*. Possidius in vita sancti Augustini cap. 4. *flagitante ecclesiastica necessitate*.

Ibid. *Albini* ] Ejus meminit Augustinus in epistola 104. & 105. ad Sixtum & in epistola 62. ad Cælestinum. In epistola 79. Hieronymi ad Alypium & Augustinum legitur : *Sancti filii communes Albinus, Pinianus, & Melania plurimum vos salutant* : ubi legendum esse *Albina* monuit pridem illustrissimus Cardinalis Baronius. Quo etiam modo scriptum reperi in tribus antiquissimis codicibus mss. bibliothecæ Colbertinæ. In indiculo operum sancti Augustini, dum commemorantur ejus lucubrationes adversus Pelagianos, legitur in editione Vlimmerii : *Ad Pinianum, Albinianum, & Melanianum contra quæstio-* A *nes Pelagianistarum*. At aliæ editiones pro *Albinianum* habent *Albinum*. Vetus vero codex bibliothecæ Colbertinæ *Albinam*. Sic etiam in excerptis Chiffletii ex codice Jurensi.

Pag. 435. *Illi autem de* ] Reliqua istius epistolæ exstant in libro sancti Augustini de octo quæstionibus ad Dulcitium, cujus duo vetera exemplaria mss. reperi in bibliotheca Colbertina signata 908. & 945.

Pag. 436. *Duobus* ] Codices Colbertini addunt, *Enoch videlicet & Heliæ*. Sic etiam legitur in libro Augustini ad Dulcitium.

Ibid. *Litteris* ] Iidem codices, *libris*.

Ibid. *Mortui in Chr.* ] Codex 945. *mortui qui in Christo sunt resurgent*. Sic etiam in editione vulgata sacrorum bibliorum.

*F I N I S.*



# INDEX
## OPUSCULORUM
# MARII MERCATORIS.

# APPENDIX,

IN QUA CONTINENTUR

I. S. AUGUSTINI cenſura Regularum TICHONII Donatiſtæ.

II. QUINTI JULII HILARIANI Expoſitum de die Paſchæ & Menſis.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
418.

# I.

# REGULÆ TICHONII DONATISTÆ a S. AUGUSTINO expenſæ,

## *Lib.* III. de Doctr. Chriſt. *capp.* XXX-XXXVII.

I. TICHONIUS [1] quidam qui contra Donatiſtas inviſtiſſime ſcripſit, cum fuerit Donatiſta, & illic invenitur abſurdiſſimi cordis, ubi eos non omni ex parte relinquere voluit, fecit librum quem *Regularum* vocavit, quia in eo quaſdam ſeptem regulas exſecutus eſt, quibus quaſi clavibus divinarum Scripturarum aperirentur occulta. Quarum primam ponit, *de Domino & ejus corpore*, ſecundam *de Domini corpore bipartito*, tertiam *de promiſſis & Lege*, quartam *de ſpecie & genere*, quintam *de temporibus*, ſextam *de recapitulatione*, ſeptimam *de diabolo & ejus corpore*. Quæ quidem conſideratæ, ſicut ab illo aperiuntur, non parum adjuvant ad penetranda, quæ tecta ſunt divinorum eloquiorum: nec tamen omnia, quæ ita ſcripta ſunt ut non facile intelligantur, poſſunt his regulis inveniri, ſed aliis modis pluribus, quos hoc numero ſeptenario uſque adeo non eſt iſte complexus, ut idem ipſe multa exponat obſcura, in quibus harum regularum adhibet nullam, quoniam nec opus eſt. Neque enim aliquid illic tale verſatur aut quæritur, ſicut in Apocalypſi Joannis quærit [a], quemadmodum intelligendi ſint Angeli Eccleſiarum ſeptem, quibus ſcribere jubetur, & ratiocinatur multipliciter, & ad hoc pervenit ut ipſos Angelos intelligamus Eccleſias. In qua copioſiſſima diſputatione nihil iſtarum eſt regularum, & utique res illic obſcuriſſima quæritur; quod exempli gratia ſatis dictum ſit: nam colligere omnia, nimis longum & nimis operoſum eſt, quæ ita obſcura ſunt in ſcripturis canonicis, ut nihil iſtarum ſeptem ibi requirendum ſit.

II. Iſte autem cum has velut regulas commendaret, tantum eis tribuit, quaſi omnia quæ in Lege, id eſt in divinis libris obſcure poſita invenerimus, his bene cognitis atque adhibitis intelligere valeamus. Ita quippe exorſus eſt eumdem librum ut diceret „ Neceſſarium duxi ante omnia, quæ „ mihi videntur, libellum *regularum* ſcribere, & „ ſecretorum Legis veluti claves & luminaria fabricare. Sunt enim quædam regulæ myſticæ, quæ „ univerſæ Legis receſſus obtinent, & veritatis theſauros aliquibus inviſibiles viſibiles faciunt. Quarum ſi ratio regularum ſine invidia, ut communicamus, accepta fuerit, clauſa quæque patefient, & obſcura dilucidabuntur, ut quis prophetiæ immenſam ſilvam perambulans, his regulis quodammodo lucis tramitibus deductus ab errore defendatur. „ Hic ſi dixiſſet, Sunt enim quædam regulæ myſticæ, quæ nonnullos Legis receſſus obtinent, aut certe, quæ Legis magnos receſſus obtinent; non autem quod ait, univerſæ Legis receſſus: neque dixiſſet, clauſa quæque patefient, ſed, clauſa multa patefient; verum dixiſſet, nec tam elaborato atque utili operi ſuo pluſquam res ipſa poſtulat dando, in ſpem falſam lectorem A ejus cognitoremque miſiſſet. Quod ideo dicendum putavi, ut liber ipſe & legatur a ſtudioſis, quia plurimum adjuvat ad Scripturas intelligendas, & non de illo ſperetur tantum, quantum non habet. Caute ſane legendus eſt, non ſolum propter quædam, in quibus ut homo erravit; ſed maxime propter illa, quæ ſicut Donatiſta hæreticus loquitur. Quid autem doceant vel admoneant iſtæ ſeptem regulæ, breviter oſtendam.

III. PRIMA *de Domino & ejus corpore* eſt, in qua ſcientes aliquando capitis & corporis, id eſt Chriſti & Eccleſiæ unam perſonam nobis intimari, (neque enim fruſtra dictum eſt fidelibus: [b] *Ergo* B *Abrahæ ſemen eſtis*, cum ſit unum ſemen Abrahæ, quod eſt Chriſtus,) non hæſitemus quando a capite ad corpus, vel a corpore tranſitur ad caput, & tamen non creditur ab una eademque perſona. Una enim perſona loquitur dicens: [c] *Sicut ſponſo impoſuit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornavit me ornamento*; & tamen quid horum duorum capiti, quid corpori, id eſt quid Chriſto, quid Eccleſiæ conveniat, utique intelligendum eſt.

IV. SECUNDA eſt *de Domini corpore bipartito*, quod quidem non ita debuit appellari; non enim re vera Domini corpus eſt, quod cum illo non erit in æternum: ſed dicendum fuit, de Domini cor- C pore vero atque permixto, aut, vero atque ſimulato, vel quid aliud: quia non ſolum in æternum, verum etiam nunc hypocritæ non cum illo eſſe dicendi ſunt, quamvis in ejus eſſe videantur Eccleſia. Unde poterat iſta regula & ſic appellari, ut diceretur de permixta Eccleſia. Quæ regula lectorem vigilantem requirit; quando Scriptura cum ad alios jam loquatur, tamquam ad eos ipſos, ad quos loquebatur, videtur loqui; vel de ipſis, cum de aliis jam loquatur; tamquam unum ſit utrorumque corpus, propter temporalem commixtionem & communionem Sacramentorum. Ad hoc pertinet in Canticis canticorum: [d] *Fuſca ſum & ſpecioſa ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomonis*. Non enim ait, D Fuſca fui ut tabernacula Cedar, & ſpecioſa ſum ut pelles Salomonis; ſed utrumque ſe eſſe dixit [e], propter temporalem unitatem intra una retia piſcium bonorum & malorum. Tabernacula enim Cedar ad Iſmaelem pertinent [f], qui non erit heres cum filio liberæ [g]. Itaque cum de bona parte Deus dicat: [h] *Ducam cæcos in viam, quam non noverunt, & ſemitas quas non noverunt calcabunt; & faciam illis tenebras in lucem, & prava in directum: hæc verba faciam, & non derelinquam eos*. Mox de alia parte, quæ male permixta eſt, dicit, *Ipſi autem converſi ſunt retro*, quamvis alii jam ſignificentur his verbis. Sed quoniam nunc in uno ſunt, tamquam de ipſis loquitur de quibus loquebatur; non

a Apoc. I. 20. b Gal. III. 29. c Iſa. LXI. 10. d Cant. I. 5. e Matth. XIII. 47. f Gen. XXI. 10.
g Gal. IV. 30. h Iſa. XLII. 16.

1. Vid. ſup. *Prolegom.* cap. II. §. II. ſub finem.

tamen semper in uno erunt. Ipse est quippe ille A servus commemoratus in Evangelio [a], cujus dominus cum venerit, dividet eum, & partem ejus cum hypocritis ponet.

V. TERTIA regula est *de promissis & Lege*, quæ alio modo dici potest de spiritu & littera, sicut nos eam appellavimus, cum de hac re librum scriberemus. Potest etiam sic dici, de gratia & mandato. Hæc autem magis mihi videtur magna quæstio quam regula, quæ solvendis quæstionibus adhibenda est. Hæc est quam non intelligentes Pelagiani, vel condiderunt suam hæresim, vel auxerunt. Laboravit in ea [1] dissolvenda Tichonius bene, sed non plene. Disputans enim de fide & operibus; opera nobis dixit a Deo dari merito fidei; ipsam vero fidem sic esse a nobis, ut nobis non sit a Deo. Nec adtendit Apostolum dicentem: [b] *Pax fratribus & caritas cum fide a Deo patre & Domino Jesu Christo*. Sed non erat expertus hanc hæresim, quæ nostro tempore exorta, multum nos, ut gratiam Dei quæ per Dominum nostrum Jesum Christum est, adversus eam defenderemus, exercuit: & secundum id quod ait Apostolus: [c] *Oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant in vobis*, multo vigilantiores, diligentioresque reddidit, ut adverteremus in Scripturis sanctis, quod istum Tichonium minus adtentum, minusque sine hoste sollicitum fugit, etiam ipsam scilicet fidem donum illius esse, qui ejus mensuram unicuique partitur. Ex qua sententia quibusdam dictum est: [d] *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, verum etiam ut pro eo patiamini*. Unde quis dubitet utrumque esse Dei donum, qui fideliter atque intelligenter audit utrumque donatum? Plura sunt & alia testimonia, quibus id ostenditur: sed hoc nunc non agimus, alibi autem atque alibi sæpissime ista egimus.

VI. QUARTA Tichonii regula est *de specie & genere*. Sic enim eam vocat, volens intelligi speciem partem, genus autem totum, cujus ea pars est, quam nuncupat speciem, sicut unaquæque civitas pars est utique universitatis gentium; hanc ille vocat speciem; genus autem omnes gentes. Neque hic ea [2] discernendi subtilitas adhibenda est, quæ a dialecticis traditur, qui inter partem & speciem quid intersit acutissime disputant. Eadem ratio est, si non de unaquaque civitate, sed de unaquaque provincia vel gente vel regno tale aliquid in divinis reperiatur eloquiis. Non solum enim, verbi gratia, de Jerusalem, vel de aliqua gentium civitate, sive Tyro, sive Babylonia, sive alia qualibet dicitur aliquid in Scripturis sanctis, quod modum ejus excedat, & conveniat potius omnibus gentibus: verum etiam de Judæa, de Ægypto, de Assyria, & quacumque alia gente, in qua sunt plurimæ civitates, non tamen totus orbis, sed pars ejus est, dicitur quod transeat ejus modum, & congruat potius universo, cujus hæc pars est; vel sicut iste appellat, generi, cujus hæc species est. Unde & in notitiam vulgi verba ista venerunt, ut etiam idiotæ intelligant quid specialiter, quid generaliter in quocumque præcepto imperiali sit constitutum. Fit hoc etiam de hominibus: sicut ea quæ de Salomone dicuntur, excedunt ejus modum, & potius ad Christum vel Ecclesiam, cujus ille pars est, relata clarescunt.

VII. Nec species semper exceditur; sæpe enim talia dicuntur, quæ vel ei quoque, vel ei fortasse tantummodo apertissime congruant: sed cum a specie transitur ad genus, quasi adhuc de specie loquente Scriptura, ibi vigilare debet lectoris intentio, ne quærat in specie, quod in genere potest melius & certius invenire. Facile quippe est illud quod ait propheta Ezechiel: [e] *Domus Israel habitavit in terra, & polluerunt illam in via sua & in idolis suis & peccatis suis; secundum immunditiam menstruatæ facta est via eorum ante faciem meam. Et effudi iram meam super eos, & dispersi illos inter nationes, & ventilavi eos in regiones; secundum vias eorum, & secundum peccata eorum* B *judicavi eos*. Facile est, inquam, hoc intelligere de illa domo Israel, de qua dicit Apostolus: [f] *Videte Israel secundum carnem*: quia hæc omnia carnalis populus Israel & fecit, & passus est. Alia etiam quæ sequuntur, eidem intelliguntur populo convenire: sed cum cœperit dicere: [g] *Et sanctificabo nomen meum sanctum illud magnum, quod pollutum est inter nationes, quod polluistis in medio earum; & scient gentes, quia ego sum Dominus*: jam intentus debet esse, qui legit, quemadmodum species excedatur, & adjungatur genus. Sequitur enim & dicit: *Et dum sanctificabor in vobis ante oculos eorum, & accipiam vos de gentibus, & congregabo vos ex omnibus terris, & inducam vos in terram* C *vestram; & adspergam vos aqua munda, & mundabimini ab omnibus simulacris vestris, & mundabo vos: & dabo vobis cor novum, & Spiritum novum dabo in vos: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & Spiritum meum dabo in vos: & faciam ut in justitiis meis ambuletis, & judicia mea custodiatis, & faciatis: & habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris; & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum; & mundabo vos ex omnibus immunditiis vestris*. Hoc de novo Testamento esse prophetatum, ad quod pertinet non solum una gens illa in reliquiis suis, de quibus alibi scriptum est: [h] *Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ* D *salvæ fient*; verum etiam ceteræ gentes, quæ promissæ sunt patribus eorum, qui etiam nostri sunt non ambigit quisquis intuetur & lavacrum regenerationis hic esse promissum, quod nunc videmus omnibus gentibus redditum: & illud quod ait Apostolus, cum novi Testamenti gratiam commendaret, ut in comparatione veteris emineret: [i] *Epistola nostra vos estis, scripta, non atramento, sed Spiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*, hinc esse respicit & perspicit ductum ubi iste propheta dicit: [k] *Et dabo vobis cor novum, & Spiritum novum dabo in vos, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum*. Cor quippe carneum, unde ait E Apostolus, *tabulis cordis carnalibus*, a corde lapideo voluit vita sentiente discerni, & per vitam sentientem significavit intelligentem. Sic fit Israel spiritalis, non unius gentis, sed omnium quæ promissæ sunt Patribus in eorum semine, quod est Christus.

VIII. Hic ergo Israel spiritalis ab illo Israele carnali, qui est unius gentis, novitate gratiæ, non nobilitate patriæ, & mente non gente distinguitur: sed altitudo prophetica dum de illo vel ad illum loquitur, latenter transit ad hunc: & cum jam de

*a* Matth. XXIV. 51. *b* Ephes. VI. 23. *c* I. Cor. XI. 19. *d* Philipp. I. 29. *e* Ezech. XXXVI. 17. *f* I. Cor. X. 18. *g* Ezech. XXXVI. 23. *h* Isa. X. 22. *i* II. Cor. III. 2. *k* Ezech. XI. 19. & XXXVI. 26.

1. Mss. novem, *differenda*.

2. Mss. undecim, *differendi*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

isto vel ad istum loquatur, adhuc de illo vel ad A illum loqui videtur; non intellectum Scripturarum nobis quasi hostiliter invidens, sed exercens medicinaliter nostrum. Unde & illud quod ait: [a] *Et inducam vos in terram vestram*; & paullo post, tamquam idipsum repetens, *Et habitabitis*, inquit, *in terra, quam dedi patribus vestris*, non carnaliter sicut carnalis Israel, sed spiritaliter sicut spiritalis debemus accipere. Ecclesia quippe sine macula & ruga ex omnibus gentibus congregata, atque in æternum regnatura cum Christo [b], ipsa est terra beatorum, terra viventium; ipsa intelligenda est Patribus data, quando eis certa & incommutabili Dei voluntate promissa est: quoniam ipsa promissionis vel prædestinationis firmitate jam data est, B quæ danda suo tempore a patribus credita est: sicut de ipsa gratia quæ sanctis datur, scribens ad Timotheum Apostolus ait: [c] *Non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante sæcula æterna, manifestata autem nunc per adventum Salvatoris nostri*. Datam dixit gratiam, quando nec erant adhuc quibus daretur; quoniam in dispositione ac prædestinatione Dei jam factum erat, quod suo tempore futurum erat, quod ipse dicit manifestatum. Quamvis hæc possint intelligi & de terra futuri sæculi, quando erit cælum novum & terra nova, in qua injusti habitare non poterunt [d]. Et ideo recte dicitur piis, quod ipsa sit terra eorum, quæ C ulla ex parte non erit impiorum: quia & ipsa similiter data est, quando danda firmata est.

IX. QUINTAM Tichonius regulam ponit, quam *de temporibus* appellat: qua regula plerumque inveniri vel conjici possit latens in Scripturis sanctis quantitas temporum. Duobus autem modis vigere dicit hanc regulam, aut tropo synecdoche, aut legitimis numeris. Tropus synecdoche, aut a parte totum, aut a toto partem facit intelligi: sicut unus Evangelista post dies octo factum dicit [e], quod alius post dies sex, quando in monte discipulis tantum tribus præsentibus facies Domini fulsit ut sol, & vestimenta ejus sicut nix. Utrumque enim ve- D rum esse non posset, quod de numero dierum dictum est, nisi ille qui dixit, *post dies octo*, intelligatur partem novissimam diei, ex quo id Christus prædixit futurum, & partem primam diei quo id ostendit impletum, pro totis diebus duobus atque integris posuisse; is vero qui dixit, *post dies sex*, integros omnes & totos, sed solos medios computasse. Hoc modo locutionis, quo significatur a parte totum, etiam illa de resurrectione Christi solvitur quæstio. Pars enim novissima diei, quo passus est, nisi pro toto die accipiatur, id est adjuncta etiam nocte præterita; & nox in cujus parte ultima resurrexit, nisi totus dies accipiatur, adjuncto scilicet die illucescente Dominico; non possunt E esse tres dies & tres noctes [f], quibus se in corde terræ prædixit futurum.

X. Legitimos autem numeros dicit, quos eminentius divina Scriptura commendat, sicut septenarium vel denarium vel duodenarium, & quicumque alii sunt, quos legendo studiosi libenter agnoscunt. Plerumque enim hujusmodi numeri pro universo tempore ponuntur: sicut, [g] *Septies in die laudabo te*, nihil est aliud quam: [h] *Semper laus ejus in ore meo*. Tantumdem valent & cum multiplicantur, sive per denarium, sicut septuaginta & septingenti; unde possunt & septuaginta anni Jeremiæ pro universo tempore spiritaliter accipi [i]; quo est apud alienos Ecclesia: sive per se ipsos; sicut decem per decem, centum sunt; & duodecim per duodecim, centum quadraginta quatuor; quo numero significatur universitas sanctorum in Apocalypsi [k]. Unde apparet non solas temporum quæstiones istis numeris esse solvendas, sed latius patere significationes eorum, & in multa proserpere. Neque enim numerus iste in Apocalypsi ad tempora pertinet, sed ad homines.

XI. SEXTAM regulam Tichonius *Recapitulationem* vocat, in obscuritate Scripturarum satis vigilanter inventam. Sic enim dicuntur quædam quasi sequantur in ordine temporis, vel rerum continuatone narrentur, cum ad priora quæ prætermissa fuerant, latenter narratio revocetur: quod nisi ex hac regula intelligatur, erratur. Sicut in Genesi: [l] *Et plantavit*, inquit, *Dominus Deus paradisum in Eden ad orientem, & posuit ibi hominem quem formavit; & produxit Deus adhuc de terra omne lignum speciosum, & bonum in escam*, ita videtur dictum tamquam id factum sit posteaquam factum posuit Deus hominem in paradiso; cum breviter utroque commemorato, id est quod plantavit Deus paradisum, & posuit ibi hominem, quem formavit, recapitulando redeat & dicat quod prætermiserat, quomodo scilicet paradisus fuerit plantatus, quia produxit Deus adhuc de terra omne lignum speciosum & bonum in escam. Denique secutus adjunxit, *Et lignum vitæ in medio paradisi, & lignum scientiæ boni & mali*. Deinde flumen, quo paradisus irrigaretur, divisum in quatuor principia fluviorum quatuor, explicatur, quod totum pertinet ad institutionem paradisi. Quod ubi terminavit, repetivit illud quod jam dixerat, & re vera hoc sequebatur, atque ait, *Et sumsit Dominus Deus hominem, quem finxit & posuit eum in paradiso*, &c. Post ista enim facta ibi est positus homo; sicut nunc ordo ipse demonstrat: non post hominem ibi positum facta sunt ista, sicut prius dictum putari potest, nisi recapitulatio illic vigilanter intelligatur, qua reditur ad ea quæ fuerant prætermissa.

XII. Itemque in eodem libro, cum commemorarentur generationes filiorum Noe, dictum est: [m] *Hi filii Cham in tribubus suis, secundum linguas suas in* [1] *regionibus suis & in gentibus suis*. Enumeratis quoque filiis Sem, dicitur, *Hi filii Sem in tribubus suis secundum linguas suas in regionibus suis & in gentibus suis*. Et adnectitur de omnibus, *Hæ tribus filiorum Noe, secundum generationes eorum & secundum gentes eorum. Ab his dispersæ sunt insulæ gentium super terram post diluvium. Et erat omnis terra labium unum, & vox una omnibus*. Hoc itaque quod adjunctum est, *Et erat omnis terra labium unum, & vox una omnibus*, id est una lingua omnium, ita dictum videtur tamquam eo jam tempore, quo dispersi fuerant super terram, etiam secundum insulas gentium, una fuerit omnibus lingua communis, quod procul dubio repugnat superioribus verbis, ubi dictum est,

a Ezech. xxxvi. 24. b Psalm. xxvi. 13. c II. Tim. I. 9. d Apoc. xxi. 1. e Luc. ix. 28. Matth. xvii. 1. Marc. ix. 1. f Matth. xii. 40. g Psalm. cxviii. 164. h Psalm. xxxiii. 2. i Jer. xxv. 11. k Apoc. vii. 4. l Gen. II. 8. m Gen. X. 20.

1. Mss. quatuor, *in generationibus*. Ceteri codices, *in regionibus*, juxta versionem LXX. ἐν ταῖς χώραις.

*in tribubus suis secundum linguas suas.* Neque enim diceretur habuisse jam linguas suas singulæ tribus quæ gentes singulas fecerant, quando erat omnibus una communis. Ac per hoc recapitulando adjunctum est: [a] *Et erat omnis terra labium unum, & vox una omnibus*, latenter narratione redeunte, ut diceretur quomodo factum sit, ut ex una omnium lingua fuerint divisi per multas: & continuo de illa turris ædificatione narratur, ubi hæc eis judicio divino ingesta est pœna superbiæ; post quod factum dispersi sunt super terram secundum linguas suas.

XIII. Fit ista recapitulatio etiam obscurius: sicut in Evangelio Dominus dicit: [b] *Die quo exiit Loth a Sodomis, pluit ignem de cælo, & perdidit omnes: secundum hæc erit dies filii hominis, quo revelabitur. Illa hora, qui erit in tecto, & vasa ejus in domo, non descendat tollere illa; & qui in agro, similiter non revertatur retro: meminerit uxoris Loth* [c]: Numquid cum Dominus fuerit revelatus, tunc sunt ista servanda, ne quisque retro respiciat, id est vitam præteritam cui renuntiavit, inquirat; & non potius isto tempore, ut cum Dominus fuerit revelatus, retributionem pro eis, quæ quisque servavit vel contemsit, inveniat? Et tamen quia dictum est, *In illa hora*, tunc putantur ista servanda, cum fuerit Dominus revelatus, nisi ad intelligendam recapitulationem sensus legentis invigilet, adjuvante alia Scriptura, quæ ipsorum Apostolorum adhuc tempore clamavit: [d] *Filii, novissima hora est.* Tempus ergo ipsum quo Evangelium prædicatur, quo usque Dominus reveletur, hora est in qua oportet ista servari; quia & ipsa revelatio Domini ad eamdem horam pertinet, quæ die judicii terminabitur.

XIV. SEPTIMA Tichonii regula est, eademque postrema, *de diabolo & ejus corpore.* Est enim & ipse caput impiorum, qui sunt ejus quodammodo corpus, ituri cum illo in supplicium ignis æterni: sicut Christus caput est Ecclesiæ, quod est corpus ejus, futurum cum illo in regno & gloria sempiterna. Sicut ergo in prima regula, quam vocat *de Domino & ejus corpore*, vigilandum est ut intelligatur, cum de una eademque persona Scriptura loquitur, quid conveniat capiti, quid corpori; sic & in ista novissima, aliquando in diabolum dicitur, quod non in ipso, sed potius in ejus

A corpore possit agnosci, quod habet non solum in eis qui manifestissime foris sunt, sed in eis etiam qui cum ad ipsum pertineant, tamen ad tempus miscentur Ecclesiæ, donec unusquisque de hac vita exeat, vel a frumento palea ventilabro ultimo separetur. Quod enim scriptum est apud Isaiam: [e] *Quomodo cecidit de cælo Lucifer mane oriens*, & cetera, quæ sub figura regis Babyloniæ de eadem persona, vel ad eamdem personam dicta sunt in ipsa contextione sermonis, de diabolo utique intelliguntur: & tamen quod ibi dictum est, *Contritus est in terra, qui mittit ad omnes gentes*, non totum ipsi capiti congruit. Nam etsi mittit ad omnes gentes diabolus angelos suos, tamen in terra corpus ejus,
B non ipse, conteritur, nisi quia ipse est in corpore suo, quod contritum fit ut *pulvis* [f], *quem projicit ventus a facie terræ.*

XV. Hæ autem omnes regulæ; excepta una, quæ vocatur *de promissis & Lege*, aliud ex alio faciunt intelligi, quod est proprium tropicæ locutionis; quæ latius patet quam ut possit, ut mihi videtur, ab aliquo universa comprehendi. Nam ubicumque velut aliud dicitur ut aliud intelligatur, etsi nomen ipsius tropi in loquendi arte non invenitur, tropica locutio est. Quæ cum fit ubi fieri solet, sine labore sequitur intellectus: cum vero ubi non solet, laboratur ut intelligatur, ab aliis magis, ab
C aliis minus, sicut magis minusve dona Dei sunt in ingeniis hominum, vel adjutoria tribuuntur. Proinde sicut in verbis propriis, de quibus superius disputavimus, ubi res ut dicuntur intelligendæ sunt; sic in translatis quæ faciunt tropicas locutiones, ubi aliud ex alio intelligendum est, de quibus huc usque quantum visum est, satis egimus, non solum admonendi sunt studiosi venerabilium litterarum, ut in Scripturis sanctis genera locutionum sciant, & quomodo apud eas aliquid dici soleat, vigilanter advertant, memoriterque retineant: verum etiam, quod est præcipuum & maxime necessarium, orent ut intelligant. In eis quippe litteris, quarum studiosi sunt, legunt quoniam [g] *Dominus dat*
D *sapientiam, & a facie ejus scientia & intellectus*; a quo & ipsum studium, si pietate præditum est, acceperunt. Sed hæc satis etiam de signis, quantum ad verba pertinet, dicta sint. Restat ut de proferendis eis quæ sentimus, sequenti volumine, quæ Dominus donaverit, differamus.

*a* Gen. XI. 1. *b* Luc. XVII. 29. *c* Gen. XIX. 26. *d* I. Joan. II. 19. *e* Isa. XIV. 12. *f* Psalm. I. 4. *g* Prov. II. 6.



# I I.

# [1] QUINTI JULII HILARIANI

## Expositum de die Paschæ & Mensis.

I. IN unum, fratres, nonnulli ac servi Dei, de divinis scripturis ut aliqua tractaremus, sæpe convenimus, ibique desiderantibus eis, de PASCHALI CIRCULO pauca interim locuti, plenam me exhibiturum rationem promisi. Igitur jussio fratrum meum promissum iterum & sæpe admonuit, ut illud, quod dudum de ratione Paschæ sensim patienterque tractavimus, id jam scripto meo definiretur, hoc est, ut cum non aliud Dominus Deus Moysi quam primum mensem nominarit, & in eo Pascha celebrari præcepit, dicens: [a] *Mensis hic initium mensium, primus erit vobis in mensibus anni. Fare itaque ad omnem Synagogam filiorum Israel, ut faciant Pascha, incipientes a quarta decima mensis hujus ad vesperam usque in vicesimam primam.* Unde vero primus iste mensis incipiat, vel ubi terminum habeat, scriptura divina haut nobis evidentissima responsione declaravit. Cur ergo hodie abs [2] tertio Nonarum Martiarum usque in [3] quartum Nonarum Aprilium [4] diem luna prima a nobis quæritur, seu ex [5] quinto decimo Kalendarum Aprilium in septimo decimo Kalendarum Majarum die, ut sit quarta decima, confirmatur. Exinde ubicumque occurrerit dies Paschæ, legitime celebramus, sicuti a Patribus nostris celebratum traditumque esse cognovimus. Nunc tempus advenit, quo ratione legis oratione mea [6] adfare cuncta ordinanterque discurramus, videlicet retinentes, quod Pascha non a principio mundi, sed a [7] Moyse sacra voce celebrari præceptum est, & quod [8] mense primum non ut Ægyptii ex quarto Kalendarum Septembrium die, aut ut Romani e Kalendis [9] Januariis primum suum incipiunt mensem, sed ex divinæ legis auctoritate semper, omnique anno luna suo cursu primum nobis generat mensem. Sed mensem istum primum propter Pascha nostrum ut legitime cognoscamus, ad originem mundi certa ratione ire compellimur; ut diem, in quo luminaria facta sunt, vel qualem mundo Deus fecerit lunam, cognoscere possimus, licet in constructione mundi non aliud credendum est, nisi quia Deus omnipotens omnia æqualia, plena perfectaque constituit.

II. Demonstrandum est igitur *primo* cum mundi fabrica inchoaretur, quia sit dies, quem Deus omnipotens creando lucem constituit: *in secundis* ostendemus, lunam a Deo ad vesperum [10] qualis profecto sit facta, vel ubinam ejus annus finem accipiat: sic *deinde* [11] enarrabimus, quare abs III. Nonarum Martiarum usque in IV. Nonarum Aprilium [12] diem prima luna a nobis quæritur, vel ex XV. Kalendarum Aprilium usque in XVII. Kalendarum Ma- A jarum [13] diem ad celebrandum integre Pascha XIV. requiratur ut omni ex parte præcludatur aditus [14] his, qui contradictionibus student, ne in aliquo nos minus rationem [15] definivisse arbitrentur.

III. Cum necdum esset lex ab omnipotente Domino tradita, homines in cursu lunæ sæpius hæsitabant. Alii in orbem plenam, qualis Dei jussu mundo orta fuerat, primam appellabant, alii aliud sentiebant. Menses igitur tantummodo per tricenarium numerum computantes, in trecentis sexaginta diebus cursum duodecim [16] mensium explicabant, sicut tempus illud diluvii Geneseos Scriptura tricenos dies in mense cucurrisse monstratur. Quinque B scilicet dies, qui supersunt ad annum finiendum, in memoriam fabricæ Dei vacui nominabantur. Quinque enim diebus fabricatus est mundus, homo vero sexto die post omnia factus est, ex quo etiam die ad duodecim percurrendos menses computus ei dierum fuit trecentorum sexaginta in pridie diei illius, quem primo constituit Deus. Quinque deinde * vacivi dies fuerunt usque in pridie nativitatis ejusdem hominis, qui primo fictus est, ex qua consuetudine vel traditione sic apud aliquas gentes remansisse cognoscitur, ut apud Ægyptios, qui hos quinque dies vacivos habent, quos [17] ἐπαγομένους appellant. Et ab aliquibus descriptoribus Romanis, qui rationem dierum scribere voluere, atros inter- C calaresque fuisse nominati sunt. Nemo igitur priscis temporibus, quia necdum ostenderat Deus cursum solis ac lunæ, nemo hominum adprehendebat [18] verni æstatisque tempora, autumni & hiemis metas, crementa [19] decrementaque dierum ac noctium colligebat, quem suis quoque temporibus hæc luminaria imperio Dei explicare usque ad finem temporis jussa sunt. Unde pro tempore Job illum sanctissimum beatissimumque Deus omnipotens inter multa correptionis verba etiam de hoc admonuit, dicens: [b] *Et hoc mihi dic, an scias cursum solis & lunæ?* Eo quippe tempore, quo a Domino Deo nostro legem Moysi datam esse cognoscimus propter Pascha celebrandum, [20] mensium an- D norumque rationem per lunæ cursum ei tradidit, ut ex [21] neomenia mensem primum seu alios habere potuisset, qui nunc ex legis traditione colligitur, si modo is, qui colligere velit, diligentissime perscrutetur, cui rei nos operam dantes singula exponimus, incipientes, ut diximus, a die primo mundi.

IV. *In principio*, inquit Moyses, [c] *fecit Deus cælum & terram, terra autem erat invisibilis &*

*a* Exod. XII. 2. 3. 18. sec. LXX. *b* Job XXXVIII. 19. *c* Gen. I. 1-5. sec. LXX.

1. Vid. supra *Prolegom.* cap. IX. §§. I. & II.
2. Ms. *tertiu*. 3. Ms. *quartu*.
4. Ms. *die*.
5. Ms. *quintu decima*. Ita sæpius quoque in sequentibus ista exprimit codex ms.
6. Legendum *adfabre*. 7. Ms. *Moysen*.
8. Scilicet, *quod mensis primus nobis sit determinanduo*.

E

9. Ms. *Januaris*. 10. Scil. *factam & ubi*.
11. Ms. *enarravimus*. 12. Ms. *die*.
13. Ms. *die*. 14. Ms. *bis* ut sæpe.
15. Ms. *definisse*. 16. Ms. *epagomenos*.
17. Ms. *epagomenos*. 18. *Veris* scilicet.
19. Ms. *detrimentaque*. 20. Ms. *mensum*.
21. Ms. *eomeia*.

* *Vacivi* ] Leg. forte *vacui*, ut paullo ante. Sic & paullo post.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

*incomposita, & tenebræ erant super abyssum, & spiritus Dei superferebatur super aquas. Et dixit Deus, fiat lux, & facta est lux. Et vidit Deus lucem, quia bona est, & divisit inter lucem & tenebras. Et vocavit Deus lucem diem, & tenebras vocavit noctem. Et factum est vespere, & factum est mane dies unus. Et divisit Deus inter lucem & tenebras*, hoc est, libravit diem & noctem. Ad jussionem enim Dei lux facta ita tenebras interceidit, ut cursus inter utraque æqualis appareret, & exinde jam dies ac nox crementa & [1] decrementa alterna vice susciperent, & tempora demonstrarent. Sicut enim terra & maria omnem animam vivam Deus omnipotens, primo in ætate integra ad genus, nec non & omnes fructus terræ perfectos cum suis seminibus mox jussit educi, sic deinde inprimis lucis ac tenebrarum spatium æquali cursu constituit. Iste igitur dies primus cognoscitur esse, qui in origine factus est, in quo lucem noctemque Dominus Deus fecit æqualem, [2] verni scilicet tempore, quo caput anni esse voluit omnipotens Deus.

V. Isto igitur tempore fabricavit & mundum. Ante omnia enim tempora etiam tempus istud primo constituere dignatus est Dominus, quod præ cæteris sit blandus, aeris qualitate libratus, quo cuncta terræ nascentia glacialis hiemis torpore defuncto, & læto hoc verni temporis aere suscepto, in varios diversi generis flores seminaque prorumpunt; ut laudes quodammodo etiam ipsa Domino Creatori fœcundis primitiarum fructibus cum hominum festis gratissima suavitatis fertilitate concelebrent, in quo etiam nunc institutus a Domino primus occurrit æquinoctius, qui secundum cognominationem [3] mensium Romanorum VIII. Kalendarum Aprilium invenitur. Hinc ergo initium sumentes, universa quæ proposuimus, decurremus.

VI. De die primo mundi locuti breviter expliçuimus. Jam ad lunæ rationem veniamus. Transactis enim tribus diebus, quarto die, id est, V. Calendarum Aprilium in signis temporibusque, diebus, & annis haut simul luminaria sunt constituta. Licet enim uno die sunt facta, tamen Deus omnipotens, ut clarum nobis efficeret diem, solem mane constituit. Adpropinquante igitur nocte in numeros & tempora vario cursu volventem menstrualem instituit lunam: quæ luna ad vesperum quarta decima [4] dodran facta est, ea ratione, ut & omnes primæ noctis tenebras illustraret, totamque percurreret noctem, & ut homini novo, cui hæc Dominus Deus faciebat, sexto die, sicuti jam sol diei factus sit, ita ei aliud opus luna nocti proficiens procedere videretur, ne desertus a lucis [5] exitu, solisque claritate, insperatas seu solas tenebras pateretur. Eo enim tempore lunam talem mane quod oritur, sol respicit in Occidentem, in inchoatione vero noctis post [6] abscessum lucis, consummatosque cursus solis, quæ cum virtute lucis suæ clypeata luna procedit. Non immerito etiam per Moysen in Exodo Dominus Deus populo suo jussit ex quarta decima luna primi mensis plena ad vesperum usque ad vicesimam primam Pascha debere celebrari. Voluit enim Dominus [7] hebdomadam Paschæ a quarta decima plena ad vesperum habere initium, ut illucescente die Paschæ, qui primus est hebdomadis ejusdem quinta decima luna prima eis fuisset dies azymorum: Dominus enim in Levitico declarat, hoc dicens: [a] *In primo mense, in quarta decima die mensis, in medio vespertinorum Pascha Domino, & in quinta decima mensis hujus dies festi azymorum Domino*. Dies enim lunares [8] vespere incipiunt, & in vespere finiuntur; quoniam luna a Deo ut sua luce propter rudem adhuc hominem noctis tenebras temperaret, a vespere quinto Kalendarum Aprilium die nativitatis accepit ortum, & usque in [9] aliam vesperam, id est IV. Kalendas Aprileis primi diei sui exhibuit cursum, quapropter hodie nos lunarem cursum edocti a Deo, retinentes vigilias Paschæ initiante vespera celebramus.

VII. Exposuimus, luna a Domino qualis sit V. Kalendas Apriles ad vesperam facta. Nunc & ubi annum suum explicuerit, demonstramus. Iste enim annus cæteris annis terminum posuit. Sed quod menses & annos, ut supra memoravimus, suo cursu luna demonstraret per neomenias, id est, novos ac primo dies [10] mensum, quos generat luna, Dominus Deus sua testatione declarat. Sic enim & scriptum est: [b] *Et locutus est Dominus Deus ad Moysen, dicens: In die primo neomeniæ mensis primi [11] dedicabis tabernaculum testimonii*. Et alio loco, cum de sacrificiis, quando & quomodo offerri deberent, ait: [c] *Etiam offeretis sacrificia, & in neomeniis mensis ex mense in mensibus anni*. In libro etiam Regnorum dictum est: [d] *Cum se absconderet David, timens Regem Saul, & facta sunt neomenia, & intravit Rex ad mensam, ut manducaret, & cum eo soliti convivæ venerunt. David autem non intravit cum eo, & adparuit locus ejus, & nihil locutus est Saul illo die, & factum est in crastinum in secundo die mensis*. In Psalmis quoque dictum est: [e] *Lunam posuit Deus in tempora*. Igitur in viginti novem semis dies lunæ explicat mensem. Quapropter? quia non penitus tenuata luce finitur. Cæterum jam aliud opus esset, non id quod primo fecerat omnipotens Deus. Tricesima ergo luna latens in semisse cavatur. Duodecies igitur vicies nonus semis efficiuntur dies trecenti quinquaginta quatuor.

VIII. Itaque in V. Nonas Martias eadem luna annum suum currendo complevit. Hoc per singulos menses anni ipsius lunæ probare possumus. Nam primum suum mensem hæc luna II. Id. Aprileis consummavit, eo quod eam [12] plenam Deus mundo fecit, ac procedere jussit.

Secundum mensem IV. Id. Majas explicuit.

Tertium vero mensem III. Id. Junias consummavit.

Quartum mensem sexto Idus Julias.

Quintum mensem V. Idus Augustas.

Sextum mensem VII. Idus Septembres.

Septimum mensem Nonas Octobres.

Octavum mensem Nonas Novembres.

Nonum mensem Nonas Decembres.

Decimum mensem III. Nonas Januarias.

*a* Levit. XXIII. 5. 6. sec. LXX. *b* Exod. XL. 1. 2. sec. LXX. *c* Num. XXVIII. 11. 14. sec. LXX. *d* I. Reg. XX. 24-26. sec. LXX. *e* Psalm. CIII. 19.

1. Ms. *detrimenta*. 2. Lege *veris*.
3. Ms. *mensuum*.
4. Ita sane in ms. apparet legendum esse *dodrantem*. In sequentibus eadem ratione scriptum inveniemus.
5. Ms. *exitum*.
6. Ms. *abscessu*.
7. Ms. *ebdomadum*. Ita & in seq.
8. Ms. *vesperæ*. Ita & in seq.
9. Ms. *alia vespera*. 10. Lege *mensium*.
11. Ms. *dedicavis*. 12. Ms. *plena*.

Undecimum mensem IV. Nonas Februarias.

Duodecimum quippe suum mensem V. Nonas Martias adsignavit, die vero IV. Nonarum Martiarum post die V. Nonarum earumdem transactis duodecim lunis, id est, duodecim mensibus apparuit nativitas ejusdem lunæ.

IX. Proinde in trecentis quinquaginta quatuor diebus luna perexplicat annum, sol vero in trecentis sexaginta quinque & quadran, undecim scilicet dies sunt & quadran, quos quasi minus habere videtur ratio lunæ a ratione solis. Sex dies cavaturarum lunæ duodecim semisses, & quinque illi, qui in memoriam fabricæ Dei, vacivi nominabantur, quos nunc compositio Romana super aliquos menses divisit, quos intercalares nominavit, [1] & quadrantem illum, quem potius ratio continet solis, qui quadran superputatus, quater per accessus quatuor annorum efficiens assem ad cursum solis accedit bis sexti Kalendarum Martiarum. Sed quoniam sol & luna, dies & nox alter in alterius connexam habet disputationem super CCCLIII. dies annum lunarem, accedunt hi undecim dies & quadran bissextilis, & sic annus solis habere cognoscitur dies CCCLXV. & quadran. Igitur, quia luna primum suum explicuit annum, id est, in V. Nonarum Martiarum, III. Nonarum Martiarum dies ad primum mensem pertinere videtur.

X. Sed quoniam divina pietas ita sanxit, ut Paschæ solennitas non aliter quam in primo mense procul dubio celebretur, ea ratione non a IV. Nonarum Martiarum die propter [2] rationem Paschæ prima luna a nobis quæritur; quoniam in isto die anno ipso primo vertente non assis plenus, sed semis apparuit luna, alia vero die, id est, III. Nonarum Martiarum in asse pleno prima fuisse cognoscitur. Unde [3] intelligimus, eam nonnisi a IV. Nonarum Martiarum die, ut rectius nobis III. Nonas Martias prima possit occurrere, incrementa assis ejusdem Lunæ ortum ad nativitatem debere tenere. Nunc igitur IV. Nonas Martias cum occurrerit luna prima, idcirco declinamus, quia in XXIV. horas noctis & diei assis ipse conficitur, & de die ultimi mensis anni transacti ejus, qui est V. Nonas Martias ad assem suum incipit incrementum, & ne ultimo mense initium adcrementa luna prima mensis primi habere videatur. Iste dies IV. Nonarum Martiarum medius a nobis retinetur, ut sit inter [4] die ultimi mensis transacti, & inter III. Non. Mar. ut luna prima, quæ fuerit III. Non. Mar. ex die IV. Non. earumdem initium habeat adcrementum. In eo enim die, id est, in III. Non. Mar. si fuerit luna prima sine scrupulo anni, & in die primi mensis prima esse invenitur, & de die primi mensis ad nativitatem suam accipit incrementum.

XI. Igitur ex die isto III. Non. Mar. usque in die IV. Non. April. quæri a nobis debet, ut sit luna prima, quia in quocumque die ex his XXIX. diebus luna prima cum fuerit, inde incipit primus mensis lunaris. Ex die vero XV. Kal. Aprilium usque in XVII. Kal. Majarum [5] diem legaliter luna ut sit quarta decima, vera ratione firmatur. Hinc A namque decurrentes, ubi occurrerit dies sacrosanctus Paschæ, sane in eodem pridem primo mense, quem luna genuerit, juste ac sine ulla intermissione Pascha facere oportet. Sic enim de ea re Dominus in Exodo testatur & dicit: [a] *Diem festum Paschæ observabitis, septem diebus edetis azyma, sicut præcepi tibi per tempus mensis novorum. In eo enim exiisti de terra Ægypti.* Item in Levitico præcepit Dominus & dicit: [b] *In primo mense in XIV. mensis in medio vespertinorum Pascha Domini, & in XV. mensis hujus dies festi azymorum Domino.* Item in Numeris: [c] *Locutus est Dominus ad Moysen in deserto Syna anno secundo profectionis eorum ex Ægypto in mense primo, dicens: Dic & faciant* B *filii* [6] *Israel Pascha in tempore suo, quarta decima die mensis primi ad* [7] *vespera facies illud secundum tempora, secundum legem suam, & secundum comparationem suam facies illud. Et locutus est Moyses filiis Israel facere Pascha in deserto Syna, & secundum quod præcepit Dominus Moysi, sic fecerunt filii Israel.* Et paullo post cum comminatione præcepit Dominus & dicit: [d] *Homo qui fuerit mundus, & in via longa non fuerit, & cessaverit facere Pascha, exterminabitur anima illa de populo suo, quia munus Domino nostro non obtulit tempore suo, & peccatum suum accipiet homo ille.* Item in Deutheronomio Moyses ad populum loquitur, dicens: [e] *Observa mensem novorum, & facies Pascha* C *Domino Deo tuo, quia in mense novorum exiisti de terra Ægypti nocte, & immolabis Pascha Domini Deo tuo.* Etiam in libro primo Hesdræ apertius scriptum est: [f] *Et egit Josias Pascha in Hierosolymis Domino, & immolavit Fasec quarta decima luna primi mensis ad* [8] *vesperam.*


SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

XII. Sed quid multa discurrimus, cum idem in omnibus scripturis sacris memoratum sit, in primo mense Pascha debere [9] celebrare. Sed mensem istum primum luna ista tutum terminatumque non habet, ut idem & ipse semper occurrat, sed dies, quos supra memoravimus, XXIX. ex III. Nonarum Martiarum in IV. Nonarum Aprilium [10] die, D in quibus anno primo transacto a fabrica mundi, primum suum exhibuit mensem, ut cum in uno die ex his fuerit prima, exinde ipsa primum nobis generat mensem. Hæc etenim ratio embolysmos & communes annos facit. Si quando enim in duodecimo mense ante III. Non. Mar. die Non. explicitis diebus anni sui, quem superius memoravimus, eadem luna adparuerit prima, tertium decimum mensem necesse est impleat & faciat annum embolysmum. Si anno completo suo tempore competenti, id est, in diebus, qui ad primum mensem pertinere videntur, transactis scilicet duodecim mensibus suis fuerit prima luna, communis annus effectus est. Hi namque XXVIII. dies embolysmos E & communes annos sic manifestant. Undecim dies sunt ex III. Non. Martiarum in die Iduum earumdem, in quibus prima si fuerit luna, quia post duodecim menses nata videbitur, præteritos annos communes fuisse ostendit, præsentes vero, in quibus nata mensem primum facit, embolysmos designat. Octo dies sunt ex die XVII. Kal. Aprilium, in die X. Kal. April. in quibus luna si adparuerit prima, & præteritos & præsentes annos communes

*a* Exod. XXIII. 15. sec. LXX. *b* Levit. XXIII. 5. 6. sec. LXX. *c* Num. IX. 1-5. sec. LXX. *d* Ibid. ℣. 13.
*e* Deut. XVI. 1. 2. sec. LXX. *f* I. Esdr. I. 1. sec. LXX. Vulg. II. Paral. XXXV. 1.

1. Ms. *ei*. 2. Ms. *ratione*.
3. Ms. *intelligimus*. 4. Leg. *diem*.
5. Ms. *die*.
6. Ms. *Ifrael*. Sic & sæpe alibi.
7. Leg. *vesperam*. 8. Ms. *vespera*.
9. Leg. *celebrari*. 10. Scil. *esse* ut passim.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



significat. Decem proinde dies sunt ex VIII. Kalend. April. in III. Non. earumdem diem, in quibus si fuerit prima luna, præteritos annos embolysmos facit, præsentes communes ostendit, qui anni communes habent dies trecentenos quinquagenos quaternos, aut enim undecim dies, minus habet ratio lunæ a ratione solis & facit annum communem, aut X. & IX. transcendit, & facit embolysmum.

XIII. Inde per annos singulos hac diversitate dies annorum lunæ cum diebus solis, qui in trecentis sexaginta quinque & quadran conficit annum, non sibi concordare videntur. Proide etiam hoc ostendimus, ut adpareat omnibus æquales eos invicem dies habere, & ab initio cursus eorum isto ordine cucurrisse, & damna communium annorum eadem luna in annis embolysmis compensasse. Octo annorum rationem, quæ perfecta fore videtur, in medium proferamus. In octo scilicet annos luna quinque annos habet communes & tres embolysmos. Ergo quinquies CCCLIV. [1] faciunt DCCLXX. & ter CCCLXXXIV. [2] faciunt MCLII. fiunt simul dies duo millia DCCCCXXII. Sic deinde & solis octo annorum summam in unum colligamus octies CCCLXV. quadran. duo millia DCCCCXXII. Ita igitur congregavit solis ac lunæ cursus cum diebus suprascriptis.

XIV. Enarravimus qui sit dies mundi, quem Deus omnipotens creando lucem constituit, & lunam in inchoatione noctis qualis sit facta, vel ubi primum annum suum explicuerit, & quare abs III. Nonar. Martiar. die prima luna a nobis quæritur, & ex quibus diebus quarta decima comprehendatur, etiam embolysmorum & communium annorum rationem ad plenam instructionem, ut etiam istum cursum lunæ cum diebus Paschæ posteri nostri per infinitos annos currentes, & futura tempora facilius ac veridice investigare percurrant, ut quoto Kal. Idusve foret; ut qui dies vel quota luna primo mense occurrere possit, ut hoc Opusculum nostrum omnibus sine labore sit constitutum, cum & ratio vera superius præmissa sit, & sine labore vel sine offendiculo falsitatis a dubitantibus atque ignorantibus multis dies ipsi Paschæ suo quoque tempore cognoscantur. Aliud est enim Pascha nostrum, aliud Judæorum. Longe etiam aliud est ab ipsis nostrum denique sacramentum, nec sicut illi Pascha Domino celebramus, quod in lectione sequenti clara ratione monstratur.

XV. Quinto decimo namque anno imperii Tiberii Cæsaris Dominus Christus, cum esset quasi triginta annorum, incipiens a baptismo Joannis accessit. Hæc Evangelista testatur. Uno proinde anno Judaicæ genti, ad quam venerat, prædicavit, in quo anno non solum regnum cælorum advenire prædixit, sed &, ut crederent, in virtutibus manifestum se Dominum ostendit, hoc usque in annum sextum decimum imperii Tiberii [3] Cæsaris, in quo jam non, ut adsolet Judaicæ solemnitati agnus ex ovibus, sed ipse pro nobis Dominus immolatus est Christus; ut non ex Ægypto; sed ex mundo & vitiis ejus credentes liberari possimus. Eo quippe anno, ut supputationis fides ostendit, & ratio ipsa persuadet, passus est idem Dominus Christus luna XIV. VIII. Kal. April. feria sexta. Tertio vero die illucescente feria prima, quæ est post Sabbatum Judæorum, dies dominica, sabbatum scilicet nostrum & verum Pascha, in quo idem Dominus Christus morte devicta resurgendo Pascha nostrum sanctificavit, id est, vivorum & mortuorum a veteris hominis sententia liberationis transitum fecit, ortusque est timentibus Dominum, & credentibus Christo, sol verus justitiæ, & sanitas in pinnis ejus. Unde nos hodie Christiani in memoriam liberationis nostræ jam non ut Judæi in agno occiso, & azymis similæ, & in quolibet die, sed ad instar resurrectionis ejusdem Domini nostri feria prima, hoc est, die dominica primum tantummodo mensem ex lege retinentes, quem luna currendo suis numeris gignit, sicut scriptum est: A quarta decima plena ad vesperum usque ad vicesimam primam in azymis sinceritatis & veritatis, mentis scilicet [4] puritate, Pascha Domino celebramus.

## EPILOGUS.

UNiversa, Deo favente, decurrentes explicuimus, quidquid ad rationem Paschæ fuerat dicendum. Jam finem heic faciamus nostro sermoni, consummavimusque hoc laboriosum Opus in die isto III. Nonarum Martiarum post [5] Consulatum Arcadii IV. & Honorii III. Quapropter admonemus eos, qui ante a nobis non emendata hæc scripta accipere festinaverunt, ut secundum istum ordinem emendatum Opus habere conentur, ideoque & diem & consules, quod non posuimus primo, nunc huic rationi infiximus, ut exhinc sciat quis emendatum hoc esse Opus.

Quintus Julius Hilarianus explicuit, emendavit die III. Nonarum Martiarum Cæsario & Attico Consulibus.

1. Ms. pro verbo *faciunt* habet signum I><I id significans, ut apparet. *Pfaff.* — Numerus CCCLIV. quinquies multiplicatus reddit CIƆDCCLXX. ut proinde littera I><I quam refert ms. pro CIƆ. accipienda videtur. Editori autem seu typothetæ exciderit hujusmodi nota CIƆ. millenarii. Quod quidem meus Galliciolius probe advertit.
2. *Faciunt* non exstat in ms.
3. Ms. *Cæsariis*.
4. Ms. *puritatem*.
5. Ms. *Consulatu Arcadi*.

*Finis* Expositi de ratione Paschæ & mensis.

# INDEX
## LOCORUM
# SACRÆ SCRIPTURÆ.

## GENESIS.



## EXODUS.

## ECCLESIASTES.



## CANTICA.



## SAPIENTIA.



## ECCLESIASTICUS.

## JEREMIAS.



## THRENI.



## BARUCH.



## EZECHIEL.



## DANIEL.

O S E E.



J O E L.



A M O S.



A B D I A S.



M I C H Æ A S.



H A B A C U C.



S O P H O N I A S.



A G G Æ U S.



Z A C H A R I A S.



M A L A C H I A S.



II. MACHABÆORUM.



EX NOVO TESTAMENTO.

M A T T H Æ U S.

## MARCUS.



## LUCAS.

## I. AD CORINTHIOS.

## II. AD CORINTHIOS.

## AD GALATAS



## AD EPHESIOS.

## AD PHILIPPENSES.



## AD COLOSSENSES.

CATHOLICA JACOBI.



I. PETRI.



II. PETRI.

## I. JOANNIS.



## II. JOANNIS.



## III. JOANNIS.



## CATHOLICA JUDÆ.



## APOCALYPSIS.



EXPLICIT.

# INDEX

## RERUM ET VERBORUM.

## A

# B



# C

# D

# E



# F



# G

## H



## I

# N

# O



# P

# Q



# R



# S

# T

V



X



Y



Z

# EMENDANDA.

*In Prolegomena ;*

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Pag. | xxx. | col. | 1. | lin. | 7. | quum | — — | quam . |

*In textu .*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pag. 162. d. | lin. 14. | ante undecim annos | ante XL. annos. *Vide* Prolegom. cap. IV. §. VII. |
| 177. d. | 8. | *quotidianum po. fuerunt* | *quotidianum* posuerunt . |
| 179. b. | 8. | sufficieuter | sufficienter . |
| 204. d. | 7. | vigintis | viginti . |
| 208. b. | 1. | religionibus | relligionibus ; |
| 233. c. | | . Si quidem | : siquidem . |
| 341. d. | 7. | *uias* | *vias* , |
| Pag. 308. | lin. ult. | *μὴ* | *μὴ* . |
| 406. b. | 3. | feruere | fervere . |
| 474. a. | 8. | Numen quod nescio | Numen nescio quod . |
| 500. d. | ℣. 833. | Aqnilonis | Aquilonis . |
| 508. c. | 1. | obtrictos | obtritos . |
| 541. c. | 10. | Juda | Judæ . |
| 633. b. | 3. | *homines* | hominem . |
| 648. c. | 9. | ecclesis | ecclesiis . |

*In notis ,*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Pag. 445. | ad | ℣. 138. | Giselinas | Giselinus . |
| 628. | not. 1. | lin. 2. | Baluzianæ | Baluzianæ editionis , |
| 629. | not. 4. | lin. 9. | quia | quia . |

# NOI RIFORMATORI

## Dello Studio di Padova.

Avendo veduto per la Fede di Revisione, & Approvazione del P. F. *Filippo Rosa Lanzi Inquisitor General del Santo Offizio di Venezia*, nel Libro intitolato: *Bibliotheca Veterum Patrum, antiquorumque Scriptorum Ecclesiasticorum, cura & studio Andreæ Gallandii Presb. Congreg. Oratorii: Tomus octavus Ms. e Stamp. &c.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi e buoni costumi, concediamo licenza a *Gio: Battista Albrizzi* Stampator di Venezia che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 26. Maggio 1772.

( Sebastian Zustinian Rif.

( Alvise Vallaresso Rif.

( Francesco Morosini 2°. Kav. Proc. Rif.

Registrato in Libro a Carte 98. al Num. 817.

*Davidde Marchesini Segr.*

Adi 26. Maggio 1772.

Registrato al Magistrato contro la Bestemmia in Libro a Carte 48.

*Andrea Grattarol Seg.*

